Universidad de Sevilla
Biblioteca

TOSTATI

OPERA OMNIA

IN PARALIPOM.

1-2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 4
Plúteo 8

32,5

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALPHONSI TOSTATI

HISPANI,

EPISCOPI ABVLENSIS,


PHILOSOPHI, THEOLOGI,
Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon
linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

Commentaria in Primam Partem Paralipomenon:

Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum
Hispaniarum, & Indiarum Regem.



Ex dei Colleg. Mri de Loyola in Libreria

VENETIIS, M D XCVI.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SOCIETATIS JESU BIBLIOTHECA COLLEGII LOYOLÆI

ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS COMMENTARIORVM

In Lib. Paralipomenon.

PRÆFATIO.

MAGNO iam decurso opere vigiliarum pleno, totisque viribus elaborato, cum vastam quatuor Librorum Regum amplitudinem, veritates quasdam literæ latentes edisserendo, exegerimus, ordinis ratio expostulat ad libros Paralipomenon manum mittere, vt grandi fœnore, scilicet Libris Regum liberati, Hebraicorum nominum syluam cum Hieronymo, in huius libri latitudine peruagemur, in cuius exordio dubia quædam occurrunt.

Quare libri isti sic vocentur. *Quæst. I.*

QVAERETVR primo de istis libris Paralip. quare sic vocentur. Respondendum est, quòd liber iste aliter apud Latinos, & Græcos, & aliter apud Hebræos appellatur. Nam Hebraicè, vt Hieronym. ait in quodam Prologo super librum istum, qui incipit: Si septuaginta Interpretum: Dibrehaimim dicitur, & tamen secundũ Hebraici sermonis sententiam Diureiamin appellatur, & interpretatur verba dierũ, quia Diura in Hebræo verbum significat: Iamim vero diem notat. Et rectè sic appellatur, quia in eo continentur verba dierum. i. historiæ, quæ acciderunt in diebus regum. Nam more sacræ scripturæ res gestæ verba appellantur, iuxta illud. 1. Reg. ca. 3. f. Ego faciam verbum in Israel, ꝙ qui audierit tinnient ambæ aures eius. Idest ego faciam rem horrendam: & sic quilibet liber historiarum posset vocari liber dierum, quia in illo continentur gesta, quę acciderunt in diebus. Greco autem nomine Paralip. appellatur, quod conuenientius nomen est. Nam Paralipo. in Græco est participium pręteriti, & est genitiuus pluralis numeri, & interpretatur relictorum, quia hic agitur de relictis. Nam in alijs libris Sacræ scripturæ historialibus multa omissa fuerant,

rant, quæ ad intentionem Sacræ scripturæ nimis conferebant, in hoc autẽ libro posita sunt, ideo qui prudenter attenderit, reperiet hic, quod in alijs libris in singulis locis desit. Et quia istud est conueniens nomen huic libro, iuxta proprietatem suam, Latini istud nomen, licet Græcum esset, tenuerunt, de nomine Hebræo non curantes. Aliquando tamen istum librũ chronicum Sacræ scripturæ appellamus, iuxta consonantiam Hebraici nominis. Sic dicitur in prologo Galeato Hierony. super libros Regum. s. septimus Dibrehaiamim. i. verba dierum, q̃ significantius exordium totius diuinæ historiæ possumus appellare, qui liber apud nos Paralipom. primus, & secundus inscribitur.

De auctoritate libri huius quanta sit. *Quæst.* II.

QVAERITVR vlterius de auctoritate istius libri inter cæteros libros Sacræ scripturæ. s. quantæ auctoritatis sit. Pro quo sciendum, q̃ ecclesia recipit aliquos libros, & legit, qui in canone sacrarum scripturarum non sunt, sed inter apocrypha computãtur, sic enim est de libro Iudith, & Tobiæ, & Sap. & Iesu fi. Sirach, vt patet in prologo Galeato. s. Igitur Sapientia, quæ vulgo Salomonis inscribitur, & Iesu filij Sirach liber, & Iudith, & Tobias, & Pastor non sunt in canone. Ideo posita est quædam summa, & ordo librorum Sacræ scripturæ, vt omnes præter illas sciamus non esse in canone. Sic dicitur in eodem prologo Galeato, vbi ponitur summa omnium librorum Sacræ scripturæ. s. Hic prologus scripturarũ, quasi Galeatum principium omnibus libris, quos de Hebræo vertimus in Latinum, conuenire potest, vt scire valeamus quidquid extra hos est inter apocrypha esse ponendum. Libri autẽ quidam extra canonem Sacræ scripturæ rectam doctrinam continent, & veram historiam, sicut liber Iudith, & Tobiæ, ideo ecclesia iussit illos legi, sic fuit de libro Iudith, quẽ synodus Nicena in libro Sacrarũ scripturarũ legitur computasse, vt ait Hiero. in prologo super Iudith, qui incipit. Apud Hebræos, &c. Et quamquam isti libri ab ecclesia recipiantur, nullius auctoritatis solidæ sunt. Ideo ad confirmandum, & probandum ea, quæ in dubium venerint, inutiles sunt, sic enim ait Hieron. in prologo præallegato. s. Apud Hebræos liber Iudith inter apocrypha legitur, cuius auctoritas ad roborandum illa, quæ in contentionem veniunt, minus idonea iudicatur. De libro isto Paralip. dicendum, q̃ est in canone Sacrarum scripturarum. Ideo de illo aliter iudicandum est. Sciendum autem vlterius, q̃ omnes libri Sacræ scripturæ, qui in canone ponuntur sunt auctoritatis solidissimæ, ita vt nihil eorum, quæ in illis scripta sunt negare liceat, aut in dubium vertere, an sic fuerit, vt ibi dicitur. Sic ait Aug. contra Vincen. Donatistam, & habetur in Decret. dist. 9. c. Ego solis. Ideo quantum ad hoc non est aliqua differentia inter libros Sacræ scripturæ, quia sicut non licet mihi negare, vel dubitare de aliquo, quod est in Euangelio Ioan. vel Matth. ita non licet dubitare de aliquo, quod est in libro Iosue, vel Iudicum. Et sicut negando aliquid, quod est in libro Mat. vel Ioan. hæreticus dicar, ita negando aliquid, quod est in libro Iudicum, vel Iosue dubitando de illo, hæreticus censebor. Considerandum tamen, q̃ licet nihil, quod in Sacra scriptura sit, negare nobis liceat, aut dubitare de illo, tamen quædam sunt maioris auctoritatis, quam alia. s. quòd cum maiori reuerentia, & honore recipi debent, & præferri, & quòd detestabilior est, qui contra ea loquitur, quam qui contra alia, vtpote quamquam hæreticus est, qui negat doctrina epistolarum Pauli, sicut qui negat Euangelium Christi, tamen cum maiori reuerentia audiri debet, & suscipi verbum Euangelii, quod est verbum Christi, quam verbum epistolarum Pauli. Sic etiam siquis negauerit dictum Euãgelicum, aut dixerit doctrinam Christi malam esse, detestabilior erit, quam si diceret doctrinam epistolarum beati Pauli non esse conuenientem. Conformiter autem in veteri testamento. Nam nullum librum illorum negare licet, & tamen siquis negaret doctrinam quinque librorum Moysi, detestabilior habetur, quam si negaret aliquid scriptum in libro Iudicum. Quod autem nihil eorum, quæ sunt in canone Sacræ scripturæ negare liceat, aut de nullo eorum dubitare, prouenit ex hoc, quia omnes libri sacri scripti fuerunt, tam in nouo, quàm in veteri testamento ab habentibus spiritum propheticum, & tamẽ Spiritus

Spiritus sanctus, nunquam mentitur, nec mentiri potest, cum Deus sit fidelis, & seipsum negare non possit. 2. ad Tim. 2. Quod autem omnes isti libri sacri propheticè scripti fuerint patet. 2. Petr. c. 1. s. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Et iterum ibi: Hoc primum intelligentes, q̃ omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit. Et Apostolus 2. ad Timo. 3. ait. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, & ad arguendum. In quo præsupponit omnes libros Sacræ scripturæ, Deo inspirante, fuisse scriptos. Deus tamen in omnibus dictis suis æqualiter se habet ad non posse mentiri, ideo impossibile est, q̃ in aliquo libro Sacræ scripturæ mendacium contineatur. Quod autem quidam libri maioris auctoritatis sint, quã alij prouenit eis ab auctore, sicut Euangelia maioris auctoritatis sunt, quam cæteri libri testamenti noui, eo q̃ illa sunt verba Christi, & alia sunt verba Apostolorum. Sic etiam in veteri testamento libri Moysi maioris auctoritatis sunt, quam cæteri, quia a Moyse cõscripti sunt, cui nullus fuit æqualis propheta, vt patet Deuter. vlt. Hoc autem præsupposito, q̃ tam in nouo, quàm in veteri testamento sunt ordines librorum, per quos cognoscimus eorum maiorẽ, vel minorem auctoritatem. Canonem autem veteris testamenti habemus in prologo Galeato super libros Regum, & sunt ordines tres. Primus ordo vocatur librorum legalium, & in isto sunt quinque libri Moysi, quos Iudæi Thora vocant. Secundus ordo est prophetalium, in quo ponuntur octo libri, primus est Iosue, secundus Iudicum, tertius liber Samuelis. i. primus, & secundus Regum, quartus liber Melachim. i. tertius, & quartus Regum, quintus est Isaias, sextus est Ieremias, septimus Ezechiel, octauus liber duodecim prophetarum minorũ. Tertius ordo librorum vocatur Agiographa, idest libri sacri, qui ordo nouem libros continet, quorum primus est Iob, secundus liber Psalmorum, tertius est liber Salomonis parabolarum, quartus est Ecclesiastes, quintus est Cantica canticorum, sextus est Daniel, septimus est Paralip. diuisus in duos libros, octauus est Esdras diuisus in totidem, nonus est liber Esther. Omnes autem libri præter istos apocryphi sunt, & in canone Sacræ scripturæ non habentur, vt patet in prologo Galeato, quamquam Ecclesia multos illorum receperit. De istis ordinibus tribus dicendum, q̃ libri primi ordinis sunt maioris auctoritatis in omnes libros veteris testamenti, libri autem secũdi ordinis sunt maioris auctoritatis, quam libri tertij ordinis, qui autem in tertio ordine sunt, minimam auctoritatem habent, & tamen non ob hoc credendũ est eos infirmioris veritatis esse cæteris libris primi, & secundi canonis. Considerandum vlterius, q̃ quamquam libri diuersorum canonum sint inæquales auctoritate, tamen libri eiusdẽ canonis, quamquam multi sint, æqualis auctoritatis sunt, sicut omnes quinque libri Moysi inter se. Canon autem in nouo testamento non distinguitur, sicut in veteri, quia pauci libri sunt in eo, & tamen potest diuidi in duos ordines, quorum primus continet libros legales, qui sunt quatuor Euangelia. Alius autem continet reliquos libros accessorios, qui ab Apostolis scripti sunt, & isti minoris auctoritatis sunt, quam primi propter differentiam auctorum. Hoc autem dicto apparet cuius auctoritatis sit liber Paralip. nam inter libros veteris testamenti est in tertio ordine, qui minimę auctoritatis est. Si. n. comparetur ad libros noui testamenti euidentius est. Nam quilibet liber noui testamenti maioris auctoritatis erit, quam ille. Considerandum autem, q̃ licet libri veteris testamenti habeant inter se tres differentias auctoritatis propter tres ordines, tamen istud obtinet comparando quosdam libros veteris testamenti ad alios. Si tamen comparemus libros veteres ad nouos, quilibet liber noui testamenti erit maioris auctoritatis, quam omnes libri simul veteris testamẽti, & ratio huius est propter auctores. Nam auctores omnium librorum noui testamenti fuerunt Apostoli, vel Euang. & isti fuerũt viri maioris sanctitatis, q̃ viri veteris testamenti, quia tunc erat status imperfectior.

De ordine libri huius. *Quæst.* III.

QVAERITVR vlterius de isto libro Paralip. an ponatur in ordine conuenienti post libros Regum, & qui libri debent eum præcedere, & qui subsequi. Respondendum, q̃

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes quinq; libri Moysi debent præcedere ad lib. Paralip. Et hoc tam tempore, q̃ auctoritate. De tempore patet, quia Moyses fuit multo tempore, antequam Reges isti, quorum historiæ in hoc libro enarrantur. De auctoritate patet, quia libri Moysi ponũtur in primo ordine canonis libr. authentic. Paralip. in tertio, vt patet in prologo Galeato, & præc. q. Liber ẽt Iosue præcedit lib. Paralipom. tpe, & ordine. De tempore autem notum est, quia Iosue fuit successor Moysi, vt patet Deut. vlt. c. Et Iosue vlt. & Deus instituit eum in principem viuente Moyse. Sic patet Nu. 27. De auctoritate patet, quia Iosue liber ponitur in secundo ordine, vt patet in prologo Galeato, liber quoq; Iudicum præcedit lib. Paralip. auctoritate, & tpe. De auctoritate patet, quia ille ponitur in secundo ordine, de tpe patet, quia iudices fuerunt immediate post Iosue, vt patet Iudi. 1. & 2. & 3. c. Liber quoq; Ruth præcedit lib. Paralipo. sicut præcedit eũ liber Iudicum, quia liber Ruth, quędam pars est libri Iudicum decisa de illa, vt patet in prolog. Galeato, & hoc quia historia Ruth contigit tpe cuiusdã iudicis, vt patet Ruth. c. 1. De libris autẽ Regum, an debeant præcedere ad lib. Paralip. vel subsequi, est dubium, & rõ est dubitãdi, quia eędem historiæ, q̃ ponuntur in libris Reg. ponuntur in Paralip. & tñ ordo librorum consideratur principaliter secundum ordinem rerum scriptarum in eis, vel secundum ordinem tpm, in quibus scripti sunt, cum igitur eędem scribantur in vtrisq; nõ videtur tõ præcessionis. Aliquis aũt dicet, q̃ liber Paralip. debeat præcedere ad libros Regum, quia q̃q̃ in vtrisq; cõtineãtur eędem historiæ, tñ liber Paralip. incipit ab antiquioribus. i. ab Adã, & quibusdã alijs, quæ pertinent ad Genesim. Dicendum tñ, q̃ hoc non obstante liber Regum debet poni ante Paralip. Primo pp scriptorem, quia consideratur tempus scriptorum librorũ, sed scriptor librorũ Regum præcessit tpe scriptorem Paralip. Nam non fuit idem scriptor, vt declarabitur infra, in quadã q. ideo præponi debet Regum. Secundò patet ex fine, ad quẽ isti libri fuerunt scripti, nam liber Regum scriptus fuit ad enarrandum historias Regum Iuda, & Israelis, liber aũt Paralip. fuit scriptus ad supplendum ea, quæ deficiebant in libris Regum, & ad declarandum illa, q̃ obscurè se habebant, vt patet ex noĩe suo, & declarabitur infra, in quadam q. exponens tñ ordine naturæ semper dẽt esse post expositum, vel exponibile, ideo liber Regum debet esse ante Paralip. Tertio patet hoc ex tpe, in quo scripti sunt isti libri. Nam prius scriptus est liber Regum, q̃ Paralip. & iste ordo seruatur satis in scriptura quãtum ad præpositionem, vel postpositionem librorum. Quod aũt prius fuerit liber Regum scriptus, q̃ Paralip. patet, quia liber Paralip. allegat librum Reg. vt patet 2. Paralip. 24. c. vbi dicitur: reliqua aũt facta eius, & summa pecuniæ, quæ adunata est sub eo, & instauratio domus Dei scripta sunt diligentius in lib. Reg. Et sic sæpe in lib. Paralip. allegatur liber Reg. 4. vt patet, & quia libri, qui scribunt gesta posteriorum temporum debent esse posteriores in ordine scripturæ, ideo liber Paralip. qui scribit gesta posteriorum temporum est posterior, nam libri Regum solum scribunt historiam vsque ad captiuitatem Babylonis. Et tñ liber Paralip. scribit historiã vsque ad reditum de Babylone. Nam 2. Paralip. vlt. dicitur, q̃ anno primo Cyri regis Persarum misit prædicari in vniuerso regno suo de Iudæis, qui erant ibi, quis vellet redire in Ierusalem ad ædificandum tẽplũ dñi. Et tamen istud fuit annis 70. post captiuitatem Babylonis, cum illa totidem annis duraverit, vt patet Iere. 25. c. Ideo posterior est liber Paralip. ad libros Regum per 70. annos, & sic debet poni posterior ordine. Debet tamen poni mox post libros Regum, quia inter eum, & libros Regum nõ fuit aliqua scriptura historica, & debet poni ante librum Esdrę. Nam principium Esdrę, & finis Paralipo. idem sunt, quia in fine Paralipo. dicitur, quòd rex Cyrus persarum primo anno regni sui dedit licentiam Iudæis redeundi in Ierusalem, & in principio libri Esdræ ponitur ista licentia, quod videtur fuisse ad continuandum vnum alteri.

An liber iste sit ille, qui vocatur liber Verborum dierum. Quæst. IIII.

QVAERITVR Vlterius an Paralipo. sit ille liber, qui vocatur liber Verborum dierum, de quo sæpe fit mentio in libris Regum. Aliquis dicet, quòd sic: primo quia in libris Regum remittitur sæpe ad librum Verborum, & inueniuntur in Paralipo. illæ historiæ,

historiæ, pro quibus remittitur. Sic patet 3. Reg. 15. vbi dicitur. Reliqua verborũ Asa, & vniuersæ fortitudines eius, & ciuitates, quas extruxit, nonne scripta sunt hæc in libro sermonum dierum? Et tamen omnia hæc inueniuntur in Paralip. vt patet 2. Parali. 14. 15. & 16. Secundo patet ex nomine libri huius, nam vocatur in Hebræo Diurehaiamim, & interpretatur verba dierum, ideo ipse est liber verborum dierum. Respondendum, q̃ non est iste liber verborum dierum, de quo fit mentio in libris Regum, quod patet primo, quia liber Regum allegat librum verborũ dierũ, ideo fuit ille prior, & tñ lib. Reg. fuit prior, quã Parali. cũ Paral. scribat reditum de captiuitate Babylonis, liber aũt Regum solum pertingit ad ipsam captiuitatẽ. Secundo patet, quia si esset liber Paralip. verborum dierum, oportet q̃ contineret verba dierum Regum Iuda, & Israel, quia in libris Regũ noĩatur liber ille Verborum dierum Regum Iuda, & Israel, ideo non est Paralip. liber dierũ. Hoc patet, quia in Paralip. nihil habetur de regibus Israel, sed solum de regibus Iuda, vt patet discurrendo per totum librum. Tertio patet, quia si liber Paralip. esset liber Verborum dierum, haberentur in eo omnia, pro quibus remittitur ad eum in libris Regum, & tamen falsum est. Patet hoc quantum ad reges Israel, nam in fine historię cuiuslibet de regibus Israel dicitur, q̃ reliqua verborũ eius scripta sunt in libro Verborũ dierum, vt patet in quolibet capitulo ferè 3. & 4. Reg. ideſt a capit. 14. 3. Reg. vsque ad finem quarti libri, & tñ in libris Paralip. nulla mentio fit de regibus Israel, vt patet p discursum eorũ. De regibus autem Iuda idem patet, nam de aliquibus regibus remittitur ad librum, qui est liber Verborum dierum, & tamen nihil habetur in Paralip. de illis, sic patet Reg. 4. cap. 21. De Amon cum dicitur: Reliqua sermonum Amon, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum? & tamen 2. Paralip. c. 33. ponitur historia Amon, & non additur saltem vnum verbum sup id, quod habetur in libro Reg. Item patet de Ioakim, & Ioachaz, & Sedecia, & alio Ioachim, pro quorum historijs remittitur Reg. 4. 23. & 24. c. ad librum sermonum dierum, & tamen 2. Paralip. habetur cap. vlt. de istis quatuor regibus, nihil ibi additur supra id quod est in libris Regum: immo, quod maius est, non ponitur tantum de historia eorum, sicut 4. Reg. 23. & 24. c. Quarto patet, quia si liber Verborum, qui allegatur in lib. Reg. esset liber Paralip. nunquam allegaretur in libro Paralip. ipse liber Regum, quia esset sic circulus, & tamen in Parali. allegantur aliquando libri Regum, vt patet 2. Paralip. 24. c. cum dicitur: Porro summa pecuniæ, quæ adunata fuerat sub eo, & instauratio domus Dei scripta sunt diligentius in lib. Reg. Non est igitur Paralip. libri Verborum. Quinto patet, quia si Paralipo. esset liber Verborum, nunquam allegaretur in eo liber Verborum, & tamen sæpe in Paralip. allegatur liber Verborum, tam dierum Regum Iuda, quam Israel, ideo non sunt idem. Patet hoc 2. Paralip. vbi dicitur: Opera prima Asa, & nouissima scripta sunt in libris Regum Iuda, & Israel. Et infra etiã 2. Paralip. 20. c. Reliqua autem gestorum Iosaphat scripta sunt in libro Iehu filij Hanani, quę digessit in lib. Reg. Israel, idem patet eo. lib. c. 25. & 27. & 33. & 35. & in multis locis. Nõ potest ergo Paralip. esse liber Verborum dierum Regum Iuda, vel Israel, qui allegatur in libris Regum. Sed dicendum, q̃ ille fuit aliquis liber factus ante librũ Paralip. & etiam ante libros Regum, ideo tam in Paralip. quam in libris Regum allegatur iste liber Verborum dierũ Iuda Regum, & Israel. De isto autem libro an sit vnus vel multi, & an scriptus fuerit ab vno, vel a pluribus auctoribus, & qui fuerint illi auctores, & an in eodem tempore, vel diuersis scriptus fuerit, declaratum est in 3. Reg. c. 14. in duabus quæstionibus. Ad rationem primam in contrarium dicendum, q̃ quamquam aliqua de illis, pro quibus remittitur ad librum Verborum dierum, sint in libris Paralip. tamen falsum est, q̃ liber Paralip. sit ille liber, qui vocatur liber Verborum dierum, quia non sunt ibi omnia, cum multoties remittatur in libris Regum ad librum Verborum dierum, & nihil de illis inueniatur in Paralip. vt supra probatum est. Si autem aliqua de illis, pro quibus remittitur ad librum Verborum dierum, sunt in Paralip. istud est per accidens, quia etiã aliqua eorum sunt in Ieremia, & Isaia, sicut patet de gestis Ioachaz, Ioakim, & Sedeciæ, de quibus valde multa in libro Iere. habentur, quæ non habentur in libro Regum, & tamen cum in libro Regum remittatur pro residuis istorum ad librum Verborum dierum, non dicimus, q̃ liber Ieremiæ sit Verborum dierum. Ad secundã

Universidad de Deusto
Biblioteca

rationem dicendum, quòd nomen nihil probat, quia liber Verborum dierum vocatur liber, qui continet gesta temporum, & istud pertinet ad quemcunque librum historicum, & sic posset quilibet historicus vocari liber dierum, & quia liber Paralip. est historicus, cum contineat supplementa historiarum, quæ in alijs libris scripturæ habebantur incompletè, vocabitur liber Verborum dierum. Et quia nulli libro in scriptura magis competit esse historicum, & suppletiuum historiarum, quam libro Paralip. vocatus est potius liber Verborum, quã alij libri scripturæ: sic enim intelligit Hieronymus, qui vocat Chronicum sacræ Scripturæ loco huius, quod Hebræi vocant Diurehaiamim, vt patet in prologo Galeato, scilicet Septimus est Diurehaiamim, idest verba dierum, quod significantius Chronicum diuinæ totius historiæ possumus appellare. Qui liber apud nos Paralip. primus, & secundus inscribitur. Quamq; ergo ex eadem ratione liber Paralip. appelletur liber Verborum dierũ Regum Iuda, & Israel ille, qui sæpe allegatur in libris Re. tamen non sunt idem liber.

Quis fuit auctor huius libri. Quæst. V.

QVAERITVR Vlterius quis fuit auctor huius libri Paralip. Aliquis dicet, q; ignotus est auctor eius, & ideo inter Agiographa ponitur. Nam quidam dicunt illos libros inter Agiographa computari, quorum doctrina talis est vera, & certa, atque sancta, & tamen ignorantur auctores eorum, & ob hoc minoris auctoritatis sunt, quã illi libri, quorum auctores sciuntur. Sed hoc falsum est, quia Hieronymus ponit in prologo Galeato nouẽ libros in tertio ordine, qui est Agiographarum, & tamen ponit ibi auctores quinque librorũ ipsorum, scilicet ponitur liber Psalmorum quorum auctorem dicit esse Dauid: ponit etiã Parabolas, & Ecclesiasten, & Cantica canticorum, & istorum trium dicit auctorem Salomonem: posuit etiam Danielis librum, & Esdræ: non ergo est verum librorum positorum inter Agiographa, quod auctores ignorantur, & sic licet Paralip. sit inter Agiographa, non oportet, quòd ignoretur eius auctor. Aliquis dicet, quòd iste liber fuit editus ab Isaia propheta cũ omnes libri scripturæ ab habentibus spiritum propheticum scripti sunt, vt declaratum est supra quęstione 2. huius prologi. Sed dicendum, quòd non stat, quia Isaias solum vixit vsque ad tempora Ezechiæ regis: nam ipse cœpit prophetare sub Ozia, & finiuit prophetiam sub Ezechia, vt patet Isa. primo: propheta tamẽ postquam incipit prophetare, dicitur prophetare sub oĩbus regibus illis sub quibus postea viuit, vt probatum est. 4. Re. 21. c. in quęstione de morte Isaiæ. Item patet, quia dato, quòd aliquis vellet proteruire volens dicere, quòd maiori tempore vixerit, non potest stare, q; ipse scripserit librum istum, quia tunc daretur, quòd ipse vixerit valde multis annis, quibus non poterat viuere aliquis homo tempore illo, scilicet ferè ducentis, & nonaginta annis. Quod patet, quia ipse cœpit prophetare sub Ozia, & quando cœpit prophetare iam esset vir, & sic esset tot annorum, sicut Ozias, vel fere: detur autem, quòd esset tot annorum, quia in hoc modica difficultas est: accipientur tunc quinquaginta duo anni de regno eius. 4. Re. 15. & decem, & sex anni de regno Ioatham e.c. & decem, & sex de regno Achaz e. lib. c. 16. & vigintinouem de regno Ezechiæ e. lib. c. 18. & quinquaginta quinque de regno Manasse, e. li. 21. c. & duo anni de regno Amon e. ca. & triginta vnus anni de regno Iosue e. li. c. 22. & tres menses de regno Ioachaz e. li. c. 23. & vndecim anni de regno Ioakim e. c. & tres menses, & decem dies de regno alterius Ioakim. 2. Paralip. vlt. & 2. Esdræ 2. & vndecim anni de regno Sedeciæ. 4. Re. 24. c. & septuaginta anni de captiuitate Babylonis, qui simul facerent ducentos annos nonaginta, & quatuor ferè, & tamen oporteret, quòd Isaias viueret tanto tempore, quòd scriberet librum Paralipo. cum in illo ponatur reditus de captiuitate Babylonis. 2. Paralip. vlt. c. Ideo non poterat Isaias scripsisse librum istum, cum homines tempore illo non pertingerent vltra octoginta, & nonaginta annos, & vix aliquis peruenit ad centum, sicut dixit Dauid, Anni nostri, sicut aranea meditabuntur dies annorũ nostrorum in ipsis septuaginta annis: si autem in potentatibus octoginta annis amplius eorum labor, & dolor: non igitur posset Isaias tanto tempore viuere, nec etiam per tertiam partem tem-

temporis huius. Alij autem tenent, & ista est positio communis, quòd Ieremias librum Paralipomenon scripserit, & nos quoque aliquando aliorum opinionem referẽdo, idem diximus, & videtur hoc verisimile, quia Ieremias fuit tempore captiuitatis Babylonis, & etiam post. Sed dicendum, quòd falsum est hoc, non enim potuit Ieremias librum Paralipomenon scripsisse. Primo patet, quia in lib. Paralipomenon sæpe allegantur verba Ieremiæ, & tamen ipse non allegaret verba sua, quia nunquam hoc consuetum fuit in Sacra scriptura, nec etiam ab aliquo alio scriptore, quòd ipse verba suiipsius allegaret, sed aliquando lectorem remittunt ad ea, quæ scripserunt in aliis locis, non tamen remittunt ad illa, vt ad scripta aliorum, sed vt ad sua scripta, & tamen in lib. Paralipomenon remittitur ad librum Ieremiæ, vt ad librum alterius, vt patet secundo Paralipomenon 35. capitul. Ecce scriptum fertur in Lamentationibus. Et iterum dicitur. Mortuus est Iosias, & sepultus est in Mausoleo patrum suorum, & vniuersus Iuda, & Ierusalem luxerunt eum, & maximè Ieremias, cuius Lamentationes cantores, & cantatrices, vsque in hodiernum diem replicant super Iosiam. Item patet eodem libro c. vltimo, scilicet. Donec imperaret rex Persarum, & compleretur sermo domini ex ore Ieremię. Nõ ergo Ieremias scripsit librum Paralipomen. Secundò patet, quia Ieremias scripsit librum Regum, vt declaratum est in prologo tertij Regum. Et tamen liber Paralipomenon, factus est præcipuè ad supplendum ea, quæ deficiebant in libris Regum, vt patet ex discursu secundi, & primi Paralipomenon, si tamen Ieremias voluisset scribere librum Regum, & postea librum Paralipomenon ad supplendum ea, quæ deficiebant in libris Regum, videbatur hoc esse superfluum, & inutile, quia potuisset ipse libros Regum aliqualiter facere longiores ponendo ibi aliqua, quæ supplentur in libris Paralipomenon, & tunc excusasset libros Paralipomenon, in quibus non solum supplentur aliqua, quæ minus fuerunt in libris Regum, sed etiam repetuntur plurima eorum, quæ sunt in libris Regum, vt patet intuenti vtrosque libros, tam Regum, quam Paralipomenon, non ergo scripsit Ieremias librum Paralipomenon, sed aliquis alius propheta videns Ieremiam decurtatè scripsisse, suppleuit quædam, quæ videbantur necessaria, aut valde opportuna, & non habebantur in libris Regum, & ad hoc fecit libros Paralipomenon. Tertiò patet, quòd non potuerit Ieremias scribere libros istos, quia tunc oportebat, quòd Ieremias vixisset, vsque post reditum de captiuitate Babylonis, & quòd postea scripserit istos libros, quod patet, quia 2. Parali. vlt. agitur de reditu captiuitatis de Babylone, non tamen potuit Ieremias scripsisse post reditũ de Babylone, quia Ieremias mortuus est in Aegypto satis cito, postquam discẽderunt Hebræi de terra Iudææ in Aegyptum post mortem Godolię, vt declaratũ est, 4. Reg. vlt. q. vlt. de gestis Ieremiæ. Etiã patet hoc, quia si Ieremias vixisset vsque ad reditum de Babylone, cum ipse esset propheta Domini tam excellens, ipse esset princeps Israelitarum, quantum ad spiritualia post reditum, & tamen non fuit ipse princeps, sed Esdras: immo, quod plus est, non fit aliqua mentio de eo in libris Esdræ, & Neemiæ, vbi tractatur historia populi post reditum de Babylone, & hoc non est verisimile, quòd de tanto viro non fieret mentio aliqua, cum ante captiuitatẽ Babylonis magna mentio fieret de eo, & maior deberet fieri post reditum de Babylone, cum iam omnia verba sua, quæ prædixerat de captiuitate Babylonis vera fuissent. Item patet, quia primi Esdræ, capitulo quinto fit mentio de prophetis, qui prophetauerunt post reditum de Babylone, & dicitur, quod prophetabant tunc Aggæus, & Zacharias, & tamen isti erant prophetæ minores, ideo a fortiori fieret mentio de Ieremia ibi, qui erat propheta principalior, & tamen nihil de eo dicitur: ergo non viuebat tunc. Item patet in argumento posito in modum prologi ante Ieremiam, qui incipit: Ieremias Anathothites, qui est viculus tribus a Ierosolymis distans millibus, apud Taphnas in Aegypto a populo lapidibus obrutus occubuit. Iacet vero in eo loco sepultus, quo dudum Pharao rex habitauerat. Et quoniam postulatione sua defugatis ab eodem loco serpentibus, Aegyptios a tactu aspidum fecit esse securos, magna eum ibi religione Aegyptij venerantur. Item patet efficacius, quia si Ieremias scripsisset librum istum, oporteret, vt esset plusquam annorum cẽtum triginta, quando eum scriberet, quia Ieremias cępit prophetare anno decimo-

tertio regni Iosiæ, vt patet Ieremię primo, & ad minus esset viginti annorum, vel plus Ieremias, quando inciperet prophetare, & si natus esset septem annis saltem ante principium regni Iosiæ, postea autem regnauit Iosias annis triginta vno quarto Regum 22. & Ioachaz mẽsibus tribus, & annis vndecim, eodem libro capitulo vigesimotertio, & alius Ioachin mẽsibus tribus, & decem diebus 2. Paralipomenon vlt. & postea Sedecias vndecim annis quarto Regum 24. & à captiuitate Babylonis, quę facta est vltimo anno regni Sedecię, vsque ad reditum de Babylone fluxerunt anni septuaginta: Ieremiæ 25. qui simul sunt centum triginta, quasi duo anni, & tamen tempore Ieremię nullus hominum accedebat ad talem ętatem: potissimè, quia non solum oportebat, quòd Ieremias viueret tanto tempore, sed etiam postquã esset annorum centum triginta, & plurium, scriberet librum Paralipomenon, & tamen si contingit aliquem ad talem ętatem venire vix poterit habere aliquam operationem humanam, potissimè operationes intelligendi perfectè, cum istę exigant magnam dispositionem phantasiæ, quæ non est in ætate tam senili, cum illa sit frigidissima, & omnio terrea: non ergo potuit Ieremias scribere librum Paralipemenon. Dicendum autem, quòd liber Paralipomenon fuit scriptus per Esdram, qui vocatur scriba legis, qui omnes libros Hebræorum sacros combustos in captiuatione Iudæorum per Chaldæos spiritu Dei restaurauit, & pręter illos ipse alios libros scripsit. Et quia ipse vidit libros Regum scriptos per Ieremiam deficere in quibusdam, quasi necessarijs propter breuitatem, voluit supplere, quæ minus habebantur, & ad hoc fecit librum Paralipomenon. Istud autem est satis verisimile. Primo ex concordia Paralipomenon, & librorum Esdræ. Nam idem est finis Paralipomenon, & principium Esdrę, quia in fine Paralipomenon dicitur quomodo expletis septuaginta annis captiuitatis anno primo regis Cyri fecit ipse denunciari per totum regnum suum, quòd quicunque de Hebræis vellet redire in Ierusalem ad ędificandum templum, rediret. Et in hoc incipit primus liber Esdræ. ad eundem ergo scriptorem pertinent. Nam sic consueuerunt facere scriptores alij, qui multos libros scribunt. Nam in principijs librorum sequentium faciunt mentionem de finibus præcedentium, vt videatur ordo continuationis inter eos. Secundo patet ex similitudine loquendi: nam cum ponitur eadem historia in libro Regum, & Paralipomenon, & Esdræ concordabunt semper sibi liber Paralipomenon, & Esdræ, & non concordabit cum eis liber Regum semper: sic patet de Ioakim. Nam dicitur quarto Regum 24. Quod Ioakim regnauit cũ esset annorum decem, & octo 2. Paralipomenon vlt. & 2. Esdræ dicitur, quòd cæpit regnare anno octauo. Etiam dicitur quarto Regum 24. capitulo, quòd regnauit tribus mensibus, & tamen 2. Paralipomenon vlt. & 2. Esdræ dicitur, quòd regnauit mensibus tribus, & decem diebus. De ipso igitur Esdra dicitur, quòd fecerit librum Paralipomenon, & hoc posito non sequitur aliquod inconueniens, sicut sequebatur, dicendo, quòd Ieremias scripsisset illum.

De virtute huius libri, & quantæ necessitatis fuerit. *Quæst. VI.*

QVAERITVR Vlterius quæ sit vtilitas libri Paralipomenon, vel cur necesse fuit eũ scribi, cum videbitur alicui potius superfluus, quia repetuntur in eo ea, quæ habentur in libro Regum. Dicendum quòd liber Paralipomenon fuit necessarius ad supplendos quosdam defectus, qui erant in alijs libris scripturæ. Nam Esdras videns quosdas libros Sacros propter breuitatem esse obscuros, & in multis præstare occasionem errandi, voluit supplere defectus illorum. Et quia non decebat, quòd libros ipse illos mutaret supplendo, & minuendo, vel mutando in eis, quia iam non vocarentur illi libri ab auctoribus primis, sed ab Esdra, & periret eorum auctoritas, noluit Esdras mutare aliquid, quod scriptum erat in libris illis addendo, minuendo, vel alterando, sed fideliter scripsit, vt prius erant ab auctoribus suis conscripti & ipse voluit facere librum, in quo continerentur supplementa omnia illorum defectuum, qui erant in alijs libris, & istud fecit in libris Paralipomenon, in quibus supplentur omnia, quæ in alijs deficiunt. Ideo siquis nesciuerit libros Parali. nihil sciet in libris prioribus Sacræ

Sacræ scripturæ: sic enim ait Hieronymus in epistola ad Paulinum, quæ habetur in principio Bibliæ. c. 7. eius. s. Paralipom. liber, idest, instrumenti veteris epitome. i. abbreuiatio, tantus ac talis est, vt absque illo siquis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare, seipsum irrideat. Consistit autem obscuritas in alijs libris in duobus. Primo, quia cum enarrantur historiæ, ponuntur nomina personarum, & ignoratur de quibus tribubus sunt, vel de quibus familijs, & quæ sunt loca habitationis eorum, & sic sæpe confunduntur historiæ pp ignorantiam personarum, de quibus fit sermo. Secundo fiebat obscuritas, quia in quibusdam libris scripturæ cũ enarrantur historiæ, omittuntur aliquæ partes historiarum, & illa detruncatio facit historias esse nimis obscuras. Ista autem duo supplentur in Paralip. vnde duo sunt, quæ facit liber Paralipom. Primum est ordinatio progenierum, vt sciatur, quæ erant lineę singularum progenierum, & de singulis personis principalibus, ad quas progenies pertinebant. Secũdum est, quia supplet quasdam partes omissas in historijs aliorum librorum scripturæ. Primum autẽ istorum fit pro maiori parte a princ. primi libri Parali. vsque ad decimum c. eius. Secundum autẽ continuatur a decimo c. eius vsque ad finem primi libri, & per totum secundum librum. Cõsiderandum autem, q̃ cum lex mosayca data fuerit soli populo Hebræorum, principaliter intendit scriptura enarrare historias temporum ipsorum, & declarare successiones linearũ suarum, & tamen quia in libro. Gen. enarrantur progenies antiquorum. s. ab Adam vsque ad diluuium per lineam Seth. & Cain, vt patet Gen. 4. & 5. voluit hic Esdras ordinare lineam illã, & repetiuit eam in primo c. libri huius. Rursus autem a diluuio vsque ad Abraham computãtur successiones progenierum. Gene. 10. & 11. ideo etiam illas voluit hic ordinare Esdras in prin. c. Iterum etiam Gene. 36. continetur enarratio quædam progeniei Idumæorum propter Esau filium Isaac, a quo descenderunt Idumæi, & illorum etiam progeniem repetit, & ordinat hic Esdras. c. primi libri, post hoc autem sequebatur successio per progeniem Iacob, cuius posteritas pertinuit ad populum Dei cui data est lex, & quia Iacob habuit duodecim filios, a quibus 12. tribus appellatæ sunt, enarrat Esdras successiones populi Hebræorum per quãlibet istarum tribuum, & ad hoc in primo lib. Paralip. c. 2. ponuntur duodecim filij Iacob. Et quia inter omnes filios Iacob, Iudas fuit maior dignitate propter principatum regalem, quem accepit, ideo computatur generatio sua prius in 2. & 3. & 4. c. primi lib. Paralip. successio aũt tribus Symeon computatur, eo. lib. 4. c. successio vero filiorum Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse computatur eo. li. c. 5. successio autem Leuitarum cõputatur. eo. li. 6. c. successio autẽ Isachar, & Aser, & Nephtali, & Ephraim, & Manasse cõputatur eo. lib. c. 7. Successio autẽ Beniamin computatur. eo. li. c. 8. & sic ponitur successio omnium tribuum in lineis suis. De istis autem successionibus, & causis earum magis in speciali declarabitur in primo c. libri huius in quæstionibus circa principium huius c. Secũdum autem erat suppletio historiarum, & quia ea, quæ facta sunt a principio enarrationis librorum Sacræ scripturæ, vsque ad mortem Saulis plenè scripta fuerunt, quantum spectabat ad necessitatem Sacræ scripturæ in quinque libris Moysi, & in lib. Iosue, & Iudicum, & Ruth, & in 1. lib. Reg. ferè nihil repetitur de illis, sed incipit repetitio, & suppletio a morte Saulis, ideo in primo libro Paralipom. c. 10. vbi incipit suppletio historiarum omissarum, dicitur: Philisthijm autem pugnabant contra Israel. Et ponitur ibi mors Saulis, & postxa continuatur suppletio historiarum, vsque ad finem temporis Regum. Vnde a c. 10. primi Paralipo. vsque ad finem secundi Paralipom. continentur supplementa, & repetitiones historiarum secundi, & tertij, & quarti Regum. De isto autem libro Paralipomen. dicendum, q̃ est liber magnæ vtilitatis, quia exponit nobis historias totius Sacræ scripturæ vsque ad tempus Esdræ supplendo, quæ defuerant, & ordinando ea, quæ inordinatè se habebant, & ob hoc Hebræi vocauerunt istum librum Diurehaiamim, per excellentiam. i. continentem verba dierũ. Ob id Hieronymus in prologo Galeato de eo ait: Septimus est Diurehaiamim, idest verba dierum, quod significantius chronicon totius diuinæ historiæ possumus appellare, qui liber apud nos Paralipomen. primus, & secundus inscribitur. Et iste liber est tantæ vtilitatis, quòd sine illo nihil scire possumus in alijs libris Sacræ scripturæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

pturæ, & hoc non ſolum in libris veteris teſtamenti, ſed etiam in libris noui teſtamenti, quia per illum determinantur multę difficultates, quæ inſurgunt in euangelijs, & alijs libris noui teſtamenti. Sic ait Hieronymus in epiſtola ad Paulinum, capitulo ſeptimo. Paralipomenon liber, ideſt inſtrumenti veteris epitome tantus, ac talis eſt, vt abſque illo ſiquis ſcientiam ſcripturarum ſibi voluerit arrogare ſeipſum irrideat. Per ſingula quippe nomina iuncturaſque verborum, & prætermiſſæ in libris Regum tanguntur hiſtoriæ, & innumerabiles explicantur Euangelij quæſtiones.

De concordia, & ſuppletione hiſtoriarum huius libri.
Quæſt. VII.

QVAERITVR vlterius, quare in libro Paralip. non continetur ſuppletio hiſtoriarum, & concordia, niſi vſque ad reditum de Babylone, nam in eo finitur ſecundus liber Paralip. Reſpondendum, ꝙ Sacræ ſcripturæ libri, aut continent hiſtoriam, aut legem, aut doctrinam, aut laudem, & non reperiuntur ferè alij modi librorum Sacræ ſcripturæ. Si autem loquamur de libris continentibus doctrinam, ſic ſunt libri Salomonis. ſ. Parabolæ, & Eccleſiaſtes, & Cantica canticorum, & liber Sapientiæ, & Eccleſiaſticus: de his dicendum, ꝙ quidam eorum non potuerunt ſuppleri in Paralip. quia iſta ſuppletio facta eſt per Eſdram, & tamen liber Sapientiæ factus eſt per Philonem Iudæum poſt mortem Chriſti, vt ait Hieronym. in prologo ſuper librum Sapientiæ, & etiam in libro de Illuſtribus viris. Liber etiam Eccleſiaſtici a Ieſu filio Sirach factus eſt, & etiam iſte fuit multo tempore poſt reditum de Babylone, & poſt mortem Eſdrę, vt colligitur ex prologo ſuper Eccleſiaſticum, qui eſt factus ab ipſo auctore libri. Patet etiam ex eo, quod habetur Eccl. c. 50. ibi enim dicitur de Symeone filio Onię ſacerdote magno, tamen ille fuit magno tempore poſt reditum de captiuitate Babylonis, ſcilicet prope tempus Machabæorum, ideo iſti libri non potuerunt ſuppleri, libri autem tres ſapientiales Salomonis fuerunt ante Eſdram, & tamen iſti non potuerunt ſuppleri, quia continent doctrinam moralem, & doctrina eſt aliquid infinitum, & nunquam aliquis hominum peruenit ad finem eius, nec etiam peruenire poteſt quicunque ſit, quia non poſſunt aliquando tot concluſiones ſapientiæ dari quin ſuper illas non poſſint addi. Et ideo cum non poſſit ſuppleri, niſi id quod determinatum eſt, quantum ad multitudinem partium ſuarum, quia de illo poteſt ſciri quot partes deficiant, poſſunt ſuppleri libri ſapientiales. Si autem loquamur de libris continentibus laudem, cuiuſmodi eſt liber Pſalmorum, dicendum quòd etiam non poterant ſuppleri, quia quantũcunque laudemus Deum, vel quaſcunque res bonas, adhuc poſſumus de eis plures laudes formare, ideo laudes non continent aliquid determinatum, ita vt poſſint ſuppleri. Libri etiam prophetales non poſſunt ſuppleri, quia prophetia eſt reuelatio facta a Deo, & in ea etiam non eſt finis, quia quot ſunt reuelabilia, tot poſſunt eſſe reuelationes, & quia illa extenduntur in infinitum, poſſunt eſſe infinitæ prophetiæ. Non ergo poſſunt ſuppleri libri prophetiarum, quia prophetia non continet aliquid determinatum. Secundò patet, quia dato, quòd prophetiæ ſuppleri poſſint, non poſſet illas ſupplere Eſdras, quia oporteret, quod ipſe tunc haberet maiorem ſpiritum prophetiæ, quam omnes prophetæ, qui fuerant ſimul ſumpti, vt reuelarentur, ita ei omnia, quæ occulta fuerant illis. Tertiò patet, quia libri prophetarum non poterant ſuppleri, eo quòd continebant perfectam prophetiam: nam quilibet prophetarum ſcripſit omnia, quæ ei reuelata ſunt, ideo nihil erat, quod Eſdras addere poſſet in ſingulis libris prophetarum, cum illi poſuerint totum, quod eis reuelatum fuerat, & ſi aliquid vellet ſupplere Eſdras, iſtud eſſet, quia Deus reuelaſſet ei aliquid, quod non reuelauerat alijs prophetis, & tales reuelationes non poterant poni per modum ſupplementi in libris aliorum prophetarum, quia iſtæ erant prophetiæ diſtinctæ. ſ. alterius prophetæ, ſicut prophetiæ Iſaiæ ſunt diſtinctæ a ꝓphetijs Ezechielis, & Ieremiæ. Libri aũt legales poterãt ſuppleri, quia lex data a Deo erat determinata, ſcilicet conſiſtebat in mandatis certis, & ſi aliqua

qua de illis omiſiſſet ponere Moyſes, potuiſſet ſupplere illa Eſdras, tamen Moyſes nihil omiſit ſcribere de mandatis legis Dei: nam ipſe dixit Deuteronom. capitulo duodecimo. Quod præcepi tibi, hoc tantum facito, nec addas quidquam, nec minuas. Si tamen eſſent plura mandata legis, quam illa, quæ ſcripſit Moyſes, non dixiſſet Hebræis, quòd non facerent aliud, niſi quod ipſe præcipiebat, quia tunc iuberet eis, quòd legem plene non obſeruarent, ideo non poterat Eſdras ſupplere legem. Manent autem ſoli libri hiſtorici, & de iſtis dicendum, quòd poſſunt ſuppleri, quia hiſtoria eſt aliqua res certa, cum ſit de rebus geſtis, & illæ ſunt in certo numero, & ſtatu, ideo ſi aliquis ſcripſerit hiſtoriam incompletè, poteſt alius ſupplere partes deficientes, fuit etiam conueniens, quòd Eſdras ſuppleret hiſtorias poſitas in alijs libris ſcripturæ, quia illę breues erant, & ob hoc obſcure, oportuit igitur ſuppleri particulas quaſdam, per quas auferrentur dubia, & ob hoc Eſdras ſolum ſuppleuit in libro Paralipomenon, partes hiſtoricas, & ſic patet ex nomine ſuo. Nam vocatur Diurehaiamim, ideſt verba dierum, ſecundum Hebræos, & nos vocamus eum chronicon totius Sacræ Scripturæ, vt ait Hieronym. in prologo Galeato.

De ſuppletione hiſtoriarum vſque ad determinatum tempus.
Quæſt. VIII.

QVAERITVR vlterius dato, quòd non deberent ſuppleri per Eſdram in lib. Paralipomenon, niſi hiſtoriæ ſcripturę, quare ſolum fuerunt ſuppletæ, vſque ad captiuitatem Babylonis? Reſpondendum, quòd propter multa. Primò, quòd ſuppletio iſta facta eſt per Eſdram, ideo non potuit ipſe ſupplere, niſi vſque ad tempus ſuum, & ſic pro hiſtoria librorum Machabæorum non fecit aliquas ſuppletiones, quia geſta Machabæorum poſtea fuerunt: Eſdras autem natus eſt in Babylone, & redijt de captiuitate cum alijs redeuntibus in Ieruſalem, vt colligitur ex proceſſu duorum librorum Eſdræ, ideo non potuit ſupplere, niſi vſque ad tempus illud. Secundum fuit, & principale, quia dato, quòd Eſdras fuiſſet poſt captiuitatem Babylonis per annos ducentos, non potuiſſet facere maiorem ſuppletionem in libris Paralipomenon, quam fecit, quia ſuppletio, quæ eſt in libris Paralipomenon, erat reſpectu librorum ſacrorum, qui ante hoc erant quantum ad illa, quæ in eis deficiebant, ſed ante Eſdram non erant alij libri ſacri, niſi quinque libri Moyſi, & Ioſue, & Ruth, & Iudicum, & Regum, vt patet ex ordine temporum, quia omnes alij libri ſcripturæ hiſtoria ſunt de geſtis poſterioribus, niſi liber Tobiæ, quia geſta illius cęperunt tẽporibus Regum Iuda, & Iſrael antequam transferrentur decem tribus in Aſſyrios, vt patet Tobiæ primo, & tamẽ liber Tobiæ non eſt in canone librorum veteris teſtamenti, ſed inter apocrypha ponitur, vt patet per Hieronym. in prologo Galeato. non ergo potuit poni ſuppletio per Eſdram in libro Paralipomenon, niſi vſque ad captiuitatem Babylonis, quia ibi finiuntur libri Regum. Sed tunc dicetur quare Eſdras fecit duos libros, qui vocantur libri Eſdræ, & non poſuit eos in Paralipomenon, continuando hiſtoriam illam in libro Paralipomenon? Reſpondendum, quòd non poteſt hoc fieri propter rationem aſſignatam, quia liber Paralipomenon eſt tanquam ſuppletiuus eorum, quæ deficiebant in alijs libris ſacris, ideo non debuit deſcribi in eo hiſtoria, niſi vſque ad tempus illud, vſque ad quod extendebantur hiſtoriæ aliorum librorum, ad quorum ſuppletionem factus eſt liber Paralipomenon. Geſta autem, quæ acciderunt in reditu de Babylone, & poſt reditum in ædificatione templi, & murorum Ieruſalem, toto tempore, quo vixit Eſdras, non erant ſcripta in aliquo libro Sacræ ſcripturæ, ideo debuerunt ab ipſo ſcribi per modum hiſtoriæ principalis, & non per modum ſuppletionis, & ob hoc non debuerunt continuari libri Eſdræ cum libris Paralipomenon, cum illi contineant ſolum ſupplementa, ſed debuerunt eſſe libri per ſe ſcripti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De diuisione huius libri solum in duos libros. Quæst. IX.

QVAERITVR Vlterius, quare liber Paralipo. diuisus est in duos libros, & quare non in plures, vel quare non fuit vnicus. Respondendum, quòd secundum Hebræos liber Paralipomenon non est diuisus, sed vnicus liber est, sicut liber Geneſis est vnus liber apud nos, & apud eos: Latini tamen, & Græci diuiserunt illum in duos libros: sic enim ait Hieronymus in prologo Galeato, scilicet. Qui liber apud nos Paralip. primus, & secundus inscribitur. Sic enim Latini, in quibusdam alijs libris deuiant ab Hebræorum diuisione: nam ipsi libros Regum, quos nos in quatuor diuidimus, in duos secant: nam primum, & secundum libros Regum apud nos vocant ipsi librum Samuelis, & tertium, & quartum libros Regum vocant ipsi librum Regum, vt patet per Hieronymum in Galeato prologo. Nunc autem apud Latinos, & Græcos diuisus est in duos libros, qui potuerat esse vnus, & tamen propter magnitudinem in duos libros diuiserunt, potuerat autem conuenienter diuidi in duos libros aliter, quã diuisus est. Nam in Paralip. tractantur duo, scilicet deriuatio progenierum, & supplетio historiarum omissarum. Primum continetur à prin. Paralip. vsque ad 10. c. Secundum continetur ab ipso loco vsque ad finem primi libri, & in toto secundo Paralip. & sic poterat diuidi iste liber, ꝙ a princ. vsque ad decimum c. esset vnus liber, & residuum esset alius liber, & sic esset diuisus in duos libros per duos tractatus diuisos: Quia tamen primus liber esset valde paruus, scilicet continens nouem capitula solum: secundus autem esset valde magnus, scilicet continens quinquaginta sex capitula: non placuit eis sic illum diuidere, sed omnia gesta, quę continentur à principio vsque ad finem Regni Dauid posuerunt sub vno libro: Reliqua autem à principio regni Salomonis vsque ad finem Regum posuerunt sub alio libro, & sic incipit secundus liber. Confortatus est ergo Salomon filius Dauid. Sed aliquis dicet quare non fuit diuisus liber Paralip. in quatuor libros, cum in eo cõtineantur supplemẽta omnium quatuor librorum Regum. Respondendum quòd potuissent fieri tot libri in Paralip. sed essent valde parui, ideo non curauerunt Græci, nec Latini in tot partes eos diuidere, & ratio quædam est, quia in libro Paralip. non continentur omnia gesta Regum Iuda, & Israel tam per extensum, sicut in libris Regum: cum solum ponantur principaliter supplementa illorum, ideo cum in primo libro Regum continentur gesta Saulis, & in secũdo gesta Dauid, ponitur hic primus liber Paralip. ad supplendum, quæ minus habebantur in illis duobus libris. In tertio autem, & quarto libris Regum continentur reliqua gesta Regum à principio regni Salomonis vsque ad finem regni Israel, & Iuda, ita hic ponitur liber secundus Paralip. ad supplendum, quæ deficiebant in illis.

ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS

IN PRAEFATIONEM PRIMAM D. Hieron. In Lib. Paralipomenon.

ENARRATIO.

SI septuaginta Interpretum pura, & vt ab eis in Grecũ versa est, editio permaneret, superfluè me Chromati Episcoporum sanctissime, atq; doctissime impelleres, vt Hebręa tibi volumina Latino sermone transferrẽ. Quod enim semel aures hominum occupauerat, & nascentis Ecclesię roborauerat fidem, iustum erat etiam nostro silentio comprobari.

SI septuaginta, &c. Duo sunt prologi beati Hierony. super Paralipo. Quorum primus est iste, & alius est, qui incipit: Eusebius, & in quibusdam Biblijs non habetur, sed de necessitate est, quia exponit aliquid de illis, quę pertinent ad librum Paralipo.

An iste prologus sit beati Hieronymi. Quæst. I.

QVAERITVR circa hoc an iste prologus sit beati Hieronymi, & an ipse pręposuerit eũ huic libro, vel postea ab alijs fuerit prępositus.

Ad primum dicendum, quòd iste prologus fuit factus a beato Hieronymo, vt satis apparet ex eius processu, in quo respondet detractoribus, & asserit se transtulisse Paralipomenon de Hebræo in Latinum, patet etiam hoc ex verbis Hieronymi in libro secundo contra Russinum, cum ait: In libro temporũ, idest Paralipo. qui Hebraice Diurehaiamim dicitur ad sanctum Chromatium Papam prefatiuncula vsus sum septuaginta Interpretum, &c. Ad secundum dicendum, quòd aliqui voluerunt istos prologos non fuisse positos à Hierony. in principijs librorum, sed scripsit eos per modum Epistolarum ad personas illas, quę petebant transferri libros illos de Hebręo in Latinum: postea autem aliqui videtes istas Epistolas conuenire satis ad declarationem librorum singulorum, ideo pręposuerunt eas singulis libris, ad quos ptinebant, & sic vocati sunt prologi.

Dicendum tamen, quòd licet ista positio sit aliqualiter veri similis: tamen non est vera. Pro quo sciendũ, quòd quando Hierony. ad petitionem alicuius scribebat librum aliquem, mittebat ei Epistolam, in qua se excusabat de translatione, vel dicebat se velle facere, aut tangebat conditionem illius materiei, & deinde istam epistolam pręponebat principio libri trãslati, & inquantum mittebat prius literam illam ad illum, cuius precibus librum transferebat, vocatur Epistola: inquantum vero pręponebatur libro ad cuius translationem fuerat destinata, vocatur prologus. Quòd autem ipsemet Hieronym. prępone ret istos prologos libris, patet in prologo Galeato, vbi ipse loquens de ipsomet prologo quem scribebat ait.

Hic

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hic prologus ſcripturarũ, quaſi Galeatũ principium F oĩbus libris, quos de Hebrẽo vertimus in Latinum conuenire poteſt. Ergo ipſe prępoſuit ſpecialiter ꝓlogum illum libris Regum, & ob hoc dixit, quòd poterat conuenire omnibus libris translatis de Hebrẽo in Latinum. ſ. q̃q̃ non prępooneretur illis conuenit eis. Si autem nulli libro ipſe prępooneret prologum nõ diceret, quòd poterat conuenire alicui libro ſcripturarum.

Secundo patet, quia ipſe vocauit eum prologum ibi, dicens: Hic prologus ſcripturarum, quaſi Galeatũ principium. Ergo dixit eum prologum ſcripturarum. Si tamen fuiſſe Epiſtola ſolum deſtinata ad illum, cu- G ius precibus ſcribebat librum: non vocauiſſet illum prologũ, ſed Epiſtolam, quia prologus eſt prœemiũ quoddam, quod prẽmittitur in principio operis: ſic. n. definit Ari. 3. Rher. ſ. quòd eſt prœemium quędam, ſiue prẽlocutio operis, ſicut prologus in poeſi, & in ſtipulatione prẽludium.

Tertio patet ex dicto Hierony. lib. primo contra Ruffinum dicentis. in li. temporum, ideſt Paralipo. ad Chromatium Papam prefatiuncula vſus ſum ſeptuaginta Interpretum, &c. Ergo ipſemet poſuit prologũ iſtum.

Quarto patet, quia non ſolum in iſto libro, ſed etiã in omnibus alijs, quos de Hebrẽo transferebat in Latinum, prologos ponebat ad reſpondendum ęmu- H lis, vt patet in prologo ſuo ſuper Iob, qui incipit: Cogor per ſingulos ſcripturę diuinę libros aduerſariorũ reſpondere maledictis. Ergo in principio cuiuſque libri eſt aliqua reſponſio, vel excuſatio Hieronymi: ergo oportet poni prologos ab ipſo in quibus continenturiſtę reſponſiones contra ęmulos, quia aliter in nullo libro ſacrę Scripturę reſpõderet maledictis aduerſariorum.

Quare Hieronymus poſuerit prologum iſtum. Quæſt. II.

QVAERITVR Vlterius ad quid Hieronymus propoſuit iſtos prologos libris. Reſpondendũ, I quòd iſti prologi ſunt vtiles ad multa.

Primo enim, quia in eis declaratur intentio librorum, vel ponitur aliqua conditio de modo proceſſus ipſorum, per quam intelligũtur facilius ea, quę continentur in libris: ſic enim eſt in prologo primo, qui dicitur Epiſtola ad Paulinũ, in quo agitur de omnibus libris Sacrę ſcripturę, tam noui, quam veteris teſtamenti quid ſinguli contineant: ſic etiam in prologo Galeato continetur canon omnium librorum veteris teſtamenti diuiſus in 3. ordines, in quo oſtẽdit q̃ libri ſint canonici, & qui apocryphi. Et fere ſic eſt in omnibus prologis, quia non eſt prologus aliquis in quo aliquid ſaltem leuiter non tangatur de conditio- K ne libri, cuius eſt prologus.

Secunda cauſa eſt, & prẽcipua, quia Hieronymus habebat multos ęmulos, eo quòd transferebat de Hebrẽo in Latinum libros, quia contemporanei ſuccenſere debebant ſibi nimis, quòd nouitates vellet. Vnde etiã beatus Auguſtinus contemporaneus eius mordet eum aliqualiter 18. de ciuitate Dei propter translationem, quam faciebat non contentus translatione ſeptuaginta Interpretum: & quia magna crimina imponebant ei. ſ. ꝙ ipſe eſſet falſarius ſacrę Scripturę, & non corrigeret errores, ſed ſereret illos, & ꝙ ipſe propter inuidiam ſeptuaginta Interpretum ad eos increpandum transferebat de Hebræo, ſicut patet in prologo ſuper Iob, qui incipit: Si aut fiſcellam iunco texerem. Et fere in omnibus prologis. & propter hoc beatus Hiero. conatus fuit nimis elidere rationes ineptas ęmulorum ſuorum, vt appareat ipſum iuſte, & vtiliter agere transferendo de Hebrẽo, & ideo in principio cuiuſque libri translati ponit prologum de Hebrẽo ad reſpondendum ęmulis. Sic enim patet in ꝓlogo ſuper Iob, qui incipit: Cogor per ſingulos Scripturę diuinę libros aduerſariorum reſpondere maledictis. Conſiderandum autem, quòd iſte prologus, ſicut & cęteri, principaliter fuit factus a beato Hierony. ad reſpondendum ęmulis, & diuiditur in ſex partes, quia primo ponit ad faciendum prologum iſtum qd Di eius monerit voluntatem. Secundo ponit translatio- prol nis neceſſitatem ibi. *Nunc vero.* Tertio in hoc, quòd ſex p recipiantur translationes ſuę à Latinis eſſe ęquitatem ibi. *Si igitur alijs.* Quarto de ęmulatione contra ſeptuaginta Interpretes, & increpatione eorum ponit rationem excuſantem ibi. *Hæc pace veterum.* Quinto beneuolentiam captat per rationem quãdam bonam, quę ipſe fecit Latinis oſtendentem ibi. *Cæterum.* Sexto attentum reddit auditorem translationis demõſtrando vtilitatẽ ibi. *Et quòd nunc Diurehaiamim.* Circa principiũ dicitur. *Si ſeptuaginta Interpretum.* Intentio Hiero. eſt in litera, ꝙ Chromatius Papa videns in libris ſacrę Scripturę eſſe multam exemplarium varietatem, & errores dixit beato Hiero. erudito in lingua Hebraica, & Latina, quòd de omnibus exemplaribus, quę erant in Eccleſia iudicaret, ꝙ verum erat ad hoc, & quòd illud ſolum reciperetur, & auferrẽtur alia, & ſi omnia cẽnt corrupta ipſe faceret nouam translationem, quę reciperetur, & iſtud non ſolum petebat pro libro Parali. ſed pro tota ſacra Scriptura. Hierony. autem reſpondet ad hoc, ꝙ ſi forte translatio ſeptuaginta Interpretum facta de Hebrẽo in Grẽcum maneret integra, ſicut quando nõuiter facta eſt, non oportebat fieri nouam translationem de Hebrẽo in Latinum, quia tamen illa nimis corrupta erat, & detruncata, atq; corroſa, neceſſe fuit nouam fieri, & ad hoc ait. *Si ſeptuaginta Interpretum pura, & vt ab eis in Græcum verſa eſt, ædi- tio permaneret.* Vocatur aliquando ęditio, & aliquando translatio, ſed translatio proprie eſt quandocunque, quod continetur in vna lingua vertit in aliã, ſiue per eadẽ verba, ſiue per diuerſa ſeruata ſententia, dũ tñ nõ addatur aliqua ſententia noua, nec mutet, & ſic vocat translatio beati Hier. conuerſio facta ab ipſo omnium librorum de Hebræo in Latinum, quia nullam ſentẽtiam addit, nec minuit, ſed ſeruauit ſententiam, quæ erat in hebræo, quamquam mutaret aliqua verba. Aeditio autem vocatur compoſitio alicuius operis, quãdo quis ſine alio exemplari opus nouum format, vel quando exponit, quæ in aliis libris ſunt obſcurè tradita, & ad hoc plures ſententias addit, quam fuerunt in libro, quem exponit. Sic enim quædam translationes Bibliæ vocantur æditiones, quia appoſuerunt aliqua, plus quam erant in Hebræo, ſicut apparet in æditione vulgata, & in æditionibus Symmachi Aqlæ, & Theodotionis, quia in omnibus his interdum additur aliqd ſuper id, quod eſt in Hebræo, & interdum minuitur, translatio autem interpretum poteſt vocari quantum ad hoc æditio, quia aliqua ſubtricuit de his, quæ erant in Hebræo, ſicut declaratum eſt in prologo ſup Gen. qui incipit deſiderii mei. & dicitur ſi maneret pura, & integra. q. d. vera eſſet, ſicut eam fecerunt ſeptuaginta Interpretes: & tñ corrupta fuit poſtea per plures trãſlatores, & varia exemplaria, ideo tamen non manebat pura. i. vera, ſicut prius. vel dicitur pura, & integra, qa duobus modis corrupta fuit translatio ſeptuaginta Interpretum, ſcilicet addendo ei aliquid, & diminuendo, & iſti duo modi ſignantur per purum, & integrum. Nam purum eſt, cui nihil de aliena ſubſtantia admixtum eſt, ſicut vinum purum eſt, quando nihil de aqua habet, nec de alio liquore, & ita trãslatio ſeptua-

ſeptuaginta Interpretũ non erat iam pura, quia multi translatores appoſuerunt ei varias particulas. Sic enim Origenes miſcuit in editione ſeptuaginta Interpretum Theodotionis editionem deſignans aſteriſcis, & obelis ea, quæ defici ebant, & quæ ſuperabũdabant, vt patet infra in litera. Non erat ẽt translatio ſeptuaginta Interpretum integra, quia integrum eſt, cui nihil deeſt de partibus ſuis, & tamen multa ablata fuerant à quibuſdam de translatione iſta, ideo erat deformata. *Superflue me Chromati epiſcoporum ſanctiſſime, atque doctiſſime impelleres.* Quaſi dicat tu Chromati impellis me, vt vertam de Hebrẽo in Latinum libros ſacros, & tamen ſuperfluum erat iſtud, ſi maneret trãslatio ſeptuaginta Interpretum pura, & integra. Iſte Chromatius, qui hoc iubebat Beato Hierony. erat B Papa, vt patet in lib. 2. Hierony. contra Ruffinum, cũ ait: *In libro temporum, qui Paralipom. dicitur ad Sanctum Chromatium Papam præfatiuncula vſus ſum ſeptuaginta.* Ergo iſte Chromatius, de quo hic dr, erat Papa. Ob hoc autem vocatur hic Sanctiſſimus, quia iſtud connotatum eſt Papę, ſcilicet Sanctiſſimus, & Beatiſſimus.

Vt Hebræa tibi volumina Latino ſermone transferrẽ. Ideſt vt transferrem de nouo Libros ſacros de Hebræo in Latinum: nam iam translati erant de Hebrẽo in Grẽcum per ſeptuaginta Interpretes, & poſtea de Grẽco in Latinum per plures translatores: de Hebrẽo tamẽ in Latinum translati nunquam fuerant, & hoc volebat Chromatius, quòd faceret Hierony. Et conſtrue C ſic: O Chromati Domine, vel pater Sanctiſſime, atq; doctiſſime fruſtra impelleres me, vt transferrem Hebręa volumina Latino ſermone, ideſt Bibliam de Hebrẽo in Latinum, ſi editio ſeptuaginta Interpretum permaneret pura, & integra, vt ab eis in Græcum verſa eſt, ideſt ſicut ipſi verterunt de Hebrẽo in Grẽcum.

Quod enim ſemel aures hominum occupauerat. Ponit Hierony. rationem ad probandum, quòd fruſtra ipſe transferret libros de Hebrẽo in Latinum, ſi maneret integra, & pura translatio Interpretum. Et ponit duas rationes: Prima eſt, quia quando aliqua opinio ſatis rationabilis eſt, & tenetur iam ab omnibus hominibus, quamquam inſurgat alia rationabilis, dum tamen nõ omnino appareat priorem deſtrui per iſtam ſecũdã, D ſcilicet quòd illa non teneat veritatem, non debet introduci ſecunda opinio, ſed debet permitti manere poſitio prima. Ratio huius eſt, quia iam omnes tenẽt primam poſitionem tanquam veram, & iſta ſecunda non eſt melior illa, quod ergo laborẽt homines differendo opinionem priorem, & adijciendo nouam omnino eſt labor inutilis: cum ſecũda non ſit melior, quã prima: immo dato, quòd ſecunda eſſet aliqualiter verior, q̃ prima, nõ deberet deſtrui prima, vt introduceretur alia, niſi prima omnino eſſet falſa, & intolerabilis. Iſtam rationem ponit Ari. 2. Politi. c. de politia Hipodamij Eriphontis, vbi dicit, quòd magnũ damnum eſt in mutatione frequenti legis, & ꝙ nõ eſt mutãda lex, q̃cunque alia melior occurrat, niſi forte prior ſit E omnino iniuſta, quia maius damnum erit, quod fiet ex mutatione frequenti legis, quam vtilitas ſic introducendo nouiter legem bonam, quia per frequentẽ mutationem legis fit populus indomitus aſſuetus nõ ferre legem: ita hic translatio ſeptuaginta Interpretũ fuerat ſuſcepta ab omnibus Chriſtianis a principio, & tenebatur vſque ad tempus Beati Hiero. ſi igitur illa eſſet tolerabilis non deberet Beatus Hierony. facere nouam translationẽ de Hebræo in Latinum ad præiudicandum illi, quia iã illa erat radicata in mentibus hominũ: ẽt ſi trãslatio, q̃ faceret Beatus Hiero. de Hebrẽo in Latinũ eſſet melior, q̃ illa, q̃ fecerãt ſeptuaginta Interpretes, quia tñ nõ erat tolerabilis pp multos errores, oportuit fieri nouã translationẽ. *Et naſcentis*

Eccleſiæ roborauerat fidem. Iſta eſt ſecunda rõ ad ꝓbandũ idem. ſ. ꝙ eccleſia à principio fundata fuerat in trãslatione ſeptuaginta Interpretũ, iõ ſi tolerari poſſet deberet hñi in magna auctoritate, ne viderentꝰ deſtrui documenta fidei, q̃ acceperat Eccleſia primitiua, & quia tñ nõ poterat tolerari translatio illa pp magnam corruptionẽ, quę in ea erat, non obſtantibus illis duabus rationibus oportuit fieri aliam translationẽ, quæ eſſet de Hebrẽo in Latinum. *Iuſtum erat etiam noſtro ſilentio comprobari.* q. d. ſi ego non ſcriberem faciendo aliam translationem viderer approbare translationẽ ſeptuaginta Interpretum non curando de alia: nunc aũt ſcribendo nouam videor innuere illam inſufficiẽtem eſſe, & corruptã, & ideo ſi eſſet ipſa tolerabilis, ego debuiſſem ſilere nihil transferendo, & ſic approbaſſem eam ſilendo.

Quomodo translatio ſeptuaginta Interpretum firmauerat fidem Eccleſiæ naſcentis. Quæſt. III.

QVAERITVR qũo translatio ſeptuaginta Interpretum firmauerat fidẽ Eccleſię naſcentis. Rñdendum, ꝙ Eccleſia naſcens vocat Eccleſia primitiua, cuius fides erat credere in Chriſtum. ſ. ꝙ per eius ſanguinẽ liberati eſſemus à peccato, & facti hęredes vitę eternę. Iſta aũt fides confirmabat̃ per ſcripturas veteris teſtamenti, qa ibi erat promiſſio factа de Chriſto, & de omnibus, q̃ facturus erat, ita ꝙ ſi aliquis dubitaret Chriſtum eſſe verum meſſiam poſſet cognoſcere, ꝙ erat verus per oĩa, quę fecerat, quia illa reperiret in veteri teſtõ prẽnunciata per prophetas, & prefigurata in Patriarchis: ſic. n. dixit Chriſtus loquẽs ad Heb. Io. 5. ſ. Scrutamini ſcripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternã habere, & illę ſunt, quę teſtimoniũ perhibent de me. Sic. n. Chriſtus probabat ſępe ea, quę faciebat per id, quod ſcriptum erat in veteri teſtõ: ſic enim patet Lucę vltquando Chriſtus in forma peregrini probauit duobus diſcipulis euntibus in Emmaus quomodo oportebat Meſſiam mori, & ſurrecturus erat, & omnia alia geſta ſua, ſcilicet. Nonne hęc oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam? & incipiens à Moyſe, & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quę de ipſo erant. Ad hoc igitur erant nimis neceſſarij libri veteris teſtamenti Chriſtianis nouiter conuerſis, vt confirmaretur fides eorum, quę habebantur in libris illis tanquam per teſtes operum Chriſti. Iſta autem confirmatio fuit facta in Eccleſia primitiua per translationem ſeptuaginta Interpretum. Nam non habebant aliam nouiter conuerſi. Quod patet, quia in principio Eccleſię licet conuerſi fuerint aliqui Iudei, tamen pauci fuerunt per comparationem ad gentiles, qui conuerſi ſunt. Ipſi autem Iudei conuerſi legebant libros veteris teſtamenti, quos tenebant in Hebrẽo: gentiles autem, qui plurimi erant non ſciebant linguam Hebraicam, quia illa non erat multum vulgata per orbem, ſicut Latina, & Grẽca, ideo per linguam Grẽcam habuerunt Bibliam in trãslatione ſeptuaginta Interpretum, & hoc fuit, quia à principio Eccleſię primitiuę plures Chriſtiani fuerũt conuerſi de Grẽcis, quam de alijs gentibus, quia omnes epiſtolę Pauli ſunt ad Grẽcos, prẽter vnam ad Romanos, & aliã ad Epheſios, & aliam ad Hebræos: nam Galathę, Corinthij, Coloſſenſes, Philippenſes, Theſſalonicenſes Grẽci erant: Biblia tamen erat translata de Hebrẽo in Grẽcum, etiam ante Chriſti natiuitatem, quia ſeptuaginta Interpretes pluſquam per ducentos annos tranſtulerant Bibliam de Hebrẽo in Grẽcum ante Chriſti natiuitatem, vt infra declarabitur, & ſic Grẽci conuerſi ad Chriſtum, non inquiſi-

uerunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

nerunt aliam Bibliam, nisi illam, quam habuerant a septuaginta Interpretibus. Aliæ autem gentes, scilicet Latinæ, & Barbaræ, quæ non habebant idioma Græcum transtulerunt Bibliam de Græco in Latinũ, & in alia sua idiomata, eo quod lingua Græca erat eis propinquior, quàm Hebræa, ideo facilius poterant transferre de illa, quàm de Hebræa, & sic factum est: nam vsque ad tempus beati Hieronymi nullus fuit qui Bibliam transferret de Hebræo in Latinum, licet multi illam transtulissent de Græco in Latinum, & sic translatio septuaginta Interpretum roborauerat fidem nascentis ecclesiæ, quia omnes Christiani a principio ecclesiæ, vsque ad beatum Hieronymum sequebantur translationem septuaginta Interpretum, & iam erant quasi quadringenti anni de ætate Christi, quando scribebat ista beatus Hietonymus, & iam transierat status ecclesiæ primitiuæ. Iustum ergo erat, ꝙ translatio illa, quæ principium fidei dederat, in magna auctoritate haberetur semper, nisi esset talis, quæ non posset sustineri.

Nunc verò cum pro varietate regionum diuersa ferãtur exemplaria, & germana illa, antiquaque trãslatio corrupta sit, atque violata, nostri arbitrij putas, aut è pluribus iudicare quid verum sit, aut nouum opus in veteri opere cudere, illudentibusque Iudæis cornicum, vt dicitur, oculos configere. Alexandria, & Aegyptus in septuaginta suis Hesychium laudat auctorem. Constantinopolis vsque Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat. Medię inter has prouincię Palęstinos codices legunt: quos ab Origene elaboratos Eusebius, & Pamphilus vulgauerũt. Totusque orbis hac inter se tripharia varietate compugnat. Et certè Origenes non solũ exẽpla composuit quatuor editionum è regione singula verba describẽs, vt vnus dissentiens statim cæteris inter se consentientibus arguatur, sed quod maioris audaciæ est, in editione septuaginta Theodotionis editionẽ miscuit, asteriscis designans, quæ minus fuerint, & virgulis, quæ ex superfluo videbantur appositа.

Nunc vero. Hic ponitur secundum, in quo Hieronym. ponit translationis suę necessitatem, & demonstrat multis rationibus. Prima est propter multitudinem exemplarium, quia quęlibet regio habebat suũ exẽplar, & illa non concordabant, & ideo oportebant aliqua illorũ falsa esse, quia impossibile erat omnia esse vera, cum inter se repugnarent, & omnia erant dubia, cum nesciretur, quod illorum erat verum, quia eadẽ ratione, qua diceretur vnum falsum, dicerentur omnia alia, cum nõ appareret testimonium aliquod plus de vno, quam de alio, nisi vellemus facere, sicut fecit Origenes, qui ponebat in eodem libro multas translationes simul, & quando plures translationes concordabant in aliquo passu inter se, putabatur ibi esse veritas, & vbi discordabant, arguebatur esse falsitas, vt patet infra in litera. Sed ista probatio adhuc erat insufficiens, quia poterant interdũ plures codices mendosi esse, quam veri, vel plures translationes poterant esse mendaces, quam verę, sed oportebat ad sciendũ veritatem redire ad primum principium, sicut in speculatiuis: maxime in mathematicis ad sciendum veritatem conclusionis reducimus illam in primum principium: istud autem est litera Hebręa, quia in Hebręo fuit lex tradita, & omnes prophetię scriptę, ideo quãdo comparauerimus quęcunque exemplaria literę Hebraicę, sciemus in quo verum, aut falsum contineant, & sic volebat facere Hierony. transferendo de Hebręo, & hoc iubebat Chromatius Papa, & ista ratio tangitur cum dicitur.

Nunc vero cum pro varietate regionum diuersa ferantur exemplaria. Idest non sunt exemplaria eadem in omnibus gentibus, sed diuersa sunt secundum diuersitatem regionum, & non solum secundum diuersitatẽ regionum, sed etiam tot videbantur iam esse translationes, quot libri, quia quilibet scribens aliquid addebat, vel minuebat in libro, quem scribebat, vt ipse Hierony. alibi dicit: hic autem vult, quòd pro regionũ diuersitate erant diuersa exemplaria, quia tria exemplaria erant secundum tres prouincias, scilicet Luciana, Palestina, & Hesychiana, vt patet infra.

Et germana illa, antiquaque translatio corrupta sit, atque violata. Secunda cauta ostendens necessariam fuisse translationem Hier. de Hebręo in Latinum erat, qa erant libri iam corrupti, in quibus erat translatio septuaginta Interpretum, & ista est distincta ratio a præcedenti. Nam poterat esse, quòd essent multa exemplaria, & vnum illorum esset verum: reliqua autem falsa, & sic debet eligi id, quod verum erat refutatis alijs, & non oportebat fieri translationem nouam de Hebręo in Latinum, quia tamen omnia erant corrupta, oportebat trãsferri de Hebręo. Et dicit, quòd trãslatio septuaginta Interpretum erat corrupta, & violata. Corruptio enim fit duobus modis, scilicet augẽdo aliquid, quod non erat, vel alterando id, quod erat in aliam sententiam. Violatio autem fit auferendo aliqd de præexistenti: nam fractio rei, vel sectio eius ad auferẽdum partes aliquas de integritate eius dicit violentiam: Vocatur ista translatio antiqua, quia illa fuit ante omnes translationes. Nondũ enim aliquis trãstulerat Bibliam de Hebręo in aliquam linguã priusquã transferrent illam septuaginta Interpretes. Vocatur etiã germana, idest facta a germanis, quia septuaginta Interpretes, qui fecerunt illam, erant quasi septuaginta fratres, vel vocatur germana, idest concors, vel concorditer facta: nam germanitas dicit concordiam pp vnitatem sanguinis, & radicis, vt patet 8. Ethicorum, & quia ista translatio facta fuit concorditer a septuaginta viris, qui disputabant in eo, quod transferendũ erat, & postea de communi iudicio scribebãt id, quod scribebatur. Vel vocatur germana, idest concors ipsi litęrę Hebraicę, quia non habebat aliquod de exemplaribus diuersis, quę nunc erant.

Nostri arbitrij putas, aut è pluribus iudicare quid verum sit, aut nouum opus in veteri opere cudere. Loquitur Hiero. ac Chromatium Papam, dicens, quòd Chromatius posuerat in arbitrio, idest iudicio Hiero. facere vnum de duobus, scilicet, quòd aut de omnibus exemplaribus eligeret vnum, quod verum esset, aut si nullum reperiret, faceret nouam trãslationem de Hebræo in Latinum. Debebat autem Hiero. eligere aliquod de istis exemplaribus, si verum esset, & hoc debebat probare comparando omnia ad literam Hebraicam, & si aliquod concordaret ei, verum esset, & quia Hiero. nullum de exemplaribus inuenit verum, transtulit de Hebręo in Latinum, & dicitur.

Aut è pluribus. Idest ex pluribus, quia, è, est prępositio,

sitio, sicut cum dicimus, è fronte, & è regione fratrũ suorum figet tabernacula Gen. 16. & ista plura erant tria genera exemplarium, scilicet Luciana, Palęstina, Hesychiana, vt patet infra. aliqui libri habent nouum opus in veteri condere, & alij cudere, & idem est, quia cudere formare est, & pertinet ad monetam. & alias res, quæ per malleationem, & percussionem fiunt, & dicitur, Cudere opus nouũ in veteri, idest facere opus nouum, scilicet translationem nouam de Hebręo in Latinum, quæ nunquam facta fuerat, & hoc in veteri opere, idest ad emẽdationem veteris operis, idest trãslationis septuaginta Interpretum, quæ erat antiqua, quia ante illã nulla fuerat, vel dicitur secundũ quosdã: Condere nouũ opus in veteri. Quia facturus erat Hiero. translationem de Hebræo in Latinum, & in directo illius positurus erat translationem septuaginta Interpretum, sicut nunc habebatur, sed istud nihil est, nam istum modum tenuit Origenes, qui in quolibet folio exemplariorum ponebat simul plures translationes. Et tamen Hiero. dicit istud opus esse magnarum expensarum, quia multę translationes erant simul, vt patet in Prologo eiusdem super Iob, qui incipit: Cogor per singulos. Et etiam illa positio erat inutilis, quia non ponebantur simul tot exemplaria, nisi ad sciendum veritatem, vt quando multa concordarent inter se, appareret illa esse vera, & quãdo discordarent illa, quę pauciora essent apperet esse falsa, & tamen Hiero. in vnico exemplari, quod transferret ex Hebręo poneret veritatem plenam, ideo superfluum erat ponere plures trãslationes, & sic tenenda est prima expositio. *Illudentibusque Iudæis cornicum, vt dicitur, oculos configere.* Idest tu Chromati iubes mihi condere nouum opus in veteri, & configere oculos cornicum, vt dicitur. i. sicut dicitur in prouerbio. Est sensus ꝙ antequam Hiero. transferret Bibliam de Hebręo in Latinum, Hebręi irridebant Christianos, ꝙ ipsi habebant Bibliam mendacem, & detrũcatam in quibusdã superfluam, & in quibusdam diminutam, & gaudebant illudendo Christianis, quia erant inuidi. Cum autem Hiero. transferret Bibliam de Hebręo in Latinũ, non manet aliquid imperfectũ, de quo Iudæi possent illudere christianis, & sic configerentur oculi eorum, non habendo iam aliquid, quod viderent, de quo illuderent, sic enim dicit Hierony. in Prologo. super Iosue, qui incipit. Tandem finito Pentateucho. Quę audientis, vel legentis vtilitas est, nos laborando iudare, & alios detrahendo laborare, dolere iudęos ꝙ calumniandi eis occasio, & irridendi christianos ablata sit. Istud verbum Hiero. tractum est a prouerbio vulgari, quia quandocunque aliquis inimicis suis auferebat occasionem dicendi de se mala, dicebatur configere oculos cornicum, quia malitiosi, & detractores vocãtur cornices, quia cornix est auis nigra, & garrula. De hoc dicitur in versibus.

Lumina cornicis fodis obturans inimicis.
Rimas ne videant, quod lacerare queant.
Si rimas eis adimis, non figunt lumina rimis.
Nec te derident, qui nisi turpe vident.

Alexandria, & Aegyptus in septuaginta suis Hesychium laudat auctorem. Hic declarat Hiero. in particulari, quod supra dixerat. s. ꝙ erat varietas exemplarium, & ponit tres varietates. Nam Alexãdria, & Aegyptus sequunt exemplaria Aegyptij. Pertinent enim ista duo ad eandem regionem: nam Alexandria in Aegypto est, sed distinguitur duplex Aegyptus, scilicet superior, & inferior iuxta Paulũ Orosium. primo de Ormesta mundi: Alexandria enim est inferior Aegypto versus occidentem circa Libyam, & tota ista regio Aegypti superior, & inferior sequitur exemplaria Hesychij. Pro quo sciendum, quòd hic ponuntur tria exemplaria, vt patet in litera, & ista differebant inter se per tres auctores, qui correxerunt translationem septuaginta Interpretum. Erat enim trãslatio illa vitiata ab antiquo, & quilibet istorum conatus est corrigere eam arbitrio suo, sed aliter correxit eam Hesychius, aliter Lucianus, & aliter Origenes, & sic non concordabantur inter se istę translationes, & tamen quędam prouincię sequebantur vnam translationem, & alię aliam. Alexandria enim, & Aegyptus sequuntur translationem Hesychij. Fuit enim Hesychius Episcopus vrbis Cesareę, qui totam bibliothecam restaurare conatus est, vt ait Hiero. de illu. viris. Et dicitur, ꝙ Alexandria, & Aegyptus laudat Hesychium auctorem, idest correctorem, vel translatorem in septuaginta suis, idest in translatione septuaginta Interpretũ, quasi dicat Alexandria, & Aegyptus non approbat aliam translationem septuaginta Interpretum, nisi illam, quam Hesychius correxit. *Constantinopolis vsque Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat.* Constantinopolis est ciuitas quędam famosa in Grecia dicta Constantinopolis, idest ciuitas Constantini, quia postquam Imperator Constantinus tradidit Romanum imperiũ Ecclesię. s. tradendo vrbem Romã, transtulit se in Greciam, & ciuitatem illam famosam, quę prius alio nomine vocabatur, de suo nomine Constantinopolim appellauit. Vocabatur enim prius Bizãtium, & etiam ante hoc antiquissimo tempore vocabatur Lacedęmonia, quæ fuit ciuitas famosissima, & bellicosa, cuius legislator Lycurgus fuit vir famosus legibus, & exẽplo, nam vt leges suę in ęternum obseruarẽtur in Lacedęmonia, voluntarium exilium amplexus est, & cũ moreretur, iussit ossa sua proijci in mare, ne contingeret ipsum saltem mortuum Lacedęmoniam redire, & sic putarent Lacedęmonij se absolutos a iuramento, quod ei prestiterãt. i. ꝙ leges eius obseruarẽt, quousque ipse rediret. De vrbe ista, & politia multa loquit Ari. 2. Politicorum c. de politia Lacedęmoniorum. Et vocantur Lacedęmonij aliqñ Spartani, vt vocat eos ibidem Ari. & aliquando Spartę, & aliquando Sparciatę, vt patet in lib. Machabæorum, & sępe apud poetas. ista ciuitas Constantinopolis sequitur exemplaria Luciani martyris, & etiam tota terra, quæ est inter ipsam, & Antiochiam. Est enim Antiochia ciuitas inclyta in terra Syrię, in qua beatus Petrus tenuit sedẽ papalem per septem annos priusquã trãsferretur Romam ipsa sedes apostolica: Fuit autem ibi magna cõmunicatio christianorũ in Ecclesia primitiua, & erãt ibi Apostoli, & prophetę, & in ipsa vrbe primũ Apostoli vocati sunt christiani, vt patet, Act. 11. De ista ciuitate erat oriundus beatus Lucas, vt patet per Hier. in Prologo super Lucam, & super Actus Apostolorum scilicet Lucas Antiochẽsis natione Syrus. Ista ciuitas est in terminis Syrię, & terrę Chanaan, & secundum quosdam vocabatur antiquitus Emathi, & secundum alios vocabatur Reblata, & istę sunt duę vrbes, q̃ ponuntur termini Syriæ, & terræ Chanaan: Nu. 34. Tota aũt terra, q̃ est inter Constantinopolim, & Antiochiã, secuta est exemplaria Luciani, & est ista fere tota Grecia, & Syria, & insulę Ciclades, & aliæ regiones intermediæ, & sic ponitur Constantinopolis tanquã terminus aquilonaris terræ huius. Antiochia aũt est velut terminus meridianus. Lucianus autem fuit auctor huius translationis, quia ipse correxit translationem septuaginta Interpretum in forma, quam sequuntur istæ regiones. De Luciano dicit Hieronymus in libro de illustri. viris, scilicet Lucianus disertissimus Anthiochenæ Ecclesię præsbyter tantum in studio scripturæ laborauit, vt vsque hodie quædam exemplaria scripturarũ Luciana appellentur, passus Nicomediæ ob confessionem Christi.

Constantinopolis nomina.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mediæ inter has prouinciæ Palæstinos codices legunt. Istud est tertium exemplar, scilicet codicum Palæstinorũ. Et dicitur, ꝙ medię prouincię, ideſt prouincię, quæ sunt inter Aegyptum, & Antiochiam. Nã diuiditur hic orbis ab Aquilone in Meridiem in tres partes, & quilibet istarum sequitur vnum exemplar. Pars autẽ prima, quę est maxime Aquilonaris incipit a Constãtinopoli vsque ad Antiochiam. Pars media incipit ab Antiochia vsque ad Aegpptum, & continet totam terram Palæstinorum, Moabitarum, Ammonitarum, & Idumęorum, & Amalecitarum, & Madianitarum, & aliarum gentium habitantiũ in desertis Arabię, & ista tota regio est, de qua dr̃ hic, ꝙ Medię prouincię inter has legunt Palęstinos codices. Tertia pars, quæ est maxime Meridiana continet totam Aegyptij terram tam superioris, quam inferioris in latitudine, & aliquas partes Aethiopię, legit codices Palęstinos, i. translationem septuaginta Interpretum emendatã differentem ab Exemplaribus Luciani, & Hesychij. & vocatur trãslatio codicum Palęstinorum, & ratio est, quia ista translatio facta est in terra Palęstinę, vel inuenta est ibi, vt quidam volunt, cum ignoraretur auctor, vel quia terra Palęstinę est, quę ptęcipuè sequit istam translationem. Est enim terra Palęstinę, quam nos vocamus terram Philisthinorum: nam Hebræi Palęstin dicunt, vbi nos dicimus Philisthijm, iõ etiam nos, & Gręci aliquando vocamus gentes istas Philisthinos, & aliquãdo Palæstinos: est enim ista terra Iudęę, quia in illa habitabant Philisthini, & etiam manserunt semper quãdiu Israelitæ fuerunt in terra Chanaan, & etiam postea. Diuiditur autẽ terra Philisthinorum in quinque regulos, vel satrapas per quinque ciuitates præcipuas terræ illius, quæ sunt Ascalõ, Azotus, Accaron, Geth, Gaza, vt patet Iosue 13. & primo Re. 6. Isti Philisthini erant de genere Chananæorum, & pugnauerunt contra Israelitas sæpissime, vt patet in libro Iudi. & in primo, & 2. libris Regum, & cum isti sint solum quædam pars terræ Chanaan, vocatur large tota terra Chanaan Palæstina, & illa tenebat istos codices. *Quos ab Origene elaboratos Eusebius, & Pamphilus vulgauerunt.* De ista translatione codicum Palæstinorum non constabat a quo esset facta, quia inuenta est, & tñ Pamphilus, & Eusebius, qui erant auctores clarissimi, vulgauerunt, ideſt publicè asseruerunt factam esse ab Origene eo, ꝙ ille fuerit tempore illo curiosus valde circa studium sacræ Scripturæ.

De Eusebio, & Pamphilo. Quæst. IIII.

QVAERITVR De isto Eusebio, & Pãphilo, qui fuerunt. Respondendum est de Eusebio, ꝙ tres Eusebij leguntur viri illustres, quos scribit Hiero. in libro virorum illustrium. Primus enim illorum fuit Eusebius Cæsariensis, qui fuit cæteris illustrior, & est iste, de quo hic dr̃: de quo Hiero. in præallegato libro ait, Eusebius cęsaręę Palæstinę Episcopus in scripturis diuinis studiosissimus, & bibliothecę diuinę cum Pamphilo martyre diligentissimus perscrutator edidit infinita volumina, de quibus hęc sunt. s. super Euangelium libri viginti, & rursum super idem Euangelium alij libri quindici: Theophaniarũ autẽ libri quinque: Ecclesiasticę historię libri decem: Chronicorum canonum historiam, Euangeliorum Diaphoniam: in Isaiam libri decem, & contra Porphyrium, qui eodem tempore scribebat in Sicilia libri triginta, de quibus tantum ad me viginti peruenerunt. Apologias pro Origene libri sex: De vita Pamphili libri tres: De martyribus alia opuscula. Et in centum quinquaginta Psalmos eruditissimos commentarios, & multa alia. Floruit autẽ maxime sub Constantino Imperatore, & sub Constãtio, & ob amicitiam Pamphili martyris ab eo cognomẽtum sortitus est. vnde vocatur Eusebius Pãphili, vt ait Hiero. in Prologo super Iosue. Secundus Eusebius fuit Emisenus Episcopus: de quo Hiero. in libro de illu. viris, ait: Eusebius Emisenus Episcopus elegantis, & rhetorici ingenij innumerabiles, & qui ad plausum populi pertinent libros confecit, magisque historiam secutus ab his, qui declamare volunt studiosissime legitur. Ex quibus ptęcipui sunt aduersum Iudæos, & Gentes, & Nouatianos, ad Galatas libri decẽ, & in euangelijs homelię breues, sed plurime. Floruit autẽ tempore Cõstantij imperatoris, sub quo mortuus est, & Antiochię sepultus. Tertius Eusebius fuit Sardus, de quo Hiero. in libro de Illustribus viris, ait: Eusebius natione Sardus ex lectore Romanę vrbis Vercellensis Episcopus factus ob confessionem fidei a Constantio principe Scytopolim, & inde Cappadociam relegatus sub Iuliano Imperatore ad Ecclesiã reuersus edidit in Psalmos commentarios Eusebij Cęsariensis, quos de Gręco in Latinum verterat, & mortuus est Valentiniano, & valẽte regnantibus. De Pamphilo autẽ de quo hic agitur dicẽdum, ꝙ fuit presbyter, & Martyr de quo Hier. in lib. de Illustrib. viris ait, Pamphilus presbyter Eusebij Episcopi Cęsariensis necessarius, ideſt amicus, tanto Bibliothecę diuinę amore flagrauit, vt maximam partem Origenis voluminum sua manu descripserit, quę vsque hodie in Cæsariensi bibliotheca reseruatur. Sed & in duodecim prophetas vigintiquinque quęstionum Origenis volumina manu eius exarata reperi, quæ tanto amplector, & seruo gaudio, vt Crœsi opes habere me credam. Si enim vnam Epistolam martiris habere lætitia est, quanto magis tot millia versuum, quę mihi videntur sui sanguis signata esse vestigijs? Scripsit anteq̃ Eusebius scriberet Apologeticũ ꝓ Origene, & passus est sub persecutione Maximini Imperatoris.

Quis fuerit iste Origenes. Quæst. V.

QVAERITVR vlterius de isto Origene, de quo hic dicitur, quis fuit. Respondendum ꝙ fuit vir ingenio clarissimus, & in operibus famosus: scripsit enim tot libros, vt vix credibile sit. Nam Hyeroni. asserit in Bibliotheca sua septem millia librorũ Origenis habuisse prẽter illos, qui ad manus eius peruenire non potuerant, vt ait Isidorus in libro Etymologiarum. Iste tamen in quibusdam à veritate fidei deuiauit, pro quibus eum Hierony. condemnat dicens, quòd in quibus bene dixit, nemo illo melius dixit, in quibus autem errauit, nemo peius, quam ipse errauit. Apponuntur tamen in libris eius quidam errores à corruptoribus, & falsarijs scripturarum. De hoc patet per Hierony. in libro de Lectoribus duodecim, idem etiam Hierony. in libro de illustribus viris, de eo ait, Origenes, qui Adamantius vocatus est decimo anno Seueri Pertinacis Imperatoris aduersum christianos persecutione commota à Leonide patre. Christi martyrio conorato cum sex fratribus, & matre vidua pauper relinquitur annos habens circiter decem, & septem. Rem enim familiarem eius ob confessionem Christi fiscus occupauerat. Hic Alexãdriæ Ecclesia dispersa decimooctauo anno ętatis suę doctrinę opus aggressus postea à Demetrio eiusdẽ vrbis Episcopo in locũ Clemẽtis presbyteri ꝓfirmatus ꝑ multos annos floruit, & cum iam medię esset ętatis, & propter Ecclesias Achaię, q̃ plurimis hęresibus vexabatur sub testimonio Ecclesiasticę Epłæ Athenas per Palæstinã pergeret a Theochristo, & Alexandro Cęsareę, & Ieroſol. epis ꝑsbyter ordi-

ordinatus Demetrii offendit animos, qui tanta aduersus eos debacchatus est infamia, vt per totum orbem pro nomine eius scriberet. Constat autem eum, antequam Cęsaream migraret, fuisse Romæ sub Zepherino episcopo, & statim Alexandriam reuersum Heracleam presbyterum, qui in habitu philosophico perseuerabat adiutorem sibi fecisse. Quæ quidem & post Demetrium Alexandrinam tenuit ecclesiam. Quantæ autem gloriæ fuerit, hinc apparet, quòd Firmianus Cæsareæ episcopus, cum omni Cappadocia eum inuitauit, & diu tenuit. Et postea sub occasione sanctorum locorum. Palęstinam veniens diu Cæsareæ in sacris scripturis versatus est, sed & illud, quòd ad Mameam matrem Alexandri Imperatoris religiosissimam rogatus venit Antiochiam, & summo honore habitus est apud Philippum Imperatorem, qui primus de regibus Romanis Christianus fuit, & ad matrem eius literas fecit, vsque hodie exstant. Quis ignorat, quòd tantum habuerit in scripturis diuinis studii, vt lingua Hebræa contra ętatis, & gentis suæ conditionem ediscret exceptis septuaginta Interpretibus, alias quoque editiones congregaret, scilicet Aquilæ Pontici, & Theodotionis, Hebionei, & Symmachi eiusdem dogmatis, qui in Euangelium quoque super Matthæum scripsit commentarios, de quo, & suum dogma affirmare conatur. Præterea quintam, & sextam, & septimam editionem, quas nos etiam de bibliotheca eius habemus miro labore reperit, & cum cæteris editionibus comparauit. De immortali eius ingenio, non taceam, quòd Dialecticam, & Geometriam, & Arismeticam, Musicam, & Grammaticam, Rhetoricam, omniumque philosophorum sectas, ita didicit, vt ab ipsis quoque secularium literarum studiosos sectatores haberet, & interpretaretur eis quotidie, concursusque ad eum fieret, quos ille propterea recipiebat, vt sub occasione secularis literaturę eos in fide Christi instrueret. Vixit vsque ad Gallum, & Volusianum Imperatores, & sexagintanouem ętatis annos habens mortuus est Tyri, in qua vrbe sepultus est.

Totusque orbis hac inter se tripharia varietate compugnat. Ideſt totus orbis diuisus est inter se in istas tres partes quibusdam sequentibus exemplaria Hesychii, aliis vero Lucianos libros, aliis autem Palęstinos codices solum legentibus. Et quamquam totus orbis nõ capiatur in longitudine in illis tribus partibus, quæ assignantur: hic tamen capitur in eis secundum latitudinem, quia intra Constantinopolim ad Aquilonem, & vltra Aegyptum, & Aethiopiam versus Meridiem nulla regio erat tempore Hieronymi, quæ Christi fidem suscepisset. Aliæ autem regiones, quæ erant ad oriẽtem & occidentem istarum trium partium, sequebantur exemplaria ista, ideo solum erat trina diuersitas exemplarium Bibliæ in toto orbe: tpe Hieron. & tamen prę ter istam diuersitatem, quæ erat generalis, erant aliæ diuersitates speciales, secundum quas in qualibet regione erant varia exemplaria, Nam quidam scriptores per ignorantiam antiqua exemplaria corrumpebant: alii vero, qui sapientes sibi videbantur, addebant, vel minuebant pro arbitrio suo, ita vt iam rari codices etiam eiusdem translationis inter se cõcordarent, sed fere tot erant exemplaria, quot codices, sic enim ait Hieronymus in prologo super Iosue. s. Maxime cũ apud Latinos tot sint exemplaria, quot codices, & vnusquisque pro arbitrio suo, vel addiderit, vel subtraxerit, quod ei visum est.

Et certè Origenes non solum exemplaria composuit quatuor editionum. Declarat de Origene quomodo posuit diuersas translationes simul. s. quatuor editiones, nam in eodem folio, & in eadem margine scribebat quatuor columnellas è fronte, & id quod còtinebatur in vna, continebatur in alia, & tamen prima erat de trãslatione septuaginta Interpretum: secunda de editione Aquilæ: tertia de editione Symmachi: quarta de editione Theodotionis. Et istę quatuor simul erant, vt viderentur quando concordarent, & quando discordarent, & quando plures concordarent iudicaretur illud verum, & editio, quæ a pluribus discordaret, iudicaretur falsa.

E regione singula verba describens. Ideſt a fronte, vel ab opposito ponebat istas quatuor editiones, vt comparentur verba vnius verbis alterius.

Vt vnius dissentiens, statim cæteris inter se consentientibus arguatur. Ideſt hoc fecit Origenes, vt ponendo omnes istas editiones simul, videretur, quę erat illa, quæ concordabat cum aliis, & quæ erat illa, quæ discordabat, & tunc de translatione illa, quæ a cæteris discordaret, appareret, quòd esset falsa, cum plures concordarent in alio dicto, & ista esset tanquam testis singularis, cui non creditur. Istum modum probandi veritatem inuenit Origenes ad inquirendam veritatem Sacræ scripturæ. Etiam erant diuersæ translationes, quæ inter se discordabant, & varios habebant sectatores, nec apparebat, quæ earum esset vera, & cum essent distinctæ non poterant iudicari de eis cum iudicium de rebus non fiat, nisi per comparationem ipsarum, ideo Origenes scripsit in eodem margine folii istas quatuor editiones, vt per concordiam, & discordiam earum inter se appareret veritas, vt dictum est. Sed ista probatio non erat sufficiens, quia poterat esse, quòd plures translationes illarum essent falsæ a principio, vel postea errore librariorum vitiatæ, & illa quæ singularis esset, verum diceret. Ideo beatus Hieronymus, accepit modum probandi necessario de veritate scripturę, scilicet transferens de Hebræo, & tunc appareret, quæ esset vera translatio, nam de Hebręo facta est prima translatio, quia in Hebræo data est lex, & in Hebræo scripti fuerunt omnes libri sacri veteris testamenti, ideo quod Hebræo consonat, verum est, quod autem dissonat, est falsum, si autem Origenes posuisset inter istas editiones ipsam veritatem hebraicam, & compararet ad eã alias editiones, & sic iudicaret eas veras, vel falsas, rectè egisset: tamen non sic faciebat, sed comparabat inter se istas editiones, & quando plures concordabant, iudicabat illam, quæ discordabat a cæteris falsam esse, & sic scriptura Origenis erat magni laboris, & expensarum, quia in vna Biblia erant sex Biblię, & rursus erat inutilis, quia non faciebat probationem sufficientem de eo, quod intendebat. Sed dicetur quomodo dicit hic Hieron. ꝙ posuit hic Origenes quatuor editionũ exempla contra se, quia videtur, quòd posuerit sex, nam dicitur, quòd scripsit Bibliam in hexaplis, vt testatur idem Hieronymus in prologo super Iosue, & in prologo super Iob, qui incipit: Cogor per singulos, & dicuntur hexaplæ sex columnæ, vel sex plicæ, scilicet, quòd in qualibet margine folii ponebat Origenes sex planas, quæ necessario continerent sex translationes.

Quæ fuerint exapla Origenis.

Respondendum, quòd Origenes in sex planis scripsit translationes sex, & aliqui dicunt, quòd quatuor. Istarum erat translatio septuaginta Interpretum simplex non mixta cum aliis translationibus: secunda erat editio Aquilæ: tertia Symmachi: quarta Theodotionis: quinta translatio septuaginta Interpretum mixta translationi Theodotionis distincta per asteriscos, & obelos, de qua Hieronymus facit hic mentionem: sexta erat translatio Hebraica. Non curauit tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen Hieronymus hic dicere, nisi de quatuor istarum, eo quòd istę quatuor comparabantur inter se ad sciendum, quæ illarum esset vera, de his declaratum est in prologo super Iosue. *Sed quòd maioris audaciæ est.* Quasi dicat non solum posuit Origenes quatuor editiones simul, vt comparando eas inter se indicaret illam veram, quæ pluribus concordaret, & illam falsam, quæ ab omnibus dissentiret, quod fuit satis magnæ audaciæ, sed etiam fecit aliud, quod est maioris audaciæ, quod infra subditur: fuit autem magnæ audacię ponere istas quatuor editiones simul ad indicandum, quæ esset vera, vel quę falsa, quia difficile est condemnare, quę ab aliis scripta sunt, potissimè a viris famosis, nisi rationes euidentissimæ appareant. Origenes autem per istum modum condemnabat omnes quatuor editiones, scilicet interdum vnam, & interdum aliam, quę appareret a pluribus discordare.

In editione septuaginta Theodotionis editionem miscuit. Ista fuit alia translatio, nam posuit Origenes bis trãslationem septuaginta Interpretum, prius enim posuit eam simplicem, sicut iacebat apud antiquos, deinde posuit eam mixtam ex translatione septuaginta Interpretum, & ex editione Theodotionis.

Pro quo sciendum, quòd inter cęteras editiones, scilicet Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, & quintam, & sextam, & septimam editionem non fuit aliqua tam concors veritati, vt visum est Origeni, sicut editio Theodotionis, ideo voluit Origenes ex translatione septuaginta Interpretum, & editione Theodotionis commixtis facere vnam perfectam translationem. In hoc tamen contingebat, quòd interdum Theodotio plura scribebat, quam septuaginta Interpretes, & interdum pauciora, & interdum concordabat, quando erant eadem in vtraque translatione, & ad hoc faciebat Origenes commixtionem hoc modo, quòd quando translatio septuaginta Interpretum concordaret penitus cum litera Theodotionis, scribebat literam sine aliquo signo, interdum vero litera Theodotionis plus habebat, quam septuaginta Interpretes, & tunc superaddebat omnia illa Origenes, & ponebat super ea exterius quædam signa de rubeo in modum astrorum, quæ vocabat asteriscos ad significandum, quòd illa superaddita erant ad illuminandum sensum scripturę, cum prius viderentur deficere, cum autem plus habebatur in septuaginta Interpretibus, quam in Theodotione scribebat etiam omnia illa, & ponebat signa de rubro exterius ad modum Sagittarum, quæ vocabat obelos, ideſt sagittas ad confodiendum, & designandum superfluum esse, quod scriptum erat. Et ista editio erat maior quacunque alia, & approbat eam valde Origenes, quasi per asteriscos, & obelos illos appareret tota veritas scripturæ. Et ista erat maior audacia, quam prędcdens, quia per asteriscos appositos signabat Origenes aliquid deficere de editione septuaginta Interpretum, & addebat illud de Theodotione, per obelos vero significabat aliquid superfluum esse, & corruptum in translatione septuaginta Interpretum, quia illud confodiebat obelis. Non fuit tanta præsumptio, vel audacia beati Hieronymi, faciendo translationem de Hebræo in Latinum, quia per hoc nihil ipse mutauit de translatione septuaginta Interpretum addendo, vel minuendo, sicut fecit Origenes, vt ait infra. s. Cur non me suscipiant Latini mei, qui inuiolata editione veteri nouam condidi.

Sciendum autem, quòd cum Hierony. transtulerit de veritate Hebraica in Latinum, non posuit asteriscos, & obelos, sicut Origenes, quia non fuit opus; interdum tamen quando videbatur Hebraica litera minus habere, quam litera Theodotionis, vel quam vulgata editio apposuit aliqua, sicut est in libro Esther, in quo aliquid apponit de vulgata editione, postquam finiuit id, quod habetur in litera Hebraica. Sic etiam in Daniele ponuntur aliqua, quæ extracta sunt de translatione Theodotionis, & non habentur in Hebræo, sicut est canticum trium puerorum, & quædam alia, & in quibusdam Bibliis antiquissimis ponuntur asteriſci in locis istis, & tamen obeli, nusquam habentur, vbicunque tamen habentur ista additamenta, siue in veteribus, siue in nouis Bibliis dicitur hęc in Hebręo non reperitur, sed de vulgata editione, vel Theodotione sumpta sunt, istud tamen rarissimum est, quia vix reperietur in aliis libris, nisi in Esther, & Daniele.

Asteriscis designans, quæ minus fuerant, & virgulis, quæ ex superfluo videbantur apposita. Ista duo signa faciebat Origenes in editione illa mixta ex septuaginta Interpretibus, & Theodotione, scilicet ponebat asteriscos ad designandum ea, quæ minus fuerant, ideſt, quæ deficiebant de litera septuaginta Interpretum, & habebantur in Theodotione: ponebat autem virgulas ad designandum ea, quæ videbantur apposita ex superfluo: intelligendum est autem de litera septuaginta Interpretum. Nam vbi erat plus in litera Interpretum, quam Theodotionis, Origenes asserebat illud tanquam superfluum, ideo ponebat virgulas confodientes, quasi illud nihil esset, & poterat putare, quòd illud superfluum additum fuerat a septuaginta Interpretibus, vel forte quòd aliqui postea corrumpentes literam eorum addiderunt illud. Et ista erat magna audacia. Primo, quia Origenes asserebat veriorem esse translationem Theodotionis, quam septuaginta Interpretum, cum ea, quæ plus erant in Theodotione, quam Interpretibus, dicat deficere de Interpretibus, & ea quę plus erant in Interpretibus, quam in Theodotione, dicat superabundare ad veritatem, & confodit ea. Secundò erat magna audacia contra editionem septuaginta Interpretum, quia asserebat aliquid esse in illa superfluum, & dignum confossione, cum perfodiat illud obelis, & hoc siue putet accidisse per ignorantiam septuaginta Interpretum, siue errore librariorum, qui literam corrumperent. Nam vtroque modo asserit translationem septuaginta Interpretũ corruptam esse, & non debere admitti, & vtroque modo procedit argumentatio Hieronymi, scilicet, quòd potius debet sibi licere facere translationem de Hebræo in Latinum non præiudicando 70. Interpretibus, quam Origeni licuerit dicere translationẽ esse corruptam, & illam realiter emendare.

Sciendum autem, quòd asteriſci, de quibus hic dicitur, erant quædam figuræ de rubro ad modum astrorum, & inde asteriſci dicuntur, scilicet ab astris, & fiebant in hunc modum, quia sicut astra illuminant terram, ita illa signa illuminabant scripturam, quia litera, super quam ponebantur illa signa, addita fuerat ad illuminandum id, quod obscurum erat in scriptura propter defectum literæ. Vocantur obeli, scilicet sagittæ quędam signa de rubro facta in modum sagittarum, quia sicut sagittæ perforant, & occidunt, ita erant illa signa ad iugulandum, & destruendum literam, super quam ponebantur significando, illam nihil esse.

Quo

Quo tempore septuaginta Interpretes translationem fecerunt. Quæstio. VI.

QVAERITVR de istis septuaginta interpretibus, qui fuerunt, & quo tempore translationem fecerunt, & quomodo, & ad cuius preces, nam sæpe de eis mentio fit in prologo beati Hierony.

Respondeudum, quòd translatio ista facta est, quasi annis ducẽtis octoginta ante Christi natiuitatẽ, vel paulo minus. Nam inter principium regni Alexandri, & natiuitatem Christi fuerunt anni trecenti, & vndecim, & fere tres menses, vt patet ex tabulis differentiarum regis Alphonsi, & ex tabulis Toletanis. Regnauit autem Alexander duodecim annis, & sic manent quasi trecenti anni a morte Alexandri, vsque ad natiuitatem Christi. De his autem subtrahendi sunt anni quindecim, nam post mortem Alexandri quindecim annis Ptolomæus Philadelphus rex Aegypti suscepit regnum, qui fecit transferri Bibliam de Hebræo in Græcum, sed quo tempore regni sui hoc factum fuerit, non apparet: regnauit enim annis triginta nouem. De his Iosephus duodecimo Antiquitatũ: satis autem credendum est, quòd quasi circa finem regni Ptolomæi Philadelphi fuerit ista translatio facta. Quod patet, quia Demetrius Phalereus seruus regis, qui erat constitutus super bibliothecam regis, dixit iam cõgregasse librorum viginti millia pro bibliotheca regis, & in promptu esse, vt alia quinque millia congregaret, vt ait Iosephus vbi supra, & isti libri congregabantur de toto orbe, vt patet ibidem, ideo forte transierãt iam triginta anni, vel quasi de regno Philadelphi, quando habitus fuit sermo de translatione Bibliæ de Hebræo in Græcum, & sic esset hoc, quasi anno ducentesimo quinquagesimo, vel sexagesimo ante Christi natiuitatem, vel parum plus. Modus autem faciendi translationẽ istam fuit, quia Ptolomęus Philadelphus rex Aegypti nimis erat studiosus, & librorum multitudinem cupiebat: habebat autem familiarem quendam Demetrium, quem bibliothecæ suę præposuerat: iubens ei, vt quotquot codices per totum orbem dignos aliqua laude congregare posset, colligeret, qui sollicitè hoc agens, immensam librorum multitndinem congregauit. Quadam autem die cum a Ptolomæo interrogatus quot millia codicum haberet, & viginti millia iam se habere respondisset, sed in breui vsque ad vigintiquinque millia posse peruenire, ait nunciatum esse sibi apud Iudæos libros multos esse, qui non parum laboris afferrent, si in Græcum mutarentur, nihil tamen prohibere, quin expensis regis possent interpretari, & in bibliotheca eius poni. Erat autem tunc magna multitudo Iudęorum captiuorum in terra Aegypti ex bellis precedentibus, quos quidem Aristæus amicus regis ab eo nimium dilectus liberari a seruitute desiderabat, & sæpe apud se destinauerat hoc a rege petere. Nunc autem, quia videbatur se opportunum inuenisse tempus, locutus est primatibus custodum corporis regis Sosibio Tarentino, & Andreę, vt simul cum eo apud regem pro eis, quæ petiturus erat, orarent. Andreas autem ait ad regem, minime oportet nos rex vana spe decipi, sed veritatem intimare, nam si legem Iudęorum non solum transcribere, sed etiam interpretari pro tua gratia studemus, qua ratione posset hoc fieri tot Iudæis in regno tuo seruientibus. Quos magnificentiam tuam deceta seruitute absoluere, & Deo, qui leges exposuit, pro tui regni tutela remittere. Nã cum multa indagassem sæpius, cognoui eos, factorem omnium Deum colere, quem nos Zena, ideſt Iouem nominamus, eo quòd omnibus Zem, ideſt Ioui viuere indulget, quapropter ad honorem Dei, quem maxima religione placant, liberos eos patriæ moribusq; suis restitue. Cognosce tamen me princeps, nec affinem esse eis, nec ex eadem genitum natione, vt pro illis hæc suggeram, sed dum omnium hominum factorem Deum scirem suauiter benefactores suos amplecti, ad hanc petitionem perueni. Postquam Aristęus locutus est, & rex in eum hilari, & ridenti vultu conspexit, ait. Quanta arbitraris millia posse dimitti? Tunc Andreas respondit, qui Aristęo intererat, & dixit: paulo plusquam centum millia possunt existere. Et rex ait: Non paruam a nobis Aristęe petitionem petis. Et tunc Sosibius ait dignum esse magnificentię regis, si Deo ei, qui regnum donauerat, has gratiarum vices offerret. Et tunc rex lętus iussit, vt eis, apud quos Hebræi captiui tenebantur pro singulo capite centum viginti dragmę darentur, pro quorum redẽptione plusquam 40. talenta a rege sunt largita. Potuit autem rex mandatum sub hac forma. Quicunq; sub nostri patris imperio militans Syriã, & Phœnicẽ cum eo Iudęamq; vastauerunt, & captiuos adductos ad nostras prouincias, & ciuitates vẽdiderunt. Et hos ẽt, qui olim sub meo regno existunt, & si quos nuno superduxerint, dimittãt: pro singulo corpore accipientes dragmas centum viginti. Arbitror enim eos sine voluntate patris mei contra iustitiam deprędatos prouinciamque eorum fuisse vastatam, vnde multos milites præfecisse cognouimus, dum ad Aegyptum eos traducerent. Iustum ergo conspiciens misereor eis, & iubeo constitutos in seruitute Iudęos omnes, dominis eorum prius summam dictam accipientibus, absoluj, nec quẽquam in hac re fraudem agere, sed his potius constitutionibus obedire. Dispositiones autem meas præcipio, ex quo missę sunt per tres dies proponi quatenus ad iudices domini conueniant, corpora statim ostendentes: hoc enim meo credo profuturũ imperio. Contumaces vero liceat cuique volenti accusare, quatenus eorũ titulis regis possessionibus socientur. Sic autem plusquam 120. millia Iudęorum de seruitute liberati sunt. Post hęc autem Demetrius prępositus bibliothecę regis dixit ad eum, q̃ non possent libri Hebraici interpretari in Grecum per seruos regis propter varietatem linguæ, & subdidit. Si videtur tibi rex scribere principi sacerdotum gentis Iudeæ quatenus transmittat seniores ab vnaquaque tribu legũ peritos, vt cum ab eis codicum explanationem, & consonantiam cognouerimus, & interpretationes rerũ acceperimus, dignos codices tua voluntate reponamus! Erat autem tunc in Iudea princeps sacerdotũ Eleazarus, nã defuncto Onia principe sacerdotũ Simõ filius eius successor exstitit, de quo Eccle. 50. hr̃, quo mortuo paruulus filius eius manebat, qui cum administrãdum aptus non esset, frater Simonis Eleazarus summum sacerdotiũ suscepit, ad istum aũt scripsit Ptolomæus, vt transmitteret sibi interpretes aliquos, qui de Hebręo in Græcum scripturas sacras verterent, & tũc misit ei captiuos, quos absoluerat, & vasa auri, & argenti magnę quantitatis cum lapidibus preciosis ad ministerium templi domini misit, quorum figuram, & põdus, & precium, & modum fabricationis describit Iosephus duodecimo Antiquitatum latissimè, de quib⁹ supersedeo. Exemplar autem epistolæ, quam Ptolomæus misit Eleazaro summo sacerdoti, hoc est: Rex Ptolomæus Eleazaro principi sacerdotum salutem. Multis habitantibus imperio meo Iudęis, quos per se cum potentes fuissent ad captiuitatem traxere: quorum aliquos pater noster ad militiam maioribus stipendiis deputans honorauit. Aliis autem in Aegyptũ

Mandatũ Ptolomæi Philadelphi regis Aegypti de liberatione filiorũ Israel.

Cap. 2. Exemplar epistolæ Ptolomæi regis ad Eleazarum.

cum eo ambulantibus castella, ad eorum custodiam demandauit, vt sint Aegyptiis in terrore. Cum ergo principatum ego suscepissem, oēs clemēter tractaui prēsertim ciues tuos, quorum plus centum millia captiuos, & seruientes remisi, possidentibus eos p redēptione pecunias soluens, ętatibus aūt vigentes militię designaui, multosque, qui mihi, vel ambo potuissent seruare fidem in palatio constitui, arbitrans Deo iocūdum pro mea prouidentia votū ei hoc maximum denouere. Porro volens, & istis, & oībus per vniuersam terram Iudæis præstare leges vras literis Grecis ab Hebraicis trāslatas in nra bibliotheca decreui reponere. Bene erga facies, eligēdo optimos seniores, & ex vnaquaq; tribu dirigere, qui p ętatem legū sunt periti, valeantque interpretationē earum cautè nobis exponere, nā opinor his perfectis, maximā gloriā nobis præparari. Transmisi vero qui deberent de his vobiscum disputare, Andreā primatem mei corporis, & Aristęū mihi dilectissimos, per quos ēt primitias votorū ad tēplum p immolationibus, & pro aliis rebus transmisi 120. talenta. Tu aūt manda nobis, q̄ volueris fieri, quę gratius amplectemur. Susceptis aūt literis istis rescripsit summus sacerdos regi hoc modo. Princeps sacerdotū Eleazarus Ptolomęo regi salutē. Valentibus nobis cū Arsione Regina, & filiis bene nobis oīa ꝙstant. Cum vero epistolam suscepimus satis de tua voluntate sumus gauisi, & congregantes multitudinem legimus eā, quatenus ostenderimus eis, q̄ pietatem erga Deum habes. Demonstrauimus secūdum eas pateras quas misisti aureas viginti, argenteas triginta, crateras quinque ad mensam dedicandā, & quę directa sunt p immolatione, vel renouatione eorum, quæ tēplo desunt talenta centum viginti deportata per Andreā, & Aristæum charissimos tibi amicos viros optimos, & doctrina præcellentes tuaque virtute dignos. Cognosce vero pro tuis vtilitatibus, & præter naturam velle aliquid pati dum reddamus vicem tuis beneficiis, quę multipliciter in nostros ciues largiri dignaris, & statim ēt pro te tuaque vxore, & filiis hostias obtulim⁹, & multitudo vota per soluit, vt vobis eueniant, q̄ desideratis, & tuus principatus in pace custodiatur. Ad interpretationem vero legis, quam pro tuis commodis accipere tua postulatio insinuat, elegi viros seniores sex ab vnaquaque tribu, quos direximus legem ferentes, erit autem vestrę pietatis, & iustitiæ, vt post trāscriptionem legis eam cum portitoribus cautè remittatis. Destinauit autem tunc septuaginta seniores, quos nos septuaginta Interpretes appellamus cum eis dona magna Ptolomæo regi remittens. Cum vero hi Alexandriam ad Ptolomæum venissent, iussit: vt omnes, qui ad eum pro expeditione negociorum venerant recederent post quintum diem redituri, acceden tibus autem septuaginta senioribus ad regem cum libris, qui literis aureis scripti erant, rex de codicibus eos percunctatus est, cum vero reuelarent, & ostenderēt, & tenuitatem membranæ, & incomprehensibilē eorum compaginem rerum miratus est, ꝙ ita cōpacta fuissent. Cumq; diu fecisset gratias ago, inquit, vobis ꝙ venistis: maiores vero isti, qui vos destinauit ante omnia autem Deo cuius hæ leges venerandę probātur. Cumque clamassent seniores, & qui prēsentes erant prospera regi diuinitus euenire, nimium delectatus rex prorupit in lachrymas, nam sæpe natura hoc summo gaudio patitur, quòd etiam dolentibus solet accidere. Tunc iussit codices primatibus officii designare, & singulos seniores osculatus sermonem ad eos egit, pro quibus vocati essent, & diem quo ad eum venerant, clarum singulis annis per totum vitæ suæ tempus celebrare proposuit, nam euenit eundem esse diem præsentiæ illorum, quo & diem Antigonū nauali bello vicerat. Epulari eos etiam secum præcepit. Nichanor etiam constitutus a rege ad susceptionem peregrinorum, iussit singulis senioribus necessaria preparare, nam a rege dispositum fuerat, vt alimenta quibus singulæ ciuitates vtuntur peregrinis ad se venientibus, pararentur quatenus cibis solitis magis delectarentur, ne forsan corrupti extraneis grauarentur, quod circa seniores factum est. Dorotheus autem fecit per duos dies seniores istos discumbere apud regem: mediam quippe partem eorum ad dextram, & mediam ad sinistram, nihil quòd ad honorificentiam eorum pertinet, prætermittens, tunc itaque sacros præcones, & immolatores, & alios, qui vota faciunt recusauit, & vnum de senioribus nomine Eliæum sacerdotem rex petiuit facere orationem, qui in medio stans regi bona, & subiectis eius optauit. Et post plausus cum gaudio, & clamore omnium surrexit, & residentes ad epulationem, & delitias paratas se contulerunt. Præterea autem rex quantum ei visum est cępit philosophari, & vnumquodque seniorum naturales percunctari sermones, cautè illis ad omnia respondentibus, quæ eis obiecta essent, & explanantibus gauisos, per duodecim dies conuiuiū instruxit. Mirante vero eos non solum rege, sed etiam Menedemo philosopho dicente omnia per prouidētiam dispensare, ideoque virtutem, & pulchritudinē videri sermonem rex destitit de his facere, dicebat autem maxima sibi eorum præsentia bona fieri, nam profuisse ei, ꝙ didicisset ab illis, quemadmodum deberet regnare, asseruit. Iussitque dare singulis talenta tria: hæc enim facta sunt per duodecim dies post aduentum illorum, quibus continuè cum rege epulabantur. Deinde autem deputauit eis, qui illos ad diuersoria perducerent, & post tres dies congregās eos Demetrius princeps bibliothecæ trāsiuit ad studium maris in domū prope littus stantem, & aptam secretis ad cogitationem negociorum, vbi eos perducens petebat omnia, quæ opus habebant ad legis interpretationem, vt incessanter opus implerent, cumque laboriosè interpretationem facerent, vsque ad horam nonam in hoc sedentem ad curam corporis vertebātur, ita eos inuitante Dorotheo, & prębente multa ex his, quæ regi parabantur. Mane autem ad aulam venientes, Ptolomæum salutabant, & iterum ad eundem locum redibant: manus in mari lauantes, & seipsos purificantes, ita legis interpretationem vocabant, interpretatio autem legis, & aliorum librorum per septuaginta duos dies completa est, & tunc Demetrius princeps Bibliothecæ, congregans omnes ludęos ad locum, in quo translatæ fuerant leges, præsentibus etiam interpretibus legit eas, & tunc multitudo amplexata est legem, & interpretes, & Demetrium, eo quòd magnarum rerum inuentor videretur, & petiuit, vt sacerdotibus suis daretur legenda, & petierunt omnes sacerdotes, & prępositi gentis, vt bene interpretata maneret immobilis. Cumque omnes sententiam laudassent, iusserunt siquis aut superfluum, aut minus aliquid scriptum viderent in lege, hoc respicerent, & manifestum facientes emendarent hoc cassè agentes, vt quod semel iudicatum fuerat bene se habere, sempiterna memoria permaneret. Gauisus autem rex, desiderio suo ad finem perducto, ad Demetrium principem bibliothecæ sermonem facere cœpit, quòd ita mira existente legislatione, nemo historiographus, nec poeta Græcorum eius mentionem fecisset. Demetrius autem respondit neminem fuisse ausum harum legum tangere conscriptionem, eo ꝙ diuinę, & venerabiles

Exemplar epistolæ Eleazari sūmi sacerdotis ad Ptolomæum regem.

les essent, & quia læsi fuerant a Deo quidam hoc præsumentes. Significabat autem qualem Theopompus volens in historia aliquid de his conscribere, mēte turbatus est plusquam triginta diebus, & cum ad refectionem a Deo veniam supplicaret, clementiam sibi factam suspicatus est, vidit etiam in somniis, ꝙ iō ei hoc accidisset, quia diuina perscrutatus esset, & p ferre ad hoīes impuros velit. Retulit etiam de Theotecto poeta tragico, qui cum conatus esset in aliquo libro Drachmatheorum suorum mentionem facere eorum, quæ in diuino volumine haberentur, oculis obscuratis recognouit causam suæ cęcitatis, & ita liberatus est à passione, Deo veniam indulgente. Post hæc autem rex purè leges istas suscipiens petiuit interpretes frequenter ad se de Iudęa venire: hoc enim eis ad honorē, & ad donationem ab eo profuturum. Nunc vero iustum esse eos dimitti, sponte autem ad eum venientes omnia, quæ ęquum esset eorum sapientiam impetrare, & pro sua maiestate dignum largiri promisit. Et tunc quidem transmisit eos cum lege, quam tulerant, donans vnicuique optimas tres stolas, & auri talenta duo, & calicem vnius talenti, totūque conuiuatorium: Principi autem sacerdotum Eleazaro destinauit per eos lectos cum argenteis pedibus decem, & conuenientem eis supellectilem, & calicem talentorum triginta, insuper stolas decem, & purpuram, & coronam decoram, & lineas de byssо centum, præterea & libatoria, & trullam, & pateras, aut crateres aureos duos deuouendos Deo. Petiuit etiam per epistolas, vt siquis de his viris vellet ad eum redire, permitteret, quia nimium delectaretur cum eruditis semper habere sermonem, & diuitias suas talibus impartiri. Hæc autem breuiter dicta sunt de translatione facta per septuaginta interpretes, quæ fuit Ptolomęi Philadelphi regis Aegyptii tempore, de qua latius Iosephus 12. Antiqui. latissime Andreas historiographus eiusdem Ptolomęi, qui petiuit liberari ludæos de seruitute: Tangit autem hoc Hieronymus in prologo super Genes. qui incipit Desideri mei.

Si igitur aliis licuit non tenere, quod semel susceperant, postea septuaginta cellulas, quæ vulgo, sine auctore iactantur, singulas cellulas aperuere, hocque in ecclesis legitur, quod septuaginta nescierunt, cur me non suscipiant Latini mei, qui inuiolata editione veteri, ita nouam condidi, vt laborē meū Hebræis, & quod his maius est, Apostolis auctoribus comprobem? Scripsi nuper librum de optimo genere interpretandi, ostendens illa de Euangelio: Ex Aegypto vocaui filiū meum: &, Quoniam Nazaræus vocabitur: &, Videbunt in quem compunxerunt, & illud Apostoli: Quòd oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderūt quæ præparauit Deus diligentibus illum, cęteraque his similia in Hebræorum libris inueniri. Certe Apostoli, & Euangelistæ, septuaginta interpretes nouerant, & vnde eis hæc quæ in septuaginta interpretibus nō habentur? Christus dominus noster vtriusque testamenti conditor in Euangelio secundū Ioannem, qui credit, inquit, in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Vtiq; scriptum est, quod saluator scriptum esse testatur. Vbi scriptum est? Septuaginta non habent: apocrypha nescit ecclesia. Ad Hebræos igitur reuertendū est, vnde & dominus loquitur, & discipuli exēpla præsumunt.

Si igitur. Hic ponitur tertium, in quo probat Hiero. ꝙ equum sit translationes suas a Latinis debere recipi. Et probat primo a simili, vel a fortiori, s. ꝙ sicut licuit Origeni, & aliis reprobare editionem septuaginta interpretum, & corrigere eam subtrahēdo, alterādo, & addendo, ita licebit sibi, & a fortiori facere nouam translationem de Hebręo in Latinum, nihil mutando de translatione septuaginta interpretum. Et ista excusatio Hieronymi est, quia accusabatur ab æmulis, ꝙ in pręiudicium septuaginta interpretū hoc faceret, & ꝙ cum iā recepta esset translatio illorum, non deberet alia noua fieri, & ad hoc rndet, ꝙ cū aliis licuerit corrigere septuaginta interpretes, ita licebit sibi facere nouam translationem, quæ non sit in pręiudicium illorum. *Si igitur alijs licuit non tenere, quod semel susceperant.* Loquitur de Origene, & Hesychio, & Luciano, qui fecerunt varia exemplaria post translationem septuaginta interpretum, & dicit, quòd licuit istis non tenere, quod semel susceperant, ideſt non tenere editionem interpretum, quā acceperant a principio, & arguit ex concessione aduersariorū: nam Hieron. nō approbat varia exemplaria, quæ fecerunt isti, nec dicit eis licuisse, concedebāt tamē æmuli Beati Hieronymi, ꝙ licuerat istis scribere varia exemplaria: nam nō audebant hoc negare, cū ipsi sequerētur ea, iō arguit Hiero. ꝙ ēt sibi licebat ex iusta causa recedere a translatione interpretū, & nouam facere translationē. *Et post septuaginta cellulas, quæ vulgo sine auctore iactantur.* Sensus est, ꝙ post translationē septuaginta interpretū voluerunt Origenes, Hesychius, & Lucianus trāslationes nouas facere, & significat trāslationē septuaginta interpretū per septuaginta cellulas. Pro quo sciendū ꝙ, vt quidā imperiti asserunt, septuaginta interpretes cōuocati in vrbē Alexādrię a Ptolomęo Philadelpho in septuaginta cellulis positi sunt, & quilibet per se translationem Biblię de Hebręo in Græcū facere cępit, & cū oēs finiuissent, & collati essent libri in vnū: inuenti sunt oēs libri totaliter similes, ita vt nec vna litera plus ī vno, q̄ ī alio haberetur, & sic volunt ꝙ prophetice illud factū fuerit Deo inspirante singulis eorūdē cōceptus, quos alijs inspirabat: & ex hoc inducūt, ꝙ trāslatio septuaginta interpretū sit propheticè facta, & verissima est, & nefas est, ꝙ aliquis eā velit emendare. Et istud obijciebant æmuli cōtra Hieronymum. Sed ad hoc ipse rndet falsum esse, vt patet in prologo super Genes. qui incipit: Desiderij mei. Nā nō scripserunt singuli in cellulis segregati, sed oēs simul interpretationi vacabant disputantes, vt patet p Iosephū 12. Antiqui. & p Aristęū historiographū eiusdē Philadelphi, qui oīa hęc diligentissime scripsit: teste Iosepho vbi s. Secūdo patet, quia isti septuaginta nō vocātur ꝓphetę, sed interpretes in ꝓpheta, n. requiritur Dei illuminatio, in interprete autē sola sciētia, & verborū abundantia, iō interpres errare pōt, sed non ꝓpheta. De hoc Hierony. in eodē ꝓlogo ait: Aliud enim est esse vatem, aliud est interpretē ee: ibi spiritus vēturа prędicit, hic eruditio, & verborum

Prima ratio Hieronym. probans, ꝙ debet recipi translatio sua.

copia ea, quæ inteligit, transfert. Et irridet Hieronymus positionem istam, dicens, quòd tunc sequeretur, quòd deberemus dicere Tullium transtulisse œconomicum Xenophontis, & Platonis Protagoram, & Demosthenis pro Ctesiphonte orationem rhetorico spiritu afflatus. Tertio patet, quia si septuaginta Interpretes prophetice fuissent locuti, non variassent sensum scripturę. Nam in eodē loco scripturę Christus, & Apostoli allegauerunt dicta veteris testamenti, & nullo modo reperiuntur in tali sensu apud septuaginta Interpretes. Hoc autem probat Hieronymus inducendo multas auctoritates hic, & in prologo super Genesin, quę allegatę fuerunt a Christo, & Apostolis, & tamen nullo modo inueniuntur in litera septuaginta Interpretum: Sed adhuc dato, quòd concederetur septuaginta Interpretes propheticè scripsisse, posset dicere Hieronymus, quòd licebat sibi transferre nunc de Hebręo in Latinū, quia poterat esse, quòd translatio eorum vera corrupta esset vitio librariorū, ideo non solum bonum esset transferri de Hebręo in Latinum, sed etiam necessaria erat talis trāslatio. Aliter potetat respondere interimendo per aliud inconueniens, quia isti æmuli concedebāt licuisse Origeni, & Luciano & Hesychio varia exemplaria post translationem septuaginta Interpretum condere, ita ergo licere sibi nouam translationem facere, quia similis ratio erat in vtrisque.

Sciendum etiam vlterius, quòd Hieronymus tacitè accusat hic, & mordet Augustinum. Nam ipse aliquo modo redarguebat Hieronymum, quia volebat facere aliam trāslationem prēter translationē septuaginta Interpretum, vt colligitur 18. de ciuitate Dei, & vult Augustinus, quòd septuaginta Interpretes transtulerint propheticè asserens, quòd fuerunt positi in septuaginta cellulis Alexandrię, & nemo alteri loquebatur, sed quilibet per se transferebat, & expleta trāslatione cum comparārentur libri eorum in vnum, inuēti sunt omnino similes, ita quòd, nec vna litera abūdabat plus in vno, quam in alio, hoc autem redarguit Hieronymus, dicens quòd istę septuaginta cellulę iactantur vulgo, ideſt vulgariter asseruntur. *Sine auctore.* Ideſt non existente aliquo historiographo, qui dicat septuaginta cellulas fuisse, in quibus septuaginta Interpretes transtulerūt, ideo sunt istę cellulę ianniter dictę, sicut vulgus solet affirmare aliqua, quę nec sunt vera, nec verisimilia, nec ab aliquo habent auctoritatem.

Singulas cellulas aperuere. Potest intelligi dupliciter: vno modo, quòd aperuerunt singulas cellulas, scilicet singulorum septuaginta Interpretum, vel singulas cellulas, scilicet quia quilibet translator postea aperuit cellulam suam à se faciēdo nouam translationem, & est sensus, quòd prēter septuaginta Interpretes multi alij fecerunt postea translationes inter se varias, scilicet Origines, Lucianus, Hesychius, & isti aperuerunt singulas cellulas, qa quilibet de cellula cordis sui protulit nouam translationem, & tunc non refertur ad cellulas septuaginta Interpretum. Vel si volumus referre ad cellulas Interpretum, dicetur, quòd isti translatores aperuerunt singulas cellulas, scilicet quia quilibet secutus est vnum Interpretem, & ideo varie protulerunt, & iste est sensus literę. Et irridet in hoc Hieronymus Augustinum, & alios æmulos: nam prēsupponit eorū positionem ad hoc quod ipse redarguat: nam ipsi dicunt, quòd septuaginta Interpretes scripserunt in septuaginta celulis, & tamen translatio eorū fuit similis: Hieronymus autem irridendo arguit, dicens, quòd Origenes, Lucianus, & Hesychius transtulerunt Bibliam sepuaginta Interpretum, & discordauerunt inter se; ideo oportet, quòd non esset translatio Interpretum vnica, sed quòd quilibet istorū aperiret vnam de septuaginta cellulis interpretum, & sequeretur translationem eius, & alius aliam, ideo Origenes deuiaret à Luciano, & Lucianus ab Hesychio, & Esychius ab vtroque, quod non poterat fieri, nisi isti aperirent tres cellulas septuaginta Interpretum, & sequerentur translationes ibi repertas, & illę essent variæ. Istud autem argumentum, quod irrisorie facit Hieronymus, procedit cōtra Augustinū, & alios æmulos pręsupponēdo, quòd Origenes, Hesychius, & Lucianus transferendo post septuaginta Interpretes, bēnefecerunt, & hoc cōcedebat Augustinus, & alij, quia quandoque sequebantur exemplaria: alioquin non teneret argumentum Hieronymi, quia diceretur, quòd quamquam septuaginta Interpretes fecerunt translationem concordem, isti translatores posteriores de cordibus suis scribentes mutauerunt illam, & non aperuerunt singulas cellulas Interpretum, sed ex arbitrio suo variauerunt quod voluerunt.

Hoc quoque in ecclesiis legitur, quòd septuaginta nescierunt. Ista est secunda ratio ad probandum, quòd debet recipi translatio sua, & sit necessaria, quia in ecclesia. i. in scriptura noui testamenti leguntur aliquę auctoritates, quę non habentur apud septuaginta Interpretes. Istud intelligitur de quibusdam auctoritatibus, quas interdum Christus, & interdum Apostoli de veteri testamento allegabant, vt patet infra, & illę non habentur apud septuaginta Interpretes, ideo apparet translationem eorum ab ipsis fuisse insufficienter factam, vel ab alijs fuisse postea vitiatam.

Cur me non suscipiant Latini mei. Quasi dicat si illi, qui susceperunt translationem septuaginta Interpretum apud Gręcos Aegyptios, & Palestinos, postea etiam susceperunt alias translationes, scilicet Gręci exemplaria Luciani, Aegyptij exemplaria Hesychij, Palęstini exemplaria Origenis, cur Latini mei non suscipiunt me, ideſt translationem a me factam de Hebręo in Latinum, quamquam prius sequerentur septuaginta Interpretes? Quasi dicat iniustum est, quòd non suscipiant me, cum sit causa euidens ad hoc, & dixit, Latini mei, quia beatus Hieronymus erat de origine Latinorum, scilicet de prouincia Pannonię, de quodā oppido, quod à Gothis destructum est, vt patet per eundem Hieronymum in libro de illustribus viris c. vlti. & Latini erant æmuli sui.

Qui inuiolata editione veteri. Quasi dicat potius me debent suscipere Latini, quam Gręci Lucianum, & Aegyptij Hesychium, & Palestini Origenē, quia ego minus prędudico septuaginta Interpretibus, quam isti. Nam isti fecerunt nouas editiones addendo, & diminuendo, & alterando, & corrigendo, vel potius corrūpendo translationem septuaginta Interprerum: ego autem translationem nouā feci, & tamen nihil corrupi, nec addidi, aut mutaui de translatione septuaginta Interpretum. Ideo dicit. (Qui inuiolata veteri editione.) Ideſt non violando, vel corrumpendo editionem septuaginta Interpretum, quæ vocatur vetus, quia ante illam nulla translatio fuit de Hebræo in Gręcum, vel in Latinum, vel in aliquam aliam linguam.

Ita nouam condidi, vt laborem meum Hebræis, & (quod magis est) auctoritatibus comprobem. Ista est alia ratio ad probandum translationem suam debere recipi, quia ipse facit id, quod nemo aliorum translatorum fecit: nam Origenes, Lucianus, & Hesychius inter se variè transtulerunt, & tamen nullus eorum probat sufficienter, aut saltem coloratè translationes aliorum falsas esse, & suam esse veram: Hieronymus autem probat hoc dupliciter. Primo testimonio Hebręorum comparādo translationem suam veritati Hebraicę: nam constat, quòd Biblia Hebraica verior est, quam Gręca, & Latina:

Latina: eo quòd Hebraica est exemplaria, cum in Hebręo data fuit lex, & postea fuerint translationes sacri Libri de Hebræo in Gręcum, & de Hebręo in Latinum, ideo quandocunque aliqua translatio concordauerit veritati Hebraicę iudicandum est illam esse veram, & quanto minus concordauerit tanto facilior iudicanda est. Hieronymus autem dicit translationem suam omnino concordare Hebraicę veritati, vt patet in prologo super Gene. qui incipit De siderij mei, scilicet. Sicubi in translatione tibi videor errare, interroga Hebręos, diuersarum vrbium magistros consule. Idem etiam in prologo Galeato. Alij autem translatores non poterant probare translationē suam auctoritate Hebręorum, quia nō concordabat translatio sua literę Hebraicę, ideo sufficiēter Hieronymus probat veram translationem suam, & illi nihil probāt. Secūdo probat auctoritate Apostolorum, & Christi: nam Christus, & Apostoli allegauerunt auctoritates veteris testamenti, quę non habentur in translatione septuaginta Interpretum, & habentur in translatione Hieronymi facta de Hebręo in Latinum, ideo cōstat eum dicere verum, & non illos, qui deuiauerunt à sermonibus Christi, & Apostolorum, & sic dicit, quòd probat laborem suum, ideſt translationem suam veram esse Hebręis auctoribus, ideſt eis testificantibus sic haberi in Biblia eorum. Et etiam probat Apostolis auctoribus, ideſt auctoritate Apostolorum, cum trāslatio Hieronymi concordet auctoritatibus allegatis ab Apostolis. Et dicit istud esse maius testimonium, quia quamquam firmum sit testimonium, quod accipitur ex litera Hebraica, cum ibi sit originale exemplar: tamen maioris auctoritatis est dictum Christi, & Apostolorum, quia isti propheticè sciebant veritates sacrę Scripturę, ita perfectè, immo perfectius, quam illi prophetę, qui sacram Scripturam primo scripserunt. (*Scripsi nuper librum, De optimo genere interpretandi.*) Hic declarat, quę sunt illę auctoritates allegatę à Christo, & Apostolis de veteri testamento, quę non habentur in Biblia septuaginta Interpretum, & habentur in translatione Hieronymi, & ponit aliquas earum hic, & plenius posuit illas in libro de optimo genere Interpretandi. Allegat hic librum illum tamē non fuit ille liber, sed fuit quędam Epistola missa ad Pammachium monachum, in qua continebatur quis esset modus optimus Interpretandi sacram Scripturam, scilicet transferre Verbum ex verbo, vel sensum ex sensu, & ostendit, quòd sit optimum genus Interpretandi transferre sensum ex sensu, etiam si verba nō teneantur omnino, & istum modum secutus est Hieronymus transferendo de Hebręo in Latinum. Vocauit tamen Epistolam illam librum, quia quęlibet quantumcunque breuis cartha, liber vocari potest, & secundum consuetudinem antiquorum. sic Epistolæ quoque dimissorię libri vocantur: sic patet quarto, Re. 30. Cum dicitur, quòd rex Babylonis misit literas, & munera ad Ezechiam, & tamen Isa. 39. Ponitur eadem historia, & dicitur, quòd rex Babylonis misit libros, & munera ad Ezechiam.

Ostendens illa de Euangelio. Ideſt in libro de genere optimo Interpretandi ostendi plura testimonia, quæ habentur in Euangelio de veteri testamento, & non habentur sic apud septuaginta Interpretes, & ista eadem testimonia allegat Hieronymus in prologo super Gen. qui incipit: Desiderij mei, quamquam hic non ita exprimit illa.

Ex Aegypto vocaui filium meum. Istud est vnum testimonium, & habetur. Matth. secūdo. Vbi Euangelista probat. quòd Christus descendere debebat in Aegyptum, & ibi morare deberet vsquequo vocaretur à Domino, & probat per auctoritatem illam: Ex Aegypto vocaui filium meum, & dicit esse auctoritatem prophetę, & intelligitur de Osęa, quia Osęę capi. 11. habetur. Quia puer Israel dilexi eum, & ex Aegypto vocaui filium meum. Et tamen apud septuaginta Interpretes non habetur puer Israel, & dilexi eum, & ex Aegypto vocaui filiū eius, & sic nō concordat Euangelio, nec etiam potest Euangelista ex talibus verbis probare, qꝺ Christus debebat ire in Aegyptum, & inde rediturus erat. *Et quoniam Nazaræus vocabitur.* Istud est secundum testimonium, quod non habetur apud septuaginta Interpretes, & tñ probat beatus Hierony. haberi per Euangelistam: nam Math. 2. dr̄, qꝺ Ioseph cū coniuge sua Maria, & puero reuersus de Aegypto habitauit in Nazareth, vt impleretur, quod dictū est ꝑ prophetam, qm̄ Nazaręus vocabitur. Et hęc non hr̄ apud Interpretes. Sed etiam dicet̄, qꝺ apud nos nō hr̄, quia non reperimus in aliquo libro veteris testamenti: potissime, quia Hiero. in prologo super Gen. in quo sunt ista testimonia dicit, qꝺ istud est in Isaia, & tñ cōstat, qꝺ etiam si legatur totus Isaias non reperiet̄ in illo secundū translationem nostram, q̄ fecit Hiero. verbū istud. Dicēdum, qꝺ istud habetur Isaias 10. vbi dicitur: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: Nam ſm proprietatem Hebraicam pōt dici, & Nazaręus de radice eius ascendet, quia illud nomen, quod ibi ponitur in Hebræo pōt significare florem, vel Nazaræum. Sed tunc diceretur qūo arguit beatus Hiero. ex hoc testimonio, cum non habeatur sic in traslatione sua? Dicendum qꝺ ipse arguit principaliter ad probandum translationem septuaginta Interpretum imperfectam esse, & hoc, quia aliquid hr̄ in Euangelio, & etiam in Hebręo, quod non habetur apud septuaginta Interpretes, & hoc sufficit ad hoc, qꝺ constet translationem illam esse imperfectam: Hiero. aūt qñ scripsit istum prologum nondum transtulerat Isaiam de Hebręo in Latinum, ideo cum postea transtulit nō curauit de isto testimonio, quod allegauerat, dixit. Et flos de radice eius ascendet, & nō dixit. Et Nazaręus de radice eius ascendet, quia idem sensus erat, & tamen id, quod posuerunt ibi Interpretes non poterat ę̃quipollere huic, quod est. Et Nazaręus de radice eius ascendet. *Et videbunt in quem compunxerunt.* Istud est tertium testimonium, & habetur Ioan. 19. Vbi ꝑbat Euangelista, qꝺ latus Christi debuit transfigi, & non debuerunt frangi eius crura, sicut crura latronum pendentium cum eo, dicens, qꝺ hic factum est, vt impleretur scriptura, dicens. (Videbunt in quē transfixerunt.) Ideſt videbunt illum cuius latus lancea transfixerunt, & istud testimonium habetur Zacharię 22. ſ. (Aspicient ad me, quem confixerunt.) Ideſt clauis confixerunt cruci, vel lancea confixerunt, & dicit̄, Aspicient ad me. ſqñ exaltatus fuero a terra in cruce, & tunc aspexerunt ad eum Iudæi pendentem, nam sicut dicitur Ioā. 19. Multi Hebræorum, & Latinorum, & Gręcorum titulum Christi legerunt, quia prope ciuitatem erat locus, in quo crucifixus fuit. Et tamē septuaginta Interpretes non habent illud in Zacharia, nec etiam aliquid ęquiualens. *Et illud Apostoli.* Ideſt istud testimonium, quod sequitur est allegatum ab Apostolo. tria autem, quę prędesserunt sunt testimonia Euangelistę.

Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se. Istud testimonium est Apostoli prima ad Corrin. 2. cum dicitur. (Sed sicut scriptum est, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ prędparauit Deus his, qui diligunt illum, nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum.) Et istud testimonium habetur in Isaia, sicut testatur in prologo super Gen. & habetur Isa. 64. Cum dicitur: A sęculo nō est auditum,

Testimonia uetert. uariis uerbis in nouo excepta.

auditum, oculis non viderunt, nec auribus perceperunt: Deus nemo vidit absque te, quę pręparasti diligentibus te. Et istud nō habetur apud septuaginta Interpretes. *Ceteraquæ his similia in Hebræorum libris inueniri.* Est sententia suspensiua, & pendet ex superiori. s. scripsi librum De optimo genere Interpretandi, ostendens hęc, & his similia haberi in libris Hebręorum, & tñ non haberi in libris septuaginta Interpretum.

Certa Apostoli, & Euangelistæ septuaginta Interpretes nouerant. Probat, ꝙ defectus sit in translatione septuaginta Interpretum: nam Euāgelistę, & Apostoli sciebant translationem septuaginta Interpretum, & allegauerunt auctoritates istas, quę non habentur in septuaginta Interpretibus, quomodo ergo allegarent eas si non haberentur in canone scripturę? Oportet ergo, ꝙ habeantur in Hebręo, quamquam nō habeātur apud Interpretes: Quod aūt Apostoli, & Euangelistę scirent translationem septuaginta Interpretum, & quidquid in ea contineretur, patet quia ipsi erant viri insipientes, vt patet de Petro, & de Ioanne principibus Apostolorum, de quibus dicitur, ꝙ principes Iudęorum scientes, ꝙ essent viri sine literis, & idiotę admirabantur, cum viderent eorum constantiā. Actuū c. 4. Apostolus quoque dicit paucos de vocatis à Christo fuisse sapientes, vt patet prima ad Corin. 1. s. (Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapiētes secundum carnem, non multi potentes, nō multi nobiles, sed quę stulta sunt mundi elegit Deus, vt cōfundat sapientes.) Sed Spiritus Sanctus dabat eis omnem sapientiam. Nam die Penthecostes dedit sapientiā magnā, & peritiam omnium linguarum: nam loquebantur varijs linguis magnalia Dei: Actuum c. 2. Etiam qñcūque, volebant respondere alicui, vel proponere, Deus dabat eis quid loquerentur, ita vt nihil ipsi deberēt p̄meditari. Matth. 10. & Luc. 12. & Mar. 13. Et sic cum translatio septuaginta Interpretum cōtineat sacram Scripturam, quam Apostoli sępe allegabant, oportet ꝙ scirent Apostoli quid contineret in translatione illa. *Et vnde eis hæc dicere, quæ in septuaginta non habentur.* Idest quomodo poterant dicere Apostoli, ꝙ in sacra Scriptura habebantur illa, quę ipsi allegabant, cum non habeantur apud septuaginta Interpretes? Quasi dicat oportet dicere, ꝙ aliquid sit de sacra Scriptura, quod non habeatur apud septuaginta Interpretes, quia aliter falsum dicerent Apostoli allegantes in sacra Scriptura esse id, quod ipsi allegabant: cum tamen nō esset apud septuaginta Interpretes, qui transtulissent totam scripturam. Necesse est igitur illos imperfectè transtulisse. *Christus Deus noster vtriusque testamenti conditor.* Allegat hic Hiero. auctoritatem aliam à Christo allegatam de veteri testamēto, quę non habetur apud septuaginta Interpretes. Et dicit, ꝙ Christus fuit conditor vtriusque testamenti, quia ipse per se in forma humana prędicauit nouum testamentum, & dedit illud Apostolis, & alijs Discipulis suis. Vetus aūt testamentum ipse dedit per Moysem, tanquam per ministrum suum, quia Christus fuit ille Deus, qui Iudęos de Aegypto eduxit, & eis regem dedit cum extra eum non sit Deus, & istud est contra Manichęos, & alios hęreticos, quorum quidā dixerunt nouum testamentum esse à bono Deo, qui fecit lucem, & masculum, & dextram: vetus autem testamentum esse à Deo malo, qui fecit tenebras, & fęminam, & partem sinistrā. Alij autem dicunt nouū testamentum esse à Deo magno: vetus autem à Deo esse paruo: ista tamen non solum non sit hęretica, sed etiam ridicula sunt. *In Euangelio secundum Ioannem, qui credit, inquit in me, sicut dixit scriptura, flumia de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Idest Christus, inquit, in Euangelio Ioannis ista, quæ sequuntur, & habentur in duobus locis verba similia: nam Ioā. 4. locutus est Christus similia verba mulieri Samaritanę, cum petiuit ab ea bibere: nam ait. (Omnis, qui bibit ex hac aqua, sitiet iterum, qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons salientis aquę in vitam ęternam.) Iterum aūt habetur Ioā. 7. aliud verbum, quod magis consonat. s. (Iesus clamabat, dicens, siquis sitit veniat ad me, & bibat, qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.) Istud testimonium est in prouerbijs, vt dicit Hiero. in Prologo super Gen. & habetur Prouer. 5. cum dr̄. Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui: deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Et per illud intelligitur, ꝙ aquę fluerent de ventre hominis, cum dr̄. Deriuentur fontes tui foras: (idest deriuentur de vtero tuo, & precedant ad alios etiam, quia dr̄. In plateis aquas tuas diuide, idest aquas, quę egrediuntur de vtero tuo, quę sunt doctrina legis deriuentur ad alios, & hoc fit in plateis, quia verba legis Christi publicè proponuntur, & hoc consonat allegationi Christi Ioan. 7. s. (Flumina de ventre eius fluent aquę viue. Et exponit ibi istud Euangelista subiungens.) Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.) Sed obijcietur, ꝙ nec in Prouerbijs, nec in alio libro veteris testamenti dr̄, qui credit in me, flumina de ventre eius fluent. Respondendū, ꝙ Christus nō allegauit totum illud haberi in sacra Scriptura, sed solum illud, Flumina de ventre eius fluent, & istud habetur in ęquipollentia sensus. Prouer. 5. & Christus exposuit illud de credentibus in se, & sic non probabat ipse ex hoc, ꝙ credentes in se haberent flumina in ventre, sed allegat similitudinem. s. qui credit in me, habebit flumina de ventre eius fluētia, sicut scriptura dicit, ꝙ de vētre alicuius deriuarētur fontes, vel flumina. *Vtique scriptum est, quòd Saluator scriptum esse testatur.* Idest necesse est scriptum in sacra Scriptura id, quod Saluator dicit scriptum esse in ea, cum ipse non possit mentiri, & tñ testimonium suum non habetur in litera septuaginta Interpretum, ergo oportet, ꝙ habeatur aliud de sacra Scriptura, quod non sit apud septuaginta Interpretes. *Vbi scriptum est septuaginta non habent.* Idest translatio septuaginta Interpretum non habet aliquem locum, in quo scriptum sit testimonium istud Christi.

Apocrypha nescit Ecclesia. Aufert hic responsionem quorundam, quia dicunt aliqui, ꝙ quamquam non habeatur in translatione septuaginta Interpretū, habetur in translatione Origenis, vel Luciani, aut Hesychij, Hiero. autem dicit, ꝙ non sunt suscipienda exēplaria illa ad probationem, quia ecclesia nescit Apocrypha, idest nō recipit scripturas Apocryphas, istę tñ translationes Apocryphæ sunt, ex eo, ꝙ non habent certum fundamentum. Nam litera hebraica nō pōt vocari Apocrypha, quia ipsa est origo sacrę Scripturę translatio quoque Hiero. nō potest dici Apocrypha, quia habet certum testimonium, cum sit translata ab Hebræo. Editio quoque septuaginta Interpretum nō est Apocrypha, licet in ea aliquid diminutum sit, qa de Hebręo translata est. Editiones tñ Origenis, Luciani, Hesychij, Theodotionis, Symmachi, Aquilę, & omnium aliorum, & quinta, & sexta, & septima editio, & etiā illa, quæ vulgata editio dr̄, Apocryphę sunt, qa nō ꝓsonāt literę Hebręę, sed aliqñ plura ꝓtinēt, & aliqñ pauciora, ideo quāquā in aliqua istarū editionū reperirentur ista testimonia, quæ allegauit Hierony. non haberi apud septuaginta Interpretes, non reciperet scriptura Ecclesię illam editionem in testimonium. *Ad Hebræos igitur reuertendum est.* Hic concludit necessitatem translationis, quę fieri deberet de Hebręo in Latinum, & arguit sic. Christus, & Apostoli allegauerunt testimonia veteris testamenti, quę tamē apud

apud septuaginta Interpretes non habentur, & cōstat illa esse de veteri testamento: cum Christus, & Apostoli illa dixerunt esse de sacra Scriptura, ideo reuertendū est ad Hebręos, qui omnia illa testimonia plenè habent. *Vnde, & Dominus loquitur, & discipuli exempla præsumunt.* Idest de quo loco, vel de qua scriptura Christus, & Apostoli sumunt omnia testimonia, quæ allegant: nam quidquid ab eis allegatum est, reperiet apud Hebræos quantum ad literam, vel saltem quantum ad sensum.

Vtrum Ecclesia recipiat Apocrypha.
Quæst. VII.

QVAERITVR Quomodo dicitur hic, qnòd Ecclesia non recipit Apocrypha, quia videtur, ꝙ recipiat illa. Nam liber Tobię, & Iudith, & sapientia Salomonis, & liber Iesu filij Sirach recipiuntur in Ecclesia, & leguntur, & in biblia scripti sunt, & tamen sunt Apocryphi: nam inquit Hierony. in Prologo, qui dicitur Galeatus. (Hic Prologus scripturarum, quasi Galeatum principium omnibus cōuenire potest, vt sciamus quidquid extra hoc est, inter Apocrypha esse ponendum. Et in eodem Prologo dicitur. Quod Sapiētia, quę vulgo Salomonis inscribitur, & Iesu filij Sirach liber, & Iudith, & Tobias non sunt in canone. Item patet hoc: nam editio vulgata nimis Apocrypha est, cū excedat in multis ad id, quod in sacra Scriptura, & etiam nescitur auctor eius, cum dicatur inuenta in quodam dolio, & tamen Hierony. posuit multa de editione vulgata in libro Esther: vnde in aliquibus locis ponit de rubeo: Hęc in Hebręo non reperiuntur. Sed in vulgata editione habentur. Et fere medietas libri Esther, sicut nos habemus, est de editione vulgata, & non habetur illud in Hebræo, nec apud Interpretes. Respondendum, ꝙ Apocryphę scripturę dicuntur Scripturę sacrę iuxta suam interpretationem, quia crysis secretum significat, & sic vocantur Aprocrypharij secretarij dominorum, sic aliquando reperitur in Iure, vt patet extra de elec. c. 3. Et dicuntur sic, quia sunt in ęs Scripturę secretę. i. veritas earum secreta est, quia nescitur an verę, vel falsę sint.

Sciendum tñ, ꝙ scriptura vocatur Apocrypha, vel non est in canone sacrę Scripturę propter duo. s. vel quia dubitatur de veritate eius, vel quia dubitatur de auctore. Si primo modo scriptura sit Apocrypha, est nimis Apocrypha, & habet minimum auctoritatis. Sed adhuc ista est duplex, quia quędam est cuius veritas non solum non apparet, sed etiam apparent in ea multa, quæ non sunt verisimilia. Alia autem est Apocrypha scriptura, de cuius veritate, quamquam dubitetur, tñ non ponuntur in ea aliqua, quæ appareant falsa, vel videantur non verisimilia. Primo modo accipiendo Apocryphum, nullus liber Apocryphus ponitur in sacra Scriptura, nec legitur ab Ecclesia, nec scribitur in Biblia, & sic est Apocryphus liber quidā de infantia Saluatoris, & itinerarium beati Clementis, & multi alij, de quibus habetur in Decretis di. 15. c. Sancta Romana. Accipiendo Aprocryphum secūdo modo ponitur aliquando in Biblię libris licet ab Ecclesia non legantur, nec ei fides accōmodetur in p̄bando, vel docēdo, & sic est Apocryphus liber quartus Esdrę, qui in quibusdam Biblijs ponitur: Ecclesia tamen non legit eum, nec aliquis doctorum conatur interdum aliquid probare ex illo, siue inter nos, siue contra Hebręos. Vnde nec beatus Hieronymus in Prologo Galeato facit mentionem aliquam de isto Apocrypho inter ceteros Apocryphos, quos ibi ponit. Alij autem sunt libri Apocryphi, qui sic vocantur: non quidem tanquam de veritate, aut bonitate doctrinę eorum, ꝙ multum dubitetur, sed quia nesciuntur auctores illorum, & isti ponuntur in sacra Scriptura, licet non in canone, & leguntur ab Ecclesia, & facimus ex eis probationes: sic enim est liber Tobię, & Iudith, & Sapientię, & Iesu filij Sirach, & secūdus Machabæorum, & omnes isti leguntur. Differt tñ inter istos, & libros canonicos, qui vocantur authentici: nam ex authenticis, licet accipere documentum, & etiam potest argui solide tam ꝑ Hebræos, quā ꝑ Christianos ad probandum aliquas veritates, ex Apocryphis autem, qui recipiuntur ab Ecclesia licet accipi doctrinam, quia continent sacram doctrinam, vnde vocantur Agiographa interdum, vt patet in Prologo Hieronymi super Tobiam, cum dicitur Librum vtique Tobiæ, quem Hebræi de catalogo diuinarum scripturarū secantes his, quę Agiographa memorāt, manciparunt. Patet etiam in Prologo Hieronymi super Iudith. s. Apud Hebræos liber Iudith inter Agiographa legit. Et tñ istos duos vocat ipse Hieronymus Apocryphos in Prologo Galeato. Sed auctoritas istorum non est sufficiens ad arguendum contra aliquē, & ad probandum ea, quæ in dubiū venerint, & istud habent minus, q̄ libri canonici, & authentici, sic patet in Prologo super Iudith. s. Apud Hebræos liber Iudith inter Agiographa legitur, cuius auctoritas ad roboranda illa, quæ in contentionem veniunt, minus idonea iudicatur. Sciendum autem, ꝙ Apocrypha illa, q̄ non ponuntur in Biblia, nec leguntur, sunt purè Apocrypha, illa vero, quæ leguntur ab Ecclesia licet sint Apocrypha vocantur etiam Agiographa, quod interpretatur sacra Scriptura. s. ab agios, ꝙ est sancta, & graphos, quod est scriptura. Alia autem differentia est inter Apocrypha, quæ Ecclesia recipit, & quæ non recipit, quia Apocrypha, quæ non recipit, nullo modo habentur inter Hebræos, siue inter libros canonicos, siue alios, sicut liber quartus Esdræ, & liber Pastoris, de quo dr̄ in Prologo Galeato. Apocrypha autē, quæ Ecclesia legit, & recipit, habentur apud Hebræos, licet nō inter canonicas scripturas, sed inter illas, quas vocāt Agiographas. i. sacras, sic patet de libro Tobiæ, qui Apocryphus est, & Hebræi illum de catalogo scripturarum secantes inter Agiographa mancipatūt, vt pater in prologo Hieronymi super Tobiam. Liber quoque Iudith Apocryphus est, & ipse habetur apud Hebræos inter Agiographa, vt patet in prologo Hieronymi super Iudith. s. Apud Hebræos liber Iudith inter Agiographa legitur. Sic etiam est de libro Sapientiæ. Nam Hieronymus in Prologo super ipsum librū ait. Liber Sapientiæ apud Hebræos nusquam est. Et tñ doctores nostri dicunt, ꝙ Hebræi post mortem Christi illum de numero suorum librorum abstulerūt, eo ꝙ ibi multa de Christi morte manifesta testimonia ꝑ Hebræos sunt. Sic etiam de libro Iesu filij Sirach, nā ipse à quodam Hebræo factus est, vt paret in Prologo eiusdem libri, qui factus est ab auctore libri, patet etiā Ecclesiastici 50. cū dr̄. Doctrinam Sapientiæ, & disciplinam scripsit in codice isto Iesus filius Sirach Ierosolymita, qui renouauit Sapientiā de corde suo. Et sic liber iste apud Hebræos aliquando habitus est, nunc autem non inuenitur. Ad rationem in contrarium dicendum, ꝙ Ecclesia recipit Apocrypha illa, quę vocantur Apocrypha, quia ignoratur auctor, & nō, quia dubitatur de veritate eorum, vel quia in eis est aliquid, quod non sit verisimile, & sic est de omnibus libris de quibus arguebatur. s. de libro Tobiæ, Iudith, Sapiētiæ, & Iesu filij Sirach, & 2 Machabæorum, idem etiā de vulgata editione. Nam illa, quæ ponit Hieronymus de editione vulgata in libro Esther sunt valde verisimilia, quia quilibet iudicaret vera esse, & sic accidisse ea, quæ ibi scripta sunt, sic enim ait Hieronymus in

Prologo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prologo ſuper Eſther. ſ. Librum iſtum vulgata editio laciniosis hinc inde verborum funibus trahit, addens ea, quę ex parte dici poterant, & audiri, ſicut ſolitum eſt ſcholaribus diſciplinis ſumpto themate excogitare quibus verbis vti potuit, qui iniuriam paſſus eſt, vel qui iniuriam fecit. Nullus tamen iſtorum librorū apocryphorum etiam ſi ſit ſcriptus inter alios libros Bibliæ, & legatur in Eccleſia tantę auctoritatis eſt, vt ex eo Eccleſia arguat ad probandum aliquam veritatem, & quantum ad hoc non recipit eos, & de hoc intelligitur, quod dicit hic Hieronymus. ſ. Apocrypha neſcit Eccleſia. Ideſt non recipit, ea ad faciendum probationem ſuper aliqua re, quę in dubium vertit, ſicut ipſemet Hieronymus dicit in Prologo ſuper Iudith. Alij aūt exponunt iſtam literam aliter. ſ. ꝙ Apocrypha ſit nominatiuus ſingularis numeri, & eſt ſenſus, ꝙ Eccleſia Apocrypha neſcit. i. neſcit reſpondere, vel neſcit inuenire vbi ſunt iſtę auctoritates in veteri teſtamento, quę allegantur à Chriſto, & Apoſtolis, & vocāt Eccleſia Apocrypha, Eccleſia, quę recipit ſcripturas Apocryphas tanquam auctenticas, ſcilicet Eccleſia, quæ recipiebat exẽplaria Luciani, & Heſychij, & codices Paleſtinos, & Simmachum, & Aquilam, & Theodotionem, & quintam, & ſextam, & ſeptimam editionem, quia omnia iſta ſunt Apocrypha. Et iſto modo non eſt aliquod inconueniens, nec militat argumentum, quod fiebat, & tamē iſte ſenſus nimis eſt extra propoſitum, ideo reſpōdendum eſt, ſicut prius; nam homo nunquam vocatur Apocryphus, nec Eccleſia, ſed ſcriptura, vel liber.

Hæc pace veterum loquar, & obtrectatoribus meis tantum reſpondeo, qui canino dente me rodunt, in publico detrahentes, & legentes in angulis, ideſt accuſatores, & deſenſores, cum in alijs probent, quod in me reprobant, quaſi virtus, & vitium non in rebus ſit, ſed cum auctore mutetur.

Hæc pace. Hic ponitur quartum, ideſt de ęmulatione contra ſeptuaginta Interpretes, & increpatione eorum. Ponit Hiero. rationem excuſantem: nam ęmuli beati Hiero. dicebant, ꝙ ipſe non faciebat hanc translationem, niſi quia inuidebat glorię ſeptuaginta Interpretum, & volebat oſtendere eos reprehenſibiles, ideo excuſat ſe dicens, ꝙ non allegauit iſtas auctoritates ad oſtendendum defectum translationis ſeptuaginta Interpretum, & inſultandum eis, ſed ad elidendum argumenta ęmulorum ſuorum. *Hæc pace veterum loquor.* Refertur ad auctoritates aſſignatas. ſ. ego loquor hæc pace veterum, ideſt non intendendo preiudicare veteribus. ſ. ſeptuaginta Interpretibus, qui veteres erant, quia ipſi fuerunt primi trāslatores Biblię, & eſt modus loquendi vrbanus, ſicut nos conſueuimus, ꝙ qñ aliquis errauit, & alius vult eum corrigere, vrbanè dicit ſub emēdatione, vel cum correctione, autreuerentia veſtra: iſta videtur mihi veritas, & conuenienter dr̄ pace veterum loquor, ideſt relinquendo eos in pace. Nam pacem dicit quandam tranquillitatem ſtatus, ſecundum quam à nemine turbantur, & ſic Hiero. nolens per hoc preiudicare Interpretibus, vel turbare honorem eorum dixit, pace veterum loquor. *Et obtrectatoribus meis tantum reſpondeo.* Quaſi dicat, qñ allegaui auctoritates iſtas, ſolum allegaui ad oſtendendum obtrectatoribus, ideſt murmuratoribus, qui contra me loquuntur, & iſti murmuratores dicebant, ꝙ Hiero. malefaceret transferendo nūc de Hebręo in Latinum, quia ſuperfluū erat, & ipſe reſpōdet eis probando, ꝙ translatio ſua eſt neceſſaria, & ad hoc induxit defectum in translatione Interpretum, & quamque aliam poſteriorem eſſe ſuperfluam. Hiero. aūt oſtendit, ꝙ non ſufficiebat illa, & ad hoc induxit multa teſtimonia allegata à Chriſto, & Apoſtolis de veteri teſtamento, quę tñ non habentur in translatione Interpretum, & tunc aliquis diceret, ꝙ Hieronymō dicat hæc pace veterum, quia inducendo iſtas auctoritates oſtendit iſtam translationē fuiſſe inſufficiētem, & conſequenter eis honorem diminuit. Rndet Hiero. ꝙ quamquam verum ſit, ꝙ iſta allegatio ſua aliquo modo offendat Interpretes: tñ ipſe non facit hoc intentione offendendi eos, ſed vt reſpōdeat ęmulatoribus ſuis, & in hoc iuſte agit. Conſiderandū tñ, ꝙ ad hoc, ꝙ aliquis in defenſionem ſuam malum proponat de alio licite, duo requirūntur: primum eſt, ꝙ illud malum propoſitum verū ſit, nam ſi falſum fuerit, peccat qui proponit. Nam nemini licet ſeipſum falſis defenſionibus tueri: quanto magis cum falſitas propoſita vergit in prędiudicium alterius? quod a nobis euitandum eſt, quamdiu euitari poteſt. Secundū eſt, ꝙ ille, qui proponit malum de alio proponat illud ſub neceſſitate. ſ. ꝙ aliter ſe defendere non poſſit. Nā ſiquis potens ſe faciliter tueri neminem accuſando proponat malum contra aliquem, per quod ſe defendat, peccat, quia iſtud non agit deſiderio boni, ſed ad notificandum crimen alterius, & tñ crimen nunquā debet notificari, niſi tripliciter, vel quadrupliciter.

Primo cum quis cogitur iuridice crimen alterius notificare, ſicut eſt in teſtibus, qui coguntur deponere, & ſi occultent crimina, ſuper quibus inducuntur in teſtes, peccāt tripliciter, vt patet extra de falſarijs c. Falſidicus teſtis. Secundo qñ quis ad correctionem alterius vult crimen eius denunciare Eccleſię: nam tunc non ſolum non peccat, immo meretur: dum tñ ſeruet Euangelicam regulam de correctione fraterna. Matth. 18. Tertio modo ſiquis in caſu, in quo ei competit de iure velit accuſare proximum de crimine bono zelo. ſ. vt ipſe non efficiatur deterior, & alij à malis declinent, quia tūc crimen detegitur, & probat, & tñ licitè fit, & tunc non requiritur euangelica monitio. Nam tribus modis procedi poteſt in crimine. ſ. per accuſationem, inquiſitionem, & denunciationē: in accuſatione requiritur inſcriptio, & non monitio fraterna, in inquiſitione aūt requiritur infamia præcedens, & non monitio euangelica, in ſola aūt denunciatione requiritur ordo euangelicus, vt patet extra de accu. c. Qualiter, & quādo. Quarto ſiquis nō poſſet nullo modo ſe defendere, niſi proponendo crimen alterius, quod verum ſit, nam tunc licitum eſt, ꝙ proponat crimen iſtud non ſub intentione infamandi, vel minuendi honorem alterius, ſed ſolum defendēdi ſe, & tunc dato, ꝙ per accidens infametur alius, vel minuatur honor eius, non peccat iſte, quia non egit intentione lędendi alterum, ſic enim fuit in beato Hiero. in quo neceſſe erat, ꝙ aut ſeipſum indefenſum ęmulatoribus permitteret, aut ſeptuaginta Interpretes aliquo modo accuſaret, non erat tñ iuſtū, ꝙ Hiero. permitteret ſe indefenſum, & hoc propter duo. Primo propter bonum publicum, quia ſi nollet ęmulatoribus ſuis reſpondere, ſed ſuſciperet argumenta eorū tanquam concludentia, oporteret, ꝙ aut ceſſaret a translatione Biblię de Hebręo in Latinum, quā faciebat, aut diceret illam ſuperfluam eſſe, ſicut illi concludebant, & tñ vtrunque erat inconueniens: nā ſi ceſſaret Hiero. à translatione, teneret Eccleſia Bibliam falſo interpretatam, & tota Eccleſia erraret, nō poterat tñ eſſe maius damnum, quam iſtud, & conſequenter non poterat eſſe maius bonum, quam tollere iſtum errorem grauiſſimum, & obligabatur quicunque

cunque poſſet tollere eum. Ideo Hiero. potens ſecundum ſapientiam ſibi datam à Deo interpretari ſacrā Scripturam verè, nō ſolum non faciebat malum trāsferendo de Hebræo in Latinum poſtquam tranſtulerāt ſeptuaginta Interpretes, ſed potius peccabat grauiſſimè ſi non transferret. Secundum etiam inconueniens non debebat ſuſtinere. ſ. ꝙ non ceſſaret à translatione, & tñ non reſponderet ęmulatoribus ſuis, qa tacendo videretur conſentire argumentis eorum. ſ. ꝙ translatio ſua eſſet ſuperflua: nam etiam hoc eſſet dānum grauiſſimum. ſ. quia ſi omnes contemporanei Hiero. audiuiſſent translationem eius eſſe inutilem, & ſuperfluam: non curauiſſent de ea, & ſic labor ſuus eſſet in vanum, & quod grauius erat non ſuſciperetur translatio ſua, & maneret Eccleſia habens translationem defectuoſam ſeptuaginta Interpretum, & alias editiones nimis corruptas. ſ. Origenis, Luciani, Heſychij, Symmachi, Aquilę, Theodotionis, & aliorum, & iſtud erat grauiſſimum damnum, & obligabatur ad tollendum iſtud qūocunque poterat. Ideo ſicut Hiero. obligabatur ad transferendum de Hebręo in Latinum, vt dictum eſt, ne Eccleſia falſam interpretationem haberet ſcripturę, ita obligabatur ad reſpondendum ęmulatoribus ſuis, vt translatio ſua non appareret omnino inutilis, & refutaretur. Et ſi nollet reſpondere, peccaret: eo ꝙ vergebat iſta taciturnitas in damnum totius Eccleſię, & in offenſam Dei, & tamē quadocunque alicui dicuntur mala, & iniurię, quę nō ſolum ſunt contra perſonam eius, ſed magis contra honorem Dei, non poteſt ex humilitate tolerare iniurias, ſed tenetur reſpondere maledicenti: ſic enim patet de Chriſto, qñ Phariſei maledixerunt ei, dicentes: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dęmonium habes. Io. 8. iſta maledictio repugnabat nimis honori Dei: nam ſi Chriſtus tacendo conſenſiſſet ſe dęmonium habere, conſequenter fateretur, ꝙ tota prędicatio ſua, & omnia opera, quæ faciebat erāt à dæmone, ideo non erant recipienda, iſtud aūt erat contra voluntatem Dei, quia ipſe faciebat hæc ad magnificandum Deum. Ideo non debuit tacere, ſed dicere Iudęos mentitos, & ſic dixit illico: Ego Dęmonium non habeo, ſed honorifico patrem meum, & vos inhonoraſtis me. Et ſic noluit concedere ſe habere dęmonem, ſed potius dixit Iudæos accuſatores ſuos eſſe filios diaboli, cum ait. Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Peccaret ergo Hiero. ſi non reſponderet ęmulatoribus ſuis, cum vergeret ſua taciturnitas in offenſam Dei, & damnum Eccleſię. Secundo non erat iuſtum, ꝙ Hiero. taceret: nam dato, ꝙ iſta offenſa ſolum tangeret perſonam ſuam, poterat reſpondere cum falſe accuſaretur. Nam cum aliquis falſe accuſantibus ſe non rñderet, quando accuſatio ſolū eſt in offenſam ſolius pſonę, perfectionis eſt, ſed non cadit ſub obligatione, ideo poterat Hiero. reſpondere obtrectatoribus ſuis: ideſt murmuratoribus, ſicut reſpondit, & dicuntur obtrectatores, de ob, & tracto, tractas. ſ. quia ꝺ hominem iniuſte in verbis ſuis tractant, & idem eſt obtrectator, ꝙ detractor, vel maledicus. *Qui canino dente me rodunt.* Dicit hęc Hiero. ad ſignicandum ſequitiā ęmulorum ſuorum, qui tanquam canes latrabant contra ipſum, & corrodebant famam eius. *In publico detrahentes, & legentes in angulis.* Iſta eſt ratio iuſtiſſima cōquerendi beati Hierony. de ęmulis ſuis, quia ipſi ſciebant Hieronymum vera dicere, & interpretationem ſuam eſſe neceſſariam, & tamen repugnabant ei, & detrahebant, hoc autem probat, quia illi in publico deteſtabantur interpretationem beati Hierony. aſſerentes illam inutilem, & tamen in ſecreto ipſi habebant illam, & legebant per eam ſcientes, ꝙ erat bona translatio, & neceſſaria, & tamen ſolum detrahebant ſibi propter inuidiam. ſ. quia ipſi neſciebant facere ſimiles translationes. Et imperiti inuident, ſi habent famam ſapientum, ꝙ alius ſapientior videatur. Et dicit quòd legebāt in angulis. i. in ſecretis locis. Nam ſi publice legerent non haberent colorem detrahendi, qa dr̄, ꝙ faciebant ex inuidia. Et iſtud ponitur ad oſtendendum grauem nequitiam iſtorum ęmulorum. Nā ſi ipſi ex errore, vel ex affectione, quæ peruertit iudicium, putarent, ꝙ translatio Hieronymi erat falſa, vel inutilis, & ob hoc repudiarent eam tam in publico, q̄ in occulto, non eſſent tam reprehenſibiles, quia eſſent errantes, ſed nō malitioſi. Nunc autem malitioſi erāt, & concitabant imperitos aduerſus Hieronymum, vt blaſphemarent de eius translatione. Sic ait Hieronymus ipſe in Prologo ſuper Gen. qui incipit, Deſiderij mei. ſ. Quid liuore torqueris, quid imperitorum animos contra me concitas. *Cum in alijs probent, quod in me reprobant.* Iſta eſt ſecunda ratio contra ęmulos. ſ. ꝙ iniuſte detraherent, quia eandem rem laudabant, & vituperabant. Nam quod in Hieronymo redarguebant, in alijs approbabant, redarguebāt enim Hieronymū, ꝙ poſt translationem Interpretum vellet facere nouā translationem de Hebræo in Latinum, & tamen laudabant in Origene Heſychio, Luciano, Theodotione, Aquila Simacho, & alijs, ꝙ pòſt ſeptuaginta Interpretes ipſi quoque fecerint nouas editiones. Ex quo patet, quòd erat ex inuidia iſta reprehenſio, quia aliter, vel omnes redarguerent, vel nullum. *Quaſi virtus, & vitium non in rebus ſit, ſed cum auctore mutentur.* Iſti ęmuli de eadem re, de qua alios laudāt, vituperant me, tanquam virtus, & vitium, propter quę eſt laus, & vituperium nō ſit in rebus. i. in actibus, ſed in auctore, & ideo putant, ꝙ eadem res facta ab vno erit actus virtutis, & facta ab alio erit actus vitij. Et tunc nō ponunt aliquo modo bonum, vel malum ex conditione actus, ſed ex conditione perſonę. Sed hoc falſum eſt, quia adulterari malum eſt, & quicunque adulteratur male agit, & tamē ſi ex parte perſonæ eſſet ſolum virtus, vel vitiū, aliquis adulterando peccaret, & alius eſſet, qui adulterando non peccaret, ſed falſum eſt: verum tamē eſt, ꝙ interdum virtus, & vitium conſiſtunt ex parte perſonę, quia aliquis actus erit, qui in vna perſona eſt culpabilis, & in alia non, ſicut alicui licet contrahere: alius autem erit, qui peccat mortaliter contrahendo, ſicut qui emiſit votum ſolenne de caſtitate, & ſic in plurimis. Nam conditio perſonę eſt vna de octo circunſtātijs actus, quas ponit Ariſto. 3. Ethicorum, & tamē tūc non variatur virtus, vel vitium in actu propter perſonam abſolutè. ſ. quia eſt Petrus, vel Martinus, ſed pp variam conditionem, vtpote laicus, vel ſacerdos, religioſus, vel non religioſus, ſapiens, vel ignorans, & ſic de cęteris. Nunc autem in Hieronymo non erat aliqua cauſa ſpecialis propter, quam ſibi eſſet illicitum transferre de Hebręo in Latinum potius, quā in Origene, Luciano, & Heſychio, & cęteris, & ideo iſti iniuſte increpabant Hieronymum, ꝙ trāsferret de Hebræo in Latinum, cum ſeptuaginta Interpretes laudent, & Origenem, & cęteros, qui poſt eoſdem Interpretes editiones aliquas fecerunt.

Cęterum memini editionem ſeptuaginta translatorum olim de Græco emendatam tribuiſſe me noſtris, nec inimicum debere extimari eorum, quos in conuentu fratrum ſemper ediſſero.

Cæterum memini. Hic ponitur quintum, in quo beneuolentiam

Universidad de Deusto
Biblio

neuolentiam captat per rationem quãdam oſtendẽtẽ quanta bona Hieronymus fecerit Latinis, ſ. emẽdando eis translationem ſeptuaginta interpretum,& magis etiã excuſat ſe de inuidia ſeptuaginta interpretum,quam aliqui ei opponebant,& probat hoc, quia ſi ipſe æmularetur, & inimicaretur interpretibus,nõ emendaſſet eorum translationem vitiatam ab aliis, quia hoc ad honorem interpretum redundabat, & tamen fecit hoc, vt aſſerit hic, & patet magis ſequenti prologo,ergo non inimicabatur eis, nec propter hoc faciebat nouam translationem, ſed propter publicã eccleſię vtilitatem. Et dicitur cęterum memini editionem ſeptuaginta translatorum olim de Græco emendatam tribuiſſe me noſtris, ideſt recordor, quòd ego emendauerim translationem ſeptuaginta interpretum, quæ habebatur in Græco, quòd erat nimis corrupta,& tradidi illam latinis verſam in Latinum. Fecit autem Hieronymus iſtam emendationem antequam inciperet transferre de Hebræo in Latinum, quia tunc non intendebat trãsferre de Hebræo in Latinum. Sed poſtea videns,quòd non poterat tolerari translatio ſeptuaginta interpretum cępit transferre de Hebræo ad petitionem Chromacii papæ, vt patet ſupra in litera.

Sciendum etiam, quòd iſta translatio ſeptuaginta interpretum,quam emendauit Hiero.non erat quantum ad omnes libros Bibliæ, ſed ſolum liber Paralip. Nam erat corruptus liber iſte in translatione interpretum pluſquam cęteri libri,ideo voluit eum potius emendare,& de iſta emendatione dicitur in prologo ſequenti. Nec inimicus deberem extimari eorum, quos in conuentu fratrum ſemper ediſſero. Ideſt nõ debeo ego reputari inimicus ſeptuaginta interpretũ, ſed potius amicus, quia ſemper ediſſero eos in conuẽtu fratrum,ideſt declaro doctrinam eorum emendãdo ea, quæ alii corruperunt in translatione ipſorum. Vocantur autem hic fratres quicunque Chriſtiani. Nam Apoſtolus omnes Chriſtianos vocat fratres, vt patet 1.ad Corinth.7.ſ.Siquis frater habet vxorem infidelem.Et iterum.Non eſt ſeruituti ſubiectus frater, aut ſoror.Ideſt nullus Chriſtianus, vel Chriſtiana ſubiicitur ſeruituti ad hoc,q̃ teneatur manere cum infidele, ſic etiam Iacobi 2. dicitur. Si autem frater, & ſoror nudi ſint. Ideſt, ſi aliquis Chriſtianus, vel Chriſtiana. Et iſte erat modus loquendi inter Apoſtolos, & in eccleſia rota primitiua.

Et quod nunc Dibrehaiamim, ideſt verba dierum interpretatus ſum, idcirco feci, vt inextricabiles moras,& ſiluam nominũ,quę ſcriptorum confuſa ſunt vitio, ſenſuumque barbariem apertius, & per verſuum cola digererem,mihimetipſi & meis iuxta Iſmeniã canens,ſi aures ſurdæ ſunt cæterorum.

Et quod nunc. Hic ponitur textum,in quo Hiero.reddit auditorẽ attentum translationi ſuę demonſtrando vtilitatem.Et in hoc proponit difficultatem huius libri, ſ.q̃ pp multitudinem nominũ Hebraicorũ erat nimis corruptus,& male pũctuatus, ipſe aũt correxit illũ,& punctuauit diligẽter, vt ſine errore poſſit legi. Et dr̃: *Et quod nunc Dibrehaiamim, ideſt verba dierum interpretatus ſum.* Ponit cauſam quare interpretatus fuerit librũ iſtum, ideſt tranſtulerit de Hebręo in Latinũ. nam interpretatio eſt translatio ſermonis de vna lingua in aliã.Et vocat librum iſtum Dibrehaiamim, qđ eſt nomen ſuum in Hebręo quãquã eſt corruptũ. Nam Hebræi dicunt Diurehaiamim, & interpretãt verba dierum, quia in eo continenẽ verba, ideſt res geſtæ in diuerſis temporibus. Quare autem ſic vocet, declaratum eſt ſupra in prologo quæſtione quarta.

Idcirco feci, vt inextricabiles moras. Cauſa interpretationis libri illius fuit q̃a erat nimis corruptus, & erat corruptio in duobus,primò in mora:ſecundò in ſcriptura nominum, quia cum ſint hic plurima nomina Hebraica,librarij noſtri neſcientes illa corrigere,& ſcribere, omnia corrumpebant. De primo dicẽdum, quòd mora eſt quędam conditio pronunciandi, ſcilicet pauſa. Et iſta fit multipliciter in legendo, de qua non eſt ad prẽſens dicere, cum ſit prẽſuppoſitio in ſcientia puerili. Pauſę autem diſtinguuntur per puncta: nam per diuerſa puncta ſcimus,quomodo diuerſimode pauſandum eſt. Sunt autem puncta pauſa,ſ. per quatuor,ſ.virgula,coma,colus,periodus. Et quando iſta ponuntur in ſcriptura conferunt ad duo: primò, quia pulchrè,ordinatè,& delectabiliter pronunciamus. Secundò,quia ſententia fit facilius intelligibilis: nam ablatis punctis in legendo, & ſcribendo penitus confunduntur ſententię, cum ea, quę pertinent ad prẽcedentem ſententiam legimus cum ſequenti, vel è contrario.Omnes autem iſtę punctuationes vocantur morę, quia faciunt nos morari, ideſt pauſare in pronunciando ad diſtinctionem eorum, quæ dicũtur. Dicit autem Hieron.iſtas moras, ideſt pauſas eſſe inextricabiles, ideſt non certificabiles, quia ſicut ſcriptus erat iſte liber,antequam Hieronymus trãsferret eum de Hebręo in Latinum, & nemo poterat intelligere qualiter,vel vbi pauſandum foret, nec eriã hoc ſciuiſſet,niſi habuiſſet ex Hebręo vbi ſentẽtię per verſus diſtinctę ſunt: & iſtas moras, vel pauſas diſtinxit nunc Hiero.per cola,& comata,& alia puncta ſcribendi. *Et ſyluam nominum.* Intelligitur de nominibus Hebraicis, quę ſunt aliena a nobis. Et dicitur ſiluа,qa eſt magna multitudo congeſta, nec eſt talis in aliquo alio libro Scripturę ſacrę, niſi in duobus libris Eſdre. Et habẽtur iſta nomina prẽcipue in libro iſto primo, & maxime vſque ad quartumdecimum cap. *Quæ ſcriptorum confuſa ſunt vitio.* Scriptores Latini neſciebant nomina Hebręa ſcribere, nec reſonare: ideo errabant in ſcribendo, & error erat in duobus. Primo, quia ſcribebant ea alijs literis,quàm ſcribere deberẽt, & ſic iam non videbantur eadem nomina,ſed alia; ita vt interdum nomina hominum putarentur nomina locorum,& è contrario. Secundo errabant,quia cum neſcirent nomina iſta, interdum plura copulabant in vnum corpus, & legebatur tanquam vnum nomen: interdum autem aliqua nomina diuidebant in plures partes,& ſic iam non videbantur nomina Hebręa,ſed Barbara, vel Sarmatica. Et de his duobus erroribus, patet magis in prologo ſequenti. *Senſuumque Barbariem.* Ideſt non voces ſolum erant Barbarę factę propter corruptionem,ſed etiam ſentẽtię. Proprie enim voces Barbarę dici poſſunt: ſententię autem nõ, quia ſententia recipit animum concipientem, & intelligẽtem,& non reſpicit vocem: ſic enim dicimus quædã nomina Latina eſſe, alia Greca, alia Hebręa, alia Barbara,cum voces ſint diuerſę.Intellectus tamen,& cõceptiones eius eędem ſunt apud omnes gentes, ideo nulla ſententia vocabitur Barbara. Interdum per cõparationem ad vocem,ſcilicet,quia ſicut nos non intelligimus nomina Barbara, eo q̃ ſunt aliena a nobis: ita quando aliqua ſententia in verbis noſtri idiomatis fuerit tam inconuenienter ordinata, vt intelligi nequeat, dicetur ſententia Barbara. Et ſic quando vnus non intelligit alium, vocantur ambo Barbari. Sic patet 1.ad Corin.14.ſ. Si ergo neſciero virtutem vocis: ero ei,cui loquar Barbarus, & qui loquitur mihi Barbarus. Iſto modo accepit hic Hieronymus. Nam liber iſte erat ſcriptus ſine punctis ad pauſandum, antequam

tequam ipſe eum transferret de Hebræo in Latinum: vel potius erant poſita puncta, ſed non in locis conuenientibus, & ſic faciebant ſententias non intelligibiles, nunc autem ipſe correxit illas debite punctuando. *Apertius,& per verſuum cola digererem.* Ideſt ideo feci translationem iſtam,vt digererem.i.diſtinguerẽ apertius.i.apertè per cola verſuum.i.per membra verſuũ inextricabiles mores.i.pauſas difficiles ad intelligendum,& ſiluam nominum.ſ.hebraicorum, quæ confuſa ſunt vitio ſcriptorum, & etiam diſtinguerem barbariem ſenſuum. Dixit autem Hieron.q̃ diſtinxit librum iſtum per cola verſuum.i.per verſus. Vocatur.n. colum, vel colus membrum, quia in Græco colon membrum eſt. Et verſus dicuntur membra,quia ſcriptura diuiditur per verſus, ſicut per quædam mẽbra, vel partes ſententiarum. Sciendum autem, q̃ omnis diſtinctio ſententiarum, quæ fit per pauſas in pronunciando,vel per puncta in ſcribendo, poteſt vocari mẽbrum, ſiue colum, quia quælibet diſtinctio talis facit vnum membrum ſententiæ: ſpecialius tamen diſtinctiones iſtę,tam in pronunciando,quàm in ſcribendo acceperunt alia nomina quatuor,ſ.virgula,colum,coma,periodus. Et licet de eis plenè dicere ad aliũ pertineat,dicendũ tñ breuiſſimè, q̃ virgula eſt punctus diſtinguens, vbi ſententia nulla finita eſt, & multoties oportet poni iſtas virgulas, potiſſimè vbi ſunt plura nomina adiectiua,vel ſubſtantia ſimul in eodem caſu: non q̃ appoſitionem coniuncta. Coma eſt punctus finiens ſententiã, ſed non ponitur in ſcriptura, vel pronunciatione, niſi ad complendum breuiſſimas ſentẽtias, & quaſi de truncatas, & ſic, q̃ aliqui loquuntur breuiſſimè vocantur comatici. Sic dr̃ de Oſea, q̃ comaticus eſt, quia pauciſſimis verbis ſententias explet. Sic ait Hieronymus in Prologo Oſęę. Comaticus eſt, & quaſi per ſententias loquens. Colum vel colon dr̃ punctus, qui ponitur ad complendum ſententias maiores,ſed non ad complendum totaliter intentionem loquentis, & iſta ſunt puncta communia, per quę diſtinguuntur verſus. Periodus autem magis pertinet ad pronunciandũ,q̃ ad ſcripturam, & fit in fine ſnãrũ magnarũ omniũ completarũ. Hieronymus aũt dixit hic, q̃ diſtinxit librum per cola, & non dixit virgulis, nec de comatibus, aut periodis, quia ipſe loquitur hic ſolum de diſtinctione facta per verſus: virgulę tñ non diſtinguũt verſus, quia quilibet verſus finit alíq̃ ſentẽtiam magnam, aut paruam: virgula tñ ſententiã nullã finit. Nõ dixit etiam de comatibus, quia comata ſunt membra parua ſententiarum, quę interdum minora ſunt,q̃ verſus,ſicut fit apud poetas,qui cum poſuerint interdũ multos verſus Pentametros, vel exametros, concludunt in comate heroico, qui eſt, quaſi medietas verſus. Patet aũt hoc in hymnis,& odis,vbi plerũque obſeruantur iſta. De hoc late declaratum eſt in Prologo primo Biblię, qui eſt Epiſtola ad Paulinum c.7.De hoc etiam in Prologo Galeato,& de hoc tangit Hieronymus in Prologo ſuper Iob,qui incipit:Cogor per ſingulos. De periodis autem non dixit, quia periodus magis pertinet ad pronunciationem, q̃ ad ſcripturę punctuationem, & tamẽ poterat dici adhuc large periodut, prout eſt punctus diſtinctus a colo,& comate in figura poſitus in fine completiſſimę orationis. noluit Hieronymus dicere de periodo,quia ſic periodus continet interdum pluſquam quatuor, vel quinque verſus, & tñ ipſe loquitur de diſtinctione facta per verſus, ideo ſolum dixit de diſtinctione verſuũ per cola. *Mihimetipſi, & meis iuxta Iſmenium canens: ſi aures ſurdæ ſunt cæterorum.* Rñdet hic ad id,quod aliquis poſſet obijcere.ſ.q̃ in vanum Hieronymus tantum laborabat transferendo, & tam diligenter punctuando libros iſtos, quia nullus vellet legere in eis, ipſe autem dicit,q̃ ſi nullus voluerit legere,ſatis eſt,q̃ ipſe,& ſui.i.ſui fratres,vel ſocii legerent, & ſic ſaltem non eſſet labor inutilis,ſicut faciebat Iſmenius.

Sciendum autem, q̃ Iſmenius ſignificat duo, vno modo eſt proprium nomen poetę, alio modo eſt nomen fluuii. Accipiendo primo modo,dicendum q̃ Iſmenius erat quidam poeta,qui faciebat verſus multos,& canebat,& tunc dicebat ipſe,q̃ ſibiipſi caneret, ſi ſurdæ erant aures cęterorum, vel ſi cæteri nolebant audire. Ita Hieronymus transferebat, & punctuabat librum iſtum ad vtilitatem aliorum, & tamen ſi nullus vellet legere in eo,ſaltem ipſe legeret. Accipiẽdo ſecundo modo Iſmenius eſt fluuius in Græcia, apud quem Orgia Bacchi celebrabantur, & illa celebritas erat cum magno clamore, & quibuſdam operibus inſanorum, ſicut ebrii concitati Baccho inſaniunt, & tunc aliqui clamabãt celebrantes iſtam feſtiuitatem, alii vero videntes eos irridebant, & nolebant celebrare eandem feſtiuitatem. Nam multi contemnebant Orgia Bacchi,vt ait Ouid.4.Met. Et tunc eſt ſenſus,q̃ quamquam alii irriderent Hieronymum laborantem in translatione libri huius, & punctuatione, & legere in eo nollent,ipſe tamen legeret,ſicut contingebat apud Iſmenium in celebrantibus Orgia Bacchi. Vocantur Orgia feſtiuitas quędam celebrata Baccho, de qua mentio magna fit apud poetas,& in iſta feſtiuitate faciebant viri,& fęminę opera ſiultorum in clamoribus,& aliis inſaniis, & hoc fiebat ad ſignificandum q̃ Bacchus ille Deus faciebat homines furere.ſ.quando inebriantur. Et vocantur Orgis ab Orgia,quod eſt labor, quia laborabant homines in celebritate iſta: ſicut qui vexantur inſania.Vel dicebatur labor,quia expletis laboribus terrę.ſ.ex collectione frugum, & vini fiebat iſta feſtiuitas. Sic.n.dicit Ariſto. 8.Et hic.q̃ poſt Autumnum collectis omnibus fructibus terrę conuenebant homines antiquitus ad faciendum ſacrificia, & feſtiuitates diis,in quo honorem diis prẽſtabant, & ſibi ipſis quietem acquirebant. Vel dicuntur Orgia, ab or,quod eſt bonum: ge,quod eſt terra, quaſi bona terrę, quia de optimis fructibus terrę offerebatur in iſtis ſacrificiis,& feſtiuitate Bacchi. De iſta ſolennitate ſæpe Ouid.in 4.Meta.& aliis libris,& Seneca in tragœdiis,& idem Ouidius in libris Faſtorum. Hic tamẽ accipitur Iſmenius pro poeta,& non pro fluuio,apud quem celebrabantur Orgia Bacchi,de quibus dictum eſt hic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS

IN PRÆFATIONEM SECVNDAM D. Hierony. In Lib. Paralipomenon.

ENARRATIO.

EVSEBIVS Hieronymus, Domnioni, & Rogatiano ſuis in Chriſto Ieſu, Salutem.

EVSEBIVS. Iſte eſt ſecundus Prologus Hieronym. ſuper Paralip. quamquam dubium eſt de ordine ipſorum, & potius vr, ꝙ iſte deberet prꝛponi, & tñ in ordine non refert, cū iſti prologi a ſe inuicē non dependeant. Et diuiditur in ſeptē partes: quia primò captat benęuolentiā, præponendo amicabilē ſalutationem. Secundò ſubdit modū, quo peruenit ad Sacræ ſcripturę perfectam inueſtigationem ibi. *Quomodo Græcorum.* Tertiò oſtendit correctionem a ſe factam in lib. Paralip. translato a ſeptuaginta Interpretibus neceſſariam eſſe pp Græcorum, & Latinorum codicū corruptionem, ibi. *Libere loquor.* Quartò oſtendit cum lib. Paralip. apud Hebrꝛos vnicus ſit, quare apud nos in duos libros ſuſcepit diuiſionem, ibi. *Hic primum ſciendum.* Quintò excitat lectoris attentionem ibi. *Deinde etiam illud attendendum.* Sextò dicit, ꝙ quamquam non dubitaret in hoc opere ſe diſpliciturū, nō formidauit illud facere propter Domnionis, & Rogationi orationem ibi. *Orationum itaque veſtrarum.* Septimò dicit in hac translatione auferre dubitationis occaſionem ibi. *Siquis in hac.*

Quare Hieronymus poſuerit iſtum Prologum. Quæſt. I.

QVAERITVR circa primum ad quid poſuit Hieronymus iſtum prologum in libro iſto, cum iām aliū poſuiſſet. Nam non conſueuit ponere, niſi ſingulos prologos in ſingulis libris.

Reſpondendum, quòd interdum ponit Hieronymus duos prologos in eodem libro, ſicut patet ſuper Gene. vbi primus eſt epiſtola Paulini: ſecundus eſt, qui incipit: Deſiderii mei. Sic etiam fecit ſuper Iob. Nam poſuit vnum, qui incipit: Cogor per ſingulos, & aliū, qui incipit: Si autem fiſcellam. Sciendum tamen, ꝙ quādo Hieronymus prꝛponit eidem libro duos prologos facere pro libro iſto, quia bis eum ſcripſit. Nam prius cum liber Paralip. eſſet apud Grꝛcos ex translatione ſeptuaginta Interpretum valde corruptus, correxit eum Hieronym. transferens in Latinum, & apoſuit aliqua, quæ habebantur in Hebræo, & non habebantur apud Interpretes. Alia autem erant apud Interpretes, quæ non erant in Hebræo, & iſta deſignauit Hieronym. quibuſdam ſignis. Nam illa, quæ erant in Hebræo, & deficiebant in ſeptuaginta Interpretibus deſignauit quibuſdam aſteriſcis, qui erant figuræ rubeæ in modum aſtrorum, quæ autem habebātur plus apud Interpretes, quam in Hebræo, deſignauit quibuſdam virgulis tranſuerſis, quæ obeli vocantur, ad confodiendum illa, quaſi ſuperflua eſſent, poſtea autē Hieronym. videns, quòd non ſufficiebat corrigi literam ſeptuaginta Interpretū, ſed oportere fieri translationem

de Hebræo in Latinum, tranſtulit ſic omnes libros ſacræ ſcripturæ. De iſta autem duplici translatione, quantum ad librum Paralipomenon patet ex prologo: Nam in principio eiuſdem, & quaſi per totum loqꝛitur Hieronymus de translatione facienda de Hebræo in Latinum, excuſando ſe contra æmulos, & probando translationem eſſe neceſſariam, poſtea autem in fine prologi ad excuſandum ſe de inuidia contra ſeptuaginta interpretes allegat, quòd ipſe quādam translationem ſeptuaginta interpretum corruptā nimis apud Grꝛcos tranſtulit in Latinum, & correxit illam, ideo oportet, quòd hic ſint duæ translationes, ſcilicet, vna facta de Hebræo in Latinum. Alia autem facta de Grꝛco in Latinum, & in iſta ſecunda fuerunt emendati codices ſeptuaginta interpretum, qui corrupti erant. Pro iſtis autem duabus translationibus fecit Hieronymus duos prologos. Nam pro prima, in qua correxit translationem ſeptuaginta interpretum fecit prologum iſtum. Pro ſecunda autem translatione de Hebræo in Latinum fecit prologum præſentem. Quòd autem præcedens prologus fuerit pro translatione de Hebræo in Latinū patet: quia in principio eius dicit Hieronymus, quòd ſi ſeptuaginta interpretum editio maneret integra, fruſtra iuberet ei Chromatius volumina Hebræa Latino ſermone trāsferre, ergo videtur quòd hoc ei iubebat: & iſtud ipſe executus eſt. Secundo patet, quia poſtea in eodem prologo probat multa teſtimonia allegata a Chriſto, & Apoſtolis de veteri Teſtamento deficere in libris ſeptuaginta interpretū, & concludit, Ad Hebræos igitur reuertendum eſt, vnde, & Dominus loqꝛtur, & Apoſtoli exempla prꝛſumunt: ergo videtur ꝙ ipſe volebat transferre de Hebrꝛo, cum probet ibi neceſſitatem translationis faciendæ de Hebræo in Latinum. Tertio patet, quia poſtea dicit ibidem: Cæterum memini editionem ſeptuaginta translatorum, olim de Grꝛco emendatam tribuiſſe me noſtris. Ergo in prologo illo nō loquebatur, nec principaliter agebat de emendatione translationis interpretum, cum incidentaliter illam inducat, & ſe olim dicat illam feciſſe. Quarto patet, quia dicitur ibi poſtea: Et quòd nunc Dibreha iamim, ideſt, verba dierum interpretatus ſum, &c. Ergo videtur, ꝙ olim ipſe fecerat emēdationem ſeptuaginta interpretum Paralipomenon, nunc autem dicit ſe facere aliam translationem, ideo neceſſe eſt, ꝙ illa fuerit de Hebræo in Latinum. De iſto autem prologo, ꝙ fuerit factus quando Hieronymus correxit trāslationem ſeptuaginta interpretum vitiatam, patet, primo quia infra dicitur: Vbicunque videris aſteriſcos radiare in hoc volumine, conſtat tamen, quòd in Paralipomenon translato de Hebræo in Latinum, quem nos habemus: nulli aſteriſci, nec obeli ſunt, ergo loquitur de emendatione translationis interpretum, quam correxit aſteriſcis, & obelis, quia ſic oportebat, vt infra patet. Secundo patet, quia dr infra, ꝙ vbi apparuerit aſteriſcus ſciamus additum de Hebræo, quod in Latinis codicibus non habetur, & tamen in translatione quam fecit de Hebrꝛo in Latinū, Hieronymus nihil addidit de Hebræo: ſed totum, quod erat in Hebræo poſuit, & nihil aliud: ergo videtur, quòd loqꝛtur de emendatione translationis ſeptuaginta interpretum, quæ defectuoſa erat in quibuſdam, & oportuit ſuppleri ex Hebræo, & ibi poſiti fuerunt aſteriſci. Tertio patet, quia dicitur infra, quòd vbi obelus eſt, ſignificat quòd ſeptuaginta interpretes addiderunt, & in Hebræis voluminibus non legitur: & tamen translatio iſta, quam nos tenemus, & quam nunc fecit Hieronymus nihil habet mixtum de translatione ſeptuaginta interpretum, ſed quidquid eſt in ea, etiam eſt in Hebræo, vt patet ſi comparetur liber iſte ad librum aliquem Hebraicum, quia reperientur omnimodo ſimiles, ideo loqꝛtur ipſe de translatione ſeptuaginta interpretum corrupta, quam emendauit.

An prologus iſte ſit Beati Hieronymi. Quæſt. II.

QVAERITVR vlterius de iſto prologo, an ſit Beati Hieronymi, & quare ponitur hic. Ad primum dicendum, quòd iſte prologus eſt Beati Hieronymi, quod patet primo ex principio eius, cum dicitur: *Euſebius Hieronymus Domnioni, & Rogatiano ſuis ſalutem.* Ergo Hieronymus mittebat iſtam epiſtolam. Secundo patet, quia in prologo iſto agitur de emendatione translationis ſeptuaginta interpretum, vt patet infra, & tamen iſtam emendationem ipſe fecit, vt patet præcedenti prologo, cum dicitur: Cæterum memini æditionem ſeptuaginta translatorum olim de Grꝛco emendatam tribuiſſe me noſtris. Et in iſto prologo ſcribebat ipſe principaliter pro translatione iſta.

Ad ſecundum dicendum, quòd iſte prologus non erat hic neceſſarius, quia in eo ſolum agitur de emendatione translationis ſeptuaginta interpretum, & tamen translatio iſta, cui prꝛponitur in libris noſtris non eſt ſeptuaginta interpretum, cum nihil iam de illis habeamus, ſed eſt translatio facta de Hebræo in Latinum, ideo non conſonat ei, ſed potius aliqui non nimis aduertentes habent occaſiones errandi in prologo iſto, quia dicitur in eo de aſteriſcis, & obelis poſitis in hoc libro, & ipſi putant, quòd debent eſſe in hac translatione noſtra, & errant: & cum non reperiant eos, putant etiam translationem iſtam corruptam eſſe apud nos, ſed falſum eſt, quia aſteriſci, & obeli non poſiti fuerunt a Beato Hieronymo in aliquo librorum, quos trāſtulit de Hebræo in Latinum, quia nec opus erat, niſi in fine libri Eſther, & in medio libri Danielis, vbi quoſdam poſuit aſteriſcos eo quòd in Hebræo Eſther addidit quædam, quæ in vulgata editione habentur, & in Hebræo non, nec apud aliquos interpretes. In Daniele autem addidit aliqua, ex Teodotionis libro, quæ in Hebræo non habentur. Obelos autem nuſquam poſuit, & ob hoc prologus iſte non eſt neceſſarius, ſicut præcedens, quia præcedens pertinet ad translationem de Hebræo in Latinum, quam nos tenemus: & ex hoc ſequitur, quòd prologus præcedens, ſcilicet, Si ſeptuaginta interpretum: habeatur in omnibus Biblijs: iſte autem non habebatur in omnibus, ſed in rariſſimis, tanquam non neceſſarius: & ita ipſe Hieronymus aſſerit ſe vſum fuiſſe illo prologo, & non iſto ſuper librum iſtum, vt patet in libro ſecundo contra Ruphinum, vbi ait in libro temporum primo, Paralipomenon, qui Hebraicè Dibrehaiamim dicitur ad Sanctum Chromatium Papam præfatiuncula vſus ſum: Si ſeptuaginta. De iſto autem prologo non facit aliquam mentionem: fuit tamen vtile prꝛponi eum huic libro, quia mentionem facit de emendatione huius libri olim a Hieronymus facta, vt ſi contingat alicui ad manus euenire translationem interpretum emendatam, ſciat illam eſſe ſeptuaginta interpretum a Hieronymo emendatam, & traditam Latinis: ſciatque diſtinguere eam ab iſta, quam nunc habemus.

Secundo prodeſt, quia adiuuat, & declarat quedā, quæ habentur in præcedenti prologo: nam ibi dr, ꝙ Hierony. interpretatus eſt librū iſtū propter maximā corruptionem, quę erat in libris noſtris, hic autem declarat illam corruptionem magis qualiter facta fuerit

Universidad de Deusto
Biblioteca

errore librariorum nostrorum coniungentium sæpe plura nomina in vnum, & interdum diuidentium vnum nomen in plura, & non punctuantium sententias per versus in locis debitis, vt patet infra tertio, prodest, & magis iste prologus, quia colligit aliqua dubia pertinentia ad librum istum, quæ non ablata fuerunt præcedenti prologo, & sunt duo. Primum est, quare iste liber sit apud Latinos diuisus, cum apud Hebræos sit vnicus, quod determinatur infra in versu illo: Hoc primum sciendum. Secundum dubium est de significatione nominum: quia in libro isto sunt plura nomina Hebræa, quæ interdum putantur esse nomina hominum, & sunt locorum, vel regionum: & è contrario. Et tradit circa hoc cautelam addens, quòd in libro isto contineatur maxima eruditio scripturarum ibi in versu illo. Deinde etiam attendendum.

An iste prologus debeat esse post præcedentem.
Quæst. III.

QVAERITVR vlterius, an prologus iste debeat esse post præcedentem, vel è contrario. Respõdendum, quòd non potest conuenienter designari ratio ordinis inter prologum istum, & præcedentem, eo quòd isti non sunt partes alicuius vnius rei, quæ habeant inter se ordinem cuiusdam connexionis, sed sunt duæ epistolæ missæ diuersis temporibus, & ad diuersas personas. Nam præcedens prologus fuit epistola quædam distincta, quando Hieronymus transtulit librum istum de Hebræo in Latinum. Iste autem prologus fuit quædam epistola missa, quando Hieronymus correxit translationem septuaginta interpretum vitiatam apud Græcos, & transtulit eam in Latinum: etiam sunt diuersæ personæ, ad quas dirigebantur istæ epistolæ: nam præcedens prologus dirigebatur ad Chromatium Papam: iste autem dirigitur ad Domnionem, & Rogatianum Episcopos; vt patet ex principijs eorum: poterat tamen assignari ordo inter istos prologos ex habitudine temporis, in quo scripti fuerunt: & tunc dicendum, quòd iste prologus deberet præcedere ad alium præcedentem, quia iste fuit pro emendatione septuaginta interpretum: & ille fuit pro translatione de Hebræo in Latinum: prius tamen fuit translationis septuaginta interpretum emendatio, quàm translatio de Hebræo in Latinum, quod patet præcedenti prologo. Nam dicitur: Cæterum memini editionem septuaginta translatorum, olim de Græco emendatam tribuisse nostris: Ergo quando dicebat illud iam emendauerat translationem septuaginta interpretum. Item patet, quia ibi dicitur immediatè, & quòd nunc Dibrehaiamim, idest, verba dierum interpretatus sum. Ergo tunc quãdo ista dicebat, transtulerat de Hebræo in Latinum, & prius emendauerat septuaginta interpretum translationem, non tamen fuit hic obseruatus iste ordo, sed potius ordo dignitatis, scilicet, quòd prologus præcedens quamquã tempore posterior fuerit, magis tamen ad librum istũ pertinebat, & ob hoc erat dignior, ideo præpositus fuit. Circa primum dicitur. *Eusebius Hieronymus*. Ista est prima pars in qua ponitur salutatio, & præponit Hieronymus nomen suum, scilicet, Eusebius Hieronymus. Sed aliquis dicet quomodo dicitur hic Eusebius Hieronymus? Quidam respondent, quòd litera corrupta est, & debet dici Eusebio Hieronymus: ita quòd ponatur in datiuo. Et erit sensus: Hieronymus mittit salutem Eusebio. Sed dicendum, q̃ falsum est, quia ille, cui mittitur epistola non est Eusebius, sed Domnion, & Rogatianus, vt patet ex litera cum dicitur: Eusebius Hieronymus Domnioni, & Rogatiano suis. Dicendum ergo, quòd Eusebius debet esse in nominatiuo, & est nominatiuus Hieronymi, & vocabatur duobus nominibus simul. Sic enim consuetudo erat apud Romanos antiquos, quorum quidã tria, vel quatuor nomina habebant, & omnibus illis nominabãtur simul, sicut dicitur Terentius Varro, vel Marcus Tullius Cicero, & sic de alijs: sic autem Hieronymus Eusebius: vnde in aliquibus epistolis suis vtitur isto modo scribendi, vt patet in epistola ad Oceanum, quæ incipit: Eusebius Hieronymus Oceano suo salutem. *Domnioni, & Rogatiano suis*. Idest, Suis amicis, vel patribus: quia isti erant duo Episcopi. *In Iesu Christo salutem*. Mittit eis salutem in nomine Christi, vel optat eis salutem, quæ a Christo est. Nam quædam salus est, quæ sine Deo est, vt cum quis ad mala efficiendum potens, & sanus est, cui multo vtilior ægritudo foret. Salus autem, quæ est in Christo, est secundum quam homo valet interius ad omnia opera bona, iuxta illud: Cum infirmus sum, tunc demum sanior sum, & talis distinctio etiam est in pace: quia quædam pax est, quæ bona non est, quia mundus illam dat. Alia est autem pax a Deo: sic enim Christus dixit Ioan. 14. cap. Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Et ideo Apostolus quandocunque mittebat aliquibus pacem, loquebatur de pace Christi, iuxta illud: Et pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras: & iterum, Pax Christi exultet in cordibus vestris ad Philippenses quarto. & ad Colossenses tertio. Ideo Hieronymus misit salutem in Christo.

Quomodo Græcorũ historias magis intelligunt qui Athenas viderint, & tertium Virgilij librũ qui a Troade per Leucaten, & Acroceraunia ad Siciliam, & inde ad Ostia Tyberis nauigauerint. Ita sanctam scripturam lucidius intuebitur, qui Iudæam oculis contemplatus est, & antiquarum vrbiũ memorias, locorumque, vel eadem vocabula, vel mutata cognouerit. Vnde & nobis curæ fuit cum eruditissimis Hebræorum hunc laborem subire, vt circumiremus prouinciam, quam vniuersæ Christi Ecclesiæ sonant. Fateor enim mi Domnion, & Rogatiane charissimi, nũquàm me in diuinis voluminibus proprijs viribus credidisse, nec habuisse opinionem meam: sed ea etiam, de quibus scire me arbitrabar, interrogare me solitum: quãto magis de his, super quibus anceps eram? Denique cum a me nuper literis flagitassetis, vt vobis Paralipomenon Latino sermone transferrem de Tyberiade legis quondam auctorem, qui apud Hebræos admirationi habebatur, assumpsi: & contuli cum eo a vertice, vt aiunt, vsque ad extremum vnguem; & sic confirmatus ausus sum facere, quod iubebatis.

Quomodo

Quomodo Græcorum. Hic ponitur secundum in quo Hierony. ostendit qualiter peruenit ad sacræ scripturæ perfectã inuestigationem: & hoc demonstrat in duobus. Primo in locorum terræ sanctæ peragratione. Secundo in frequentata dubiorum interrogatione, ibi. *Fateor enim*. Circa primum dicitur, quòd Hierony. habuit certitudinem de sacra scriptura, perambulando loca omnia terræ sanctæ: nam sacra scriptura Veteris Testamenti loqtur semper de terra Chanaan, in quã habitauerunt Iudæi nominando vrbes, & flumina, & montes, & prouincias terræ illius, & potissimè in libro isto vbi multitudo locorum terræ illius ponitur. Qui autem non viderunt illa loca, habent cõceptum quasi confusum, quãdo narrantur historiæ illorum locorum, sicut cum quis audit historiam de aliquo viro, quem nõ nouit visu, vel fama, ideo vt quis habeat determinatissimum conceptum circa talia, requiritur q̃ viderit oculis suis illa loca. Ideo Hierony. qui translaturus erat de Hebræo in Latinum, vt plenissimè intelligeret ea, quæ transferebat, quia sic opus erat: oportuit, q̃ omnia ista loca videret, de quibus scripturus erat, & ad hoc accepit aliquos peritissimos Hebræorum, & cum eis discurrit per totam terram Chanaan, vt videret omnia illa loca, & certificaretur de dispositione eorum, in quo profecto fuit magnus labor, & magna sollicitudo Hieronymi de scienda veritate, cũ vix aliquis modernorum discurrere vellet per decem leucas, vt cognosceret quæ loca erant illa, de quibus in scriptura dicitur, nisi forte alia occasione ageret. Et in hoc valde laudandus est Hieronymus, quòd ad vtilitatem posterorum, quibus Bibliam transtulit, tam graues labores sponte assumpserit. Ad probandum autem, quòd valde vtile erat discurrere per omnia ista loca ad intelligentiam sacræ scripturæ, inducit duo exempla, & primum est, quod sequitur, scilicet. *Quomodo Græcorum historias magis intelligunt qui Athenas viderint*. Idest, Siquis legat historias Græcorum, melius intelligit illas, si viderit Athenas, quàm si non viderit. Fuerunt enim olim res gestæ Græcorum excellentissimæ, & potissimè, quia a multis scriptoribus laudatæ sunt, vt ait Sallustius in Catilinario. Inter vrbes autem Græcorum Athenarum ciuitas principatum quondam obtinuit in dominio, florebat etiam super alias vrbes propter studiorum excellentiam, quia ibi antiquitus fuit tota sapientia Græcorum, & fere totius orbis, ideo in historijs Græcorum nulla ciuitas famosior est, quàm Athenarum, & siquis viderit dispositionem eius, & situm, & regionem adiacentem: melius intelligere poterit historias Græcorum, quàm alius. Ciuitas Athenarum quondam vocabatur acta, idest, litoralis, quia prope litus maris ciuitas illa est: postea autem vocata est Athenæ pluralitate ex nomine cuiusdam Deæ, quæ vocatur Minerua, vel Pallas, quæ in Græco Athena dicitur: Vel dicuntur Athenæ, idest, immortales, quasi athenatos ab a, quod est sine, & thanatos, quod est mors, quasi sine morte. Et sic dicimus agios athanatos, idest, sanctus immortalis. Vocatur autem ista ciuitas immortalis, propter famam eius florentem in æternum propter studia literarum, quæ ibi erant. De nomine autem ciuitatis huiusmodi alibi dictum est in Exodo, de quo August. late 18. de Ciuitate Dei, vbi introducit contentionem, quæ fuit inter duos Deos Gentilium, scilicet, Palladem, & Neptunum Deum maris; ex cuius nomine ciuitas vocaretur, & de votis virorum, & fœminarum, & de cõdemnatione fœminarum. *Et tertium Virgilij librum*. Istud est secundum exemplum ad probandum prædicta, & est sensus, quòd melius intelligent tertium librum Virgilij illi, qui nauigauerint a Troade per Leucatem vsque ad Ostia Tiberis, quàm illi, qui non nauigauerunt. intelligitur de tertio libro Aeneidos, & quamquam fecerit alios libros Virgilius, tamen loquitur Hierony. de libro Aeneidos, quia ille fuit præcipuus inter libros Virgilij. Pro quo sciendum, q̃ Virgilius fecit tres libros, s. Bucolicorum, Georgicorum, & Aeneidos. Primus autem, s. Bucolicorum est liber eclogarum, & continet decem eglogas, & incipit, Tityre tu Patule, & loquitur ibi de collocutione pastorum, introducens laudes Octauiani. Liber Georgicorum continet quatuor libros, in quibus tractat Virgilius de cultura terræ, & differẽtia seminum, & temporibus seminandi, & colendi singula, & incipit: Quid faciat lætas segetes. Alius est liber Aeneidos, in quo agitur de laudibus Aeneæ, & de bello Troiano, & de aduentu Aeneæ in Italiam, & de bellis eius ibidem, & deriuatione Romanorum, & incipit: Arma, virumque cano. Et continet libros duodecim. Fuit autem liber Aeneidos excellentior inter cæteros libros Virgilij; ideo locutus fuit hic Hieronymus de illo per excellentiam, dicens de tertio libro Virgilij: non addeas an fuerit tertius Georgicorum, vel tertius Aeneidos. Alia etiam ratio fuit, quia scientibus aliquid in libris Virgilij manifestum erat, quòd de tertio loqueretur: cum dicatur hic de aduentu de Troade in Italiam. Nam in libro Georgicorum non continentur aliquæ historiæ, sed solus terræ cultus, in libro autem Aeneidos continentur bella multa, & primum est Troianum. Et dicitur hic de tertio libro Aeneidos, & non de alijs: quia in illo continetur nauigatio facta de Troade vsque in Italiam. Nam in primo libro ponitur aduentus Aeneæ per mare vsque in Chartaginem, vbi regnabat Dido Regina. In secundo libro ponitur, quomodo Aeneas ad preces Didonis, retulit omnia gesta belli Troiani vsque ad fugam de Troade. In tertio continetur tota nauigatio sua, quæ fuit a Troade vsque ad Carthaginem Africanam, & pericula, quæ in mari habuerit: & ibi ponuntur loca, per quæ transierit, ideo siquis nauigauerit a Troade vsque ad Ostia Tiberis; melius intelliget librum illum tertium Virgilij, quàm qui non nauigauerit per loca illa, eo quòd in itinere illius nauigationis continentur omnia loca, quæ habentur in libro tertio Aeneidos, per quæ fertur transisse Aeneas, vel illa reliquisse ad dextram, aut ad sinistram. In cæteris autem nouem libris Aeneidos quid contineatur, non expedit nunc dicere; sed quilibet per se videre poterit.

Qui a Troade per Leucatem & Acroceraunia ad Siciliam, & inde ad Ostia Tiberis nauigauerunt. Ista loca sunt in medio nauigationis inter Troiam, & Italiam ad Ostia Tiberis: vocatur enim Troas ipsa ciuitas Troiana, vel potest accipi pro illa prouincia tota adiacenti ciuitati Troianæ. Et aliquando vocatur Troas, quia in ea continetur excidium Troianæ vrbis: & ab ista vrbe cœpit nauigatio Aeneæ, de qua loquitur hic Hieronymus, & habetur in tertio libro Aeneidos.

De Troade dicit Isidorus decimoquarto Etymolog. quòd Troas est regio superiecta ab Aquilone Galatiæ: a Meridiano Licaoniæ, ab Oriente adhæret Lydiæ, ab Occidente Hellespontiaco mari finitur: & sic est Troas in principio Asiæ, scilicet, in parte Occidentali eius iuxta mare. De Leucate autem dicendum, quòd est quoddam promõtorium apud vrbem Neapolim in quo Apollinis Actij templum fuit, vt ait Isidorus Etymolog. lib. 14. De hoc etiam Virgilius tertio Aeneidos ait,

Mox Leucatem nimbosa cacumina montis,
Et formidatus nautis aperitur Apollo.

Est autem promõtorium istud Leucatis valde famosum inter Poetas, de quo sæpe Virgilius, & Ouidius.

De Troade de ciuitate.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 8.

Vocantur autem Acroceraunia montes fulminati, & dicuntur ab acros, q̃ eſt mons: & ceraunos, quaſi mõtes fulminati: & dicit Iſidorus Etymolog. 14. Acroceraunia mõtes propter altitudinem, & ictus fulminum appellantur. Alio modo poſſunt vocari Ceraunia per cõpoſitionem, ſcilicet, a creos, quod eſt cornu, & amnis, aqua quaſi amnes cornuti, & dicũtur tunc Acroceraunia exaltationes, vel commotiones aquarum: vbi fit maxima eleuatio earum per modum cornuũ, vel dicuntur Acroceraunia ſaxa eminentia in mari ad inſtar cornuum, & ibi illiduntur aquæ: & reſiliunt in altum, & fiunt magni fluctus: de hoc Ouidius Metamorph. 14. ſcilicet,

Saxa fugit dextra prærupta Ceraunia parte.

Per compoſitionem autem cum acros, quod eſt mõs dicimus Acroceraunia ſcopulos magnos, & cacuminatos in mari, & ſecundum Iſidorum 14. Etymolog. ſunt inter Armeniam, & Hyberniam. Acroceraunia autem ſic accipiũtur: hic dicũtur eſſe ſcopuli in mari, apud quos fiunt magnæ vndæ: & apud illa Ceraunia, vel Acroceraunia tranſiuit Aeneas veniens de Troade. De hoc Virgilius 3. Aeneidos ait:

Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta:
Vnde iter Italiam curſuſque breuiſſimus vndis.

Venit etiam in nauigatione iſta Aeneas ad Siciliam, quæ coniuncta eſt Italiæ, & dicitur Sicilia a Siculo Rege, cum prius vocaretur Sicania a Rege Sicano, & ſic aliquando vocatur apud Poetas, ſic vt patet per Virgilium, ſcilicet,

Sic tibi cum fluctus ſubterlabere Sicanos:
Doris amara ſuam non intermiſceat vndam.

Vocata fuit etiam terra iſta Trinacria prius, & ſic vocatur multoties apud Poetas: & eſt Trinacria nomen Græcum, & dicitur a tris, quod eſt tres, & a cros, quod eſt mons, quaſi habens tres mõtes, ſcilicet, præcipuos, ſcilicet, Pelorum, Pachinnum, & Lilibęum, vt ait Iſidorus Etymolog. 14. & dicitur Triquadra, ideſt, habẽs tres quadras, quia diuiſa eſt in tres quadras per tres montes illos, & Africum mare proſpectans, in cuius parte quadã, Scylla, & Charibdis ſunt duo marina pericula in freto eius medio, quo Sicilia ab Italia diuiditur: nam Siciliam, & Italiam eandem terram continentem fuiſſe Salluſtius aſſerit, & Solinus in Polyhiſtor. fuiſſe tamen impetu maris in loco Scyllę, & Charibdis diuiſam: vbi nunc anguſtiſſimum fretum eſt. Eſt autem ibi Scylla, quæ naues confringit: Charibdis autem, quæ illas abſorbet: de illa dicit Iſidorus 13. Etymolog. Scyllam accolę ſaxum eminens in mari appellant, ſimile celebratæ formæ procul viſentibus: vnde & monſtruoſam ſpeciem fabulæ illi dederunt: quaſi formam hominis capitibus ſuecinctam caninis, quia colliſi illic fluctus latratus caninos videntur exprimere: fuit autem duplex Scylla apud Poetas, quædam fuit filia Regis Niſi, quæ furata eſt crinem aureum eius ob amorẽ Minois Regis Cretenſis, & poſtea verſa eſt in Cirim, ſiue Landam; cuius hiſtoriam ponit Ouidius Metamor. Alia fuit Scylla filia Phorci, quam dilexit Glaucus Deus marinus, & mutata eſt in monſtrum marinum; de hoc Ouidius Metamor. 14. Charibdis autem eſt marinum periculum apud Scyllam, ſic dicta, quia gurgitibus occultis nauem abſorbeat: eſt enim ibi mare vertiginoſum, & laniata naugia in profundum merguntur. Dicitur autem Charibdis, quaſi carinas abdens, ideſt, abſcondens: Scylla autem a cieo, ideſt, moueo: quia apud ſaxum Scyllæ fit magna commotio fluctuum, & dicitur vſque ad Oſtiam Tiberis; quia ibi eſt portus, per quem venientibus per mare eſt trãſitus cum naugijs vſque Romam per ipſum fluuium Tyberim; & vocatur Oſtia Tyberis, ga per locum illum intrat Tyberis in mare, vel quia locũ illum intrant nautæ de mari ad terram, vt veniãt Romam per Tyberim. Et ibi eſt ciuitas quædam, quæ vocatur Oſtia; & inde dr̃ Epiſcopus Oſtienſis, q̃ Põtificẽ conſecrat; Tyberis aũt fluuius eſt, q̃ de alpibus veniẽs; per mediũ vrbis Romæ labitur, qui prius Albula dicebatur ab albedine aquarum; quia propter niues liquefactas, & propter terram, per quam tranſit aqua, contrahebat albidum colorem; poſtea tamen a Tyberio Rege Romano, qui in fluuium illum cecidit, & exiuit, Tiberis nomen accepit. De hoc Iſidorus Etymolog. 13. Sed aliquis dicet: quare dicitur hic, quòd melius intelliget tertium librum Virgilij ille, qui nauigauerit a Troade per Leucatem, & Acroceraunia vſque ad Siciliam, & ad Oſtiam Tiberis, quàm ille, qui non nauigauerit? nam in tertio libro Aeneidos non fit tractatus de nauigatione Aeneæ vſque ad Oſtiam Tiberis, ſed ſolum de nauigatione eius a Troade vſq; Chartaginem; vbi erat Dido: nam ibi erat Aeneas, quando enarrabat omnia illa pericula, quæ habentur in tertio, & etiam poſtea. Quartus liber Aeneidos agit de illis, quæ facta ſunt a Didone, & ſorore ſua Anna propter præſentiam Aeneæ. Quintus autem agit de receſſu Aeneæ de Chartagine, & nauigatione in Siciliam. Sextus autem de deſcenſu eius ad inferos cum Sibylla. Septimus vero dicit de introitu Aeneæ in Italiam per Oſtia Tyberis. Reſpondendum quòd hoc poteſt ſtare propter duo. Primo, quia licet in tertio libro Aeneidos agatur de nauigatione Aeneæ, quæ terminata eſt pro tũc in Chartagine Africana, tamen antequàm veniret Chartaginem, acceſſit iuxta Italiã, & tñ impetu ventorum, & magnis turbationibus Pelagi diuulſus eſt ab Italia, ne introiret in Oſtia Tyberis, & coactus eſt redire in Chartaginem Africanam, vt patet in primo, & tertio Aeneidos. Nam dr̃ in eodem tertio.

Prouehimur Pelago vicina Ceraunia iuxta,
Vnde iter Italiam curſuſque breuiſſimus vndis.

Patet etiam in eodem tertio, quòd acceſſerit Aeneas vſque ad Siciliam, & erat iuxta Italiã, & tñ coactus eſt redire Chartaginem, & ſic in relatione nauigationis ſuæ facta coram Didone Regina, quæ habetur in eodem tertio Aeneidos, fere continentur oĩa loca nauigationis, q̃ ſunt a Troade vſque ad Oſtia Tyberis. Ideo rectè poſuit hic Hierony. q̃ qui nauigaſſet a Troade vſque ad Oſtia Tyberis, melius intelligeret tertium Aeneidos, q̃ alij. Secundo poteſt dici, q̃ quamquã non nauigaſſet Aeneas a Troade vſque ad Oſtia Tyberis, nec contineatur tota iſta nauigatio in tertio Aeneidos, tamen cõtinetur maxima pars eius, ideo cum ſit nauigatio ſolita de Troade ad Oſtia Tyberis, dicitur q̃ nauigauerit a Troade vſq; ad Oſtia Tyberis, q̃ ſciet melius librum tertium Virgilij, eo q̃ in nauigatione iſta continentur oĩa loca, per quę Aeneas tranſiuit, de quibus in prædicto tertio fit mẽtio, & etiã aliqua alia; non ponit aũt Hieronymus præcisè de nauigantibus a Troade vſq; ad locũ illum, q̃ propinquior eſt Italiæ, ad quem Aeneas acceſſiſſe refertur in eodem tertio, ga vſque ad locum illum nõ eſt perfecta nauigatio; quia Aeneas nõdum aſſecutus portus Italicos, repulſus eſt impetu ventorum, & coactus eſt redire in Chartaginem Africanam, & vſque ad Oſtia Tyberis eſt perfecta nauigatio a Troade, ideo de illa dixit: *Ita ſanctam ſcripturam lucidius intuebitur, qui Iudæam oculis contemplatus eſt.* Hic concludit intentionem ſuam ex duobus exemplis præpoſitis, ideſt, quòd clarius intelliget ſacram ſcripturam ille, qui vidit loca Iudææ, quàm qui nõ vidit ea, accipitur autem Iudęa dupliciter, vno modo propriè pro terra illa, quam tenuit tribus Iuda, & tunc eſt vna de duodecim ſortibus factis in terra Chanaan, & eſt ad partem Meridianam eius. De numero aũt ciuitatum antiquarum terræ illius, patet Ioſue 15.

Secundo modo accipitur largè pro tota terra, quam poſſederunt Hebræi: & tunc intelligitur fere de tota terra Chanaan, quia illa tota diuiſa eſt in duodecim ſortes computando duas ſortes, & dimidiam, quę erat extra terrã Chanaã vltra Iordanem vbi erant Gad, & Ruben, & dimidia tribus Manaſſe: de his ſortibus Ioſue 13. vſque ad 20. cap. Ceſſit autem fere tota terra Chanaan in poſſeſſionem Hebræorũ. Nam licet tota fuerit diuiſa in ſortes, vt patet Ioſue 13. Tamen nõ fuit tota tradita eis in poſſeſſionẽ, qa quandã partẽ tenuerunt Philiſthini, & quidam alij Chananæi ſemper: iſto modo accipitur pro eodem Iudæa, & terra Iſrael, vt patet Pſal 75. ſ. Notus in Iudæa Deus, in Iſrael magnũ nomen eius. Et ibi Iudæa, & Iſrael accipiuntur pro eodem: & eſt replicatio ſententiæ per alia verba, ſicut ſæpe in carminibus ſolet fieri. Hoc modo accipitur hic Iudæa pro tota terra Hebræorum, quia aliàs non ſufficienter intelligeret aliquis ſacrã ſcripturam videndo omnia loca Iudææ, primo modo ſumptæ, quia in ſacra ſcriptura non ſolum ponuntur loca ſortis tribus Iudæ, ſed etiam omnium aliorum tribuum vndecim, vt patet in Ioſue a cap. 13. vſque ad 20. & etiã in oĩbus fere alijs libris fit mentio de locis aliarũ tribuum, & ſic Hiero. non ſolũ perambulauit loca tribus Iudæ, ſed ẽt omnia, in quibus habitauerant aliæ tribus Hebræorũ, vt patet infra cum dicitur. Nobis curæ fuit cum eruditiſſimis Hebræorum hũc laborem ſubire, vt circuiremus prouinciã, quam vniuerſæ Chriſti Eccleſiæ ſonant. Ex quo patet, q̃ etiã nomina locorum, quæ erãt in tribu Iuda quæſiuit, & etiam locorum, quę erant in ſortibus aliarum tribuum: ideo oportet, quòd Hieron. peruagaretur omnia loca duodecim tribuum, ſcilicet, totam terram Chanaan. *Et antiquarum vrbium memorias.* Ideſt, Qui cognouerit memorias antiquarum vrbium terræ Chanaan, melius intelliget ſacram ſcripturam. Dicitur autem hoc, quia quando aliquis iret ad aliquam vrbem terræ Chanaan, diceretur ſibi, iſta eſt ciuitas, quæ olim vocabatur tali nomine, & in qua facta ſunt talia, vel talia, quæ enarrantur in ſcriptura: & tũc melius intelligeret audiens hiſtorias illas, cum reduceret ad memoriam, contemplato loco illo, in quo iſta acciderant. *Locorumque vel eadem vocabula, vel mutata cognouerit.* Ideſt, Qui ambulauerit per omnia loca terræ Hebræorum, & ſciuerit nomina omnium ciuitatum, quorum quædam permanebant, ſicut ab antiquo fuerant impoſita, & alia iam mutata erant: intelligeret bene ſacram ſcripturam. Nam non differt, quòd nomina ciuitatum antiquarum, quæ habentur in ſcriptura manerent, vel mutata eſſent, dum tamen ille, qui perambularet loca illa, cognoſceret quomodo vocabantur illæ ciuitates antiquitus, quorum nomina iam mutata erant. Et ſic quando Hieronymus perambulauit terram illam reperit plurimarum vrbium nomina mutata: & tamen illi eruditiſſimi Hebræi, qui cum eo ibant, dicebant ſibi iſta ciuitas vocabatur taliter antiquitus, & ſic cognoſcebat de omnibus vrbibus terræ Chanaan, quæ habentur in ſcriptura, quales eſſent ſitus earum, & diſpoſitiones. *Vnde, & nobis curæ fuit.* Ideſt, Quia non poteram aliter perfectam, & certam habere cognitionem in ſacra ſcriptura, niſi diſcurrerem per omnia loca terræ Chanaan: ſuſcepi hanc curam, vt totam illam circundarem, & perambularem. *Cum eruditiſſimis Hebræorum.* Ambulauit Hiero. totam terram Chanaan cum Hebræis eruditiſſimis: nam in terra Iudeæ adhuc manebant aliqui Hebræi tempore Hieronymi: & quia Hieron. erat vir clariſſimus propter ſapientiam, & ſanctitatem, & fauebant ſibi omnes principes, & magni domini: poterat ipſe habere multos de Hebræis, qui cũ eo perambularent totam terram Chanaan: & iſti ibãt cum eo, vt oſtenderent ſibi omnia loca, & dicerent, iſte locus vocabatur olim ſic, & poſtea mutatum eſt nomen eius ex tali cauſa. Et dicitur, quòd ambulauit cum Hebræis eruditiſſimis, poteſt tamen intelligi, quòd erant eruditiſſimi in hiſtorijs ſæcularibus, quia tales poterant ſcire de omnibus geſtis terræ illius, & de mutatione nominum locorum, & quare talis mutatio facta eſt. Vel intelligitur, quòd erant eruditiſſimi in libris ſacris, vt quandocunque venirent cum Hieronymo ad aliquam vrbem, ſcirent ſibi dicere iſta eſt ciuitas, de qua dicitur in tali loco ſcripturæ, & per concordantias ſatis eruditeretur Hieronymus. *Hunc laborem ſubire, vt circuiremus prouinciam.* Magnus labor fuit, quòd Hieronymus circuiret totam prouinciam Iudææ, & perambularet ſingula loca, vt haberet ſcientiam ſacræ ſcripturæ: luſtrauit igitur omnia iſta loca, vt dictum eſt, in quo apparet quòd maius deſiderium ſciendi ſacram ſcripturam fuit in ipſo, quàm in aliquo noſtrum, quia nullus nunc tantum laboraret, vt haberet cognitionem etiam totius ſacræ ſcripturæ. *Quod vniuerſæ Chriſti Eccleſiæ ſonant.* Ideſt, Tranſiret prouinciam totam, de qua fit mentio in ſacra ſcriptura: Non eſt autem intelligendum, quòd perambulauit Hieronymus omnia loca, de quibus habetur in ſacra ſcriptura, quia oporteret, quòd perambulaſſet Aegyptum, & Chaldæam, & multas regiones Orientis, & Occidentis: cum in ſacra ſcriptura fiat mentio de multis regionibus, ſed pertranſiuit ſolum Hieronymus prouinciam terrę Chanaan, in qua habitauerunt duodecim tribus, omittendo omnes alias prouincias, & regna, quia potiſſima mentio, quæ fit in ſacra ſcriptura, eſt de illis locis, quæ ſunt in terra Chanaan: ideo dicitur hic, vt circuiremus prouinciam. Nam prouincia nomen regionis eſt, & non multorum regnorum, vel locorum exiſtẽtium in diuerſis regionibus. *Fateor enim.* Hic ponitur ſecundum huius partis, in quo oſtendit Hieronymus ſe perueniſſe ad perfectam ſcripturæ intelligentiam, per frequentatam dubiorũ interrogationem, & dicit, q̃ quãquã in aliqbus locis ſacræ ſcripturę nõ dubitaret, interrogabat tñ peritos, vel conferebat cum eis, vt pleniorem haberet ſcripturę intellectum. Et primo probat hoc, qa ſic erat cõſuetudo ſua generaliter. Secundo per quendam Doctorem, quem ſpecialiter accepit ad interpretationẽ huius libri ibi. *Denique cum a me.* Circa primum dicitur. *Fateor enim mi Domnion, & Rogatiane chariſſimi.* Iſti duo Domnion, & Rogatianus erant Epiſcopi, qui rogauerunt Hieronymum, vt corrigeret Paralipomenon, q̃ corruptus erat ſm translationem interpretũ, & ſcribit eis Hiero. iſtã epiſtolã, vt patet in principio. *Nunquam me in diuinis voluminibus proprijs viribus credidiſſe.* Ideſt, Quantum ad ſacræ ſcripturæ intelligentiam, nunquàm credidi intellectui meo: nam licet per meipſum plurima potuiſſem intelligere, non cõfidebam viribus meis, ſed quęrebam ab alijs, conferendo cum eis, & dicit de diuinis voluminibus: quia in ſcientijs ſæcularibus, vt philoſophia, & liberalibus non faciebat iſtud: quia in pluribus credebat ingenio ſuo, cum per illud poſſet multa inuenire. Et ratio diuerſitatis eſt, quia in ſacra ſcriptura eſt magnum periculum: nam ſi erretur in ſenſu alicuius ſcripturæ, cauſabitur inde error in fide, in quo eſt maximum damnum, & non ſolum hoc, ſed etiam qui malè intellexit, malè docebit cæteros: & ſic trahet eos in errorem, & talis error eſt periculoſus, quia erratur circa rem optimam: & etiam vno errante, multi ſimul errant: Sic enim erat de peccato ſummi ſacerdotis in Veteri Teſtamento, ſuperiora eo errãte, totus populus errabat: iõ tãta pœnitentia imponebaẽ in ſolutione ſacrificiorũ, q̃ peccato sũmi ſacerdotis ſolius, ſicut q̃ peccato totius populi ſimul,

Peccata ſuperiorum grauiora.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt patet Leuit. 4. In ſcientijs autem ſæcularibus dato, F quòd erretur, non eſt ita error periculoſus, eo q̃ non verſatur circa maximum bonum hominis in ſcientijs illis, ſicut in fide, quæ habetur per ſacram ſcripturam. Vita enim tota hominis conſiſtit in fide, iuxta illud Apoſtoli: Iuſtus aũt ex fide viuit: ad Rom. 1. Ideo volebãt dubitare Hiero. circa ſingula in ſacra ſcriptura, vt quærendo de omnibus, certiorẽ haberet ſenſum ſcripturæ. *Nec habuiſſe magiſtram opinionem meam.* Ideſt, Circa libros ſacrę ſcripturę, nũquàm ſecutus ſum opinionem meam, tanq̃ magiſtrã: ſed inquirebam quid alij dicerent, & ſentirent. *Sed etiam ea, de quibus me ſcire arbitrabar, interrogare me ſolitum.* Ideſt, Fateor me ſolitum interrogare etiam illam, de quibus arbitrabar me ſcire, & licet aliquando crederem in me plenè intelligere aliquem locum ſcripturæ, adhuc quærebam de illo, an alij ſentirent, ſicut ego: & iſtud erat propter periculum, quia licet interdum Hierony. nullum dubium haberet ſuper aliqua ſentẽtia, poterat eſſe q̃ illa eſſet falſa, & quia totis viribus agendum erat, ne in ſacra ſcriptura aliquid falſum ſcriberetur, vtile erat, q̃ dubitaret etiam de eis, quæ omnino putabat ſe ſcire. *Quanto magis de his ſuper quibus anceps eram?* Quaſi dicat, Quærebam de illis, in quibus non dubitabam, a fortiori quærerem de illis, in quibus dubius eram. Dicitur anceps quaſi ambo capiens, & eſt compoſitio per corruptionem, & pertinet ad hominem dubium: qa qui inter duas ſententias dubius eſt, vtranque capere vult, & neſcit quam capiat. Vel dicitur anceps ab an, & capio: & an ſignificat diſiunctionem, & conuenit dubitanti, quia ille neſcit an capiat ſententiam iſtam, vel aliam. *Denique.* Hic probat in ſpeciali, quomodo non confidebat ingenio ſuo circa ſacram ſcripturam per hoc, quòd quendam doctorem Hebræum accepit ad interpretationem Paralip. & dicitur: *Denique cum a me literis nuper flagitaſſetis vt vobis Paralip Latino ſermone transferrem.* Loquitur ad Domnionem, & Rogatianum Epiſcopos, qui nuper, ideſt, aliquãto tempore anteq̃ Hiero. ſcriberet iſtum prologum, orauerant, vt transferret eis Paralip. Latino ſermone: Erant iſti Epiſcopi Latini, ideo volebant Paralip. habere in Latino: non tamen eſt intelligendum, q̃ non haberetur tempore Hiero. inter Latinos liber Paralip. quia oẽs libri I ſacræ ſcripturę habebãtur tunc in Latino, & fuerant anteq̃ Hiero. eſſet: ex quo enim Latini aliqui ceperũt eſſe Chriſtiani mox de Græco tranſtulerunt totũ Vetus Teſtamentũ, quod habebatur apud eos ſm trãslationem ſeptuaginta interpretũ, ſed petebant iſti Epiſcopi, q̃ Hieronymus trãsferret eis Paralip. in Latinũ, i. transferret de Græco, & emendaret, quia erat nimis corruptus liber iſte apud Latinos, & Græcos, vt patet infra in litera: & ideo dicit Hierony. q̃ vbi in libro illo poneretur aſteriſcus erat additũ aliquid de Hebræo, quod in Latinis codicibus non habebatur: ergo prius habebatur Paralip. in Latinis codicibus, q̃ Hiero. nunc transferret, & ſic fuit potius emendatio, quàm trãslatio. *De Tyberiade quondam legis Doctorem.* Accipiendo K ſicut iſta litera iacet: debet dici quòd Tyberiades erat nomen propriũ viri, qui fuit Doctor excellens in ſcriptura inter Hebræos tempore Hieron. & ordinatur litera ſic. Aſſumpſi de Tyberiade, ideſt, a Tyberiade legis quendam Doctorem, ideſt, qui erat auctor, ſiue Doctor legis quondam, & fortè dicit hoc Hierony, quia quando ipſe ſcripſit prologum iſtum, mortuus erat Tyberiades. Alia litera habet: *De Tyberiade legis quondam auctorem.* Et tunc eſt ſenſus, accepit quondam auctorem legis, i. Doctoris de Tyberiade, ſ. q̃ Tyberiades eſt ciuitas, vel magis proprie Tyberias apud mare Galilææ, quod vocatur ſtagnum Genezareth, & vocabatur illa ciuitas prius Genezareth: poſtea autem vocata eſt Tyberias ad honorem Tyberij Imperatoris: cuius anno decimooctauo Chriſtus crucifixus eſt, & ſic vocatur ſæpe mare Galilææ, & dicitur quòd Chriſtus ambulabat iuxta mare Galilææ, quod eſt Tyberiadis, vt patet Matth. 4. & Ioan. 6. In iſta ciuitate florebat ſtudium Hebræorum tempore Hieronymi, & ibi accepit quendam famoſum inter cæteros, a quo confirmatus eſt in eis, in quibus erat dubius circa intelligentiam Paralipomenon. Et iſta litera melior eſt, quàm illa, quæ communiter habetur in Bibliis. *Qui apud Hebræos admirationi habebatur.* Ideſt, Iſte Doctor, quem aſſumpſi inter cæteros Hebræos habebatur admirabilis, ponit omnia iſta Hieronymus ad ſignificandum, quòd ſecurè poteramus legere ſuam G interpretationem: quia ipſe cum magna diligentia fecerat illam circa ſingula interrogando, etiam ſi non dubitaret: & accipiendo Doctorem famoſiſſimum inter Hebræos, qui concordauit cum ſententia eius in omnibus. *Et contuli cum eo.* Ideſt, Diſputaui cum eo in ſingulis quærendo, & arguendo ad intelligentiam ipſorum. *A vertice, vt aiunt, vſque ad extremum vnguem.* Ideſt, Diſputaui cum eo de omnibus, quæ habentur in toto Paralipomenon, a principio vſque ad finem, ſcilicet, quòd nihil fuit, de quo non quærerem, & arguerem, & loquitur per quendam modum vulgarem: nam cum aliquid completè fit, dicitur quòd fit a vertice vſque ad vnguem: nam in toto animali, potiſſime in homine nihil aliud eſt, niſi H quod eſt inter verticem, & vnguem, ſcilicet, vnguem pedis, & ideo qui in homine cognoſcit a vertice vſque ad vnguem, nihil in eo incognitum relinquit: ſic enim Iſaias loquitur volens innuere totum populum Iudaicum eſſe plenum peccato, ait Omne caput languidum, & omne cor mœrens, a planta pedis vſque ad verticem in eo non eſt ſanitas. Idem tamen eſt dicere a planta pedis vſque ad verticem: quod a vertice vſque ad vnguem pedis, & ideo dixit, vt aiunt, ideſt, ſic vulgariter dicitur. *Et ſic confirmatus auſus ſum facere quod iubebatis.* Poſtquàm contulit Hieronymus ſe famoſiſſimo Doctore Hebræorum confirmatus eſt, ſcilicet, non didicit ab eo aliquid quod neſciebat, ſed confirmatus eſt in eo, quod ſciebat: nam antequàm conferret cum illo, plenè intelligebat Hieronymus veritatem libri Paralipomenon, & tamen non confidebat ingenio ſuo, quia ſicut ſupra dixit, etiam in illis, quæ arbitrabatur ſe ſcire, quærebat, & nunquàm confidebat viribus ſuis, ſed quia nunc concordauit ille Doctor Hebræus cum ſententia Hieronymi, in omnibus credidit Hieronymus ſe vere, & perfecte intelligere librum: non audebat ergo transferre, nec tranſtuliſſet, niſi confirmatus fuiſſet ab illo Hebræo.

Quare Hieronymus nõn audebat ſcribere librum Paralipomenon. Quæſt. IIII.

QVAERITVR, quare Hieronymus non audebat ſcribere librum Paralipomenon iſtis Epiſcopis, antequàm conferret cum Hebræo illo, quia ad iſtam translationem, quam nunc faciebat Hieronymus, non erat neceſſe, q̃ haberet cognitionem Hebræi idiomatis, ſed Græci, quia nunc transferebat Paralipomenon de Græco in Latinum, iuxta translationem ſeptuaginta interpretũ, & emendabat illam, vt patet in prologo præcedẽti, cum dicitur: Cæterum memini æditionem ſeptuaginta translatorum olim de Græco emendatam tribuiſſe me veſtris. Aliquis dicet, quòd nunc Hieronymus transferebat Paralipomenon de Hebræo in Latinũ, cum totã ſcripturã Veteris Teſtamenti de Hebræo in Latinũ tranſtulerit:

lerit, ſicut eſt in Bibliis noſtris, quas tota tenet hodie A Eccleſia: hoc autem non poterat facere ſine magna peritia Hebraici idiomatis, ideo oportuit, quòd conferret cum aliquo Doctore Hebræorum, ad confirmandum intentionem ſuam. Sed dicendum, quòd non ſtat licet verum ſit, quòd Hieronymus tranſtulerit totum Vetus Teſtamentum de Hebræo in Latinum: tamen translatio, quam petebant iſti Epiſcopi, & quam ipſe fecit nunc, non erat de Hebræo in Latinum, ſed de Græco in Latinũ, emendando translationem ſeptuaginta interpretum, & de hac ſolum loquitur iſte prologus, vt patet infra, & magis declaratũ eſt in prima quæſtione huius prologi. Dicendum ergo, q̃ Hieronymus nõ transferebat nunc de Hebræo in Latinũ, iuxta veritatem Hebraicam, ſed de Græco in La- B tinum iuxta trãslationem interpretum, & tamen neceſſarium habuit Doctorem Iudęorum, cum quo cõferret: nam ſi ſolum tranſtuliſſet de Græco in Latinũ, ſicut habebatur apud ſeptuaginta interpretes, non oportebat q̃ conferret cum aliquo Doctore Hebræo, ſed ſolum, q̃ noſſet linguam Græcam: & tamen transferebat, & emendabat, vt dicitur præcedenti prologo ſcilicet, Memini editionem ſeptuaginta trãslatorum, olim de Græco emendatam tribuiſſe me veſtris. Ad emẽdationem autem requirebatur peritia idiomatis Hebraici: quia corruptio, quę erat in Græco in translatione interpretũ non poterat emendari, niſi recurrendo ad veritatem Hebraicam, qa cum dubitatur de veritate in aliquo libro Veteris Teſtamenti, recurrendũ C eſt ad literam Hebraicam, tanq̃ ad primum originale, ſic enim ait Hierony. prologo præcedẽ. ſ. Ad Hebræos igitur recurrendum eſt. Et idem in prologo ſuper Geneſ. Qui incipit. Deſiderij mei. Modus autem emẽdationis huius fuit, ſicut patet infra in litera, ſ. q̃ Hieron. reſpiciebat ad literam Hebraicam, & quando aliquid erat in Hebręo plusq̃ in litera interpretum, addebat illud de Hebræo, & apponebat exterius aſteriſcum, cũ vero aliquid plus erat in litera interpretum, quàm in Hebræo: deſignabat illud exterius obelis, & cum aliqd aliter ſe haberet, q̃ in Hebræo, corrigebat illud iuxta Hebraicam veritatem: Hoc autem facere non poterat, niſi nimis expertus eſſet in Hebræo, quia illud ac- D cipiebat nunc pro fundamento ad corrigendum literam interpretum, ideo oportuit, quòd conferret cum aliquo doctiſſimo apud Hebræos.

Libere enim vobis loquor. Ita enim in Græcis, & Latinis codicibus hic nominum liber vitioſus eſt, vt non tam Hebræa, quàm Barbara quędã, & Sarmatica nomina coniecta arbitrãdum ſit. Nec hoc ſeptuaginta interpretibus, qui Spiritu ſancto pleni, ea, quæ vera fuerunt tranſtulerant, ſed ſcriptorũ culpæ aſcribendum dum de emendatis inemendata ſcriptitant: & ſæpe tria nomina ſubtra- E ctis è medio ſyllabis in vnum vocabulum cogunt: vel è regione vnum nomen propter latitudinem ſuam in duo, vel tria vocabula diuidunt. Sed, & ipſæ appellationes non homines, vt plerique exiſtimant, ſed vrbes, & regiones, & ſaltus, & prouincias ſonant: & obliquè ſub interpretatione, & figura eorũ quædam narrãtur hiſtoriæ, de quibus in Regnorum libro dicitur: Nonne ecce hæc ſcripta ſunt in libro verborũ dierũ Regũ Iuda? quæ vtique in noſtris codicibus non habentur.

Liberè enim. Hic ponitur tertium principale, in quo oſtendit Hieronymus correctionẽ ſeptuaginta interpretum in lib. Paralip. a ſe factã eſſe neceſſariã propter Græcorũ, & Latinorũ codicũ corruptionem: & oſtendit iſtã corruptionẽ eueniſſe propter imperitiã librariorũ: & dr̃; *Liberè enim vobis loquor.* Ideſt, Sine timore, & verecundia loquor, q. d. licet dicã oẽs codices tam Latinos, q̃ Græcos eſſe corruptos, & in hoc dicam aliquid magnum, non timeo, nec erubeſco, quia ſcio me verũ dicere, & dicit, libere loquor, i. ſine paſſione, qa quãdo quis paſſionatus eſt timore, vel verecundia, nõ libere poteſt dicere veritatem, qa iſtę paſſiones eum impediunt: cum vero nullam habet, libere verũ dicit: Sic enim dicebat Boetius de Conſol. lib. 1. metro. 4. ſ.

Quid tantum miſeri ſæuos tyrannos
Mirantur, ſine viribus furentes:
Nec ſperes aliquid, nec extimeſcas,
Exarmaueris impotentis iram.

Ideſt, ſi homo nõ habet ſpem, nec timorem, quæ ſunt paſſiones, libere faciet quod voluerit, non curando de viris potentibus. *Ita enim in Græcis, & in Latinis codicibus hic nominum liber vitioſus eſt.* Ideſt, Iſte liber Paralipom. qui notatur liber nominũ, eſt corruptus in oĩbus codicibus Latinis, & Græcis: Loquebatur enim Hieron. de tempore illo, in quo ſcribebat iſtum prologum, quia tunc nondũ tranſtulerat Vetus Teſtamentum de Hebræo in Latinum, & ſic cõmuniter nõ habebatur niſi translatio ſeptuaginta interpretũ, vel ſaltem iſta ſola legebatur in eccleſijs, & iſta erat nunc valde corrupta, & propter hoc oportuit, q̃ Hierony. eam emendaret. Sciendum autẽ, q̃ iſta translatio ſeptuaginta interpretum, de qua nunc loquitur Hieronym. fuit prius apud Græcos, quia interpretes tranſtulerunt de Hebræo in Græcum, deinde Latini tranſtulerunt de Græco, & cũ eſſent ipſi codices Greci vitioſi: magis vitiabantur codices Latini, qa librarij de emendatis inemendata ſcriptitãt, vt patet infra in litera, & ideo adhuc potius erat neceſſaria emendatio in Latinis codicibus, quàm in Græcis. Et dicitur iſte liber nominũ dupliciter: vno modo, q̃ ille genitiuus determinet nominatiuum liber, & tunc eſt ſenſus, q̃ liber Paralipomenon vocatur liber Nominum: & hoc quia plura nomina propria Hebræa, tam hominum, q̃ locorum ponuntur in eo, q̃ in quocunq; alio libro ſacræ ſcripturæ, maxime in iſto primo libro a principio eius vſque ad 14. cap. Sic enim dixit Hierony. prologo præcedenti: quod in iſto libro erat ſilua nominum Hebræorum. Alio modo accipitur, quòd ille genitiuus nominum determinet illud adiectiuum vitioſus, & tunc eſt ſenſus, q̃ iſte liber eſt vitioſus nominum, i. in nominibus proprijs Hebræorũ, quia maxima corruptio libri Paralip. erat in nominibus ꝓprijs: patet hoc infra in litera, qa librarij interdũ tria noĩa in vnũ colligebant, & interdũ vnũ in duo, vel tria diuidebant, ita vt viderentur nomina Barbara, & iſte eſt ſenſus literæ. *Vt non tam Hebræa quàm Barbara quædam, & Sarmatica nomina coniecta arbitrandum ſit.* Ideſt, illa nomina ita erant corrupta, quòd non ſolum propter obſcuritatem ſuam tantam ex corruptione videbantur Hebræa, quæ ſunt extra idioma noſtrum, ſed etiam videbantur Barbara, & Sarmatica, quæ ſunt obſcuriora, quàm Hebræa: & etiam non habent talem modum terminationis, ſicut Hebræa: nam ſicut nomina Latina ſunt diſtincta in modis terminandi ab Hebræis, & Græcis, ita & nomina Hebræa a Barbaris diſtincta ſunt in terminatione, & tamen propter corruptionem introductam a librarijs, videbantur iam nomina Hebræa talem modum terminandi

Universidad de Deusto
Biblioteca

nandi habere, ſicut barbara: Non eſt autem intelligendum, quòd nomina Sarmatica ſint a Barbaris, quia præter linguam Hebræam, & Græcam, omnes vocantur Barbaræ. Sarmatica igitur Barbara eſt: & tamen nominauit nomina Sarmatica: quia illa inter cætera nomina Barbara obſcuriora ſunt, & informiora. Sunt enim Sarmatæ quædam gentes Barbaricæ nimis feroces, & modicum cognitæ: habitantes verſus extremas partes orbis: De his meminit Lucanus in libro de Bello Iulij Cæſaris, & Pompei, dicens: Lib. 1.

Et qui te laxis imitantur Sarmata brachis,
Vangiones, Bathanique truces.

Aliquæ Bibliæ habent farmatica nomina: & dicuntur farmatica a Farmate, vel farmaton Græco, quod eſt genus medicinæ compoſitæ ex pluribus, & inde vocatur farmacum potio, quæ datur ægris ad laxandum ventrem, vt purgentur: ſic autem erant iſta nomina compoſita ex multis, quia interdum ex tribus nominibus Hebraicis componebatur vnum, ſicut fit in farmaco. Sed error eſt, quia non debet dici farmatica; ſed propter ſimilitudinem literarum, dicunt quidam Farmatica; cum debent dici Sarmatica. Et dicitur, quòd videbantur iſta nomina Barbara, vel Sarmatica congeſta, ſcilicet, quòd ſicut componuntur multa nomina congeſta Barbara, ita apparebat cum multa nomina Hebræa corrupta erãt, & quædam diuiſa, & quædam commixta in libro iſto; nam cum quis videret illa nomina Hebraica corrupta ſimul; non putabant eſſe nomina Hebræa, ſed magis apparebat, quod erat multitudo quædam nominum Barbarorum congeſtorum.

Nec hoc ſeptuaginta interpretibus. Hic excuſat ſeptuaginta interpretes, quia cum tantum accuſaret Hieronymus librum Paralipomenon, translatum ab interpretibus, diceret aliquis quòd nimis errauiſſent interpretes. Reſpondet Hieronymus, quòd non eſt aſcribendus iſte error interpretibus, ſed librarijs, qui fuerunt poſt eos: ipſi enim per ignorantiam omnia corruperunt.

Qui pleni ſunt Spiritu Sancto ea, quæ vera fuerant tranſtulerunt. Ideſt, Interpretes erant pleni Spiritu Sancto, ideſt, ſpiritu ſapientiæ ad transferendum ſcripturas, qui ſpiritus a Deo eſt: nam omnis ſapientia a Domino Deo eſt: vt patet Eccleſiaſt.primo. Et iſti tranſtulerunt, quæ vera fuerunt: quia nullam falſitatem in translatione expreſſerunt, licet aliquas veritates, quæ in Hebræo erant, tacuerunt.

Sed ſcriptorum culpæ eſt aſcribendum. Ideſt, Scriptores librorum fecerunt totam iſtam corruptionem, non aſpicientes diligenter quæ ſcribebant.

Dum de inemendatis inemendata ſcriptitant. Ideſt, Scriptores ſcriptitant, ideſt, ſcribunt inemendata, ideſt, corrupta de inemendatis, ideſt, de corruptis, ſcilicet, ſcriptores librorum, nunquam corrigunt originalia, ex quibus attrahunt. Sed ſi corruptum inueniunt corruptum, ſcribunt: hoc autem non refertur ad primam corruptionem, quæ fuit deteſtabilior. Nam interpretes verè a principio ſcripſerunt, vt dicit hic Hieronymus, & tamen ſcriptores vitiauerunt. Ideo oportet, quòd aliquis ſcriptor eſſet, qui transferret de libro vero, & corrumperet, & iſti non competit, quod dicit hic Hieronymus, ſcilicet, quòd de inemendatis inemendata ſcriptitant: qa iſte de emendatis inemendata ſcriptitaret, ſed competit ſequentibus, qui hoc fecerunt.

Si ſeptuaginta interpretes vera tranſtulerunt. Et quòd in ſacra ſcriptura error poteſt dupliciter accipi.
Quæſt. V.

QVAERETVR quomodo dicit hic Hieronymus, quòd ſeptuaginta interpretes verè tranſtulerunt: nam ipſe increpat eos in Prologo ſuper Geneſ. qui incipit: Deſiderij mei. Vbi dicit eos erraſſe, & ait: Cauſas erroris non eſt meum exponere. Reſpondendum eſt, quòd ſeptuaginta interpretes non poſuerunt errores aliquos in translatione ſua, ſed puram veritatem, vt ait Hieronymus prologo præcedenti, ſcilicet, Si ſeptuaginta interpretum pura, & vt ab eis in Græcum verſa eſt editio permaneret. Ergo purè ipſi tranſtulerunt veritatem. Patet etiam, qa dicit ibi Hieronymus. Superflue Chromati Epiſcoporum ſanctiſſime me impelleres, vt Hebræa volumina Latino ſermone transferrem. Et ſicut dicit, quòd translatio ſua eſſet ſuperflua, ſi maneret translatio ſeptuaginta interpretum pura, vt ab eis in Græcum verſa eſt, & tamen ſi ſeptuaginta interpretes errauiſſent in translatione, dato quòd nullus poſtea corrumperet translationem eorum, neceſſaria erat translatio Hieronym. de Hebræo in Latinum. ergo interpretes vera tranſtulerunt. Dicendum tamen, quòd error in translatione ſcripturæ ſacræ poteſt dupliciter accipi, vno modo corrumpẽdo, ſcilicet, quòd aliquid quod in Hebreo eſſet, aliter ſcriberetur in Græco: ita vt eſſet alia ſententia. Alio modo eſt error per hoc, quòd aliqd additur in translatione, quod in Hebræo non eſt, vel aliquid ſubticetur, quòd in Hebræo erat. Primus modus facit errorem proprie dictum, & tunc dicendum, quòd interpretes non erraverunt aliquo modo in translatione, quia non corruperunt aliquas veritates, quæ eſſent in Hebræo, & ideo dicit Hieronymus præcedenti Prologo, quòd translatio ſeptuaginta interpretum pure in Græcum verſa eſt, ſcilicet, ſine corruptione, & ideo omnes corruptiones, quæ ſecutæ ſunt diuidendo vnum nomen in plura, vel coniungendo plura nomina in vnum, & non punctuando in locis debitis, introducti ſunt errores librariorum. Secundo modo accipiendo errorem, eſt error large dictus, & ſic interpretes errauerunt. Nam aliquando addiderunt aliquid in translatione ſua, quod in Hebræo non erat, & aliquando ſubticuerunt aliquid, quod in Hebræo erat, vt patet infra in litera, & ideo Hieronymus, quando emendauit translationem ſeptuaginta interpretum addidit ea, quæ erant in Hebræo, & ſubticuerant illa interpretes, & poſuit ſuper ea aſteriſcos. Ea vero quæ interpretes ſuperaddiderant deſignauit obelis: & de iſto errore procedit argumentum: ſic enim loquitur Hieronymus in Prologo, qui incipit: Deſiderij mei, dicens: Cauſas autem erroris non eſt meum exponere. Ideſt, Cauſas deuiationis ab Hebræo, ſubticendo aliquid & addendo aliquid. Et patet, quia probatio Hieronymi non fundatur ſuper corruptione aliqua, quæ habetur in litera ſeptuaginta interpretum, ſed ſuper defectu, ſcilicet, quia aliqua habentur in Hebræo, quæ non habentur apud interpretes, & ad hoc inducit ibi teſtimonia multa Veteris Teſtamenti, quæ non habentur apud interpretes. Hic autem loquitur Hierony. ſolum de corruptione illa, quæ eſt permutatio ſententiæ, & de iſta verum eſt, quòd non facta fuit ab interpretibus, ſed a ſcriptoribus.

Et ſæpe tria nomina ſubtractis è medio ſyllabis in vnum vocabulum cogunt. Declarat modum erroris in libro iſto, ſcilicet, quia librarij ignorantes, aliquando copulabant tria nomina in vnum, quia neſciebant an eſſet vnum, vel multa, & accipitur cogere pro copulare, vel

vel congregare: nam cogere, vt communiter accipitur pro coercere, & tamen hic accipitur pro copulare, & ſic accipitur Iſa. 16. Scilicet, Ini conſilium, & coge concilium, ideſt, congrega concilium: ſic enim accipit Virgil. in Bucolicis, Ecloga tertia, quæ incipit:

Dic mihi Damœta, Cum ait:
Cogite oues pueri, ſi lac præceperit æſtus,

Ideſt, Colligite omnes oues, & iterum ibidem
Tityre coge pecus, tu poſt carecta latebas.

Ideſt, Congrega pecus: raro tamen accipitur in hac ſignificatione.

Vel è regione vnum nomen propter latitudinem ſuam in duo, vel tria vocabula diuidunt. Ideſt, Aliquando faciunt è contrario, ſcilicet, quòd diuidunt vnum nomen Hebræum in duo, vel tria, & iſtud eſt, quando nomen eſt latum, ideſt, habens multas ſyllabas: nam tunc librarij putantes eſſe multa nomina diuidunt illud in plura, & in nominibus paruis putãt plura nomina eſſe vnũ, & interdum illa copulant, & ad hoc aliquando ſubtrahunt ſyllabas, & faciunt de multis nominibus vnũ, copulando ſyllabas reſiduas, & iſte error ſemper durabit in libris noſtris, quandiu durauerit apud nos imperitia librariorum: nam in pluribus locis ſacræ ſcripturæ vbi ſunt multa nomina Hebræa, ſimul ſunt corrupta vſque hodie in plurimis Biblijs noſtris: aliquando copulando plura in vnum, & aliquando diuidendo vnum in multa, quod patet comparando Bibliam noſtram literæ Hebraicæ, & dicitur hic e regione, ideſt, e contrario. Et accipitur large, nam e regione significat oppoſitionem in ſitu, vt quando aliqua duo ſe reſpiciunt frontibus oppoſitis, ſic accipitur Geneſ. 16. Scilicet, (E regione vniuerſorum fratrum ſuorum figet tabernacula,) Ideſt, Ab oppoſito fratrum ſuorum, ſic etiam accipitur in Prologo præcedenti cum dicitur, quòd Origenes poſuit exempla quatuor editionum e regione, ſingula verba deſcribens, ideſt, ab oppoſito, ſcilicet, in columnella propinqua oppoſita: hic autem accipitur e regione pro contrarietate, quæ eſt in qualitate, vel in modo agendi, & iſte modus non eſt vſitatus.

Sed, & ipſæ appellationes. Hic ponit Hierony. quandam cautelam, & inſtructionem pro eis, qui legere debent in hoc libro, ne fallantur, quia multa nomina ſunt hic, quæ videtur eſſe nomina propria hominum, & ſunt nomina looorum, vel regionum, vel mõtium: aut fluminum, & in hoc eſt magnus error, quia cum quis nomen regionis putauerit eſſe nomen viri, vel fluminis errabit in ſententia, quia alia competunt viro, alia flumini, alia regioni, & dicitur.

Sed, & ipſæ appellationes. Ideſt, Ipſa nomina: vocantur enim nomina appellationes, quia per nomina res appellantur.

Non homines, vt plerique exiſtimant, ſed vrbes, & regiones, & ſaltus, & prouincias ſonant. Non intelligitur iſtud ſemper: quia non omnia nomina propria poſita in libro hoc ſunt nomina vrbium regionum, ſaltuum, & prouinciarum, ſed multa eorum ſunt nomina virorum: immo plurima, vt patet in primo cap. Sed ponitur hoc ad inſtruendum multos: nam cum vident multa nomina propria in hoc libro ſimul poſita, putant ea eſſe nomina hominum omnia, & falſum eſt, quia licet plurima ſint nomina hominum: tamen ſæpe inter plura nomina hominum, ponuntur aliqua nomina vrbium, fluminum, vel regionum: vt patet hic in cap. primo, circa finem, vbi deſcribitur linea Eſau. Sic etiam eſt in multis alijs locis.

Et obliquè ſub interpretatione, & figura eorum, quædam narrantur hiſtoriæ. Ideſt aliquando indirecte per ſignificationem, & interpretationem iſtorum nominum propriorum hominum, vel prouinciarum narrantur, ſiue ſubintelliguntur quædam hiſtoriæ. Iſta litera obſcura eſt, & multi errant in ſenſu eius: nam expoſitor omnium prologorum iſtorum videtur erraſſe in ea, dicens: quòd oblique narrantur hiſtoriæ ſub interpretatione, & figura iſtorum nominum, ſcilicet, quia iſta nomina corruptè ſcribebantur a librarijs, cauſabant errorem in hiſtorijs, ſcilicet, quòd non bene intelligebantur hiſtoriæ propter iſtam corruptionem, & ſic dicitur, quòd hiſtoriæ narrantur obliquè, ideſt, indebite propter errorem nominum. Sed iſte ſenſus non ſtat, quia non ſatisfacit literæ, cum dicatur hic. (Et obliquè ſub interpretatione, & figura eorum: quędam narrantur hiſtoriæ.) Et tamen iſta expoſitio nihil dicit de figura, & interpretatione, ſed ſolum de obliquitate. Dicẽdũ ergo, ꝙ ſenſus eſt, ꝙ qñ ſunt multa nomina ſimul poſita in hoc libro: per illa, vel per aliqua eorum intelligimus aliquas hiſtorias, quæ non fuerunt enarratæ, vel quę leuiter fuerunt tactæ in libris regum: vtpote in libro iſto ponuntur continuationes progenierum, quæ non ponuntur in alijs libris ſcripturæ. In libris autem regum ponuntur hiſtoriæ, ſed non ponuntur continuationes progenierum: & propter hoc aliquæ hiſtoriæ erant imperfectæ, vel nõ plenè intelligebantur in libris Regum: nunc autem cum ponuntur hic iſtæ continuationes progenierum cognitis eis, ſcimus continuationes hiſtoriarum librorum Regum: Et quia expreſſo hic vno nomine viri, ſcimus continuationem in aliqua progenie, ſcimus id quod ignorabamus in libris Regum de continuatione hiſtoriarum per hoc, quòd neſciebamus quis antecedebat immediatè ad iſtum virum, vel quis ſuccedebat ei, ſic etiam in multis alijs locis propter omiſſionem vnius dictionis, vel particulæ in libro regum manebat dubium in aliqua hiſtoria: nunc autem exprimendo hic particulam illam, q̃ ibi deficiebat cognoſcetur vna hiſtoria, & ſic per vnam dictionem cognoſcitur vna hiſtoria. Et patet quòd iſte ſit ſenſus literæ; quia immediate dicitur: Narrantur hiſtoriæ de quibus in libro Regnorum dicitur: Nonne ecce hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iuda? Item patet clarius infra in litera cum dicatur: Omnis eruditio ſcripturarũ in hoc libro continetur: & hiſtoriæ, vel quæ prætermiſſæ ſunt in ſuis locis, vel perſtrictæ leuiter, hic per quædam verborum compendia explicantur. Ad hoc autem nõ oportet ponere manifeſtiora exempla, quia totus liber eſt pro exemplo. Nam ſiquis legat ſimul iſtum librum, & librum Regum, videbit in ſingulis locis talia ſupplementa, ita vt per vnam dictionem, vel paucas tangatur aliqua hiſtoria omiſſa in libro regum, vel non plene declarata. Et dicitur, quòd oblique narrantur hiſtoriæ, ideſt, non directe. Nam hiſtoria dicitur directe narrari, quando quis exprimit omnia illa, quæ pertinent ad explicationem rei geſtæ, quam intendit declarare, & ſic narrantur hiſtoriæ in libris regum, eo quòd ibi primo ponuntur. Hic autem oblique narrantur, quia non ponuntur aliqua verba ſufficientia ad complendũ hiſtorias, ſed ſupplendo vnam dictionem, vel duas, quæ deficiebant in libris Regũ, propter quas erat hiſtoria obſcura, & redditur tota hiſtoria manifeſta. Et cum dicitur ſub figura, & interpretatione eorum quędam narrantur hiſtoriæ, non eſt intelligendum, quòd debeamus interpretari nomina Hebraica hic poſita, & ex interpretationibus illis colligamus aliquas hiſtorias, ſicut Iacob interpretatur ſupplantans: & Edom interpretatur rubeus, quòd nos vellemus ex ſupplantatione, & rubedine colligere aliquas hiſtorias: quia iſtud eſſe arguere in ſenſu myſtico, & talis argumentatio eſt debiliſſima, nec habet locum in ſcriptura, ſed dicitur quòd ex figura iſtorum nominum narrantur quædam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quædam historiæ, quia vnum nomen, vel duo posita per modum supplementi, faciunt cognoscere vnam historiam, quæ deficiebat in libris Regum, vel quæ ibi imperfectè habebantur: & sic dicuntur figurare istas historias, ideſt, significare illas. Interpretatio non accipitur hic pro conuersione nominis de vna lingua in aliam. Sed pro significatione, & idem est hic interpretatio, quàm significatio.

De quibus in regnorum libro dicitur; nonne ecce hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iuda? Ideſt, de istis historijs, quæ significantur hic obliquè dicitur in libro Regnorum, ideſt, in libro Regum: nonne hæc scripta sunt &c. Iste modus est in libris Regum: quia ibi narrantur historiæ Regum, & cum nullius eorum completè narrantur omnia gesta dicitur in fine historiæ cuiuslibet eorum: reliqua autem verborum talis, vel talis regis. Nonne ecce hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Iuda, vel Israel? Et dicit quòd illę historiæ, quæ ibi omissæ fuerunt, & pro quibus remittitur, sunt istæ, quæ habentur hic: vocatur autem liber Regnorum liber Regum: nam in Hebræo sic vocatur, quia quidam eum vocant Malachoth, ideſt, librum Regnorum: alij autem Malachim, ideſt, librum Regum: & tamen Hieronymus in prologo Galeato dicit, quòd melius est vocare eũ Malachim, ideſt, Regum quàm Malachoth, ideſt, Regnorum: quia in eo non multorum populorum regna, sed vnius populi Iudaici Regnum texitur. Et dicitur hic de libro Regum, & non de alijs. Quamquam aliquis dicet istud inconueniens esse: quia Paralipomenon est liber suppletiuus eorum, quæ deficiebant in alijs libris: & sic non solum supplet ea, quæ habebantur minus in libro Regum, sed etiam, quæ deficiebant in alijs libris quibuslibet: nam vocatur Chronicon totius sacræ scripturæ, vt ait Hieronymus in epistola ad Paulinum, & in prologo Galeato. Respondendum dupliciter: vno modo quòd quamquã liber iste suppleat defectus librorum omnium præcedentium: tamen non supplet defectus historiæ in aliquo libro, nisi in libro Regum: in alijs verò solùm supplet defectum continuationis generationum, quæ non perfectè continuabãtur in eis, & hic continuantur: & hic in litera dicit Hieronymus de supplemento historiarum: ideo non debuit dicere, quòd supplebat alias historias nisi eas, quæ omissæ fuerant in lib. Regum. Secundo modo dicendum, quod dato quòd supplet liber iste historias deficientes in alijs libris, sicut etiam in libris Regum: non fuit tam conueniens dici de aliquo libro, sicut de libro Regum: eo quòd in illo fit remissio pro supplemento historiæ: cum dicitur reliqua autem verborum talis, vel talis regis, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Iuda, vel Israel. In nullo tamen libro sacræ scripturæ fit talis remissio: ideo potius debuit dici de libro Regum, quòd supplẽtur hic historiæ, de quibus dicitur in libro Regum: nonne hæc scripta sunt &c. *Quæ in nostris itaque codicibus non habentur.* Ideſt, Ista, supplementa historiarum, quæ oblique enarrantur per singula nomina iuncturas earum non habentur in nostris codicibus. Non loquitur Hieronymus de codicibus nostri temporis, quia in illis complete habetur qdquid est in Hebræo: cum translati sint de veritate Hebraica, sed loquitur de codicibus, qui habebantur inter Latinos tempore, quo scripsit istum prologum, quia tunc non erant inter Latinos libri, nisi iuxta translationem interpretum, & erant multum defectuosi: quia multa subtraxerant interpretes, quæ habebantur in Hebræo: & suppleuit illa Hieronymus in emendatione, quã fecit septuaginta interpretũ, & designauit ea p asteriscos, vt patet supra in litera. Et ibi adhuc non est sensus, quòd deficerent omnia supplementa historiarum, quæ deficiebant in libris Regum, & pro quibus remittebatur, sed deficiebant multa illorum, & pro illis oportebat fieri emendationem.

Quare Hieronymus dicit hic, quòd solum narrantur historiæ pertinentes ad librum dierum Regum Iuda, & non Israel. Quæst. VI.

QVAERETVR quare dicit hic Hieronymus solum, quòd enarrantur aliquę historiæ, de quibus dicitur in libro Regum, Nonne ecce hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Iuda, quia ibi non solum remittitur ad librum dierum Regum Iuda, sed etiam ad librum dierum Regũ Israel. Respondendum, quòd in libro Regum non solum remittitur ad librum Sermonum dierum Regum Iuda, sed etiam ad librum sermonum dierum Regum Israel, & pluries remittitur ad librum sermonum dierum Regum Israel quàm Iuda, & hoc quia in fine historiæ cuiuslibet regis dicitur, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Iuda, Fuerunt tamen plures reges Israel quàm Iuda quamquam pauciori tempore durauit regnũ Israel, & hoc quia prius translati fuerunt viri de regno Israel in Assyrios, quàm viri de Regno Iuda in Babylonem, Et hoc fuit, quia in Israel viuebant reges pauciori tempore, quàm in Iuda, & aliqui dominabantur per tyrãnidem: & quidam occidebant alios, & regnabant pro eis. Vnde quidam cum nondum regnassent nisi vno mense, & alij cum nondum regnassent nisi septem diebus, occidebantur: vt patet de Selũ, qui regnauit vno mense. 4. Re. cap. 15. & Zambri regnauit septem diebus. 3. Re. 16. patet etiam de alijs regibus ibidem. dicendum tamen, quòd Hieronymus noluit hic dicere nisi de remissione illa, in qua dicitur: nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Iuda. Et ratio est, quia in toto isto libro cum suppleantur historiæ deficientes in libro Regum non supplетur aliqua de pertinentibus ad reges Israel. Nec fit aliqua mentio de eis, nisi interdum accidentaliter: inquantum gesta regum Iuda sunt cõmixta cum gestis quorundam Regum Israel: & non possunt narrare sine illis, sicut gesta Abiæ regis Iuda narrantur cum gestis Ieroboam regis Israel, quia cum illo habuit bellum magnum 2. Paralipomenon 13. & sicut gesta Asa regis Iuda cum gestis Baasa regis Iscael, quia cum illo habuit contentionem. e. lib. cap. 16. Sic etiam de gestis Iosaphat regis Iuda cum gestis Achab regis Israel, nam eodem lib. cap. 18. enarratur bellum, quod habuit Achab contra Benadad regem Syriæ in Ramoth Galaad, eo q Iosaphat rex Iuda iuit in auxilium eius, & ibi miraculosè liberatus est, eod. cap. Et ideo vt enarretur ista liberatio, quæ facta fuit de Iosaphat rege Iuda, oportuit narrare bellum Achab cũ Benadad, aliàs autem cum gesta Regum Israel sunt implicata gestis Regum Iuda, non tangitur aliquo modo de eis in libro isto. Ratio huius est, quia licet Esdras in libro isto voluit supplere ea, quæ deficiebant in libris alijs, tamen quia reges Israel fuerunt abiecti a Deo in æternum non reuersuri in terram suam, non curauit Esdras supplere gesta eorum; quia non erant digni, vt iam enarraretur aliquid pertinens ad eos, postquàm expulsi fuerant in æternum.

An liber Paralipomenon sit liber verborum Iuda. Quæst. VII.

QVAERETVR vlterius, an liber iste Paralipomenon sit liber verborum dierum Regum Iuda? Aliquis dicet, quòd sic, quia litera videtur hoc dicere manifestè cum ait, quòd nomina posita hic per figurationem suam faciunt obliquè narrari quasdam historias, de quibus in libro Regnorum dicitur. Nonne hæc scripta sunt in libro sermonum &c. Respondendum, quòd plurimi Hebræorum tenent librum istum esse librum verborum dierum Regum Iuda, ad quem remittitur in libro Regum, de nostris autem ferè omnes tenent, quòd iste liber sit, & maxime, quia hoc videtur testari hic Hieronymus. Sed dicendum, quòd iste est magnus error, quia non potest esse iste liber verborum Regum Iuda, ad quem remittitur in libro Regum, quia probatum est hoc multis rationibus necessarijs, quæ positæ fuerunt supra in prologo libri primi quæst. 4. & etiam de hoc declaratum est 3. Re. cap. 25. in quadam quęstione, & ratio manifestior: quia in isto libro Paralipomenon sæpe remittitur ad librum verborum dierum Regum Iuda, vt patet 2. Paralipomenon, & 25. & 27. & 28. & in multis alijs locis &c. Dicendum est ergo, quòd ille liber Regum Iuda fuit aliquis liber magnus, in quo scribebantur particulatim omnia gesta magna, vel parua regum Iuda: & ille liber non habetur in sacra scriptura: nec enarratur in illo aliquid pertinens ad historias Regum Iuda, & tamen in libro isto Paralipomenon multa alia enarrantur: nam a principio libri huius vsque ad cap. 11. enarrantur quædam, quæ nihil pertinent ad historias Regum Iuda: sed fuerunt priora incipiendo ab origine sæculi. Iste autem liber non erat factus principaliter ad narrandum historias Regum Iuda, sed ad supplendum ea, quæ deficiebant in sacra scriptura: & quia historiæ illæ deficiebant vt in plurimis, pro maxima parte illę enarrantur: liber tamen Regum Iuda prior fuit quàm liber Regum: cum liber Regum remittat ad illum, & non poterat hoc esse, nisi prius scriptus esset: liber tamen Paralipomenon scriptus fuit post librum Regum multo tempore, vt probatum est in prologo primo libri huius quęstione quinta. Ad rationem in contrarium cum dicitur, quòd Hieronymus asserit librum Paralipomenon esse librum verborum dierum Regum Iuda, ad quem in libro Regum remittitur. Dicendũ quòd si Hieronymus hoc teneret manifestè deberemus dicere eum falsum esse, cum nullus posset subterfugere istam veritatem, vt probatum est prologo primo libri huius quæstione quarta: quia tamẽ potius debet semper res interpretari, vt valeat quàm vt pereat, debemus dicere, quòd Hieronymus non tenuit hoc, nec constat ex verbis suis cum dicitur: nam oblique sub figura, & interpretatione eorum quædam narrantur historiæ, de quibus in Regnorum libro dicitur: Nonne hæc scripta sunt in libro dierum Regum Iuda: non est sensus, quòd iste sit liber verborum dierum Regũ Iuda, sed quòd in isto libro supplentur multæ historię illarum, pro quibus in libro Regum remittitur ad librum verborum dierum Regum Iuda, nec tamen ponuntur hic omnia, quæ deficiunt in libro Regum, & habentur in libro verborum dierum Regum Iuda, sed solum aliqua illorum, quæ magis necessaria videbantur. Quod patet, quia interdum in libro Regum remittitur ad librum verborum dierum Regum Iuda, & nihil habetur in Paralipomenon de illis pro quibus ibi remittitur. Sic patet de. Amon rege Iuda 4. Re. 21. cum dicitur. Reliqua sermonum Amon nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regũ Iuda? & tamen 2. Paralipomenon 33. vbi ponitur historia de Amon rege non additur saltem vnum verbum super ea, quæ habentur 4. Re. 21. cap. sic etiam fuit de rege Ioachaz, & Ioakim: & de alio Ioachin, & de Sedecia, de quorum quolibet dicitur. Reliqua verborum &c. 4. Re. 22. & 24. & 25. & tamen historia omnium istorum habetur 2. Paralipomenon vlti. & non solum nihil additur super id, quod habetur in libro Reg. sed etiam non ponitur tantum de historia eorum ibi sicut in libro Regum: ista est ergo intentio Hieronymi, scilicet, quòd in libro isto suppleantur multæ historiæ de illis, quæ omissæ sunt in libro Regum, & pro quibus remittitur ibi ad librum sermonũ dierum Regum Iuda: liber tamen Paralipomenon non est liber verborum dierum Regum Israel.

Hoc primum sciendum, quòd apud Hebræos liber Paralipomenon vnus sit: & apud illos vocatus Dibrehaiamim, ideſt, verba dierum, qui propter magnitudinem apud nos diuisus est. Quod nonnulli etiam in Bruto Ciceronis dialogo faciunt, vt eum in tres partes secent, cum vnus a suo auctore sit æditus. Deinde etiam illud attendendum, quòd frequenter nomina, non vocabula hominum, sed rerum, vt dixi, significantias sonant. Ad extremum, quòd omnis eruditio scripturarum in hoc continetur, & historiæ, quæ vel prætermissæ sunt in suis locis, vel perstrictæ leuiter hic per quædam verborum compendia explicentur.

Hoc primum. Hic ponitur quartum principale huius cap. in quo Hieronymus ostendit quare liber Paralipomenon apud Hebræos vnicus existens, apud nos in duos libros susceptit diuisionem, & dicitur. *Hoc primum sciendum.* Ideſt, Considerandum est hoc, quod sequitur pro principio libri: Dicet aliquis quare Hieronymus dicit hic hoc primum. Sciendum quia alia documenta ponit ipse pertinentia ad istum librũ prius in hoc prologo quàm istud, sicut patet de illo documento circa appellationes nominum, quæ aliq putabant esse nomina hominum, & tamen erant nomina montium, regionum saltuum vel fluminum, vt patet supra in litera. Respondendũ, quòd hic est sensus hoc primum sciendum est, ideſt istud considerandum est pro principio libri; nam in quolibet libro ad intelligendum ipsum sunt quædam documenta præcedẽtia, & quædam quæ pertinent ad prosecutionem libri. De primis patet, vt cum quæritur in libro, quis fuit auctos eius, vel quæ fuit intẽtio, vel ad qd prodest liber, & quare liber vnicus est, vel in plures partes diuisus. Documenta aũt pertinentia ad prosecutionem libri sunt ea, quæ faciũt ad expositionem singularum partium libri specialiter. Sic aũt erat hic, quia scire an liber iste deberet esse vnicus, vel diuisus in multos nõ est documentũ pertinens ad prosecutionẽ operis, cũ non sit expositio alicuius partis libri, sed est documẽtum pertinens ad principium libri cadens inter quæstiones gñales præambulas in quolibet libro. Ideo licet multa documenta ponerentur in hoc plogo ante istud, de isto deberet dici hoc primo sciendum, & nõ de alijs: nã illud quod habeẽ supra de appellatione nominum non pertinet ad principiũ libri, sed ad prosecutionem eius quia tollit quendam errorem, qui posset accidere in expositione libri, vt siquis intelligeret omnia nomina propria esse nomina virorum, cum quædam eorum sint nomina regionum, & saltuum, & fluminum. *Quod apud Hebræos Paralip. liber vnus sit.* Hebræi habent istum librum vnum, ideſt, diuisum nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos autem diuidimus illum in duos: sic etiam facimus in libris Regum: nam Hebræi solum habent duos libros, quorum primum vocant librum Samuelis. Secundum autem librum Malachim, ideſt, Regum. nos autem diuidimus librum Regum in quatuor libros, scilicet, librum Samuelis in duos, qui sunt apud nos primus, & secundus Regum: & librum Malachim diuidimus in duos, qui sunt apud nos tertius, & quartus Regum; de quo patet per Hieronymum in prologo Galeato. De ratione autem illarum diuisionum declaratum est in prologis super secundum, tertium, & quartum Regum. *Et apud illos vocetur Dibrehaiamim, ideſt, verba dierum.* Scilicet, Hebræi non vocant librum istum Paralipomenon, sicut nos; sed Dibrehaiamim, quod interpretatur verba dierum, ideſt, gesta facta in diebus, qa in eo scribuntur historiæ factæ diuersis temporibus, & nihil aliud est vocare librum istum verba dierum, quàm vocare eum historicum: sic patet per Hieronymum in prologo Galeato, cum ait: septimus, Dibrehaiamim, ideſt, verba dierum, quod significantius Chronicon totius diuinæ historiæ possumus appellare. Et quamquam quilibet liber historicus possit vocari verba dierum, vel Dibrehaiamim: tamen iste liber specialiter accepit istud nomen, eo quòd est suppletiuus historiarum omissarū in alijs libris, ideo nullus vocatur Chronicon totius sacræ scripturæ, nisi ipse, vt ait Hieronymus in prologo Galeato. *Qui propter magnitudinem apud nos diuisus est.* Erat liber magnus ad hoc, quòd esset vnus: ideo diuisus fuit in duos libros, & dicitur apud nos, ideſt, tam apud Latinos quàm apud Græcos: nam etiam Græci habent illū diuisum, & nos ab eis accepimus nomen istius libri, ſ. Paralipo. quare aūt iste liber diuisus est in duos libros, & non in plures, & quare potius diuisus est in principio regni Salomonis quàm in alio loco historię, declaratum est supra. in primo prologo quæstione vlti. *Quod nonnulli etiam in Bruto Ciceronis dialogo faciunt, vt eum in tres partes secent cum vnus a suo auctore sit editus.* Ponit exemplum de Bruto, quod est nomen dialogi facti a Cicerone, i. Tullio. ipse enim fecit dialogum illum indiuisum, quia tñ erat magnus liber, quidam illum in tres libros diuiserunt. Dialogus dicitur modus operis, qñ in opere introducuntur duæ personæ solum loquentes, vna q̄rens, & alia respondens, sicut patet in dialogis Gregorij in quibus Petrus diaconus introducitur tanquā quærens, & Gregorius tanquam respondens. multi ēt alij faciunt opera per modum dialogorum. Vocauit aūt Cicero dialogum suum Brutum ex nomine vnius personarum, quæ ibi introducuntur loquentes: nam querens est ibi Brutus, rñdens aūt est Scipio auus suus. *Deinde etiam illud attendendum.* Hic ponit quoddam documentum quod iam posuerunt in prologo isto, ſ. circa errorem nominum propriorum, qa quidam putant omnia esse propria virorum, cū tñ quædam sint propria montium, regionum, & vrbium. *Quod frequenter nomina non vocabula hominum, sed rerum, vt dixi, significantias sonant.* Nomina, i. nomina propria Hebræa: nā de appellatiuis versis in Latinum non est dubium nobis quid significent, & dr̄ q̄ non sonant vocabula hominum, i. non significant appellationes, quibus homines solent appellari, sed rerū, i. rerū inanimatarū. ſ. fluminum, regionum, & saltuum significantias sonāt i. significant ista prædicta. *Ad extremum.* Ideſt, Vltimo notandum est, istud enim est vltimum notabile eorū quæ ponuntur hic, Et ad intelligentiam huius libri. *Quod omnis eruditio scripturarum in hoc libro continetur.* Ideſt tota scientia, vel intellectio scripturarum sacrarum continetur in hoc lib. Paralip. non est aūt intelligendum, q̄ contineantur in eo omnia, quæ continentur in alijs libris: quia hoc manifeste est falsum, Etiam qa tunc liber iste esset superfluus cum repeteret omnia, quæ habentur in alijs libris, Non est ēt intelligendum, q̄ contineantur in isto libro in summa omnia, quæ cōtinentur in alijs libris latè, nā de libris prophetalibus legalibus, & sapiētialibus nihil omnino habetur hic, sed solum de historicis. Ideo potest intelligi, q̄ continetur in hoc libro eruditio tota scripturarum, i. omnium scripturarū historicarum: nā in libro isto Esdras suppleuit, & recollegit ea, quæ deficiebāt in alijs libris omnibus historicis, q̄ præcedunt istum: & etiam continuauit hic generationes, per quam cōtinuationem aliqua, quæ videbantur obscura in historijs aliorum librorum videntur hic clara, & istum sensum sequitur litera sequens, cum dicit: Et historiæ, vel quæ p̄termissæ sunt in suis locis, vel perstrictæ leuiter, hic q̄dam verborū compendia explicantur. Alio modo potest intelligi, q̄ in isto libro contineatur omnis eruditio scripturarum non solum historicarum: sed etiā prophetalium, & sapientialium, & nō solum scripturarum veteris testamenti, sed etiam noui testamenti, & erit sensus, q̄ in hoc libro continetur omnis eruditio scripturarum, i. continētur quædam præambula, vel documenta, quæ faciunt ad hoc, q̄ nos simus intelligentes in omnibus scripturis historicis prophetalibus, & sapientialibus, & legalibus tam noui q̄ veteris testamenti, quia hic narrantur successiones generationum, & historiæ prætermissæ in libris Regum, & per ista soluuntur quædam dubia quæ oriuntur in quibusdam libris historicis, & ēt in sapientialibus, legalibus, & prophetalibus vtriusque testamenti. Istum sensum tenet Hieronymus in epistola ad Paulinum. cap. 7. cum ait Paral. liber talis ac tantum est, vt absque illo siquis scientiam scripturarū sibi voluerit arrogare, seipsum irrideat, per singula quippe nomina iuncturasque verborum, & prætermisse in Regum libris tangūtur historiæ, & innumerabiles explicantur euangelij q̄stiones. Et iste sensus videtur magis conuenire intētioni Hieronymi. *Et historiæ, quæ prætermissæ sunt in suis locis, vel perstrictæ leuiter.* Hic ponitur principalis vtilitas huius libri, ſ. q̄ supplentur historiæ, & istud est dupliciter, quia aliqñ historiæ in libris Regū, vel in alijs locis omnino omittebantur, de qbus nihil tāgebatur, aliqñ aūt tangebatur aliquid de historia, & tñ omittebantur quædam partes eius: vtroque modo fit hic suppletio. Patet de historijs primo modo, sicut est de quibusdam historijs, quæ habentur 1. Paralip. 4. & 5. cap. sic ēt historia de bello Abiæ regis Iuda cum Ieroboā regis Israel, de qua 2. Paralip. 13. sic ēt historia de pugna Asa regis Iuda contra Aethiopes, & de confirmatione fœderis cum Dño eo. lib. cap. 14. & 15. & historia Iosaphat regis Iuda contra Moabitas, Ammonitas, & Idumæos, q̄ se mutuo occiderunt. eo. lib. cap. 20. Nulla enim istarū, & similium tāgitur aliquo modo in libris Regum, aliæ aūt, quæ tangebant in libris Regum tñ incōpletè, & istæ tangunt hic plenè, Sic patet de bello Ezechiæ contra Sennacherib. 2. Paral. 32. & de destructione idolatriæ eius e. lib. cap. 29. & 30. & 31. sic etiā de operibus regis Oziæ e. lib. cap. 26. & sic de multis alijs historijs, Et de hoc dr̄ hic, q̄ explicant historię prætermissæ, i. quæ omnino omissæ fuerunt, & perstrictæ leuiter, i. illæ, quæ semiplene enarratæ sunt, & dr̄, q̄ prætermissæ sunt in locis suis, i. in libris Regum, quia ibi vt cōiter est suppletio maior, quæ fit in aliquo libro, aliquæ tñ historiæ supplentur hic, quæ fuerunt ante libros Regum, vt patet de quibusdam, quæ habētur 1. Paralip. cap. 4. & 5. quia illę nō fuerunt in diebus Regum, sed quædam eorum multo prius, & debebāt illæ enarrari in libris Moysi, vel in libris Iosue, aut Iudicum. *Hic per quædam verborum compendia explicantur.* Ideſt, in hoc libro explicantur per verborum compendia;

Ideſt,

Ideſt, sub paucis verbis: nam cōpendium est via breuis, & vtilis, dispendium autem est via longa, & inutilis. Et dicitur hoc, quia hic ponendo vnam, vel duas dictiones suppletur interdum vna historia, quæ confuse habebatur in libris Regum propter defectum illarum particularum: & ideo dicitur supra, q̄ in hoc libro obliquè sub interpretatione, & figura nominum quædam narrantur historiæ, & hoc clarius dicit idem Hieronymus in epistola ad Paulinum cap. 7. scilicet, Paralip. talis ac tantus est, vt absque illo siquis scientiā scripturarum sibi voluerit arrogare, seipsum irrideat: per singula quippe nomina iuncturasque verborum prętermissæ in libris Regum tanguntur historiæ.

Orationum itaque vestrarum adiutus auxilio, misi librum beneuolis placiturum, tamen inuidis displiciturum esse non ambigo. Optima enim quæque, vt ait Plinius malunt contemnere plerique, quàm discere.

Orationum itaque. Hic ponitur quintum huius prologi, in quo ostendit, q̄ quamquam non dubitaret se in hoc opere multis displiciturum, tamen non dubitauit illud facere propter Domnionis, & Rogatiani orationes, & dicitur. *Orationum itaque vestrarum adiutus auxilio.* Loquitur ad Domnionem, & Rogatianum, ad quos dirigitur iste prologus, & dicit, quòd adiutus orationibus eorum emendauit librum Papalip. & pōt dupliciter intelligi. Vno modo, quòd auxilio orationum istorum adiutus, ideſt, incitatus ad faciendum, fecit istam emendationem, quia aliàs non emendasset, sed quia isti nimis rogauerunt. Alio modo intelligitur, quòd orationum istorum auxilio fecit, scilicet, quia Hieronymus formidabat ualde æmulos qui ei detraherent, quia volebat emendare septuaginta interpretes, & ne sustineret eorum latratus, cessare intendebat ab ista emendatione, nunc tamen credidit, quòd meritis orationum Domnionis, & Rogatiani Deus compesceret linguas æmulorum Hieronymi, vt non latrarent contra ipsum, sic enim accipit in prologo Galeato, dicens, Sed, & vos famulas Christi rogo vt contra latrātes canes, qui aduersum me rabido ore, desęuiunt orationum vestrarum clypeos opponatis. Et ita accipiendum est hic. *Misi librum beneuolis placiturum, quem tamen inuidis displiciturum esse non ambigo.* Ideſt Ego scio librum istum solum placiturum esse beneuolis, qui solent omnia in bonam partem interpretari: & scio omnibus inuidis displiciturum esse, & tñ non dubito nec formido transferre librum, & emendare, vestrarum orationum auxilio confidens. *Optima enim quæque, vt ait Plinius, malunt contemnere plerique quàm discere.* Ideſt, Plinius dicit, quòd plerique hominum habet hāc iniquam conditionem, quòd in rebus optimis magis gaudeant despiciendo eas, & nolendo videre, quàm in addiscendo illas. Hoc autem euenit propter duo, primò enim euenit quibusdam hominibus propter inuidiam, nam vident aliquas res bonas esse, quia tamen illæ factæ sunt ab aduersarijs suis, vel illis, qui sequūtur illas, & honorantur, detestantur isti eas, quia inuident suis aduersarijs, & nolunt videri eis minores in hoc vel saltem conformes. Isto modo cōquerebatur Hieronymus de æmulis suis, quantum ad translationem, quam fecit de Hebræo in Latinum: nam aduersarij sui detestabantur, & maledicebant translationem illam in publico, & in secreto legebant eam, vt patet præcedenti prologo, scilicet, Obtrectatoribus meis respondeo, qui canino dente me rodunt in publico detrahentes, & legētes in angulis. Secūdò euenit hoc propter impotentiam, & paruitatem intellectus, & istud est valde commune: nam multi hominum immo fere omnes homines desiderant scire ea, quæ bona sunt, & difficilia, & quia plurimi hominum habent paruum ingenium, non possunt pertingere ad intelligendum ea, quæ altissima sunt, vel saltem non possunt sine magno labore, & ideo desistūt: & ne isti videantur frustrati tanto bono, & imperfecti propter defectum illius, & ex hoc tristentur, vel in cōspectu aliorum indicent se esse tristes, & imperfectos, incipiunt contemnere ista dicendo nulla esse, ideſt, nullius boni vel vtilitatis: & sic quamquam careant illis non iudicant se carere aliquo bono, & sic non ostendunt se imperfectiores eis, qui ista sciunt. Hieronymus tamen accepit hoc in primo modo, quia de æmulis suis intelligebat, qui nollent librum istū quē ipse emendabat legere, sed contemnebant eū quāquam esset optima emendatio libri. Sciendum, quòd iste Plinius fuit ille, qui fecit librum de naturali historia, in qua multos libros posuit, fuitque vir excellentis ingenij, & in multis peritus, vt eius opera manifestāt.

Quare Hieronymus non excusat se tantum contra æmulos suos hic, sicut alibi. Quæst. VIII.

QVAERITVR quare Hieronymus non tantum excusat se contra æmulos hic respondendo eis sicut in alijs prologis librorū, quos transfert de Hebræo in Latinum, vt patet fere in omnibus prologis, scilicet, super Genes. & Iosue, & libros Regum, & in præcedenti prologo, & super Esdram, & super Iob, & fere in cæteris, in quibus maior pars prologi est æmulis respondere, & conqueri de eorum iniustis latratibus, immo ipse dicit in prologo super Iob: Cogor per singulos scripturæ diuinæ libros aduersariorum respondere maledictis. Et tamen in prologo isto modicum conqueritur de eis, nec curat respondere eorum dictis. Respondendum, quòd non loquitur hic Hieronymus tantum contra æmulos suos, sicut in alijs prologis: & ratio huius est, quia non credebat se tantum lacerandum, & maledicendum pro opere, quod nunc faciebat sicut pro alijs operibus, quibus pręponuntur alij prologi: causa diuersitatis est, quia nunc Hieronymus non transferebat de Hebręo in Latinum: sed de Græco in Latinum emendās trāslationem septuaginta interpretum. Aemuli autem Hieronymi valde magis dolebant, quòd ipse transferret de Hebræo in Latinum, quàm quòd de Græco in Latinum, & quòd emendaret literam interpretū, aliquo modo tamen dolebant, quòd ipse nunc emendaret literam interpretum, vel faceret aliam translationem de Græco in Latinum prætter illam, quæ iam facta erat, & ideo in prologo isto aliquid dicit Hieronymus contra æmulos, sed pauca, quia nunc ipse trāsferebat de Gręco in Latinum emendando translationem septuaginta interpretum, pro quo æmuli non nimis dolerent, præcedens autem prologus scriptus fuit a Hieronymo quando transferebat Paralipo. de Hebræo in Latinum, & de hoc dolebāt gruissimè æmuli: ideo posuit magnas querelas ibi contra æmulos, & responsiones multas ad maledicta eorum. Ratio autē quare æmuli dolebāt multum, quòd transferret Hieron. de Hebræo in Latinum, & nō tantum dolebant, quòd transferret de Græco in Latinum emendando translationem septuaginta interpretum, est duplex. Prima est ex parte interpretum, nā isti æmuli Hieronymi zelabant valde gloriam interpretum nolentes, quòd aliquis appareret glorioſior eis transferendo excellentius, & qa si Hieronymus transferret de Hebręo in Latinum ostenderet se glorioſiorem interpretibus probando, quòd aliqua illi ignorauissent quæ sunt de necessitate scripturę, & sic facit in prologo super Gen.

qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui incipit: Deſiderij mei. & in prologo præcedenti F vbi oñdit aliquas auctoritates veteris teſtamenti allegatas eſſe a Chriſto, & Apoſtolis, quæ in litera interpretum non habentur. Quod autem transferret Hieronymus de Græco in Latinum, non erat dolendum æmulis, quia in hoc ſequebatur translationem interpretum. Quod tamen Hieronymus emendaret trãslationem illam dicens eam corruptam eſſe tam apud Græcos, quàm apud Latinos codices, aliqualiter dolendum erat, ſed modicum, quia poterat hoc fieri ſine præiudicio interpretum, ſcilicet, quòd poſſet dici, ꝙ corruptio illa non fuerat ab interpretibus, ſed a librarijs, qui poſtea tranſcripſerunt, & ſic dicit ſupra Hieronymus, ſ. nec hoc ſeptuaginta Interpretibus, qui ſpiritu ſancto pleni ea, quæ vera fuerant, tranſtulerunt, G ſed ſcriptorum culpæ aſcribendum eſt. & tamen ſecundum veritatem iſta emendatio Hieronymi fiebat cum præiudicio interpretum, quia non ſolum Hieronymus emendauit ea, quæ corruperant librarij: ſed etiam multa, quæ interpretes de hebraica veritate omiſerant, ſuppleuit Hieronymus de Hebræo, deſignans illa per aſteriſcos, & multa etiam, quæ interpretes addiderant, & non habebantur in Hebræo, Hieronymus correxit obelis illa deſignando, vt patet infra in litera, & tamen quia Hieronymus diſſimulabat in hac parte, dicens errorem prouenisſe a librarijs, & non ab interpretibus, vt patet ſupra, etiam æmuli diſſimulabant, & non tantum dolebant. Secunda ratio diuerſitatis aſſumebatur ex parte æmulorum: nam æmuli H principales Hieronymi erant aliqui viri ſapientes, vt patet in prologo ſuper Geneſ. qui incipit. Deſiderij mei cum loquitur ad æmulum dicens, Quid liuore torqueris? Quid imperitorum animos contra me cõcitas? In quo innuitur, quòd æmulus principalis erat aliquis vir peritus, & tamen ipſe concitabat multos imperitos, vt clamarent contra Hieronymum: iſti autem principales æmulatores Hieronymi nolebant, quòd videretur Hieronymus glorioſior eis: & tamen videretur glorioſior eis ſi faceret aliquid inſolitũ ab alijs fieri: ideo nolebant, quòd Hieronymus faceret aliquid inſolitum, & ſi conaretur facere, clamabant contra illum, quia vergebat hoc in eorum ignominiã: quòd autem Hieronymus transferret de Græco in la- I tinum, vel etiam emendaret translationem ſeptuaginta interpretum, quòd maius erat, non erat aliquid inſolitum, nam multi hoc fecerant, nam Origenes tranſtulit codices Palæſtinos, Lucianus autem alia exemplaria fecit, & Heſychius alia, vt patet præcedẽti prologo: & tamen omnes iſti fundabant ſe ſuper trãſlatione ſeptuaginta interpretum: quamquam ergo Hieronymus corrigeret literam interpretum, ſicut omnes iſti correxerant, non videbatur glorioſior antiquis: & conſequenter nõ inferebat ignominiam modernis æmulis ſuis, qui etiam ſimiles translationes facere poterant. Si autem Hieronymus transferret de Hebræo in Latinum volebat facere aliquid inſolitũ, & excedere gloriam antiquorum, cum nullus tam de K Græcis quàm de Latinis vſque ad tẽpora Hieronymi tranſtuliſſet de Hebræo in Latinum, immo nec aliquis de Latinis, aut Græcis tẽpore Hieronymi nouerat linguam hebraicam. Vnde de Origene viro clariſſimo dicit Hieronymus in libro de illuſtribus viris tãquam referens aliquid admirandum, quòd tantum fuit ſtudium eius circa ſacram ſcripturam, quòd etiã linguam hebraicam cõtra conſuetudinem gentis ſuæ didicit. Si ergo transferret nunc Hieronymus de Hebræo in Latinum ſuperaret omnes antiquos, & conſequenter inferre videretur ignominiam modernis æmulis ſuis: ideo ipſi valde clamarent. Hieronymus autem ſciens hoc quãdocunque transferebat aliquos libros de Hebræo in Latinum, conquerebatur nimis de æmulis, & ponebat excuſationes magnas contra eos: cùm verò emendaret literam interpretum transferens de Græco in Latinum, non ponebat tam graues querimonias, & nec tã abundantes excuſationes.

Siquis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere, interroget Hebræos, ſuã conſcientiam recolat, videat ordinem textumque ſermonis, & tunc noſtro labori, ſi potuerit, detrahat. Vbicunque ergo aſteriſcos, ideſt, ſtellas radiare in hoc volumine videritis, ibi ſciatis de Hebræo additũ quod in Latinis codicibus non habetur. Vbi vero obelus tranſuerſa, ſcilicet, virga præpoſita eſt, illic ſignatur quid ſeptuaginta interpretes addiderũt, vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus ſancti auctoritatem, licet in Hebręis voluminibus non legatur.

Siquis in hac. Hic ponitur ſeptimum huius prologi, in quo Hieronymus docet auferre dubitationis occaſionem, & hoc facit dupliciter, primo per comparationẽ interpretationis Hieronymi ad literã Hebraicam. Secundò per officium obelorum, & aſteriſcorũ ibi: Vbicunque ergo. Circa primum dicitur. *Siquis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere.* Sciebat Hieronymus, quòd multi vellent interpretationem eius reprehendere: ideo poſuit eis modum per quem poſſent ſcire an iuſte reprehendebant eum, & poteſt dupliciter intelligi litera iſta. Primo quòd Hieronymus oſtẽdat in hoc tam beneuolis quàm æmulis modum inquirendi veritatem in translatione iſta. Nam aliqui eſſent viri beneuoli, qui tamen dubitarent an translatio Hieronymi vera eſſet, & pium erat iſtos erudiri ad hoc, quòd ſcirent modum inquirendi veritatem, & poſuit eis duos modos. Aemuli quoque dicerent, quòd translatio iſta erat nimis corrupta, & nõ eſſet aliquis, qui poſſet reſpondere pro Hieronymo: ideo poſuit modum, quo inquireretur veritas translationis ſuæ: & iſtud erat tanquàm reſponſio ad argumenta æmulorum, quia cum aliquis æmulus argueret, beneuoli poterant reſpondere per iſtos modos, qui habentur hic. Secundum erat, quia Hieronymus noluit oſtendere confidentiam ſuam, quia ſi æmuli ſuſpicarẽtur, quòd Hieronymus erat aliqualiter dubius circa translationem iſtam, quam fecerat an vera eſſet omnino, clamarent contra eum nimis tanquàm contra non potentem ſe defendere. Si autẽ viderent eum confidentem eſſe circa interpretationem ſuam, ſuſpicarentur eum feciſſe cum magno ſtudio, & non auderent clamare contra eum, ideo oſtendit confidentiã ſuam, dicens. Siquis in hac interpretatione voluerit quid reprehendere. *Interroget Hebræos.* Ideſt, interroget an habeatur ſic in Hebræo, & cum viderit, quòd ſic habetur non poterit dicere me fuiſſe mentitum: ſic enim probat in prologo ſuper Geneſ. qui incipit: Deſiderij mei, ſcilicet, ſicubi in translatione tibi videor erraſſe interroga Hebræos diuerſarum vrbium magiſtros conſule. Sic etiam in prologo Galeato ait, ſcilicet, Vbicunque inter ſe videris diſcrepare, interroga quemlibet Hebræorum, cui magis accõmodare fidem debeas. *Suam conſcientiam recolat.* Ideſt, perſcrutetur conſcientiam ſuam: hoc dicit, quòd aliqui iniqui ſcientes translationem Hieronymi eſſe veram, accuſabant eum, ſicut illi, de quibus dicit prologo præcedenti, ſcilicet, Obtrectatoribus meis reſpondeo, qui canino

canino dente me rodunt in publico detrahentes, & A legentes in angulis. Et hoc dicit ad increpãdum emulos valde, ſcilicet, quòd non malignentur agentes cõtra conſcientiam, accuſando translationem Hieronymi. *Videat ordinem.* Scilicet, Ordinem, quem habuimus in procedendo in hoc libro. Fuit autem iſte ordo in tribus, primo modo, quod ea, quæ erant in Hebręo & in litera interpretum eodem modo transferebat Hieronymus, ſicut erat in litera interpretum: cùm autem erat aliquid in Hebræo, quod non habebatur apud interpretes addebat illud Hieronymus aſſignans exterius aſteriſcos, & iſtud erat ſecundum, cum autẽ in litera interpretum erat aliquid plus quàm in Hebræo, ponebat iſtud Hieronymus, vt non videretur ignoraſſe translationem interpretum, & tamen con- B fodiebat illud obelis: vt appareret, quòd non erat de veritate Hebraica, & iſtud erat tertium. Iſte autem ordo erat conuenientiſſimus in transferendo. *Textumque ſermonis.* Vocatur textus contextura, vel colligatio ſermonis per totum proceſſum libri, & fuit artificioſa iunctura ſermonis facta a Hieronymo, quia liber Paralipomenon ante ipſum erat corruptus nimis, cùm non eſſent puncta poſita in locis poſitis ad diſtinguendum ſententias: quod maximè turbat lectoris ingeniũ ipſe vero diſtinxit librum per verſus, vt patet præcedenti prologo, ſcilicet. Per verſum cola digererem. & iſta textura erat laudabilis. *Et tunc noſtro labori, ſi potuerit, detrahat.* Ideſt, conſideratis omnibus iſtis quicunque fuerit quantumcunque æmulus, detrahat mihi, C accuſando me, ſi poteſt iuſtè in aliquo accuſare. Hoc dicebat Hieronymus ex magna confidentia, ſciens, quòd nihil reperiretur, in quo poſſet ipſe iuſte reprehendi. *Vbicunque.* Hic ponitur ſecundum huius partis, vbi tollit dubitationis occaſionẽ per officiũ aſteriſcorum, & obelorum, & iſtud fuit nimis neceſſarium. Nam cum in iſta translatione Hieronymi eſſent aliqua, quæ ipſe ponebat tanquam vera, & neceſſaria: alia autem tanquàm dubia, neceſſe erat quòd iſta diſtinguerentur per aliqua ſigna, ne confunderetur intellectus lectorum, & ad hoc fecit aſteriſcos, & obelos, & dicitur. *Vbicunque ergo aſteriſcos, ideſt, ſtellas in hoc volumine radiare videritis.* Aſteriſcos, ſicut dicit hic Hiero. eſt figura ſtellæ facta de rubro, & dicitur aſteri- D ſcus ab aſtro, ideſt, ſtella, & dicitur radiare, quia iſta eſt conditio ſtellæ. Competit autem aſteriſcis per metaphoram, quia ſicut ſtellæ verè illuminãt, ita aſteriſcus ponitur ad denotandum illud quod deficiebat in litera interpretum de veritate Hebraica, & additum fuit ad illuminandum intellectum lectorum: & dicitur in hoc volumine, ſcilicet, in volumine illo quod tunc ſcribebat Hieronymus emendans translationem interpretum: nam in volumine Paralipomenon quod nos nunc habemus: nullus eſt aſteriſcus, nec obelus, quia non eſt translatus de litera interpretum, ſed de veritate Hebraica. *Ibi ſciatis de Hebræo additum, quod in Latinis codicibus non habetur.* Ideſt, Aſteriſcus ponitur ad deſignãdum multa, quæ Hieronymus ſupplebat nũc E de litera Hebraica, & non habebatur in translatione interpretum, & conſequenter nec in Latino, nec in Græco, cum libri ſacri, qui tunc erant in Latino, & Græco, erant ſecundum translationem interpretum: & quod dixit hic Hieronymus, In Latinis codicibus nõ habetur, etiam intellexit de Græcis: nam idem defectus erat in Latino, & in Græco, cum in vtroque idiomate eſſet translatio facta ſecundum literam interpretum: dixit tamen ſolum de Latinis, quia de defectu, & corruptione codicum Græcorum nihil attinebat ad preſens, cum ipſe ſcriberet nunc Domnioni, & Rogatiano, qui erant Epiſcopi Latini, & volebant habere Paralipomenon in Latino. Et dato, quòd non eſſet aliqua corruptio in Græco, dum tamen eſſet in Latino, oportebat quòd fieret aliqua translatio, & emendatio, quam petebant Domnion, & Rogatianus. *Vbi verò obelus tranſuerſa, ſcilicet, virgula præpoſita eſt.* Iſtud erat aliud ſignum, quod ponebat Hieronymus. Eſt autem obelus virgula facta in modum ſagittæ de rubro, & ponitur figura ſagittæ, quia ſicut ſagitta eſt ad confodiendum, & occidendum, ita virgula illa, quam ponebat Hieronymus erat ad confodiendum literam, & ſignificandum, quòd erat ſuperuacua. *Illic ſignatur, quòd ſeptuaginta interpretes addiderunt.* Aliqua enim addiderunt interpretes in translatione ſua, quæ non erant in Hebræo. Ideo Hieronymus non accipiẽs illa tanquàm authentica, confodiebat ea apponens obelos. *Vel ob decoris gratiam, vel ob ſpiritus ſancti auctoritatem, & in Hebræis voluminibus non leguntur.* Scilicet, Aliqua erant, quæ interpretes poſuerant in translatione, quæ nõ erant in voluminibus Hebræis: & ponit duas cauſas quare illa fecerunt, ſcilicet, vel propter decorem, quia aliquando ea, quæ ipſi apponebant, faciebant ad decorem ſententiæ. Vel propter auctoritatem ſpiritus ſancti, ſcilicet, quia ſpiritus ſanctus loquebatur in eis: & habebant auctoritatem ad addendum aliquid, quod ſpiritus ſanctus eis inſpiraret. De hoc tamen, quomodo haberent Spiritum ſanctum, infra declarabitur.

Quare Hieronymus tranſtulerit Bibliam de Græco in Latinum. Quæſt. I X.

QVAERITVR ad qd Beatus Hieronymus tranſtulit Bibliam de Græco in Latinum emendãdo translationem interpretum, & etiam tranſtulit de Hebræo in Latinum: quia vna translatio iſtarum videbatur ſuperflua, quia quæcunque earum ſufficiebat cum vera eſſet, & emendata. Reſpondendum, quòd Hieronymus tranſtulit de Græco in Latinum, & etiam de Hebræo in Latinũ: & hoc ſaltem, quãtum ad librum Paralipomenon, vt probatum eſt infra quæſt. huius prologi. Et dicendum, quòd ſi Hieronymus trãſtuliſſet prius Bibliam de Hebræo in Latinum ſuperfluum erat, quòd transferret de Græco in Latinum emendando translationem interpretum. Prius tamen tranſtulit de Græco in Latinum, vt patet præcedenti prologo vbi loquitur de translatione, quã facere debebat de Hebræo, & ait: Memini editionem ſeptuaginta trãslatorum olim de Græco emendatam tribuiſſe me noſtris, ideſt, Latinis: & ibi ſubditur quomodo faciebat iterum translationem de Hebræo, ſcilicet, in Latinum, & tamen quãdo Hieronymus correxit Paralipomenon ſecundum trãslationem interpretum precibus Domnionis, & Rogatiani non cogitabat transferre aliquando de Hebręo in Latinum, & quia codices Latini erant nimis corrupti, voluit Hieronymus eos aliqualiter emendare, & ad hoc tranſtulit de Græco in Latinum, emendando translationem interpretum. Sed tũc dicetur ſi iſta emendatio, quam tunc fecit Hieronymus eſſet vera, ad quid faciebat translationem de Hebræo in Latinum? Dicendum, ꝙ Hieronymus tranſtulit de Græco in Latinum vtendo leui remedio, forte vt non concitaret nimis contra ſe animos æmulorum, ꝙ valde latrarent, ſi Hieronymus transferret de Hebræo in Latinum, & nõ tantum dolerent, ſi emendaret translationem interpretum, vt probatum eſt ſupra in quadam quæſtione: nũc autem iuſſus a Cromatio Papa transferre de Hebræo in Latinum, vt præcedenti prologo, non formidauit clamores æmulorum, & transferre cępit de Hebræo in Latinum. Motiuũ aũt fuit duplex, primũ erat, ꝙa licet Hieronymus correxiſſet librũ Paralipomenon de Græco

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Latinũ ad preces Domnionis, & Rogatiani, tamen F iam corruptus erat liber ille, & indigebat alia emẽdatione, vel de Græco in Latinum, ſicut prius fuerat, vel de Hebreo in Latinum: & iſta ſecunda vſus eſt: quia efficacior erat. Secundum fuit, quia dato, quòd maneret liber ille emendatus adhuc apud Domnionem, & Rogatianum, tamen conueniens erat transferri de Hebræo in Latinum, quia in translatione iſta poſuerat Hieronymus illa, quæ interpretes addiderant, & non habebantur in Hebræo, & illa erant apocrypha: ideo ſuperfluum erat ſcribere in ſacra ſcriptura, potiſſimè quia in multis locis errant: & non videbantur neceſſaria, ſed potius impedientia, cum autem transferretur de Hebræo in Latinum, nihil poneretur, niſi quod eſſet ſecundum veritatem Hebraicam, & ſic nihil ſuperfluum eſſet aut diminutum, fuit ergo bonum transferri de Hebræo. Tertium erat quia Hieronymus volebat auferre occaſionem errandi lectoribus ſcripturæ, & tamen ſi maneret liber Paralipomenon, & alij libri in illa correctione, quam fecerat Hieronymis de Græco in Latinũ, daretur magna occaſio errandi, quia in translatione iſta erant ad ſignificandũ aſteriſci, quæ deficiebant de translatione interpretũ, & erant in Hebræo, & obeli ad confodiendũ, quæ habebantur apud interpretes, & non in Hebræo. Poterant autem librarij errare circa iſtos aſteriſcos, & obelos dupliciter. Primo ſi aliquando omitterent aſteriſcos, & obelos, qa tũc putaretur omnia illa eſſe in Hebræo, & in translatione antiqua interpretum, & vtrũque falſum eſſet, quia illa vbi deficiebant aſteriſci, nõ erant in translatione antiqua interpretum, & illa vbi deficiebant obeli non erant in Hebræo. Eſſet ẽt alius error grauis, quia in translatione iſta Hieronymi de litera interpretum vbicunque non erant aſteriſci nec obeli, erat ſignum, ꝙ concordabant interpretes cum Hebræo, ideo litera illa erat certiſſima, nunc autem contingeret aliquam literã quæ deberet eſſe inſignita obelis, & non erat, putari eſſe veram, & haberi in Hebræo, & aſſereretur tanquàm certa, & eſſe falſam. Secundus modus errandi erat, quia ſcriptores poterãt errare interdum quamquam ponerent aſteriſcos, & obelos ponendo eos extra loca ſua: vtpote ſi ponerẽt aſteriſcos, vbi debebant eſſe obeli: & iſte eſſet error I grauiſſimus, quia tunc illa, quæ erant vera, & erant in Hebræo putarentur falſa, & ſuperflua cum haberent obelos: & illa, quæ erant ſuperflua in litera interpretũ putarentur eſſe neceſſaria, & haberi in Hebræo, quia habebant aſteriſcos, & eſſent falſa. Alius error erat, quia dato, quòd librarij interdum ponerẽt aſteriſcos, & obelos in locis ſuis: & eſſet ſcriptura veriſſima nos tamen ſcientes, quòd ſcriptores interdum errant: neſciremus an errauiſſent in aſſignatione aſteriſcorum, & obelorum, & eſſet nobis ſcriptura dubia: & ſic eſſet nobis inutilis ac ſi non haberemus eam, cum per eam nihil auderemus affirmare. Quartum motiuum, & principale erat, quia Hieronymus nondum tranſtulerat omnes libros de Græco in Latinum corrigendo K eos per aſteriſcos, & obelos: nam ſacros legitur hoc modo emendaſſe ſolum, ſcilicet, librum Paralipomenon vt patet in iſto prologo, & librum Iob: vt patet in quodam prologo ſuper Iob, qui incipit. Si autẽ ſiſcellam. Oportebat autem, quòd cæteros libros veteris teſtamenti Hieronymus transferret de Hebræo in Latinum, vel emendaret transferendo de Græco in Latinum: cum omnes libri translationis interpretum eſſent corrupti, ideo voluit potius transferre de Hebræo in Latinum, tamen quia minoris laboris erat, quia paucior ſcriptura erat, eo quòd non poneretur ibi id, quod addiderant interpretes ſuper literam Hebraicã, nec etiam poneret aſteriſcos, & obelos, erat etiam translatio vtilior, quia non poterat ſic corrumpi faciliter, ſicut translatio habens aſteriſcos, & obelos. Nam difficile erat a noſtris librarijs obſeruari diligenter iſtos aſteriſcos, & obelos: ob hoc enim iam perijt in vſu omnium Latinorum opus illud mirabile magni ingenij laboris, & vtilitatis, quod excogitauit Ammonius, faciendo decem canones Euangeliorum: nam propter creberrimos numeros, & inſcriptiones factas exterius de rubro, librarij noſtri errabant tam in numeris, quàm in locis vbi erant ponendi numeri, & ſic omnia vitiabant, ideo iam non vtimur illis canonibus, & quaſi in nullis Biblijs annotantur, & cum Hieronymus nunc tranſtulerit de Hebræo in Latinum, non ſolum tranſtulit illos libros, G quos non conuerterat de Græco in Latinum, ſecundum translationem interpretum, ſed etiam illos quos correxerat, ſcilicet, librum Paralipomenon, & Iob. Ideo iſtos libros bis ſcripſit, apud nos tamen nunc non habentur, niſi illi qui de Hebræo in Latinum translati ſunt.

Quare Hieronymus vſus eſt aſteriſcis, & obelis in translatione de Græco in Latinum, & in alia non. Quæſt. X.

QVAERITVR vlterius cum Hieronymus transferret de Græco in Latinum ſecundum trãslationem interpretum quare vſus eſt aſteriſcis, & obelis, & in translatione illa, quam fecit de Hebræo in Latinum nec aſteriſcos, nec obelos poſuit? Reſpondendum de translatione facta de Hebræo in Latinum, quòd non oportuit in ea eſſe aſteriſcos, & obelos, quia aſteriſci ſunt ad notandum aliquid quod prius deficiebat, & erat de neceſſitate: Obelus autem eſt ad notandum aliquid, quod ſuperfluum erat, & ideo iſtud nunquam poteſt fieri, quando aliqua translatio de nouo fit ex vnico exemplari, quia iſta ponuntur ad faciendum differentiã ſcripturæ anteq̃ emẽdetur, & poſtquam emendata eſt. Nunc autem in translatione, quæ fiebat de Hebræo in Latinũ nihil ponebatur, niſi id quod erat in Hebræo, & de illo diminuebatur, ideo non poterat ibi poni obelus, quia obelus eſt ad confodiendum ea, quæ ſuperflua ſunt, & tamen in Hebræo nihil eſt ſuperfluum, ſed pura veritas cum ſit primum originale ſcriptum ab ipſis Prophetis. Etiam non poteſt poni ibi aſteriſcus, quia ille eſt ad ſignificandum ea, quæ deficiebant, in Hebræo tamen nihil deficiebat, & in translatione cum nouiter fit, nihil deficit, cum nouiter eſſe incipiat, ideo nihil iſtorum poterat poni ibi, & ob hoc etiam interpretes nõ poſuerunt aſteriſcos, & obelos in translatione ſua, quia nouiter fiebat. Sed Origenes introduxit iſtum modum in ſacra ſcriptura ad corrigendum translationem ſeptuaginta interpretum mittendo eum cum editione Teodotionis, vt patet in prologo præcedẽri: & in prologo ſuper Geneſ. qui incipit. Deſiderij mei. De translatione autem, quã emendauit Hieronymus transferens de Græco in Latinum ſecundum literam interpretum dicendum, ꝙ indigebat aſteriſcis, & obelis, quia in illa erat aliquid, in quo concordabat litera Hebraica cum litera interpretũ, & illud ponebat ſine ſigno. In qbus aũt ponebatur aliqd ſuperfluũ in litera interpretum ſuper literam Hebraicã ponebat obelus. Vbi autem erat aliquid in Hebræo, quod deficiebat in litera interpretum, ponebatur aſteriſcus ad ſignificandum eſſe ſuperadditum. Si autem non ponerentur iſta ſigna exterius, non appareret quæ eſſent ſuperflua, vel quæ diminuta, ſed oĩa crederentur æqualiter eẽ de veritate hebraica, & nihil defeciſſe in trãslatione interptũ, & iſta falſa erãt: iõ oportuit poni aſteriſcos, & obelos in trãslatione iſta emẽdata de Græco in Latinũ.

Quare

Quare Hiero. in translatione de Græco in Latinum poſuit aſteriſcos, & obelos: nã hoc non videbatur neceſſariũ. Quæſt. XI. A

QVAERITVR vlterius ad quid Hiero. voluit ſic facere, vt neceſſe eſſet poni aſteriſcos, & obelos in translatione illa, quã faciebat de Greco in Latinũ, qa potuiſſet eã facere ſine obelis, & aſteriſcis, & conuenienter eſſet, vtpote ſi feciſſet, ꝙ ſolum eſſet in illa id, qđ habebatur in hebrea, quia tunc non oporteret ibi poni aſteriſcos, vel obelos: Immo nec poterat poni, quia in hebræo nihil eſt diminutũ, nec ſuperfluũ. Rñdendum, ꝙ Hiero. poterat facere translationẽ iſtã, & emẽdationem tripliciter. Vno modo, ꝙ trãsferret de Greco: & tñ nihil poneret, niſi id, in quo cõcordabat litera hebraica cũ litera interpretũ, & nihil adderet ad literã interpretum, q̃q̃ plus haberẽt in Hebreo. B Secundo mõ, ꝙ transferret oĩa, in qbus ꝓcordabat litera interpretũ cũ litera Hebraica, & non poneret ea, q̃ ſuperabũdabant in litera interpretũ, & tñ poneret ea, q̃ deficiebãt de litera interpretũ, & hẽbãtur in Hebræo. Tertio, ꝙ poneret oĩa, in qbus ꝓcordabãt lr̃a interpretũ, & hebrea, & ẽt illa, q̃ deficiebant in lr̃a interpretũ, & habebanẽ in Hebreo, & illa q̃ habebanẽ in lr̃a interpretũ ſuper literã hebraicã. Primo transferendo nõ erant neceſſarij aliqui aſteriſci, & obeli: immo nec poterant poni, qa ĩ Hebreo nihil eſt ſuperfluũ, nec diminutũ, & tñ iſte modus nõ poterat ſtare, quia q̃q̃ bonus modus transferendi eẽt: tñ nõ erat trãsferre de lr̃a ſeptuaginta interpretũ ĩ Latinũ, ſed magis de Hebreo in Latinũ: Hiero. tñ dicit ſe feciſſe primã trãslationem ſm lr̃am interpretũ. Scđo patet, qa Hiero. nõ ſolum trãſtulit lr̃am 70. interpretũ, ſed ẽt emẽdauit, cũ dicat ꝑcedenti prologo, ꝙ tradidit translationẽ 70. interpretũ emendatã de Greco in Latinũ: emendatio aũt cõtinet additionẽ, & ſubtractionẽ, & tñ hic nõ addebanẽ neceſſaria, q̃ deficiebant de veritate hebraica: ideo nõ vocareẽ trãslatio emẽdata. Tertio patet, & efficacius, qa iſta translatio nõ erat bona, nec ẽt poterat dici ſm lr̃am hebraicã, nec ſm interptetes. Primũ patet, qa iſta trãslatio erat defectuoſa, qa nõ cõtinebat quidqd erat in Hebreo, & illud erat de ſubſtãtia Scripturæ ſacræ, & iſta eſt cã, & fundamentũ arguẽdi Hiero. ꝺ interptes ad probandũ, ꝙ adhuc poſt trãslationẽ interpretũ erat neceſſaria ſua translatio de Hebreo in Latinũ, vt C patet ꝑcedẽti prologo, & in ꝓlogo ſup Gen. q incipit: Deſiderij mei: nõ ergo faceret Hiero. talẽ trãslationẽ, qualẽ ab alijs factã redarguebat. Quòd aũt iſta translatio nõ diceret facta de Hebreo, nec de lr̃a interptũ patet, qa ad hoc, ꝙ fieret de Hebreo, oporteret ꝙ ꝓtineret quidqd erat in Hebreo, aliàs nõ diceret ſm hebraicã veritatẽ, & tñ ſi nõ contineret qđqd erat ĩ hebreo, ẽt non diceret translatio ſm lr̃am interpretũ, quia nõ ꝓtineret quidqd in illa erat: non ergo fuit iſte modus ꝓueniens. Scđs modus erat, ꝙ ponerenẽ oĩa, ĩ quibus ꝓcordabãt lr̃a interpretũ, & hebrea, & ẽt illa, q̃ erãt in Hebreo, & nõ habebanẽ in lr̃a interpretũ: iſte modus cõueniens erat, qa trãslatio vera erat, & perfecta cum cõtineret quidquid erat in hebreo, & tñ nõ diceretur ſm lr̃am interpretũ, ſed ſm veritatẽ hebraicam, eo ꝙ E cõtinebat quidquid erat in hebreo, & tñ nõ ꝓtinebat qđqd erat in trãslatione ĩterpretũ, & iſto mõ ſi vellet Hiero. ponere ſine aſteriſcis, adhuc nõ videreẽ trãslatio iſta ꝓtinere ad lr̃am interpretũ. Si aũt poneret aſteriſcos q̃tũ ad id, qđ erat in hebreo, & nõ erat in lr̃a interpretũ, & nihil poneret de eo, qđ ſupabũdabat lr̃a interpretũ ſup lr̃am hebraicã, vr̃ correxiſſe lr̃am interpretũ addendo oĩa, q̃ deficiebãt, & auferẽdo ea, q̃ ſuꝑflua erãt, tũc eſſet trãslatio hñs aſteriſcos, & nõ obelos, & hoc nõ cõplebat adhuc trãslationem interpretum. Si autem ponendo quod dictum eſt non aſteriſcos non videretur correxiſſe literam interpretum,

ſed tranſtuliſſe de Hebræo: nihil enim differt translatio illa ab iſta translatione, quã nos hẽmus. Tertius modus erat, vt ponerentur oĩa in quibus ꝓcordabãt lr̃a interpretũ, & Hebrea, & qđ erat in Hebreo, & deficiebat in lr̃a interpretũ, & qđ ſuperabundabat in lr̃a interpretũ, & non hẽbatur in Hebreo, tũc aut ponerentur aſteriſci, & obeli, aut non, ſi non ponerenẽ ſequeretur magis ꝓfuſio, quia putarentur oĩa eſſe ſimilia, ſ. oĩa eſſe ęqualiter vera, vel certa, & oĩa eſſe in Hebræo, cum non poneret aliqđ ſignum diſtinctiuũ, & hoc erat ꝓfundere ſcripturã. Secundum incõueniẽs erat, quia Hieron. nunc transferebat, & emendabat, in translatione aũt emendata auferuntur ſuperflua, & addunẽ quæ deficiebant, & tñ hic non tollerentur ſuperflua cũ manereẽt in lr̃a, & non poneretur aliqđ ſignũ ad iudicandũ illa eſſe ſuperflua. Dicendũ ergo, ꝙ ad hoc, ꝙ Hiero. transferret, & emẽdaret lr̃am interpretũ, oportuit, ꝙ poneret quę erat cõcordia in litera interpretũ, & Hebræa, & ẽt poneret ea, q̃ hẽbatur in Hebræo, & deficiebant in lr̃a interpretũ, quia in hoc potiſſimum cõſiſtebat correctio, iſta aũt, quæ erant ſuperaddita poterãt eſſe ſine aſteriſco, quia ẽt ſi non poneret aliqđ ſignũ, non ſequeretur inconueniens, debuit tñ poni aſteriſcus, vt ſignificaretur, ꝙ litera erat emendata, & ꝙ deficiebat illud de trãslatione, q̃ fecerant interpretes. Etiã debuit poni id, qđ ſuperabundabat in lr̃a interpretũ ſuper lr̃am Hebraicã, qa q̃q̃ nõ eſſet illud de neceſſitate ſcripturæ, ñ dẽbat deleri oĩno, vt ſcireẽ, quid erat illud, qđ ſcripſerãt interpretes. Etiã qa dato, ꝙ non faceret tantã fidẽ, ſicut ſacra Scriptura, q̃ hẽbatur in Hebreo, tñ faceret ſaltẽ fidẽ, ſicut dictũ vnius doctoris. Motiuũ tñ præcipuũ erat, vt videreẽ, ꝙ illa erat trãslatio ĩterpretũ emẽdata, & qa iſta pars ſupfluebat, dẽbat deſignari obelo, vt ſcireẽ nõ eſſe de integritate ſacræ Scripturæ, & ſic nõ potuit Hiero. ꝙueniẽter emẽdare translationẽ interpretum de Græco in Latinũ, ſine aſteriſcis, & obelis.

An ſeptuaginta interpretes habuerint ſpiritum Sanctum in transferendo. Quæſt. XII.

QVAERITVR vlterius qũo dr̃ hic, ꝙ ſeptuagin ta interpretes ꝓp auctoritatem Spiritus ſancti addiderunt aliquid in translatione ſua, qđ non hẽbatur in Hebreo, & an habuerint ſpiritum Sanctum in transferendo. Aliquis dicet, ꝙ ſic, cum hic dicatur, ꝙ addiderunt ꝓp auctoritatem Spiritus ſancti. Item quia ſupra dr̃, ꝙ error in translatione non eſt aſcribẽdus interpretibus, qui Spiritu ſancto pleni ea, q̃ vera erant, tranſtulerunt: ſed ſcriptorum culpę aſcribendum eſt. In ꝺrium vr̃, ꝙ non habuerint Spiritum ſanctum in transferẽdo, quia ipſe Hiero. increpat quoſdã, dicentes interpretes, ꝓphetice trãſtuliſſe, vt patet in ꝓlogo ſup Gen. q incipit, Deſiderii mei, cum ait, ſed in vna baſilica congregatos ꝓtuliſſe, ſcribãt, non ꝓpheraſſe. Aliud. n. eſt vatẽ, aliud eſt eſſe interpretẽ. Rñdent qdam, & ſic tenẽt expoſitores ꝓlogorũ, ꝙ nõ habuerũt ſeptuaginta interpretes Spiritũ ſanctũ, & ꝙ Hiero. dixit hic ironice eos habuiſſe Spiritũ ſanctũ, ſed iſta poſitio non ſtat, qa ſi Hiero. diceret hoc ironice, manifeſte irrideret interpretes, & tñ ipſe cauet hoc nimis, quia ęmuli ſui obiiciebant ſibi hoc, ꝙ ipſe inuidebat interpretibus, & damnabat eos, & ipſe conatur ſe defendere excuſando ſe multis rõnibus, ꝙ nõ inuideat eis, nec dãnet illos, vt patet hic, & in ꝑcedenti prologo, & in prologo ſuper Gen. & in prologo ſuper Ioſue, & in ꝓlogo Galeato, & in prologo ſuper Iob, & fere in oĩbus ꝓlogis, nõ ergo dicit ironice. Secundo patet, quia hoc repugnat intentioni lr̃ę, qa ſupra dicit de magna corruptione, quæ erat ĩ trãslatione ĩterpretũ ĩ codicibus Latinorũ, & Greęorũ & ſubdit, ꝙ nõ eſt aſcribẽdũ interpretibus, q Spiritu

ſancto pleni, quæ vera erant tranſtulerunt. Sed ſcriptorum culpæ aſcribendum eſt, ſi tamen diceretur ironice, intelligeretur totum per contrarium, ſ. q̃ nõ habebant Spiritum ſanctũ, nec etiam quę vera erant, tranſtulerunt. Et tunc eſt duplex inconueniens. Primum, quia ipſemet Hiero. teſtatur vere eos, & pure ſcripſiſſe, vt patet in prologo prędecedenti, dicens. Si ſeptuaginta interpretum pura, & vt ab eis in Græcum verſa eſt editio permaneret, fruſtra Chromati me impelleres, vt Hebræa volumina Latino ſermone tranſferrem. ſecundum inconueniens eſt, q̃ nõ poterit intelligi, nec ſtare in veritate litera prędecedens, in qua dicit Hiero. q̃ non accidit ille error culpa interpretum, ſed ſcriptorum, qui de inemendatis inemendata ſcripſerunt, & tamen ſi legatur ironice eſt ſenſus, quòd culpa interpretum accidit, & tunc non poterit poni culpa iſta ſcriptoribus, q̃ eſt manifeſte contra literã.

Dicendum ergo, q̃ non loquitur Hiero. ironice, ſed ſecundum veritatem, q̃ interpretes haberent ſpiritum Sanctum, quando tranſtulerunt.

Sed tunc manet difficultas, quæ prius allegabatur, & ad hoc dicendum, q̃ ſpiritus Sanctus nũquam accipitur pro perſona Spiritus ſancti, qñ dr̃, q̃ in aliquo eſt Spiritus ſanctus, quia ſic accipiendo in quolibet homine eſt, & etiam in dæmone, & quocunq; ente, cum Deus ſit vbique, & Spiritus ſanctus eſt vna perſonarum diuinarum, & vbi eſt vna eſt alia, immo vna eſt in alia, ſicut dixit Chriſtus, ego in patre, & pater in me eſt: Io. 14. ſed intelligitur de aliquo dono dato a Spiritu ſancto, & iſtud poteſt eſſe multiplex, cũ Iſaias ponat ſeptem dona Spiritus ſancti in generali, qui vocantur ſeptem ſpiritus. Iſai. 11. & ſic per multos annos poteſt aliquis habere Spiritum ſanctum, in propoſito tamen dupliciter accipitur Spiritus ſanctus.

Spiritus sãctus dupliciter accipitur.

Vno modo pro ſpiritu prophetiæ, alio modo pro dono ſapientiæ. Primus vocatur ſpiritus Dei, quia ſpiritus propheticus a Deo eſt. Nam dicitur manus domini fieri ſuper aliquẽ qñ prophetat, vt dicit̃ de Eliſęo, q̃ facta eſt ſuper eum manus Domini cum caneret pſaltes 4. Reg. 3. De ſapientia etiam patet, q̃ ſit ſpiritus Sanctus, quia ponitur Iſa. 11. inter ſeptem ſpiritus, & illi ſunt a Deo, & patet magis, quia Eccl. primo, dicitur, omnis ſapientia a domino Deo eſt. Accipiendo ſpiritum Sanctum pro ſpiritu prophetico, dicendum quòd non habuerunt Spiritum ſanctum, quando ſcribebant: nam non eſt concedẽdum eos prophetas fuiſſe, nec propheticè ſcripſiſſe. Quod patet, quia ſi Hiero. concederet iſtos ſcripſiſſe propheticè diceret eos tantæ auctoritatis, ſicut prophetas illos, qui ſacram ſcripturam ſcripſerant a principio, & ſic tantę auctoritatis eſſet id, quod iſti ſuperadderent, ſicut id, qnod ipſi ſcripſiſſent, ideo ſicut non poterat dubitari de veritate Hebraica, ita nec de eo, quod interpretes addidiſſent, dubitari poſſet, quin eſſet a Deo dictũ, & ſic ambo ſcriberentur. Hiero. tamen dubitabat de illo, quod ſuperaddiderunt interpretes, an verum eſſet, ideo qñ correxit translationem interpretum, deſignauit obelis id, quod illi ſuperaddiderãt, & tñ obelus confodit, & annihilat. Et non ſolum Hiero. tenuit iſtud, ſed etiam Origenes, qui qñ miſcuit translationem interpretum editioni Theodotionis, poſuit obelos in eo, in quo litera interpretum ſuperabundabat ad literam Theodotionis, & tñ nullo modo poſuiſſet ſi crederet illud ſuperadditum verum, & firmum eſſe, & a ſpiritu Sancto ſuperadditum. Et non ſolum dubitauit de hoc, immo vr̃ tenuiſſe, q̃ non habuerint ſpiritum prophetię, quia aliàs non auſus fuiſſet ponere obelos in opere eorum. Hoc patet prologo præcedenti, & in prologo ſuper Gene. qui incipit. Deſiderii mei. Hiero. autem manifeſte affirmat, q̃ non fuerint prophetę in prologo ſuper Gene. cum ait. Aliud eſt enim vatem, ideſt prophetam, & aliud eſt eſſe interpretem. Accipiendum ergo eſt Spiritum ſanctũ, ſecundo modo pro dono ſapientiæ. Et tunc verũ eſt, q̃ iſti interpretes erant pleni Spiritu ſancto, quia habebant magnam ſapientiam legis, quæ a Spiritu ſancto eſt. Et ſic intelligitur, quod ſupra dr̃, q̃ non eſt aſcribendus error in corruptione ſcripturę interpretibus, qui ſpiritu Sancto pleni ea, quę vera erant, tranſtulerunt, ideſt pleni ſpiritu ſapientię, quia cum eſſent ſapientes nimium, & potiſſime, quia erant ſeptuaginta viri ſimul diligentiſſime diſputantes, & laborãtes ad faciendum iſtam translationem, non erat veriſimile, quòd ipſi eam tantum vitiarent. Sic etiam intelligitur, quod dr̃ hic, ſ. q̃ iſti interpretes addiderunt aliqua ob Spiritus ſancti auctoritatem, quę in Hebręis voluminibus non leguntur, ideſt propter auctoritatem ſapientiæ magnæ, quæ erat a Spiritu ſancto addiderunt aliquid: nam iſti interpretes non ſolum legem transferebant, ſed etiam eam claram reddere volebant regi Ptolomęo, & ad hoc in quibuſdã locis addiderunt aliquid ad declarationem eius, & hoc fuit propter auctoritatem Spiritus ſancti, ideſt ſapientiæ ſibi datę, qa ſic doctores, qui ſunt viri ſapientes poſſent aliquid addere ad ſacram ſcripturam per modum expoſitionis, & hoc laudabile eſt, immo ſacra Sriptura hoc nimis laudat, vt patet Eccl. 24. Qui elucidant me, vitam ęternam habebunt.

Quare ſeptuaginta interpretes voluerunt aliquid addere, & aliquid ſubtrahere in translatione ſua. Quæſt. XIII.

QVAERITVR vlterius quare ſeptuaginta interpretes voluerunt aliquid addere, & aliquid ſubtrahere in translatione ſua de eo, quod habebatur in veritate Hebraica. Aliquis dicet, q̃ interpretes nihil addiderunt, vel ſubtraxerunt, ſed tranſtulerunt plane iuxta Hebraicam veritatem, & tñ poſtea varii ſcriptores addiderunt, & ſubtraxerunt de translatione interpretũ, vt eis viſum eſt, & ipſi fecerunt iſtud. Sed dicendum, q̃ non ſtat, quia Hiero. dicit hic, q̃ aſteriſcus poſitus in emendatione ſua ſuper ſeptuaginta interpretes ſignificat id, quod non habetur in litera interpretum, & additum fuit de Hebręo. Obelus autem ſignificat id, quod ſeptuaginta interpretes addiderunt. Item patet hoc, qa Hiero. aſſerit iſtud in prologo ſuper Gen. qui incipit. Deſiderii mei, & introducit ibi eãs ſm Hebręos quare interpretes addiderint, & ſubtraxerint aliqd de Hebræo. Itẽ patet, quia licet vitio librariorũ corrumperet̃ lra interpretum quantum ad aliqua noĩa Hebręa, quę diuidebantur, vel copulabãtur in vnum, tñ librarii non addebãt aliqd a ſeipſis, nec ſubtrahebant, ſed viri ſapientes hoc faciebãt, & iſti fuerunt illi, q̃ fecerunt varia exemplaria, ſ. Origenes, Lucianus, & Heſychius, vt patet prędeced. prologo, & tñ anteq̃ ſcriberet Origenes, aut aliqs de illis erat in lra interpretum pluſquam in Hebręo, & aliquid minus, & ob hoc cũ miſceret translationem interpretum editioni Theodotionis poſuit aſteriſcos, & obelos, ſ. aſteriſcos, vbi aliquid hẽbatur in Theodotione, & non in litera interpretum, & obelos, vbi aliqd erat interpretum, & non in Theodotione, & hoc, quia Theodotion tranſtulit ex Hebræo ſenſum ex ſenſu, vel verbum ex verbo in pleriſq;. Non eſt, ergo negãdum quin interpretes in trãslatione, quã fecerunt interdum aliquid addiderint ſm veritatem Hebraicã, & interdum aliqd ſubtraxerint. Sed tunc dicendũ, q̃ de editione cauſa manifeſta eſt, ſ. q̃ fecerunt hoc ad declarandum: nã ſcriptura, in quibuſdã locis obſcura erat, & ipſi propter auctoritatem ſapientię ſuæ volẽtes eam reddere manifeſtam Ptolomæo regi, addiderunt in quibuſdam. Et tangit hic duas cauſas Hiero. ſ. q̃ fecerunt pp decorem, vel propter auctoritatem Spiritus Sancti: De decore patet, quia in aliquibus locis ſacræ Scripturę additis quibuſdam pulchrior apparet ſentẽtia, quã non additis. De Spiritu Sancto iam declaratum eſt, q̃ erat ſpiritus ſapientiæ, & propter auctoritatem ſapiẽtiæ competebat eis manifeſtare ea, quæ erant in ſcriptura, aliquid addendo. De ſubtractione autem non apparet manifeſte, quare fecerint, nec apparet aliqua cauſa ita rationabilis ad ſubtrahendum aliquid de ſacra Scriptura, ſicut ad addendum illud. ideo Hiero. nõ auſus eſt dare cauſam quare interpretes tacuerint aliquid de eo, quòd erat in ſcriptura, vt patet in prologo ſuper Gen. qui incipit, Deſiderii mei, vbi cum probauiſſet, quòd deficiebant aliqua de litera interpretum ſubdit, dicens cauſas autem erroris, ideſt ſubtrãctionis exponere non eſt meum, refert tamen ſe Hierony. ibidem ad Hebræos, qui dixerunt cauſam eius fuiſſe ad honeſtandum legem, ne videretur in oculis Ptolomæi pro quo transferebatur continere aliquẽ errorem, ſ. ne reperiretur in ea multiplex deitas, cum ipſe Ptolomæus cultor eſſet vnius Dei. Sic enim ait ibidem: Iudæi prudenti factum dicunt eſſe cõſilio, ne Ptolomęus vnius Dei cultor etiam apud Hebræos duplicem diuinitatem deprehẽderet, quod maxime idcirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur. denique vbi ſacrum aliquid ſcriptura teſtatur de patre, filio, Spiritu ſancto, aut aliter interpretati ſunt, aut omnino tacuerunt, vt regi ſatisfacerent, & arcanum fidei non vulgarent. Et ſic Hiero. etiam tenet poſitionem iſtam Hebræorum cum confirmat eam, dicens, quòd vbicunque dicebatur aliquid de Patre Filio, & Spiritu ſancto, aut aliter interpretati ſunt, aut omnino tacuerunt, & tamen manifeſtum eſt, q̃ iſtud non erat, niſi ad occultandam deitatem, & eſt cauſa ſatis veriſimilis. Aliqua autem alia loca ſunt, in quibus interpretes ſubtraxerunt, vel mutauerunt, in quibus manifeſte nõ ſequebatur pluralitas Deorum, & tamen videbatur ſequi indirecte error ſaltem in oculis Ptolomęi viri gentilis, cui translatio iſta fiebat, ideo mutauerunt, ſicut in illo Oſeę 11. Puer Iſrael, & dilexi eum; &, Ex Aegypto vocaui filium meum, interpretes tamen tranſtulerunt, ex Aegypto vocaui filium eius, ne videretur, quòd Deus habebat filium, quia tunc poneretur multiplex deitas. Sic etiam in illo, quod habetur Zach. 2. cum dicit litera noſtra: Aſpiciam ad me, quem confixerunt, & non habetur ſic apud interpretes, vt ait Hiero. prologo prędecedenti, & in prologo ſuper Gene. & forte, quia ex hoc videbatur innui, quòd Deus plagatus eſſet, & confixus ab Hebræis, in quo ſequebatur Deum paſſibilem eſſe, & corporeum, quod videbatur ſcandaloſum dici, & ridiculum oculis alicuius, qui philoſophiam intueretur, qualis erat Ptolomęus, qui circa philoſophiam nimis verſabat̃, & mox, vt interpretes iuerũt ad ipſum de Iudęa in Alexãdriam cępit quęrere ab eis naturales quęſtiones, vt ait Ioſephus 12. Antiqui. & ſic etiã faciebant omnes Greci, qui dediti erant ſapientię, vt ait Apoſtolus infra ad Corinth. primo. ſ. Iudei ſigna petunt, Greci vero ſapientiam quęrunt. Et ſic ſi poneretur aliquid in lege Hebręorum, quod repugnaret actioni naturali, vel ſaltem videretur repugnare, Greci contemnerent talem legem tanquam erroneam: ſic enim patet de Chriſto crucifixo, quem Paulus prędicabat eſſe Deum, & Greci audientes hoc iudicabant eſſe ſtultitiam, q̃ homo qui ſuſpenſus fuerat in patibulo eſſet Deus, ſic patet infra ad Corinth. 1. ſ. Nos prædicamus Chriſtum crucifixum: Iudęis, quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam. Si etiam fuit cum Paulus prędicaret Athenis, & diceret de reſurrectione mortuorum irriſerunt eum, dicentes eum eſſe ſeminiuerbium, quia prędicabat reſurrectionem, quę videbatur cõtra rationem naturalem, quam nec aliquis philoſophus conceſſit. De hoc Act. 17. & verum eſt, q̃ potentia puri agentis naturalis non ſufficit ad cauſandam reſurrectionem, & ita philoſophi intelligebant, & tamen agẽs ſupernaturale ſufficit ad hoc. Ipſi vero nunquam credebant aliquam actionem eſſe ſuper naturalem, cum nullam vnquam vidiſſent, iõ dicebant reſurrectionem eſſe contra naturam. Talia igitur, quę videbantur poſſe offendere, intellectum Ptolomęi regis, ſi ſcriberentur in lege, interpretes tacuerunt, aut aliter illa poſuerunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS

IN LIB. PRIMVM PARALIPOMENON Commentaria.



CAPVT PRIMVM.

ADAM, Seth, Enos, Cainam, Malaleel, Iared, Henoch, Mathusalem, Lamech, Noe, Sem, Cham, & Iapheth.

ADAM. Hic incipit liber Paralipomen. qui licet secundum Hebræos liber vnicus sit, apud Latinos tamen, & Græcos in duos diuisus est, cuius causam assignat Hieronymus in prologo præcedenti. Est autem liber iste suppletiuus eorum, quæ deficiunt in aliis libris scripturæ, quæ fuerunt ante istum, & potissimè in libris Regum. Regnum autem apud Hebræos habuit se dupliciter, quia primo fuit vnicum, scilicet tẽpore Saulis, Dauid, & Salomonis, postea fuit diuisum in duo regna tempore succedentium Regum: ideo primo agitur hic de regno Hebræorum vnico. Secundo de eodem regno diuiso in secundo libro. Prima pars diuiditur in duas, quia cum regnum Hebræorum, quasi visum fuerit incipere in Dauid, qui fuit primus rex de domo Iuda, in qua tribu semper postea mansit regnum, ponitur hic enarratio de Dauid, & diuiditur in duo, quia primo ponitur de eius progenie. Secundo de eius varia operatione, infra decimo capitulo, vbi incipiunt historiæ, &c. quia Dauid descendit ab istis patribus antiquis, scilicet Abraham, Isaac, & Iacob, qui fuerunt in fide Dei, intendit scriptura narrare, quomodo descenderit Dauid ab istis, & occasione huius ponitur, quomodo isti Sancti patres descenderint ab Adam per alios sanctos viros, scilicet Seth, Henoch, & Noe, & de his agitur in capitulo primo, & de omnibus sequentibus generationibus, vsque ad Iacob, quia vsque ad eum non fuit aliqua generatio totaliter electa, ideo in isto primo capitulo, ponuntur omnes generationes ab exordio sęculi, vsque ad Iacob, de quibus non principaliter agitur, & sequenti capitulo, continuatur generatio Iacob, de qua principaliter intenditur, & illa diuiditur in duo, quia primo ponitur generatio Iacob, vsque ad captiuitatem Babylonis. Secundo continuatur eadem generatio post reditum de Babylone, infra nono capitulo. Quantum ad hoc capitulum primo ponitur hic generatio ab Adam, vsq; ad Noe: secundo per tres filios Noe venit vsque ad Abraham, ibi. *Filij Iapheth*. Tertio per tres vxores Abraham venit generatio, vsque ad Iacob, ibi. *Filij autem Abraham*.

Qualis

Qualis sit intentio huius libri. Quæst. I.

QVAERITVR circa primum de intentione libri istius.

Respondendum, q̃ Esdras scriptor libri huius spiritu prophetico incitatus, videns in quibusdam aliis libris scripturę dubia multa insurgere, voluit hic quam breuius potuit (sicut Spiritus sanctus ei dictauit) auferre omnia illa dubia. Insurgebant autem dubia propter duo. Primo propter historiarum detruncationem, quia in quibusdam historiis auferebantur aliquæ partes, per quarum defectũ erãt historiæ obscuræ. Secundo, quia in aliis libris non cõtinuabantur genealogiæ personarum, de quibus agebatur in historiis, sed tacitis quibusdam personis de cõtinuatione genealogiæ ad quas principaliter historiæ non pertinebant, agebatur de aliis ad quas pertinebant historiæ, & tunc fiebant incognitæ personę, q̃a nesciebatur, an illi, de quibus agebatur in ipsa historia descendissent immediate ab aliis, de quibus in eadem historia diceretur, vel essent alia media, & sic indirecte oriebantur dubia in historiis. Esdras aũt voluit hic vtrunque dubium auferre. Et primum erat quantum ad suppletionem historiarum, & quia in nullo libro historiarum præcedentium ad librum istum videbatur esse detruncatio historiarum necessariarũ, nisi in libro Regum: fere non supplentur hic aliæ historiæ, nisi illę, quæ deficiebant in quatuor libris, & istę suppletiones incipiunt infra 10.c, & durant per totum librum istum, & sequentem vsque ad fi. Paralip.

Secundum dubiũ erat in cõtinuatione progenierum, & istud tollitur hic a principio libri vsq; ad decimum capitulum. Pro quo sciendum, q̃ sicut voluit Esdras supplere omnes historias, quę deficiebant in aliis libris scripturæ vsq; ad tps, quo scriptus fuit iste liber, ita voluit supplere hic continuationẽ oĩum generationum, quę omissę fuerunt in aliis libris, vel saltem non fuerunt tam manifeste traditę, & ordinatæ. Et quia Gen. est primus liber scripturæ, incipit a generationibus, quę enarrantur in eo, & ponuntur ibi generationes ab Adam vsq; ad Noe, sin tota prima ętate sęculi, c. 5. & illa repetuntur hic in principio, deinde Gen. c. 10. & 11. ponuntur generationes secundæ ętatis sęculi, quæ fuit a Noe vsq; ad Abraham, quemadmodum deriuatum est genus humanum per tres filios Noe, & etiam ista deriuatio ponitur hic, postea aũt per processum Gen. ponitur deriuatio generationis Abraham per Isaac, & Ismahelem, & ponuntur principes, qui nati sunt de Ismahele, ponuntur etiam principes nati de Abraham ex vxore sua Cethura, de quibus Gen. 17. & 12. & 15. ponitur ẽt deriuatio generationis Abraham per Isaac, & qũo Isaac genuit Esau, & ponũtur filii eius: De hoc Gen. 35. Omnes aũt istæ generationes in breui enarrantur in hoc c. deinde cõtinuatur generatio in Iacob, qui fuit filius Isaac, & q̃a tota posteritas Iacob fuit populus Dei, diligentius enarrauit scriptura de posteris Iacob, quam de omnibus præcedentibus. Habuit autem Iacob duodecim filios, a quibus deriuatę sunt duodecim progenies, & de qualibet istarum enarrat hic scriptura. Et quia Esdras scripsit librum istum, continuauit istas generationes vsque ad tempus suum. Et quia, licet primogenitus inter filios Iacob fuerit Ruben, tamen dignior omnium fuit Iudas propter principatum regalem, quem accepit, vt patet infra: primo describitur generatio sua, & etiam magis diligenter scriptura enarrat illam, quam genealogiam aliarum tribuum. Fuit autẽ in tribu Dauid duplex linea, vna, de qua non descenderunt reges, & alia de qua descenderunt: de prima infra 4. c. Illa autem, de qua descenderunt reges continuatur dupliciter, quia primo continuatur incipiendo a Iuda vsque ad Dauid, in quo cęperunt reges esse de domo Iuda: secundo continuatur a tempore, quo cęperunt reges vsq; ad tempus Esdrę, quod fuit post reditum de Babylone. De primo habetur sequenti c. de secundo habetur infra 3. reliquę autem tribus continuantur in progeniebus suis. Et quia tribus Simeon habebat sortem simul cum tribu Iuda intra sortem illius, vt patet Iosue 19. posuit simul Esdras continuationem prolis Simeon cum tribu Iuda infra 4. c. deinde redit ad cõtinuandum lineam Ruben, qui fuit primogenitus Iacob infra 5. c. Et quia Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse acceperunt sortes simul in terra duorum regum Amorrhęorum ad orientalem partem Iordanis: Nume. 32. & Iosue 13. posuit continuationem generationis istarum tribuum simul infra 5. c. Deinde, quia post Ruben, & Simeõ Leui erat maior inter omnes filios Iacob, continuat generationem illius infra 6. c. & in hoc magis diligenter se habet, enarrando singula, vnde ponit primo successionem pontificum, s. qui fuerint pontifices, incipiendo ab Aaron primo pontifice vsque ad captiuitatem Babylonis, & postea tempore suo. Ponit ẽt deriuationẽ progeniei sacerdotum minorũ. Ponit etiam progenies Leuitarum tres, s. Caathitarũ, Gersonitarũ, Merraritarũ, & omniũ istorum ponit officia, & ẽt omniũ tam sacerdotum quam Leuitarum ponit vrbes nominatim, quas acceperunt in singulis tribubus, deinde redit ad enarrandum continuationem progeniei aliarum tribuũ, & ponit de Issachar, & Dan, & Asser, & Manasse, & Ephraim 7. c. Posuit autem continuationem progeniei Beniamin infra 8. cap. de Nephtali quoque ponit infra 7. c. deinde specialiter posuit statum Leuitarum, & sacerdotum post reditum de Babylone, quem habuerunt vsque ad tempus, quo scriptus est iste liber, de quo infra 9. capitu. & sic finit cõtinuatio progenierum, quæ deficiebat in aliis libris, & post hoc immediate capitul. 10. incipit suppletio historiarum omissarum in libris Regum, & incipit a morte Saulis.

Circa primum dicitur. *Adam*. Hic incipit continuatio generationum sacrę Scripturę, & incipit ab Adam, quia ipse fuit primus parens, & vocatur Adã in hebręo, ideſt excisus de terra, quia Adã in hebręo interpretatur terra, vt ait Iosephus 1. Antiqui. Adam dicitur quasi Edom, ideſt rubeus: nam eędem literę ponuntur in hebręo pro Adam, & pro Edom, & solum differunt in punctis, & tamẽ Edom significat rubeũ, vt patet Gen. 25. cum dicitur, quòd vocatum est nomen eius Edom, quia desiderauit comedere lenticulam rufam, vel rubeam, vnde Iosephus vbi supra ait. Hic autem homo Adam vocatus est, quod nomen hebraica lingua signat rubeus, q̃m cõsperſa rubea terra factus est. talis est. n. virgo tellus, & vera. Vixit autẽ Adam annis non gentis, & triginta, vt patet Gen. 5. c. *Seth*. Iste fuit filius Adæ tertius, quia ante eum genuerat Cain, & Abel, & vocatus est Seth, ideſt positio, q̃a in natiuitate eius dixit Adam: Posuit mihi dominus semen aliud, p Abel, Gen. 4. c. Vixit aũt Seth annis nõgentis, & duodecim, vt patet Gen. 5. Iste aũt fuit pater oĩum hoĩum, qui nũc in sęculo sunt, quia Cain filius Adę non reliquit semen post diluuium, quia oẽs de ꝓgenie sua mortui sunt in diluuio. Abel aũt nullum genuit, quia anteq̃ gigneret occisus est a fratre suo, iõ aliqñ qñ scriptura vult noĩare oẽs hoĩes, noĩat eos sub hoc noĩe Seth, vt patet Nu. 24. s. Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth. Fuit autem iste Seth gloriosus nimis, vnde laudatur super omnes homines. Ecc. 49. cum dicitur Seth, & Sẽ, hi apud hoĩes omnes

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes gloriam adepti sunt,& super oẽm animam in origene Adam. *Enos.* Iste fuit filius Seth,& debet subintelligi in oĩbus istis genuit,ſ. Adam genuit Seth, & Seth genuit Enos, & sic de oĩbus vsque ad Noe: Iste Enos vixit annis nongentis, & quinq;. *Cainã.* Iste fuit filius Enos.& vixit nongentis, & decem.Gen.5.

Malaleel. Iste fuit filius Cainam, & vixit annis octin gentis nonaginta, & quinque. *Iareth.* Iste fuit filius Malaleel, & vixit Iared non gentis sexaginta duobus annis:Gen. 5.*Henoch.* Iste fuit filius Iared, & eum esset annorum trecẽtorum sexaginta quinque,placuit Domino,& tulit eum Deus, nec apparuit vltra inter homines: Gen. 5. Iste Henoch fuit melior omnibus hominibus primæ ætatis,ſante diluuium, & ideo Deus potius rapuit illũ,& posuit in Paradiſo,vt patet Eccl.ſ. Henoch placuit Deo,& translatus est in Paradiſum, vt det gentibus penitentiam. laudatur etiam ſuper omnes homines:Eccel.49. ſ. Nemo natus est in terra, qualis Henoch: nam & ipse receptus est a terra. De isto Henoch quantæ ætatis nunc sit, & in quali diſpositione, & qualiter manet in Paradiſo terrestri, & quid ibi facit,& quid in fine ſeculi facturus est, declaratum est latè 4.Reg.12. *Mathuſale.* Iste fuit filius Henoch, & nullus hoĩum ad tantã ętatem peruenit, ſicut Mathuſale: nam vixit annis nongentis ſexaginta nouẽ Gen.5.*Lamech.* Iste fuit filius Mathuſale, & non est iste ille Lamech,qui acceperit duas vxores, ſ. Sellam, & Adam, & occidit Cain, & conqueſtus est de vxoribus ſuis, de quo Gen.4. nam ille fuit de progenie Cain,iste autem,de quo hic dicitur fuit de progenie Seth.Gene.4. vixit autem Lamech valde minori ꝑte quã pater ſuus Mathuſale, & quã alii prędecentes: nam ſolũ vixit annis ſeptingentis ſeptuaginta ſeptem:Gen.5. *Noe.* Iste fuit filius Lamech,& iste fuit partim in prima ętate ſeculi, & partim in ſecunda: nam anni ſexcenti, quibus vixit Noe ante diluuium vt patet Gen.7.fuerunt de prima ętate ſeculi,anni autem trecenti quinquaginta,quibus vixit poſt diluuiũ Gen.9 fuerunt de ſecũda ętate ſeculi,quæ incępit in diluuio.Iste aũt Noe quaſi ꝓpheticè vocatus fuit Noe, ꝙa Noe in Hebræo interpretatr requies,& sic dixit pater Noe,ſ.Lamech.Iste ꝓſolabit nos ab opibus,& laboribus manuũ noſtrarum in terra, cui maledixit dominus, vocauitq; nomen eius Noe: Gen.5. qũo aũt ille dederit requiẽ aliis hoĩbus,declaratũ est ibidem, de magnitudine aũt ætatis virorũ illorũ, qũo ad tantum tps posset peruenire cũ nunc, & ẽt poſt diluuiũ vix peruenĩant hoĩes aliqñ ad centũ annos, & qualiter accipiant illi anni,an essent minores quã anni noſtri,declaratũ est Gen.5.de hoc ẽt Ioſephus lib.1.Antiq.ait.Nullus ergo ad vitã modernam, & annorum breuitatẽ, quibus nunc viuimus vitã antiquorũ cõparans putet falſa qua de illis sunt dicta,& ex eo, ꝙ nũc vita tanto non ducatur tpe, credat neq; illos ad vitæ illius longitudinẽ peruenisse. Et subdit cãs cum ait. Illi namq; cũ essent religioſi, & ab ipſo Deo facti, & cum eis pabula opportuniora ad maius tps existerẽt præparata,tantorũ annorũ circulis tite viuebant. Deinde ꝓp virtutes, & glorioſas vtilitates, quas iugiter meditabantur, ideſt aſtrologiam, & geometriam, Deus eis amplius viuendi ſolacia condonauit,quę nũ quã ante ediſcere potuiſſent, niſi ſexcentis viuerent annis: per tot enim annorũ curricula magnus annus impletur.Teſtes n.huius dicti sunt oẽs, qui antiquitatem apud Grecos ſcripſerunt:nam & Manethon,qui deſcriptionem facit Aegyptiorum, & Beroſus, qui Chaldaicam deflorauit,& Mochus,& Eſtius.Adhęc, & Hieronymus Aegyptius,qui Phęnicam hiſtoriam diſpoſuerunt, concordant cũ meis dictis,Heſiodus quoque,& Egatheus,& Hellanecus, & Accuſilaus, & inter hos Ephorus, & Nicolaus in hiſtoriis ſuis memoriam faciunt antiquorum annis mille viuentium.

Quare enarratur ſolum continuatio generationis per lineam Seth. Quæſt. II.

QVAERITVR quare non enarratur hic alia continuatio generationis ab Adam vſq; ad diluuium,niſi per lineam Seth. Rñdendum,ꝙ Adam multos filios habuit,vt pate: Gen.5.cum dr, ꝙ poſtquam genuit Seth,genuit filios,& filias, & tñ ſolum trium iſtorum ponuntur noĩa,ſ.Cain,Abel, & Seth, non ꝓbnitur autem aliqua ſucceſſio Abel, eo ꝙ non genuit filios, ſed antequã gigneret mortuus est: nõdum.n.peruenerat ad ętatem,in qua gigneret fm cõditionem illius tpis, vt declaratũ est Gen.4. Cain aũt filios multos,& filias habuit,& ẽt ſucceſſores vſq; ad diluuiũ, in diluuio aũt oẽ genus eius periit cum ſolũ remanſerit Noe cum tribus filiis ſuis,& quatuor vxoribus eorum. Noe tñ non erat de ſtirpe Cain, ſed de ſtirpe Seth,& ideo ꝓp duo ſubticetur ſtirps Cain.Primo quia oẽs de ſtirpe illa fuerunt iniqui, vt ait Ioſephus primo Antiq.de Cain,ſ. Multã ergo terrã peragrans cũ vxore ſua collocatus est in loco, qui Naida nũcupatur, vbi moratus est, ĩ quo ẽt ei filii nati sunt. At vero pęnã illam nõ habuit pro emendatione, ſed pro incremento mali, libidinemq; potius nutriuit in corpore,licet cũ iniuria ſecũ commorantiũ hanc haberet, augens domũ multitudine pecuniarũ ex rapinis,& violentia congeſtarũ. Ad luxuriã quoq;, & latrocinia ſuos familiares inuitans, quorum doctor in ſceleſtis ſtudijs erat,& ſimplicitatẽ quidẽ,cũ qua priꝰ viuebant hoĩes ad inuentionẽ menſurarũ,& ponderũ permutauit,integramque eorũ vitã ex eorum rerum ignorãtia,& magnanimitate ad calliditatẽ, corruptionemq; ꝓduxit, terminos terræ primus poſuit ciuitatesq; ꝓſtituit murisq; muniuit, & illuc ſuos domeſticos ꝓuenire coegit. Et poſtea oẽs deprauati in ꝓgenie Cain, ſic vſq; ad diluuiũ permãserũt, in quo penitus cõſumpti ſunt.Nõ ergo curauit ſcriptura de eis memoriã agere. Scãm fuit, ꝙa ſcriptura cœpit enarrare generationes ab Adã, vt ꝓtinuaret poſtea illas vſq; ad tps Eſdrę,qui libruũ iſtum ſcripſit,& tñ generatio Cain nõ poterat ꝓtinuari cũ ſolũ ꝓueniret vſque ad diluuiũ, nõ ſupfluũ videbat illã repetere. Alii aũt filii fuerũt Adę cũ dicatur,ꝙ genuit filios,& filias poſtquã genuit Seth:Gen.5. & tñ de iſtis nulla mentio fit hic ex eadem cauſa, ex qua ſubticetur de filiis Cain,ſ.quia non proceſſerit iſtorũ linea,niſi vſque ad diluuium,& tunc omnes perierint.

Quare ſcriptura non facit mentionem de filijs Cain. Quæſt. III.

QVAERITVR vlterius qũo nõ facit hic ſcriptura mentione de filiis Cain, cum fecerit mentionem de eis in Geneſi, & quare nõ fecit mentionẽ de aliis filiis,& filiabus Adæ, ꝙa de his videbat maiorũ. De primo patet,ꝙa non vr ſtare rõ aſſignata præced.qõne, ſ.ꝙ ꝓp peccatum nõ fuerit hic tactum de ſtirpe Cain,& etiam, quia in diluuio conſumpta est. Nam ꝓp eaſdem rõnes non debuiſſet fieri aliqua mẽtio de ea in Geneſi.De ſecundo patet, quia potius videtur,ꝙ deberęt hic fieri mentio de illis filiis,& filiabus Adę,de quibus Gen.5.tangitur,& non exprimũtur nomina eorum, nec ſucceſſiones, quia liber iſte eſt ſuppletiuus eorum,quę omiſſa ſunt in aliis libris, vt ait Herony.in Epiſtola ad Paulinum c.7.& in prologo Galeato,vbi iſtum librum vocat chronicon totius ſacrę Scripturę, iõ potius debuerat facere mentionẽ de illis generationibus, quæ tactę fuerunt in Geneſi

Geneſi quam de illis,quæ ibi expreſsę ſunt.Ad primũ dicendũ, ꝙ non oportuit hic fieri mentionem aliquã de progenie Cain ꝓp duas rõnes aſſignatas,& cũ obiicitur, ꝙ eodem mõ non debuiſſet fieri mentio de illis in Geneſi:dicendum,ꝙ non est ſimile, quia ibi decuit fieri mentionem de illis,hic aũt nequaquã.Ratio diuerſitatis est,quia verũ est,ꝙ ſcriptura in Geneſi intendebat enarrare principaliter progeniem illã, quæ ẽt poſt diluuiũ continuata est, & vſq; hodie cõtinuatur,& quantum ad hoc non expediebat fieri mentionẽ aliquã de ſtirpe Cain,quia de illa nihil manſit poſt diluuium,quia tñ nos nihil ſcimus de eis,quæ acciderunt a principio orbis,niſi per ea,quę ſcripta ſunt in ſacra Scriptura, cũ de illis nullus hiſtoriographus meminerit, debuit in ſacra Scriptura tangi de aliis filiis, & filiabus Adæ, & aliorum ſucceſſorum ſuorum ad hoc,ꝙ ſciremus prędictos quorum nomina expreſſa ſunt in ſacra ſcriptura alios fuiſſe, qui tpe primę ætatis vixerunt. Ad hoc tamen non oportebat,ꝙ enarrarentur actus eorum, vel quòd continuarentur progenies,vel exprimerentur nomina,ſed ſaltem, quòd diceretur,ꝙ fuerint, & iſte modus est Gen.5. nã poſtquam Adam genuit Seth, dicitur ꝙ genuit filios, & filias,& non exprimuntur nomina eorum,nec numerus,ſic ẽt de quolibet alio ſucceſſore Adæ exprimitur ibi, ꝙ genuerit vnum filiũ, & poſtea dr genuit filios, & filias,non expreſſo numero,& noĩe, & rõ est,quia per illos, qui ſubticentur nõ erat linea hominum extendenda poſt diluuium. Fuit tñ neceſſe exprimi, ꝙ aliqui alii geniti eſſent prędictis illos, qui nominãtur ibi ad intellectionem ſacrę Scripturę:nã fit mentio Gen. 6.de diluuio, ꝙ omnis caro corruperat viam ſuam,& ibi colligitur,ꝙ multi homines eſſent tunc, qui diluuio perierunt, & tñ ſi non putaremus eſſe plures quã eos, de quibus fit mentio diceremus ſolum tempore diluuii fuiſſe tres viros,& quatuor fęminas: nam iam mortui erant cęteri, de quibus expreſſe fit mentio in ſcriptura, Gen.c.5. Propter iſtos tñ quatuor nõ fuiſſet factum diluuium,quia erant viri boni,& Deus liberauit eos in diluuio,ergo oportebat eſſe plures tunc, & vt hoc intelligeretur debuit Scriptura nominare ſaltem in generali aliquos fuiſſe prędictos, qui expreſſe nominantur.De Cain autem dicendum, ꝙ decuit ipſum nominari expreſſe,quia Scriptura ſacra ad hoc facta est, vt per eam erudiamur quãtum ad ea omnia agibilia, quæ poſſunt nos in Deũ dirigere,dicente Apoſtolo 2. ad Timo.3. Oĩs ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis est ad docendum,ad arguendum,ad corripiẽdum,ad erudiendum in iuſtitia,vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus. Et tamen enarrari ea,quę pertinebãt ad Cain valde vtile erat:primo, vt cognoſceretur ſtatus, & modus viuẽdi hominum ab exordio ſeculi, ſ.ꝙ Cain cępit eſſe vir agricola, & Abel cępit eſſe paſtor,Gene.4.Secundo, & principalius, vt oſtendatur quomodo cultus Dei fuit a principio in hominibus, & quòd diuerſimode colebatur,ſ. quilibet homo colebat eum iuxta genus officii ſui,nã Cain offerebat domino de frugibus ſuis in ſacrificiũ, Abel autem de primogenitis gregis ſui: Gene.4. Tertio, vt oſtenderetur, quomodo Deus varie acceptat homines colentes ſe, & quòd cultus Dei magis conſiſtat in intentione quam in exteriori opere: nã Deus reſpexit ad Abel,& ad munera eius,quia bona intentione offerebat,ad Cain autem, & ad munera eius nõ aſpexit, quia non tam bona intentione offerebat eodem cap. Quarto fuit hoc ad oſtendẽdum quomodo a principio orbis peccata cœperint, & quomodo inuidia est grauiſſimum peccatum, & quòd interdum inter coniunctiſſimos ſanguine faciat magnas diſcordias vſque ad effuſionem ſadguinis: nam Cain & Abel fuerunt primi duo fratres in ſęculo: & tamen Cain occidit Abel pp inuidiã. Gen. 4. Quintò ponit ad indicandum, ꝙ Deus curam habeat de factis nris,& ꝙ puniat nos pro malis operibus:nã puniuit Cain pro occiſione fratris ſui:nam dixit ei, Nunc igit maledictus eris ſuper terrã, q̃ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam,non dabit tibi fructus ſuos: vagus & profugus eris ſuper terrã oĩbus diebus vitæ tuæ.Et poſtea pp hoc ſequuta est mors Cain:Gen.4. c.Sextò fuit hoc ad ſignificandũ, ꝙ delicta nra valde diſplicent Deo,& dicunt clamare ad Deũ,vindictam petendo.Gen.4. Cum dixit Deus ad Cain. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.Sic ẽt alia peccata magna dicuntur clamare ad Deũ: ſicut patet de peccato Sodomitarũ, de quo Gen.18. dr ex perſona Dei,Deſcendã,& videbo vtrũ clamorẽ, qui venit ad me opere compleuerint. Dr ẽt clamare ad Deũ violentia,& defraudatio mercedis facta proximo,vt patet Iacobi 5. Ecce merces operariorum,qui meſſuerunt regiones veſtras, q̃ fraudata est a vobis clamat, & clamor ipſorum in aures Dñi Sabaoth introiuit. Propter hęc oĩa valde expediẽs fuit, ꝙ Scriptura mẽtionem faceret de actibus Cain enarrando illos,quia alioquin magna eruditio fuiſſet nobis ſubtracta,& non ſolum debuit Cain noĩari,& exprimi facta ſua, ſed ẽt progenies ſua debuit enarrari non quantũ ad oẽs,ſed vna linea.ſ.illa, de qua deſcendit Lamech. Primo,quia Deus pnũciauerat pęnam ꝙ Cain: Gen. 4.& quia ſi Scriptura poſtea non exprimeret an pœna fuiſſet ſibi inflicta neſciretur an inflicta eſſet, vel an Deus remiſiſſet ei,& cum iſte eſſet primus librorum ſacræ Scripturæ,qui legeret eum,& nondum legiſſet in alijs neſciens conditionẽ Dei,putaret,ꝙ forte Deus aliqua promittebat,quæ non faciebat, & ad hoc debuit exprimi qũo pœna pronunciata a Deo euenit,& ad hoc oportuit, ꝙ filij Cain enarrarentur vſque ad Lamech,quia ipſe fuit,qui occidit Cain, vt colligitur Gen.4.& ob hoc timuit ille,ꝙ Deus puniret eum grauiter pro occiſione Cain,& retulit verba Dei contra Cain loquens ad vxores ſuas: Geneſ.4. Audite vocem meam vxores Lamech: auſcultate ſermonem meum:quoniam occidi virum in vulnus meum,& adoleſcentulum in liuorem meum:ſeptuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech vero ſeptuagies ſepties. Secundum fuit, quia Scriptura voluit oſtendere mutationem conſuetudinis factam in prima ætate circa matrimonium. Nam cõſuetudo erat omnibus hominibus,ꝙ quilibet acciperet vnicã vxorem.Iſtã aũt ꝓſuetudinẽ primus mutauit Lamech, qui fuit de ſtirpe Cain.Nam dr de eo,ꝙ accepit duas vxores nomen vni Ada,& alteri nomẽ Sella: Gen.4. & dę nullo alio in tota prima ætate mentio fit, ꝙ acceperit duas vxores, vel plures: ideo conueniens erat enarrari ſucceſſionem Cain vſque ad Lamech, vt diceretur de eo qũo accepiſſet duas vxores.

Tertium fuit, quia Scriptura volebat oſtendere probitates illas, quæ fuerunt in hominibus primæ ætatis:cum Ioſephus dicat primo Antiq. ꝙ propter hoc Deus ſpecialiter eis magnam vitam dabat, vt pciosas virtutes inuenirent, ſcilicet, Aſtrologiam, & Geometriam, & quia viri de ſtirpe Cain inuenerunt aliquas prcioſas artes,decuit progeniem Cain enarrari vſquequo peruueniretur ad illos, qui inuenerunt iſtas artes: nam Lamech habuit tres filios, ſcilicet, Iahel, & Thubal, & Thubal Cain, Iahel inuenit artem paſtorum, & fuit pater habitantium in tentorijs: Thubal autem inuenit artem Muſicæ: nam ipſe fuit pater canentium in cythara,& organo: Thubal Cain verò fuit malleator,& faber in cuncta opera C.8. circa prin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

opera çris,& ferri: Gen.4. Si autem non fuisset enarra F
ta progenies Cain, non potuisset enarrari de inuẽtio-
ne istarum artium, ideo propter hoc Scriptura sacra
continuauit progeniem Cain. Et patet, q̃ ista fuerit
causa, quia q̃n peruenit enarratio ad istos, nõ curauit
Moyses vltra aliquos enarrare de stirpe Cain, licet
forte plures fuerint vsque ad diluuium in stirpe illa.

Ad f̃m cum dicebatur, q̃ potius debuisset hic ex-
primi de illis, quos scriptura tacuit in Genesi, quam
de illis, qui expressi sunt ibi, & tamen de aliis filiis A-
dę tacuit ibi scriptura nominans eos solum in gene-
rali.

Dicendum, q̃ de eis non debuit fieri hic mẽtio ali-
qua p̃ rõnem supra assignatam. Et cum arguitur, q̃
potius deberet de illis exprimi hic, dicendum q̃ non G
est verum, quia quam quã iste liber sit suppletiuus eo-
rũ, quæ in aliis libris expressa non sunt, tñ nõ est sup-
pletiuus, nisi eorum, quæ erant necessaria, & ibi tace-
bantur, & exprimi generationem aliorũ filiorũ Adę
præter istos, de q̃bus expressum est, non erat necessa-
riũ, quia quãquã illi tacerentur nõ oriebatur aliquod
dubiũ in scriptura. Etiã non oportebat enarrare illos,
quia nõ sequebat̃ aliqua vtilitas, cũ nõ fuerit genera-
Instantia contra rñsionem. tio eorũ continuata post diluuium. Sed tunc dicetur,
quare non fuit saltem enarratum de istis, sicut de pro-
genie Cain, quia illa non fuit continuata post diluuiũ,
& tñ enarrauit de illa generationes aliquas Scriptura,
Post med. cap. respõsio ad instã tiam. Gen.4. Rñdendum, q̃ nõ fuit simile, quia proles Cain
ọtinuata fuit in scriptura, vt enarrarentur aliqui actus
Cain, & prolis suę, qui erant valde opportuni ad hoc, H
q̃ scriberentur in sacra Scriptura, vt supra declaratũ
fuit, & tñ in aliis filiis Adæ, & successorum suorũ non
euenerunt aliqua similia, quę conueniens esset expri-
mi in sacra Scriptura, iõ non expressit scriptura nomi
na illorum, nec continuauit progenies. *Sem, Cham, & Iapheth.* Isti tres fuerũt filii Noe, & in istis non debet
intelligi, sicut in p̃cedentibus, quia ibi prior erat pa-
ter seq. & subintelligebatur semper genuit. Isti autem
tres fuerunt frãtres, s. filii Noe, & genuit eos Noe cũ
esset annorũ quingentorũ: Gen.5. s. Noe vero cũ quin
gentorũ esset annorũ genuit Sẽ, Chã, & Iapheth, &
non est intelligẽdum, q̃ in illo anno quingentesimo I
vitæ Noe geniti fuerint isti tres, sed q̃ ante annum il-
lum nullum genuerat, & tunc genuit primum eorũ,
s. Sem, & deinde alios duos.

Noe iuxta populos, & nationes suas, ab his diuisæ
sunt gentes in terra post diluuium. Etiam isti habue
runt diuersa idiomata, & secundum q̃ fuerunt variæ
gentes ita variæ linguę ortæ sunt. Fuerunt autem
idiomata septuaginta duo, quia generationes trium
filiorum Noe fuerunt septuaginta duæ, quæ haben-
tur Genes. 10. & hic in litera, scilicet, quindecim ge-
nerationes de Iapheth, & triginta de Cham, & vigin
ti septem de Sem: totidem enim ponuntur filij, &
successores eorum expressi: & quando narrata est ge
neratio cuiuslibet de filijs Noe subditur, quomodo
omnes illi habuerũt diuersas linguas. Nam Gen.10.
postquam positæ sunt quindecim generationes Ia-
pheth sequitur. Ab his diuisæ sunt insulæ gentium
in regionibus suis vnusquisque secundum linguam
suam, & familias suas in nationibus suis. Postea autẽ
eodem cap. descriptis triginta generationibus Chã,
sequit̃. Hi sunt filij Chã in cognationibus, & linguis,
& generationibus, terrisque, & gentibus suis. deinde
descriptis vigintiseptem generationibus Sem, sequi-
tur. Isti sunt filij Sem secundum cognationes, & lin-
guas, & regiones in gentibus suis. Et cum isti fuerũt
septuaginta duo, necesse est esse in toto orbe septua-
ginta duo idiomata: si autẽ aliqua alia sunt idioma-
ta præter illa, non sunt proprie idiomata, nec fuerũt
cuncta in confusione Babylonica, sed postea gentes
illa ad placitum inuenerunt, siue quodam artificio
polierunt, sicut est idioma Latinorum, & Græcorũ:
nam ista computantur inter septuaginta duo, & ta-
men totus ornatus istorum idiomatum factus est ar-
tificio humano, scilicet, varietas terminationis per di
uersas terminationes, & diuersos casus, & numeros,
quod non reperitur in Hebræo, nec in aliquo de
alijs idiomatibus, quia illa fuerunt introducta a Deo
in confusione linguæ: græcum autem idioma & La-
tinum artificio humano decorem acceperunt: sic ait
Iosephus primo Antiqui. scilicet. Nomina siquidem
propter Scripturæ decorem, Græci ad delectationẽ
legentium mutauerunt: neque enim prouinciæ no-
stræ est huiusmodi formis vti, sed licet vnum qui-
dem schema, & finis nominum sit vnus: vltimas ta-
men nominum syllabas aliter illi declinant. De La-
tino autem idiomate idem est, quia Latini originem
declinationum suarum, & totius ornatus partium a
Græcis acceperunt, vt ait Priscianus in prologo ma-
ioris voluminis. Sciendum autem quòd generatio-
nes istorum trium filiorum Noe occupauerunt di-
uersas partes orbis, vnde Alquilius, & quidam alij
communiter tenent quòd filij Sem Asiam occupa-
uerunt, filij Cham Aphricam, & filij Iapheth Eu-
ropam, vt refert Historia Scholast. Et tamen hoc nõ
stat: nam manifestum est, quòd maior pars filiorum
Cham tenuit terram Asię. Nam Chanaan filius
Cham genuit Sidonem primogenitum suum, He-
thęum, Iebusęum, Amorrhęum, Gergesęum, He-
uęum, Arachęum, Cinęum, & Aradium, Sama-
rę̃um, & Amathęum: Genes. 10. & tamen omnes
isti habitauerunt in Asia: nam ibidem dicitur. Fa-
cti sunt termini Chanaam venientibus a Sidone Ie-
zarã vsq; Gazã: donec ingrediaris Sodomã. Et tñ oĩa
ista loca sunt in Asia vltra mare Mediterraneũ, quod
diuidit Asiã ab Africa, & Europa. Etiã patet, q̃ He-
bręi acceperunt terrã oĩum Chananęorũ, quã Deus
eis p̃misit: Gen.15. & tñ cõstat, q̃ terra p̃missionis, q̃
est terra Chanaã, in qua est Ierusalẽ, est in Asia circa
Occidentalem partem Asię: vnde mare Mediterra-
neũ quod diuidit Asiã ab Africa, & Europa claudit
totã terrã Chanaã ab Occidente: Nu.34. ideo nõ põt
poni sic diuisio triũ partium orbis p̃ tres filios Noe.
Sed magis videtur dicendum, quòd filij Iapheth,
pro

Filii *Iapheth*, & Gomer, & Magog, Ma-
dai, & Iauan, Thubal, Mosoch, Thiras. Por-
ro filii Gomer Ascenez, & Riphat, & Tho-
gorma. Filii autem Iauan, Elisa, et Tharsis C
thim, & Dodanim.

Filij Iapheth. Hic ponitur f̃m huius cap. in quo per
tres filios Noe deducitur vsque ad Abraham, & quã-
quam nõ fuerit primogenitus eorum Iapheth, tñ ge-
nus eius prius hic exprimit̃, deinde aliorũ duorũ. K

De habitudine, & progeniebus filiorum Noe. Quæst. IIII.

QVAERITVR aũt circa habitudinem istorum
triũ filiorũ Noe, & de p̃geniebus eorũ. Rñdẽ-
dum est, q̃ ab istis tribus filiis Noe totũ genus
humanũ, qđ nũc est, & qđ iã periit multiplicatũ est:
nam in diluuio solũ fuerũt saluati isti tres cũ p̃re suo
Noe, & cũ quatuor vxoribus eorum. Sic enim dicit
beatus Petrus, q̃ octo aĩę solum saluę factę sunt per
aquã. Vt patet prima Petri c.3. postea aũt isti multipli-
cauerunt prolẽ multam nimis, & sic repleuerunt om
nem terram. Sic enim dicitur Gene.10. Hę familię

pro maiori parte tenuerunt insulas diuersarum terra- A
rum. Tota aũt terra continens habitata fuit à filijs Sẽ,
& Cham, vnde Gen. 10. positis quindecim gñationi-
bus Iapheth dicitur. Ab his diuisę sunt insulę gentiũ
in regionibus suis, de filijs aũt Cham, & Iapheth nihil
dicitur de insulis, sed dicitur. Hi sunt filij Cham in co-
gnationibus, & linguis, & generationibus terrisque
suis, & gentibus. Et de filijs Sem dicitur. Isti sunt filij
Sem f̃m cognationes, & linguas, & regiones in genti
bus suis. Iosephus aũt 1. Antiq. declarat hoc magis, di-
cens, q̃ filij Iapheth tenuerunt septentrionalem pla-
gam à Tauro, & Aman montibus Cilicię, & Syrię vs-
que ad fluuiũ Thanaim: in Europa vero vsq; Gazira,
filij verò Cham à prouincia Syria, & Amã, & Libano B
monte cunctas terras obtinuerunt quęcunq; sunt ver
sus mare posit̃ apprehendentes etiã eas q̃ vsq; ad O-
ceanum sunt, & proprias facientes appellationes: filij
Iosephus Antiq. ap. 14. in princip. vero Sem habitauerunt seorsum in Asia ab Euphra-
te facientes initium. & sic fere nulli de filijs Sem ha-
bitauerunt extra Asiã, & tñ multi de filijs Iapheth ha
bitauerunt in Asia, sed plurimi eorum occupauerunt
fere totam Europã, filij quoq; Cham pro magna par-
te habitauerunt in Asia, & tñ maior pars eorum occu
pauit fere totam Africam, postea tñ multę de genti-
bus istis mutauerunt sedes propter bella, & alias cau-
sas transeuntes ad alias regiones. Considerandum vl-
terius, q̃ quamquam sacra scriptura solum describat
tres filios Noe, & ab his totum genus humanum dis- C
seminatum: Gen. 10. tñ Methodius martyr in libro,
quem fecit de obadibus, i. millenarijs, in quo descri-
psit gesta ętatum sęculi per modum prophetię & hi-
storiæ per millenarios, asserit q̃ ante diluuium solum
habuit Noe tres filios, s. Sem, Cham, Iapheth, & tamẽ
post diluuium habuit quartum, s. Ionitum, de quo sic
ait: centesimo anno tertię chiliadis natus est Noe si-
milis in similitudinem eius, & vocauit eum Ionitum,
trecentesimo anno dedit Noe donationes filio suo
Ionito, & misit eũ in terrã Ethã, & intrauit eã Ionitus
vsq; ad mare quod dr̃ Eliocora, i. solis regio. Iste acce-
pit à domino donum sapientię, & inuenit Astrono-
miã, ad quem veniens Nemrod gigas eruditus est ab
eo, & accepit ab eo consilium in quibus regnare pos- D
set. iste Ionitus futuros quosdam euentus p̃uidit, &
maxime de ortu triũ regnorũ, & occasu eorũ per suc-
cessionẽ. Quod planius prophetauit Daniel, & p̃dixit discipulo suo Nẽrod, q̃ primi regnarent de Chã,
de quo Belus rex Babyloniorum descendit. Postea
de stirpe eius Parthi, & Medi, & Persę, & Græci, & po
stea de Iapheth Romani, & sic rediens Nemrod à Io
nito accensus amore dominandi sollicitauit genus
Sem, vt imperaret alijs, quia erat primogenitus, sed
noluit, ideo transiuit ad stirpem Cham, q̃ę acquie-
uit, & regnauit inter eos in Babylone.

De nominibus gentium à tribus filijs Noe deriuatarum: Quæst. V.

QVAERITVR vlterius de nominibus istarũ E
gentium deriuatarum à tribus filijs Noe.
Respondendum, q̃ sicut declaratum fuit
p̃cedenti quæstione, fuerunt septuaginta
generationes à totidẽ successoribus filiorum Noe, &
habuerunt totidem idiomata, & q̃libet gens habebat
nomen primi fundatoris, vtpote de Gomer filio Ia-
pheth vocarentur Gomeritę, & de Magog Magogę,
vel Magogitę, & de Madai Medi, & sic de cęteris. Ista
aũt nomina fuerunt à principio in omnibus istis gen-
tibus, sed postea multa istarum variata sunt ex diuer-
sis causis, aliarum autem gentium nomina vsque
hodie manent. Precipuæ autem causæ mutatio-
nis nominum fuerunt duæ, vel tres. Prima fuit pro-
pter bella, nam quædã gentes pugnantes contra alias
interdum omnino destruebant eas, ita vt non mane-
ret nec saltem nomen illarum gentium. Aliquando
autem gentes victrices conuertebãt victas ad nomẽ
suum, & hoc sępe fit: sic enim rex Aegypti quando
vicit hebręos, & constituit regẽ Ioakim mutauit no-
men eius cum prius vocaretur Eliacim 4. Reg. 23. sic
etiam Nabucodonosor quando subiecit hebręos, &
constituit in regem Sedeciam mutauit nomen eius
cum prius vocaretur Matthanias 4. Reg. 24. sic etiam
de gentibus victis fit, quę sępe nomen accipiunt à vi-
ctoribus, sicut Perseus filius Iouis, & Danaes natus
in Græcia cum iuisset in Asiam, quasdam gentes suo
subiecit impio, easque Persas vocauit cum prius alio
nomine vocarentur. Interdum etiam gentes propter
bella mutabant sedes, & tunc quoque nomina cum
regionibus perdebant: sic enim Israelitæ habitantes
in terra Samariæ cum translati fuissent in Assyrios à
Salmanasar rege Assyriorum, nomen antiquum per-
diderunt, & iam non Israelitę, sed Medi, vel Assyrij
appellabantur, de alijs quoque gentibus similiter fa-
ctum est, sic enim ait Rabanus, & Glosordina. hic,
quòd multæ gentes de stirpe quam bello Ethiopico
subuersæ nomen antiquum perdiderunt.

Secunda causa fuit voluntas, nam quibusdam
gentibus ex tempore visum est melius esse, quòd
alia nomina haberent, & ideo priora nomina muta-
uerunt.

Tertia causa fuit, & potissima, auctoritas historio-
graphorum Græcorum: ipsi enim sunt antiquiores,
qui historias scripserunt, & imposuerũt nomina gen
tibus iuxta voluntatem suam: postea autem cęteri
historiographi gentium, ne viderentur ignorasse, qđ
Græci sciebant, eisdem nominibus vsi sunt, & sic vs-
que hodie permanent illa nomina in omnibus histo-
rijs, & etiam pro magna parte in sacra scriptura. Hoc
autem fecerunt Græci ad ostendendum gloriam suã,
vt per hoc viderentur quasi omnibus gẽtibus domi-
nari: cum omnibus illis tanquam rebus suis nomina
posuissent. Istas causas tangit Iosephus primo Antiq.
dicens. Aliquæ gentes ab institutoribus positas appel
lationes hactenus seruant. Quædam verò placita sibi
noĩa mutauerũt. Alij autem vt in habitatoribus cla-
rius esse visum est, conuersionem nominum fecerũt.
Græci tamẽ sunt rei huius auctores, qui posteris tem
poribus confortati, etiã antiquorum gloriam propriã
effecerunt, & gentes nominibus exornauerunt, vt eis
sapiens videbatur esse: ornatum vtique ponentes eo-
rum reipublicę, velut a se constitutæ.

Filij Iapheth. Diuiditur in tres partes secundum
quòd prosequitur scriptura hic generationem Noe
per tres filios eius, scilicet per Iapheth, Chã, & Sem,
& primo ponuntur duæ progenies, quæ continuan-
dæ non erant: deinde ponitur progenies Sem, quæ
cõtinuatur in scriptura. Nam de progenie Sem de-
scenderunt Patriarchę, & omnes hebræi, & illam
enarrat scriptura continuando per posteros Iudæo-
rum, aliæ autem duæ progenies, licet tangantur hic,
tamen postea non enarrantur continuè, quia nihil
attinebant ad populum Dei, secunda ibi. *Filij Cham*.
Tertia ibi. *Filij Sem*. Circa primum dicitur filij Ia-
pheth, scilicet, omnes isti, qui sequuntur: nam ipse
habuit filios sept. m, & nepotes octo, & sic sunt ge-
nerationes quindecim, de omnibus istis dicit Iose-
phus primo Antiquitatũ, Iapheth Noe filius habuit
filios septem: habitauerunt isti regionem à Tauro,
& Aman mõtibus incipientẽ, & pertingentẽ in Asiã
vsque ad flumen Tanaim. In Europa verò terra Ga-
zirorũ. De his aũt Hierony. & Raba. & Glo. or. dicunt
quasi

Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi id quod Ioſephus, ſcilicet, ꝙ in Aſia à Tauro, & Aman montibus Cilicię vſque ad Tahaim tenent. In Europa vero vſque ad Gadara nomina locis, & gentibus relinquentes, ex quibus poſtea permutata ſunt plurima, cętera autem permanent.

Galatę vn de ortu.

Gomer. Iſte eſt primus filius Iapheth, & ab iſto nominatę ſunt gentes a principio Gomeritę, poſtea autem nomen mutauerunt, & vocantur Galatę à Græcis. De hoc Ioſephus primo Antiqu. ait: In Europa vero terra Gazirorum cum nullus eorum, qui ſupradicti ſunt ibidem habitator extiterit, gentes eius diuerſis ſe nominibus appellant, qui nunc à Græcis Galatę nuncupantur, olim vero dicti ſunt Gomeritę, quos Gomer inſtituit. Aliq volunt, ꝙ poſteri Gomer prius Galatiam, q̄ in Græcia ē habitauerint, & nominauerint, poſtea aūt Galliam tenuerint, & ex ſimilitudine Galatarum terram Galliam, & habitatores Gallos appellauerint.

Sed falſum eſt, prius enim iſti Gomeritę tenuerunt terras Galliarum, deinde Galli Senones cum duce ſuo Brenio tota fere Italia ſubiecta in Græciam trā ſierunt, & ibi à rege Bithinię in auxilium contra hoſtes vocati in mercedem laboris quandam partem regni huius habitandam acceperunt, quam ex nomine ſuo, & Græcorum Gallogræciam, ideſt Græciam habitatam a Gallis appellauerunt, Græci tamen illam poſtea Galatiam vocauerunt, & ſic vſque hodie vocatur, & habitatores eius Galatę, & iſti ſunt ad quos ſcribit Apoſtolus Epiſtolam ad Galatas, teſtis eſt Iſidorus, & plurimi hiſtoriographorum.

Magog. Iſte eſt ſecūdus filius Iapheth, & ab iſto appellati ſunt Scythę, qui habitant in Aſia apud quos eſt terra Amazonum ſicut vult Glo. ord. inter linearis. Ioſephus etiam primo Antiq. ait: Magog verò Magogas à ſe nominatos inſtituit, iſti à Græcis Scythę ſunt appellati.

Madai. Tertius filius Iapheth, à quo Medi appellantur, vt ait Glo. inter linearis, ſic etiam Ioſephus primo Antiq.

Et Iauan. Iſte eſt quartus filius Iapheth à quo Græci appellantur, vt ait Glo. ord. inter linearis. Ioſephus I autem dicit, quòd à Iano omnes Ionij helladicique deſcenderunt. Sciendum autem, quòd quamquam Hebręi Iauan accipiant pro Græcia, tamen non ſignificat omnem terram Græcorū, ſed quandam partem eius, ſcilicet gentem illam, quæ Ionica appellatur, & dicuntur Ioues pulchriori nomine quaſi Iauanes.

Eſt autem vna de quinque gentibus Græcię, quæ habent quinque idiomata, ſic enim ait Ebrardus.

Atticus, Eolicus, Doricus, Ionicuſque Boetus,
Græcorum quinque ſunt idiomata verè.

Neſcientes tamen diſtinguere, Iauan pro tota Græcia accipiunt.

Thubal. Quintus filius eſt Iapheth à quo nominati ſunt Hiſpani, ſic ait communis poſitio hiſtoriographorum, ſic etiam Ioſephus primo Antiq. ait quòd Thubal condidit primo Iobelos, qui noſtris temporibus Hiberi appellantur, & tamen Hiberia, Hiſpania eſt, non eſt tamen credendum, quòd tota Hiſpania à Thubal populata ſit, niſi poſtea magnæ mutationes factæ fuerint propter bella, vel alias, quia Thubal vnicum idioma habuit, & vnicam gentem nominauit cum dicatur de omnibus iſtis Geneſis decimo, quòd omnes in ſuis linguis fuerunt, ideſt quilibet habuit vnum idioma diſtinctum ab alio, & tamen in Hiſpania fuerunt multæ linguæ à principio, & ſunt: ideo non ſolus Thubal terram iſtam habitaret, ſed aliæ gētes cum eo venirent. verumtamen eſt, quòd Thubal fuit princeps habitatorum Hiſpaniæ: nam, vt referūt Iſidorus, & Lucas Todēſis, & Ioānes Aegidij zamorenſis, poſt diuiſionem linguarum in Babylone diſperſis omnibus, qui ibi erant, quibuſlibet cum ſimilibus linguę ſuę Thubal cum multis alijs vſque ad montes Pyreneos, qui ſunt clauſtra Hiſpanię peruenit: habitauitque ibi in terra, quæ nunc Nauara dicit, & prius Carpentania appellabatur, & tunc terra iſta Cęthubalia populata eſt a cętu Thubal, ideſt a multitudine, quæ veniebat cum Thubal: deinde Thubal, & ſui ſequaces à montibus Pyreneis deſcendentes & & extendentes ſe verſus occidentem venerunt, vt habitarent iuxta fluuium Hiberum, qui vulgariter Hebrio dicitur, & ab illo nomen aſſumpſerunt prius, vt vocarentur Celtiberes, & terra vocaretur Celtiberia. F

G Et erat iam iſtud nomen corruptum ex tribus: nam prius corruptum & compoſitum erat ex duobus, cū dicebamus Cęthubalia a cętu, & Thubal: poſtea vero a cętu, & Hibero fluuio celtiberia dicta eſt: deinde aūt perdito iſto noīe a ſolo fluuio Hibero terra Hiberia a populis appellata eſt, & habitatores Hiberes, vel Hiberi. Et iſtud nomen frequentatum eſt apud hiſtoriographos, & poetas: deinde habitatores terræ huius videntes, ꝙ ſtella, quā Venerē appellamus, & Græci Heſperū appellant, poſt iuga Pirenęi montis, apud quem ipſi habitabant per noctem occultaretur, terrā ex noīe eius Heſperiam appellauerūt, & iſtud nomē valde placuit poetis, & ab eis frequētatur, & iſtud nomen māſit regioni quouſque in eam Hercules venit: H qui ſubiecto Gerione rege terram Græcis ſubditam reliquit, & a quodam principe nomine Span relicto ab Hercule Hiſpania nomen aſſumpſit, quod vſque hodie a vulgaribus frequentatur: de quibuslibet aūt gētibus alijs ſic poſſumus exiſtimare, ꝙ multę nominum mutationes apud eas fuerint, quæ cognoſci non poſſunt niſi per proprias hiſtorias gentiū. Et licet dixerimus Hiſpanos vocatos a Thubal: aliqui tamen putant Thubal nō Hiſpaniam, ſed Italiam populaſſe: ſic enim ait Rabanus, & Glo. ordi. ſ. Thubal Hiberes, qui & Hiſpani, a quibus Celtiberia, populauit: licet quidam Italos ſuſpicentur. *Moſoch.* Sextus filius Iapheth, & nominantur ab eo Cappadoces. Eſt autem Cappadocia in Aſia iuxta Pamphyliam non longe a terra Iudæorum. Habitauerūt aūt prius Cappadoces iuxta terrā Iſrael: de quo in Deutero. Nam ipſi exierunt de terra ſua, & occiderunt partem Heueorum, qui habitabant in terra Chanaan, & tenuerūt terram ipſorum. Rabanus enim & glo. ordi. dicunt Cappadoces a Moſoch deſcēdiſſe, & ſeptuaginta interpretes Capturim Cappadoces arbitrātur, de hoc Ioſeph' primo Antiqui. ait: Moga primū verò dicebatur, quę poſtea Cappadocia, nūc aūt Cęſarea a Romanis hoc ſortito vocabulo, i. a Cęſare Græcique appellātur Moſchini Amochin appellati ſunt, qui nūc Cappadoces noīantur quorum antiquę appellationis ſignū oſtenditur. Nā ciuitas eſt apud eos, quę hactenus Moſcha K dicitur: oſtendens intelligere volētibus, ꝙ aliqñ oēs gētes regionis ipſius ita vocatę ſūt. *Thyrus.* Septimus, & vltimus filius Iapheth: a quo Thyrij appellati ſunt: eſt enim Thyrus ciuitas nobilis in Phęnicia, & pertinet ad terram Chanaan, quæ tradita fuit Iudęis: vnde Thyrus ponitur in ſorte Aſer: Ioſue 19. Floruit autē iſta ciuitas nimis olim in negociationibus per mare, & laudes magnæ eius ponuntur per Ezechielem vigeſimoſeptimo cap. De hac Ioſephus primo Antiquitatum ait. Thyras autem Thyrenſes appellauit ſuos, quorum princeps fuit, a quibus Græci Graium nomen commutauerunt.

Porro filij Gomer. Supra poſiti ſunt ſeptem filij Iapheth a quibus ſeptem gentes deriuatæ ſunt: hic autem ponūtur nepotes eius, quia etiam ab illis noīatæ ſunt gentes diſtinctę a gentibus, quas nominauerunt patres

patres earum, & quia Gomer fuit primus filiorum Ia- A
pheth ponuntur tres filij eius primo. *Aſenz.* Iſte eſt primus filius Gomer, & ab iſto appellatæ ſunt quædam gentes iuxta Græciam Rhegini, & terra eorum Rheginum dicitur, de quibus aliquando Ariſt. tangit 2. Politicorum. De hoc Ioſephus primo Antiqui. ait quòd Aſtenagas filius quidem Gomer Aſtinegos inſtituit, qui nunc Rhegini vocantur a Græcis. *Riphat.* Iſte eſt ſecundus filius Gomer, & ab iſto nominati ſunt Paphlagones habitātes in Aſia iuxta montes Riphęos. De his Ioſephus ait primo Antiquit. Riphat autem Riphęos cōdidit, qui dicuntur Paphlagones, & montes Riphęi, apud quos ipſi habitant a nomine eorum antiquo, ſcilicet, Riphat vſque hodie appellantur.

B *Et Thogorma.* Iſte eſt tertius filius Gomer, & ab iſto nominati ſunt Phryges: eſt enim quędam terra, quæ vocatur Phrygia iuxta Pamphylias, de qua Actuum ſecundo: ſic enim vult Glo. ordin. interlinearis, & in terra iſta Phrygiæ eſt ciuitas Troiana. Iſte Thogorma vocatur apud Ioſephum Tygran: & dicit de eo Tygran verò Tygranęos inſtituit, qui Phryges a Græcis appellati ſunt: iſti deſcendentes de Thogorma habitauerunt in quibuſdam inſulis, & abundabant in equis, & mulis, ſic patet Ezechiel vigeſimoſeptimo, cum loquitur Ezechiel ad vrbem Tyri, ſcilicet: De domo Thogorma equos, & equites, & mulos adduxerunt ad forum tuum.

C *Filij autem Iauan.* Iſte Iauan fuit filius Iapheth quartus, & habuit ipſe filios quatuor, ſcilicet, Heliſa, Tharſis, Cethim, Dodanim, & etiam iſti habitauerunt partim in Aſia, partim in Europa.

Heliſa. Iſte eſt primus filius Iauan, a quo nominati ſunt quidam populi Eliſęi, poſtea tamen Aeolij appellantur, & morantur in Græcia: vnde Aeolij habēt vnum de quinque idiomatibus Græcorum, de quibus dicit Ebrardus:

Atticus Eolicus, Doricus, Ionicuſque, Boetus,
Græcorum quinque ſunt idiomata verè.

Iſte Heliſa apud Ioſephum primo Antiquitatum vocatur Heliſas, & dicit de eo: Heliſas Heliſęos vocauit eos quorum princeps fuit, qui nunc Aeolij nuncupantur: Iſti tamen adhuc apud Hebręos vocantur D
ſemper Heliſa: & quamquam Græci, & aliæ gentes mutauerunt nomina antiqua populorum non mutauerunt illa Hebręi, ſed ſicut Moyſes nominauerat gētes iſtas, ita poſtea prophetę nominauerūt: quamquā iam mutata eſſent a gentibus. Habitant autem deſcēdentes de Heliſa in quibuſdam inſulis, & abundat inter eos Iacynthus, & purpura, & iſta ducebāt per mare ad Tyrum. De hoc Ezechiel 27. ſcilicet, Iacynthus, & purpura de inſulis Heliſa facta ſunt operimentum tuum. *Tharſis.* Iſte eſt ſecundus filius Iauan, & ab iſto nominati ſunt Cilices, qui habitāt in Aſia: vnde ciuitas apud eos eſt, quę vocatur Tharſis, vt ait Rabanus, & Glo. ord. fuit autem Paulus Apoſtolus de illa vrbe Tharſis, vel Tharſo: ſic. n. ipſe ait: Ego enim a Tharſo E
Cilicię non ignotę ciuitatis municeps. De hoc Ioſephus primo Anti. ait. Tharſis vero Tharſos appellauit ſic enim Antiquitus Cilicia vocabatur: Tharſus enim apud eos maxima ciuitatum metropolis eſt. Vocatur autem terra iſta ſemper Tharſis apud Hebręos, ſic. n. dicitur 3. Re. 10. ꝙ mittebat Salomon in Tharſis negociatores ſemel per tres annos, & deferebant inde aurum, & argentum, & dētes elephantorū, & ſimias, & pauos. Sic. n. dī. 2. lib. Paralip. c. 20. ꝙ mittebat Ioſaphat naues, vt irent in Tharſis, feceruntque claſſem in Aſiongaber. *Cethim.* Iſte eſt tertius filius Iauan, & ab eo nominata eſt inſula Cypri: vocatur tamen ſemper in hebręo iſta inſula Cethim, ſic enim patet Hier. 2. cum dicitur: Tranſite ad inſulas Cethim, & videte, & in Cedar mittite, & nō eſt nomen vnius inſulę, ſed multarum: eſt autem Cyprus nō longe a Ieruſalem. De hoc Ioſephus primo Antiqui. ait: Cethim autem Cethini inſulam habuit, quę nunc dicitur Cyprus, & ab eo omnes inſulę, & maritima loca Cethim hebraicè nominantur. Teſtis enim eſt ſermonis mei vna in Cypro ciuitatum, quę antiquā appellationem voluit retinere: Cithis enim ab his, qui Græcum ei nomen impoſuerunt, vocatur. *Et Dodanim.* Iſte eſt vltimus filiorum Iauan, de quo nihil Ioſephus loquitur, immo nec computat eum inter filios Iauan dicēs eos fuiſſe fratres, cum ſcriptura quatuor nominet. Ab iſto Dodanim appellati ſunt Rhodij, qui habitant in inſula B
Rhodos, quæ eſt vna de Cicladibus, & in ea fuit olim magnus conuentus nauigatorum negociantium, & ibi leges illę, quæ Rhodię appellantur conditæ ſunt: pertinet autem iſta inſula ad Græciam, & tamen iſti adhuc vocantur in Hebręo Dodanim, & erant etiam negociatores per mare: ſic enim vocat eos Ezechiel, vt patet Ezech. 27.

Quare ponitur proles quorundam filiorum Iaphet faciens populos, & aliorum non. Quæſt. VI.

QVAERITVR circa iſtos filios Iapheth quomodo ponitur quorundam ipſorum proles faciēs populos, & aliorum nō: nam Iapheth habuit ſeptem filios, vt patet in litera, & tñ non ponuntur gentes aliquę nominatæ a filiis aliorum Iapheth, niſi duorum tantum ſ. Gomer, & Iauan.

Aliquis dicet, ꝙ a filiis iſtorū, qui nominantur hic non fuerunt aliquæ gentes deſcendentes eo, ꝙ illi filii Iapheth mortui ſunt ſine liberis, ſ. ꝙ nullus illorum habuit filios prętер Gomer, & Iauan.

Sed dicendum, ꝙ hoc non ſtat, quia neceſſe eſt, ꝙ a quolibet filiorum ſeptem Iapheth nominata fuerit aliqua gens, quia Gen. 10. nominantur ſeptem filii Iapheth, & ſeptē nepotes, ſicut hic, & poſtea ſubditur. Ab his diuiſę ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis, vnuſquiſque ſecundum linguam ſuam, & familias in nationibus ſuis. Ergo quilibet illorum nominatorū ibi habuit aliquam familiam a ſe deriuatam, & aliqđ idioma, quod non poterat eſſe ſi aliquis iſtorum moreretur ſine liberis.

Dicendū ergo, ꝙ quilibet de ſeptem filiis Iapheth habuit aliquos filios ſuccedētes ſibi, & iſi nō oēs illi noīauerunt gentes, ſcriptura aūt non vult nominare, niſi illos a quibus deriuatæ ſunt gentes aliquæ diſtinctæ ab aliis, quæ haberēt idiomata propria. Patet hoc, quia Gen. 10. vbi ponūtur oēs generationes triū filiorum Noe dī in fine generationis vniuſcuiuſque, ꝙ illi fuerunt in gentibus ſuis vnuſquiſque ſm linguam ſuam. Et quia ſi ſcriptura narraſſet oēs deſcendentes ab iſtis, aliqui eorum vocauiſſent gentes de noīe ſuo, & feciſſent varia idiomata, & alii non, voluit ſolum nominare illos quorum poſteri habuerunt idiomata diſtincta ab idiomatibus aliarum, & ſic quia filii quinque filiorū Iapheth, ſ. Magog, Madai, Thubal, & Moſoch, & Thiras non condiderunt populos habentes idiomata diſtincta a populis, quos cōdiderunt patres ſui, non nominauerunt aliquas gentes diſtinctas a gētibus, quas nominauerunt patres eorum, ſed manſerunt in familiis ipſorum. Alii autem quorum filii nominantur, habuerunt diuerſos populos, & idiomata, ſcilicet, quòd alii fuerunt populi nominati a patribus, & alii a filiis. Idem dicendum eſt de filiis Cham, & Sem, quia ex aliquibus filiis Cham, & Sem ponuntur nepotes, ex aliis autem non, eadem ratione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

An potuit esse, quod patres aliquas gentes nominarent, & alias filij. Quæst. VII.

QVAERITVR vlterius quo potuit esse, q̃ patres nolãrẽt gẽtes aliquas, & filii alias, vtpote, q̃ Gomer nominaret gentem vnam, & tres filij eius nominarent tres gentes distinctas à gente nominata à Gomer. Sic etiam de Iauan, & quatuor filijs suis. Nã vr̃ hoc impossibile, quia gens quęcunque deriuatur ab aliquo principio, & cõtinuatur per successionem posterorum, & tñ pater non habet alios posteros, nisi filios, ergo non possunt filij nominare gentes diuersas a gente nominata a patre: vel si filij nominant diuersas gentes, pater nullam poterit nominare, quia nullus esset in quo continuaretur ista nominatio cum filij G sui habeant nominationes aliarum gentium.

Respondendum est, q̃ non potest nominari vna gens a patre, & q̃ a quolibet filiorum alia gens nominetur. Sed dicendum, q̃ quandocũque a patre nominatur aliqua gens, & a filijs nominantur alię, oportet esse plures filios, quam gentes nominatas ab eis, vtpote si pater nominat vnã gentem, & habet filios sex, potuerunt illi nominare solum quinque gentes, & vnus filius illorum non nominauit aliquam gentẽ, sed cõtinuabitur per illum successio illius gentis, quę a patre suo nominatur: sic enim esset hic de Gomer: nam ipse nominauit vnam gentem, & dicitur, q̃ habuit tres filios. s. Aſenez Riphat, & Thogorma, & ab H istis nominatę sunt tres gentes. Dicendum tamẽ est, q̃ ad minus ipse habuit quatuor filios, & exprimunt hic nomina trium, qui nominauerunt gentes speciales distinctas a gente patris, nomen autem quarti filij non exprimitur eo, q̃ ille non nominauit aliquam gentem specialem, sed mansit in eo, & in posteritate eius nomen gentis nominatę a patre suo Gomer. sic etiam fuit de Iauan. Nam dicitur hic, quòd habuit quatuor filios, quorum nomina exprimuntur, intelligendum est tamẽ, q̃ habuerit ad minus quinque, vel plures, & a quinto, qui non nominatur non fuit aliqua gens specialiter nominata, sed in illa continuatũ fuit nomen gentis nominatæ a patre suo Iauan.

Sciendum autem, q̃ filij Iapheth possederunt ferè omnes insulas orbis, cum dicatur Gen. 10. Enarrata posteritate Iapheth ab his diuisę sunt insulę gentium I in nationibus suis, & regionibus. Historiographi tñ gentium volũt omnes insulas orbis fere a Grecis occupatas. Sic enim ait Rabanus. s. Dodanim Rhodios condidit: sic enim septuaginta Interpretes transtulerunt. Legamus Varronis de antiquitatibus libros, & summi Catonis, & Grecũ Phlegerõta, cęteroſque, & videbimus pœne omnes insulas, & totius orbis litora, terrasque maritimas Grecis accolis occupatas, qui auamã, & thauro montibus, omnia maritima vsque ad Oceanum possederunt.

Filij Cham, Chus, & Mesraim, & Phut, & K Chanaan. Filij autem Chus, Saba, & Heuila, Sabatha, & Regma, & Sabathacha. Porro filij Regma Saba, & Dadan. Chus autem genuit Nemrod. Iste cœpit esse potens in terra. Mesraim vero genuit Ludim.

Filij Cham. Hic ponitur progenies secũdi filij Noe, scilicet Cham. Habuit autem Cham filios sex, & nepotes fere viginti quatuor, & ex omnibus his tam filijs, quam nepotibus nominatę sunt gentes triginta, quæ habuerunt triginta idiomata: habitauerunt autẽ isti pro magna parte in Asia: maxima tamen pars eorum Aphricam occupauit, de hoc Iosephus, 1. c. 7. Antiqui. ait. Filij autem Cham a prouincia Syria, & Aman, & Libano montibus cunctas terras obtinuerunt, quęcunque sunt versus mare posite, apprehendentes etiam eas, quę vsque ad Oceanum sunt, & proprias facientes appellationes, tamen aliorum quidem nomina omnino perierunt, aliorum autem transmutata, & transformata nimis ignota sunt. *Chus.* Iste est primus filius Cham, & ab hoc nominati sunt Aethiopes, sic. n. dicit Iosephus, 1. Antiquit. scilicet Aethiopes quorum princeps fuit Chus, hactenus a semetipsis, & ab omnibus Asianis Chusei vocantur.

Et Mesraim. Iste est secundus filius Chamet: ab isto nominati sunt Aegyptij, vnde in Hebręo sępissime Mesraim pro Aegypto ponitur, immo vbicũque nos habemus Aegyptum in sacra Scriptura Hebræi habent Mesraim, siue vt proprius dicatur, Mizraima. Iosephus tamen primo Antiqui. dicit, quòd istud nomen adhuc seruatur apud Aegyptios, nam quædam ciuitas eorum Merseis appellatur, & ibi fuit magnũ studium olim, & de hoc dicit Hierony. in Epistola ad Paulinum, quòd iuit Pytagoras ad Memphiticos vates. Est autem ista ciuitas famosa in Aegypto, & nominat eam Isaias, quando loquitur contra Aegyptum, scilicet: Emarcuerunt principes Mempheos. Isa. 19. & vult Iosephus, quò ponatur in Greco Merseis loco huius, quod in Hebræo dicitur Mensraim. *Phut.* Iste est tertius filius Cham, & ab isto nominata est Lybia, de hoc Rabanus ait, & glo. or. Phut Lybies nominauit. a quo, & Mauritanię fluuius dicitur Phut, & regio Phutensis. Multi autem scriptores tam Greci, quam Latini huius rei testes sunt. De hoc Iosephus Antiqui. 1. ait, Instituit autem, & Phut Lybiam Phutos a se nominans prouinciales. Est etiam, & fluuius in Mauritania prouincia, qui isto nomine nuncupatur, vnde & plurimos Grecorum Historiographorum inuenimus huius fluminis memoriam facientes, & ex adiacenti prouincia, quę Phut vocatur ei nomen impositum. Mutatum est autem nomen ei, quod nunc est ab vno filiorum Mersaim, qui Lybius dictus est.

Et Chanaan. Ab hoc nominati sunt Chananęi. Pro quo sciendum, quòd Chananęus accipitur dupliciter in scriptura, aliquando pro omnibus septem populis, quorum terram acceperunt Israelitę, aliquando autẽ accipitur pro vno populo illorũ, qui specialiter Chananęus vocabatur. Et sciendum, quòd iste populus nõ vocatus fuit Chananęus specialiter ab aliquo de filijs Chanaan, sicut alij sex populi, scilicet Heuęi, Hethæi, Iebusęi, & cęteri, qui nominati fuerunt a sex filijs Chanaan, quorum nomina ponuntur hic, sed nominatus est ab ipso Chanaan.

Sciendum etiam, quòd iste Chanaan fuit maledictus a Noe auo suo. Nam quando ipse bibito vino ebrius iacebat nudatis verendis, filius suus Cham irrisit eum, & alij duo maiores, scilicet Sem, & Iapheth cooperuerũt verenda patris vultibus auersis, & tunc Noe maledixit Chanaan, dicens: Maledictus Chanaan puer, seruus seruorum erit fratrum suorum, Gen. 9. & non maledixit Cham, qui malum fecerat, sed filio eius minimo, scilicet Chanaã, & dicit Iosephus. 1. Antiqui. quòd hoc fecit propter cognationem immediatam ad filium, non enim maledixit ei, sed nepoti, & ideo vocantur omnes Chananęi semen maledictum ab initio, vt patet Sapientia duodecimo, scilicet: Semẽ enim erat maledictum ab initio, nec tumens aliquem, veniam dabas peccatis eorum. Et ista maledictio fuit, quę inflicta fuit in principio generis sui, scilicet ipsi Chanaan. *Filij autem Chus.* Hic redit scriptura ad pœnendum nepotes, & pronepotes, ex quibus deriuatę

uatę sunt gentes multæ, & ponit prima proles ipsius A Chus, quia iste fuit primogenitus Chã: *Saba.* Habuit Chus filios sex, & primus eorum fuit Saba, & prętet hoc nominatur postea alius Nerod. Et sciendum, q̃ ponitur hic bis Saba, & sunt nomina diuersa, vnde scribuntur per diuersas literas apud Hebręos, nam Saba hic scribitur per Samech, & inf. scribitur per Sin. est autem Samech durioris prolationis, quam Sin: Ab isto Saba nominata est gens Sabęorum, quæ moratur in Arabia, & apud istos est multum de Thure: ideo poetę quando loquuntur de thure ponunt connotatum eius, quod sit Sabęum, quasi in regione Saba sit plus de thure, quam in alijs regionibus, vel sit B illud precio sius, quam alia thura.

Et Heuila. Iste est secundus filius Chus, & ab isto nominati sunt Heuilęi, qui nunc Getuli appellantur, vt ait Iosephus primo Antiq. morantur isti Getuli in Africa: Aliqui tamen putant, quòd gentes nominatę ab Heuila morentur ad partem oriẽtalem Asiæ circa Indiam: nam vocatur quędã terra Heuilath in Oriente Indię, vnde Gen. 2. dr̃ q̃ primus fluuius para disi vocat Phison, ipse est qui circuit terrã Heuilath, vbi nascitur aurum, & aurum terrę illius optimũ est, & tñ hoc non est verum, quia tota terra orientalis Asię occupata fuit à filijs Sem, & ipsi tenuerunt terrã Heuilath cum alijs prouincijs orientalibus, filij autẽ Cham non tenuerunt de Asia, nisi partem occidentalem eius declinando versus meridiem. Et ideo dicendum, q̃ Heuila Getulos nominauit, vt dictũ est. *Et Sabatha.* Tertius filius Chus, ab isto nominati sunt etiam Sabęi, vel magis Sabarheni, qui secũdùm Grecos Vstabarri appellantur, & est gens distincta ab illis Sabęis, apud quos multum est de thure.

Regma. Iste est alius filius Chus, & ab eo nominatæ sunt gentes quædam, quæ Rameę dicuntur, vt ait Iosephus primo Antiq. Et de hoc dicit, q̃ habuit duos filios, de quibus infra dicetur. *Et Fabatacha.* Quintus filius Chus, à quo nominata est quędam gens, sed illius nomen iam apud nos non manet, nec etiam Iosephus recolit illius, quia plurimę istarum gentiũ bel lo Aethiopię subuersę sunt, & obliuionem priorũ no D minum habuerunt, vel poterit esse, q̃ gens ista totaliter perijt, & sic nomẽ & populus simul esse desierũt. *Porro filij Regma.* Hic ponuntur pronepotes Cham: nã Regma nepos eius fuit. Dicit Iosephus de his duob⁹ nominans eos alijs nominibus, s. Iudas, & Sabath, & ait q̃ Iudas Aegyptiacam gentem Hesperiorum inhabitans, Iudęis quidem cognomen suum reliquit. *Saba.* Iste est primus filius Regma, & ab isto vocantur Sabathęi, vt ait Iosephus primo Antiq. Et isti sunt populi distincti ab omnibus præcedentibus, & scribitur hic Saba cum Sin, & supra scribebatur cum Samech, isti Sabathęi, & etiam Regma, à quibus ipsi descendunt, habitant in terra Thurifera, vnde ipsi per mare ferebant thus, & alia aromata in vrbem Tyrum ad vẽ dendum, vt patet Ezech. 27. cum dr̃: Venditores tui E Saba, & Regma, ipsi negociatores tui cum vniuersis primis aromatibus, & lapide precioso, & auro quod proposuerunt in mercatu tuo.

Et Dadan. Iste est secundus filius Regma, & Iosephus vocat eum Iudam, & tamen Scriptura sacra semper vocat eum Dadan, & nominatæ sunt ab eo quædam gentes, quarum nomen Latinum non habemus, nec Grecum, sed nomen sacrę scripturæ, scilicet Dadan, & isti morantur apud Arabiam, & abundant in dentibus eburneis, & hebeninis, & similibus, de quibus ducebant in vrbem Tyrum, & vendebant, de his patet Ezech. 27. scilicet Filij Dadã negociatores tui, insulę mul tæ negociatio manus tuæ: dentes

ninos commutauerunt in precio tuo. Et iterum dicitur. Dedan institores tui in tapetibus ad sedẽdum. *Chus autem genuit Nemrod.* Iste Nemrod fuit etiam de filijs Chus, & non fuit supra numeratus cum illis, sed interpositis filijs Regma mentio fit de eo, & ideo aliqui dubitant an Nemrod fuerit de filijs Cham, vel de filijs Sem, & tamen dubium eorum non est rationabile, quia patet hic, q̃ fuit filius Chus, & tamen filius Chus fuit Chã, vt patet supra, sed fortè scriptura locuta est de Nemrod per se tanq̃ volens proponere aliquod speciale, quia iste fuit prięceps magnus, quod non accidit alicui de alijs filijs Cham. *Iste cœpit potens esse in terra.* Iste Nemrod fuit primus homo, qui in terra cœpit habere principatum, nam ante istum homines æquali lege viuebant, nullum principem aut dominum cognoscentes: iste autem cępit dominari inter cęteros, & post eum fuerunt alij reges.

Qualis fuerit status Nemrod. Quæst. VIII.

QVAERITVR de statu istius Nemrod. Respõdendum, q̃ iste fuit de filijs Chus, & accepit regnum in Babylone. Describit autem modũ Methodius martyr in libro Chyliadum, idest millenariorũ, q̃ Nemrod iuit ad Ionitum quartum filium Noe, de quo supra diximus, & eruditus est ab eo accepitque cõsilium in quibus regnare posset, prædixitque ei de ortu trium regnorum, & q̃ prius regnum esse debebat in stirpe Cham, deinde in stirpe Sem: postea in filijs Iapheth: tunc accẽsus desiderio regnandi venit ad suos, & sollicitauit eos, accepitque inter eos principatum, vnde ipse fuit princeps in Babylone, quando ædificata est turris. Considerãdum tamẽ pro hoc, q̃ mox vt diluuium cessauit egredientes homines de arca habitauerunt multo tempore in montibus Armeniæ, qui sunt altissimi: non audẽtes descendere ad plana, eo q̃ timebant diluuium iterum venturum, & erant ibi in loco securiori quàm in plano, & tunc tres filij Noe principes cęterorum compulerunt illos ad plana descendere, cũ ipsi primo descendissent, & tunc venerunt in campum Sennar, in quo Babylon ædificata est, Gẽ. 11. de hoc Iosephus primo Antiq. modus autem veniẽdi fuit, sicut narrat Philo Iudæus in libro suarum quæstionũ super Gen. s. q̃ ex tribus filijs Noe adhuc ipso viuente nati sunt viginti quatuor millia virorum præter mulieres, & paruulos habentes super se duces tres, nam filij Sem habuerũt Iechan in ducem: filij Cham habuerunt Nemrod: filij Iapheth habuerunt Suphene: post obitum vero Noe conuenerunt duces cum agminibus suis in campum Sennar, vt ibi ciuitatem construerent: cum autem ædificarent, diuisit Deus linguas eorum & mutauit effigies, & nõ cognouit quisque fratrem suum, nec intellexit linguam proximi sui. Cum autem magistri artificum lapides peterent, ministri aquam afferebant, & cum illi aquam quærebant, alij afferebãt stipulã, & sic frustrati cogitatione sua cessauerũt ędificare. Tunc diuisi sunt omnes hoies, qui ibi erant, & dispersi fuerunt per terras, & Nemrod mãsit in Babylone, vbi erat ciuitas ædificata, & turris, & fuit ibi rex: Iste fuit primus rex seculi, & ab isto cęperunt oẽs alij reges, & fuit regnũ istius regnũ Assyriorum. Post hũc autem regnauit filius eius Belus, ideo vocatur Belus Nemrodides, idest filius Nemrod: postea autem regnauit Ninus filius Beli: iste autem fuit, qui primus bella instituit ꝑ diuersas gentes, vt eas suo subijceret impio, cuius vxor fuit Semiramis regina Babyloniis, [illegible] multas gẽtes imperio subiecit, nã

Aethio-

Aethiopibus bellum intulit. Ista desiderio regnandi accepit filium suum in matrimonium, ne ipso accipiente aliam vxorem, desineret ipsa regnare: & ad occultandum quadam honestate legis ignominiam suam, legem tulit, vt liceret cuicunque mulieri filium suum in maritum accipere, vt ait Paulus Orosius primo de Orme sta mundi. Ab hoc enim tempore incipiunt enarrare omnes antiqui historiographi, quia gesta priora occulta nimis fuerunt propter ruditatem illius seculi, & nisi Sacra scriptura de illis egisset, nihil omnino nobis cognitum esset. De isto autem Nemrod, qui fuit post omnium principum terræ, dicitur Gen. 10. quòd cepit esse potens, & Robustus venator coram Domino, idest oppressor hominum: nam subijciebat eos violenter principatui suo, & hoc publicè, quod dicitur fieri coram Domino. Vel ipse erat Robustus venator cōtra Dominum, quia faciebat homines superbos contra Deum: de hoc Iosephus Antiqui. primo
cap.8.in fi. & cap.9. ait: Deo autem iubente eos ad crementum hominū peruenire dispersi sunt, qui congregati erant in Babylone, ne inter se dissensiones efficerent, sed vt multa colentes spacia terrarum, abundantia fructuum potirentur. Qui cum essent ineruditi, & Deo inobedientes existerent, in calamitatibus incidentes, sua grauiter peccata senserunt, & quia iuuentutis multitudine feruebant, rursus Deus eos abinuicem migrare fecit: quoniam non illius propitiatione putabant se habere bona, sed propriam fortitudinem causam sibi credebant esse diuitiarum: vnde apposuerunt, vt voluntati Dei inobedientes existerent, putantes quòd per inuidiā Dei ab inuicem separarētur, vt diuisi possent Deo facilius subiugari. Fecit autem eos esse elatos ad injuriam Dei, & contemptum Nemrod filius Cham filij Noe, q̄ cum esset audacior, & manu fortissimus, suadebat eis, vt non Deo ascriberent, quia hominibus per illum felicitas eueniret: sed hoc eis propria virtute prēberetur, & cognatos generis sui ad causam Tyrannidis adduxit, solus ipse prēsumēs homines a Dei timore reuocare, & spem suam in propria virtute ponere, vlcisci que contra Deum putabant comminantem terræ diluuium: ob quam causam turrem ædificandam altiorem suadebant, vt aqua non posset ascēdere. *Mesraim vero.* Iste est secundus filius Cham, & ponitur hic progenies sua. *Genuit Ludim.* Aliqui putant ab isto Ludim dictos fuisse Lydos, & tamen positio contraria est Iosephi, & aliorum historiographū dicentium Lydos esse de genere Sem, a quodam, qui vocabatur Lud. Ideo dicendum quòd ab isto Ludim aliqua gens nominata est, sed nomen eius nunc apud Latinos, & Græcos ignoratur, testante Iosepho libro primo Antiqui.

Et Anamim, & Laabim, & Nephtuim, Phetrusim quoque, & Chasluim, de quibus egressi sunt Philisthijm, & Caphtorim.

Et Anamim. Ab isto nominata fuit quædam gens, cuius eodem modo nomen ignoratur. *Et Laabim.* Ab isto nominata est prouincia quædam Labia, de quo Iosephus primo Antiqui. ait: Solus Laabim a se prouinciam Labiam nominauit. *Et Nephtuim.* Aliqua gens est, cuius nomen apud Latinos, & Græcos ignoratur: & tamen iste tres gentes, scilicet, Ludim, Laabim, & Nephtuim, & etiam quarta, scilicet, Anamim habuerunt sedes apud terram Chanaan: debellatæ tamen sunt in bello. De his dicit Rabanus, & glo. ordi. quòd de omnibus gentibus descendentibus de Mesraim exceptis Laabim, a quibus Lybies nominati sunt, qui prius Putei, & Caslum dicebantur, quæ postea Philisthijm dicti sunt. Cęterę gentes ignotæ sunt nobis, quia bello Aethiopico subuersæ in oblitionem prēterierunt eorum nominum peruenerūt, & possederunt terram, quæ est ab vrbe Gaza, quę est in terra Philisthinorum, vsque ad extremos terminos Aegypti. *Petrusim quoque, & Casluim.* Isti sunt duo viri filij Mesraim, a quibus nominatę sunt duę gentes, quæ postea nomina ꝑdiderūt, & vocatę sunt Philisthijm; ideo dicitur hic, & Genes. 10. quòd egressi sunt Philisthijm de Petrusim, & Casluim, scilicet fuerunt de stirpe eorum.

De quibus egressi sunt Philisthijm, & Caphtorim. Duę gētes erant a principio, quæ vocabantur Phetrusim, & Casluim, & postea mutauerunt nomina, & acceperūt alia duo: nam Phetrusim vocati sunt Philisthijm, & Casluim vocati sunt Caphtorim, & hoc ponit scriptura hic, quia sic posuit Moyses, Gene. 10. nam istæ gentes cęperunt a principio vocari Phetrusim, & & Casluim. Et quia tempore Moysi mutata erāt ista nomina, & vocabantur Philisthijm, & Caphtorim, posuit Moyses ista duo nomina. De Philisthinis dicēdum quòd isti tenebant quandam prouinciam, quæ erat in terra Chanaan ad partem Meridianam eius, & erant in terra illa quinque Metropoles vrbium, scilicet, Gaza, Ascalon, Geth, Accaron, Azotus, Iosue, decimotertio. Et in istis quinque ciuitatibus erant quinque reguli, qui propter paruitatem terræ interdum vocabantur reguli, & interdum Satrapæ, eodem cap. & primo Regum sexto. Maxima autē pars terrę Philisthinorum cecidit in sortē tribus Iudę, quia ibi fuerunt ciuitates præcipuę eius, vt patet Iosue decimoquinto. Isti Philisthini habuerunt bella multa contra Israelitas, & oppresserunt eos multo tempore dominantibus iudicibus in Israel, vt patet ex processu libri Iudicum, & etiam regnante Saule, & Dauid, vt patet ex processu primi, & secundi Regum: gens autē Philisthinorum, quamquam aliquando subijceretur Israelitis ad tributa, sicut fuit tempore Dauid. 2. Regum 8. & infra 18. cap. & tempore Salomonis tertio Regū nono, & infra secundo libro, capitulo octauo: tamen numquam fuerunt deleti, nec terra illa fuit vnita regno Iuda, vel Israel: sed postea adhuc expulsis Israelitis de terra in Assyrios, & regno Iuda in Babylonem: manebant in terra Philisthini: nam tempore Machabęorum erant in terra Philisthini, & pugnabant contra eos Iudas Machabęus, & frater suus Ionathas, vt patet ex processu primi, & secundi Machabęorum: manent autem gentes istę etiam, vsque ad hodiernum diem. De Caphtorim Iosephus libro primo Antiquitatum, capitul. decimosecundo, dicit, quòd nihil habemus, nisi nomen, sic etiam alii historiographi, & tamen septuaginta interpretes dicunt, quòd Caphtorim sunt Cappadoces. Est autem aliqua verisimilitudo ad hoc, quia Deuteronom. secundo, dicitur Heuęos quoque qui habitabant in Haserim vsque Gazā, Cappadoces expulerunt, qui egressi de Cappadocia deleuerunt eos, & habitauerunt pro eis.

Quare scriptura aliquid speciale facit in Nemrod, & non in aliquo alio. Quæst. IX.

QVAERITVR quare scriptura facit hic aliquid speciale in Nemrod, quod non facit in aliquo alio, scilicet, quòd cum esset filius Chus, non nominauit eū inter filios Chus, sed enarratis illis, & postea filiis Regma dixit, Chus autem genuit Nemrod.

Respondendum, quòd duę causę fuerunt ad hoc, quarum vna posita fuit supra secundum quosdam, s. quòd

quòd scriptura voluit facere aliquid speciale in Nemrod, eo quòd ipse fuit specialis inter homines omnes temporis sui: nam ipse cepit esse potens in terra, idest primus rex. Sed ista causa non multum confert, quia scriptura non faceret istud speciale in Nemrod, quia ipse fuit specialis inter cęteros, nisi istud ostenderet eum fuisse specialem, & tamen per hoc non apparebat eum fuisse specialem, sed potius turbabatur scriptura cum non poneretur in ordine suo. Dicendum ergo, quòd alia fuit causa, scilicet, quia scriptura enarrauit hic illos descendentes a Noe, a quibus aliqui populi nominati sunt, & habuerunt diuersa idiomata: & ista fuit causa, quare cum omnes filij Thubal, & aliorum filiorum Iapheth habuissent filios, non nominati fuerunt filij aliquorum, nisi filij Gomer, & Iuan, eo quòd a filijs istorum nominatę sunt aliquæ gentes speciales, & tamen nullę nominatę fuerunt ab alijs nepotibus Iapheth; sed habuerunt ipsi nomen illatum gentium, quę a patribus eorum deriuatę sunt; ita fuit de filijs Chus, quia aliqui eorum nominauerunt aliquas gentes specialiter, & illi fuerunt quinque supra positi, de quibus non fuit Nemrod: ideo subticeri debebat, ne putaretur aliqua gens ab eo nominata, sicut a cęteris, & quia tamen Nemrod fuit specialis inter cęteros, cum ipse fuerit primus rex in terra, & regnauerit in Babylone Gene. 10. non debuit subticeri, & si poneretur inter cęteros filios Chus, causaret errorem, ideo nec debuit subticeri, nec etiam poni inter cęteros filios Chus, a quibus denominatæ sunt gentes, sed posita progenie Chus, & deinde progenie Regma positum est, quòd Chus genuit Nemrod. Aliquis fortè dicet, quòd nō fuit aliqua causa ad hoc, sed factum est per accidens non aduertente Esdra ad hoc. Sed dicendum, quòd non stat, quia cum Esdras spiritu Dei ista scriberet, non est verisimile, quòd ageret aliquid sine mysterio: potissimè quia hic mutabat ordinem solitum, & turbabat intellectum scripturæ: hoc autem non faceret sine causa. Item adhuc patet magis, quia Gen. 10. posuit Moyses istud idem, & nō posuit Nemrod cum reliquis filijs Chus, sed descriptis illis, & postea filiis Regma dixit, porro Chus genuit Nemrod, & sic oportet dari aliquod mysterium, quare istud factum fuerit, & nullum aliud fuit, nisi quia Nemrod non erat de illis filijs Chus, a quibus nominatę sunt gentes aliquæ speciales, quæ habuerint propria idiomata.

Quare scriptura facit differentiam aliqualem inter Phetrusim, & Casluim, & alios in scriptura nominatos. Quæst. X.

QVAERITVR vlterius, quare dixit hic scriptura de Phetrusim, & Casluim, q̄ egressi sunt de eis Philisthijm, & Caphtorim cum de nullis alijs gentibus dicatur simile, sed solum exprimuntur nomina istorum, a quibus gētes nominatę sunt.

Respondendum, quòd Philisthijm, & Caphtorim non sunt alia nomina, sicut alia, quę ponuntur hic, q̄ omnia alia hic posita sunt nomina virorum singularium, quæ sunt de stirpe Cham, & Sem, & Iapheth, & quamquam aliqua eorum putentur a quibusdam esse pluralis numeri sicut Laabim, Dodanim, Ludim, & Anamim, tamen sunt singularis numeri, quia sunt nomina propria virorum: Philisthijm tamen, & Caphtorim non sunt nomina virorum, sed gentium: & dicitur quòd istę duę gentes, scilicet, Philisthijm, & Caphtorim descenderunt ab istis duobus viris, scilicet Phetrusim, & Casluim, nam isti duo viri nominauerunt a principio gentes istas de nomine suo, & postea illę mutauerunt nomina, & vocatę sunt Philisthijm, & Caphtorim. Dicunt autem Hebręi, quòd expressum fuit specialiter de istis duabus gentibus, scilicet, quia Phetrusim, & Casluim commutabant inter se vxores, & per istum modum ab ambabus gētibus descenderunt Philisthini. Motiuum autem eorum est, quia dicitur simul, quòd de Phetrusim, & Casluim descenderunt Philisthini, & ipsi nesciunt illum modum, per quem hoc fieret, nisi quòd Phetrusim, & Casluim commutarent vxores, & sic ex ambabus gentibus simul descendit eadem gens, scilicet, Philisthijm. Nicolaus autem consentiens aliqualiter isti positioni vult honestare modum, dicens: q̄ fortè non fiebat hoc per commutationem vxorum, sed quia vna gens accipiebat vxores de filiabus alterius, & è conuerso.

Sed dicendum, quòd non stat hoc propter duo, Primo, quia Hebræi errāt putantes, quòd Phetrusim, & Casluim sint nomina gentium. Nam sunt nomina virorum, cum hic nominentur omnes filij Cham, Sem, & Iapheth, a quibus nominatę sunt aliquę gentes, ideo non debet dici, quòd istæ duæ gentes commutabant vxores. Secundo errant, quia dato quòd istę essent duæ gentes, non oportebat, quòd diceremus, quòd cōmutabant vxores ad hoc quòd possent descendere Philisthijm de eis, nec etiam oportet dicere secundum Nicolaum, quòd vna gens istarum accipiebat de filiabus alterius in vxores, quia istud esset, si diceretur solum de Philisthijm, quòd egressi sunt ab istis duabus gentibus. Et tamen dicitur, quòd de Phetrusim, & Casluim descenderunt Philisthijm, & Caphtorim reddendo singula singulis, scilicet, de Phetrusim descenderunt Philisthijm, & de Casluim descenderunt Caphtorim. Dicendum ergo quòd Phetrusim erat vnus vir, & ab eo descenderunt Philisthini, & Casluim erat alius vir, & descenderunt ab eo Caphtorim.

Sed tunc adhuc manet dubium, quare dictum est hoc specialiter, cum in alijs, numquam fuerit dictum simile.

Respondendum, quòd potest esse duplex causa. Prima, quia in istis factum est aliquid speciale, quod non fuit in alijs, quia in omnibus alijs gentes nominabantur de nomine suo, vt Laabim nominaret Labienos, & Gomer Gomeritas, & Thubal Thubalitas, & sic de cęteris: in istis autem non factum est sic, quia de Phetrusim deberent vocari Phetrusim, & vocati sunt Philisthini, & de Casluim deberent nominare Casluim, & nominantur Caphtorim. Secunda causa potest esse, quòd Esdras fecit hoc ad significandum mutationem in nominibus: nam licet a principio Phetrusim, & Casluim nominauerint duas gentes de nominibus suis: tamen tempore, quo scriptus fuit iste liber erant mutata nomina illarum, quia iam vocabantur Philisthijm, & Caphtorim, ideo voluit ponere nomina, quę iam habebant, quando erāt mutata priora: in alijs autem gentibus non erat hoc, qa nullis eorum fuerat nomen adhuc mutatum: ideo de alijs nihil dixit.

Sed aliquis obijciet, quòd etiam mutata essent nomina multarum gentium, quia Gręci historiographi mutauerunt plurima nomina vrbium, & gentium, & tamen ante Esdram iam cęperant inter Gręcos esse Historiographi, & Poetę, qui describerent gesta temporum. Nam Orpheus Poeta, & Linus, & Museus ante bellum Troianum fuerunt: nam tempore Iasonis fuit Orpheus Poeta, & ipse iuit in naue Argonautarum de Græcia in insulam Colchos pro vellere aureo cum Iasone, & hoc fuit ante bellum Troianum, & illud bellum accidit tempore Iudicum, vt declara-

tum

ſum eſt libro Iudic. 12. ab illo autem tempore vſque ad Eſdram fuerunt pluſquam ſeptingenti anni, vt patet colligendo tempora iudicum, & regum, & captiuitatis Babylonicę: ideo iam eſſent à Græcis multa nomina mutata.

Reſpondendum, quòd tempore Eſdræ Græcorum hiſtoriographi plurima mutauerãt nomina iſtarum gentium, & tamen Eſdras ſecutus eſt Moyſem, qui ſcripſit iſta Gen. decimo, & ſicut ille ſcripſit, ita & iſte. De tempore autem Moyſi dicendum, quòd non erant mutata alia nomina niſi illa, eo quòd nondum fuerant hiſtoriographi gentium apud Græcos, vel alias gentes, qui mutauiſſent nomina gentium, & regionum. Sed tunc dicetur quòd Moyſes rationabiliter ponebat de iſtis duabus gentibus, quòd mutauiſſent nomina, quia iſtæ ſolę mutatæ erant tempore ſuo, & tamen Eſdras, cuius tempore plurima nomina mutata erãt, debuerat ponere omnia nomina mutata, vel nullum illorum.

Reſpondendum, quòd iſte liber fuit ſuppletiuus, & declaratiuus aliorum librorũ ſacræ ſcripturæ: ideo debuit concordare modo illorum, & quia nunc ſupplebat, & continuabat generationes, quas narrauerat Moyſes in Geneſi, debuit concordare illi, potiſſimè quia ſacra ſcriptura habet auctoritatem à Spiritu ſancto, & non attendit ad auctoritatem hominum. Et ſic quamquam hiſtoriographi Græcorum, & aliarum gentium mutauiſſent plurima nomina in gentibus, & terris, non curauit facere mentionem ſcriptura de iſta mutatione. Tertia cauſa eſſe poteſt, quia ſcriptura attendit ad illa, quæ pertinebant ad declarationem eius, quod intendebat, & quia intentio ſcripturæ erat circa deſcriptionem populi Dei, qui deriuatus eſt per filios Iacob, & iſti habuerunt bella multa cum Philiſthinis, & alijs gẽtibus propinquis, voluit ſcriptura declarare nomina iſtorum potius, quam aliarum gentium, cum quibus nulla communicatio erat Iudęis, nec aliquando facienda erat mentio in ſcriptura de eis.

An Philiſthini fuerint de genere Chananæorum. *Quæſt. XI.*

QVAERITVR vlterius an Philiſthini fuerint de genere Chananęorũ. Aliquis dicet, quòd ſic, quia Deus promiſit Iſraelitis terram Chanaan, & tamen cum illa dedit terram Philiſthinorum: ergo erant Philiſthini de ſtirpe Chanaan. Patet magis, quia Numeri trigeſimoquarto, Deus poſuit terminos, quos Iſraelitæ habituri erant in terra Chanaan, & intra illos terminos includitur tota terra Philiſthinorum, vt colligitur Ioſue decimoquinto, vbi maior pars terræ Philiſthinorum cecidit in ſorte Iudæ, quod non fuiſſet, niſi eſſet iſta terra Chananæorum. Etiam patet quòd Deus iuſſit, quòd illa terra diuideretur inter Iſraelitas per ſortem, Ioſue decimotertio, & tamen non iuberet, niſi eſſet terra promiſſionis.

Item quando ceſſauit Ioſue pugnare, ponuntur gentes, quæ nondum fuerant ſubiectæ Iſraelitis de terra Chanaan, & inter illos ponuntur quinque ſatrapę Philiſthinorum, Ioſue decimotertio, & Iudic. tertio. In contrarium dicet aliquis, quòd non fuerunt Philiſthini de ſtirpe Chanaan, quia hic ponitur, quòd fuerunt deſcendentes de Phetruſim, & tamen Phetruſim fuit filius Meſraim, & non filius Chanaã: ideo non fuerunt de ſtirpe Chananæorum.

Reſpondendum eſt, quòd Chananæi vocantur filij Chanaan, & iſti fuerunt illi, qui nominantur in litera, ſcilicet Sidon primogenitus, Ethęus, Heuæus, & cęteri. Et tamen dicendum, quòd non ſunt omnes iſti Chananęi, quos Deus tradidit delendos Iſraelitis, & poſſidendam terram eorum ab eis, quia ſeptem populi fuerunt ſolum, quos Deus promiſit delere ante faciem Iſraelitarum, ſcilicet Heuęus, Ethęus, Iebuſæus, Amorrhæus, Chananęus, Gergeſęus, Pherezęus, vt patet Deuteronomij ſeptimo, & Ioſue tertio, & tamen præter iſtos fuerunt alij Chananęi, ſicut Aradij: nam Aradius filius eſt Chanaan, vt patet infra in litera, & tamen populus Aradiorum non fuit de illis ſeptem traditis Iſraelitis. Etiam non poſſederunt Iſraelitę terram Aradiorum, quia illa erat quædam inſula in mari Mediterraneo non longe à Sidone, & tamen terra Iſraelitarum non habuit aliquas inſulas, ſed tota fuit terra continens, & extremitas ſua occidentalis fuit littus maris Mediterranei: Numeri trigeſimoquarto, ideo non habuerunt inſulam Aradiorum in parte ſua. Sępe tamen dicimus, quòd fuerunt Philiſthini Chananęi, & ſic etiam videntur dicere auctoritates allegatę in principio.

Aliquis dicet, quòd Philiſthini vocantur Chananæi, quia quanquam non eſſent de ſtirpe Chanaan: erant de filijs Cham.

Sed dicendum, quòd non ſtat, quia nunc Aegyptij, & Aethiopes, & fere tertia pars orbis dicerentur Chananæorum, & tota illa pertineret ad poſſeſſionem Hebręorum, cũ eſſent omnes iſti de filijs Chã, ſed abſurdum eſt.

Dicendum igitur, quòd Philiſthini non deſcenderunt de origine Chananæorum, ſed de Phetruſim, qui filius fuit Meſraim, & tamen Philiſthini computati fuerunt inter Chananæos, immo inter ſeptem populos, qui traditi ſunt Iſraelitis delendi, & terra eorũ poſſidenda. Et hoc potuit eſſe propter duo. Primo quia Philiſthini habuerunt terram intra terminos Chananęorum, vt patet Geneſis decimo, ſcilicet. Factique ſunt termini Chananæorum venientibus a Sidone Iezaram vſque Gazam, donec ingrediaris Sodomam, & Gomorrhã. Conſcripſit tamen quòd intra terminos iſtos erant ciuitates Philiſthinorum, ſcilicet, Azotus, Accaron, Aſcalon, & Geth: nam Gaza, quæ ponitur hic pro termino, erat maxime meridiana in terra Philiſthinorum, vt colligitur Ioſue decimotertio, & decimoquinto, & patet ex declaratis ibi, & tamen Deus dederat totam iſtam terram Iſraelitis, aſſignando eis terminos eius. Numeri trigeſimoquarto, & intra illos terminos habitabant Philiſthini, ideo Iſraelitæ poterant pugnare contra Philiſthinos, & habitare in terra ipſorum, quia tenebant terram eis a Deo promiſſam, & ſic ſcriptura nominat eos tanquam vnum de ſeptem populis Chananæorum. Et forte poterat hoc eſſe, quia Philiſthini pugnarent contra aliquos de Chananæis, & acciperent terram eorum, ſicut dicitur Deuteronomij ſecundo, de Cappadocibus, ſcilicet, Heuęos quoque, qui habitabant in Haſerim vſque Gazam Cappadoces expulerunt: egreſſi de Cappadocia deleuerunt eos, & habitauerunt pro eis. Plurimi tamen dicunt iſtos Cappadoces eſſe Philiſthinos, quod ſatis concordat, quia ipſi acceperunt terram illam, in qua poſtea dicuntur morari Philiſthini, ſcilicet, in Gaza, & alijs ciuitatibus coniunctis, & ſic Philiſthini ſuccederent in loco, & nomine Heuęorum, quos expulerant de terra, & tamen Heuæi erant vnus de ſeptem populis Chananęorum, ideo Philiſthini haberentur tunc tanquam Heuęi, & computarentur inter ſeptem populos Chananęorum.

Secundò poteſt dici, quòd Philiſthini erant iam verè

verè Chananęi, nam licet origo ſua non eſſet a Chanaan, nec ab aliquo filiorum eius, ſed a Phetruſin, qui erat de ſtirpe Meſraim, tamen poſtea habitantes Philiſthini in terra illa, in qua habitabant Chananæi: cum iſti ſunt Chananæi accipiẽdo vxores de filiabus Chanaan, & ſic filij Philiſthinorum erant iam vere Chananęi: magis tamen vocantur Chananæi, quia tenuerunt loca ipſorum.

Chanaan verò genuit Sidonẽ primogenitum ſuum: Hethæum quoque, & Iebuſæum, & Amorrhæum, & Gergeſæum Heuæumque, & Aracæum, & Aſinæum: Aradiũ quoque, & Samarræũ, & Hamathæum.

Chanaan verò. Iſte eſt quartus filius Cham, qui maledictus fuit a Noe, & ponitur hic ſua poſteritas: nã multos filios habuit. *Genuit Sidonem primogenitum ſuum.* Sidon fuit primus filius Chanaan, & ab eo nominata eſt ciuitas quędam antiquiſſima Sidon, quę eſt ſita in litore maris Mediterranæi iuxta Tyrum, & ex hoc patet, quòd Sidoni erant Chananæi, quia a filio Chanaã deriuati ſunt. *Ethæum, Iebuſæum quoque, & Amorrhæum, & Gergeſæum, Heuæumque.* Iſti quinque etiam fuerunt filij Chanaan, & ab eis nominati fuerunt quinque de populis Chananæorum, de quibus ſępiſſime in libris Moyſi, & in alijs hiſtorijs veteris teſtamenti habetur. Alij autem duo populi Chananęorum nõ ponuntur hic, ſcilicet Pherezęus, & Chananęus. De iſtis autem quinque populis nihil iam manet ferè niſi nomina, quæ habẽtur in ſcriptura, eo quòd Iſraelitæ introeuntes terram Chanaan deleuerunt illos, vt colligitur ex libris Ioſue, & Iudicum.

Quare hic non ponuntur aliorum duorum populorum Chananæorum capita. *Quæſt. XII.*

QVAERITVR quare non ponuntur hic capita aliorum duorum populorum Chananęorum, ſcilicet, Pherezęi, & Chananæi, quia iſti nominantur inter ſeptem populos Chananæorum, & patres eorum fuerunt de filijs Chanaan: hic tamen ſcriptura ponit omnes populos deriuatos de filijs Chanaan.

Reſpondendũ eſt, quòd non potuit poni hic Chananæus, eo quòd Chananęus non fuit nominatus ab aliquo de filijs Chanaan, ſed ab ipſo Chanaan, & fuit aliquis filius ſuus, vel fortè multi, per quos deriuata eſt ſucceſſio ipſius Chanaan, quemadmodum ad nomen, quod impoſitum eſt huic populo ex nomine Chanaan: hic autem nominãtur ſolum illi filij Chanaan, a quibus nominati ſunt aliqui populi, qui non fuerant nominati a patre. De Pherezęo dicendum quòd ille fuit populus nominatus ab aliquo de filijs Chanaan, & poterat nomen illius poni, ideo dicendum quod hic ponitur, & tamen appellatur alio nomine, quia fortè iſte, qui vocatur hic Araceus vel Sineus, aut Samareus, vel Amathæus fuit ille, a quo deriuatus eſt populus Pherezęorum, & tamen ſępe mutantur nomina tam hominum quam populorum.

Et Arachæum. Ab iſto nominata fuit quędam ciuitas Archas, quæ poſita eſt in libano: ſic enim ait Rabanus, & glo. ordina. ſcilicet, Archaęus condidit Archas oppidum circa Tripolim in radicibus Libani. De hoc etiam Ioſephus 1. Antiquitatum.

Et Sinæum. Iſte eſt alius filius Chanaan, a quo nominatus eſt quidam populus Sineorũ, & de hoc volunt aliqui intelligi prophetiam Balaam Nume. 24.

Alph. Toſt. in lib. I. Paralip.

ſcilicet. Vidit quoque Cineum, & aſſumpta parabola ait: robuſtum quidem eſt habitaculum tuum, ſed ſi in petra poſueris nidum tuum, & fueris electus de ſtirpe Cin, quandiu poteris permanere? Aſſur enim capiet te. Et tamen an intelligatur de iſto Cineo, qui erat de genere Chananæorum, vel de poſteris Iethro ſoceri Moyſi, qui vocatus eſt Cin: declaratum eſt ibidem.

Aradium quoque. Aliqui putant iſtũ Aradium fuiſſe illum, a quo nominatus eſt quidam populus Chananæorum in terra Arad, de quo dicitur Numeri 21. Quòd Chananæus rex Arad pugnauit contra Iſraelitas venientes per deſertum, & ipſi deleuerunt ciuitates illorum Chananæorum, & videtur hoc ſatis conuenire. Primò quia illi vocãtur Chananęi, & ſic erãt de filijs Chanaan. Secundò, quia dicuntur de terra Arad, & ſic videtur, quòd nominati fuerint ab Aradio tanquam a patre, & principe. Tertio patet, quia iſti erant iuxta terram aliorum Chananæorum in deſertis, ſcilicet Arabię, cui coniungitur alia terra Chanaan in parte meridiana, in qua habet deſertum, vt patet Numeri trigeſimoquarto, & Ioſue decimoquinto. dicitur tamen communiter, quòd iſti Aradij habitauerunt in quadam inſula maris Mediterranei: Sic enim dicit Glo. ordin. ſcilicet Aradius, a quo Aradij, qui inſulam Aradum poſſederunt anguſto freto a Phęnicis litore ſeparatam. De hoc etiam Ioſephus primo Antiquitatum. ait quòd Aradius Aradum inſulam habuit. Ca. 12. ĩfi.

Et Samaræum. Aliqui putant populum nominatũ ab iſto eſſe incognitum: alij autem volunt eum eſſe populum Samaritarum: nam de Iſraelitis Samaritæ fuerunt in vrbe Samaria: ſic etiam ante introitum Iſraelitarum in terram Chanaan eſſent Samaritæ de Chananæis.

Quomodo Samaritæ à Samaræo filio Chanaan nominati ſint. *Quæſt. XIII.*

QVAERITVR quomodo poterant Samaritæ nominari à Samareo filio Chanaan, quia Samaritæ nominati ſunt ab vrbe Samaria, & tamen Samaria condita fuit ab Hebręis, ſcilicet tempore Amri patris Achab regis Iſrael: nam ipſe eam condidit, & vocauit eam Samariam à nomine domini montis, in quo condita eſt, vt patet tertio Regum decimoſexto.

Reſpondendum quòd non potuit aliquis populus Chananæorum vocari Samaritarum ab iſta Samaria, ſed ante iſtam fuit alia Samaria in terra Iſrael, vt probatum eſt quarto Regum decimotertio, & vigeſimotertio, & illa Samaria manebat ex parte Chananęorum, quod patet, quia in diuiſione ciuitatum, quę facta eſt ſub Ioſue poſita eſt ciuitas Semeon, vt patet Ioſue decimonono, & fuit in ſorte Iſſachar, & tamen hebręi dicũt Semeon, vel Semeron, vbi nos dicimus Samaria, & illa erat ciuitas regalis tẽpore Chananęorum, nam de illa conuenerunt aliqui ad pugnandum contra Ioſue cum rege illius vrbis, vt patet Ioſue vndecimo, cum dicitur, quòd Iabin rex Aſſur miſit ad regem Semeron, & ad alios reges, qui ibi nominantur, vt præberent ei auxilium. Iſta ciuitas conſtructa fuit in terra illa à Samareo filio Chanaan, & nominatus eſt populus aliquis, ſed nomen illius ignoratur à nobis, & fortè fuit vnus de ſeptem populis Chananæorum, ſcilicet, qui nominatur Pherezæus: cum non habeamus manifeſtum auctorem, & progenitorem illius populi. Ioſephus autem primo Antiquitatum dicit, q̃ de Samareo, Iebuſeo, Amorrhęo Ca. 12. ĩfi.

& cæteris præter nomina in sacris libris nihil habemus, non tamen ex hoc intelligendum est, quòd ex hoc ignoretur ipsum condidisse Samariam priorem, sed dicit hoc, quia quanquam antiquitus cognita essent loca, & vrbes istarum gentium, iam nihil manebat tempore Ioseph de illis gentibus nisi nomina, eo quòd hebræi deleuerant illas, vt ipse dicit. Glo. tamen ordi. dicit quod Samareus est a quo Samaria ciuitas condita est, quæ nunc tam à Syris, quam ab hebræis, vt prius appellatur.

Et Hemathæum. Iste est a quo nominata est quædã gens Chananæorum, & ipse cõdidit vrbem Hemath, quæ est in Syria, & ponitur terminus terræ Chanaam, quã Iudæi possessuri erant, Numeri trigesimoquarto. & ista ciuitas est famosa, nam in ea postea fuerũt reges, & non pertinuit ista ad hebræos, &, vt quidam volunt, ista est ciuitas, quæ vocatur Antiochia, de qua fuit Lucas Euangelista, & in ea sedit beatus Petrus prius quam esset Romæ sedes apostolica.

Antiochia olim Hemath.

De ista ciuitate dicit Rabanus, & Glo. ordin. quod Amathæus est a quo est ciuitas Hemath: hanc Macedones, qui post Alexandrum in oriente regnauerunt, Ephaniam nuncupauerunt: alij Antiochiam ita dictam esse putant; alij autem putant esse Hemath castrum apud quod Christus apparuit duobus discipulis, sed isti falluntur in similitudine nominis. De his etiam Ioseph. primo Antiquitatum, scilicet, Hamatheus instituit Hamath, quæ etiam nunc est, & a prouincialibus Hamathi vocatur: Macedones autem eam Ephaniam ab vno priscorum nomine vocauerunt.

Ca. 12. in fi.

Filij Sem. Hic ponitur progenies tertij filij Noe, s. Sem, & iste fuit dignior cæteris, & ætate maior, vt patet Genesis decimo, & tamen progenies sua postremo enarratur: cuius causa est, quia progenies Cham, & Iapheth non erant enarrandę continuè, sed progenies Sem, ideo ipsa reseruata est ad vltimũ, vt alijs enarratis ipsa enarraretur, & continuaretur postea vsque ad tempus Esdrę.

Quare scriptura declarauit progeniem Cham, & Iapheth.
Quæst. XIIII.

QVAERITVR circa hoc quare enarrauit hic scriptura progeniem Cham, & Iapheth, cum istę continuandæ non essent, nec continuentur.

Respondendum quod Esdras secutus est ordinem Moysi in scribendo. Ipse enim enarrans progeniem Sem continuauit eam; enarrauit autem progeniem Cham, & Iapheth vsque ad aliquos nepotes ipsorũ, & non continuauit aliquam earum, vt patet Genesis decimo, ita igitur Esdras voluit facere hic, sed tunc manet idem dubium de Moyse, quare fecit hoc, quia videtur inutile, quia istę generationes continuandæ non erant.

Dicendum quod hoc factum fuit conuenienter: quia scriptura voluit declarare modum multiplicationis generis humani, & quomodo diuisæ fuerint gẽtes per idiomata, vt describeret, quæ idiomata fuerint in toto orbe, & in quorum familijs seruata fuerint, & quia idiomata multiplicata, & diuisa sunt, non solum per filios Sem, sed etiam per filios Cham, & Iapheth, nam de filijs Cham fuerunt triginta idiomata, de filijs Iapheth quindecim: de filijs autem Sem vigintiseptem, vt declaratum fuit supra in quadam quæstione, ideo oportebat nominari filios Chã, & Iapheth saltem vsquequo perueniretur ad illos, qui dederunt principium idiomatibus, & sic fit, quia in stirpe Cham & Iapheth solum nominantur illi, a quibus aliquæ gentes exortæ sunt, & non computantur nisi in quibusdam vsque ad nepotes, vel pronepotes, eo quòd idiomata diuisa sunt in ædificatione turris Babylonis, & istud fuit non longo tempore post diluuium, vt declaratum est Genesis decimo & vndecimo. Et tunc non poterant isti filij Sem habere plures generationes quam vsque ad pronepotes, ideo non potuerunt idiomata diuersa tunc causari, nisi in filijs, & nepotibus, & pronepotibus istorum, & ab eis nominata sunt, & sic solum continuatæ sunt istæ generationes Cham, & Iapheth vsque ad pronepotes, & nepotes, & in quibusdam vsque ad nepotes solum, & postea cum enarrati fuerant omnes, qui ponuntur in vna progenie dicitur, quòd illi sunt filij Cham, vel filij Sem, aut Iapheth in gentibus suis vnusquisque iuxta linguam suam, Genesis decimo: postea autem de nullo eorum aliquid ponitur, nisi de Sem, eo quòd iam illi non pertinent ad aliquid, quod sit necessarium in sacra scriptura, si tamen fuisset facta diuisio linguarum in decima, vel duodecima generatione post diluuium computarentur lineæ Sem, & Cham, & Iapheth vsque ad tempus illud, vt appareret de quolibet filio Noe quot gentes, & diuersa idiomata descenderint, & ibi cessaret continuatio illarum linearum, sicut nunc cessat in secunda vel tertia generatione, quia tũc facta est diuisio linguarum: progenies autem Sem continuatur, eo quod de illa descendit Abraham, & omnes hebræi, de quibus tota scriptura facit mentionem, & ob hoc non continuatur progenies Sem, quantum ad omnes filios suos, sed solum quantum ad vnũ, scilicet Arphaxath: quia de illo descendit Abraham, & dicitur.

Filij Sem, Elam, & Assur, & Arphaxad, Lud, & Aram. Filij Aram, Hus, & Hul, & Gether, & Mosoch.

Filij Sem Elam. Iste Elam est primogenitus Sem, & ab eo nominatæ sunt quędam gentes Elamite habitantes versus Orientem in Asia, de quibus dicitur Actuum secundo. Parthi, & Medi, & Elamitæ, de his dicit Ioseph. primo Antiquitatum. Elam siquidem Elamitas, qui Persarum sunt principes, dereliquit.

Sciendum quòd omnes isti filij Sem habitant in Asia, vt ait Ioseph. primo Antiquitatum, scilicet, Sem filio Noe nati fuerunt filij, qui vsque ad Oceanum seorsum habitant Asiam ab Euphrate facientes initium. Ab istis autem sunt omnes illæ gentes, quæ in India, & in alijs partibus Orientis morantur.

Et assur. Ab isto nominati sunt Assirij, qui magnã terram tenuerunt in Oriente, de quo dicitur Genesis decimo, scilicet. De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuem, & plateas ciuitatis, & Chale: Resen quoque inter Niniuem, & Chale: hæc est ciuitas magna. Isti Assirij tenuerunt primum regnum in orbe, & cœpit regnum eorum in Babylone, & duravit per annos multos vsquequo Persæ, & Medi acceperunt illud, deinde tenuerunt illud Græci, postea autem Romani, & deinde Ecclesia Christi.

Quomodo Assirij potuerunt habere primum regnum sæculi.
Quæst. XV.

QVAERITVR quomodo potuit esse, quod Assyrij tenerent regnum primum sęculi: nam primus rex sæculi fuit Nemrod, vt patet Genesis 10. nam dicitur ibi, quòd iste cœpit esse potens in terra, idest

ra, idest iste fuit primus, qui dominatus est in terra, & de ipso dicitur quòd principium regni eius fuit in Babylone.

Respondendum, q̃ aliqui volunt fuisse Cham de stirpe Sem, & tunc non vr dubium, quo successores Chã tenuerint regnũ Assyriorũ, quia Assyrij erant de stirpe Sem, & ñ Nemrod fuit verè de stirpe Cham, cum dicatur quòd Chus genuit Nemrod, & tamen Chus fuit filius Cham.

Dicendum autem quòd verum est, quòd Assyrij tenuerunt primo regnum in orbe: non tamen erat de stirpe Assyriorum ille, qui regnare cepit, & etiam illi, qui successerunt postea, quamdiu gubernatum est regnum per successionem non fuerunt de stirpe Assyriorum, sed de stirpe Nemrod, q̃ erat de filijs Cham: & tamen dicitur regnum Assyriorum primum, quia reges erant in terra Assyriorum, & ibi erat sedes regni, & non in terra illa, in qua morabatur progenies Chus, de cuius stirpe veniebant omnes reges Assyriorum. Fuit aũt modus ad hoc, quia Nemrod erat princeps maximus in ædificatione turris Babylonis, & cũ diuisę sunt linguę cessauerunt ędificare, & recesserũt singuli pertinentes ad vnam linguã in diuersas regiones, & tunc mansit Nemrod in Babylone, sicut prius fuerat princeps, & cepit regnare inter illos, qui manebant ibi, & quia terra illa pertinebat ad Assyrios, fuit primum regnum sęculi Assyriorum, & non Aethiopum: quamquam Nemrod esset de genere Aethiopum, cum pater suus esset Chus, a quo Aethiopes nominati sunt, vt supra declaratum est.

Et Arfaxad. Ab isto Arfaxad nominati sunt quidã populi Arfaxathęi, vt ait Iosephus primo Antiqui. & isti sunt, qui vocantur Chaldęi, vt est positio communis: Iosephus tamen vult, quòd Chaldęi sunt illi, qui descenderunt ab Asia, & facit eosdem esse Assyrios, & Chaldęos: quidquid tamen sit, necesse est dicere, quòd Chaldęi descẽderint ab Arfaxad, quod patet, quia Abraham, & omnes posteri sui hebræi descẽderunt ab Arfaxad, vt patet hic in litera, & Genesis 11. & tamen Abraham, & posteri sui erant de stirpe Chaldæorum, vt patet Genesis 11. scilicet. Mortuus est Thare patrem suũ in terra natiuitatis suę in Hur Chaldęorum, & tamen Aram erat frater Abraham, vt patet ibidem, ergo Abraham erat de Hur Chaldeorum, & ibi natus fuerat, sic etiam Genesis 15. dixit Deus ad Abraham: Ego Dominus, qui eduxi te de Hur Chaldęorum, vt darem tibi terram istam: ergo Chaldęi nominati sunt ab Arfaxad, vel ab aliquo de posteris eius, & non potuerunt nominari ab Assur, nec Assyrij erunt Chaldęi. Sed fortè aliquis dicet, quòd quãquam Abraham natus fuerit in terra Chaldęorum non erat de stirpe eorum, quia potuit ibi nasci, & esse de alia stirpe.

Sed dicendum, q̃ hoc non stat, quia hebræi descendentes ab Abraham fuerunt verè de stirpe Chaldęorum, vt patet Iudith. 5. cum dixit Achior ad Holofernem loquens de hebręis: Populus iste de progenie Chaldęorum est, & tamen ipsi descendũt ab Arfaxad: ergo ab eo descẽderũt Chaldęi, & nõ ab Assur.

Et Lud. Ab isto nominati sunt quidam populi Ludi, quorum rex fuit famosissimus, scilicet Cęsus rex Lydorum, vult tamen Iosephus, quòd isti Ludi sint, qui vocabantur prius Syri. Sic patet primo Antiqui. s. Aram genuit Aramnęos, quos Græci Syros appellant, quos autẽ nunc Lydos vocant, vult Iosephus quod tunc Lydos nominauit. Et isti vocantur aliquãdo Elidij, vt aliqui volunt, de quibus habetur Ezech. vigesimoseptimo, s. Perse, & Elidij, & Libyes fuerunt in exercitu tuo.

Et Aram. Ab isto nominati sunt quidam populi Aramim secundum hebræos, vel Aramęi secundum nos, & istorum postea nomen mutatum est a Græcis, & vocant eos Syros, & Syrnos vocamus: vnde quandocunque litera nostra habet Syriam, in hebreo dicitur Aram, & vbi litera nostra dicit Syros, hebręus dicit Aramim. habitabãt autem Syri iuxta terram Chanaan: nam Damascus est caput Syriæ. Isai. septimo, & tamen est iuxta terram Chanaan: etiã Emath et Reblata sunt in terra Syriæ, & tamen ponuntur istæ duæ vrbes in terminis terræ Chanaan: Nume. 34. & ideo pugnabant sępe Syri contra Israelitas, vt patet ex discursu. 3. & 4 Regum.

Et Hus. Istam terram Hus nominauit, de qua dicitur Iob primo. Vir fuit in terra Hus nomine Iob, & illa vocatur a quibusdam terra Ausitidis, quę est iuxta terram Chanaan, & Idumęorum, non procul a Iordane fluuio terrę Chanaan, & ibi vixit Iob, & sepultus est, & vsque hodie ibi monstratur sepulchrum eius, vt patet in libro de Situ terrę Sanctæ, de hoc etiam Glo. ordin. & Rab. ait Hus Trachonitidis, & Damasci conditor inter Palęstinam, & Cęlosyriam tenuit principatum, a quo terra Hus dicitur: vnde septuaginta interpretes primo ca. Iob dicunt. Vir erat in regione Ausitide nomine Iob: vbi litera nostra dicit. Vir erat in terra Hus, & dicitur in terra Ausitide, quasi Husitide. Iosephus autem primo Antiqui. dicit: Hus quidem instituit Trachonitidem, & Damascum, quę est media Palęstinę, Syrięque coniuncta.

Et Hul. De hoc non apparet manifestè, quam terram inhabitauerit, vel quam gentem nominauerit, quia multa istorum nominum perierunt, Iosephus primo Antiqui. vocat istum alio nomine, s. Otrax, & dicit quòd Armeniam condidit, & satis credendum est, nec oportet dubitare, an iste Hul filius sit idem Otrax, quem nominat Iosephus, quia ipse ponit quatuor filios Aram, qui nominantur Gene. 10. & ponit gentes nominatas a quolibet illorum exprimens nomina propria istorum: de isto autem quarto, scilicet, Hul non posuit nomen, quod est in litera, sed dixit, q̃ vocabatur Otrax, necesse est igitur, quòd sit vnus de illis quatuor filijs Aram, & non poterit esse alius nisi Hul.

Et Gether. Iste vocatur Gene. 10. Gether, & idem est: ab isto descenderunt Bactriani, qui morantur in Asia, vt ait Iosephus primo Antiqui. Cap. 14.

Et Mosoch. Iste vocatur in Genes. Mes, a quo Mesanni dicti sunt, qui nunc Arabes appellantur ab omnibus, & habitãt in latere Meridiano terrę Chanaan inter Aegyptum, & terram Chanaan, & vocatur regio illa solitudo Arabica, quia non est tam populata, sicut aliæ terrę vicinæ. Alius autem Mosoch est, qui fuit de filijs Iapheth, vt patet supra, sed ab illo aliæ gentes, scilicet, Cappadoces appellatę sunt, vt patet supra.

Arphadax aũt genuit Sale, qui & ipse genuit Heber. Porro Hebel nati sunt duo filij, nomẽ vni Phaleg, qa in diebus eius diuisa est terra.

Arfaxad autem genuit Sale. Iste Arfaxad erat filius Sem, vt patet supra: & ponuntur hic progenies eius, quia habuit multos posteros, de quibus natæ sunt gẽtes. Iste Sale, de quo hic dicitur, nominauit quãdam gentem habentem proprium idioma, & tamen nomen illius apud nos nunc non habetur, quia multa perierunt, vt dictum est.

Qui, & ipse genuit Heber. In isto mansit idioma hebraicum: nam ante ędificationem Babylonis erat eadem lingua apud omnes homines, vt patet Genesis 11. s. erat autem terra labij vnius, & sermonum eorundẽ: postea autem diuisæ sunt linguę, & mansit lingua hebraica, quæ in omnibus hominibus prius non erat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hebræi vñ deriuati.

sed in quadam gente solum, & princeps istius gentis fuit Heber, a quo aliqui putant nominatos fuisse Hebræos. Augustinus tamen dicit Hebræos nominatos fuisse ab Abraham, scilicet, Hebræi, quasi Abrahæi, & tamen hoc non stat, quia Abraham non fuit principium hebræorum, cum ipse vocetur hebræus, vt patet Gen. 14. scilicet, quod quidam iuit, & nunciauit Abraham hebræo, ergo aliqui vocabantur prius hebræi, vel dato quòd non vocarentur prius sic, saltē non fuit deriuatio facta à suo nomine. Etiam patet hoc, quia in hebræo non similiter scribitur Abraham & hebræus, quia pro hebræo dicitur Euri, & incipit per literam Ain: & Abrahā incipit per literā Aleph, ideo non potest ab illo deriuari: quando autem cœperint vocari hebræi, & à quo istud nomen venerit, & de ipso idiomate hebraico latè declaratū est Exo. 21. in principio.

Porro Heber nati sunt duo filij. A duobus filijs istius nominati sunt duo populi, sed per successionē vnius eorum venerunt hebræi, scilicet, à Phaleg, ab alio autem, s. Gethan venerunt multæ aliæ gentes.

Nomen vni Phaleg. Iste fuit, per quem deriuata est posteritas hebræorum, & pertinet Phaleg ad idioma Hebraicum, quod patet ex interpretatione sua, per quam litera probat hic.

Quia in diebus eius diuisa est terra. Redditur hic causa nominis, scilicet, quòd vocatus est Phaleg, quia terra in diebus suis diuisa est, & Phaleg interpretatur diuisio: dicitur terra diuisa, scilicet, quantum ad idiomata, quia omnium hominum erat prius lingua eadem, Gen. 11. vel dicitur terra diuisa, idest habitatio hominum diuisa, quia antequam diuiderentur linguæ, erāt omnes homines simul, nam omnes venerunt post diluuium de oriente in terram Sennaar, & ibi cæperunt ædificare turrim, & intendebant omnes simul habitare, vt declaratum est, Gen. 11. Iosephus quoque primo Antiqui. dicit quòd Nemrod suasit omnibus hominibus, quòd habitarēt simul, dicens, quòd Deus volebat subijcere eos sibi, & infligere pœnas, & si ipsi manerent simul non prævaleret Deus contra eos, & si seiungerētur adinuicē, Deus facilius eos sibi subiugaret, & sic manebant omnes simul: postea tamen cum diuisę sunt linguę horrebant seipsos, quia qui nō intelligebat alium habebat eum exosum, & fugiebat ab eo tanquam non posset cum illo viuere, & ideo diuisa est tunc terra, idest omnes homines inter se recedētes in diuersas terras, & ista propriè vocatur diuisio terræ magis, quam diuisio linguarum.

De isto nomine Phaleg quare fuit impositum.
Quæst. X.

QVAERITVR quomodo impositū fuit istud nomen Phaleg filio Heber propter diuisionē terrę.

Aliqui dicunt, quòd Phaleg nominatus est sic propheticè, nam pater eius Heber habuit spiritū prophetię, & antequam diuideretur terra vocauit filium suum Phaleg propter diuisionem secuturam, & patet, quòd adhuc non esset diuisa terra, quia dicitur vocatus Phaleg propter diuisionem secuturam: & tamen Phaleg est nomen hebræum, ideo adhuc manebat lingua hebraica, quę erat vna ab exordio seculi, quando Phaleg natus est, alioquin si nasceretur post diuisionem linguarum factam in alio idiomate, posset ei imponi nomen quod significaret diuisionē, & tamen non poneretur in idiomate hebræo.

Alij dicunt, quòd fuit natus Phaleg post diuisionē linguarum factam, & tunc non fuit prophetia, sed voluntas humana, quòd vocaretur Phaleg propter istam diuisionem, & quādo dicitur quòd necesse est fuisse ante diuisionem linguarum, eo quòd tunc manebat lingua hebraica, in qua ipse vocatus est Phaleg, & ista erat ab exordio, dici potest, quòd fuerit post diuisionem natus Phaleg, & impositum fuit sibi hoc nomen in lingua hebraica, quia illa manebat etiam post diuisionem non tanquam communis omnibus sicut prius, sed tanquam vna de linguis gentium sicut nunc.

Responderi potest, quòd vtraque istarum positionum potest satis stare. Nam non est inconueniens, quòd Heber cū esset vir iustus haberet spiritum propheticum saltem quantum ad istud: cum etiam aliqui mali habuerint illum, sicut patet de Balaam, Numeri vigesimosecundo 23. & 24. & Chaipha, Ioā. vndecimo.

Si autem velimus tenere, quòd natus fuit Phaleg post diuisionem, etiam satis stare potest, nec videtur aliquod inconueniens. Videtur tamen aliqualiter melius, quòd fuerit Phaleg natus ante diuisionem, & quòd propheticè nomen impositum est, & patet primo, quia fit hic mentio specialis de nomine istius, scilicet, quòd vocatus est Phaleg propter diuisionem terræ, & tamen si voluntate humana positum fuisset istud nomen post diuisionem linguarum, non fecisset scriptura mentionem tantam de illo, ideo videtur dicendum, quòd propheticè nomen istud impositum fuerit, & ob hoc dignum fuerit scribi. Secundo patet, quia dicitur, quod vocatus est Phaleg, quia in diebus eius diuisa est terra, ergo iam viuebat Phaleg quando terra diuisa est. Si tamen vellemus tenere contrarium possemus respondere ad argumenta, sed ista positio videtur rationabilior.

Quomodo possibile sit, quòd fuerint diuersa idiomata nominata ab omnibus, qui hic nominantur.
Quæst. XVII.

QVAERITVR quomodo potest stare quod ab omnibus, qui nominantur hic, fuerint idiomata diuersa nominata, & diuersę gētes, quia non potest Phaleg nominare aliquam gentē specialem distinctam ab illa quam nominauit Heber, eo quod Heber descenderet a Phaleg.

Aliquis dicet, quod alia gēs nominata est a Phaleg, & alia a patre suo Heber, & sic dicitur quod non descenderint Hebræi a Phaleg, sed continuatum fuerit nomen gentis denominatę ab Heber per aliquem alium filium eius, qui non nominatur hic, nec fuerit Phaleg, nec Iectan, sicut dicebatur supra de filijs Iapheth, & isti duo filij Heber, qui ponuntur hic, scilicet, Phaleg, & Iectan nominauerit alias gentes distinctas a gentibus, quas nominauit pater suus.

Sed dicendum, quod hoc non stat, quia tunc non descenderent hebræi a Phaleg, & tamen falsum est, quia ab eo deriuati sunt, vt patet in litera, cùm generatio Phaleg deducatur directe vsque ad Abraham. Aliter poterit aliquis dicere, quod hebræi descenderunt a Phaleg, & tamen gens nominata ab Heber non fuerit gens hebræorum, sed aliqua alia gens, cuius nomen ignoratur: Sed dicendum quod hoc non est conuenienter dictum, nam certum est hebræos deriuatos ab Heber, ideo necesse est, quod eadem gens fuerit, quam denominauit Heber, & filius suus Phaleg.

Dicendum igitur quod Heber, & Phaleg denominauerunt eandem gentem, & Phaleg non fuit hic positus tanquam aliquis de illis, ex quibus deriuatæ sunt aliquæ gentes, sicut cæteri, qui ponuntur hic,

hic, sed fuit positus propter causam specialem, scilicet, quia nominatus fuerat propheticè Phaleg propter diuisionē linguarū, & gentiū, quę secuturę erant tempore suo. Sic enim fuit de Nemrod, vt supra declaratum est. Nam ab eo non fuit denominata aliqua gens, sed fuit hic expressus, quia ipse fuit primus, qui cœpit in orbe dominari, & fuit primus rex, Gen. 10. & sic non debuit subticeri ista impositio nominis prophetica, quia erat aliquid speciale, & ad hoc positus est hic Phaleg, quanquam ab eo gens nulla nominata fuerit.

Et nomen fratris eius Iectan. Iectan autē genuit Elmodad, & Saleph, & Asomoth, & Iare, Adoram quoque & Vzal, & Decla, Ebal etiam, & Abimael, & Saba: necnon & Ophir, & Heuila, & Iobab. Oēs isti filij Iectā.

Et nomen fratris eius Iectan. Ab isto descenderunt filij tredecim, quorum quilibet nominauit gentem vnam, & ipse Iectan nominauit gētem specialem distinctam a gentibus nominatis a filijs suis, & dicitur.

Iectan autem genuit Elmodad. Iste fuit primogenitus eius. De istis omnibus filijs Iectan, dixit Iosephus primo Antiqui. quòd habitauerunt a Chophino flumine Indorum in locis positis circa Syriam: sunt autem pro maiori parte gētes a filiis istius deriuatæ multum orientales, scilicet, omnes populi Indorum, & adiacentes regiones.

Et Saleph, & Asomoth, & Iare, Aduram quoque & Vzal. Istę quatuor gentes, & quinta nominata ab Elmodad sunt incognitæ quantum ad nomina: constat tamē eas habitationes habere circa Indiam: causa autem quare ignorantur est, quia historiographi Græcorum, vel Latinorum non imposuerunt eis nomina, eo qp eis nihil locutum fuit de gentibus illis. Nam propter magnam distantiam eorum a nobis, gesta illorum ad Latinos, vel Græcos non peruenerunt: sic etiam, & gesta nostra ad illos nō perueniūt: nam tempore, quo Roma erat in maximo flore suo non extensa fuerat fama eius vsque ad Indos: vnde nec Indi sciebant vrbem Romæ esse, sicut patet per Boetium 2. de consol. prosa septima, scilicet, Aetate denique Marci Tullij, sicut ipse quodam loco significat, nondum Caucasum montem Romanæ Reipublicę fama transcenderat, & erat tunc adulta: Etiam in sacra scriptura vix reperiuntur aliquando nomina gentium denominatarum ab istis, eo quòd propter magnam distantiam a terra Indorum: nullam communicationem habebant cum eis, nec prophetæ hebræorum aliquid de illis prænunciabant, ita vt in aliquo loco de illis scribi deberet.

Necnon, & Ophir. Iste erat alius filius nominatus de stirpe Iectan: & ab eo nominata est quędam gens, & insula in terra Indię Ophir. In illa insula est multum de auro, quia ibi sunt montes aurei, & tamen morantur ibi leones, & griphes, propter quos rarus, & periculosus est accessus illuc hominibus, vt patet. Mittebat tamen Salomon illuc continuè classes, vt portarent sibi aurum, & afferebant magnam quantitatem, & etiam ligna preciosa, vt patet 3. Reg. cap. 9. & 10. Iosaphat quoque rex Iuda volebat illuc mittere ad portandum aurum, sed confractæ sunt naues eius in Assiongaber, eo. lib. cap. vlti. in 2. lib. Paralip. cap. 20.

Et Deda. Ab isto nominata est quędam gens Dedan, cuius nomen Latinum, vel Græcum non habemus propter causam supra assignatam, s. quia gentes istæ multum erant distantes à terra Græcorum, & Latinorum, & tamen isti habitabant in quibusdam insulis orientis, & ferebant in vrbem Tyri, merces per mare, de quibus tangitur Ezech. 27. scilicet, Dedan institores tui in tapetibus ad sedendum. Et iterum dicitur: Filij Dedan negociatores tui, insulæ multæ negociatio manus tuę, dētes eburneos, & hebeninos commutauerunt in precio tuo. Est tamen duplex gens vocata Dedan: vna est de filijs Cham, vt patet supra, & alia de filijs Iectan, vt patet hic, & potest esse quòd propter hoc ponatur Ezechielis 27. bis de filijs Dedan ad significandum vtrosque, quia ab vtrisque veniebant aliqui in vrbem Tyri ad negotiandum.

Ebal, & Abimael. Isti etiam duo nominauerūt duas gentes, quorum nomina apud nos ex causa prędicta ignota sunt, morantur tamen apud Indos. *Et Saba.* Ab isto nominatę sunt quędā gentes in oriente, quas dicunt aliqui esse Sabęos, & tamen non sunt illi Sabęi, quos dicimus esse in Arabia. Isti enim sunt, de quibus historię Græcorum, & Latinorum magis meminerunt.

Et Heuila. Iste nominauit quandam gentem, quę est in India, & vocatur terra ex nomine eius Heuila in circuitu cuius fluit primus fluuius Paradisi terrestris, qui dicitur Phison. De hoc Gen. 2. Nomen vni Phison, ipse est, qui circuit omnem terrā Heuilath, vbi nascitur aurum, & aurum terrę illius optimum est, ibique bdelium, & lapis onychinus. *Et Iobab.* Ab isto denominata est alia gens, sed ignoratur a Latinis, & Græcis, & etiā a Iosepho, & hebręis. De his enim Hieronymus in libro de Hebraicis quæstionibus ait loquens de filijs Iectan, scilicet, harum gentium nomina posteriora inuenire nō potuisse, sed nec vsque in præsens, quia procul a nobis sunt, vel ita vocantur vt prius, vel quæ mutata sunt ignorantur: possederūt autem Arophone fluuio apud Indię regionem, quæ vocatur Iema. De isto Iobab aliqui dicunt, quòd fuerit Iob, de quo liber factus est, & tamen falsum est. Quis autem fuerit Iob, vel de qua stirpe, declaratum est aliqualiter Gen. 22. & 35. magis autem declarabitur super Iob in principio.

Omnes isti filij Iectan. Hoc dicitur, quia sunt multi & dubitaretur an omnes essent filij Iectan, vel essent aliqui nepotes, vel pronepotes, cum nullius alterius tot filij ponantur, ideo dicitur quòd omnes sunt filij Iectan.

Sem Arphaxad, Sale, Heber, Phaleg, Ragau, Sarug, Nachor, Tare, Abram, iste est Abraham. Filij autem Abraham Isaac, & Ismahel. Et hæ generationes eorum. Primogenitus Ismahelis Nabaioth.

Sem Arphaxad. Hic redit scriptura ad enarrandum successionem Sem per stirpem Iudęorum, & reditur ad principium, scilicet, Sem, & ponuntur ibi nomina sine verbis, & intelligitur de quolibet eorum, istum verbū genuit, s. Sem genuit Arphaxad, & Arphaxad genuit Sale, & sic de cęteris.

Quare scriptura redit hic ad dicendum de quibusdam, de quibus iam dictum fuerat. *Quæst. XVIII.*

QVAERITVR quare scriptura redit hic ad dicendum de Sem Arphaxad, & reliquis: quia iam de omnibus dictum fuerat.

Respondendum, quòd hic repetitur linea Sem, quia descenderunt Hebræi ab illo, & non repetitur quantum ad omnes filios Sem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed solum quantum ad illos, per quos descenderunt Hebræi, & ideo accipitur vnus de filijs Sem, s. Arphaxad: reliqui autem omittuntur. Pro quo considerandum quòd Sem ponitur hic dupliciter cum progenie sua. Primò quantum ad hoc, vt sciatur quot gentes descenderunt ab eo, & à filijs suis. Secundo ad enarrandum progeniem Iudæorum, quæ descendit ab illo. Quantum ad primum ponitur Sem, & omnes filij sui, & nepotes, à quibus aliquæ gētes fuerunt denominatæ, & ideo ponuntur multi, quia multæ gentes, & idiomata nominata sunt à filijs Sem, scilicet, vigintiseptem. Secunda vice non ponitur nisi vnus de filijs Sem, s. Arphaxad, quia Hebræi non potuerunt descendere de stirpe Sem, nisi per vnicum de filijs eius, & quòd fiat propter hoc, patet: quia nūc non nominantur multi filij alicuius, sed cuiuslibet nominatur vnus filius. Patet etiam hoc, quia continuatur ista progenies Sem vsque ad Abraham, & inde postea incipit enarrari progenies Abrahę per omnes Hebræos directè ab eo descendentes.

Sem Arphaxad. Idest Sem genuit Arphaxad. Vixit enim Sem annis trecentis, & duobus. Quod patet, quia genitus est ante diluuium annis centum, cū dicatur Gen.5 quòd Noe genuit anno quingentesimo vitę suę Sem, Cham, & Iapheth: & istorum maior erat Sem, Gen.10. & ipse duobus annis post diluuium genuit filium suum, Gen.11. & postea vixit annis quingentis, vt patet ibidem, & sic vixit simul annis quingentis duobus, & tamen in hoc est diuersitas, quia dicitur ibi, quòd erat annorum cētum quando genuit Arphaxad biennio post diluuium, & tamē secundum computationem præcedētem deberet esse annorum centum, & duorum. Sed ista contrarietas soluitur per annos completos, & incompletos, sicut sępe fiebat in 3. & 4 Reg. de quo 3. Reg. 16. & 4. Reg. 18. Arphaxad autem vixit annis trecentis triginta octo, nam annorum trigintaquinque erat, quando genuit filium suum Sale, & postea trecentis tribus annis vixit, Gen.11.

Sale Heber. Idest Arphaxad genuit Sale, & Sale genuit Heber: vixit autem Sale annis quadringentis triginta tribus, scilicet, annis triginta antequam gigneret Heber, & postea annis quadringentis & tribus, Genesis 11. vixit autem Heber annis quadringentis septuaginta, & quatuor, s. annis triginta quatuor antequam gigneret Phaleg, & postea quadringentis & triginta, Gen.11.

Phaleg Ragau. Idest Heber genuit Phaleg, & Phaleg genuit Ragau. Iste Ragau vocatur Reu, Gen.11. vixit autem Phaleg annis ducētis triginta & nouem, scilicet annis triginta anteq̄ gigneret Ragau, & postea annis ducētis, & nouem, Gen.11. vixit autem Ragau ducentis triginta, & septem annis, scilicet, triginta antequam gigneret Sarug, & postea ducentis & septē.

Sarug Nachor. Idest Ragau genuit Sarug, & Sarug genuit Nachor: vixit autem Sarug annis ducentis & triginta, s. triginta antequam gigneret Nachor, & ducētis postquam eum genuit: Nachor autem vixit annis centum sexagintaseptem, vt patet Gen.11. & non est iste Nachor pater Abraham, sed fuit auus eius.

Thare Abraham. Idest Nachor genuit Thare, & Thare genuit Abraham. Erat autem Thare annorum septuaginta quando genuit Abraham, & vixit ducentis, & quinque annis, Gen.11. Abraham autem vixit annis centum septuagintaquinque, Gen.25.

Iste est Abraham. Idest iste, qui vocatus est nunc Abram; est ille, qui vocatur Abraham: ponitur ista variatio nominis, quia Abrahā prius vocabatur Abrā, & quando circuncisus est mutauit nomen eius, vt vocaretur Abraham, Genesis decimoseptimo, nec vltra vocabatur, scilicet, nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham, quia pater multarum gētium constitui te. Sic etiam factum est de Sara vxore eius, quæ prius vocabatur Sarai, & tunc vocata est Sara, eodem cap.

Filij autem. Hic ponitur tertium principale huius capituli, scilicet, deriuatio lineæ ab Abraham, & diuiditur in tria secundum, quod computatur triplex linea progeniei Abraham, nam habuit tres vxores, scilicet, Agar, & Saram, & Ceturam, & per istas tres deriuatæ sunt tres progenies. Secunda ibi. *Filij autem Keturæ.* Tertia ibi. *Genuit autem Abraham.* Circa primum dicitur. *Filij autem Abraham Isaac, & Ismahel.* Isaac fuit filius Abrahæ de Sara: Ismahel fuit filius Abrahæ ex Agar Aegyptia ancilla eius. De hoc Gen. decimosexto, & vigesimoprimo. Habuit autem Abraham alios filios multos de Cetura, & tamē quia illi erant multi non nominantur hic, sed infra: Sara autem concepit vnicum, & Agar vnicum: ideo illi nominantur hic.

Et hæ sunt generationes eorum. Istę, quę sequuntur, nam hic ponuntur generationes omnium filiorum Abrahæ, nō solum quantum ad Ismahelem, & Isaac, sed etiam quantum ad filios Keturę.

Primogenitus Ismahelis Nabaioth. Hic ponūtur duodecim filij Ismahelis filij Abrahæ. Istos enim promiserat sibi Deus, nam quando erat Ismahel annorum quatuordecim nondum nato Isaac, Deus dixit Abrahę, quod daret ei filium ex Sara vxore sua, & tūc Abraham admiratus miraculum, quod Deus volebat facere dixit, vtinam viuat Ismahel coram te, & Deus dixit super Ismahel exaudiui te: ecce benedicā ei, & angebo, & multiplicabo eum valde: duodecim duces generabit, & faciam illum crescere in gentem magnam, Genesis decimoseptimo. Nomina autem istorum ducum ponuntur hic, & etiam Genesis vigesimoquinto. Fuerunt autem isti filij Ismahelis, & fuerunt duces multarum gentium, nominauerunt q; diuersas terras, & tamen non est intelligendum de quolibet istorum, quod ab eo specialiter nominatus fuerit aliquis populus, & habuerit aliquod idioma proprium: aliqui tamen ipsorum nominauerunt aliquas gentes, quę quanquam non perderent idiomata priora, tamen dimissis veteribus acceperunt aliqua noua, vel forte illi, qui nascebantur de istis faciebant per se vnam gentem, & non peribat nomen alicuius gentis prioris. Sic enim fieret quod omnes descendentes de Nabaioth, vel de aliquo istorum per se nominarent vnam gentem. Sciendum autem, q̄ iste Nabaioth primogenitus Ismahelis fuit magnus princeps, & ab eo nominati sunt quidam populi Nabathęi, & habitant circa Arabiam, vnde & poetæ meminerunt de Nabathęis, quia Ouidius Meram. dicit quosdam ventos flare à partibus Nabathęorum.

Cur scriptura prius Ismahelis progeniem enarrauit quā Isaac.
Quæst. XIX.

QVAERITVR quare prius enarrauit hic scriptura progeniem Ismahelis quam Isaac, cum Isaac esset multo dignior, quia erat filius datus secundum repromissionem, & miraculose, Ismahel autem genitus est secundum carnem ad Galatas quarto, & etiam semen Abrahę non vocatum fuit in Ismahele, sed in Isaac. Genesis vigesimoseptimo, & vigesimoprimo: benedictiones quoque Abrahę completę sunt in Isaac, & non in Ismahele, Gen.26.

Aliquis dicet, q̄ primò dictū est de Ismahele q̄ de Isaac, quia Ismahel erat maior Isaac: nam quatuordecim annorum erat Ismahel quādo natus est Isaac, vt patet Gen.17.

Sed dicēdum quòd hoc non stat, quia non agitur hic prius de aliquo, quia maior sit, nam inter filios Noe Sem erat maior ætate, Gen.10. & tamen huius progenies fuit hic vltimo posita. Sic etiam Isaac natus est multo tēpore ante filios Ceturæ, s. plusquam sexaginta annis, & tamen prius agitur de progenie filiorum Keturę quàm Isaac: Immo dato q̄ aliquis sit simul maior ætate, & dignitate, nō propter hoc prius de illo agitur: nam inter filios Noe Sem erat maior ætate, vt dictum est. Erat etiam maior dignitate, quia de ipso nati sunt omnes patriarchæ, & viri sancti veteris testamenti, & etiam ipse Christus, & tamen de eius progenie vltimo actum est hic. Dicendum igitur, quòd scriptura non seruat hic ætatem, nec dignitatem, sed quoddam artificium in procedendo, nam sunt hic quædam generationes, quæ continuandæ non sunt, aliæ continuandæ: illas vero, quæ omittendæ sunt, prius ponit, vt omittat: illas autem, quæ continuandæ sunt postea ponit, vt continuari possint, quia alias oportebat sępe de eadem re facere repetitionem, quæ turbat intellectum legentium.

Et Cedar, & Abdeel, Mabsam, & Masma, & Duma, Massa, Hadad, & Thema, Iecur, Naphis, Cedma. Hi sunt filij Ismahelis. Filij autem Ceturæ concubinæ Abraham quos genuit, Zamram, Iecsan, Madan, Madian Iesboc, & Sue. Porro filij Iecsan, Saba, & Dadan. Filij autem Dadan Assurim, & Latusim, & Laomim: Filij autem Madian, Epha, & Epher, & Henoch, & Abida, & Eldaa. Omnes hi filij Ceturæ.

Et Cedar. Iste est secundus princeps de stirpe Ismahelis. Nominata fuit ab eo quædam prouincia Cedar, quæ est in Arabia, vbi proxima parte habitabat progenies Ismahelis, de hac, puincia dicitur Psal.129. scilicet, cum habitantibus Cedar multum incola fuit anima mea, & Hierem.2. dicitur: Transite ad insulas Cethim, & videte, & in Cedar quoque mittite, & cōsiderate vehementer, & videte si factū est huiusmodi hoc, & mutauit gens Deum suum. *Abdeel & Mabsam, & Masma, & Duma, & Massa, & Adad.* Isti sex fuerunt principes, sed ab eis non legimus specialiter aliquam prouinciam aut gentem denominatam. *Et Thema.* Aliqui putant ab isto fuisse nominatam quādā vrbē, quæ vocatur Themam, quia illa est in terra Idumeæ, & isti erant principes de domo Ismahelis, & non de domo Esau: posteri tamen Esau tenuerunt Idumęā: & ibi fuit ciuitas Themam: Amos primo, cum dicitur de tribus sceleribus Edom. s. mittam ignē in Themam, & deuorabit ædes Bosre. Istæ autem duæ ciuitates erant de terra Esau. *Et Iecur.* Iste est alius princeps de progenie Ismahelis, a quo nominata est quędam prouincia parua circa terram Iudeę, quę vocatur Ithurea, & est apud Trachonitidem regionem: de hac Lucæ 3. s. Philippo patre eius Tethrarca Ithurēę, & Trachonidis regionis. *Naphis, Cedma.* Ab istis duobus vltimis principibus de filijs Ismahelis non legitur aliqua gens nominata, nec prouincia. De omnibus istis duodecim principibus Ismahelis dicit Iosephus primo Antiq. & etiam Hist. schol. quod isti obtinuerunt primo Drachonitidem, & Phęnicē re-

gionem, & Arabiam vsque ad terminos maris rubri, scilicet, circa Aegyptum, & contra orientem, vbi est mare Rubrum. Dicit etiam Iosephus, quòd natus est quidam propheta ex filijs istorum. *Hi sunt filij Ismahelis.* Scilicet omnes præcedentes, generatio autē quantum ad posteros eius non enarratur, nec etiam fuissent enarrati isti: nisi propter Abrahā, quia Deus promiserat Abrahę, quod daret ei duodecim principes de filijs Ismahelis, Gen.17. & vt videatur q̄ Deus compleuit id, quod prędixerat, scriptura ponit nomina istorum principum, Gen.25. & etiam hic. *Filij autē.* Hic ponitur secūdum huius partis, scilicet, progenies Abrahę ex filijs Keturę, & dicitur. *Filij autem Ceturæ concubinæ Abraham, quos genuit.* Scilicet isti sex, qui sequuntur fuerunt filij Keturę concubinę Abraham. Sciēdum autem quòd Abraham habuit vxores tres: prima fuit Sara filia fratris sui, de qua Gen.11. deinde cum ista esset sterilis, & multo tempore proli vacans ex ea gignere non potuisset, ad preces eius accepit Abraham in vxorem Agar, Gen.16. genuitque ex ea Ismahelem, cum esset Abraham annorum octogintasex, Gen.16. Tenuit autem istas duas simul in vxores quousque peperit Sara ipsum Isaac quatuordecim annis post natiuitatem Ismahelis, & cum Isaac aliqualiter esset puer, luderetque cū eo Ismahel, grauiter accepit Sara, & dixit Abraham, ejce ancillam, & filium eius, & tunc ejecta est Agar cum filio suo Ismahele: mansitque sola Sara vxor Abrahę, Gen. 17.21. sic autem mansit vsque ad mortem suam: erat autem annus centesimus trigesimus septimus Abrahæ quando mortua est Sara, quod patet, quia Abraham erat maior quam Sara annis decē, vt colligitur Gen.17. s. Putatne centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Et sic erat Sara nonaginta annorum quando Abraham erat centum, & tamen Sara mortua fuit anno cētesimo vigesimo septimo ætatis suæ, Gen.23. ideo erat tunc Abraham annorum centum triginta septem, & post hoc accepit aliam vxorem, scilicet, Ceturam. Gen.25. & illa peperit ei istos filios: Putant autem Hebręi, quod ista Cetura fuit Agar, sed vocatur alio nomine, & dicunt quod mortua Sara redijt ad Abraham, & peperit ei filios. Sed falsum est, vt declaratum fuit Gen.25. dicitur autem hic de Cetura, quod fuit concubina Abrahę. Dicendum tamen quod fuit verè vxor eius, quia Gen.25. dicitur Abraham vero aliam duxit vxorem nomine Ceturam: vocatur tamen concubina interdum, vt patet eo. cap. nam cum vocasset eam vxorem, sequitur postea. Filijs autem cōcubinarum largitus est munera, & vocauit ibi concubinas Agar, & Ceturam: Sara autem vocatur vxor, & nunquam concubina, quia ipsa fuit vxor principalis ducta cum solennitate matrimoniali: aliæ autem non fuerunt ductæ cum hac solennitate, ideo quanquam essent vxores, vocantur interdum concubinæ, sic etiam accipiunt iura humana, s. quod licet Christiano homini tenere vnam vxorem, vel si nō potest tenere vxorem, tenere vnā concubinam, & accipitur concubina pro vxore ducta sine instrumentis dotalibus, & alijs solennitatibus, de hoc in Decretis dist.32. cap. concubinæ, & cap. Christiano homini. De his declaratum est satis Iud.19. circa principium. *Zamram.* Iste fuit primogenitus, & differt ab illo, qui vocatur Zaram. Ille enim fuit filius Iudę, & nurus suę Thamar, & vocatus est Zārā: quia antequam egrederetur de vtero ligatum est filum coccineum in digito eius, vt significaretur esse primogenitus, Gen.38.

Iecsan, Madan. Ab istis duobus, & præcedenti an aliqua gens nominata fuerit, non apparet.

Madian. Ab isto nominata est quædam terra Madian,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dian, quę est in deserto Arabię, ad quam confugit F
Moyses timens Pharaonem, quando occidit Aegyptium, & habitauit ibi quadraginta annis, accepitque vxorem filiam Iethro sacerdotis Madian, Exo. 2. & Act. 7. *Iesboc*. Ab isto an aliqua gens nominata fuit, velprouincia ignotum est. *Sue*. Nomen viri est, & non est nomen adiectiuum, nec nomen fęminę, vt aliqui putant. Sic enim vocabatur Chanæus ille cuius filiam accepit Iudas in vxorē, Gen. 38. & seq. cap. Sic etiam vocabatur quidam rex Aegypti, s. ille, cum quo vltimus rex Oseę Israel consilium iniebat, vt rebellarent ambo contra Salmanasar regem Assyriorū 4. Reg. 17. Et vocatur ibi Sua, sed Sua, & Sue idē sunt. *Porro filij Iecsan: Saba, & Dadan*. Iste primogenitus G
Abrahę ex Cetura genuit duos, s. Saba, & Dadan: ab isto Saba an nominata fuerit aliqua gens Sabęorum nonconstat, certum est tamen, quod quędam gens Sabæorum est, quæ in thure abundat, & tamen an illa nominata fuerit ab isto Saba, vel ab aliquo de supra positis, a quibus gentes nominabantur, non apparet. Dadan etiam potuit aliquam gētem nominare, quia quidam vocati fuerunt filij Dedan, qui per mare veniebant ad ferendum varias merces in vrbem Tyri, Ezech. 27. & tamen an sint illi filij Dedan nominato ab isto, vel ab aliquo de suprapositis, non apparet.

Filij autem Madian Epha. Describuntur etiam filij Madian, nam Madian fuit quartus de filijs Ceturæ, & iste H
habuit filios quinque, qui nominantur hic, & primus eorū fuit Epha, a quo nominata est quædam prouincia, quę est iuxta terram Madian, in qua abundant cameli, & sunt omnes isti circa Arabiā, de hoc Isa. 60. s. Inūdatio camelorum operiet te, dromedarij Madian, & Epha: & habitant etiam isti populi coniuncti populis deriuatis ab Agar. *Et Apher*. Ab isto nominata est terra Africæ, vt quidam volunt, & quidam de
Cap. 23. in medio. posteris suis multa bella fecit in Africa, de hoc ait Iosephus primo Antiq. & Histo. schol. quod ex vno filiorum Ceturæ, s. Madian natus est Apher, qui castra sua fixit in Libia, quam posteri eius hæreditantes ab illo Africam denominauerunt. Celdeus quoque prophera, qui Malchus dictus est historiam Iudæorū I
scripsit sicut Moyses, qui ait: ab vno filio Ceturæ nomine Sur in Assyriam nuncupatam: ab alio vero, qui dictus est Apheram Africam dictam, cui descendens in Lybiam Hercules tulit auxilium, & filiam ipsius nomine Ethęam duxit Hercules in vxorem, & ex ea genuit Dodoram, cuius filius fuit Foron, ex quo barbari Sorophaci nominantur.

Henoch, & Abida, & Eldaa. Ab istis tribus vltimis non apparet aliqua gens vel terra nominata. Omnes hi filij Cethuræ, scilicet, quidam fuerunt filij, & quidam nepotes.

Quare filij Ismahelis, & Cethuræ hic enarrantur,
Quæst. XX.

QVAERITVR quare enarrati fuerūt hic isti filij Ismahelis, & Cethuræ.

Aliquis dicet ꝙ enarrati fuerūt ꝓp causam, propter quā enarrabātur omnes precedētes, sed hoc falsum est, quia qui ponebantur supra fuerūt capita populorum, & linguarum, ita quod quilibet eorum vnum idioma speciale nominauit, & vnā gentem, vt declaratum fuit in quadā cōne. De filijs autē Ismahelis & Cethurę non est sic, quia licet aliqui illorum nominauerint aliquas prouincias, vel vrbes, tamen non omnes. Etiam nullus eorum nominauit aliquod idioma speciale a se, quia iam omnia idiomata prœcesserant in confusione Babylonis, & non fuerunt postea multiplicata.

Aliquis autem dicet, quòd fuerunt nominati hic isti propter honorem Abrahę, quia fuerunt omnes filij Abrahę. Sed dicendum quòd ista causa sola non mouet, quia tunc sicut narrantur isti filij Abrahę, ita etiam narrarentur nepotes, & pronepotes vsque ad multas generationes, quia maior honor esset Abrahæ. Item si propter hoc esset, sicut narrantur quidam nepotes Abrahę ex Cethura, ita narrarentur quidam nepotes, & pronepotes per Ismahelem, sed nō est sic. Item si propter hoc fieret, cum narrentur quidam nepotes Abrahę per Cethurā, s. ex quibusdā filijs eius, narrarentur nepotes ex omnibus, & tamē solum nominātur nepotes ex duobus, s. ex Iecsan, & Madian. Dicendum igitur de duodecim filijs Ismahelis, quòd precipue nominantur ad ostendendum veritatē promissionis Dei, nā ipse promiserat, quòd daret ei duodecim principes de Ismahele, Gen. 17. ideo nomina istorum exprimuntur Gen. 25. & hoc in litera, sed tūc dicetur, quare igitur non fuerunt nepotes, & pronepotes Ismahelis nominati hic ad honorem Abrahæ?

Respondendum quòd in Ismahele nō erat vocandum semen Abrahæ, sed in Isaac, Gen. 21. & quia progenies Abrahæ, per quam descēdebant illi, qui computabantur in semine Abrahę non pertinebat ad Ismahelem, non debuit enarrari posteritas Ismahelis, nisi forte aliqui nominarentur propter causam specialem, sicut fuit in duodecim filijs eius. Fuit etiam H
alia causa prœter supradictam, quia isti duodecim filij Ismahelis fuerunt viri potentes, nam ipse Deus dixerat, quòd duodecim principes nascerētur de Ismahele, & propter honorem, & famam istorum debuerūt nominari. Posteri autem eorum non fuerunt continue potentes sicut isti, ideo non oportuit quod nominarentur. De filijs autem Cethuræ aliquis dicet, quod nominati sunt ex eadem causa, ex qua nominati sunt filij Ismahelis, sed falsum est, quia filij Ismahelis nominati sunt principaliter ad ostendendum veritatem diuinæ promissionis, & tamen non fuerunt promissi aliqui filij Abrahę ex Cethura, sicut fuerunt promissi ex Ismahele. Dicendum igitur quod nominati sunt filij Cethurę propter honorem Abrahæ, & quia omnes sex filij Cethuræ fuerunt viri magni, omnes sex nominati sunt. Posteritas autem tota eorum nominari non debuit, quia non pertinebat ad illos, in quibus nominandū erat semen Abrahæ, sicut nec filij Ismahelis: fuerunt autem nominati aliqui nepotes Abrahę ex Cethura, s. filij Iecsan, & Madian, & hoc fuit, quia filij istorum fuerunt potentes viri, & famosi: nominaueruntque aliquas gentes, vel prouincias ex nomine suo, sicut patet de Saba, & Dodan, Epha, & Epher, & sic credendum est de alijs, qui exprimuntur, quanquam non appareat, quæ gēs, vel populus nomen ab eis acceperit. De alijs autem filijs Cethurę quorum filij nō nominantur, nō est di- K
cendum, quod non habuerint filios, sed non fuerunt illi viri potentes, qui nominarēt aliquos populos, vel prouincias à seipsis sicut alij, ideo non exprimuntur, quia scriptura sacra nihil sine causa ponit. De istis autem filijs Ismahelis & Cethurę, dicēdum ꝙ habitauerunt simul ad eandem partē orbis. Erant enim cognati, & in habitatione propinqua conueniebant, vt sic defenderēt se ab oībus extraneis, Abrahā quoque fecit ꝙ illi habitarent simul, sic patet Gen. 25. s. Filijs aūt cōcubinarū largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc viueret ad plagā orientalem. Erant aūt isti filij cōcubinarū filij Agar, & Cethurę: Habitauerunt aūt Ismahel, & posteri sui in deserto Pharam, qui est in solitudine Arabica ad latus meridianū terrę Chanaan, Gen. 21. & declaratur hoc magis Gen. 25. scilicet: Habitauit autem ab Heuila

vsque

vsque Sur, qui respicit Aegyptum introeuntibus Assyrios. De filijs autem Cethuræ dicendum, quòd simul habitauerunt cum dicatur ibidem, quòd separauit eos Abraham ad plagam orientalem, & dicitur hoc simul de filijs Ismahelis, & Cethurę. A

Item patet hoc Isa. 60. vbi ponitur de quibusdam filijs Cethuræ, scilicet Madian, & Epha, cū dicitur. Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian, & Epha. Et immedietate dicitur ibi de regionibus nominatis à quibusdam filijs Ismahelis, scilicet à Nabaioth, & Cedar: Omne pecus Cedar cōgregabitur, & arietes Nabaioth ministrabunt tibi. Et sic apparet, quòd istę terræ propinquę sunt, cum de eis simul agatur. De istis filijs Ismahelis dicit Hieronymus & Glo. ord. duodecim filij nascūtur Ismaheli primogenitus Nabaioth, à quo omnis regio ab Euphrate vsque ad mare Rubrum Nabaiothena dicitur, quę pars Arabiæ est: nam familię ipsorum, oppidaque, & pagi, ac munita castella, & tribus horum appellatione celebrantur ab vno ex eis Cedar in deserto, & Duma alia regio, & Theman ad austrum, & Cedema ad orientalem plagam. Istę tamen terræ, quas ponit Hieronymus prœter Nabathęam, & Cedar, non sunt famosę, & fere apud nullum leguntur nisi apud ipsum. B

Genuit autem Abraham Isaac, cuius fuerunt filij Esau, & Israel. Filij Esau, Eliphaz Rahuel, Iehus, Ielon, & Core. Filij Eliphaz Theman, Omar Sephi, Gothan, Cenez Thanna, Amalech. Filij Rahuel, Nahath Zara, Samma, Meza. Filij Seir Lotan. C

Genuit. Hic ponitur tertium, scilicet successio progeniei Abrahæ per Isaac, & diuiditur in duo, quia primò ponitur pars principalis. Secundò incidentalis ibi. *Filij Seir*. Nam principaliter de filijs Esau agitur, qui fuit filius Abrahæ, & incidentaliter de filijs Horręorum, qui habitauerunt in terra antequam habitaret Esau, & dicitur. *Genuit autem Abraham Isaac*. Istum filium solum habuit de Sara, alios autem de Agar, & D
Cethura, de qbus supra patet. *Cuius fuerunt filij Esau, & Israel*. Istos duos solum habuit Isaac ex vnica vxore sua Rebeca: Gen. 25. & nati sunt simul: nam erat sterilis Rebeca, & ea vice, qua concepit precibus ad Deū fusis, obtinuit quòd conciperet, & habuit Esau, & Iacob, sed vocatus est Iacob Israel, quia Angelus mutauit nomen eius, dicens. Non vocaberis amplius Iacob, sed Israel: Gen. 32. Iterum etiam cum ascenderet in Bethel Deus dixit ei, quòd non vocaretur amplius Iacob, sed Israel: Gen. 25. *Filij Esau*. Ista diuiditur in duas, quia generatio Abrahæ computatur per istos duos, principalius tamen per Iacob, & minus principaliter per Esau, ideo prœponitur hic generatio Esau, quia continuanda non est, & postea sequitur generatio Iacob, quæ continuatur seq. cap. *Eliphaz*. Iste fuit E
primogenitus Esau, & dicunt quidam, quòd iste fuit Eliphaz Themanites vnus de tribus amicis Iob, de quibus in libro suo dicitur, & aliqualiter videtur conuenire opinioni multorum, tamen de hoc magis dicetur super Iob. *Rahuel Iehus, Ielon*. Ab istis tribus descenderunt aliqui principes, & reges in terra Idumęorum, sicut ab alijs filijs Esau, vt patet in litera. *Core*. Iste fuit vltimus filius Esau, & non est ille Core, qui rebellauit contra Moysem, & Aaron in deserto, vt acciperet sacerdotium, qui à terra absorptus est: Nu. 16. & 26. nam ille fuit de progenie Leuitarum venientium de Iacob, iste autem fuit filius Esau: Ille ēt fuit tempore post istum, quia fuit in deserto post exitū Israelitarum de Aegypto. Sciendum autem, quòd Esau habuit filios istos ex pluribus vxoribus. Nam Esau accepit vxores tres, quarum vna vocabatur Ada filia Elon Hethęi: Gen. 36. & vocatur alio nomine Basemath: Gen. 26. alia erat filia Elibama filia Aua, & ista vocatur Iudith alio nomine: tertia erat Basemath filia Ismahelis soror Nabaioth, & duę primę erant de genere Chananęorum, tertia autem de genere Abrahę, de his Gen. 26. & 36. Eliphaz autem primogenitus Esau, fuit genitus de prima vxore eius, Adarauel autem secundus filius eius, genitus est de prima vxore nomine Basemath, alij tres geniti sunt de secunda vxore, scilicet Olibama: Gen. 36. *Filij Eliphaz Theman*. Hic ponuntur nepotes Esau ex primogenito suo Eliphaz, qui fuerunt duces in terra Edom. Omnes tamē isti, qui nominantur hic duces fuerunt: Gen. 36. & primus istorum est Themā, à quo nominata est quędam ciuitas Theman de principalibus terræ Edom, & propter hoc, quando prænunciantur mala contra terram Edom propter peccata tria, exprimitur Themā principaliter, vt patet Amos primo, cum dicitur. Mittam ignem in Theman, & deuorabit ędes Bosre. De Theman dicit Glo. ord. quòd Theman est regio à Themā filio Eliphaz, sortita vocabulum villa Theman distans ab vrbe Petra quinque millibus, vbi militum Romanorum præsidiū sedit, de quo loco fuit quidam rex, qui dictus est de regione Themanorū, vnus quoque filius Ismahel vocabatur Themon, omnis tamen australis regio Theman dicitur Hebraicè. Sciendum tamen quòd Hieronymus vult Theman fuisse regionem ad austrum nominatam ab vno de duodecim filijs Ismahelis, & illa est in Arabia versus Aegyptum, ista autem ciuitas Theman est in regione Idumęorum. *Omar*. Iste vocatur in Gen. Omar, & nihil differt, quia multoties in nominibus proprijs mutatur vna litera, vel plures, vt sępe reperitur in Hebręo, & in Latino. *Sephi*. Iste vocatur Gen. 36. Sepho, & nihil differt in re. Hieronymus autem, & Glo. ord. dicit Sephi vnipes in Genesi Sepho bipes, vtrunque tamē per Sin literam: Bipes autem dicitur, quia processu temporis multitudine prolis maiorem efficaciam habuit, quam prius. *Gethan*. Iste vocatur Gathā: Gen. 36. sed idem est. *Cenez*. Iste est vnus dux de filijs Eliphaz. *Thanna*. Iste est alius dux, sed aliquis dubitabit quomodo ponit hic Thanna inter, filios Eliphaz, quia non fuit filius eius, sed concubina sua: Gen. 36. scilicet erat Thanna cōcubina Eliphaz filij Esau, quæ peperit ei Amalec, respondet Glo. ord. iuxta positionem Hebręorum, quòd Thanna concubina fuit Eliphaz, & tamē ponitur inter filios eius, quia nutriebat eam inter filios suos, sicut vnum de filijs. sed ista ratio non habet apparentiam: nam propter hoc, quòd inter filios nutriretur, non poneret eam scriptura in numero filiorum, præcipuè cum scriptura intendat ponere filios, & nepotes Esau, etiam quia dicitur dux Thanna: Gen. 36. & etiam hic. Et ideo non est nomen concubinæ, sed dicendū, quòd est nomen vnius de filijs Eliphaz, & tamen aliquando nomina mulierum sunt talia, sicut nomina virorum, & equiuocatur idem nomen viro, & fœminæ. *Amalec*. Iste fuit vltimus filiorum Eliphaz, & ponitur vltimus, quia forte vlt. in ordine natiuitatis fuit, vel quia fuit minoris dignitatis, quam cęteri, cum fuerit genitus ex concubina, erat autem ista concubina Thanna, & de genere Horręorum: Gen. 36. & hic. *Filij Rahuel*. Iste erat secundus filius Esau, & ponuntur hic filij eius. *Nahath, Zara, Samma, Meza*. Isti quatuor filij Rahuel fuerunt duces in terra Idumęorum: Gen. 36. & iste, qui vocatur hic Zara, vocatur Zara: Gen. 36. Et qui vocatur hic Maza, vocatur Meza ibidem, & ponuntur aliqui alij

duces

Universidad de Deusto
Biblioteca

duces de filijs Esau in Gen. qui non ponuntur hic, sci F licet duces, qui venerunt de alijs tribus filijs Esau, & tamen quia non nominantur filij eorum, sed ipsi dicũtur esse duces, sed non curauit scriptura hic aliquid dicere. *Filij Seir.* Hic ponitur pars incidentalis, scilicet de progenie Horręorum, & vocatur primus eorum Seir.

Sciendum autem, quòd non est iste Seir Esau: nã Esau habet tria nomina, scilicet Esau, Seir, & Edom, vocatur Esau à natiuitate, vocatur Edõ, ideſt rubeus, quia desiderauit lenticulam ruffam, & vocatur Seir, ideſt pilosus, vel hispidus, quia erat pilosus in modum pellis. De istis tribus nominibus Gen. 25. Et variantur in scriptura, quia aliquãdo vocatur Esau sub vno illorum, & aliquando sub alijs. Iste autem de quo hic G est mentio erat Seir pater Horręorum, qui habitauit prius in terra illa antequam Esau, sed filij Esau cõfortati expulerunt Horręos de terra.

Quare hic progenies Horræorum ponitur.
Quæſt. XXI.

QVAERITVR quare ponitur hic progenies Horręorum, cum ipsi nihil pertineant ad enarrationem, quam facit sacra scriptura, cum ipsi nõ sint de progenie Abrahę, quæ continuatur hic, nec etiam sint, à quibus aliquæ gentes nominatæ fuerint, vel idiomata cęperint.

Respondendum secundùm quosdam, quòd hoc H factum est propter concubinam Eliphaz nomine Thamna.

Dicendum tamen quòd Esdras posuit hic ista non propter aliam causam, nisi quia Moyses posuit illa in Genesi, & Esdras voluit in hoc libro continuare generationes, quæ tangebantur in sacra scriptura, vnde repetiuit omnes illas, quæ ponuntur in Genesi, & qa ibi ponebatur generatio Horręorum, voluit Esdras ponere eam hic. Pater hoc considerando omnes alias generationes, quæ habentur hic, & illas, quæ habentur in Genesi, quia omnes, quas Moyses tetigit in Genesi repetiuit hic Esdras, vt continuaret supplendo cęteras, quę in alijs libris deficiebant. Super est tamen quærere quare posuit Moyses in Genesi generationem Horręorum, cum non pertineat ad sacram scripturam. I

Respondendum, quòd duę causæ fuerunt ad hoc, prima fuit propter Thamna concubinam Eliphaz: nam ipsa fuit de progenie Horræorum: nam fuit soror Lotan ducis Horręorum, vt patet hic, & quia agebat hic scriptura de progenie Esau, & Amalec, qui fuit de filijs Esau, & fuit filius Thamna, & illa erat de progenie Horręorum, tactum fuit de progenie Horręorum, vt sciretur plenè origo Amalec, & fuit causa potissima, quia Amalec fuit caput vnius gentis. Ab ipso enim nominati sunt Amalecitę, qui habitabant in deserto Arabię. Isti fuerunt primi, qui pugnauerunt contra Israel: nam quando exiuerunt de Aegy- K pto Israelitę circa montem Sinai, pugnauerunt Amalecitę contra Israel, & Iosue fuit princeps ex parte Israelitarum, fugauitque Amalecitas in mansione, quę vocatur Raphidim. Exod. 17. & ob hoc dixit Balaam Propheta: Num. 24. Principium gentium Amalec, cuius extrema perdentur, ideſt prima de gẽtibus, quæ pugnauerũt contra Israelitas fuit Amalec, & iterum pugnauit contra Israelitas in Cadesbarne, & occidit multos de eis, qa Deus iratus erat illis, & habuit Chananęos adiutores: Num. 14. & fuit istud anno secundo ab exitu de Aegypto, vt ibi probatum est, postea autem tempore Saul fere omnes Amalecitę deleti sunt ab Israelitis, primo Reg. 15. Secunda causa, & prędipua fuit, quia agebat scriptura de terra, in qua habitauit posteritas Esau, & quia terram illam possederant prius alię gentes, voluit declarare de illis, quę essent, & qualiter dominati fuissent, & proficiebat hoc ad explanationem sacræ scripturæ: nam Deut. 2. dicturus erat Moyses de habitatoribus terræ illius quomodo Deo propitio filij Esau expulerint habitatores terrę illius, ideo conueniens erat scire, qui erant illi: nam dicitur. In Seir autem prius habitauerunt Horrei, quibus expulsis atque deletis, habitauerunt filij Esau, sicut fecit Israel in terra possessionis suę, quam dedit ei dominus. *Lotan.* Iste fuit princeps terræ Seir, & soror eius fuit concubina Eliphaz filij Esau.

Sobal, Sebeon, Ana, Diſon, Eſer, Diſan. Filij Lotan, Horri Homam. Soror autem Lotan fuit Thamna.

Sobal, Sebeon, Ana, Diſon, Eſer, Diſan. Isti fuerunt filij Seir, & habitauerunt in terra Seir ante Esau: ideo dicitur Gen. 36. Isti sunt filij Seir Horrei habitatores terræ, & tamen non habitare cęperunt multo tempore ante Esau: nam filia istius Seir habitatoris terræ fuit concubina Eliphaz, vt patet in litera, & sic fuerũt quasi contemporanei: ponuntur autem duces descẽdentes ab omnibus istis filijs Seir Horrei, vt patet in litera. *Filij Lotan, Horri, Homam.* Lotan primogenitus erat Seir habitatoris terræ, & habuit istos duos filios, qui fuerunt duces in terra illa. Iste, qui vocatur hic Homã vocatur Heman Gen. 36. sed idem est. *Soror autem Lotan fuit Thamna.* Ista fuit concubina Eliphaz filij Esau, & peperit ei Amaleç: Gen. 36. & ob hoc nominatur hic, vt sciatur, quòd erat mulier honorabilis, scilicet filia Seir princeps terræ. Sed dicitur quare vocata fuit soror Lotan, cum nõ solum fuerit soror eius, sed etiam omnium aliorum, qui nominantur hic filij Seir?

Respondendum, quòd potest esse propter duo. Primò quia fortè ista erat soror Lotã ex patre, & matre, & erat soror aliorum solum ex parte patris. Secundò quia Lotan erat dignior inter fratres suos, & ideo quamquam esset soror omnium aliorum ex patre, & matre, solum vocaretur soror Lotã. Sic enim dicitur Gen. 28. & 36. quòd accepit Esau filiam Ismahel in vxorem sororem Nabaioth, & tamen constat, quòd non solum erat soror illius, sed etiam aliorum cum essent duodecim filij Ismahelis: Gen. 25. & etiam hic, & potest ibi intelligi in vtroque modo istorum.

Filij Sobal, Alian, & Manahath, & Ebal, Sephi, & Onam. Filij Sebeon, Aia, & Ana. Filij Ana, Diſon. Filij Diſon Hamram, & Eleban, & Iethran, & Charan. Filii Eſer, Balan, & Zauam, & Iacan. Filii Diſan, Hus & Aran.

Filij Sobal, Alian. Iste Sobal erat secũdus filius Seir, & habuit filios quinque, qui ponuntur hic, & fuerunt duces Horręorum in terra Seir, & primus est Alian, qui in Genesi vocatur Aluan, & aliqui putant esse errorem scriptorum, sed falsum est, quia etiam sic habetur in Hebręo, & in hoc nihil differt, quia in nominibus proprijs mutantur sępe aliquę literæ. Rabanus autem, & Glo. ord. dicunt quòd iste Alian, qui de genere Horręorum est, in Genesi scribitur Aluan, ideſt exaltatus, in Paralip. Alian, ideſt eiectus, signans quòd Horrei exaltati sunt antequam Edom terram eorum caperet,

caperet, & postea eiecti. *Et Manahath, & Ebal.* Isti etiã A dominari in terra illa.
fuerunt duces in terra Horręorum. *Et Sephi.* Vocatur Gen. 36. Sepho, causa dicta est. *Onam.* Vltimus filiorum Sobal, & differt iste ab Onam filio Iudæ, de quo Gen. 38. quia ille fuit de stirpe Abrahę, iste autẽ fuit de stirpe Horręorum. *Filij Sebeon.* Iste fuit tertius filius Seir, & habuit duos filios duces terræ Horręorum. *Aia, & Ana.* Isti duo fuerunt duces, & non est Ana nomen mulieris, sed viri, & differt iste Ana ab illo, qui est filius quartus Seir, qa ille est patruus istius. *Filius Ana Diſon.* Iste Ana est quartus filius Seir, & nõ est ille, de quo dictum est immediatè quòd erat filius Sebeon, sed est eius patruus. *Filij Diſon.* Iste Diſon nõ est filius Ana, de quo nunc dictum est, sed est patruus B eius: nam est quintus filius Seir Horrei. *Hamaran.* Iste est primus filius Diſon, & iste vocatur alio nomine Gen. 36. de quo Rabanus ait, quòd in Paralip. vocatur Hamaran, ideſt rubricatus sordibus, vel temulentus, in Geneſi autem Amadan, ideſt concupiſcibilis, sed vtraque vnius hominis nomina sunt. Sciendum autem, quòd ille Ana, de quo dictum fuit, est ille, de quo dicitur in Geneſi, quòd inuenit aquas calidas in ſolitudine, ideſt inuenit aquas balneorum naturaliũ, quas ante ipsum nemo inuenerat: Hebrei autem dicunt, quòd inuenit modum generationis equarum ex asino, & equa, vel econtrario, & hoc dicunt, quia dicitur in Geneſi, quòd inuenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinos Sebeon patris sui, sed quid C sit in hoc verum, declaratum est Gen. 36. *Et Eſeban, & Iethran, & Charan.* Iste Iethran non est ille, qui fuit vir Ismahelites, & accepit in vxorem Abigail sororem Dauid, & genuit ex ea Amasan 2. Reg. 17. nã ille fuit valde multo tempore post istum, cum iste fuerit tempore Esau, & Iacob, & ille fuit tempore Dauid, & sic fuit iste ante illum plusquam sexcentis annis. Etiam quia iste fuit de genere Horręorum, qui non pertinebant ad Abrahã, & ille fuit de filijs Ismahel, qui erant de genere Abrahç. *Filij Eſer, Balan.* Iste Eſer fuit filius sextus Seir, & Balan filius eius fuit dux Horręorum, sed non est iste ille Balaã, qui maledicere voluit Hebręis, & ad hoc vocatus est à rege Moab, Nu. 22. quia iste vocatur Balan, & ille Balaam. Etiam quia ille fuit D multo tempore post istum, scilicet anno quadragesimo ab exitu de Aegypto: nam tunc maledicere voluit Israelitis, vt declaratum est ibidem. *Et Anam.* Non est iste ille, qui inuenit aquas calidas ĩ solitudine, quia ille erat filius Sebeon, & vocabatur Ana, iste autem vocatur Anam. *Et Iacan.* Iste vocatur in Geneſi Achã ablata litera: de hoc ait Rabanus, & Glo. ord. Iacan filius Eſer de genere Horręorum, in Geneſi Acham nominatur, ideſt tribulator, in Paralip. autem Iathan, ideſt tribulatus. Varijs enim euentibus nomina cõmutantur, vt varia mysteria significentur. *Filij Diſan.* Iste est vltimus filiorum Seir, & habuit duos filios. *Hus, & Aran.* Aliqui putant ab isto Hus nominatam esse terrã Hus, de qua fuit Iob, & dicitur Iob primo. Vir fuit in terra Hus nomine Iob, sed positio com- E munis est quòd fuerit nominata ab vno de filijs Sem nomine Hus, de quo supra, ab isto Aran aliqui putant nominatam terram Syrorum, quia Syri in Hebræo Aramim appellantur, & Syria Aram, & tamẽ falsum est, quia tam terra Syrorum, quam Idioma nomen accepit ab Aram filio Sem.

Quare ponuntur hic filij Seir Horræi, & quando duces esse potuerunt. Quæſt. XXII.

QVAERITVR circa istos filios Seir Horrei quare ponuntur hic, & quomodo potuerunt illi esse duces in terra Seir: nam filij Esau videbantur nunc

dominari in terra illa.

Ad primum dicendum quòd scriptura nominauit omnes istos filios Seir, & nepotes eorum, quia omnes isti fuerunt duces & viri famosi in terra Seir, sic patet Gen. 36. scilicet hi duces Horrei filij Seir in terra Edom, & postquam enarrati sunt omnes, sequitur ibidem de eis, isti duces Horręorum, qui imperauerunt in terra Seir, quasi dicat, quòd omnes isti enarrati ibi, & hi fuerunt duces in terra Seir, & non ponuntur plures, scilicet pronepotes, vel abnepotes Seir, qa illi iam non fuerunt duces in terra illa, eo quòd filij Esau confortati expulerunt eos de terra, vel subiecerunt sibi in tributarios, & sic nulli duces fuerunt postea de eis.

Ad secundum dicendum secũdùm aliquos, quòd Horrei habitauerunt prius in terra illa, quam filij Esau, & antequam venirent filij Esau in terram illam prędcesserant omnes isti duces ibi de genere Horræorum. Sed dicendum, quòd non ſtat, quia Esau fuit contemporaneus in terra illa cũ ipso Seir patre Horræorum, quod patet, quia Eliphaz filius Esau accepit in vxorem Thaman filiam Seir, vt patet hic, & Gen. 36. sed hoc non poterat esse si omnes isti duces Horręorum prędcessissent antequam venissent Esau, & filij sui in terram illã. Dicendum igitur, qp terra illa, ad quam Esau iuit ad habitandum erat aliqualiter deserta, & modico tempore prius occupauerat illam Seir pater Horræorum, & iuit tunc illuc Esau, & quia filij Esau erant pauci non poterant expellere Horræos de terra, nec etiam Horræi poterant expellere Esau, & filios suos, ideo morabantur simul, & erant tunc principes aliqui ex parte Esau, & aliqui ex parte Horræorum, & istud mansit quamdiu fuerunt æquales, & tamen postea confortati sunt filij Esau, & expulerunt Horręos de terra, & cessauerunt tunc duces de genere eorum, de hoc Deut. 2. scilicet in Seir autem habitauerunt prius Horrei, quibus expulsis atque deletis habitauerunt ibi filij Esau. Isto autem tempore, quo non prędualebant filij Esau contra Horræos fuerunt de filijs Esau omnes duces, qui supra ponũtur, & etiã de filijs Seir Horræi omnes duces, qui ponuntur hic, & ex tunc non fuerunt iam aliqui duces Horręorum, & propter hoc isti soli nominantur.

Quomodo duces filij Esau, & Horræi habuerint se in terra quo ad succeſſionem, vel ſimultatem. Quæſt. XXIII.

QVAERITVR vlterius de ducibus tam filiorum Esau, quam Horræorum quomodo se habuerunt in terra, quantum ad succeſſionem, vel simultatem: nam multi fuerũt ex vtraque parte.

Respondendum, quòd duces fuerunt in terra illa, quamdiu non fuit aliquis rex, & incipiẽtibus regibus omnes duces cessauerunt tam ex parte filiorum Esau quam Horręorum. Pro quo sciendum, quòd isti duces erant viri potentes, quibus competebat dominari, & regere terram, & dicendum, quòd nõ fuerunt per succeſſionem, ita quòd moriente vno, vel desinente principari inciperet alius, sed erant multi corũ simul, & fortè omnes, qui nominantur hic aliquo tempore coinciderunt, vt essent duces, & patet hoc primo de ducibus Horræorum, & filiorum Esau: nam præcedenti quæſtione probatum est, quòd isti duces Horræorum non præcesserunt ad duces filiorum Esau, nec econtrario, sed fuerunt simul quamdiu fuerunt æquales in potentia quousque confortati filij Esau expulerunt Horræos de terra. Secundò patet de ducibus Horræorum inter se, & etiam de ducibus filiorũ

Esau,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esau. Nam duces Horreorum fuerunt valde multi, F vt patet hic in litera: nam fuerunt viginti septem duces, ēt de genere Esau fuerunt multi, scilicet decē & sex, vt patet in litera, ergo si per successionem principarentur, oporteret, q̄ multis annis duraret principatus istorum, sed hoc non pōt esse, quia hic non ponūtur nisi duę generationes in principibus Horreorū, s. filij, & nepotes Seir, & duę generationes ducum Esau, s. filij, & nepotes, vt patet ibidem, & tñ omnes filij Esau essent contemporanei, & omnes etiam nepotes eius pro maiori parte: ideo non essent isti duces per successionem, sed ferè omnes simul, hoc autem erat, quia tota illa terra Seir, siue ex parte Horreorum, siue filiorum Esau non committebatur regenda vni, sed multi principabantur per diuersa loca, & sic po- G terant esse simul quindecim, vel viginti duces ex parte Horræorum, & totidem ex parte filiorum Esau, istud autem durauit quamdiu non fuerunt reges. Si autem tota terra vni regenda daretur, siue ille esset rex, siue dux, oporteret, quòd omnes isti duces essent per successionem, & sic non potuissent esse tot nisi in magno tempore.

Isti sunt reges, qui imperauerunt in terra Edom, antequam esset rex super filios Israel. Bale filius Beor, & nomen ciuitatis eius Denaba. Mortuus est autem Bale, & H regnauit pro eo Iobab filius Zare de Bosra. Cumque & Iobab fuisset mortuus regnauit pro eo Husam de terra Themanorum. Obijt quoque & Husam, & regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in terra Moab, & nomen ciuitatis eius Auith. Cumque & Adad fuisset mortuus regnauit pro eo Semla de Masreca. Sed & Semla mortuus est, & regnauit pro eo Saul de Rooboth, quę iuxta amnem sita est. Mortuo I quoque Saul regnauit pro eo Balanam filius Achobor. Sed & hic mortuus est, & regnauit pro eo Adad, cuius vrbis nomen fuit Phau, & appellata est vxor eius Meetabel filia Matred, filiæ Mezaab. Adad autem mortuo duces pro regibus in Edom esse cœperunt. Dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth, dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, dux Chenez, dux Theman, dux Mabsar, dux Magdiel, dux Hiram. Hi duces K Edom.

Isti sunt reges. Positum fuit supra de ducibus, qui fuerunt in terra Seir ex genere Esau, & etiam Horreorum, nunc autem ponitur de regibus. Sciendum autem, quòd de genere Horræorum nulli fuerunt reges in terra Seir, sed solum de filijs Esau: nam Horræi prius expulsi sunt, quam regnare possent, vt supra dictum est. *Qui imperauerunt in terra Edom.* Vocatur terra Edom, idest Esau, quia ipse dictus est Edom propter lenticulam ruffam, quam desideràuit: Gen. vigesimoquinto, vocatur etiam interdum terra Seir, vel Esau: Deut. 2. & Malac. 1. & Abdię vnico c. *Antequam esset rex super filios Israel,* Tam de genere Esau, q̄ Iacob reges processerunt, & tamē prius cęperunt reges in Idumęa, quam in terra Israel, & isti, qui ponuntur hic, regnauerunt antequā inciperet regnare Saul primus rex Iudęorum, vt patet 1. Reg. 9. & 10. *Bale filius Beor.* Iste fuit primus rex Idumęorum, & non fuit iste Balaam ariolus. Aliqui enim putant istum fuisse propter similitudinem nominis, quia iste vocatur Bale, & ille Balaā, etiā quia iste vocatus fuit filius Beor, & etiam ille, vt patet Num. 22. Sed dicendum, quòd non stat. Primò quia iste erat de stirpe Idumęorum, & habitabat in terra illorum, ille autem erat de terra Syrorum, scilicet Mesopotamia Syrię, vt patet Deut. 23. Secundò patet, quia ille erat vir pauper: nam quādo ibat ad maledicēdum Israelitis, ibat super asinam ferens secum solum duos pueros: Num. 22. Iste autem erat vir ditissimus, cùm esset rex. Secundo patet, quia ille vocatus est à rege Moab, vt malediceret Israelitis, & promisit ei magnam pecuniam propter hoc: Numeri vigesimosecundo, & 24. ipse autē desiderans pecuniam istam venit ad maledicendū: sic. n. patet 2. Petri cap. 2. scilicet secuti sunt viam Balaā ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit, si tamen iste fuisset, non iuisset pro tam turpi lucro ad præcepta regis Moabitarum, vt malediceret Israelitis, sed oporteret, quòd iste esset ille rex, qui non consensit, quòd hebræi transirent per terram suam, quod patet, quia hebræi accesserunt ad terram Edom, & rex noluit eis concedere transitum per terram suam: H Numeri vigesimo, & pauco tempore post iuerūt inde ad regem Moab ad transeundum iuxta terrā eius: Numeri vigesimosecundo, & tunc ipse vocauit Balaam, & sic fuit in eodem tempore, quia in eodē anno, immo non interciderunt quinque menses inter vnum, & aliud, vt ibidem probatum est, & si diceremus quòd rex Moab vocaret illum regem Edom ad maledicendum hebræis, vt non possent nocere terræ Moab, hoc est omnino irrationabile, quia ille rex Edom viribus suis restiterat hebręis egressus contra illos cum magna multitudine: Num. vigesimo. non ergo conaretur maledicere Hebræis, vt non possent nocere Moabitis, sed potius manu armata conaretur eos expellere de terra, potissimè cum videret, quòd non poterat maledicere illis: ideo dicendum, quòd non erat idem iste Bale filius Beor, & ille Balaam ariolus.

Et nomen ciuitatis eius Denaba. Idest fuit de ciuitate Denaba, non est autem de prępositio, sed Denaba est vnum nomen integrum. De ista ciuitate dicitur in Glo. ord. Denaba ciuitas Balac filij Beor regis Edom postquam regnauit Iobab, est tamen vsque hodie Denaba in octauo milliario Arcopoleos pergentibus Armonem, & altera Denaba super montem Phegor in septimo lapide lebus.

Mortuus est autem Bale, & regnauit pro eo Iobab. Hæc erat successio, & non in ducibus: nam quamdiu fuerunt duces in terra ista tam de genere Esau, quam Horræorum, non succedebat vnus alteri, sed multi illorum, vel omnes simul erant, nunc autem cum fuerunt reges succedebat vnus alteri, quia rex erat vnicus, & dominabatur toti terræ, & sic dicitur de quolibet, quòd mortuo eo regnauit pro eo talis, vel talis. iste Iobab est quem putant communiter loquentes esse Iob, sed Hebræi asserunt eum fuisse de stirpe Nacor, vt ait Glo. ord. Nicolaus autem innuit, quòd non fuerit iste Iob, quia Iob in Hebræo scribitur per literam Aleph in principio, & iste Iobab incipit à litera Iod. de hoc tamen quid verum sit, declarabitur super Iob. Philo autem Iudæus in quęstionibus super Genesim asserit istum fuisse Iob, & accepisse vxorem Dinam filiam Iacob, & ante tentationis

tationis suę certamen habuisse ex ea filios septem, & A tres filias, qui in tentatione sua extincti sunt, sed ei sanato reddidit dominus omnia duplicia, & ita septem filios, & tres filias prædictas, vxores postea habuit, quorum nomina eadem fuerunt, quæ priorum, scilicet Eliphaz, Anos, Diasach, Philasias, Difat, Cebad, Thelon, nomina verò filiarum fuerunt, Meru, Lizath. Zeli.

Filius Zare de Bosra. Et sic non fuit iste filius regis præcedentis, quia alius fuit Babe, iste autem est Zare. Est autem Bosra quædam ciuitas de pręcipuis terræ Edom totius: ideo cum prænunciantur pœnæ contra totam terram Edom nominatur ista ciuitas, & alia, sci licet Theman, tanquam magis principales: Amos pri B mo, scilicet mittam ignem in Theman, & deuorabit ædes Bosre.

Cumque Iobab fuisset mortuus regnauit pro eo Husan de terra Thamanorum. Iste est tertius rex, & nō fuit filius prędictis, iste fuit de terra Themanorum, idest de prouincia vrbis Theman: nam ista est ciuitas famosa in terra Edom, de qua nūc dictum est. *Obijtque Husan, & regnauit pro eo Adad filius Badad.* Iste fuit quartus rex, & vocatur filius Badadi: Gen. 36. sed idem est Badad, & Badadi, quia in finibus nominum hebraicorum solēt apponi literę aliquando, & syllabę, vt Ierameel, & Ierameli: nam primo Reg. 27. vocatur Ierameel, & eodem lib. 30. cap. vocatur Ierameli, sic etiam Gessur, & Gessuri: nam primo Reg. 27. vocatur Gessuri, & 2. C Reg. 3. vocauit Gessur. *Qui percussit Madian in terra Moab.* Aliqui exponunt, q̄ iste rex percussit Madian, i. exercitum Madian in terra Moab, quia contigit q̄ in terra Moab pugnaret contra Madianitas. Sed dicendum, quòd non accipitur sic, sed Madian est hic nomen vrbis cuiusdā terræ Moab. De hac dicit Glo. ord. Madian ciuitas est ab vno filiorum Abraham, & Ceturæ sic vocata, est autem in deserto trans Arabiā Saracenorum contra Orientem maris Rubri, vnde vocantur Madianęi, & Madianęa regio. Filij quoque soceri Moysi dicuntur filij Sephorę filię Iethro sacerdotis Madian, sed hæc alia ciuitas est eiusdem nominis iuxta Armonē, & Arcopolim, cuius adhuc ruinę monstrantur.

Et nomen ciuitatis eius Auith. Scilicet ciuitas, in qua natus est iste Adad vocabatur sic.

Cumque Adad fuisset mortuus, regnauit pro eo Semla de Masreca. Est Masreca ciuitas terræ Edom, de qua fuit iste Semla, sed non fuit ciuitas famosa inter ciuitates terræ illius.

Sed, & Semla mortuus est, & regnauit pro eo Saul. Non est iste Saul, de quo dicitur, quòd fuit primus rex Hebræorum, quia ille fuit de stirpe Iacob, & iste de stirpe Esau, & ille primus de regibus Israel, & iste fuit quintus de regibus Idumęorum.

De Rooboth, quæ est iuxta amnem. Idest iste fuit de ciuitate nomine Rooboth, & illa est iuxta amnem, idest iuxta fluuium quendam, & Genesis trigesimosexto dicitur, quòd fuit de fluuio Rooboth, sed pro E eodem accipitur esse de fluuio Rooboth, vel de Rooboth de fluuio: Hebręi dicunt de latitudine fluuij, idest quòd fuit de aliquo campo magno, quod erat iuxta fluuium, & tamen accidit eis error, quia Rooboth est nomen proprium, & etiam appellatiuum, sicut accidit in multis alijs nominibus Hebræis, & inquantum est proprium significat vrbem quandam, inquantum verò est appellatiuum significat latitudinem, & Hebręi acceperunt, vt est nomen appellatiuum, & tamen non est rationabile, quia cum hic agatur de ciuitatibus, de quibus erant isti reges, rationabilius est, quòd sit nomen vrbis, quamquam sit appellatiuum, & ideo est hic Rooboth de fluuio, vel Rooboth, quæ est iuxta amnem.

Mortuo quoque Saul, regnauit pro eo Balanam filius Achobor. Aliqui putant, quòd iste Balanam fuit Balaam Prophera, qui voluit maledicere Hebræis ad preces regis Moab, & tamen falsum est, quia ille vocabatur Balaam, & iste Balanam, & ille filius Boor: Nu. 22. & iste filius Achobor. Ad hoc etiam possunt fieri omnes rationes, quę fiebant supra ad probandum, quòd Bale filius Beor non erat Balaam. *Sed hic mortuus est, & regnauit pro eo Adad.* Iste fuit rex Idumęorū pro nunc, quia post eum cęperunt esse immediatè duces. *Cuius vrbis fuit nomen Phau.* Idest fuit de vrbe Phau, sed Gen. 36. dicitur Phan, idem tamen est. *Et appellata est vxor eius Meetabel filia Matred filiæ Mezaab.* Hic ponitur aliquid speciale quod non fiebat in alijs regibus: nam nullius ponebatur vxor, istius autem ponitur vxor, & mater vxoris, & auia, & ratio est, quia istę mulieres fuerunt excellentes in aliquo, & propter excellentiā suam nominatæ sunt inter viros, quę tamen fuerit illa excellentia non apparet. Mezaab in Hebræo interpretatur cuius aurum, & volunt aliqui dicere, quòd non sit nomen proprium, sed appellatiuum, & sit sensus, quòd erat filia ista Matred cuiusdam hominis diuitis, & sic dicitur, quòd erat filia cuius aurum erat, quia per excellentiam multum aurum tenebat, & sic accipit Nicolaus, sed istud repugnat literę nostrę, quę non accipit tanquam nomen appellatiuum, sed tanquam proprium, quia aliàs non dixisset Mezaab, sed cuius aurum. Etiam non est conuenienter dictum, quia hic ponit scriptura nomina propria istorum, qui regnabant ad notificandum regentes, ideo etiam ista nomina mulierum posita hic erant propria ad notificandum eas. Quidam Hebręi dicunt, quòd ista mulier vocabatur Mezaab, idest cuius aurum, eo quòd ipsa inuenit artem faciendi fila de auro, quę nunquā prius fuerat. Sed quidquid sit oportet Mezaab esse nomen proprium.

Adad autem mortuo duces pro regibus in Edom esse cœperunt. Iste fuit vltimus rex: nam eo mortuo non successerunt sibi reges, sed principatus mutatus fuit in iudices. *Dux Thamna, dux Alua.* Ista sunt nomina du- D cum, quæ sequuntur, & fuerunt multi duces, sicut fuerunt multi reges, & ponuntur hic multa nomina coincidentia cum nominibus ducum supra positorum, vt Thamna, & Alua, & quædam alia, & tamen non fuerunt duces ijdem, sed nomen contingit esse idem multorum.

Dux Ietheth, dux Oolibama. Aliqui putant Oolibama esse mulierem, sed non est, vt infra declarabitur. *Dux Ela, dux Phinon.* Isti duo non fuerunt supra nominati. *Dux Chenez, dux Theman.* Isti duo fuerunt nominati supra, quia sic vocabantur duo filij Eliphaz primogeniti Esau, sed differunt in re, licet non in nomine. *Dux Mabsar, dux Magdiel.* Isti duo non fuerunt nominati supra inter filios, & nepotes Esau.

Dux Hiram. Etiam iste non fuit nominatus. *Hi duces Edom.* Scilicet omnes isti, qui nominati sunt fuerunt E duces Edom.

Quare fit mentio de nominibus ciuitatum aliquorum regum, & non omnium. Quæst. XXIIII.

QVAERITVR quare dicitur de quibusdam regibus istorum nomen ciuitatis eius tale, vel tale, & non de omnibus.

Aliqui dicunt, quòd per hoc significantur vrbes, de quibus erant isti reges: nam assumebantur de diuersis vrbibus ad regnandum, & ideo ponuntur nomina vrbium, de quibus assumebantur.

Alij dicunt, quòd istę vrbes fuerunt conditæ ab istis

Universidad de Deusto
Biblioteca

istis regibus,& ponitur de eis,quas vrbes condiderint ad ostendendum gloriam ipsorum.

Dicendum tamen quòd prima positio est vera: nam isti reges non erant omnes de eadem vrbe:ideo ponuntur nomina vrbium singulorum ipsorum, vt sciantur origines. Hoc autem erat, quia isti reges non veniebant per successionem, sicut nunc fit, sed per electionem,vel per sortes,aut per diuersa tempora regnandi, quod pertinebat ad principatum democraticum,scilicet quòd quodam tempore assumerentur reges de vna vrbe, & alio tempore de alia, vt omnes vrbes essent æquales, vel per sortem eligebantur, & sic contingebat, quòd aliquando esset rex de vna ciuitate, & aliquando de alia. Si autem essent reges isti per successionem progeniei, essent omnes de eadem vrbe, & non oporteret nominare vrbem alicuius nisi primi, nunc autem contingebat tot esse vrbes, quot reges.

Ad secundum dicendum, quòd de omnibus regibus dicitur, de quibus vrbibus erant, & falsum est, quod præsupponitur in quæstione, scilicet quòd de quibusdam regibus ponatur, de quibus vrbibus erãt, de alijs autem non ponatur,quia de quolibet dicitur, de qua vrbe sit. Motiuum autem errandi quærentium est, quia de quibusdam regibus dicitur nomen vrbis eius fuit tale,vel tale, & de alijs non, sed suppletur hoc per alia verba: nam idem est, quòd dicatur regnauit pro eo Husan de terra Themanorum, & quòd dicatur regnauit Husan, & nomen vrbis eius fuit Theman, & sic accipiendo de omnibus regibus ponitur hic,de quibus vrbibus fuerint,nam de primo dicitur, quòd nomen ciuitatis eius fuit Denaba. De secundo dicitur quòd regnauit Iobab filius Zare de Bosra, & isto modo de alijs omnibus præter Balanã, cuius non ponitur ciuitas, & ideo intelligendum est, quòd fuerit de ciuitate ista,de qua fuit rex qui præponitur ei, scilicet Saul de Rooboth. Sic enim est in prophetis minoribus: nam in titulis eorum ponuntur reges, sub quibus prophetauerunt, & quando aliquis est in cuius titulo nullius regis ponitur nomen, ille dicitur prophetasse eisdem diebus, quibus propheta proximo præcedens, in cuius titulo ponuntur reges, sub quibus prophetauit. Ista regula patet per Hieronymum in prologo super Ioelem, qui incipit: In hoc propheta, & in prologo, qui incipit Sanctus Ioel, & etiam est regula Hebræorum.

Qualis fuerit status regum,qui in Edom regnauerunt. Quæst. XXV.

QVAERITVR vlterius quis fuit status regum istorum, qui regnauerunt in Edom.

Respondendum, quòd isti reges differebant à ducibus, quia duces non succedebant adinuicem,sed multi erant simul,in regibus autem non, quia vnicus erat semper rex, & illo mortuo, succedebat alius, quod patet, quia dicitur hic,de quolibet rege, quòd mortuo eo regnauit pro ipso talis, vel talis rex, & de ducibus nihil tale dicitur, ratio differentiæ est, quia quilibet rex dominabatur in tota terra Edom, ideo non poterant esse multi reges simul,sed successiuè.Duces autem non dominabantur in tota terra Edom, sed vnus in vno loco, & alius in alio, & sic non erat successio.Etiam conditio regum Idumæorum fuit,quòd non essent per successionem progeniei,sed per sortem, aut electionem, vel diuersa tempora regnandi. Quod patet ex duobus: primò quia ponitur de quolibet istorum regum, de qua vrbe erat, & nominantur diuersæ vrbes, & tamen si essent per successionem,essent de eadem vrbe.

Secundò patet,quia si essent per successionem,nõ oporteret nominari vrbem aliquam, quia sciretur, q̃ de qua vrbe fuerat primus,essent omnes alij, & si nominaretur aliqua vrbs,solùm esset hoc pro primo rege, & tamen pro quolibet eorum nominatur.

Tertiò patet, & efficacius, quia in plerisque istorũ ponitur nomen patris, & non est vnus filius alterius: nam primus Rex istorum fuit Bale,& Beor, & secundus Iobab filius Zare, & tamen deberet esse filius Bale: & tertius fuit Husan, & non fuit filius Iobab, & Adad,qui fuit quartus,non fuit filius Husan,sed filius Badad,& sic de cæteris. Et quia aliquis posset dicere, quod isti reges habebant multa nomina, ita quòd primus rex vocatur Bale,& etiam Zare,ideo quando dicitur,quòd Iobab fuit filius Zare,intelligeretur, q̃ fuit filius Bale, & sic esset quidam modus euasionis, sed hoc non permittit litera, quia non solum pro diuersis regibus ponuntur diuersi patres, sed etiam diuersæ vrbes, & non poterat esse, quòd filij eiusdem patris essent de diuersis vrbibus,& sic ista simul sumpta probant sufficienter,quòd isti reges non erant per successionem.

Quare, & quomodo Idumæi principatum ducum mutauerunt in regale. Quæst. XXVI.

QVAERITVR vlterius quare Idumæi mutauerunt principatum ducum in regale, & quomodo hoc factum est.

Respondendum est, quòd fuit facta mutatio ad principatum honorabiliorem. Semper enim tenuissent Idumæi principatum regalem à principio, si potuissent,sed non poterant, nam quandiu in terra Edom manserunt Horræi, & filij Esau, non fuit rex aliquis ex parte Horræorum, nec ex parte filiorum Esau,quia isti non permittebant illos, & illi impediebant istos, sed erant tũc aliqui duces inter eos ex vtraque parte: cum autem confortati fuerunt filij Esau, & expulerunt Horræos de terra, possederunt ipsi totam terram, & tunc cæperunt habere reges: Nam quia habebant totam terram in potestate sua,volebãt habere honorabiliorem principatũ, & vnicum,s.regalem,& sic mutauerunt.

Si autem Idumæi a principio tenuissent terram: forte a principio fecissent regem, & si nunquam habuissent soli terram, sed possideretur simul ab Idumæis,& Horræis,fortè nunquam isti, nec illi nũquam constituissent reges super se, istud autem est,quare a principio cum haberent duces,fecerunt principatum regalem, sed quare postea de principatu regali fecerunt principatum ducum infra dicetur.

De principio, & fine regni Regum, qui in Edom regnauerunt. Quæst. XXVII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd isti fuerunt reges, qui regnauerunt in Edom antequam filij Israel hic essent reges, & quo tempore principatus istorum regum finitus sit.

Aliqui dicunt, quòd omnes isti reges, qui fuerunt hic, fuerunt ante mortem Moysi, nam de omnibus his scriptum est Geneseos trigesimosexto, & tunc debemus dicere, quòd Idumæi habuerunt prius duces, deinde habuerunt octo reges, quorum nomina ponuntur in litera,& postea habuerunt duces, & fuerũt isti qui habentur hic post reges,& quanquam fuerint postea plures duces, scriptura non posuit nisi istos, quia isti præcesserant vsque ad tẽpus illud quo Moyses scripsit Gen. Alij dicunt, quòd isti reges fuerunt vsque ad tempus illud, quo cœperunt esse reges in Israel,& postquam cœperunt regnare ibi, aliqui desierunt esse reges in Edom & fuerunt duces, qui ponuntur hic: sed vtraque positio patitur calumniam. De prima patet,quia litera dicit, quòd isti reges,qui ponuntur hic fuerunt antequam essent reges in Israel, ideo innuit,quòd cessantibus istis,vel immediatè post istos fuerunt reges in Israel, alioquin superflue diceretur istud: nam frustra erat exprimi tot reges nomina tim, & patres eorum, & vrbes cum tanta diligentia, & dicere quòd isti regnauissent antequam essent reges in Israel, sed non solum isti, sed etiam multi alij regnauissent, quia vel deberent omnes nominatim exprimi,vel nullus ipsorum.

Secundò patet,quia non videtur verisimile, quòd tot reges potuerint esse ante tempus Moysi, scilicet quando ipse scripsit Genesim: nam Gen.36. ponuntur omnes reges,& duces,qui ponuntur hic, & sic ante tempus Moysi præcessissent omnes duces, qui fuerunt ante reges,& deinde octo reges, qui nominãtur hic,& vndecim duces,qui fuerunt post eos, vt patet in litera. Nam ad hoc multum tempus valde requirebatur,scilicet fortè plusquam quingentorum, vel sexcentorum annorum, & tamen inter tempus, quo cœperunt esse duces in Edom dẽ filijs Esau, vsque ad tempus,quo Moyses scripsit Genesim in deserto, nõ fuerunt anni trecenti: nam Iacob,& Esau fuerunt nati eodem die, & quando Iacob ingressus est in Aegyptum erat annorum centum, & triginta: Gen.47. deinde steterunt Israelitæ in Aegypto annis ducentis,& quindecim,vel quasi, vt declaratum est Gen. 15. & Exod.primo, & postea scripsit Moyses in deserto Genesim,& alios libros legis, quamquam non apparet, quo tempore scripserit, cum manserint Israelitæ in deserto annis quadraginta,& tamẽ accipiatur ad plus quòd esset hoc anno quadragesimo,erunt tunc à natiuitate Iacob & Esau vsque ad tempus, quo scripta est Genesis anni trecenti, & octogintaquinque copulando prædictos annos, & tamen ab istis annis oportet tolli plusquam centum annos: nam Esau,quando erat annorum quadraginta accepit primam vxorem: Gen. 26. necesse erat, quòd saltem p̃ sexaginta annos vocaret prolem ipse, & descendentes ab eo ad hoc, quòd esset tanta multitudo descendentium ab Esau, vt possent super se duces habere de seipsis. Ablatis ergo istis centum annis, manebant ad plus ducenti octoginta anni inter principium ducum Esau vsque ad vltimos duces, qui ponuntur hic, sed istud non videtur verisimile, quia fuerũt multi duces ante reges, & postea fuerunt octo reges per successionem,& deinde vndecim duces, vt patet hic, & tamen pro istis necesse erat esse lapsum plusquam quingentorum, vel sexcentorum annorum.

Tertiò patet, quia hoc modo necesse erat, quòd quando Moyses scriberet librum Geneseos,in quo habentur omnia ista, quòd essent duces in Edom, quia post reges ponuntur hic duces vndecim, & sic vltimus eorum debuisset esse eo tempore, quo Moyses ista scripsit, & tamen falsum est, quia tunc non erant duces in Edom,sed reges,quod patet,quia quando Israelitæ ibãt per desertum anno quadragesimo ab exitu de Aegypto voluerunt trãsire per terram Idumæorum, & dicitur quòd rex Idumæorum restitit eis, & occurrit cum multitudine infinita: Num. 20. & sic non erant effluxi reges tempore Moysi,& consequẽter nondum incœperant isti duces,qui vltimo ponuntur.

Aliquis volens soluere ista dicet ad primum, quòd non superflue positum est, quòd fuerunt isti reges Idumæorum antequam essent reges in Israel: nam dato, quòd fuerint plures reges in Edom antequam inciperent reges in Israel, tamen Moyses, qui prius scripsit ista tanquam historiographus: Gen.30.posuit solum reges illos,qui fuerant in terra Edom antequã essent reges in Israel pro tempore suo, & tamen postea fuerunt multi alij reges in Edõ ante reges Israel, de quibus non potuit Moyses scribere tanquam historiographus,cum illi fuerint post eum.

Ad secundum dicetur, quòd isti reges, & duces potuerunt esse in paruo tempore, eo quòd forte regnabãt per sortes,& per determinata tempora,& poterant esse pauci anni pro quolibet rege, sicut est de rectoribus vrbium, & de alijs officijs & dignitatibus, quæ vt in plurimum sunt annuales, vel pauci tẽporis; nam consules duo, qui totam Romam regebant ante tempora Imperatorum erant annales,& sic in breui tempore poterant isti omnes esse reges,& duces.

Ad tertium non potest vllo modo responderi, nisi fortè dicatur, quòd accipiuntur largè duces pro regibus,& reges pro ducibus. Sed dicendum quòd prima responsio non stat, quia dato, quòd Moyses non poterat scribere plures reges in Edom fuisse tanquam historiographus,quam illi,qui fuerunt vsque ad tempus suum,tamen poterat tãquam Propheta scribere. Si autem dicas quòd loquebatur hic,vt historicus,& non vt Propheta.Dicetur quòd hoc modo nõ posset etiam ipse scire, an aliqui reges futuri essent aliquando in Israel,cum nulli adhuc essent,& tamen dixit, q̃ fuerunt isti reges in Edom antequam essent reges in Israel,ergo præsupposuit reges in Israel,& sic videbatur loqui propheticè. Aliquis dicet, quòd non loquebatur propheticè, quia ex his, quæ Deus promiserat Iacob,s.quòd reges egrederẽtur de lumbis eius:Gen. 35.sciret Moyses certissimè, quòd reges futuri erant in Israel,dato quòd nullus adhuc fuisset. Sed dicendum quòd non stat, quia nisi Moyses haberet spiritũ propheticum,non poterat scire an illa promissio erat secundùm firmum propositum Dei,vel iuxta exigentiam meritorum,& sic nescisset an mutaretur. Alij autem dicunt aliter ad istam rationem primam,s. quòd Moyses solum scripsit reges Edom, qui fuerunt ante tempus, & quòd verum sit, q̃ immediatè post istos reges Edom fuerit rex in Israel, & quòd iste rex fuerit Moyses. Sic.n. tenent multi Iudæorum, Deut. 33. dicitur: Et erit apud rectissimum rex cõgregatis principibus populi. Et intelligitur de Moyse, & tunc verum est,quòd nulli alij fuerint reges in Edom nisi isti, qui nominantur hic antequam essent reges in Israel, quia Moyses fuit rex,sed tunc non potest stare litera, quia sequeretur, quòd non fuerint aliqui duces post reges Idumæorum ante Moysen, & tamẽ ipse posuit Gen.36.duces primo,deinde reges, & postea alios duces,sicut ponuntur hic, & ideo necesse erat fuisse omnes istos tam reges, quam duces ante Moysen, etiam non posset stare, quia tempore Moysi non erant duces in Edom sed reges. Solutio ad secundum non tenebat,quia non est verum, quòd isti reges dominarẽtur per annos,vel pauca tempora assignata, sed quilibet dominabatur vsq; ad mortem, vt patet in litera, quia dicitur de quolibet rege, quòd mortuo illo succedebat alius, & tamen homines viuebãt illo tempore multis annis,s. centum quinquaginta, vel sexaginta: nam Iacob annis centum quadragintaseptem vixit: Gen.47. Filij etiam sui, & nepotes vsque ad illam ætatem quasi accedebant,vt patet de plurimis: Exod. 6.Ideo ad hoc, quòd isti octo reges per successionem transirent,& omnes duces præcedentes & subsequẽtes, maius tempus requirebatur quam vsque ad Moysen. Solum ad tertium nõ stat, quia nullo modo possunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt hic accipi duces, & reges large, ita vt accipiatur F vnum pro alio, cum potius litera distinguat, & dicat, quòd prius fuerunt duces, deinde cœperunt reges, postea verò cessantibus illis fuerunt iterum duces, & tamen si large acciperetur, esset abusio sic distinguere, quòd iidem essent reges. & duces, & etiam esset litera falsa, quia non esset verum quòd mortuo Adad cessauerunt esse reges, & incœperunt esse duces, vt dicitur in litera, cum omnes illi duces fuerint reges.

Alia positio erat, quòd isti reges, qui ponuntur hic fuerint in Edom antequam incœperint esse reges in Israel, & post istos fuerint reges in Israel, & quando essent reges in Israel non essent reges in Edom, sed duces, de quibus hic.

Sed contra hanc positionem videntur esse aliqua G inconuenientia, prius tamen videndum est, quomodo assignentur isti reges in Edom, scilicet quomodo cessauit principatus suus mutatus in principatum ducum. Et dicunt Hebræi, & Nicolaus, quòd Dauid subiecit sibi Idumęos in tributarios secundo Reg. octauo, & ex tunc non fuerunt reges in Edom, sed ipse posuit ibi custodes ad hoc, quòd non rebellarent Idumęi, vnde tempore Iosaphat regis Iudę dicitur, quòd non erat tunc rex constitutus in Edom tertio Reg. vltimo. Sed ista positio habet primum inconueniens, quia litera dicit hic, quòd isti reges qui ponuntur hic, fuerunt illi, qui præcesserunt antequam essent reges in Israel, & tamen primus rex Israel fuit Saul, ergo ante ipsum fuerant omnes isti, tamen Dauid fuit, qui subiecit Idumęos in tributarios, & ab- H stulit reges eorum secundo Reg. octauo, & infra decimooctauo. ergo adhuc post istos reges fuerunt aliqui in Edom, vel saltem aliquis, quia aliàs tempore Dauid iam cessauissent reges Edom, & non potuisset ipse auferre regem Idumęæ, cum nullus tunc esset, & tamen abstulit illum, & fecit Idumęam sibi tributariam: ergo non regnauerunt solum reges Edom vsque ad Saulem, sed etiam vsque ad Dauid, & tamen litera repugnat hic, quia dicitur quòd mortuo Adad duces pro regibus esse cęperunt, & tamen omnes isti reges fuerunt antequam essent reges in Israel, I ergo ante Dauid cessauerant reges.

Secundum inconuenięs est, quia dicitur hic, quòd cęperunt esse duces pro regibus, in quo videtur, quòd Idumæi mutauerunt principatum facientes duces pro regibus, nam isti duces, qui ponuntur hic post reges de stirpe Esau fuerunt, vt patet hic & Geneſis trigesimoexto, & tamen non videtur hoc verum, quia Dauid, quando subiecit sibi Idumæam, posuit præsidium Iura, scilicet vt non possent rebellare Idumæi: non est ergo verisimile, quòd isti custodes essent Idumæi, quia illi possent faciliter rebellare, & sic nec essent reges, nec duces tunc de genere Idumæorum. Tertium inconueniens videtur, quia significatur in hoc, quod post istos duces iam non fuerint reges in Edom, quia aliàs poneretur illa mutatio principatus, K sicut post primos duces ponuntur reges, & post reges ponuntur duces, & tamen falsum est, quia postquam cessauerunt reges Edom tempore Dauid, adhuc fuerunt postea reges. Nam tempore Ioram regis Iuda recessit Edom, ne esset sub Iuda, & constituit sibi regem quarto Reg. octauo, & infra secundo lib. capitulo vigesimoprimo. Dicendum, quòd tres positiones sunt in hoc, & quęlibet videtur ambigua. Prima quòd descripserit Moyses reges, qui fuerunt vsque ad tempus suum in Edom, & illos dicit fuisse ante reges Israel, licet multi alij fuerint post istos ante reges Israel. Secunda est, quòd Moyses describat omnes reges Edom, qui fuerunt ante reges Israel, & quod illi fuerint solum vsque ad tempus Moysi, & Moyses fuerit primus rex Israel. Tertia quòd descripti fuerint reges omnes, qui fuerint in Edom antequam incœperint reges Israel, & sic durabunt isti reges vsque ad Saulem, & duces, qui habentur hic essent inter Idumęos eo tempore, quo reges dominarentur apud Israelitas, sed duæ primæ non possunt benè sustentari. Tertia autem potest, & debet teneri.

Et ad primum inconueniens dicendum, quòd nō est inconueniens: nam possemus dicere, quòd isti reges Edom durauerunt vsque ad Saulem, & incipientibus regibus Israel cessauerint reges Edom, & incœperint duces, & sic tempore, quo Dauid subiecit sibi Idumęam non esset aliquis rex in Idumęa, sed duces. Nam non apparet, quòd Dauid pugnauerit contra regem Edom, sed solum quòd subiecerit Idumęā in tributariam secundo Reg. octauo, & inf. decimooctauo, quia tamen sępe consueuimus asserere, & est rationabile dictum, quòd pugnauerit Dauid contra regem Edom, quia dicitur tertio Reg. secundo, quòd occidit Ioab in Idumęa omnes masculos, & fugit quidam, qui erat de semine regio in Aegyptum, dicendum, quòd durauerunt reges vsque ad Dauid in Edom, & tūc erat Adad rex, qui ponitur hic vltimus, & pugnauit Dauid contra eum, & occidit, & postea non fuerunt reges in Edom, & pater hoc, quia prędallegato cap. dicitur quòd Adad erat de semine regio, & fugit in Aegyptum cum seruis patris sui, & sic videtur, quòd iste Adad, qui fugit, fuit filius istius Adad, qui ponitur hic vltimus regum, & vocatur ille Adad propter patrem suum, & pater fuerit occisus à Dauid, filius autem fugit in Aegyptum. Cum autem obijcitur, quòd isti reges, qui habentur hic, regnauerunt, antequam essent reges in Israel, dicēdum, quòd verum est, quòd iste Adad vltimus regum Edom cępit regnare in Edom aliquanto tempore antequam inciperet Saul regnare super Israel, & regnauit quādiu vixit Saul, & etiam in principio regni Dauid, & tunc ab eo occisus est.

Ad secundum dicendum, quòd verum est, ꝙ tempore Dauid occiso rege Edom cęperunt esse duces in Edom, & illi fuerunt quamdiu subiecti extiterunt Idumęi regno Iuda. & quando dicitur, ꝙ non est verisimile, ꝙ Dauid permitteret, ꝙ duces de terra Edō essent, quia illi poterant faciliter rebellare, dicēdum, quòd permisit, ꝙ essent duces, & tamen erant positi ex voluntate regum Iuda, sed non tenebant ipsi arces regionis illius, sed aliqui de Iudęis, qui erant ibi ex parte regum Iuda, & sic quamquam principarentur isti duces in terra Edom, non timebat Dauid rebellionem cū omnia fortilicia terræ tenerentur à viris suis, immo per hoc, ꝙ permittebat Dauid esse duces de terra Edom faciebat, ꝙ nō tam faciliter sibi repugnarent, cum ipsi principarentur terræ, dum tamen solue rent quoddam tributum. Si autem priuaret eos omnino principatu, facilius illi rebellarent, quia magis inclinarentur ad hoc propter magnam subiectionē.

Ad tertium dicendum, quòd verum est ꝙ fuerint reges in Edom post istos duces, & scriptura non innuit hoc, quòd nulli reges fuerint post duces istos, sed solum scripsit duces illos, qui fuerunt in Edom tempore, quo dominabantur viri Iuda regno Edom. De illis autem regibus, qui postea fuerunt, vel ducibus nihil omnino scriptura curauit, & hoc modo dicetur, quòd hic describitur totus status principatus terræ Edom à tempore, quo cęperunt eam possidere filij Esau, vsque ad tempus Ioram regis Iuda, quando recessit Edom ne esset sub Iuda, sed constituit sibi regem quarto Reg. 8.

Quo-

Quomodo potuerit scribere Moyses de ducibus, & regibus, qui A post tempus suum in terra Edom regnauerunt.
Quæst. XXVIII.

QVAERITVR vlterius, quomodo Moyses potuit scribere de istis Regibus, & Ducibus, qui fuerunt in terra Edom, cum isti fuerint post tempus suum. Respondendum, quòd tres opiniones erant de modo istorum Regum, & Ducum Edom, vt patet præcedenti quæstione: tenendo autem aliquam de ducibus primis manifesta est responsio, qa fuerunt sic omnes illi reges, & duces ante Moysem, & satis ipse poterat scribere ea, quæ fuerant ante ipsum, sicut quilibet alius historiographus, sed neutra illarū positionum potest teneri, vt supra probatum est. Ter- B tia autem positio erat, quòd isti reges, & duces fuerint post Moysen, & tunc non poterat Moyses scribere ea, quæ de istis regibus scripsit nisi prophetice: nam sciebat ea, quæ ventura erant: ideo posset scire de istis regibus, & ducibus, qui venturi erant de stirpe Esau quāquam nondum venissent, & scribere successionem eorum. Sed dicendum, quòd hoc non conuenit: quia Moyses scripsit Genesim historicè, enarratum est: quia omnia fuerunt dicta per modum præteriti, ideo non scriberet propheticè. Item, quia Moyses nullo modo scriberet propheticè in talibus, quia ipse scripsit Genesim ad eruditionem populi, vt intelligerent præterita, quæ non habebantur in aliqua historia, & si populus legeret ea, quæ scripta erant de re- C gibus, & ducibus Edom, cum illa nondum euenissent, immo viderent, quòd aliqui reges de illis, qui dicebantur esse mortui. Genes. 36. regnarent, turbarentur, & nihil intelligerent: ideo Moyses non scriberet eis talia, quæ non possent intelligere. Dicendum ergo videtur, quòd quamquam Moyses scripsit Genesim non scripsit ea, quæ habentur Genes. 36. Sed ea, quæ habentur in alijs locis. Esdras autem, qui rescripsit omnes libros legis combustos, & pereuntes in captiuatione Chaldæorum addidit quædam in multis locis scripturæ, & ipse addidit totum, quod habetur Genes. 36. Deuteronom. vlti. & in quibusdam alijs locis, & tunc non est inconueniens aliquod, quia Esdras fuit post omnia ista, & potuit eam D scribere, tanquàm historiographus.

Quare hic scribitur de principatu regum, & ducum, quem habuerunt Idumæi: & de continuatione principatus vsque ad duces. Quæst. XXIX.

QVAERITVR vlterius, quare descriptum est hic de principatu, quem habuerunt Idumæi, scilicet, quomodo fuerunt de eis duces, & reges: & quare continuatus est principatus ille vsque ad duces, & non plus: cum etiam postea fuerint principes in terra Edom. Respondendum, quòd factum est propter tria, & primo ad significādum veritatem promis- E sionis diuinæ: nam Deus promiserat Abrahę, quòd reges egrederentur de eo: Genes. 17. & intelligebatur non solum quantum ad Iacob, qui de eo descensurus erat, sed etiam quantum ad Esau, ideo cum scriptura in multis locis ostendat de regibus, qui descenderunt per Iacob, voluit etiā ostendere de regibus, qui descenderunt per Esau. Secundo fuit ad honorem Abrahæ, quia Deus vt honoraret Abrahā, tradidit bona multa filijs suis: erat aūt maior honor, ꝙ descenderent reges ab Abrahā per multas lineas q̄ per vnā, ideo descenderunt per Iacob, & Esau, & sic scriptura descripsit reges ꝙ lineā Esau. Tertiū fuit ad declarandū quasdam historias, q̄ ptinebant ad stirpē Edom, & Iacob, qa reges Israel pugnauerūt cōtra reges Edom, & subiecerunt sibi terram illam in tributariā, & posuerūt principes iuxta volūtatem suam, ideo vt intelligatur qualiter se haberent isti principes, positū est, qs fuerit modus principū regū, & ducū inter Idumæos. Ad secundā quidā dicūt, ꝙ non fuit continuatus hic principatus Idumæorū vlterius, eo ꝙ non potuit plus continuari: qa Esdras scripsit librum istum, & non potuit continuare historias, nisi vsq; ad tempus suum, & quia vltimus istorū ducū, qui ponuntur hic, fuit tempore Esdrę, non potuit continuare principatū: sed non pōt stare, qa tpe Esdræ non erant duces in Edom, sed reges, vel saltem ante tps Esdræ fuerant reges aliqui post istos duces, qui habentur hic: nam reges fuerunt in Edom vsq; ad tps Dauid, & tunc cessauerunt esse reges, & fuerunt duces quandiu Idumæi fuerunt subiecti regno Iuda, & cum rebellauerint tempore Ioram reges Iuda cōstituerunt super se regem. 4. Reg. 8. & infra 2. libro, cap. 21. & istud fuit multo tempore ante Esdram: ideo post duces, qui ponuntur hic, potuerat ponere Esdras omnes reges, qui fuerunt in Edom a tpe Ioram vsq; ad tps suū, & tū non ponitur aliqs rex post duces: ideo nō fuit continuatus principatus hic vsq; ad Esdram. Dicendum ergo ꝙ solum fuit cōtinuatus principatus vsq; ad tpa Ioram regis Iudæ, & ponuntur primo duces, qui fuerunt a principio status Idumæorū vsquequo expulerunt Horræos de terra, & incœperunt habere reges habuerūtq; octo, qui nominātur hic, & vltimus illorū fuit ille, q regnabat qñ cępit Saul regnare in Israel, & iste occisus fuit a Dauid, deinde fuerūt in Edom duces positi per volūtatem regū Iuda, & durauerūt vsq; ad tps Ioram regis Iuda, qñ rebellauerunt Idumæi ne essent sub Iuda, & constituerunt regem super se. 4. Reg. 8. Ex illo aūt tpe nō curat scriptura aliqd enarrare de statu Idumæorū, qa nō fuerunt postea aliqua bella, vel cōmunicationes inter Israelitas, & Idumęos: ad quorū declarationē Esdras vellet cōtinuare modū principatus Idumæorum.

Ob quam causam Idumæi mutauerunt principatum regalem in principatum ducum. Quæst. XXX.

QVAERITVR vlterius, ad quid Idumæi voluerunt mutare principatum regalem in principatum ducum: Illi, qui tenent aliquam de duabus primis positionibus de modo regum Idumæorū, s. qñ finierunt principatum debent dicere, & dicunt: quòd hoc fecerunt Idumæi propter vtilitatem principatus, quia forte reges illi, quos habebant, volebant tyrannizare in terra, ideo reduxerunt principatum monarchicum, qui erat iam tyrannicus, ad principatum aristocraticum, qui per plures dispensatur: & non potest sic faciliter tyrannizare. Et hoc fecerunt Romani: nam inter eos a principio fuerunt reges, & tamen illi subijciebant populum in seruitutem, ideo populus insurrexit contra reges, & expulit eos de vrbe: fecitque principatum aristocraticum ponens consules duos, quolibet anno, qui regerent vrbem, & de hoc tetigimus Genes. 36. Sed illæ duæ positiones improbatæ sunt. Ideo dicendum, quòd Idumæi non mutauerunt principatum, sed mutare coacti sunt, nam a principio ipsi habebant duces, quando erant Horræi in terra: expulsis Horræis cęperunt habere Reges, & semper habuerunt illos quousque Dauid occidit vltimum Regem Idumæorum, scilicet, Adad, & nō fuit tunc aliquis Rex in Idumæa: quia si vnus haberet totum principatum sicut prius, facilius posset rebellare, sed cōstituit duces, qui minoris potestatis erant, quàm reges. Si autem Idumæi permissi fuissent in suo principatu, nunquàm abstulissent Reges, sed habuissent illos, sicut prius: qa ille erat honorabilior principatus, quàm ducū quod patet: qa mox vt Idumæi habuerūt facultatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem repugnandi regibus Iuda, constituerunt Regem F
super se. 4. Regum 8. & infra 2. libro, cap. 21.

An postremi duces post reges expulsos, habuerint se per successionem, vel simul in terra Edom.
Quæst. XXXI.

QVAERITVR vlterius de modo, quo se habuerunt isti duces postremi in terra Edom post reges expulsos, scilicet, an se habuerint per successionem, vel simul. Respondendum est, quòd illi duces, qui fuerunt ante reges Idumæorum erant simul: nam quamquam essent valde multi non regnauerunt, nisi modico tempore, scilicet, duabus generationibus; & tamen erant decem, & sex: vt patet in litera, & ille generationes vix se extenderent ad centum annos. De ducibus tamen vndecim, qui habentur hic, aliter videtur dicendum. Posset enim aliquis dicere satis rationabiliter, quòd occiso per Dauid vltimo rege Idumæorum, constituit ipse duces multos in diuersis partibus terræ Idumæorum, vt non traderetur vni tota potestas: qa sic facilius possent rebellare, & sic poterant esse omnes isti vndecim duces, qui ponuntur hic simul, & tamen tunc sequitur inconueniens, quia fuerunt multa tempora a subiectione Idumæorum sub regno Iuda vsque ad liberationem, & pro toto isto tempore describuntur duces, vt supra probatum est: ideo oportet quòd non essent omnes simul, sed per successionem: Patet, quia ista subiectio H
facta est, quasi in principio regni Dauid, & durauit vsque ad principium regni Ioram, & fuerunt anni centum quinquaginta sex: nam Dauid regnauit annis quadraginta. 2. Regum 5. Salomon autem totidem. 3. Regum 11. Roboam autem decem, & septem: eodem libro, cap. 14. Abia autem tribus: eodem lib. cap. 15. Et Asa quadraginta uno: eodem libro, & cap. & Iosaphat viginti quinque; eodem libro, cap. vltimo. Et sic sunt anni centum sexaginta sex. & in istis annis bene poterat sibi succedere vndecim duces potissimè, quia illi ponebantur per voluntatem regum Iuda, & interdum aliquos duces viuentes priuabantur ducatu, & substituebant alios, & sic minori tempore durarent, quàm si alias manerent in ducatu vsque ad mortem. I

Quare inter duces ponuntur mulieres Thamna, scilicet, & Oolibama. Quæst. XXXII.

QVAERITVR vlterius, quare ponuntur hic inter istos duces Thamna, & Oolibama: nam istę fuerunt mulieres, quod patet: quia Thamna fuit soror Bothan ducis Horræorum filij Seir, vt patet supra in litera: & ipsa fuit concubina Eliphaz: ex qua genitus est Amalec: Genes. 36. De Oolibama patet, nam ipsa fuit vxor Esau, quæ peperit ei tres filios: Genes. 36. Et etiam fuit alia mulier Anna filia, quæ vocata est Oolibama soror Dison; eodem cap.

Respondent aliqui, quòd istę mulieres ponuntur K
hic inter duces propter excellentiam virtutis suæ, quia fecerunt opera virilia. Sic enim Debora, & Iahel, & Iudith ponuntur apud Hebræos, tanquàm duces, quia fecerunt opera ducum: nam Debora iudicabat Israel sedens sub palma, & etiam ipsa iuit ad bellum contra Sisaram principem militiæ Iabim regis Chanaan: quia aliàs non audebat illuc ire Barac, qui fuit dux belli: Iudicum 4. Iahel quoque fecit opus virile, quia ipsa occidit Sisaram principem militiæ hostium, vt patet Iudicum 4. & 5. Iudith occidit Holophernem habens audaciam virilem, vt colligitur per processum libri sui. Sed dicendum, quòd isti errant propter duo. Primo, quia dicunt mulieres poni hic inter viros, cum litera dicat hic, quòd isti fuerunt duces terræ Idumæorum; & tamen constat, quòd fœminæ non erant duces. Secundo, quia volunt, quòd istæ sint illæ fœminæ, quæ supra habentur, scilicet, Thamna concubina Eliphaz: & Oolibama vxor Esau: & ex hoc sequeretur, quod isti duces, qui ponuntur hic post reges fuissent ante reges: quia istæ duæ fœminæ fuerunt antequàm essent aliqui reges de genere Esau: cum Oolibama fuerit vxor Esau: & Thamna fuerit concubina Eliphaz, & tamen falsum est, quia isti duces, qui ponuntur hic vltimo fuerunt post reges, quia dicitur, quòd mortuo Adad rege ceperunt in eodem esse duces pro regibus, & ponuntur immediate nomina illorum, ideo postea fuerunt, & sic non potuerunt mulieres istę esse tempore istorum ducum. Tertio errant, quia istę mulieres non erant de genere Esau, quia Oolibama erat de genere Chananæorum, cum pater suus esset Heueus. Thamna autem erat de genere Horręorum, quia erat filia Seir Horræi, & soror Lothan ducis Horræorum, vt patet de vtraque, Genes. 36. & supra in litera; & tamen omnes isti, qui ponuntur hic, erant duces de progenie Esau, vt patet Genes. 36. & hic: ergo illæ mulieres non poterant poni tanquàm duces. Quarto errant, quia oporteret tunc quòd isti duces, qui ponuntur hic essent illi, qui ponuntur supra, qui fuerunt ante reges, & tamen falsum est, quia illi fuerunt decem, & sex: & isti sunt vndecim. Etiam quia nomina istorum, & illorum differunt. Dicendum igitur, quòd Thamna, & Oolibama non sunt hic nomina mulierum, sed virorum, qui fuerunt duces in terra Edom, postquàm cessauerunt reges, & sunt similia nominibus quarundam mulierum, quæ supra habentur, nec est istud inconueniens: nam sæpe videmus nomina virorum nominibus fœminarum esse similia, potissime in quibusdam idiomatibus.

CAP. II.

ISTII autęm Israel, Ruben, Simeon, Leui, Iudam, Issachar, & Zabulon, Dan, & Ioseph, Beniamin, Nephtali, Gad, & Aser. Filij Iuda, Her, Onan, & Sella. Hi tres nati sunt ei de filia Sue Chananitidis.

Descriptis in superioribus quibusdam lineis progenierum, quarũ partes describuntur, & quædam omittuntur, hic agitur de illa progenie, cuius omnes partes scribuntur. Nam præcedenti cap. incipiebat scriptura quasdam progenies, quas non continuabat, sed cum modicum enarrasset omittebat: etiam si describeret progeniem alicuius, non describebat quantum ad omnes descendentes ab eo, sed quantum ad quosdam, nunc autem incipit enarrari progenies Iacob, quæ tota cõtinuatur, & ideo cum haberet Iacob duodecim filios, omnium illorum linea texitur. Intendit autem in hoc libro principaliter agere Esdras de Dauid, ideo progeniem illam, in qua Dauid est, enarrat diligentius: erat autem in tribu Iuda, ideo de ista prius, & diligentius agit, & diuiditur in quinque partes, quia primo agitur de progenie Iuda. Secundo de tribu Simeon, quia filij Simeon habitabant in eadem sorte, in qua viri Iuda, de quibus infra 4. circa medium vbi dicitur. *Filij Simeon.* Tertio describitur linea tribus Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse, infra quinto. Quarto describitur progenies tribus Leui, infra 6. Quinto describitur linea tribus Isachar, & Nephtali, & Ephraim, & dimidia tribus Manasse, j. 7.

Sexto

Sexto ponitur linea tribus Beniamin, infra 8. Prima in A
tres, quia primo describitur successio tribus Iuda vsque ad Dauid, in quo incepit progenies Regum Iuda. Secundo ponitur ipsa progenies Regum Iuda, sequenti cap. Tertio redit scriptura ad supplendum quædam, quæ omiserat de tribu Iuda, infra 4. Prima in duas, quia primo ponitur progenies Iacob diuisa per duodecim tribus. Secundo accipitur tribus Iuda, de qua principalis est intentus ibi. *Filij Iuda.*

Vtrum ea, quæ hic habentur ad præcedentia sint continuata, & immediatè posti illa sint. Quæst. I.

QVAERITVR circa primum an ea, quæ habentur hic sint continuata ad præcedentia: & an B
sint immediatè post illa. Respõdendum, quòd continuatio propriè potest dari circa historias, in quibus quædam partes ordine naturali præcedunt, & aliæ sequuntur, & potest cognosci, cui debetur præcedere, & cui succedere: hic autem non est aliqua historia, sed solum enarratio diuersarum progenierum: ideo directe non potest dari hic continuatio ordinis, vel perturbatio: & tamen potest dari inquantum istę progenies enarratæ habent habitudinem ad historias, scilicet, quòd progenies illæ, quæ prius fuerunt prius enarrentur, & quæ posterius, describantur posterius. Et dicendum, quòd isto modo accipiendus est hic ordo continuatus, quia supra dicebatur de progeniebus illorum, qui fuerunt ab exordio sæculi vsque ad Ia- C
cob: hic autem agitur de ipsa progenie Iacob. Dicendum etiam, quòd ista fuerunt immediate post illa, quia post Esau nullus erat, qui sequeretur in ordine temporis, nisi Iacob, quia Esau, & Iacob ex eodem concubitu concepti sunt: ad Roman. 9. Et eadem hora de vtero exierunt: Genes. 25. & tamen cum colliderentur inter se in vtero, quasi litigantes quis eorum prius nasceretur, Esau prius exiuit Iacob tenente plantã pedis eius, vt patet ibidem: ideo post generationes Esau conuenienter poni debuerunt generationes Iacob, tanquàm immediatè secundum tempus. Circa primum dicitur. *Filij autem Israel.* Idest, Filij Iacob sunt isti, qui sequuntur, & vocatur Iacob Israel: quia D
Angelus mutauit nomen eius, quando luctabatur cum eo. Genes. 32. Et postea Deus in Bethel. Genes. 35. *Ruben.* Iste est primogenitus Iacob secundum carnem, & tamen iura primogenituræ non permanserunt in eo propter peccatum, sed translata sunt ad Ioseph, infra 5. & tamen ipse ponitur nunc ante omnes, antequàm esset primogenitus secundum carnem, & secundum dignitatem. Sciendum autem, q̃ isti duodecim filij Iacob geniti sunt ex diuersis matribus, nam accepit Iacob quatuor vxores, scilicet, primo Rachelem: in quo deceptus fuit, & apposita est sibi Lia, quamquam cum ea matrimonium non contraxisset: Genes. 29. Postea autem accepit Rachelem consummando cum ea matrimonium, & sic habebat duas sorores in vxores: deinde ad preces Rachelis, quæ concipere non poterat, accepit in vxorem ancillam eius nomine Balan. Genes. 30. & deinde ad preces Liæ accepit ancillam eius nomine Zelpham in vxorem, eodem cap. Peperit autem Lia filios sex, & Rachel duos, Balan totidem, & Zelpha totidem. Genes. 29. & 30. & 35. Ruben autem filius fuit Liæ, & vocatus est Ruben, idest, visio, quia in natiuitate eius dixit Lia: Vidit Dominus humilitatem meam. Genes. 29. *Simeon.* Iste fuit secundus in ordine natiuitatis, & fuit filius Liæ, & vocatur Simeon, idest, exauditio: quia in natiuitate eius dixit Lia. Vidit Dominus haberi me contemptui, & dedit mihi istum. *Leui.* Iste fuit tertius in ordine, & vocatus est Leui, idest, copulatio, vel

cohabitatio: quia in natiuitate eius dixit Lia mater sua: Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eo quòd pepererim ei tres filios: Genes. 29. *Iuda.* Quartus in ordine est, & filius Liæ, & interpretatur laus, vel confessio, quia in natiuitate sua dixit Lia; Modo confitebor Domino: Genes. 29. *Issachar.* Iste est quintus, sed non in ordine natiuitatis, quia ante eum nati fuerunt Dan, & Nephtali: Genes. 30. Fuit iste filius Liæ, & interpretatur conductus, vel merces; quia peperit illum Lia, quando conduxit virum suum redimens ius eius a sorore sua Rachele, pro mandragoris filij sui Ruben, & quando peperit, dixit; Dedit Deus mercedem mihi, quia dedi viro meo ancillam meam; Genes. 30. *Zabulon.* Iste est sextus, & vltimus filius Liæ, & fuit immediatus post Issachar, & tamen ante eum fuerunt Dan, & Nephtali, qui non præponuntur ad hoc, quòd omnes filij Liæ simul ponantur. Et vocatur Zabulon, quia significat dotationem, & permanentiam; vnde dixit Lia in natiuitate eius; Dotauit me Dominus dote bona. *Dan.* Iste fuit filius Balæ ancillæ Rachelis, quam tradiderat viro suo, vt conciperet ex eo; cum ipsa concipere non posset, & adoptaret Rachel sibi in filios eos, qui nascerentur de ancilla sua; & vocatus est iste Dan, idest, iudicium; quia in natiuitate eius dixit Rachel; Iudicauit mihi Deus, & exaudiuit vocem meam, dans mihi filium. Genes. 30. Iste Dan natus est ante Issachar, & Zabulon supra positos.

Ioseph. Iste fuit primus filius Rachelis, & fuit post omnes superiores, & etiam post alios sequentes; nam Nephtali, Gad, & Aser fuerunt ante ipsum; Genes. 30. *Beniamin.* Iste fuit vltimus filius Rachelis, quem pariens, mortua est, Genes. 35. Et vocauit primum filium Ioseph, idest, additus; quia in natiuitate eius dixit: Addat mihi Dominus filium alterum. Genes. 30. Et alium vocauit Benoni, idest, filium doloris mei, quia moriens peperit eum; & Iacob vocauit eum Beniamin. Genes. 36. Idest, Filium dextræ. *Nephtali.* Iste fuit filius Balæ ancillæ Liæ, & interpretatur obliquatio, vel lucta, quia in natiuitate eius dixit Rachel; Comparauit me Dominus cum sorore mea, & inualui. Genes. 30. *Gad.* Iste fuit filius Zelphæ ancillæ Liæ, & vocatus est Gad, idest, fœliciter, quia in natiuitate eius dixit Lia fœliciter. Genes. 30. *Asser.* Filius fuit Zelphæ; & interpretatur beatitudo; quia in natiuitate eius dixit Lia hoc pro beatitudine mea. *Filij Iuda.* Hic ponitur secundum; in quo proles Iudæ describitur, & diuiditur in duas; quia primo ponuntur filij Iudæ; deinde describitur proles eorum, ibi. *Filij autem Phares.* Circa primum dicitur. *Filij Iuda Her, Onan, Sella.* Isti tres fuerunt filij Iudæ de vxore sua, alios autem duos genuit de nuru sua.

Tres isti nati sunt ei de filia Sue Chananitidis. Quia alios duos habuit de Thamar, ista vxor Iudæ fuit quædam mulier Chananæa, nam Genesis 38. dicitur, quòd Iudas descendit a fratribus suis, & diuertit ad virum E
Odolamitem, nomine Vram; viditque ibi filiam hominis Chananæi vocabulo Sue; & accepit eam in vxorem. Aliqui errant putantes, quòd Sue sit nomen adiectiuum; est enim nomen proprium; Genes. 38. Et est diuersitas, quia dicitur vidit filiam hominis Chananæi vocabulo Sue, & aliqui putant, quòd Sue sit nomen patris illius mulieris. Alij autem dicũt, quòd sit nomen mulieris Iudæ, & declaratum est, q̃ est nomen patris; hic tamen significatur, q̃ sit nomen matris, quia Chananitidis significat Chananæam, cum sit genitiuus nominis fœminini; & tamen non potest stare pro matre; ideo litera ista corrupta est, quia deberet dici de filia Sue Chananæi, vt referatur ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

patrem, vel de filia Sue Chananitidem, vt referatur ad ipsam vxorem, quæ erat Chananitis, ideſt, Chananæa.

An peccauerit Iudas accipiens mulierem Chananæam in vxorem. Quæſt. II.

QVAERITVR an peccauit Iudas, quia accepit mulierem Chananæam in vxorem. Aliquis dicet, quòd ſic: quia Deus vetuerat hoc in lege: Exodi 34. & Deuteronom. 7. Secundo patet: quia Abraham etiam deteſtabatur coniugia Chananæorum: vnde dixit ad ſeruum ſuum Eliezer, quòd iret in Meſopotamiam ad accipiendum inde vxorem pro filio ſuo Iſaac, vt non acciperet vxorem de filiabus Chananæorum: Geneſ. 24. Iſaac quòque, & Rebeccha oderant Eſau, quia acceperat vxores de filiabus Chananæorum: Geneſ. 26. Et iuſſerunt ipſi Iacob, quòd non acciperet vxorem de filiabus Chanaan: ſed acciperet eam de cognatione ſua in Meſopotamia. Geneſ. 28. Tertio patet, quia iſti, qui acceperunt vxores de filiabus Chananæorum exprimuntur inter cæteros: & dicitur quomodo acceperint vxores de Chananæis, & fuit hoc in Iuda, & Simeone: ideo dicitur de Iuda Geneſ. 30. quòd accepit in vxorem filiam hominis Chananæi: de Simeone autem dicitur Geneſ. 36. quòd habuerit Saul in filium, qui fuit filius Chananitidis, ideſt, mulieris Chananææ. Reſpondendum, quòd non peccauit Iudas accipiendo vxorem de filiabus Chananæorum: non etiam peccauit Simeon in hoc. Et ratio eſt, quia ſi aliquis actus peccatum eſt, ideo eſt, quia ſecundum ſe eſt actus malus, ſcilicet, ex genere ſuo, vel ex circunſtantijs, vel propter legem vetantem, quæ lex eſt ab illo, qui potuit illam condere. Quòd tamen Iudas acciperet vxorem de filiabus Chananæorum, nõ erat per ſe malum pluſquàm accipere de quacunque alia gente. Etiam non erat actus malus propter legem, quia tunc non erat lege vetitus: nam lex non fuit data vſque ad Moyſem. Prius autem non erat aliqua obligatio in filijs Iacob, niſi quantum ad ea, ad quæ obligabantur oẽs homines naturaliter, & inſuper ad cæremoniam circunciſionis, quia Deus dederat iam iſtud præceptum Abrahæ, Geneſ. 17. Ad rationem primam in contrarium dicendum, quòd non faciebat Iudas contra legem, cum lex nondum data eſſet, ſed fuit data poſtea: & lex nunquàm obligat antequàm detur. Ad ſecundam rationem dicendum, quòd Abraham non recuſauit accipere pro filio ſuo vxorem de filiabus Chananæorũ, tanquàm peccatum eſſet accipere de illis vxorem, ſed quia honeſtius erat accipere de progenia ſua, quàm de filiabus Chananæorum, potiſſimè, cum ſciret, q̃ ſemen ſanctum, quod Deus ei repromiſerat deſcenſurum erat per Iſaac: Geneſ. 21. Quòd autem non eſſet peccatum accipere vxorem de filiabus Chananæorũ, patet quia ipſemet Abrahã, mortua Sara, accepit Ceturam in vxorem, quæ erat de ſtirpe Chananæorum in terra quorum morabatur: nam non miſit pro illa in Meſopotamiam, vbi erat cognatio ſua, vt colligit Geneſ. 25. Cum autem obijcitur de Iſaac, quòd oderat Eſau, quia acceperat vxores de filiabus Chananæorũ. Dicendum, quòd non oderat eum quaſi peccaſſet accipiendo, ſed quia mulieres illæ erant peruerſæ, & offendebant Iſaac, & Rebeccam, Geneſ. 36. Scilicet Eſau duxit vxores Iudith filiam Beeriethei, & Baſemeth filiam Elom eiuſdem loci, quæ ambæ offenderant animum Iſaac, & Rebeccæ: & intantum offenderant eos q̃ volebat mori præ tædio Rebecca, Geneſ. 27. Dixit Rebecca ad Iſaac: tædet me vitæ meæ propter filias Eth, ſi acceperit Iacob vxorem de ſtirpe terræ huius, nolo viuere. Et tunc Iſaac iuſſit Iacob, vt acciperet vxorem de ſtirpe ſua, & non de filiabus Chananæorum, Geneſ. 28. Ad tertiam dicendum, quòd Iudas, & Simeon, qui acceperunt vxores de filiabus Chananæorum non peccauerunt, nec etiam exprimuntur de eis ſpecialiter, quòd acceperint vxores Chananæas, tanquàm in hoc peccauerint. Sed ad oſtendendum q̃ nulli alij de filijs Iacob acceperint vxores Chananæas, niſi iſti duo. Et dicebat hoc principaliter propter indignitatem earum, & filiarum inde natarum, eo quòd mulieres Chananææ reputantur viliores in ſacra ſcriptura omnibus mulieribus: nam vocatur tota illa gens ſemen maledictum, Sapien. 12.

Fuit autem Her primogenitus Iuda malus coram Domino, & occidit eum. Thamar autem nurus eius peperit ei Phares, & Zara. Omnes ergo filij Iuda quinque, filij autem Phares, & Heſron, & Hamul.

Fuit autem Her primogenitus Iuda malus coram Domino. Iſte fuit valde malus, ſic etiam dicitur Geneſis 38. & tamen nec hic, nec ibi exprimitur malitia ſua. Erat autem malitia iſta, quia cum haberet vxorem, cum carnaliter tangeret eam, ſemen fundebat in terram, & hoc erat deteſtabile coram Domino: de quo declaratum eſt late Geneſ. 38. *Et occidit eum.* Scilicet, Deus occidit iſtum propter malitiam hanc, in quo apparet, quantum Deus deteſtetur iſtud ſcelus, quia ipſe per ſe ſumpſit vindictam de eo occidendo ipſum. *Thamar autem nurus eius.* Scilicet, Nurus Iudæ. Iſta enim fuit vxor Her primogeniti Iudæ, qui occiſus eſt a Domino, & perijt ſine liberis, ideo Iudas tradidit eam vxorem ſecundo filio ſuo Onam, & ille cum eſſet iniquus videns, quòd filij non naſcerentur ſibi, ſed fratri ſuo, cum tangeret vxorem carnaliter, ſemen fundebat in terram, ne aliqua proles naſceretur, quæ vocaretur ex nomine fratris ſui, & propter tantam iniquitatem occidit eum Deus. Poſt hoc autem Thamar petiuit a Iuda tertium filium ſuum Sellam, qui recuſauit ei dare timens quòd moreretur, ſicut duo fratris ſui, ideo Thamar mutato habitu ſimulauit meretricem ſedens in biuio, & fecit ſe cognoſci a Iuda, & ex vnico acceſſu concepit duos; de his Geneſ. 38. *Peperit ei Phares, & Zara.* Iſti duo geniti ſunt ex illo coitu, & vocatus eſt primus Zara, ideſt, ſplendens illuminans, vel oriens, & hoc, quia cum laboraret in partu Thamar, collidebantur iſti duo paruuli in vtero, quaſi contendentes quis prius naſceretur, & tunc vnus manum protulit, & obſtetrix ligauit in digito eius filum coccineum, dicens: iſte egredietur prior, & hoc vt cognoſceretur quis eſſet primogenitus, & propterea vocatus eſt Zara, ideſt, ſplendens.

Phares. Iſte vocatus eſt ſic, quia cum ambo colliderentur in vtero, & protuliſſet manum prius Zara regreſſus eſt in matricem: & exiuit prius alter, qui latebat, & tunc obſtetrix vocauit eum Phares, ideſt, diuiſionem, dicens: Propter te diuiſa eſt maceria; quaſi dicat, non rupiſti tu pellem, ſed alius. Vel, Propter te diuiſa eſt maceria, ideſt, tu perturbaſti ordinem rumpendo ordinem natiuitatis: cum alius prius debuerat naſci, cum prius manum emiſerit.

Omnes ergo filij Iuda quinque. Scilicet, Computando filios, quos habuit ex vxore, & ex nuru: fuerunt quinque. *Filij autem.* Hic deſcribuntur filij filiorum Iuda, & ponuntur primo filij Zarę, ſecundo filij Phares, ibi.

Filij autem Heſron. Circa primum dicitur. *Filij autem Phares Heſron, & Chamul.* Ab iſtis duobus noïatæ ſunt duæ familiæ, ſ. Heſronitarum, & Amulitarum. Nu 26.

Chriſtus

Chriſtus autem deſcendit per Heſron. Matth. 1. *Filij quoque Zare, Zamri, & Ethan.* Hic ponuntur filij Zarę: & fuit iſte, qui egreſſus eſt de vtero: & miſit manum antequàm egrederetur alius, & poſtea redijt: & habuit filios quinque, quorum vnus fuit Zamri. *Ethan, & Eman, & Chalchal, & Dorda.* Similia nomina habentur 3. Regum, cap. 4. & fuerunt iſti viri famoſi.

Quomodo hic, & in 3. Regum cap. 4. ponuntur iſti viri. Quæſt. III.

QVAERITVR quomodo ponantur iſti viri hic, & ibi. Reſpondet quædam glo. Hebraica ſuper locum iſtum, quòd iſti fuerunt illi viri, qui nominantur. 3. Regum 4. cap. Et patet, quia ſunt eadem nomina. Sed dicendum, quòd hoc non ſtat, quia iſti, qui ponuntur hic, fuerunt de tribu Iuda: vt patet hic: illi autem, qui ponuntur 3. Regum 4. cap. fuerunt de Leuitis: nam erant ſapientiſſimi: quia commendatur ſapientia Salomonis ſapientiæ eorum, cum dicitur ibi, q̃ erat Salomon ſapientior Eman, & Ethan, Ezraite, & Chalchal, & filius Mahol, & aliqui iſtorum ponuntur inter Leuitas, ſcilicet, Eman, & Ethan, infra 25. Item patet hoc efficacius, quia non potuerunt eſſe iſti tempore Salomonis, quod patet, quia iſti fuerunt filij Zaræ, & tamen Zara natus eſt antequàm intrarent Iſraelitæ in Aegyptum, vt patet Geneſ. 38. & etiam ipſe genuit filios antequàm deſcenderet in Aegyptum, vt probatum eſt ibidem: Patet etiam hoc ex numero illarum animarum, quæ deſcenderunt in Aegyptum: nam paruuli nepotes Iuda: ibant illuc, vel dato, quòd non irent, cum iſte Zara pater iſtorum virorum natus fuerit ante introitum in Aegyptum, cum ipſe illuc introiret Geneſ. 46. Poterant iſti filij eius in breui naſci, & tamen ab introitu in Aegyptum vſque ad regnum Salomonis fuerunt quaſi ſeptingenti anni: nam in Aegypto manſerunt Hebræi ducentis, & quindecim annis: vt declaratum eſt Geneſ. 15. & Exodi primo, & ab exitu de Aegypto vſque ad principium ædificationis templi, qui fuit in principio anni quarti regni Salomonis fuerunt anni quadringenti octoginta. 3. Regum 6. Et tamen iſti erant viri ſapientes tempore Salomonis, ſcilicet, Eman, & Ethan, Chalchal, & Dorda. 3. Regum 4. Ergo oportet, quòd eſſet tũc quilibet iſtorum annorum ſeptingentorum, vel quaſi: & tamẽ nullus hominum tempore illo repertus eſt peruenisſe ad centum quinquaginta annos, ergo non potuerunt eſſe iſti, qui nominantur hic ijdem cum illis, qui nominantur. 3. Regum 4. Sed ſunt alij eiuſdem nominis. Hebræi autem attendunt ſimilitudinem nominis, & non aliam circunſtantiam, & ideo errant grauiſſimè. Tertio patet hoc, quia etiam inſpiciendo ſolum nomen non poſſunt eſſe iſti ijdem cum illis, quia illi vocantur filij Mahol. 3. Regum 4. Iſti autem ſunt filij Zarę: oportet ergo iſtos eſſe alios viros conuenientes cum illis in nomine, & differentes in ſubſtantia.

Filij quoque Zarę Zambri, & Ethan, & Eman, Chalchal quoque, & Darda ſimul quinque. Filij Charmi, Achor, qui turbauit Iſrael, & peccauit in furto anathematis: filij Ethan Azarias: filij autem Heſron, qui nati ſunt ei Ieramehel, & Ram, & Calubi. Porro Ram genuit Aminadab, Aminadab autem genuit Nahaſſon principem filiorum Iuda.

Filij autem Zamri Charmi. Proſequitur lineam primogeniti Zarę, & ille erat Zamri, & filius eius eſt Charmi. *Charmi quoque Achor.* Charmi genuit Achor. *Qui turbauit Iſrael, & peccauit in furto anathematis.* Iſte Achor peccauit, quia furatus eſt de anathemate Iericho: nam fuerat poſitum præceptum, quòd nullus acciperet quicquam de vrbe Iericho: ſed omnia cremarentur, niſi aurum, & argentum, & æs, & ferrum, quia ſeruarentur in theſauris Domini: Ioſue 6. Et hoc non oſtante iſte Achor furatus eſt regulam auream, & pallium coccineum, & monetam argenteam, ſcilicet, ſiclos multos: vt patet Ioſue 7. & tunc turbauit iſte Iſrael, quia propter peccatum iſtius Iſraelitæ traditi fuerunt in manus hoſtium: nam cum aſcẽderent contra viros vrbis Ahi verterunt terga eis: & corruerunt de Iſraelitis triginta ſex viri propter peccatum Achor: Ioſue 7. & 22. Et iſta pœna vocata eſt turbatio: quia Ioſue videns, quòd Iſraelitæ terga vertebant hoſtibus ſuis, miratus eſt: quia ante hoc non conſueuerant terga vertere, & putauit, quòd de cætero delendi eſſent a Chananæis, ideo plorauit nimis coram Domino Ioſue 7. Et quando poſtea lapidari fecit iſtum Achan pro peccato dixit ei: quia turbaſti nos, exturbet te Deus in die hac, eodem cap. Sciendum autem, quòd iſte Achor vocatur Achan ibidem, & ſic conſueuit vocari in Hebræo: hic autem vocatur Achor tam in Hebræo, quàm in Latino, quia nomina Hebraica ſæpe mutantur, quantum ad aliquas literas. Sciendum etiam, quòd vnus iſtorum, qui vocatur hic Charmi vocatur Zabdi Ioſue 7. Nam vbi dicitur, q̃ Achor erat filius Charmi filij Zabdi filij Zarę: hic tamen vocatur Charmi, quia ſæpe ſunt aliqui binomij, vel trinomij in ſacra ſcriptura: ſicut de multis alijs patet. *Filij Ethan Azarias.* Iſte eſt Ethan, qui erat vnus de filijs Zaræ, vt patet ſupra. Aliquæ Bibliæ habent filij Ethan Azarias, & ſic habetur in Hebræo, & eſt vera litera: aliqui tamen mutauerunt eam, dicentes, filios: eo quòd non exprimebatur hic niſi vnus, ſcilicet, Azarias; & tamen iſtud inconueniens eſt, quia modus ſcripturæ eſt, quòd de habente vnicum filium dicatur, quòd habet filios. Sic enim patet Geneſ. 46. cũ dr, Filij Dan Huſin. Et ſic non habebat Dan niſi vnum filium, & tamen dicitur filij Dan: ſic etiam loquitur lex humana. Dicunt tamen aliqui, quòd iſte Ethan habuit multos filios, & tamen ſcriptura ſolum expreſſit vnum, quia iſte erat principalis, vel quia exprimendo iſtum intelligebantur alij. Melius autem adhuc diceretur, quòd quamquam Ethan habuerit multos filios, ſcriptura noluit nominare niſi vnum, quia nolebat exprimere aliorum generationes, ſic enim declaratum eſt ſæpe fuiſſe in generationibus aliorum, qui ponuntur præcedenti cap. Nam filij multorum tacebantur, & tamen magis conueniens videtur ſcripturæ, quod dictum eſt primo, ſcilicet, quòd iſte haberet vnicum filium, & tamen ille vocatur filij pluraliter. *Filij autem Heſron.* Hic ponitur generatio Heſron filij Phares, & primo ponitur quantum ad vnum de filijs ſuis, ſcilicet, Ram: ſecundo quantum ad alium nomine Calubi; tertio quantum ad alium nomine Ieramehel; ſecunda ibi. *Caleb vero.* Tertia ibi; *Nati ſunt.* Circa primum dicitur.

Filij autem Heſron, qui nati ſunt ei Ieramehel. Iſte Heſron habuit tres filios; quorum primogenitus fuit Ieramehel, & non deſcendit de progenie iſtius Chriſtus, ſed de progenie Ram, qui non erat primogenitus, ex quo patet quòd Reges Iuda non deſcenderunt ab ipſo Iuda directè per lineam primogenitorum: ſed aliqñ p minores; ſic enim patet hic; ſic et in Dauid; qa ipſe minimus fuit fratrũ ſuorũ, & factus eſt rex, & ab eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

co venit Christus. Salomon quoque minimus fuit inter filios Dauid, & ipse regnauit, & venit Christus de sanguine eius. *Et Ram, & Calubi.* Iste Ram est, qui vocatur Aram Matthei primo, & ponitur in genealogia Christi. Calubi est, qui vocatur Caleb: nam infra vocatur Caleb, sed, vt sæpe dictum est, mutatio fit interdum in nominibus Hebræis tam in principio nominis, quàm in fine, sed potius in fine fit. *Porro Ram genuit Aminadab.* In hoc continuatur progenies Ram vsque ad Dauid, de quo intendit scriptura: deinde redditur ad enarrandum progenies aliorum duorum fratrum suorum. *Aminadab autem genuit Nahasson.* Iste Nahasson fuit vir excellens in tribu Iuda: & iam omnes isti sequentes vsque ad Dauid ponuntur in genealogia Christi, vt patet Matthei primo. *Principem filiorum Iuda.* Vocatur princeps iste, & non pater suus: quia iste est primus, q factus est princeps in tribu Iuda, pro quo sciendum, quòd omnes isti nati sunt in Aegypto, scilicet, Ieramehel, Ram, & Calubi, & Aminadab filius Ram, & etiam mortui sunt in Aegypto. Nahasson autem natus est in Aegypto, sed non fuit mortuus ibi, quia ipse exiuit de Aegypto cum reliquo populo, & ipse factus est princeps in tribu Iuda. Nam ad hoc, quòd Israelitæ per desertum conuenienter p̃cederent ordinati, & castrametaren tur sine turbatione, iussit Deus Moysi, q̃ numeraret quamlibet tribum, & familiam eius, & poneret totam tribum sub vno principe, & quālibet familiam sub vno principe, & sic assignaret eis diuersa loca castrametandi sub diuersis vexillis, & tunc fuit Nahasson princeps totius Iuda: vt patet Nu. 1. & 2. & ipse habebatur tanquàm excellentior inter omnes filios Israel propter tribum principalem cui præerat: & sic ipse obtulit primus in dedicatione tabernaculi inter oēs principes tribuum: Nu. 7. Iste aūt mortuus est in deserto propter sententiā illam, quæ data erat contra omnes qui numerati erāt a viginti annis & supra, Nu. 14. Et iste erat vnus de numeratis, cum esset princeps omniū numeratorum in tribu Iuda. Considerandum vlterius, quòd sicut diximus Nu. 1. principes tribuum erāt illi, qui descendebāt ab ipsis capitibus tribuū primogenitorum per lineā, & hoc erat regulare, interdum tamen fallebat, ꝓpter aliquam causam specialem, & sic erat in isto Nahasson: nam ipse erat filius Aminadab, & Aminadab filius Ram, & Ram non erat primogenitus Hesron, sed Ieramehel primogenitus eius: vt patet infra in litera.

Quomodo fiebat, quòd aliqui essent principes, cum a principibus directe non veniebant. Quæst. IIII.

QVAERITVR cum aliquando illi, qui non veniebant directe a principibus tribuum essent principes, quomodo fiebat hoc. Respondendū, quòd erat causa specialis aliqua, & poterat esse duplex. Prima erat electio Dei, nam omnis principatus est in manu Domini, & iura omnium regnorum, & cuicunque voluerit dat principatum, & regnum, & cui dederit ille iustè possidet, sic patet Danielis 4. scilicet, Septem tempora mutabuntur super te, donec scias, quòd dominetur, excelsus in Regno hominum, & cuicunque voluerit det illud. Et sic interdum quibusdam inter Hebræos quibus nō cōpetebat regnum, Deus dabat illud, faciendo quòd vngerentur. Sic enim fuit de Ieroboam tempore Salomonis, qui non erat de genere regio, & tamen Deus fecit illum vngi in regem. 3. Regum 11. Sic etiam fuit de Iehu, qui non erat de stirpe regum Israel, & fecit Deus eum vngi in regem Israel. quarto Regum 9. Et idem faciebat inter gētes, quia fecit per Prophetam suum vngi Azaelem in regem Syriæ: qui tamen non erat de genere regio. 3. Regum 19. cùm ergo principatus regalis dispositione Dei transiuisset ad tribum Iuda, debebat regnū per primogenitos deriuari, quia honor pertinet ad primogenitum: vt patet Genes. 49. scilicet, Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris, prior in donis, maior imperio: etiam infra 2. libro cap. 21. Dicitur, quòd Iosaphat reliquit regnum filio suo Ioram, quia primogenitus erat: alijs autem dedit multa munera auri, & argenti. Primus tamen qui Regnum habuerit de tribu Iuda, non fuit primogenitus, sed minimus fratrum suorum, scilicet, Dauid, quia Deus elegit illum. Sic etiam Deus elegit Salomonem minimum filiorum Dauid, vt esset Rex. infra 22. & 28. Secundus modus erat per electionem paternam, quia interdum patres habentes dignitatem, quam alicui filiorum relinquere possunt, eligebant de filijs eum, quem putabant aptiorem ad ministrandum in dignitate illa: sic enim fuit de Roboam rege Iuda, qui multos filios habuit, & quia inter eos vidit Abiam esse aptiorem ad regnandum tradidit ei principatum, vt patet infra 2. lib. cap. 11. scilicet, Constituit in capite Abiam filium Maacha Ducem super omnes fratres suos. Ipsum enim regem facere cogitabat, quia sapientior fuit, & potentior super omnes filios eius: & tamen iste non erat primogenitus, vt patet ibidem, quia aliàs non daret ei regnum propter sapientiam, & potentiam, & amorem matri suæ, sed competeret ei iure communi, scilicet, primogeniture. Isti duo modi poterant esse in omnibus tribubus, etiā antequàm essent reges, per quos aliquando illi, qui non erant principes tribuum, efficerentur principes. Nunc autem de Nahasson videtur dicendum, quòd primus modus istorum fuerit in eo. Nam licet primogenitis deberetur principatus ante Nahasson, non curabatur de principatu in tribu Iuda: nec alij tribubus, eo quòd erant omnes in Aegypto in seruitute grauissima, & turpissima, nam in luto, & lapidibus, & in omnibus ministerijs vilibus cogebantur seruire: Exo. primo, & serui non curarent inter se de principatu, potissimè cum esset extrema seruitus. Cùm autem egressi sunt Israelitæ de Aegypto, fecit Deus numerari tribus, & constituit principes, satis autem verisimile est, quòd sicut ipse fecit computationem fieri, ita etiam ipse designaret, qui essent principes in computatis tribubus, quia fortè aliàs esset magna contentio, quis in qualibet tribu principaretur: cùm quilibet desideraret principari, & tunc Nahasson institutus fuerit a Deo princeps in tribu Iuda, quamquam non esset ipse directe de linea primogenitorum, quòd autem non esset proprie aliquis principatus inter Hebræos ante ipsum, patet: quia ipse vocatur hic princeps, in quo designatur aliquid speciale: & tamen si prædecessores sui fuissent principes non oporteret nominari ipsum, sed potius nominaretur ille, qui primus princeps fuisset, vel de omnibus diceretur, quòd fuerunt principes.

Nahasson quoque genuit Salma, de quo ortus est Booz. Booz vero genuit Obed, qui & ipse genuit Isai.

Nahasson quoque genuit Salma. Iste Salma fuit qui accepit in vxorem Raab Ierichontinam, Matth. 1. & ponitur ibi in genealogia saluatoris. *De quo ortus est Booz.* Iste etiam ponitur in linea Christi. *Booz vero genuit Obed.* Iste Booz non putatur esse ille, de quo immediate dicitur, scilicet, filius Salmon: sed pronepos eius, nam dicunt expositores nostri, quòd tres fuerunt Booz eiusdē nominis, s. pater filius, & nepos, & primus fuit filius Salma. Secundus filius alterius Booz, & nepos Salma. Tertius filius pronepos Salma, & iste tertius est, de quo hic dicitur. *Quod genuit Obed, qui & ipse genuit Isai.* Idest, Obed genuit Isai, qui fuit pater Dauid, & iste habet duo nomina, scilicet, Iesse, & Isai. Vocatur Isai, vt communiter in libris Regum: & fortè in toto Veteri Testamento: Iesse autem raro nominatur. Etiam Isaiæ 11. Egredietur virga de radice Iesse, & Matth. 1. cap. Iesse autem genuit Dauid.

An Booz fuit pater Obed. Quæst. V.

QVAERITVR circa istum Booz, qui fuit pater Obed, an ipse fuerit filius Salma. Respondet Nicolaus, & expositores nostri, quòd non, sed quòd fuerunt tres Booz, vt nunc dictum fuit. Motiuum autem eorum, quia fuerunt multa tempora inter generationem Booz filij Salma, & generationem Obed filij Booz: nam dicunt, quòd Obed natus est cum iudicaret Israel Heli sacerdos: nam historia Ruth accidit tempore vnius iudicis, vt patet Ruth primo. Et dicunt istum fuisse Heli, & tamen inter generationem Booz filij Salma, & principium principatus Heli, fuerunt anni quasi trecenti, & vigintiquinque, quod patet, qa ab exitu de Aegypto vsque ad ædificationem templi fuerunt anni quadringenti. & octoginta, vt patet 3. Regum 16. De quibus subtrahantur anni quadraginta ab exitu de Aegypto vsque ad introitum in terram Chanaan, & quadraginta anni regni Saulis, & quadraginta anni Dauid, & quatuor anni, qui transierant de Regno Salomonis ferè, quando incepta est ædificatio templi, vt patet Exodi 16. & 1. Regum 4. & Actuum 3. & 13. Regum 2. & eodem libro, cap. 6. Manebant anni quasi trecenti viginti quinque, & isti fuxerunt ad minus a tempore, quo accepit Salma Raab in vxorem vsquequo genitus est Obed quod patet, qa in primo anno, in quo egressi sunt Israelitæ in terram Chanaan accepit Salma Raab in vxorem, quia in eodem anno capta est ciuitas Iericho vbi erat Raab. Immo primum, quod fecerunt Israelitæ post introitum Chanaan in terram fuit, vt caperent vrbem Iericho, vt colligitur a principio Iosue vsque ad cap. sextum. Et tamen non poterat viuere tanto tempore Booz, vt gigneret, quia in tempore illo viuebāt homines ad plus centum, & decem, vel centum, & viginti annis; & tamen dato quòd aliquo modo viueret vsq; ad tantum tempus, non posset gignere, cum esset in tanta ætate, eo quòd potestas gignendi in homine ad plus videtur accedere ad octoginta annos, & quia trecenti, & viginti quinque anni erat tempus ætatis trium hominum, iudicauerunt fuisse tres viros nomine Booz, & scriptura taceat duos illorum. Habent autem similitudinem, quia etiam sic fit in alijs locis: nam Matth. 1. Vbi ponitur genealogia Christi subticentur aliqui Reges: nam dicitur Ioram autem genuit Oziam, & tūc falsum est, quia tres subticentur ibi, s. Ochozias, & Ioas, & Amasias: nam Ioram genuit Ochoziam, siue Achaziam, quod idem est. 4. Reg. 8. & infra 2. lib. cap. 22. Ochozias autem genuit Ioas. 4. Reg. 11. & infra 2. lib. cap. 22. & 23. Ioas autem genuit Amasiam. 4. Reg. 12. & 14. & infra 2. lib. cap. 25. Amasias vero genuit Azariam. 4. Reg. 15. & sic subticentur illi tres: ita hic possunt arbitrari, ꝙ fuerint tres Booz, & illorū duo taciti fuerint a scriptura propter similitudinem nominis. Sed hoc non videtur rationabiliter dictum, qa scriptura ponit istam genealogiam sæpe, & tamen in nullo loco ponitur nisi vnus Booz, quod patet, quia sic ponitur Matth. 1. Sic etiam ponitur Ruth vlti. & sic ponitur hic, & tamen si fuissent plures Booz non concordarent omnia ista loca scripturæ in eodem modo enarrandi, sed in aliquo eorum suppleretur, quod in alio omittebatur. Secūdo patet hoc, & efficacius, quia liber iste factus est ab Esdra ad supplendum omnia, quæ deficiebant in alijs libris, vt Hieronymus ait in Epistola ad Paulinū, cap. 7. & in prologo Galeato: declaratum fuit in primo prologo libri huius, in quadā quæstione, & potissime negociatur iste liber circa enarrationem generationum, ideo id quod omissum esset de generationibus in alijs libris, suppleretur hic, & tamen hic non ponitur nisi vnus Booz, ergo non videtur quòd fuerint plures. Tertio patet, quia argumentatio sua non est conueniens: nam volunt, quòd fuerit genitus Booz anno primo introitus in terram Chanaan, & quòd Obed natus fuerit anno primo saltem principatus Heli: eo ꝙ volunt historiam Ruth accidisse in diebus Heli, & tamen vtrumque istorum potest negari rationabiliter, scilicet, quòd non fuerit genitus Booz anno illo, sed post multa tempora, & etiam quòd nō fuerit historia Ruth sub Heli, sed sub aliquo alio iudice, sub quo gigneret Booz ipsum Obed. Quarto non stat, quia non est similitudo de subtractione trium Regum in genealogia Christi ad subtractionem aliquam factam hic: Nam ibi fuit aliqua causa, quare fieret subtractio, s. qa Matthæus intendebat generationes Christi diuidere per tres quatuordenas, ad significandum quoddam mysterium: sic enim patet Matthei 1. nam dicitur ibi, quòd in generatione Christi sunt ab Abraham vsque ad Dauid generationes quatuordecim, & a Dauid vsque ad transmigrationē Babylonis generationes quatuordecim, & a transmigratione Babylonis vsque ad Christum generationes quatuordecim, & ideo propter istud mysterium oportuit subtrahi aliquid: hic autem non fuit necesse subtrahi aliquam generationem, cum potius liber iste intēdat omnia, quæ in alijs libris deficiunt supplere. Et apparet, quòd illi tres Reges, qui subticentur in Christi genealogia, ponuntur in omnibus locis Veteris Testamenti, vbicunque fit narratio de Regibus. Nam 4. Regum 8. & 11 & 14. ponuntur in serie Regum, & etiam sequenti cap. ponuntur in progenie Dauid & sequenti libro, cap. 22. & 24. & 25. ponuntur, & tamen illi duo Booz, quos isti dicunt subticeri non ponuntur in aliquo loco scripturæ quamquam in multis alijs locis fiat mentio de progenie ista, scilicet, hic, & Ruth vltimo, & Matthæi 1. Ideo videtur, quòd non deficiat aliquis istorum, quos isti dicunt deficere, & quòd non fuerit nisi vnus Booz.

Dicendum igitur videtur, quòd solum fuerit vnus Booz, cum scriptura vnicum asserat, & nunquam est dicendum scripturam omisisse aliquam generationem, quando eas describit continuatè, nisi necessarium appareat ex alio loco scripturæ, vel ex aliqua ratione omnino cogente, quòd sic dicendum sit. Nam hic possimus saluare satis rationabiliter, quòd nō fuit nisi vnus Booz, sicut scriptura dicit, ideo non est dicendum plures fuisse, potest autem hoc dici ponendo ꝙ historia Ruth, quam volūt communiter expositores accidisse tempore Heli sacerdotis non fuerit tunc, sed multo ante: tempore alterius iudicis non multo tempore, postquàm iudices incepissent. Quod patet, qa in fine libri Iudicum ponuntur aliqui casus, qui fuerunt in principio Iudicum, s. casus de Idolo Michę, & casus de concubina Leuitæ, Iudicum 17. et 19. Et tamen ibi declaratum est, quòd isti casus fuerunt, anteq̃ inciperent iudices. Ita ergo liber Ruth est quædam pars libri Iudicū, qa narratur ibi quidā casus, qui accidit tempore Iudicum, ideo poterat accidere circa principium principatus Iudicum, scilicet, sexaginta annis, vel quasi post introitum Israelitarum in terrā Chanaan, vel si volumus, quòd esset centum annis post, aut pluribus, quia nemo nos cogit ad ponendum sub aliquo iu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dice determinato, sed solum q̃ fuerit in diebus vnius iudicis, sic dicitur Ruth 1. Et tunc poterit dici, q̃ Salomon princeps tribus Iuda accepit Raab in vxorẽ immediate, vt introiuit in terram Chanaan, & tamen poterat non gignere ex ea Booz vsque ad sexaginta annos, vel plures: nam fortè multos alios gigneret ante istum, & esset iste vltimus filiorum suorum, quem sexaginta annis gigneret, postquàm acciperet vxorem, & hoc quia Salmon poterat tunc esse satis iuuenculus, scilicet, viginti annorum, & postea quãdo esset annorum octoginta gigneret Booz, deinde Booz poterat gignere alios filios multos, & cum iam esset annorum nonagintaquinque gigneret Obed, & Obed cũ totidem esset annorum gigneret Isai, & cum esset totidem annorum gigneret Dauid, vel quilibet istorum gignere posset in anno centesimo, & in ætate illa non erat inconueniens hoc: nam Abraham qui solum vixit annis centum, & septuagintaquinque, Genes. 25. genuit filios sex, postquàm erat iam quasi centum quadraginta annorum: nam ipse accepit vxorem Ceturam in ista ætate, Quod patet, quia Abraham erat maior ætate in decem annis, quàm Sara vxor sua, quia quando Sara erat nonaginta annorum, erat Abraham centum. Genes. 17. Et tamen Sara mortua est, cum esset annorum centum vigintiseptem. Genes. 23. Ergo tunc erat Abraham centum triginta septem annorũ, & post hæc accepit vxorem nomine Ceturam. Genes. 25. Et genuit ex ea filios sex, dato ergo, quòd immediatè post mortem Saræ acciperet Ceturam, oporteret, quòd gigneret aliquos filios post annum centesimum quadragesimum, & tamen tempore istorum, scilicet, Booz, Obed, & Iesse, multi homines perueniebant ad centum, & triginta annos, ergo possunt isti gignere in anno centesimo, accipiendo proportionaliter ad annos, quibus vixit Abraham, & quoto anno genuit. Quòd autem viuerent homines tunc vltra centum, & triginta annos, patet, quia etiam multo tempore post Dauid, scilicet, tempore Regis Ioas erat Ioiada sacerdos, qui vixit annis centum triginta, vt patet sequenti libro, cap. vigesimoquarto: Ponendo autem summam, & tempus gignendi supra assignatum, erit quasi numerus annorum completus: ita vt nihil desit, quod patet, quia ab exitu de Aegypto vsque ad ædificationem templi fuerunt anni quadringenti, & octoginta, a quibus subtrahantur quadraginta anni, quibus manserunt Israelitæ in deserto: Exodi decimosexto. Et triginta anni, quos habebat Dauid, quando cepit regnare. 2. Regum 5. Et quadraginta anni, quibus regnauit, eodem cap. & 3. Regum 2. & quatuor anni, quibus regnauit Salomon, antequam inciperet ædificatio templi, restabunt anni trecenti sexaginta sex, scilicet, a tempore, quo introierunt Israelitæ in terram Chanaan, & accepit Salmon Raab in vxorem vsque ad tempus, quo natus est Dauid, isti anni possunt haberi in generationibus Booz: & Obed, & Iesse, & Dauid, scilicet, quòd Salmon septuaginta quinque annis postquàm accepisset Raab in vxorem, gigneret Booz, & Booz annis nonagintaquinque, vel parum plus, scilicet, quasi centum gigneret Obed, & Obed quasi centum annorum gigneret Isai, & Isai in eadem ætate gigneret Dauid, & sic essent isti anni trecenti septuaginta quinque, & superabundant nouem anni ad summam necessariam, & illos subtrahemus de temporibus, de quibus dicimus istos genuisse: ita quòd quilibet eorum genuerit ante centesimum annum. Sed aliquis dicet, quòd ista videntur esse conficta ad defendendum positionem istam, vt non recedamus a litera sacræ scripturæ, sed non sunt verisimilia, quia licet isti possent in tanta ætate gignere, & forte in maiori, tamen non est verisimile, quòd gignerent in tanta senectute, sed magis quòd gignerent in iuuentute.

Dicendum, quòd non, quia quilibet istorum genuit in senectute. Nam Booz non solum, quando genuit Obed erat senex, sed etiam quando accepit Ruth in vxorem, quod patet: quia quando Ruth voluit accipi in vxorem a Booz, dixit ei Booz: Benedicta es tu a Domino filia; quia non es secuta iuuenes pauperes, siue diuites, quasi dicat noluisti accipere aliquem virum iuuenem, sed me senem. Et patet etiam hoc magis, quia dixit Booz. Priorem misericordiam posteriori superasti, quia non es secuta iuuenes, &c. Ruth 3. Idest, Maiorem misericordiam fecisti nunc accipiendo me in virum, quàm dimittendo terram tuam, vt venires cum sorore tua. Ruth tamen erat paupercula, quia ibat ad colligendum spicas, quæ euadebant manus metentium in agris alienis. Ruth secundo, & tertio. Booz autem erat diues valde, quia erat quasi princeps in vrbe Bethlehem; ideo quantum ad hoc non faciebat Ruth misericordiam cum Booz, sed potius Booz faciebat magnam misericordiam cum Ruth, accipiendo pauperculam in vxorem, cum ipse esset valde diues. Fuit ergo misericordia magna in hoc, quòd ipse erat valde senex, & Ruth erat iuuencula, voluitq̃ se priuare delectatione iuuenili, accipiendo senem in virum. De Isai autem patre Dauid, quòd esset valde senex, quando gigneret Dauid, patet, quia ipse Dauid erat paruus, & minimus fratrum suorum, quando iuit ad ferendum cibos fratribus suis in bellum. Nam Saul dixit tunc sibi, quòd puer erat: & tamen Isai pater suus erat tunc vetustissimus, vt patet primo Regum decimoseptimo. Scilicet, Erat Isai vir in diebus Saul senex, & grandæuus inter viros. Vnde non solum nominauit eum senem, sed grandæuum, quod significat valde magnam ætatem. De Obed autem non legitur quando genuerit, sed similiter dicendum est, quòd in senectute genuerit. Patet igitur, quòd non oportet poni tres Booz fuisse, & duos subticeri, sed fuisse vnicum, sicut scriptura dicit.

Isai autem genuit primogenitum Eliab, secundum Abinadab, tertium Sammaa, quartum Nathanahel, quintum Raddai, sextum Asom, septimum Dauid.

Isai autem genuit primogenitum Eliab. Ponuntur hic omnes filij Isai, quamquam non continuantur eorum progenies: nam nullius eorum computatur hic proles, & tamen nominantur omnes propter honorem Dauid, quia fuerunt fratres eius. Iste Eliab primogenitus Isai, fuit magnus corpore, & pulcher aspectu, & quando Samuel iuit ad vngendum in Regem vnum de filijs Isai, præsentatus est sibi iste, quia erat primogenitus, & cum vidisset magnitudinem, & pulchritudinem corporis, putauit, quòd iste esset quem Deus elegerat, & ait: Num coram Domino est Christus eius? Idest, Nunquid iste est, qui vngendus est in Regem? & Deus dixit: Ne respicias vultum eius, nec altitudinem staturæ eius, quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis iudico. Homo enim iudicat ea, quæ apparent: Deus autem intuetur cor. 1. Regum 16.

Secundum Abinadab, tertium Sammaa. Computantur hic secundum ordinem natiuitatis, & secũdum istum ordinem præsentauit Isai filios suos Samueli ad vngendum vnum ex eis. Nam prius exhibuit Eliab, postea Abinadab, deinde Sammaa. primo Regum decimosexto.

Quartum Nathanahel, quintum Raddai. Isti filij Isai ocreperiuntur

reperiuntur non nominati alibi, nisi hic: & dicitur in Hebræo Raddai, vbi nos dicimus Sadai. Facilis est autem error in vna litera, est autem Sadai nomẽ Dñi: & significat omnipotentem, ideo sæpissime dicitur de Deo: & maximè in Iob. *Sextum Asom. Septimum Dauid.* Erat Dauid minimus fratrum suorum, 1. Reg. 16. ideo ponitur vltimus.

Quomodo fuerint octo filij Isai, quare enumerantur solum septem hic. Quæst. VI.

QVAERITVR quomodo ponuntur hic septem filij Isai solũ, quia fuerunt octo: sic enim patet 1. Regum 17. cap. s. Dauid erat filius viri Ephrathæi de Bethlehem, cui nomen erat Isai, qui habebat octo filios. Idem patet eodem lib. cap. 16. Nã dicitur, quòd adduxit Isai septem filios suos coram Samuele, & dixit q̃ non elegerat Deus aliquem de his & ait. Nunquid iam completi sunt filij? & tunc rũdit Isai, q̃ supererat minimus eorum, s. Dauid, qui pascebat gregem: ergo octo erant. Respondent ad hoc Hebræi, & satis conuenienter, quòd Isai solum habuit septem filios, qui nominantur hic, & tamen dicitur habuisse octo, quia adoptauit sibi nepotem suum filiũ Sammaa: & & illum inter filios suos nutriebat, iste est, qui vocatur Ionadab filius Semmaa, qui consilium dedit Ammon primogenito Dauid: vt sororem suam Thamar, simulata ægritudine, defloraret. 2. Re. 13. Et istum nutriebat Isai inter filios suos, & quando Samuel venit ad vngẽdum vnum de filijs Isai, præsentatus est inter cæteros. Aliter potest dici, quòd Isai habuerit verè octo filios, & hic solum nominantur septem, quia Esdras fortè propter aliquã causam nobis ignotam subticuit vnum illorum. Sed tunc obijcitur, q̃ hoc non sit verisimile, quia iste liber est ad supplendum ea, quæ deficiunt in alijs libris. Quomodo ergo verisimile est, quòd in eo aliquid deficiat? Respondendum est, quòd quantum ad illa, quæ in alijs libris subticentur liber iste supplet iuus est, & tamẽ quãtum ad ea, quæ in alijs libris ponuntur nõ est iste liber repetitiuus, nisi interdum in quibusdam ad supplendum aliqua omissa: & tamen iam plenè dictum fuerat de filijs Isai, quòd erant octo. Quamquam ergo subticeatur vnus eorum, hic non est inconueniens: esset tamen inconueniens si in alijs libris subticeretur hic.

Quorum sorores fuerunt Saruia, & Abigail, filij Saruiæ, Abisai, Ioab, & Asahel, tres. Abigail autem genuit Amasa, cuius pater fuit Iether Ismahelites.

Quorum sorores fuerunt Saruia, & Abigail. Istæ duæ fuerunt sorores Dauid. Et ponuntur hic quasi contra consuetudinem scripturæ, quia non solet scriptura narrare progeniem per mulieres, sed per viros, istæ tamen ponuntur hic: non propter seipsas, sed propter filios inde natos, qui pertinebant ad progeniem Dauid ex parte ipsarum, & fuerunt illi viri glorioſi, quorum matres fuerunt ex nobiliori genere quàm patres: ideo nominantur hic, vt per eas cognoscatur progenies filiorum. *Filij Saruiæ, Abisai, Ioab, & Asahel tres.* Idest, Isti tres fuerunt filij Saruiæ: & non ponitur quis fuerit pater eorum: nam in scriptura magis sunt cogniti per matres quàm per patres: vnde quando Dauid loquebatur contra istos tres dicebat. Porro viri isti filij Saruiæ duri mihi sunt: Sic patet 2. Re. 3. & 19. Nomen autem patris eorum Dauid non nominabat, quia non pertinebat ad cognationem suam pater: sed mater. Fuerunt autem isti tres viri famosi, nam omnes tres numerati sunt inter fortissimos Dauid: & maxime Abisai. 2. Re. 23. & infra 11. cap. Fuit autem Ioab princeps militiæ Dauid, vt patet ex processu totius secundi libri Regum. Fecit autem ille bella multa, & animosa propter Dauid, vt patet ibidem. Abisai autem fuit vir fortissimus, & erat simul dux belli cum Ioab, vt patet in bello quod fecerunt contra Ammonitas 2. Re. 10. Et iterum ipse fuit dux belli contra Idumæos, & occidit valde multos 2. Regum 8. Et magis infra 18. Asahel autem fuit velocissimus super omnes homines: nam dicitur, quòd erat sicut capre quæ morantur in montibus 2. Regum 2. cap. Ipse tamen in principio regni Dauid occisus est ab Abner principe militiæ Isboset. e. cap. *Abigail autem genuit Amasa.* Iste Amasa fuit princeps militiæ Absalõ qñ pugauit Absalom contra Dauid, 2. Regum 17. Et postea reconciliatus est Dauid, & fuit princeps militiæ eius eo. lib. 19. cap. Sed postea inuidia instigante occisus est a Ioab dolose eo. lib. cap. 20. *Cuius pater fuit Iether Ismahelites.* Iste vocatur Iethra. 2. Regum 17. Et idem est quod Iether, quia in nominibus Hebræis sepe mutantur literę, vel syllabæ: maxime in finibus nominum: sic enim est de socero Moysi, qui aliquando vocatur Iether, & aliquando Iethro Exo. 3. & 4.

Quare dicitur, quòd iste Iether Ismahelites erat. Quæst. VII.

QVAERITVR quomodo dicitur, quòd iste Iether erat Ismahelites: nam erat gentilis, & sic non daretur ei soror Dauid in vxorem. Aliqui dicunt, quòd fuit iste Ismahelites, quia natus est de progenie Ismahelis, & postea conuersus est ad legem Iudaicã, & vocatus est semper Ismahelites a nomine originis suæ. Nico. autem dicit, quòd vocatus est Ismahelites, licet conuersus esset ad iudaismum, quia manebat ei nomen primum, sicut Symon leprosus dicebatur ille, apud quem Christus discubuit. Lucę 7. Non quidem, quòd tunc leprosus esset, sed quia leprosus fuerat: & quia Christus curauerat eum a lepra, manebat sibi nomen primum, sed istud est si forte Ismahelites esset nomen ritus, vel alicuius conditionis, qui mutari posset, sed est nomen originis, & ideo non potest mutari, & sic licet conuerteretur de gentilitate ad Iudaismum, semper esset, & vocaretur iste Iether Ismahelites. Alij autem dicunt, quòd non fuit de stirpe Ismahelites, sed fuit Iudæus, quia tamen peregrinatus est multo tempore in terra Ismahelis vocatus est sic, & hoc consonat ei quod habetur 2. Regum 17. Vbi dicitur, quòd iste Iethra erat de Iezrahel, & tamen Iezrahel est in terra Israel, & est duplex, quædam in sorte Ephraim, & quædam in sorte Iudę, vt patet Iosue 15. & 17. Quid autem verum sit de isto Iether, declaratum est 2. Regum 17.

Caleb verò filius Esron accepit vxorem nomine Azuba, de qua genuit Ierioth, fueruntque filij eius Iaser, & Sobab, & Ardon. Cumque mortua fuisset Azuba accepit vxorem Caleb Ephrat, quæ peperit ei Hur. Porro Hur genuit Vri, & Vri genuit Beseleel.

Caleb verò. Hic ponitur progenies Caleb, qui erat secundus filius Esron, & dicitur. *Caleb verò filius Esron accepit vxorem nomine Azuba.* Dicitur filius Esron ad differentiam aliorum Caleb, qui sic vocabantur: & dicitur, quòd accepit vxorem nomine Azuba: nam habuit multas vxores & concubinas, vt patet in litera infra, & ista Azuba fuit prima earum. *De qua genuit Ierioth.* Iste fuit primogenitus eius, nam non legitur habuisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

habuisse alios filios de hac vxore: in Hebræo est ista litera nimis decurtata,& dicitur. *Caleb filius Esron genuit Azuba mulierem & Iereloth.* Et accipiendo sic, est quædam sententia nimis confusa: & significaret,q̃ Azuba esset filia Caleb, & tamen erat vxor: vt patet immediate in litera etiam secundum literam Hebraicam, nam dicitur, quòd cum mortua fuit Azuba accepit Caleb vxorem Ephrath: ideo debet suppleri litera, scilicet Caleb filius Esron genuit Ierioth de Azuba muliere sua. *Fuerunt quoque filij eius Iasser, & Sobab, & Ardon.* Isti tres fuerunt filij Caleb: & Azuba,& tamen Ieriloth,qui erat primogenitus positus fuit per se.Istorum autem progenies non continuatur. *Cumque mortua fuisset Azuba accepit vxorem Caleb Ephrath.* Fuit prima vxor Caleb Azuba, & quandiu illa vixit non accepit aliam, quanquam posset habere multas iuxta conditionem veteris testamenti. Mortua autem illa accepit secundam, quæ vocatur Ephrath: & a nomine eius putant multi vt Bez Bethlehem vocatam fuisse prius Ephrath: Et dicunt quidam istam fuisse Mariam sororem Moysi, de quo declarabitur sequẽti quæstiõne. *Quæ peperit ei Hur.* Aliqui putant istum Hur esse illum, de quo habetur Exo.36. *Porro Hur genuit Vri.* Hur nomen viri est,& aliquando est nomen vrbis, & ista erat vrbs in terra Chaldæorum, in qua natus fuit Abraham, & de qua postea venit in Mesopotamiam. Gen. 11.scilicet, Mortuus est Aram ante patrẽ suum Thare in terra natiuitatis suæ in Hur Chaldæorũ. Et tamen Aram erat frater Abrahæ: & postea dicitur ibi, quomodo Thare tulit Abraham filium suum, & cæteros, de Hur Chaldæorum. *Et Vri genuit Beselehel.* Aliqui putant istum Beselehel esse, qui fecit tabernaculum Domini ad mandatum Moysi: Exo. 31.& 36. sed non est idem.

De his, quæ hic enarrantur, scilicet, de Caleb, Azuba, & alijs. Quæst. VIII.

QVAERITVR circa ista, quæ dicuntur hic de Caleb, & Azuba, & Ephrath vxoribus suis, & de Hur, & Vri, & Beselehel, Dicit enim hic Glo. quædam Hebraica, quòd iste Caleb fuit ille, qui missus est in exploratorem de Cadesbarne in terram Chanaan. Num. 13. Et dicit,quòd iste accepit Azuba in vxorem anno octauo vitæ suæ,& genuit ex ea anno nono Ieriloth:& mortua est post hęc Azuba:& deinde anno decimo Caleb ipse accepit Ephrathã, & genuit ex ea Hur:dicunt autem,quòd ista Ephrath erat soror Moysi,scilicet,Maria prophetissa. Etiam dicunt,quod Hur genuit anno octauo vitę suę Vri,& Vri genuit Beselehel anno octauo, & dicunt q̃ Beselehel fabricauit templum Domini viuente Moyse anno decimo, ista autem dicunt Hebræi, vt saluent scripturam, quia vt videtur eis, non possent eam aliter saluare, & tamen potius eam corrumpunt, & dicunt inconuenientia multa, inducuntur autem ad dicendum hæc propter duo motiua, quæ habentur. Primum est, quòd Maria soror Moysi, & mater sua Iocabed fuerunt duæ obstetrices Hebræorum, de quibus dicitur Exo. primo. Et quia dicitur ibi, quòd timuerunt obstetrices Dominũ & ædificauit eis tabernacula, dicunt, quòd ædificauit eis duo tabernacula, scilicet, tabernaculum sacerdotale, siue domum, & domum regiam, & sic dicunt, quòd de Iocabed descendit domus sacerdotalis, quia nati sunt inde Moyses, & Aaron. De Maria descendit domus regalis, quia accepta est in vxorem a Caleb principe de tribu Iuda. Secundum motiuum est, scilicet, quòd iste Hur, & Vri,& Beselehel,qui ponuntur hic, sint illi, qui ponuntur Exodi 31. hoc autem præsuppositio, necesse est dici id,quod Hebræi dicunt. Nam iste Caleb in anno, quo egressus est Israel de Aegypto,erat annorum triginta nouem, vel triginta octo, quia quando missus est ad explorandum terram Chanaan erat annorum quadraginta: Iosue 14.& Nu. 13.Et tamen ista missio fuit anno secundo ab exitu de Aegypto, quod patet, quia Israelitæ mouerunt castra de monte Sinai anno secundo mense secundo, die vigesimo mensis ab exitu de Aegypto. Numeri 10. Et post hoc ambulauerunt per multas mansiones, de quibus Numeri. 33. Et venerunt in Cadesbarne, & inde miserunt exploratores: Numeri. 13. Et sic erat iam medietas anni, vel quasi quando illi exploratores iuerunt, quod patet,quia redeuntes duxerunt vuas, & de fructibus terræ Chanaan, & tamen solum morati sunt quadraginta diebus explorando terram eodem cap. Ergo quando exiuit Caleb de Aegypto erat annorum viginti octo, vel quasi triginta nouem. Isti tamen anni complentur ponendo eo modo, quo Hebræi posuerunt, scilicet, quòd anno 8. accepit Azuba in vxorem,& peperit anno nono,& mortua est: & accepit anno decimo Ephratam in vxorem, & genuit Hur in ipso anno decimo,deinde Hur cum esset annorum octo genuit Vri: & Vri annorum octo genuit Beselehel, quibus addantur decem, & octo menses, quibus isti duo manerent in vtero, & erunt simul quasi anni viginti octo: deinde Beselehel cùm esset annorum decem, fecit tabernaculum, & sic sunt anni triginta octo,vel triginta nouem: tot autem annorum erat Caleb, quando egressus est de Aegypto, tabernaculum autem fabricatum est anno primo ab exitu de Aegypto circa principium anni: nam in fine anni primi iam erat tabernaculum consummatum, quia die prima anni secundi tabernaculum erectum est in mõte Sinai: Exodi 40. Si igitur Hebræi ponerent Beselehel fuisse plusquàm decem annorum, quando fabricauit tabernaculum, vel Caleb fuisse plusquàm octo annorum, quando accepit Azuba in vxorem: & genuit ex ea,& sic de cæteris, non posset esse, quòd Caleb esset in exitu de Aegypto solum triginta nouem annorum, vel non posset esse, quòd Beselehel esset pronepos illius Caleb, et tamen vtrumque asserunt: ideo oportet se reducere ad istam summam annorum, quam posuerunt, sed in hoc sequuntur multa inconuenientia,et absurda. Primum est, quia dicunt, quòd Iocabed mater Moysi, et Maria soror Moysi, fuerint obstetrices duæ, de quibus Exo. primo. Quia illæ fuerunt obstetrices Aegyptiæ, vt probatum est ibidem.

Secundum falsum est, quia dicunt Caleb filium Iephone, qui missus est in exploratorem, fuisse istum Caleb filium Esron, de quo hic dicitur, quia, vt multi volunt, alius fuit, vt declarabitur infra in quadam quæstione.

Tertium inconueniens est, quia volunt, quòd Caleb accepit in vxorem Mariam sororem Moysi,quando erat decem annorum, quia istud non videtur verisimile, quia homines in tali ætate non consueuerant accipere vxores, cum nondum essent apti ad copulam carnalem, potissimè, quia tempore illo tardius homines matrimonio iungebantur,quàm nunc.

Quartum inconueniens est, quia non est verisimile, quòd Maria soror Moysi tali puero nuberet,quod patet, quia Maria soror Moysi in exitu de Aegypto erat annorum quasi nonaginta quinque, quod patet, quia Moyses erat annorum octoginta, anno quo exierunt Israelitæ de Aegypto. Exodi 7. Maria tamen soror eius esset quindecim annorum, vel quasi in natiuitate Moysi: Quod patet, quia Moyses expositus est in flumine, & Maria soror eius manebat a longe aspiciens quid fieret de puero, & cum filia Pharaonis accepisset cum, accessit Maria fingens se non esse sororem pueri, & dixit filiæ Pharaonis,quòd ipsa iret ad vocandum aliquam Hebræam mulierem, si vellet, vt nutriret puerum illum, & iuit, vocauitque matrem pueri fingens illam non esse matrem. Exodi 2. Et tamen nesciuisset facere istas simulationes, nisi esset iam puella discreta quindecim annorum, vel quasi: & sic erat Maria nonaginta annorum in exitu de Aegypto, & Caleb erat tunc annorum triginta octo, vel quasi: vt supra probatum est. Subtrahantur igitur tot anni de annis Mariæ, sicut Caleb: nam de annis, quos habebat Caleb, tunc subtrahimus viginti octo, cum dicamus, quòd anno decimo acceperit Mariam in vxorem: subtractis autem totidem de annis Mariæ, manebunt sexaginta septem. quomodo ergo verisimile est, quòd Maria in tanta ætate accepisset puerum decem annorum in virum, potissime, quia ipsa erat mulier sancta, & magnæ honestatis, cum esset Prophetissa? non ergo verisimile est, quòd contraheret cum puero decem annorum.

Quintum inconueniens est, quia dato, quòd fieret talis contractus, non videretur, quòd posset Maria tunc concipere: quia licet vir in magna ætate posset gignere, non posset fœmina in æquali, eo quòd citius desinunt in fœmina fieri muliebria, quàm in viro desinat potentia descendendi semen: & tamen cessantibus menstruis, impossibilis est conceptus.

Sextum inconueniens est, quia dicunt, quòd Caleb anno octauo accepit Azubam in vxorem, & genuit ex ea Ieriloth: & quòd Hur genuit Vri anno octauo: & Vri genuit Beseleel anno octauo, quia ista non videntur esse possibilia sine miraculo: quia in puero in octauo anno non est semen, si tamen talia miracula fierent, scriptura non subticuisset illa, cum agat hic de generationibus istorum: potissimè, quia fuerunt tres generationes, & quælibet esset miraculosa.

Septimum inconueniens est, quia dicunt, quòd Beseleel fecit tabernaculum Domini, cum esset annorum decem, quia hoc non videtur possibile, quia tunc non haberet aliquam notitiam artis ad fabricandum: Etiam dato, quòd haberet artem, non haberet robur in manibus ad operandum propter ætatis teneritudinem.

Sed aliquis dicet, quòd potuit hoc fieri, quia Deus dedit sapientiam Beseleel. Exodi 31. Et sic etiam in minori ętate potuisset habere sapientiam ad faciendum hoc.

Sed adhuc dicendum, quòd hoc non stat, quia Beseleel erat vir, quando fabricauit tabernaculum, vt colligitur Exodi 31. & 36. Et tamen in decimo anno non poterat vocari vir, sed paruus puer. Alia quoque inconuenientia sequuntur, de quibus satis apparet. Dicendum igitur ad euitandum omnia ista inconuenientia, potissimè cum nec sacra scriptura, nec aliqua ratio ad tenendum hoc nos vrgeat, quòd Ephratha de qua dicitur hic, non fuit Maria soror Moysi, sed alia mulier: Etiam Hur, & Vri, & Beseleel, qui ponuntur hic, non sunt illi, qui ponuntur Exodi 31. Nec iste Beseleel ædificauit tabernaculum, sed fuerunt alij viri eiusdem nominis. Nam hoc sæpe contingit, quòd in eadem progenie eodem tempore, vel diuerso sint aliqui tres, scilicet, pater, filius, & auus, qui nominentur eisdem nominibus, quibus alij tres, sicut pater, filius, & auus: nam quia homines sunt plures, quàm nomina, necesse est aliquando eadem nomina conuenire multis. Sic enim patet supra, viri quatuor fratres vocantur, Eman,Ethan, Calcal, & Orda, sicut alij quatuor tempore Salomonis. 3.Regum 4.

Post hæc ingressus est Hesron ad filiam Machir patris Galaad, & accepit eam, cum esset annorum sexaginta. Quæ peperit ei Segub. Sed, & Segub genuit Iair, & possedit viginti tres ciuitates in terra Galaad. Cepitque Gessur, & Aran oppida Iair, & Canath, & viculos eius sexaginta ciuitatum. Omnes isti filij Machir patris Galaad. Cum autem mortuus esset Hesron, ingressus est Caleb ad Ephrathа. Habuit quoque Hesron vxorem Abia, quæ peperit ei Asshur patrem Thecuæ.

Post hæc ingressus Hesron ad filiam Machir. Iste Hesron est pater Caleb: & cum dixerit scriptura supra, de progenie Caleb, redit hic ad dicendum incidentaliter aliquid de progenie patris sui Hesron, & dicitur, quòd ingressus est ad filiam Machir, ideſt, accepit eam in vxorem, & cognouit eam carnaliter. Iste Machir fuit nepos Ioseph, ideſt, filius Manasse, vt patet Genesis vltimo. Et iste Hesron, qui erat de tribu Iuda accepit mulierem de tribu Manasse, quia nondum iusserat Dominus, quòd quilibet vir acciperet vxorem de stirpe sua, sed postea præcepit, Numeri vltimo.

Patris Galaad. Scilicet, Machir erat pater Galaad, & aliquando accipitur Galaad pro nomine Viri, & fuit Galaad de progenie Manasse, & ab eo nominata est quædam familia Galaditarum: Numeri 26. Et dicitur, quòd ipse habuit filios multos, a quibus nominatæ sunt multæ familiæ, quæ exprimuntur ibi. Alio modo accipitur pro quodam monte, quem sic nominauit Iacob. Genesis 31. Et terra circunstans illi monti vocatur terra Galaad. Hic accipitur primo modo, quia Machir genuit filium quendam Galaad nomine, qui fuit vir fortissimus, & bellator. Iosue 17. Et non potest accipi secundo modo, quia tunc vocaretur Machir pater Galaad, ideſt, dominus terræ Galaad, & tamen falsum est, quia ipse nunquam iuit ad possidendum terram Galaad, cum fuerit mortuus in Aegypto.

Et accepit eam, cum esset annorum sexaginta. Scilicet, Hesron erat annorum sexaginta, quando accepit filiam Machir in vxorem, & assignatur tempus, quia per hoc soluuntur aliqua dubia. Nam per hoc scietur quis erat ille Caleb, de quo supra dicitur, vt declarabitur infra in quadam quæstione.

Quæ peperit ei Segub. Non est iste Segub ille, qui fuit filius Aiel, qui ædificauit vrbem Iericho contra maledictionem positam a Iosue, & dicitur, quòd in Abiran primitiuo suo fundauit eam: & in Segub nouissimo suo posuit portas eius. 3.Regum decimosexto. Nam iste Segub fuit valde multo tempore ante illum, scilicet, plus quàm per sexcentos annos, quia iste fuit ante exitum de Aegypto, immo modico tempore post descensum Israelitarum in Aegyptum, quia Esron pater istius, fuit vnus de descendentibus in Aegyptum, vt patet Genesis quadragesimosexto. Et Segub filius Aiel fuit tempore Achab Regis Israel. 3. Regum decimosexto. Computando autem tempora media, plusquàm septingenti anni reperientur. Etiam, quia iste Segub fuit de tribu Iuda, & tamen Segub filius Aiel, erat de tribu Beniamin,

Universidad de Deusto
Biblioteca

min, quia Aiel erat de Bethel, & Bethel erat in sorte F
Beniamin, Iosue 18. *Sed & Segub genuit Iair, & possedit viginti tres ciuitates in terra Galaad.* Iste Iair fuit vir pugnator, & obtinuit viginti tres vrbes in terra Galaad. Accipitur autem terra Galaad pro quadam terra adiacente monti Galaad: est autem iste mons in terra duarum tribuum, & dimidiæ ad orientalem partem Iordanis, & medietas terræ Galaad data est tribui Gad, & alia medietas dimidiæ tribui Manasse: Deute. 3. Est autem terra ista valde pascualis, & propter hoc duæ tribus, & dimidiæ petiuerunt illã a Moyse, quia habebant pecora multa. Nu. 32. *Cepitque Gessur, & Aram oppida Iair.* Gessur, & Aram, vt aliqui volunt, sunt nomina oppidorum, & Iair obtinuit oppida ista. Alij autem volunt, quòd Gessur, & Aram sint nomina viro- G
rum, & quòd isti ceperint oppida Iair. Magis tamen videtur dicendum, quòd Gessur, & Aram sint nomina terrarum: nam Gessuri, & Machati sunt nomina gentium vsque ad quorum terminos ceperunt Israelitæ terram: ideo dicitur, q̃ acceperunt vsque ad terminos Gessuri, & Machati, & iste gentes ex quadam clemẽtia manserunt inter Israelitas, quia noluerunt delere illas, cùm potuissent: Iosue 13. Et de istis necesse est hic intelligi: quia de isto Iair dicitur Deuter. 3. quam terram acceperit: & dicitur, Iair filius Manasse possẽdit omnem regionem Argob vsque ad terminos Gessuri, & Machati. Accepit tamen aliquid de terra illa Iair, licet modicum. Aram autem est nomẽ alicuius vrbis, quam acceperit Iair: vel potest significare Syriã: H
quia in Hebræo Aram accipitur pro Syria, & potest intelligi, q̃ acceperit Iair aliquos viculos de terra Syriæ, quia illa est coniuncta terræ Israel. *Et Canath, & viculos eius.* Canath est nomen vrbis, quam accepit Iair: vel magis propriè accepit eam Nobe, vt patet Nu. 32. Et tñ attribuitur Iair: quia ipse erat maior princeps in terra illa: & ideo mutatum est nomen Canath, & vocata est Nobe. co. cap. *Sexaginta ciuitatum.* Ideſt, accepit viculos sexaginta ciuitatũ: iste sexaginta ciuitates erant in terra Basan, & erant ciuitates munitæ, & habentes feras: de quo Deute. 3. Et magis Iosue 13. *Omnes isti filij Machir patris Galaad.* Scilicet, Segub, & Iair: & isti, qui nominati sunt hic, & Obe: & illi, qui subtricentur: de quibus Numeri 32. sunt filij Machir patris I
Galaad: accipit Nico. quòd esset pater Galaad, ideſt, dominus terræ Galaad, & tamen non debet accipi sic: quia ipse nunquam dominatus est in terra illa, sed pater Galaad, ideſt, cuiusdam viri sic vocati, vt supra declaratum est. *Cum autem mortuus esset Hesron ingressus est Caleb ad Ephratha.* Hic dicitur iterũ de progenie Caleb: nam dictum fuerat de progenie Hesron patris sui, & dicitur, quòd post mortẽ Hesron ingressus est Caleb ad Ephratha: non quidem accipiendo eam nouiter in vxorem, quia iam prius acceperat eam, sed ingressus est ad ipsam cognoscendo eã carnaliter ad hoc, quòd conciperet ex ea. *Habuit quoque Hesron vxorem Abiam.* Iste Hesron est pater Caleb, & simul agitur de generationibus vtriusque. De ista Abia quando habuerit K
eam Hesron in vxorem, an a principio, vel post alias, quas habuit, non apparet. Ex hoc autem apparet hic, quod sæpe dicitur, quòd idem sit nomen mulieris, & viri: nam Abia est nomen mulieris hic, quæ fuit Hesron vxor, & aliquando est nomen viri: nam quidam rex Iuda vocatus est Abia, scilicet, filius Roboam. 3. Regum 14. & 15.

Quæ peperit ei Ashur patrem Thecuæ. Vocatur Ashur pater Thecuæ, ideſt, dominus, quia fuit præcipuus in vrbe illa, vel fortè ipse ædificauit vrbem Thecuæ. Est enim Thecua quædam ciuitas in terra Israel in sorte Iuda, apud quam erant multa loca pascualia, in quibus morabantur pastores, & de hoc dicitur Amos primo Quòd Amos fuit in pastoralibus Thecuæ. De ista etiam vrbe fuit mulier illa prudens, quam vocauit Ioab, ad hoc quòd proponeret parabolam coram Dauid ad reducendum Absalom 2. Regum 14.

An Caleb iste, de quo hic dicitur, fuerit filius Iephone, & quis fuerit. Quæst. IX.

QVAERITVR de isto Caleb, de quo supra dicitur, quis fuerit: & an fuit Caleb filius Iephone, qui fuit ad explorandum terram Chanaan. Respondent quidam, quòd fuerit iste Caleb; & istud tenet Nicolaus, & ex hoc arguit ipse cum Hebræis: quòd si Beselehel fuit de progenie istius Caleb, de quo hic dicitur, oportuit, quòd anno decimo vitæ suæ fabricauerit templum Domini, vt patet supra in quadam quæstione: & tamen si iste Caleb non esset Iephone, non procederet positio Hebræorum, nec argumentatio Nicolai.

Idem tenet Glos. ordin. dicens, quòd iste fuit Caleb filius Iephone, & q̃ ipse accepit Ephratha in vxorem, & tamen non constat an acceperit eam in deserto, vel in Aegypto.

Dicendum tamen, quòd non potest stare: nam necesse est istum Caleb distinctum esse a Caleb filio Iephone. Primo patet, quia Caleb vocatur hic filius Hesron, alius autem vocatur filius Iephone infra in litera: & infra 4. cap. & vbicunque de illo agitur. Ideo videtur, quòd iste cõnotationes patrum, scilicet, Hesron, & Iephone positæ fuerunt ad significandum istos esse distinctos.

Secundo patet, quia hic ponuntur filij Caleb. & infra 4. ponuntur filij Caleb filij Iephone, & non sunt idem: ideo videtur, quòd non sint patres ijdem.

Tertio patet, & efficacius, quòd non potuit Caleb filius Iephone esse iste Caleb filius Hesron, q̃a Caleb filius Iephone in exitu de Aegypto erat annorũ triginta octo, vel quasi: quia quando missus est in exploratorem erat annorum quadraginta: Iosue 14. Quod probatum fuit supra in quadam quæstione, & tamen Caleb filius Hesron vix potuit esse viuens: immo non potuit in exitu de Aegypto: ergo non est idem Caleb. Patet, quia Hesron fuit de filijs Iuda, qui ingressi sunt in Aegyptum. Genes. 46. Et ipse genuit Caleb, & ideo ad plus gigneret eum quando esset annorum nonaginta, vel quasi, & sic essent residui vsque ad exitum de Aegypto quasi anni centum, & triginta: cum Israelitæ manserint in Aegypto annis ducentis, & quindecim: vt probatum est Genes. 15. & Exo. primo, & tamen iste erat terminus ætatis hominum illius temporis, ideo vix posset esse viuens in exitu de Aegypto. Et dato quod viueret, esset plusquàm annorum centum, & viginti ad minus, & tamen Caleb filius Iephone in exitu de Aegypto non erat adhuc quadraginta annorum, vt probatum est supra in quadam quæstione, ergo non potuit esse idem Caleb.

Quarto patet, & adhuc clarius, scilicet, quia Caleb filius Iephone egressus est de Aegypto nondum habens quadraginta annos: & tamen Caleb filius Hesron mortuus est multo tempore ante exitum de Aegypto. Quod patet, quia Hesron ingressus est in Aegyptum cum patre suo Phares, & sic ad minus esset duorum, vel trium annorum, vel saltem esset ipse primus annus natiuitatis eius, & accepit Caleb Ephratha in vxorem, & Azubam antequam Hesron esset annorum sexaginta; quod patet, quia dicitur hic, quòd Caleb filius Hesron accepit vxorem nomine Azubam, de qua genuit Ierioth: fuerunt quoque filij eius Iesar, & Sobab, & Ardon, & cum mortua fuisset Azuba, accepit in vxorem Ephratha, quæ peperit ei Hur.

& postea dicitur post hæc ingressus est Hesron ad filiã A
Machir, & accepit eam cum sexaginta esset annorum, & sic saltem ab exitu de Aegypto vsque ad tempus, quo accepit Hesron filiam Machir ad plus potuerunt fluere anni sexaginta: a quibus subtrahantur ad minus anni quindecim, quos haberet Caleb antequàm acciperet vxorem primam, & subtrahantur quatuor, vel quinque anni ad minus, in quibus iste Caleb susciperet quatuor filios de prima vxore Azuba, & vnum de secunda, scilicet, de Ephratha: & sic erunt viginti, qui subtrahantur de sexaginta, & manebunt quadraginta anni ad plus, qui transissent ab introitu in Aegyptum vsque ad natiuitatem Caleb filij Hesron, & isti subtrahantur de ducentis, & quindecim, quibus manserũt B
Israelitæ in Aegypto, manebunt anni centum septuaginta quinque, & tamen nullus hominum illo tempore tandiu viuebat, ergo necesse fuit, quòd Caleb filius Hesron mortuus esset ante exitum de Aegypto, non potuit igitur idem esse Caleb filius Iephone, & Caleb filius Esthon, sed inter natiuitatem vnius, & alterius fuerunt plus quàm centum, & quinquaginta anni: quod patet, quia Caleb filius Hesron natus est ad minus annis quadraginta ab introitu in Aegyptum, & Caleb filius Iephone natus est annis quasi triginta octo ante exitum de Aegypto, vtrumque supra declaratum est.

Quomodo Iair cum esset de tribu Iuda haberet ciuitates in terra Galaad. Quæst. X.

QVAERITVR vlterius quomodo potuit iste Iair, de quo hic dicitur, habere ciuitates aliquas in terra Galaad: quia iste Iair erat de tribu Iuda, vt patet hic, & tamen terra Galaad erat in sorte Gad, & dimidiæ tribus Manasse, vt patet Deute. 3. & Iosue 13. Vna autem tribus non poterat habere possessionem in sorte alterius, quia Deus iubebat, quòd non transiret possessio de tribu in tribum, nec de familia in familiam: Numeri vltimo.

Aliquis respondebit, quòd iste Iair erat de stirpe Manasse, quia mater sua erat de tribu Manasse: nam erat filia Machir, vt patet hic, & Machir erat filius Manasse, vt patet Genes. vltimo. Ideo poterat iste Iair habere ciuitates in terra Galaad succedendo matri. D

Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia in veteri testamento non poterat aliquis succedere matri: eo quòd ipse nihil habebant: nam fœminæ non succedebant in veteri testamento in aliqua parte existentibus masculis: Numeri 27. Respondent ad hoc tripliciter quidam. Primò quòd iste Iair quamquam esset de tribu Iuda poterat habere in terra Galaad possessionem propter patrem suum Segub, nam ipse fuit filius filiæ Machir, vt patet hic, & Machir non habebat filios, sed filias: non existentibus autem filijs succedebant filiæ: Numeri 27. & tunc illi, qui nascebantur ex istis succedebant matribus, & non nominabantur de progenie patrum, sed matrum, & vocabantur filij E
auorum suorum maternorum, vt probatum est Numeri 27. Et sic fortè Machir non habuit filium, & filiam, & Segub genitus de illa a Caleb non nominaretur de tribu Iuda, sed de tribu Manasse, & diceretur filius Machir, & quia Iair fuit filius Segub, a fortiori dicetur ipse de progenie Manasse, & posset habere possessionem in sorte Manasse. Ista positio est valde conueniens, nisi præsupponeret falsum, quòd Machir non habuerit filios, quia Galaad fuit filius Machir, vt patet hic, cum dicatur Machir pater Galaad. Sed aliquis dicet, quòd fuit Machir pater Galaad, & tamen mortuus est sine liberis ante patrem suum, & successerunt sorores suę. Dicendum quòd non stat, quia Galaad superuixit, & etiam genuit filios multos, a quibus nominatæ sunt familiæ sex, vt patet Numeri 26. Dato ergo, quòd non haberet Machir alium filium, nisi Galaad: etiam si haberet multas filias ille solus succederet, quia sic erat lex: Numeri 27. Et tamen non solum habuit Machir Galaad in filium, sed etiam alios, quia Genes. vltimo. dicitur Filij quoque Machir filij Manasse nati sunt in genibus Ioseph: ideo non poterat filia Machir succedere ad hoc, quòd Segub, cuius pater erat de tribu Iuda, acciperet possessionem in sorte Manasse.

Secunda solutio est, quòd Machir adoptauerit nepotem suum Segub: ideo ille habuerit ius succedendi, & successerit sicut filius in re adoptionis.

Sed aliquis obijciet, quòd hoc nõ posset stare: quia in Veteri Testamento non poterat transire possessio de tribu in tribum. Numeri vltimo. Si tamen aliquis habens filios posset adoptare alios de tribu extranea, transiret possessio de tribu in tribum: ideo non poterat aliquis adoptare alium: potissimè de tribu extranea, quia erat in præiudicium legis, & etiam filiorum. Item patet hoc magis, quia si adoptio fuisset licita in Veteri Testamento ad hoc, quòd tribueretur ius succedendi, fieret contra legem, quia Deus disposuerat, quòd quando quis moreretur, succederent filij eius: si autem non haberet filios, succederent filiæ: & si non haberet filias, succederent fratres sui: & sic de cæteris propinquis: Numeri 27. Si tamen posset fieri adoptio, C
posset quilibet mutare illud statutum legis diuinæ, quod falsum est: ideo non poterat fieri adoptio ad hoc, quòd tribueretur ius succedendi.

Respondẽdum, quòd postquàm data est lex Moysi de successoribus. Numeri 27. non licuit alicui adoptare quenquam potissimè de tribu extranea, quia sic transiret possessio de tribu in tribum contra legem Dei. Numeri vltimo. Et tamen ante legem datam fiebant adoptiones inter Hebræos sicut inter cæteras gẽtes, & tribuebant ius succedendi: sic patet de Iacob, qui adoptauit duos nepotes suos, scilicet, Manasse, & Ephraim, vt succederent æqualiter cum filijs, sic patet Genes. 48. Scilicet, Duo filij tui, qui nati sunt tibi in terra Aegypti, antequàm venirent ad te Manasses, & Ephraim, mei erunt: & sicut Ruben, & Simeon reputabuntur mihi, ideſt, ita succedent mihi, sicut Simeon, & Ruben filij mei. Sic etiam adoptio facta a Machir fuit ante legem datam; quia fuit in Aegypto; nam Machir in Aegypto mortuus est, quia ipse natus fuit, antequàm Israelitæ descenderent in Aegyptum; vt patet Genes. 41. Ideo adoptio ista nõ fuit reuocata per legem sequentem, quia illa solum cauebat de futuris; & sic dato, quòd non fuerit aliquis assecutus possessionem in terra Chanaan; tamen adoptio facta prius contulit ius ad succedendum in terra, quæ accepta est postea de manibus hostium.

Tertia solutio est, quia iste Iair, de quo hic dicitur; fuit vir bellator, & accepit aliqua loca de terra E
Assyriorum, scilicet, quia Assyrij tenebant illa, antequàm tenerent filij Israel; & ipse accepit illa, & quia erant coniuncta sorti Manasse, & terræ Galaad, dicitur accepisse vrbes in sorte Manasse, & in terra Galaad, & tamen non accepit ex successione, vel poterat esse, quòd Israelitæ tenuerint aliquando loca ista, quando ingressi sunt in terram Chanaan; & tamen postea Syri acceperunt de manu eorum loca ista; & deinde Iair pugnauit contra Syros, & recuperauit terram istam; & sic licet pertineret ad sortem Manasse, & esset in terra Galaad, tamen quia Iair accepit eam de manibus hostium, possedit eam; sic enim fuit de Ierusalem, quæ erat in sorte Beniamin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

min. Ioſue. 18. Et tamen, quia filij Iuda pugnauerunt F contra Chananæos, & obtinuerunt locum illum poſſederunt ipſi Ieruſalem: vt patet Ioſue 15. Et Iudi. 10. Et declaratum eſt Ioſue 15. Secunda tamen ſolutio melior videtur.

Quis fuit iſte Iair, de quo hic dicitur. *Quæſt. XI.*

QVAERITVR de iſto Iair, de quo hic dicitur, quis fuerit, & an fuit ille, de quo dicitur Numeri 32. quia ibi dicitur, quòd filius Manaſſe abijt, & occupauit vicos Galaad, & vocauit illos Hauothiair, ideſt, villas Iair. Reſpondendum, quòd iſte Iair, & ille ſunt idem, quod patet, quia hic dicitur, quòd iſte poſſedit viginti tres ciuitates in terra Galaad, G & Numeri 32. dicitur, quòd Iair filius Manaſſe occupauit vicos Galaad, & oportet intelligi de iſto, quod ibidem dicitur, quòd filij Machir acceperunt terram Galaad, & tamen Iair erat filius Machir: idem colligitur Deute. 3. cum dicitur, quòd Iair filius Manaſſe poſſedit omnem regionem Argob vſque ad terminos Geſſuri, & Machati: vocauitque ex nomine ſuo Baſan Hauoth Iair, ideſt, villas Iair.

Sed tunc dicetur quomodo poteſt eſſe iſte Iair idē cum illo, quia ille Iair fuit de filijs Machir? Nam Numeri 32. dicitur, quòd filij Machir acceperunt terram Galaad, & ſic erat Machir pater Iair. Item patet, quia ibidem, & Deute. 3. dicitur, quòd Iair erat filius Manaſſe: ergo non erat de tribu Iuda, & tamen iſte Iair, H de quo hic dicitur, erat de tribu Iuda, vt patet hic, ergo non eſt idem Iair iſte, & ille.

Reſpondendum, quòd eſt idem Iair, & iſte erat de duabus tribubus, ſcilicet, Iuda, & Manaſſe: erat enim de tribu Iuda quantum ad patrem, & de tribu Manaſſe quantum ad matrē: debebat tamen quilibet vocari de progenie illa, in qua habebat ius ſuccedendi, & quia vt communiter filij ſuccedebant patribus, & non matribus, cum matres non haberent poſſeſſiones, quas tranſmitterent ad filios, vocabantur filij de ſtirpe patrum, & non matrum: nunc autem iſte Iair ſuccedebat in poſſeſſione tribus Manaſſe, quia Machir auus ſuus maternus adoptauerat patrem ſuum Segub, & filium, & ex hoc competebat ei ius ſuccedendi: ideo I nominari debebat a matre, & non a patre: vnde vocatur filius Manaſſe, vel de tribu Manaſſe, & non de tribu Iuda.

Nati ſunt autem filij Ieramehel primogeniti Heſron, Ram primogenitus eius, & Buna, & Aran, & Aſom, & Achia. Duxit quoque vxorem alteram Ieramehel nomine Atara, quæ fuit mater Onam. Sed & filij Ram primogeniti Ieramehel fuerunt Moos Iamin, & Acar. Onam autem habuit filios Semei, & Iada. Filij autem Semei Nadab, & Abiſur. Nomen vero vxoris Abiſur Abiahil, quæ peperit Ahobbam, & Molid. Filij autem Nadab fuerunt Saled, & Apphaim. Mortuus eſt autem Saled abſque liberis. Filius verò Apphaim Ieſi, qui Ieſi genuit Seſan. Porro Seſan genuit Ohoali: filij autem Iadai fratris Semei, Iether, & Ionathan. Sed & Iether mortuus eſt abſque liberis. Porro Ionathan genuit Phaleth, & Ziza. Iſti fuerunt fi- K lij Ieramehel primogeniti Heſron. Seſan autem non habuit filios, ſed filias.

Nati ſunt. Hic ponitur tertium, ſcilicet, de progenie Ieramehel; erat autem iſte primogenitus Heſron: & tamen dictum eſt prius de progenie Aram, & Caleb, qui erant fratres minores, & dicitur.

Nati ſunt filij Ieramehel primogeniti Heſron. Ideſt, Nati ſunt ei iſti filij, qui nominantur hic, & vocatur primogenitus Heſron, vt non credat aliquis, quòd Ram, & Caleb fratres ſui fuerint maiores, cum ponatur progenies eorum prius.

Ram primogenitus eius. Sic vocabatur patruus iſtius, ſcilicet, filius Heſron cuius progenies ſcripta eſt ſupra.

Et Buna, & Aran. Iſte Aran eſt frater Ram, & iſta nomina ſunt quaſi idem, quia ille, qui vocatur Ram vocatur Aram ſic patet de Ram filio Heſron, nam vocatur hic Ram, & tamen Ruth. 4. & Math. primo vocatur Aram.

Aſom, & Achia. Non iſte Aſon, de quo ſupra dicitur, qui fuit ſextus filius Iſai, quia ille fuit frater Dauid, & fuit de ſtirpe Ram: iſte autem fuit de ſtirpe Ieramehel fratris eius: etiā iſte Aſom fuit multo tempore ante alium Aſom, quia iſte natus eſt, & mortuus in Aegypto, cum fuerit filius Ieramehel, & tamen Ieramehel natus eſt pauco tēpore poſt introitum Iſraelitarum in Aegyptum, ſcilicet, paucioribus quàm quadraginta annis: nam Caleb filius Heſron natus fuit ante quadrageſimum annum poſt introitum in Aegyptum, vt probatum eſt ſupra in quadam quæſtione, & tamen Ieramehel natus eſt ante Caleb, eo quòd fuerunt fratres, vt patet in litera, et Ieramehel fuit primogenitus, et ſic gigneret ad plus poſt ſexaginta, vel ſeptuaginta annos, et ſic eſſent anni quaſi centum ad plus ab introitu in Aegyptum, quando gigneretur iſte Aſom a Ieramehel, et ſic manebāt adhuc centum, & quindecim anni poſt vſque ad exitum de Aegypto, & vix poſſet de tanto tempore Aſom viuere: ideo veriſimile eſt, quòd moreretur in Aegypto. Aſom autem frater Dauid fuit poſt exitum de Aegypto multo tempore, ſcilicet, pluſquàm quadringētis annis: Nam ab exitu de Aegypto vſque ad ædificationem templi Salomonis fluxerunt anni quadringenti, & octoginta 3. Regum 6. a quibus ſubtrahantur quaſi quatuor, quibus regnauerat Salomon quando cæpit ædificatio. eodem cap. & ſeptuaginta anni, quibus vixerat Dauid, ſcilicet, triginta antequàm regnaret, & quadraginta poſt ea eodem libro cap. 2. manebunt anni quaſi quadringenti, & decem ab exitu de Aegypto vſque ad natiuitatem Dauid. Aſom autem frater Dauid erat quaſi coætaneus ei, quia inter filios Iſai Eſom fuit ſextus, & Dauid fuit ſeptimus ſupra in litera, & ſic eſſent anni quadringenti, & fere decem ab exitu de Aegypto vſque ad natiuitatem Aſom, quibus addendi ſunt pluſquàm centum, & quindecim anni, quibus naſceretur iſte Aſom ante exitum de Aegypto, vt declaratum eſt, ideo fuerunt plures quàm quingenti anni a natiuitate iſtius Aſom vſque ad natiuitatem Aſom fratris Dauid.

Duxit quoque uxorem alteram Ieramehel nomine Atara. De prima vxore eius non dicitur quomodo vocaretur. *Et fuit mater Onam.* Iſte Onam genitus fuit ſolum de vxore iſta ſecunda Ieramehel: ſic etiam vocabatur ſecundus filius Iudæ, q occiſus fuit a Domino, quia malus erat: Geneſ. 38. differunt tamen in literis vltimis, qa Onam filius Iudæ ſcribitur cum litera Nun, & iſte Onam filius Ierameel ſcribitur cum litera Mem: vt patet in Hebræo, & ſic etiam dicit Gloſ. or.

Sed, & filij Ram primogeniti Ieramehel fuerunt Moos, & Iamin,

Iamin, & Acar. Iſte Ram erat primogenitus Ieramehel, A & computatur hic progenies ſua, & fuerunt iſti tres filij ſui, qui ponuntur hic.

Onam autem habuit filios Semei, & Iada. Iſte Onam fuit filius Ieramehel ex vxore ſecunda, & ponitur hic progenies ſua.

Sciendum tamen, quòd iſte Semei, qui ponitur hic non fuit ille, qui maledixit. Dauid de quo 2. Regum 16. & 19. & 3. Regum 2. quia ille erat de tribu Beniamin, cum vocetur filius Iemini, ideſt, Beniamin, vt patet ibidem, & ibi fuit probatum: iſte Semei autem fuit de tribu Iuda. Etiam iſte Semei fuit multo tempore ante illum, quia iſte fuit natus in Aegypto cum fuerit contemporaneus quaſi Aſom, de quo ſupra dictum eſt, vt patet ex litera, quia ille fuit patruus B iſtius, & tamen Semei, qui maledixit Dauid fuit contemporaneus Dauid, ideo eſſent inter illum, & iſtum pluſquàm quadringenti anni ad minus.

Filij autem Semei, Nadab, & Abiſur. Hic continuatur progenies Semei vſque ad locum illum. *Filij autem Iada.* Et ibi incipit enarratio progeniei fratris ſui Iuda. Sciendum autem, quòd iſte Nadab, de quo hic dicitur, non fuit Nadab, qui combuſtus eſt, quando offerebat incenſum coram Domino: Leui. 10. & Numeri 3. & infra 24. quia ille fuit de ſtirpe Leui, cum fuerit filius Aaron, & iſte fuit de ſtirpe Iuda. Etiam iſte fuit alius ab alio Nadab, de quo dicitur 3. Regum 15. qui fuit ſecundus rex Iſrael poſt diuiſionem regni: nam fuit filius Ieroboam, & ſic fuit de tribu Ephraim: iſte C autem fuit de tribu Iuda. Etiam ille fuit filius Ieroboam, & iſte fuit filius Semei.

Nomen vero vxoris Abiſur, & Abiahil, quæ peperit ei Ahobbam, & Molid. Iſte Abiſur habuit vxorem mulierem famoſam, & genuit ei iſtos duos filios, qui nominantur hic.

Filij Nadab fuerunt Sabed, & Aphaim. Iſte Nadab fuit frater Abiſur, & enarratur ſimul progenies vtriuſque.

Mortuus eſt autem Sabed abſque liberis. Scilicet, nec filium nec filiam habuit: nam ſi habuiſſet filiam, ſaltem illa ſucceſſiſſet ei, & acciperet virum, & filius genitus inde continuaret ſtirpem viri mortui ſine liberis, & ſic fieret hic mentio de filia iſtius Sabed, & de progenie deriuata poſtea ab ea, vel de illo, cui tradebatur in vxo- D rem, ſic patet infra in litera, quòd Seſan non habuit filios, ſed filias, & ſeruum Aegyptium nomine Ieraa, deditque ei filiam ſuam vxorem, quæ peperit ei Ether, & ibi continuatur poſtea progenies. Sic etiam fuit de Salphaad, qui non habuit filios, ſed filias. Numeri 36. & ille ſucceſſerunt ei: Numeri 3. & poſtea acceperunt viros de ſtirpe ſua, & per eos continuata eſt progenies patris ſui in poſſeſſione ſua: Numeri vlti. & Ioſue 17. iſte tamen Sabed nec habuit filium nec filiam: ideo nihil ponitur de ſucceſſione eius, ſed ſolum dicitur, quòd mortuus eſt abſque liberis.

Filius verò Aphaim Ieſi. Sic habet litera noſtra, & tamen in Hebræo dicitur Ihau, & aliqui tranſtulerunt Iehu, & alij Ieſi: ſed error iſte eſt, quia iſte Iehu non eſt E ille, qui vnctus eſt in regem ſuper Iſrael ad delendum ſtirpem Achab 4. Reg. 9 qa ille non fuit de ſtirpe Iuda, & iſte fuit de ſtirpe Iuda, etiā quia ille Iheu fuit filius Ioſaphat filij Nanſi. eodem cap. iſte autem fuit filius Aphaim. Iſtud opinantur quidam, ſed falſum eſt, quia tam in litera noſtra quàm in Hebræa dicitur,

Ieſi. Qui Ieſi genuit Seſan. De iſto Seſan aliqui dicunt, quòd fuit Elimelech maritus Noemi, ſed infra declarabitur.

Porro Seſan genuit Ohoali. Non legitur habuiſſe plures filios. *Filij autem Iada.* Hic redit ſcriptura ad narrandum ſtirpem Iada, quam ſupra omiſerat, vt narraret ſtirpem fratris ſui Semei, & dicitur. *Filij autem Iada fratris Semei Iether, & Ionathan.* Iſte Iether non erat ille qui accepit in vxorem Abigail ſororē Dauid, de quo ſupra dicitur: nam ille vocatur Iſmahelites, & videtur, quòd non eſſet de tribu Iuda, ſed adhuc dato, quòd eſſet de tribu Iuda, non fuit contemporaneus iſti. Iſte Ionathan, de quo hic dicitur non eſt Ionathas filius Saulis, quia ille fuit de ſtirpe Beniamin, & iſte de tribu Iuda. Etiam iſte fuit filius Iada, & ille filius Saulis.

Sed, & Iether mortuus eſt abſque liberis. Scilicet, nec habuit filium, nec filiam, quia aliàs poneretur ſucceſſio progeniei ſuæ per filiam eadem ratione, qua dicebatur ſupra de Sabed, qui mortuus eſt abſque liberis.

Porro genuit Ionathan Phaleth, & Giza. Deſcribitur progenies Ionathan, quia frater ſuus Iether non habuit prolem, & non eſt iſte Phaleth ille, qui ponitur præcedenti cap, quia ille fuit filius Heber, & iſte filius Ionathan: etiam iſte fuit multo tempore ante Abraham, ſcilicet, tempore cōfuſionis linguarum in Babylone, quia ibi dicitur, quòd vocatus eſt Phaleg, quia in diebus eius diuiſa eſt terra, iſte autem fuit multo tempore poſt Abraham, vt patet conputando omnes generationes intermedias.

Iſti fuerunt filij Ierameel. Scilicet, Omnes iſti computati ab illo loco ſcilicet. *Nati ſunt filij Ierameel.* Fuerunt filij Ierameel, & hic ceſſat progenies eius enarrari, & hoc intelligendum eſt de progenie illa, quæ venit ab eo directe per filios: ſecus autem de progenie, quæ venit per filias, quia a quadam filia Seſan, quæ fuit de filijs Ierameel deriuati ſunt multi alij, de quibus immediatè dicitur.

Seſan autem non habuit filios: ſed filias. Iſte Seſan eſt filius Iheu, de quo ſupra dicitur.

Qui fuit iſte Seſan, & quomodo mortuus eſt abſque liberis. *Quæſt. XII.*

QVAERITVR quis eſt iſte Seſan, & quomodo dicitur, quòd mortuus eſt abſque liberis: nam videtur, quòd habuit tam filios q̄ filias: nam ſupra dicitur, quòd Seſan genuit Ohoali. Aliqui reſpōdent, quòd iſte Seſan non habuit filios, & quando dicitur de Ohoali, dicunt, quòd ille fuit filius adoptiuus, & nō naturalis, & ſic tenet Nicolaus: ſed iſtud nō multum conuenit literæ propter duo. Primò quia dicitur in litera, quòd Seſan genuit Ohoali, & tamen ſi eſſet filius ſuus adoptiuus, quamquā diceretur, quòd eſſet filius, non dicetur ſimpliciter, quòd genuit eum, quia generatio pertinet ad naturalem propagationē, & ſi forte diceretur, quòd genuit eum non diceretur ſimpliciter, ſed cū quadam determinatione adoptionis, quia per adoptionem non eſt aliquis ſimpliciter filius, ita nec ſimpliciter genitus: ſic enim Apoſtolus 1. ad Corinth. 4. dicit: Si decem millia pedagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres: nam in Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos genui. Et ſic non dicit ego vos genui ſimpliciter, ſed ego vos genui per Euangelium. Secundo patet, quia dato, quòd iſte eſſet adoptiuus filius reputaretur loco legitimi, quantum ad ſucceſſionem, & nomen progeniei, ſicut declaratum fuit de Iair ſupra, & de Segub patre ſuo: nam Segub de tribu Iuda erat, & adoptauit tamen eum Machir, & ſuccеſſit ei, ita vt vocetur filius Manaſſe, & etiam habuit poſſeſſionem inter filios Manaſſe, ſcilicet, viginti tres vrbes in terra Galaad, quæ pertinebant ad tribum Manaſſe ſupra in litera, & Numeri 32. & Deuteronom. 3. & Ioſue 13. Et tamen non computatur progenies Seſan per Ohoali, nec ſucceſſio in poſſeſſione: ideo videtur quòd non fuit filius adoptiuus Seſan. Sed dicendum eſt, quòd Ohoali fuit verè genitus a Seſan, & tamen mortuus eſt ante ipſum, & nō

potuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

potuit ſuccedere patri, nec etiam reliquit ſemen, vt ſaltem filij eius ſuccederent auo: ideo dicitur, quòd mortuus eſt Seſan abſque liberis. Et multum differt dicere, quòd mortuus eſt abſque liberis, vel quòd nō genuit liberos: vel, quòd eſt verum, quòd genuit liberos maſculos, & tamen mortui ſunt, & ante patrem: Aliquis autem dicet aliter, ſcilicet, quòd Seſan genuit Ohoali, & ille ſucceſſit ei, & tamen benè dicitur, ꝙ nō habuit liberos, quia habuit vnicum. Dicēdum, ꝙ hoc non ſtat propter duo. Primò quia ſiue aliquis habeāt vnum filium, ſiue multos dī habere filios, & ſic eſt modus loquendi ſcripturæ: ſic patet de ipſo Dan Gen. 46. cap. Filij Dan, Huſim. Et tamen non fuit niſi vnus, ſcilicet, Huſim. Sic etiam leges humanæ dicunt illum habere filios, qui vnicum habet, vt patet ff. de regu. iuris. in l. liberorum. Secundo patet, quia non conuenit literæ: nam dato, ꝙ vnicum habuiſſet filium, & ille vixiſſet, & relinqueret ſemen: per illum computaretur poſteritas Seſan, & non per filiam traditam ſeruo: & tamen hic dicitur, ꝙ non habuit filios, ſed filias, & tradidit filiam ſuam ſeruo ſuo Aegyptio, & computatur hic progenies eius per illū ſeruum: ergo non habuit filium, qui ſuccederet. Dicendum igitur ſicut ſupra; ſ. ꝙ habuit filium, & tū mortuus eſt ſine filijs: vel non habuit filium, ſ. in mortè ſua, quia tunc non erat ſuperſtes licet aliqñ habuiſſet eum, & ideò ꝓ eodem accipitur non habuit filium, vel mortuus eſt ſine filijs, & differunt iſta duo ab hoc, quod eſt non genuiſſe filios.

Quis fuerit iſte Seſan. *Quæſt. XIII.*

QVAERITVR de ſecundo quis erat iſte Seſan'. Aliqui dicunt, ꝙ iſte erat Elimelech maritus Noemi, & ſic tenet Glo. or. Sed obijcietur, ꝙ de iſto Seſan dicitur, ꝙ non habuit filios, & tamen ille Elimelech habuit filios, ſ. Maalon, & Chelion: vt patet Ruth 1. Reſpondet ad hoc Glo. ord. & Hebræi, ꝙ habuit Elimelech filios, & tamen, quia mortui ſunt filij eius, dicitur non habuiſſe filios. Sed dicendum, ꝙ hoc non conuenit, quia dicitur aliquis non habere filios qñ nunquàm illos genuit, vel quando moritur nō ſtantibus eis, & tñ Elimelech genuit filios, & etiam quando mortuus eſt viuebant ambo filij eius, vt patet Ruth 1. ideo non poteſt dici conuenienter, quòd non habuit Elimelech liberos, & tamen de Seſan dicitur, quòd non habuit filios: ergo non eſt idem Seſan, & Elimelech. Secundo patet, quia de Seſan dicitur hic, quòd genuit Ohoali, & poſtea dicitur, quòd non habuit filios: ſi ergo Elimelech diceretur Seſan, quia filij eius mortui ſunt, ſaltem diceret, quòd genuiſſet eos, & tñ non ponuntur hic ſub nominibus ſuis, ſcilicet, Chelion, & Maalon, nec ſub alijs, ideo non fuit iſte Seſan Elimelech, ſed aliquis alius.

Et ſeruum Aegyptium nomine Ieraa: Deditque ei filiam ſuam vxorem, quæ peperit ei Ethæi. Ethæi aũt genuit Nathan, & Nathan genuit Zabad: Zabad quoq; genuit Ophlal, Ophlal genuit Obed, Obed genuit Iehu, Iehu genuit Azariã, Azarias genuit Helles, & Helles genuit Elaſa: Elaſa genuit Siſamoi, Siſamoi genuit Sellum, Sellum genuit Icamiam, Icamiam autem genuit Eliſama.

Et ſeruum Aegyptium nomine Ieraa. De iſto fit mentio, quia tradidit ei filiam ſuam in vxorem. *Deditque ei filiam ſuam in vxorem.* Scilicet, vnam de filiabus ſuis, quia multas habebat, vt patet in litera, & iſtam tradidit, vt continuaretur per eam progenies ſua: cæteræ autem filiæ traditę fuerunt alijs viris, & filij earum non pertinebant ad progeniem Seſan, ſed illorum virorum, quibus tradebantur filiæ ſuæ in vxores. *Quæ peperit ei Ethæi.* Iſtud relatiuum ei poteſt referre Seſan, ſcilicet, iſte filius natus eſt ei, ac ſi ipſe genuiſſet eum, quia iſta ſuccedebat ei in progenie, & in poſſeſſione, ſicut ſi ipſe genuiſſet eum, & iſte Ethei non pertinet ad progeniē Hethæorum, quia illi erant Chananæi: vnde Hetheus ponitur vnus de filijs Chanaan, præcedenti cap. *Ethæi autem genuit Nathan.* Non eſt iſte ille, qui vocatur Nathan Propheta, qui fuit contemporaneus Dauid, & nunciauit ei multa 2 Regum 7. & 12. cuius laudes ponuntur Eccleſiaſt. 47. ſcilicet, Poſt hæc ſurrexit Nathan Propheta in diebus Dauid, & quaſi adeps ſeparatus eſt a carne. *Et Nathan genuit Zabad.* Nomina iſtorum ſunt nobis occulta, quia non reperimus aliquid de geſtis illorum in ſcriptura: non eſt autem iſte Zabad ille, de quo dicitur ſequenti lib. cap. 24. Quod occidit regem Ioas in lectulo ſuo: nam ille Zabad fuit filius Semath: iſte autem eſt filius Nathan. Item ille fuit de ſtirpe Ammonitarum, vt patet eodem cap. iſte autē fuit de ſtirpe Iuda. *Zabad quoque genuit Ophlal.* Aliqñ dicitur Ophial, & eſt nomē proprium viri, & aliquādo dicitur Ophel, & eſt quædam pars muri in Ieruſalem. ſequenti lib. cap. 27. ſcilicet, In muro Ophel multa conſtruxit. Et eodem lib. cap. 33. dicitur Aedificauit murum extra ciuitatem Dauid ad occidentem Giō in conualle ab introitu portę piſcium per circuitum vſque ad Ophel. *Et Ophlal genuit Obed.* Non eſt iſte Obed, de quo ſupra dictum eſt, quia ille erat auus Dauid, ſcilicet, Booz, & erat de ſtirpe Ram: iſte autem erat de ſtirpe Ieramehel, vt patet hic. *Obed genuit Iheu.* Non eſt iſte Iheu, qui fuit rex Iſrael vnctus mandato Domini, quia ille fuit filius Ioſaphat filij Namſi. 4. Regum 6. & iſte fuit filius Obed. Etiam iſte fuit de ſtirpe Iuda, & ille non. *Iheu genuit Azariam.* Non eſt iſte Azarias, de quo dicitur ſequenti lib. cap. 29. Quia ille erat ſummus ſacerdos, & erat de ſtirpe Leui, de quo etiam habetur infra 6. Iſte autem erat de tribu Iuda. *Azarias genuit Helles.* Aliquando Helles eſt nomen fœminæ apud Poetas, & ſic duo fratres fuerunt, ſcilicet, Phrixus, & Helles, qui nauigauerunt de Græcia exules fācti imperio nouercæ: & Helles, quæ fœmina erat, exterrita fluctibus maris decidit in æquor: & a nomine ſuo mare illud vocabulum ſortitum eſt: nam vocatur Helleſpōtus, ideſt, pontus nominatus ab Helle: & eſt pars quædam in Europa coniuncta Aſiæ apud Troiam.

Helles genuit Helaſa. Differt Helaſa ab Heliſa: nam fuit Heliſa vnus de poſteris Henoc, ſcilicet, nepos Iapheth, præcedenti cap. a quo nominatæ fuerunt quædam inſulæ, vt patet Ezechi. 27. Scilicet, Iacynthus & purpura de inſulis Heliſa facta ſunt operimentum tuum.

Helaſa genuit Siſamoi. Non reperimus de hoc aliquam hiſtoriam.

Siſamoi genuit Sellum. Non fuit iſte Sellum ille, de quo dicitur ſequenti cap. quia ille fuit filius Ioſiæ Regis, iſte autem non fuit de progenie Regia, quia omnes Reges Iuda deſcenderunt de ſtirpe Ram, iſte autem deſcendit de ſtirpe Ieramehelis.

Sellum genuit Icamiam: Icamiam genuit Eliſama. Nomina iſtorum vix reperiuntur in hiſtorijs, & tamen iſte Heliſama non eſt ille, de quo dicitur ſequenti cap. quia ille fuit filius Dauid. Iſte autem fuit de alia progenie.

An Seſan non habens filios, ſed filias peccauerit dans illas ſeruo ſuo Aegyptio. *Quæſt. XIIII.*

QVAERITVR circa id, quod ſupra dicebāt, ſcilicet quòd Seſan non habuit filios, ſed filias, & dedit filiam ſuam ſeruo ſuo Aegyptio nomine Ieraa, an peccauerit faciendo hoc. Aliquis dicet, quòd peccauit, quia peccatum erat tradere mulieres Hebręas in coniuges Gentilibus, quia conuerterent eas ad idola: etiam quia filij Iudæ geniti eſſent idolatrę, quia naſcerentur in Gentilitate, & tamen Agyptij erant Gentiles, ideo non licebat tradi Aegyptio viro mulierem Hebręam.

Reſpondendum, quòd non peccauit iſte Seſan dādo filiam ſuam ſeruo Aegyptio: nam peccatum erat Gentilibus tradere mulieres Hebręas dum manerent in gentilitate, & tamen ſi conuerterentur ad ritum Iudaicum peccatum non erat: de iſto ſeruo, ita dicendum, quòd conuerſus erat ad ritum Iudaicum, nec in hoc dubitādū eſt, quia Hebræi tenebantur quoſcūque ſeruos haberent circuncidere, & cogere ad omnes cęremonias Iudaicas: ſic patet Exo. 12. ſcilicet omnis ſeruus emptitius circuncidetur, & ſic comedet Phaſe. & ſic iſte eſſet circunciſus, & poſſet accipere mulierem de progenie Hebræorum. Immo Deus iubebat, quòd Iſraelitę benigne tractarent conuerſos de Aegyptijs ad cęremonias legis: Deute. 23. ſcilicet: Non abominaberis Idumęum, quia frater tuus eſt, nec Aegyptium, quia aduena fuiſti in terra eius. Sed adhuc obijcietur, quòd non liceret dari filiam Aegyptio conuerſo ad cęremonias legis, quia Aegyptijs, & Idumęis, quamquam cōuerterentur non permittebātur vxores de filiabus Iſrael vſque ad quartam generationem, Deute. 23. ſcilicet: Qui nati fuerint ex Aegyptijs, & Idumęis generatione quarta ingredientur in eccleſiam Domini, ideſt tunc poterunt accipere vxores de multitudine Hebræorum, quæ vocatur Eccleſia, ideſt populus, vel concilium. Reſpondendum, quod iſte ſeruus forte erat iam in quarta generatione, & vltra, ita vt liceret ei accipere vxorem de filiabus Hebręorum. Sed obijcietur, quomodo poterat eſſe, ꝙ eē ſeruus, & natus fuiſſet in Iudaiſmo, ita quòd pater ſuus, & auus eſſent Hebręi.

Dicendum, ꝙ ſatis ſtat, nam ſicut nūc fides Chriſti non liberat aliquem a ſeruitute carnis, & ſi gignat filios illi erunt ſerui domini ſui, & etiam nepotes, & pnepotes, & ſic in infinitum, niſi emancipentur, ita & in Hebræis erat, quòd quamquam aliquis ſeruus cōueretur ad cęremonias Iudaicas non liberabatur a ſeruitute, ſed ipſe, & filij ſui ſerui erant quouſque liberarentur de ſeruitute, quod non tollatur per conuerſionem ad fidem Chriſti, infra ad Corin. 7. ſcilicet: Seruus vocatus es non ſit tibi curę, ſed ſi poteris liber fieri, magis vtere, ideſt magis vtere ſeruitute. Et etiam Apoſtolus ponit regulam qualiter domini chriſtiani habēre ſe debeant cum ſeruis chriſtianis, ad Ephe. 6. ſ. Serui obedite dominis carnalibus cum omni timore, & tremore in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto non ad oculum ſeruientes, ſed vt ſerui Chriſti. Et concluditur: Scientes quoniam vnuſquiſque quodcūque fecerit bonum, hoc recipiet, ſiue ſeruus, ſiue liber. De lege Iudaica, quòd nō tolleretur ſeruitus per illam, patet Exo. 12. cum dicitur, quòd ſerui empticij circuncideretur, & magis Leui. 25. dicitur, quòd iſti iure hęreditario tranſmitterent ad poſteros, & ſic nō ſolum illi, qui accipiebantur a principio in ſeruos de Gentilibus, manebant in ſeruitute, ſed ēt filij eorū, qui naſcebantur iam Iudæi, erant ſerui: Leui. 25. ſ. Seruus & ancilla ſint vobis de nationibus, quę in circuitu veſtro ſunt, & de aduenis, qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra veſtra, hos habebitis famulos, & hęreditario iure tranſmittetis ad poſteros, ac poſſidebitis in ęternum. Et ſic, qui naſcebantur de ſeruis, erant ſerui in æternum. Nulla igitur lex Dei noui, aut veteris teſtamenti liberat ſeruum a domino carnali: Erat tamen differentia inter nouum, & vetus teſtamentum, quia in veteri teſtamento ſerui cogebantur circuncidi, & ſeruare cęremonias Hebręorū, quamquam nimis repugnarent, quod patet Exo. 12. vbi dicitur. Quòd ſiquis peregrinorum vellet tranſire in coloniam, ideſt in ritum Iudæorum, circuncideretur prius omne maſculinum eius. De ſeruis autem non dixit an vellent circuncidi, ſed ait: Omnis ſeruus emptitius circuncidetur, & ſic comedet phaſe. Ergo apparet, quòd in omnibus alijs peregrinis requirēbatur voluntas ad hoc, quòd circunciderentur: in ſeruis autem non, ſed oportebat eos circuncidi, & comedere.

Item patet, quia ibidem dicitur: Seruus emptitius circuncidetur, & comedet phaſe, aduena, & mercenarius non comedet ex eo. & ſic fit differentia inter ſeruum emptitium, & aduenam, & mercenarium. Si tamen eſſet in voluntate ſerui emptitij, quòd circunciderетur, vel non, differentia nulla eſſet inter ſeruum emptitium, & aduenam, & mercenarium, quia quādocunque aliquis iſtorum vellet circuncidi poſſet comedere de phaſe, cum dicat ibi: Si quis peregrinorū in veſtram voluerit tranſire coloniam, & facere phaſe domino, circuncidetur prius omne maſculinum eius, & ſic rite celebrabit.

Si aũt aliquis iſtorum eſſet, qui nollet circuncidi non poterat comedere de phaſe, quia dicitur ibi: Si quis aũt circunciſus non fuerit, non veſcetur ex eo, & tñ fit differentia inter ſeruos emptitios, & aduenas, & mercenarios. ergo neceſſe eſt, quòd eſſet in poteſtate aduenarum, & mercenariorum circuncidi, vel non circuncidi, & ſic comedere, & non eſſet in poteſtate ſeruorum, ſed cogerentur ad hoc, niſi forte dicas, ꝙ mercenarij, & aduenę nullo modo poterant comedere de phaſe, licet vellent circuncidi.

Sed hoc falſum eſt, cum ibidem dicatur, ſiquis peregrinorum in veſtram voluerit tranſire Coloniam, circuncidet prius omne maſculinum eius, & ſic comedet. oportet ergo dici, quòd ſerui cogebantur inter Hebręos circuncidi, & ſeruare cęremonias Iudaicas, in lege autem Chriſti nulla eſt coactio: nam qui non vult conuerti non cogitur, quamquā lex Chriſti efficacius, & vniuerſalius obliget, & ſic poterat iſte ſeruus Aegyptius iam eſſe in quarta generatione, vel vltra, ita vt liceret ei accipere mulierem de filiabus Hebręorū.

Sed obijcietur, ꝙ adhuc non liceret ei dare vxorem Hebręā, quia Nu. vlt. dī, ꝙ oēs fęminę maritos de tribu ſua acciperent, & tñ iſte ſeruus nō erat de tribu, de qua erat iſta mulier, quia ille nullo modo erat de ſtirpe Hebręorum, & iſta mulier erat de tribu Iuda.

Rūdendum, ꝙ illa lex debet accipi negatiue. ſ. oēs fœminę accipiēt viros de tribu ſua. i. nulla mulier accipiet virum de tribu aliena, nunc aũt ſi iſta mulier de tribu Iuda accepiſſet virū de tribu Ephraim, vel Beniamin, aut de aliqua de duodecim tribubus, diceret accipere virū de tribu aliena, & tñ accepit virū Aegyptiū, qui de nulla tribu erat, cū lex illa ſolū vocet tribus ipſas duodecim tribus Iſrael, & ideo licebat accipere ei Aegyptium virum, & tunc ſtat intentio legis.

Nam lex inſtit hoc ad hoc, vt nō tranſiret poſſeſſio de tribu in tribum, & de familia in familiam. Sic enim dicitur ibidem, ſcilicet. Cunctę fœminę maritos de eadē tribu accipiēt, vt ꝑmaneat hęreditas in familijs,

nec misceantur tribus, sed ita maneant, vt a Domino separatę sunt. Et tamen, ita erat hic, quia cū iste seruus esset Aegyptius, non habebat hereditatem in aliqua tribu, ideo licet vxori suę compereret hereditas in tribu Iuda, & illa transiret ad filios illius serui, non transiret hereditas Iuda ad aliam tribum, cum seruus ille de nulla tribu esset, sed potius filij sui acciperent nomen a progenie matris, & ab hereditate, in qua succedebant, & sic dicendum, quòd licet per legem vetaretur mulier Hebręa accipere virum Hebræū, qui non esset de sua tribu: tamen non vetabatur accipere aliquem gentilem conuersum ad Iudaismum. Item confirmat hoc, quia alias non posset stare lex illa, quę habet Deuteronom. 23. scilicet quòd Aegyptijs, & Idumęis cōuersis post quartam generationem liceret introire in ecclesiā domini, idest accipere vxores de Iudaismo, oportet ergo, quòd in aliquo casu liceret eis accipere vxores Iudæas, quod non fieret, si illa lex intelligeretur affirmatiue, scilicet quòd quęlibet mulier obligaretur accipere virū de tribu sua. Sed adhuc objicietur, quòd debebat intelligi affirmatiue, quia ista lex introducta fuit propter filias Salphaad cum dicitur, hęc lex super filiabus Salphaad a domino promulgata est, & ponit ibi affirmatiue, scilicet nubant, cui voluerint, tantum vt suę tribus hominibus, ergo non poterant accipere de alia tribu, vel non poterant accipere aliquos, q non essent de sua tribu.

Dicendum sicut supra, quòd intelligitur negatiuè, scilicet solum suę tribus hominibus, idest solum hoc seruent, quòd non nubant hominibus alterius tribus, & tamē poterant nubere hominibus, qui nullius tribus essent, scilicet conuersis ad Iudaismum.

Sed adhuc objicietur, quia dicitur ibidem, quòd fecerunt filię Salphaad, vt fuerat sibi imperatum, & nupserunt filijs patrui sui de familia Manasse, ergo videtur, quod sibi erat imperatum, quòd acciperēt de familia Manasse.

Responderi potest dupliciter, vno modo, q̄ non obligabantur filię Salphaad accipere homines suę tribus in viros: dum tamen non acciperent viros de aliena tribu, sed sicut erat in earum prāte accipere quoscunque vellent in viros: dū tamē essent de tribu sua, ita erat in potestate sua accipere de tribu sua, vel viros, qui de nulla tribu essent, ita vt nō essent de aliena. Nec obstat, quod dicitur, quòd fecerunt, sicut imperatum est eis, quia arguendo sic, quęretur etiam, quòd cogebantur accipere filios patrui sui, si verum est, quòd omnia, quæ faciebant, imperata erant, sed falsum est, quia dictum est eis, quòd nuberent quibus vellent, dū tamen suę tribus hominibus. Secundo mō pōt dici, quòd quamquam lex ista introducta fuit occasione filiarum Salphaad: tamen aliter fuit seruata in eis, & aliter in posteris, quia in eis fuit sententia, & non lex cum fuerit diffinitio iudicis super re particulari dubia in iudicium deducta, scilicet inter filios Manasse, & filias Salphaad. Respectu autem posterorum fuit lex, ga non fuit data super re particulari in iudiciū deducta, & ista differentia apparet ibidem. Nam dicitur primo de filiabus Salphaad nubant, quibus volunt solum hominibus suę tribus. Postea aūt ponitur lex vniuersaliter. s. oēs. n viri ducent vxores de tribu sua, & cunctæ fęminę maritos de eadem tribu accipient, & sic in filiabus Salphaad fuit obligatio specialis ad accipiendū viros de tribu sua per sententiam, & tamen in alijs nō fuit obligatio per legem ad accipiendum viros de tribu sua, sed solū, quòd non acciperent de tribu aliena.

Tertio potest dici, & forte melius, quòd dato, quòd filię Salphaad voluissent accipere viros aliquos, qui non essent de tribu sua, nec etiam de aliena non poterant, quia oportebat illos esse quersos de gentilitate, & tū tunc nulli conuersi erant, nisi Aegyptii, quorum multitudo magna ascenderat cum Hebræis de Aegypto: Exo. 12. & tū de Aegyptiis non licebat aliquē accipi in virū a muliere Hebręa vsque ad quartā generationem, & tū nunc nullus erat de conuersis Aegyptiorū, qui esset in quarta generatione, cū nondū transissent quadraginta anni ab exitu de Aegypto vsq; ad tps, quo promulgata est ista lex in deserto, & in quadraginta annis vix possunt esse duę generationes. Oportuit igitur, q̄ filię Salphaad acciperent viros de tribu sua. Et tū nunc quando Sesan tradidit filiam suam in vxorem seruo suo Aegyptio, erant multi cōuersi ad iudaismū, quibus poterat fm legem tradere filiam suā, ideo non peccauit tradendo seruo Aegyptio, & potuit habere electionem, an traderet eam viro de tribu sua, vel alicui conuerso ad iudaismum.

Quare iste Sesan dedit filiam suam in vxorem seruo Aegyptio.
Quæst. XV.

QVAERITVR vlterius ad quid iste Sesan dedit filiam suam in vxorem seruo Aegyptio, & cum non dabat alicui alteri de tribu sua.

Respondendum, q̄ iste Sesan nō habebat filios, & per hoc periturum erat nomē suum, quia nullus erat, per quem continuaretur progenies sua, voluit igitur suscipere filios ex filia, qui succederēt ei in possessione, & in familia, & ad hoc tradidit filiam seruo: nam poterat tradere illam alicui viro, & transiret nomen suum ad nomen familiæ illius viri, & etiam geniti filii ex ea non nominarentur de progenie Sesan, sed de progenie illius viri, qui acciperet filiam Sesan in vxorem. Nunc autem seruus iste Aegyptius non erat de aliqua familia, vel tribu, ideo filii sui, quos susciperet ex filia Sesan non possent accipere nomen a progenie patris, cū illa nulla esset, & consequenter acciperet nomen progeniei matris, s. ab auo Sesan materno. Ideo conuenientius fuit, q̄ traderet filiam suam seruo suo quam alicui de tribu sua.

Sed adhuc obiicietur, q̄ ēt si tradidisset eā alicui de tribu sua, filii eius succederent in nomine progeniei Sesan, sicut declaratum est Nu. 27. de continuatione progeniei Salphaad per filias suas, q̄ acceperunt viros de tribu sua: Nu. vlt. Dicendū est verū esse, q̄ poterat ꝓtinuari ꝓgenies eius ꝑ virū suæ tribus, & tū noluit dare filiam suam alicui viro tribus suæ propter duo. Primo quia forte non esset aliquis, qui vellet eam accipere, eo quòd habebat possessionem, & filii nominandi erant de stirpe Sesan, & non de stirpe eius, qui gignebat eos. Difficile tamen videbatur alicui, q̄ ipse dimitteret perire posteritatem suam, & gigneret posteritatem alienam.

Pro quo sciēdum, quod declaratum est Nu. 27. q̄ moriebatur aliquis non habens filios, sed filias, possessio eius transibat ad filias, quæ accipiebant viros, & filii geniti ex illis succedebant in possessione auorum maternorum, & in progenie ipsorum, & non nominabantur de stirpe patrum suorum. Multis autem videbatur difficile, quòd acciperent tales vxores ꝑ quas filii eorum transirent ad alias familias, & ideo rari illas volebant accipere: sic enim fuit de cognato Booz, cui dixit Booz, q̄ acciperet Ruth in vxorē, & cum alia oīa, q̄ pertinebant ad Maalon virum suum, & ille alia cedo iuri propinquitatis. Nec enim posteritatem familię meæ delere debeo, tu meo vtere priuilegio, Sic quo me libenter carere profiteor: Ruth quarto. Sic etiam fuit de Onam secundo filio Iudæ, qui suscitare debebat semen fratri suo mortuo de vxore sua Thamar,

Thamar, & ga per hoc filij ab eo geniti nominarētur de progenie fratris sui, & non de progenie sua dolebat nimis: intantum quòd nolebat cognoscere vxorem suam, & cum carnaliter eam tāgeret semen fundebat in terram, ne inde conceptio sequi posset: sic patet Genes. 38. scilicet. Dixit Iudas ad Onam filium suum ingredere ad vxorem fratris tui, & sociare illi, & suscita semen fratri tuo: ille autem sciēs non nasci sibi filios semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur. Secunda causa esse potetat, quia dato, quòd aliqui de stirpe Iuda, de qua erat Sesan vellent accipere filiam suam, potius volebat eam dare seruo, quia si daret alteri de tribu sua non viderentur sibi filij Iudę nati ad suam progeniem tantum pertinere, sicut viderentur filij filię suę nati de seruo suo: nam sicut seruus erat suus, ita filij serui videbantur esse sui, & ista intentio viguit multum apud antiquos, scilicet, quòd si aliqua mulier non posset habere filios de viro suo, faciebat, quòd gigneret ex ancilla sua, quia filios natos ex ancilla reputabat esse filios suos. Sic patet de Sarra, quę non poterat concipere de Abraham, & dixit ei, ecce concluſit Dominus me, ne parerem: ingredere ad ancillam meam si forte saltem ex ea suscipiam liberos: Genes. 16. sic etiam cum Rachel non posset concipere ex Isaac, dixit ad illum: habeo famulam Balam ingredere ad illam, vt pariat super genua mea, & habeam ex ea filios. Gen. 30. & sic putabat Rachel filios, quos pareret ancilla sua esse suos, & si acciperet vir suus aliam vxorem liberam filios inde natos non putaret Rachel esse suos. Quod satis patet qa Lia soror Rachelis pariebat multos, & tamen non putabat Rachel illos ad se pertinere immo inuidebat sorori suæ. eodem ca. & hoc, quia soror sua libera erat. Sic etiam Lia cum parere desisset tradidit ancillam suam Zelpham, in vxorem viro suo Iacob, vt filios ex ea susceptos suos esse putaret. eodem cap. potius ergo propter hoc voluit Sesan dare filiam suam in vxorem seruo suo, quam alicui de stirpe sua.

Filij autem Caleb fratris Ieramehel, Mesa primogenitus eius, ipse est pater Ziph filij Maresa patris Hebron. Porro filij Hebron Core, & Taphua, & Recem, & Samma. Sāma autem genuit Raham patrem Hiercaā, & Recem genuit Sammai: filius Sammai Maon, & Maon pater Bethsur. Epha autem concubina Caleb peperit Aran, & Mosa, & Gezez. Porro Aran genuit Gezez: filij autem Iahaddai, Regom, & Ioatham, & Gesam, & Phalet, et Epha, et Saaph. Concubina Caleb Maacha peperit Saber, et Tharana. Genuit autem Saaph pater Madmena Sue patrem Machbena, et patrem Gabaa, filia verò Caleb fuit Achsa.

Filij autem. Hic redit Scriptura ad enarrandum posteritatem Caleb, quam supra inceperat narrare, & omiserat, vt describerer progeniem Ierameel, & nunc finita progenie Ieramehel redit ad Caleb, & dicit.

Filij autem Caleb fratris Ieramehel. Iste erat Caleb filius Hesron: nam ille habuit tres filios, scilicet, Ieramehel Ram, & Calubi, siue Caleb, vt patet supra.

Mosa primogenitus eius. Iste Caleb habuit plures vxores, & nō legitur, de qua fuerit iste primogenitus.

Sed obijcietur, quòd non fuerit iste Mosa primogenitus eius, quia supra ponitur prima vxor caleph Azuba, & dicitur, quòd genuit Ierioth.

Responderi potest, quòd Ierioth, & Mosa idem vir est, & tū est binomius sicut multi alij in sacra Scriptura, vel potest dici, & melius, quòd sunt nomina duorum virorum, & quod hic suppletur pars progeniei eius omissa supra, & cū dicitur de Ierioth, quod fuerit filius primę vxoris, scilicet Azuba. Dicendum, quod quamquàm non nominetur ibi alius filius ante Ierioth potuit esse, quod genitus fuerit iste Mosa de eadem Azuba ante Ierioth, vel potuit esse, quod habuit Caleb aliam vxorem ante Azubam, de qua genuit Mosa, & non fiat mentio de illa vxore supra. *Ipse est pater Ziph.* Idest iste Mosa fuit pater Ziph, idest, eiusdem vrbis, vt quidam opinantur quæ nominata est Ziph: ista enim fuit, à qua nominatur, quædam terra desertum Ziph in terra Iuda, & in isto deserto latebat Dauid, & inquirebat eum ibi Saul: Ziphæis ostendentibus ei loca, vt patet primo Reg. 23. Ponitur autem ista ciuitas Ziph inter ciuitates sortis Iuda apud Charmel, & Ierael: Iosue 15. Et vocatus est iste pater Ziph, quia vocauit sic vrbem illam, vel quia ipse eam ædificauit, vel quia dominatus est in ea. *Et filij Maresa patris Hebrom.* Est enim Maresa quædam ciuitas in sorte Iudę: Iosue 15. Hebron autem est alia ciuitas in eadem sorte Iudæ, & est famosa nimis nam in ea regnauit Dauid septem annis, & dimidio, sequenti capitu. & 2. Reg. 5. Dicitur etiā, quod iste Ziph fuit pater Hebron: sic enim intelligunt aliqui accipientes omnia ista nomina, vt nomina locorum: sic enim accipit Glo. ord. & expositores, vt cōmuniter, falluntur tamen similitudine nominum: nam oportet poni, quod fuerint nomina virorū, & ideo Ziph est nomen viri, scilicet, quod Mosa primogenitus Caleb genuit Ziph, & ab isto Ziph nominata est ciuitas Ziph: Etiam iste Mesa fuit pater filij Maresa. Est enim Maresa nomen fęminæ, vt aliqui volunt, sed falsum est: debet enim accipi pro viro, & sic est ista generatio continua, scilicet Mesa est pater Ziph, & Ziph est pater Maresa, & Maresa est pater Hebron, & Hebron genuit alios filios, quamquàm ergo ciuitates tales nominatę fuerint ab aliquibus viris, non est dicendum, quod ista nomina hic fuerint nomina locorum, sed virorum quod patet ex litera sequenti, scilicet. *Porro filij Hebron Core.* Ponuntur hic quatuor filij Hebron. Primus erat Core: sed iste Core nō est ille, qui murmurauit cōtra Moysem, & Aaron in deserto volens vsurpare summū sacerdotiū: Nu. 16. qa ille fuit de tribu Leui de familia Chaa titarū, vt patet ibidem, iste autem fuit de tribu Iuda.

Et Taphua, & Recem. Recem interpretatur tonsor, & ideo multi Hebræi putant eum fuisse Nabal Carmelum, qui erat tonsor gregis. primo Reg. 25. & hoc tenet Histo. Scho.

Et Samma. Non est iste vnus de fratribus Dauid, qui sic vocatur, vt patet supra in litera, & 1. Reg. 16. *Samma autem genuit Raham.* Iste Raham differt ab Arā, de quo supra dicitur, qui fuit frater Ieramehel: nam ille multo tempore fuit ante istum, & etiam ille vocatur Ram, & iste Raham. *Patrem Hiercaam.* Scilicet Raam fuit pater Hiercaam, & est modus loquendi abbreuiatus. *Ecce Recem genuit Sammai.* Idest Recem erat tertius filius Raham, & ponitur hic progenies sua. Iste Samai, de quo hic dicitur differt ab illo, de quo supra habetur, quia ille fuit filius Onam, & iste filius Recē, & iste de ꝓgenie Caleb, & ali⁹ de ꝓgenie Ieramehel. Etiam iste Samai differt ab illo Samai, q

male dixit Dauid 2. Reg. 16. quia ille fuit de progenie Beniamin, vt probatum est eo.cap. Iste aũt fuit de tribu Iuda. *Filius Samai Machon.* Nomen viri est, & tamẽ interdum est nomen ciuitatis, & ponitur inter ciuitates Iuda. Iosue 15. & erat apud Carmelũ ista ciuitas: & habitauit in ea Nabal: eratq; ciuitas ista in solitudine: sic dr̃ 1. Reg. 15. Erat vir quispiam in solitudine Malon, & possessio eius in Carmelo. & dr̃ hic Varbal, & tñ hic accipit̃ pro viro, quia frequenter idẽ nomen equiuocatur ad virum, & ad vrbem. *Et Maon pater Bethsur.* Idest Maon genuit Bethsur. *Epha autem concubina Caleb.* Positi fuerunt supra filij vxorũ Caleb: & hic ponunt̃ filij cõcubinarũ ei⁹, & ista Epha vocat̃ à quusdã Ephra, & putãt esse Ephratham, sed multũ errãt, qa Ephratha erat vxor Caleb, vt patet ſ̃. *Peperit Aran, & Mosa, & Gezez.* Iste Aran non est Aran, qui ponitur in genealogia Saluatoris. Matth. 1. quia ille multo prius fuit: nã filius fuit Hesron, qui vocat̃ Rã ſ̃. in litera: nec etiam fuit iste Aram, qui ponitur præcedenti cap. quia ille fuit filius quintus Sem, & fuit modico tempore post diluuium, cum pater suus Sẽ natus fuerit centum annis ante diluuium, vt patet Gen. 5. & 11. Mosa est nomen viri hic: & tñ apud Latinos est nomen appellatiuum, & significat sapiẽtiã: vnde dicimus nomen Mosas esse, sed hic est nomen proprium. *Porro Aran genuit Gezez.* Iste Gezez differt ab illo, quem genuit Galaad, a quo nominata est familia Gezeritarum in tribu Manasse. Nu. 26. Nã ille erat de tribu Manasse, iste aũt de tribu Iuda. *Filij Iadai Regom.* Aliqui putant istum Iadai fuisse filium Onã, de quo supra dr̃: & tñ falsum est, quia ille fuit de stirpe Ierameel, iste autem est de stirpe Caleb: cum ponatur hic inter posteros eius. Regom autem est primus filius Iadai. *Et Ioatham.* Differt Ioatham a Ionatham: nam Ionatham erat filius Iada, vt patet supra Ioatham aũt est hic filius Iadai. *Et Gesam, & Phalet.* Isti sunt alij duo filij Iadai, & iste Phalet non est ille, de quo supra dicitur, quia ille pertinet ad progeniem Ierameel, & iste ad progeniem Caleb: etiam non est iste ille, qui ponitur præcedenti cap. quia ille fuit Phalet filius Heber tempore diuisionis linguarum in Babylone, qui fuit multo tempore ante Abraham, sed iste Phaler fuit postea multo tempore. *Et Epha, & Saaph.* Epha est hic nomen viri, & conuenit cum nomine mulieris, scilicet, Epha cõcubina Caleb, de qua patet in litera, & sic sæpe idem est nomen viri, & fœminę, vt patet præcedenti cap. in istis nominibus Tãna, & Oolibama, quę ponuntur ibi, vt nomina fœminarum prius: deinde ponuntur nomina virorum, & ibi declaratũ est. *Concubina Caleb Maacha peperit Saber.* Sic enim vocabatur vxor regis Abie, quę erat mater regis Asa: & ipsam amouit Asa filius suus, ne esset princeps in sacrificijs Priapi. 3. Reg. 15. sic etiam vocabatur vxor Roboam. s. Maacha filia Absalõ sequẽti lib. cap. 11. *Et Tharana.* De isto filio Caleb, & fere de omnibus alijs filijs eius nihil legimus in sacra Scriptura. *Genuit autem Saaph pater Madmena, Sue patrem Machbena.* Saaph est filius Caleb ex concubina sua Epha, & vocatur pater Madmena, quia fuit princeps vel dominus in quadam vrbe, quę sic vocabatur: Sue autem est nomen viri: sic autem patet supra in litera, & Genes. 38. vbi vir Chananęus pater vxoris Iudę vocabatur Sue. Sic etiam quidam Rex Aegypti, qui rebellare voluit contra Assyrios vocabatur Sua, vel Sue. 4. Reg. 17. & tamen iste Sue differt ab illis duobus, quia vnus illorum erat Aegyptius, & alius Chananęus, iste autem erat de tribu Iuda, erat etiam iste Sue pater Machbena, idest, dominus cuiusdam vrbis sic vocatę. Erat etiam pater Gabaa: nam Gabaa est quædam ciuitas in Israel, & non accipitur hic pro Gabaa, quę erat in sorte Beniamin, de qua Iosue 18. Nam illa erat, de qua Saul primus rex Israel fuit oriundus, vt primo Reg. 10. 11. & 13. sed pro alia Gabaa, quę erat in sorte Iudę: nam iste Sue erat de tribu Iuda, ideo haberet hęreditatem in tribu Iuda. *Filia verò Caleb fuit Axa.* Ista fuit quam accepit in vxorem Othoniel Cenezęus quando Caleb dixit: Qui percusserit Cariathsepher, & ceperit eam, dabo ei Axam filiam meam in vxorem. Et ista est, quę petijt a patre suo irriguum superius, & inferius, quia dederat ei terram Australem, & arentem: Iosue 15. & Iud. primo.

An iste Caleb fuerit filius Hesron, vel alius.
Quæst. XVI.

QVAERITVR De isto Caleb an esset Caleb filius Hesron, de quo supra dicebatur, vel esset alius.

Aliquis dicet, quòd iste sit Caleb filius Hesron: nam hic computatur progenies sua, vt patet supra ab illo loco: Filij autem Caleb fratris Ieramehel. Et ponuntur filij sui tam ex vxoribus, quàm ex concubinis, & postea ponitur filia, quia dicitur, quòd filia Caleb fuit Axa, ergo intelligitur de filio Hesron Caleb fratre Ieramehel. Secundò patet, quia dicitur immediatè hi erant filij Caleb filij Hur primogeniti Ephratha, & tamen Caleb maritus Ephratha erat filius Hesron, vt patet supra, scilicet, Caleb filius Hesron accepit Azuba in vxorem, & cum esset mortua accepit Ephratham, quę peperit ei Hur. Ergo de isto Caleb filio Hesron dicitur. Si autem concedimus, quòd iste filius Caleb erat filius Hesrõ: sequitur contra ea, quę supra declarauimus: nam supra dictum est, quòd Caleb filius Hesron, & Caleb filius Iephone, qui missus est in exploratorem, non erãt idem. Constat tamen, quòd iste Caleb, qui genuit Axam fuit Caleb filius Iephone, qui fuit explorator: Iosue 14. & 15. & Iudi. primo, cum ibi dicatur de Axa filia eius. Ergo Caleb filius Hesron, & Caleb filius Iephone fuerunt idem. Respondendum est ad hoc, qnòd nequaquam potuit esse, quod isti duo essent idem, vt probatum est rationibus necessarijs supra in quadam quæstione. Sed adhuc patet vnica ratione, quòd si Caleb filius Iephone, & Caleb filius Hesron essent idem, sequeretur quòd Hesron erat ad nonum annorum centum, & octoginta, vel quasi quando genuit Caleb, quod patet, quia Caleb filius Iephone erat annorum vigintiocto, vel quasi quando egressus est de Aegypto, vt probatum est supra in quadam quæstione, & tamen Hesron ingressus est cum Israelitis descendentibus in Aegyptum: Genes. 46. & sic esset vnius, vel duorum annorum saltem, sed ab introitu Israelitarum in Aegyptum vsque ad exitum fuerunt anni ducenti, & quindecim, vt probatum est Genes. decimoquinto. & Exodi primo, ideo manebant a natiuitate Hesron vsque ad exitum de Aegypto ducenti & decem, & septẽ anni, vel quasi ad minus, a quibus subtrahãtur anni triginta octo, vel quasi quos habebat Caleb in exitu de Aegypto: manebunt alij quasi centum, & octoginta, & in illo tempore Hesron deberet gignere Caleb: istud tamen videtur impossibile pro tempore illo, quia non solum tunc aliquis gignebat in tanta ętate, sed etiam nec viuebat quisquam tot annis: nam etiam Abraham, qui multis annis præcesserat, non potuit viuere vltra centum septuaginta, & quinque annos: Genes. 25. Etiam homines temporis istius non accedebant ad tantam ætatem: nam ad plurimum vita sua erat ad centum, & quadraginta

draginta annos, vt patet de multis patriarchis, qui descenderunt de terra Chanaan in Aegyptum, & ibi mortui sunt: Exod. sexto. Dici potest ergo dupliciter: vno modo, quòd iste Caleb, qui habuit filiam Axam fuit Caleb filius Ephron, & non Caleb filius Iephone, & quando arguitur ꝙ Axa fuit filia Caleb filij Iephone: dicendum quòd potuit esse quòd vterque Caleb haberet filiam, quæ vocaretur Axa, nec istud est improbabile, quia duo homines nunc habẽt filios, vel filias, & filij vnius vocantur sicut filij alterius, immo necesse est, quòd sic fiat, quia cum plures sint homines quam nomina hominum, vocabuntur plures eodem nomine, ab hoc autem habuit locum æquiuocatio, quia plura eodem nomine, & non sub eadem ratione appellari necesse est, sicait Arist. primo Elenchorum, sic etiam, ff. de prescrip. verbis. l. Natura, scilicet natura rerum introductio est, vt plura sint rerum negocia quam verba: Aliter potest dici, quòd iste Caleb, de quo dicitur hic, quòd habuit filiam Axam est filius Iephone, & non est idem cum illo Caleb, de quo supra immediatè dicitur, sed quia iste Caleb erat etiam de stirpe Iuda, interpositũ fuit hic de filia eius, & sic aliquando fit in scriptura, quòd cum de vna re agitur interponuntur aliæ, & etiam in isto cap. fit, quia incipiunt enarrari progenies aliquorum, & omissis alijs interponuntur aliæ, & postea fit reditus ad illas, quæ omissæ fuerunt.

Ad secundam rationem cùm dicitur, quòd immediatè sequitur, hi erãt filij Caleb filij, Hur primogeniti Hephratha: dicendum, ꝙ non refertur ad præcedentia, ita vt comprehendatur ibi Axa, & intelligãtur omnes præcedẽtes fuisse filij Caleb filij Hesron, sed refertur ad sequentes: nam illi fuerunt de stirpe Caleb filij Hesron.

Hi erant filij Caleb filij, Hur primogeniti Hephratha, Sobal pater Cariathiarim, Salma pater Bethlehem, Hariph pater Bethgader. Fuerunt aũt filij Sobal patris Cariathiarim, qui diuidebat dimidiũ requietionum.

Hi erant filij Caleb. Intelligitur de sequentibus: nam continuat hic scriptura quandam partem progeniei Caleb filij Hesron.

Filij Hur primogeniti Hephratha. Non debet intelligi quod Caleb esset filius Hur, quia potius erat per contrarium: nam Caleb genuit Hur, patet supra, sed intelligitur sic, quòd isti, qui sequuntur hic erant filij, Caleb, & etiam erant filij Hur, cum Hur esset filius Caleb, & omnes isti descenderunt à Caleb per lineam Hur, & dicitur primogenitus Hephratha: non enim erat primogenitus Caleb, quia Mosa erat primogenitus eius, vt patet supra in litera, sed erat primogenitus vxoris suæ Hephratha, quia ex illa non susceperat alium filium priorem, & tamen suscepit ex Azuba, & ex alijs vxoribus, & concubinis.

Sobal patre Cariathiarim. Sobal est nomen viri de stirpe Caleb, & fuit pater Cariathiarim, idest dominus illius vrbis, est enim Cariathiarim quædam ciuitas in sorte Iudæ, quæ vocatur alio nomine Cariathbaal: Iosue decimoquinto, & appellatur Cariathiarim ciuitas syluarum, & Cariathbaal ciuitas Baal, vel idoli.

Salma pater Bethlehem. Iste etiam fuit princeps vrbis Bethlehem, quæ est in sorte Iudæ: Matth. secundo, & vocabatur prius Hephratha Genesis trigesimooctauo, & Ruth. 4.

Hariph pater Bethgader. Iste Hariph erat princeps in vrbe Bethgader quæ est in sorte Iudę, & sic posteri illius Hesron acceperunt vrbes multas in sorte Iudæ,

Alph. Tost. In lib. I. Paralip.

ex hoc etiam patet, quòd Caleb filius Hesron non erat Caleb filius Iephone, quia Caleb filius Iephone non videtur accipisse in possessionem nisi vrbem Hebron: Iosue decimoquarto, & non ipsam vrbem, & non agros vrbis, scilicet viculos, qui erant in circuitu cum territorio, ipsam vero vrbem acceperunt sacerdotes: Iosue 15. & magis vigesimoprimo, & tamen isti filij Caleb filij Hesron fuerunt domini multarum vrbium, vt patet hic in litera: ideo non est idem Caleb filius Iephone, & filius Hesron.

Fuerunt autem filij Sobal patris Cariathiarim. Iste Sobal habuit multos de stirpe sua, & fuerunt isti populi, qui sequuntur, & vocatur pater Cariathiarim, sicut supra dictum est, idest dominus, vel potest accipi Cariathiarim pro viro. Et hoc magis videtur quia dicitur de cognatione Cariathiarim descenderunt illi, qui sequuntur. *Qui diuidebat dimidium requietionis.* Idest iste Sobal diuidebat, scilicet tenebat sub potestate sua dimidium requietionis.

Quid sit ista requietio. *Quæst. XVII.*

QVAERITVR quę requietio erat ista, vel quomodo diuidebat dimidium eius Sobal. Respondet Glo. ordin. Vno modo, quòd requietio accipitur pro sepultura: nam quando aliqui moriuntur, dicimus illos requiescere, & vocatur ista requietio ciuitas Hebron, in qua requiescebant patriarchæ, quia ibi erant sepulti quatuor patriarchæ cum vxoribus suis, scilicet Adam primus parens, & Abraham, Isaac, & Iacob, & quatuor vxores eorum, scilicet Eua, Sara, Rebecca, & Lia, de Adam patet Iosue decimoquarto, scilicet Adam maximus ibi inter Enacim situs est. Idest sepultus inter gigantes, qui habitabant in vrbe illa: de Abraham, Isaac, & Iacob, & de tribus vxoribus eorum patet Genesis quadragesimonono, de Eua autem non apparet, sed eodem modo dicendũ est, quia consuetudo fuit antiquorum patrum, quòd in eodem sepulchro vir, & vxor sepelirentur, sicut patet de tribus patriarchis, & vxoribus suis prælegato capitulo: iste autem Sobal diuidebat dimidium requietionis, idest tenebat mẽdietatem terræ illius, scilicet territorij pertinentis ad vrbem, in qua sepulti erant patriarchæ. in Hebręo dicitur, qui videbat dimidium requietionis, & exponit alio modo Glo. ordin. scilicet, quòd iste Sobal vidit dimidium requietionis, idest dimidium temporis: vocat enim requietionem tempus illud, quod transiuit à principio bellorum, quæ habuerunt Israelitę ad possidendum terram vsque ad cessationem bellorum. Cœpit autem istud tempus, quando Israelitę simul cum Moyse pugnauerunt contra duos reges Amorrhęorum, & acceperunt terram Galaad: Numeri vigesimoprimo, & trigesimosecundo. Finitum est autem tempus istud, quando post diuisionẽ terrę Chanaan redierunt Rubenitę, & Gaditę, & dimidia tribus Manasse in terram suam: Iosue vigesimosecundo. De isto autem Sobal dicitur, ꝙ videbat, i. vidit dimidium requietionis, i. dimidium temporis istius, quia in medio tpe istorum bellorum mortuus est. Ista positio non est satis verisimilis, quia nõ quenit litęrę: nõ. n. bene vocat̃ requietio tps bellorum, ẽr ad hoc debebat dici qui videt, & non qui videbat, quia videbat significat actus continuationem. Item patet quia litera nostra nullo modo vult istum sensum cũ dicat, qui diuidebat dimidium requietionis. Dicendum igitur, quòd requietio accipitur pro quacunque latitudine regionis, quia in illa requiescere possumus, idest ponere sedes ad manendum, & iste Sobal accepit dimidiũ requietionis, i. prouincię Cariathiarim.

Universidad de Deusto
Biblioteca

thiarim. Et dicitur in Hebræo: Qui videbat dimidiũ requietionis, ideſt ſub poteſtate ſua videbat regionẽ illam, vel videbat, ideſt curam gerebat de medietate terræ illius. Sicut homo dicitur videre res ſuas, quando diſponit, & inquirit quomodo bene fiant. Et iſtud etiam tenet Nicolaus, & iſtum ſenſum ſequitur litera noſtra, & ponit eum clarius, cum dicit, qui diuidebat dimidium requietionis, ideſt diuidebat medietatem regionis cum alijs comprouincialibus, quia ipſe tenebat medietatem, & illi aliam.

Et de cognatione Cariathiarim Iethræi, et Aphuthæi, et Semathæi, et Maſeræi. Ex his egreſsi ſunt Saraitæ, et Eſthaholitæ.

Et de cognatione Cariathiarim Iethræi, & Aphutæi, & Samathæi, & Maſeræi. Cariathiarim eſt nomen viri, & fuit filius Sobal, vt dictum eſt, & de cognatione eius fuerunt iſti quatuor populi vel progenies nominatę hic. Nam Cariathiarim habuit quatuor filios, & ab eis nominantur iſtę quatuor progenies, qui autem dicunt, ꝙ Cariathiarim ſit nomen vrbis, non poſſunt exponere literam conuenienter, quia tunc non aſſignabant aliquem à quo deſcenderint iſtę quatuor progenies, quæ habentur hic: & ſic etiam dicendum eſt de alijs duobus nominibus, ſcilicet Berhlehem, & Bedager, qui ponuntur ſupra, & ſunt nomina locorum, quòd non accipiantur hic pro locis, ſed pro nominibus virorum. *Ex his egreſsi ſunt Saraitæ, & Eſthaholitæ,* Scilicet ab iſtis quatuor progeniebus nati ſunt viri, qui habitabant in Saraa, & Eſthahol, & vocabantur Saraitæ, & Eſthaholitæ. Sunt autem Saraa, & Eſthahol duæ vrbes in ſorte Iuda: Ioſ. 15.

Quomodo verum ſit, quòd Saraitæ, & Eſthaholitæ fuerũt egreſſi de progeniebus iſtorum. Quæſt. XVIII.

QVAERITVR quomodo poteſt ſtare, quòd Saraitę, & Eſthaholitę egreſſi fuerunt de progeniebus iſtorum: Nam Saraitę, & Eſthaholitę erant de tribu Dan cognati Samſonis: nam Manue pater Samſonis, habitauit inter Saraa & Eſthahol, & ibi ſepultus eſt: Iud. 13. & tamen erat de tribu Dan, vt patet ibidem.

Reſpondet ad hoc Nicolaus, quòd Saraa, & Eſthahol ſunt in ſorte Iudę, & habitauerunt in eis à principio filij Dan, eo quòd non habebant adhuc poſſeſſionem in ſorte ſua, ſed quærebant vbi habitarent: Iudic. 17. & tunc veriſimile eſt, quòd in vrbibus Iuda, vel aliarum tribuum reciperentur. Dicendum eſt, ꝙ hoc non ſtat. Nam ſi intelligatur, quòd viri Dan vocati ſunt Saraitę, & Eſthaholitę, quia à principio habitauerunt in locis terræ Iudæ, qui vocabantur Saraa, & Eſthahol non ſtat, quia etiam poſtquam acceperunt poſſeſſionem in tribu ſua, habitauerunt inter Saraa, & Eſthahol, quod patet, quia tribus Dan non habebat poſſeſſionem à principio introitus in terram Chanaan immediate poſt mortem Ioſue antequam eſſet aliquis iudex in Iſrael: nam iſto tempore facta ſunt ea, quæ habentur Iudic. 17. vt ibidem probatum eſt, & tamen pater Samſonis fuit in fine temporis Iudicum, cum poſt Samſonem non legatur de alio Iudice in libro Iudicum, nec fuit aliquis alius niſi Heli, & Samuel, de quibus primo Reg. à primo vſque ad ſeptimũ cap. & tñ pater Samſonis habitabat inter Saraa, & Eſthahol, & ibi ſepultus eſt: Iudic. 16. ergo filij Dan vocabantur Saraitę, & Eſthaholitę, & morabantur in Saraa, & Eſthahol poſtquam acceperunt poſſeſſionem ſuam, ideo non vocantur Saraitę, & Eſthaholitæ, qui habitauerunt in Saraa, & Eſthahol ſortis Iudę antequam haberent ſortem ſuam. Secundò patet, quia de his dicitur, quòd deſcenderunt Saraitę, & Eſthaholitæ, vel egreſſi ſunt, quòd ſignificat deriuationem progeniei, & tamen viri de tribu Dan non potuerunt deſcẽdere de iſtis quatuor progeniebus hic nominatis, quia iſtę fuerunt de tribu Iuda. Dicendum igitur, quòd non poteſt accipi pro Saraitis, & Eſthaholitis tribus Dan, ſed pro Saraitis, & Eſthaholitis tribus Iudæ. Pro quo ſciendum, quòd Saraitę, & Eſthaholitæ non ſunt nomina ſignantia cognationes, ſed ſunt poſſeſſiua locorum dicta de Saraa, & Eſthahol, & quia in tribu Iuda ſunt duę vrbes propinquę, quæ vocantur Saraa & Eſthahol: Ioſue 15. & in tribu Dan ſunt alia duo loca dicta Saraa, & Eſthahol: Ioſue 19. nominantur quidam Saraitę, & Eſthaholitę de tribu Iuda, & alij Saraitę, & Eſthaholitę de tribu Dan. Quomodo autem dicitur hic, quòd deſcenderunt ab his Saraitę, & Eſthaholitæ intelligitur de Saraitis tribus Iudæ, & eſt ſenſus, quòd iſti qui popularuerunt vrbem Saraa & Eſthahol, fuerunt de iſtis quatuor progeniebus, & quando dicitur, quòd habitauit pater Samſonis inter Saraa, & Eſthahol, & ibi ſepultus eſt, intelligitur de Saraa, & Eſthahol quæ erant in ſorte Dan.

Filij Salma Bethlehem, & Netophathi Coronę domus Ioab, et dimidium requietionis Sarai. Cognationes quoque ſcribarum habitantium in Iabes.

Filij Salma. Iſte erat frater Sobal filij Caleb, cuius progenies ſupra poſita eſt, *Bethlehem, & Netophathi.* Iſta ſunt duo nomina virorum, quamquam alias accipiãtur ſemper pro nominibus locorum: nam Bethlehẽ notiſſima ciuitas eſt propter Saluatorem Noſtrum, qui ibi natus eſt Matth. 2. & Luc. 2. & Michęæ 4. ibi etiam Dauid natus eſt, & habitauit pater eius, & tota domus ſua: ideo vocatur Bethlehem Caſtellum Dauid: Ioan. 7. ſcilicet ex ſemine Dauid ſecundùm carnem, & de Bethlehem Caſtello, vbi erat Dauid venit Chriſtus. Netophathi etiam erat locus vnus, de quo vnus de fratribus Dauid, qui vocabatur Marai, vel Macharai, vel Machaphatites 2. Reg. 23. & inf. 11. Hic tamen accipiuntur pro viris, qui habitabant in regione iſta. *Coronæ domus Ioab.* Ideſt iſti viri erant corona domus Ioab. Hoc dicitur, quia Ioab erat dux exercitus Dauid, & habebat ſecum viros fortes de progenie Bethlehem, & Netophathi, qui adiuuabant eum ad faciendum fortia in bello, & propter eos domus Ioab habebat coronam, ideſt laudem. Poſſet tamen accipi Bethlehem, & Netophathi pro locis, & tunc eſſet ſenſus, quòd iſtę quatuor progenies ſupra nominatę habitauerunt partem in Bethlehem, & Netophathi. *Et dimidium requietionis Sarai.* Vocat requietionem Sarai, ideſt Sepulchrum eius, & vult, quòd iſti poſſederunt terram apud Sepulchrum Sarai, ſed non conuenit propter rationem aſſignatam præcedenti quæſtione: ideo dicendum, quòd Sarai requietio, vocatur regio, quæ eſt apud Sarai, & medietatem illius tenuerunt filij Berhlehem, & Netophathi, vel cognationes illę quatuor, ſupra nominatę. Vocatur autem Sarai ciuitas Saraa, nam frequenter in iſtis nominibus proprijs Hebræis mutantur literæ tam in principio quam in fine, vt ſupra declaratum eſt.

Cognationes quoque ſcribarum habitantium in Iabes. Ideſt etiam cognationes ſcribarum, quæ habitabant in Iabes deſcenderunt de ſtirpe Caleb filij Heſron.

Qui-

Quinam erant iſti ſcribæ. Quæſt. XIX.

QVAERITVR qui erant iſti ſcribæ. Reſpondent hebræi, & Gloſſ. ordinaria, & Nicolaus, quòd Iabes fuit vir peritiſſimus in lege, quem aliqui volunt eſſe Othoniel Cenezęum, qui fuit primus de iudicibus Iſrael, & accepit Axam filiam Caleb in vxorem: Ioſue 15. Iudicum primo, & dicunt, quòd Sinæi, qui erant de filijs Ietro ſoceri Moyſi, qui erant in lege noui volentes erudiri in illa, venerunt ad Othonielem, vt eos erudiret, & iſte Othoniel eſt, quem dicunt eſſe Iabes, & apud iſtum erant illi Cinęi canentes, & reſonantes, quia in lege domini erudiebantur, in qua cantabant, cum lectio illa fiat per modum cantus. Motiua autem hebræorum ad hoc ſunt duo. Primum eſt, quia Iudicum primo, dicitur: quòd Cinęi habitantes in vrbe Palmarum venerũt cum Iuda ad deſertum ſortis ſuæ, & habitauerunt cum eo. & añ iſtud ponitur immediate de Othoniele, quomodo cepit vrbem Dabir, ideo putauerunt, quòd Cinęi venerant ad habitandum cum iſto Othoniele in terra Iuda. Secũdum motiuum eſt, quia ciuitas, quam cepit Othoniel vocatur Cariathſepher. i. ciuitas literarum, Ioſue 15. & Iudicum primo, & putant ex hoc, quòd ipſe erat magnus literatus. Dicit etiam Nicolaus, quòd hic nõ accipitur Iabes pro loco, ſed pro viro. Dicendum eſt, ꝙ iſta non poſſunt ſtare. Primò, quia dicitur, quòd Iabes ſit nomen viri hic, qui erudiebat Cinęos, quia hic dicitur cognationes ſcribarum habitantium in Iabes, ideo neceſſe eſt, quòd Iabes ſit locus habitationis, niſi forte quis diceret, ꝙ iſtæ cognationes ſcribarum habitabant in Iabes. i. in circuitu illius viri Iabes, ad audiendum doctrinam eius, & tamen iſta expoſitio eſt extorta contra ſignificationem terminorum, nunquam tamen termini ſunt trahendi in aliqua ſcriptura extra ſenſum ſuum, niſi neceſſitas cogat, & huiuſmodi non eſt hic. Secundò patet, quia dicitur, ꝙ iſti ſcribæ erant Cinęi, qui venerant ad audiendum doctrinam Othonielis, ſed iſtud falſum eſt, quia iſtę cognationes ſcribarum erãt de ſtirpe Iuda, quod patet, quia in iſto cap. & in ſequenti nihil agitur, niſi de ſtirpe Iuda, ideo oportet omnes hic nominatos eſſe de tribu Iuda.

Item patet, quia hic ponitur progenies Caleb, cum dicatur ſupra hi erant filij Caleb, & continuatur progenies vſque hic, & dicitur cognationes quoque ſcribarum. i. etiã cognationes ſcribarum erant de ſtirpe Caleb. Motiua autem hebræorum ad aſſerendum hoc non ſunt ſufficientia, immo nec habent colorem. De primo patet, quia ex hoc ſolum, quod dicitur de Cinæis, ꝙ venerunt in deſertum ſortis Iudæ, poſtquam dicitur de Othoniele, ꝙ cepit Cariathſepher, dicunt ꝙ venerunt ad habitandum cum ipſo, ſed hoc leue eſt. Secundum motiuum leuius eſt. i. putant enim, ꝙ fuerit literatus nimis Othoniel, quia cepit vrbem, quæ vocatur Cariathſepher. i. ciuitas literarum, nam iſtud nihil probat, quia iſtud nomen non fuit nouiter impoſitum vrbi, quando cepit eam Othoniel propter aliquã inuocationem literarum, quæ ibi eſſet tẽpore Othonielis, ſed potius iſtud nomen erat vrbis, antequam Iſraelitæ acciperent eam, ſic patet Iudicum 1. ſ. quòd antiquitus vocabatur Cariathſepher, & poſtea vocata eſt Dabir. Dicendum igitur, quòd ſiue Cinæi iuerint ad audiendum legem ab Othoniele, ſiue non, nihil ad præſens, conſtat. n. quòd non ſunt Cinæi illi, qui vocantur ſcribæ hic, quia illi ſunt de tribu Iuda. Dicendum, quòd ſcriba vocatur vir ſapiens de quacunq; tribu ſit, ſic enim ſępe in euangelio vocantur ſcribæ, & Phariſæi, tamen iſti non erant ſpecialiter de tribu Leui, vel de aliqua alia, ſed de quacunque tribu contingebat, quòd eſſent aliqui viri literati, & illi vocabantur

Opi. do. & ad quæſtum.

Alph. Toſt. in Lib. I. Parallp.

ſcribæ, in tribu autem Iuda fuerat antiquitus magna vacatio circa ſapientiam legis, & iſta fuit in vrbe, quæ vocatur Iabes, ideo dicitur, quòd cognationes ſcribarum habitabant in Iabes, & tamen cum iſtis cognationibus ſcribarum de ſorte Iudæ erant multi de aliis tribubus vacantes Sacræ ſcripturæ, & etiam ibi erant Cinæi deſcendentes de ſtirpe Iethro ſoceri Moyſi, vnde dicitur infra hi ſunt Cinæi, ſcilicet, quia multi iſtorum ſcribarum erant Cinæi, vel, vt alii volunt iſti Cinæi erant Rechabitæ, vt infra dicetur: Iabes enim nomen ciuitatis eſt, & eſt quædam ciuitas Iabes in terra Galaad, contra quam pugnauit Naas rex Amon, quãdo Saul ſoluit obſidionem, primo Regum 11. & de iſta vrbe fuerunt illi viri, qui acceperunt per noctem cadauera Saulis, & filiorum ſuorum pendentia in muro Berhſan terræ Philiſthinorum, & ſepelierunt ea honorabiliter in Iabes ieiunantes ſeptem diebus, primo Regum vltimo, & infra decimo. De iſta Iabes non dicitur hic, quia non erat in ſorte Iudæ. Alia autem Iabes erat in ſorte Iudæ, in qua habitabant iſti ſcribæ, ideo dicitur cognationes ſcribarum habitantium in Iabes.

Canentes atque reſonantes, & in tabernaculis commorantes. Hi ſunt Cinæi, qui venerunt de Calore patris domus Rechab.

Canentes atque reſonantes. Ideſt iſti ſcribæ canebant, & reſonabant, ſcilicet ſtudebant in lege, quæ per modũ cantus legitur quantum ad accentus ſuos.

Et in tabernaculis commorantes. Scilicet iſti ſcribæ morabantur in tabernaculis, ideſt non in domibus, & dicitur hoc propter Rechabitas, qui non ædificabant domum, nec habitabant in ea, ſed morabantur in tentoriis factis de panno, vel in tabernaculis, quę propriè ſunt domus factæ de tabulis ad modicũ tempus manendum, de quibus infra dicitur. In hebræo dicit portarii; vbi nos dicimus cantores, ſed ad eandem ſententiam pertinet. Etiam dicitur redeuntes, vbi nos dicimus commorantes, ſed hoc pertinet ad ęquiuocationem nominis.

Hi ſunt Cinæi, qui venerunt de Calore patris domus Rechab. Ideſt iſti ſcribæ habitantes in Iabes erant Cinæi, qui venerunt de ſtirpe Rechab.

Quinam fuerint iſti Cinæi. Quæſt. XX.

QVAERITVR qui erant iſti Cinæi, & quo venerunt de Calore domus Rechab.

Reſpondent hebræi, & Nicolaus, quòd iſti Cinęi erant poſteri Iethro, ſic enim vocantur Iudicum primo, ſcilicet. Filij autem Cinæi cognati Moyſi aſcenderunt de vrbe palmarum. Accipitur cognatus pro ſocero, & ſic iſti Cinæi erant filij Iethro ſoceri Moyſi, & ex hoc confirmant hebręi poſitionem ſuam, ſcilicet, quòd Cinęi vacauerint nimis circa ſtudium legis, & eruditi fuerint ab Othoniele, & tunc dicunt, quòd iſti deſcenderunt de Calore domus Rechab. i. de feruore, & deuotione domus Rechab. ſ. quòd ſicut Rechabitę erant viri deuoti, ita iſti Cinæi acceperunt ſtudium legis, & deuotionem per imitationem illorum. Sed iſta poſitio non multum conuenit literę, quia hic agitur de ſtirpe Iuda, Cinęi tñ non erant de iſta ſtirpe, ſed de Madianitis, cum pater eorum Ietro fuiſſet Madianita: Numer. 10. & Exod. 2. & 3. ideo oportet intelligi, quòd iſti Cinęi ſint aliqui de tribu Iuda.

Secundo patet, & efficacius, quia expoſitio, quã iſti dabant eſt multũ inconueniens. ſ. ꝙ iſti Cinęi venerũt de Calore patris dom⁹ Rechab. i. de feruore deuotionis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis,nam ista expositio est allegorica, Scriptura tamen nunquam in tali sensu loquitur,sed historicè intelligẽda est. Potissimè cum hic nihil fiat,nisi describi generationes,quod ad puram historiam pertinet.

Dicendum igitur, quòd isti Cinæi fuerunt Rechabitæ a Rechab dicti,& ille fuit de stirpe Iuda, & vocãtur Cinæi,sicut filii Iethro,quia non est inconueniens plures gentes eodem nomine appellari,cum plura loca,& plures homines,tam in Sacra scriptura, quam in vsu nostro eodem nomine appellentur de ciuitatibus. Nam Asor est nomẽ ciuitatis,quæ sic vocatur, & duæ sunt vna in sorte Iudę, Iosue decimoquinto, & vna in sorte Nephthali,Iosue 19.Sic etiam de multis aliis,vt patet ibidem, ita igitur duæ gentes vocabuntur eodẽ nomine.s.Cinæi,& erant omnes isti Rechabitæ de tribu Iuda,& morabantur in terra Iuda, & propter hoc ponitur hic progenies illorum cum cęteris de tribu Iuda,nam ipsi fuerunt de stirpe Caleb filii Hesron, cuius progenies hic ponitur, & de istis dicendum est.qꝫ venerunt de calore patris domus Rechab.i.de semine Ionadab, nam deriuatio seminalis fit per calorem descindentẽ in semen,& causantem spiritum, inflantem organa genitalia,& est modus loquendi scripturę literalis,nam quando animalia sunt in coitu dicuntur esse in calore,sic patet Gen. 30. Nam dicitur,quòd erant pecora in extremo calore coitus. s. Factum est ita,vt in ipso calore coitus intuerentẽ virgas oues. Fuit autem pater domus Rechab ipse Ionadab, nam Rechab pater Ionadab nõ instituit aliquam obseruationem posteris suis,sed Ionadab filius eius, sic dr Ierem. 35.& ideo Ionadab erat pater domus Rechab.i.oĩum Rechabitarum,quia ipse erat pater eorum secundum carnem,& etiam pater quantum ad institutionem vitæ, nam ipse dedit eis leges,per quas viuerent, & isto modo litera stat multum conuenienter,& non sequit aliquod de inconuenientibus assignatis.

Vnde habuerunt initium Rechabitæ,& quales erant.
Quæst. XXI.

QVAERITVR vltérius de istis Rechabitis quales erant,vel vnde habuerunt initium.

Respondendum, qꝫ isti erant viri religiosi in veteri testamento, sicut nunc sunt monachi, nam abstinebant a quibusdam delectationibus licitis,a quibus non abstinebant alii homines, & in hoc erat perfectio sua,vt infra dicetur. Erant autem isti de tribu Iuda,nam vocabantur Rechabitæ a Rechab, qui fuit de stirpe Caleb filii Hesron, vt litera significat hic, cũ dicat cognationes quoque scribarum habitantium in Iabes.i.etiam scribæ habitantes in Iabes, erant de cognatione Caleb,de quo supra dicitur, sicut omnes pcedentes.Iste Rechab non instituit aliquam obseruãtiam specialem,sed filius eius Ionadab Ierem.35. propter honorem patris, tamen voluit potius Ionadab se quaces suos appellare ex sui nomine patris, quam ex nomine suo,ideo Rechabitas eos vocauit. Cępit autem ista obseruatio a Ionadab, qui fuit tempore Ioram regis Iuda,& Iehu regis Israel. Vnde quãdo Iehu ibat in Samariam ad occidendum omnes cultores Baal inuenit istum Ionadab filium Rechab in via, & fecit quòd ascenderet secum in currum regalem, & dixit: Nũquid cor tuum rectum est mecum, sicut cor meũ rectum est tecum? & dixit Ionadab . Est, & tunc ait Iehu: veni & vide cœtum meum pro domino exercituum . Et sic iuerunt ambo in Samariam, & fuerunt simul operam dantes in occisione culto dum Baal, vt patet quarti Regum decimo. De cęremoniis autem introductis ab isto Ionadab considerandum est,quòd iste propter specialem deuotionem voluit impendere aliquem cultum Deo,supra id,quod in lege erat,& nõ solũ ipse hoc seruauit, sed ẽt filiis suis,& vxoribus eorum in æternum obsesuare iussit. Primũ erat,qꝫ nõ ędificarent domum ad habitandum, nec habitarent in ea ædificata ab alio, sed habitarent in tabernaculis, qui erant tentoria portatilia de panno facta, & ponebant illa in campis, & morabantur, vbi volebant, deinde mutabant, quando volebant . Secundum erat, quòd non biberent vinum ex vlla causa in æternum, ipsi,& filii,& vxores . Tertium erat, quòd nunquam plantarent vineam ad vsum suum,vel aliorum. Quartum erat,quòd nunquam sererent sementem, & tamen licebat eis comedere de panibus. Ista enim erãt expresse mandata Ierem.trigesimoquinto, & per hæc intendebat Ionadab deducere filios suos ad quatuor perfectiones.Prima erat paupertas voluntaria, nam si non ædificarent domos,nec sererent semen, nec plantarent vineas, non poterant acquirere magnas diuitias , immo vix poterant sustentari in vita pauperrima,paupertas autem talis est vna de magnis perfectionibus , quas Christus introduxit in nouo testamento. De hac Matthęus quinto capitulo, beati pauperes spiritu , quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Secunda perfectio erat contemptus rerum , nam faciebant, quòd filii sui contemnerent omnes diuitias sęculi, quia cũ ipsi possent vacare agriculturę, & aliis negociationibus,sicut cæteri, & ex hoc acquirere diuitias magnas, eas nolebãt,sed potius cessantes ab his ducebant vitam pauperem , & omnia ista contemnebant.Ista etiam fuit perfectio euangelica,quia venientes ad Christum relinquebant omnia, & sequebantur ipsum, sicut dixit Beatus Petrus . Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Matth.decimonono,& Lucæ decimonono. Et Christus promisit eis magna bona,ibidem. Tertia perfectio erat elèuatio rationis , & dispositio corporis ad obediendum virtuti, & hoc fuit in hoc, quia non bibebant vinum Rechabitę. Primum enim istorum patet,quia illi,qui non vtuntur vino sunt magis dispositi ad sapientiam , quam cęteri homines propter hoc, quòd phantasia eorum, nunquam perturbatur fumositatibus,quę maxime causantur a vino: sic enim dixit Salomon: Cogitaui carnem meam abstrahere a vino, vt animum meum transferrem ad sapientiam: Ecclesiastis 2. Et hoc etiam Deus fecerat obseruari in veteri testamento , quantum ad sacerdotes:nam tempore illo,quo ministrare debebant in Sanctuario non bibebant vinum, vt scirent discernere mundum ab immũdo,& sanctum a polluto . Leui.10.secundum patet de dispositione corporis ad virtutem : nam naturaliter anima nostra desiderium habet virtutis, & tamen in corpore nostro sunt desideria ad contrarium , sic patet ad Galatas 15.scilicet Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis: caro enim concupiscit aduersus spiritum , & spiritus aduersus carnem : hoc.n. sibi inuicem aduersantur. Et ad hoc oportet corpus taliter disponere, quòd non rebellet animę, sed subiiciatur virtuti iuxta illud infra ad Corinth.9.Castigo corpus meum , & in seruitutem illud redigo , ne cum alijs prędicauerim ipse reprobus efficiar . Et quia abstinentia a vino reddit hominem dispositum ad actum virtutis maxime ad continentiam seruandam , cum vitium ad delectationes venereas incitet iuxta illud ad Ephesios quinto , Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini spiritu Sancto. Subtraxit ergo Ionadab sibi, & successoribus suis vinum , vt istas duas perfectiones induceret. Quarta perfectio erat, quia abstrahebat homines à delectabilibus secundũ carnem, & secũdum communicationem vitę. de delectabili secundum carnem patet in vino: nam delectabile

ctabile est illud bibere iuxta illud prophetę . Vt quid bibitis vinum in dulcidine ? ideſt delectamini in bibẽdo vinum? Subtraxit autem hanc delectationem Ionadab sequacibus suis,cum nullus biberet vinũ.etiam subtrahebat eis delectationem in modo communicandi, quia delectabile est possidere domos,& agros, vt probat Ari.2.Politi.c.2.Delectabile est etiam habitare in pulchris, & dispositissimis domibus. Et hæc omnia subtrahebat Ionadab posteris suis : nam non poterant habitare in domibus, nec ędificare illas, nec etiam ędificare, vel plantare vineas , & serere sementem . Et ista perfectio assimilatur perfectioni religionis,quæ est continentia, quia per hoc subtrahunt sibi homines delectationem tactus, quæ est in propagatione.Fuerunt igitur viri isti Rechabitę nimis virtuosi inter omnes viros veteris testamenti, & vt ipsi inclinarentur ad obseruandum hęc promisit eis Ionadab, quòd Deus beneficeret eis, & viuerent longo tempore : Ieremias 35.Deus autem confirmauit istã benedictionem, vt patet ibidem , scilicet Domui aũt Rechabitarum dixit Ieremias. Hęc dixit Dominus exercituum , pro eo , quòd obedistis præcepto Ionadab patris vestri,& custoditis omnia mandata eius,& fecistis vniuersa,quę præcepit vobis, propterea hęc dicit Dominus exercituum Deus Israel, non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab , stans in conspectu meo cunctis diebus.

Sciendum autem , quòd isti Rechabitę cum talem vitam ducerẽt morabantur communiter in agris , & tentorijs,& tabernaculis,& non ingrediebantur ciuitates, nisi propter magnã necessitatem , sic enim fuit tempore Sedechiæ regis,cum obsideret Nabuchodonosor Ierusalem . nam quia Chaldæi vastabant tunc terram per circuitum vrbis , fugerunt Rechabitæ à facie Chaldæorum, & introierũt in Ierusalem, & tũc Deus ad probandam malitiam Iudęorum non obedientium mandatis suis , misit Ieremiam ad Rechabitas, vt duceret eos in vnum Gazophylatium tẽpli,& offerret eis vinum ad bibendum,qui fecit sic,& dixerunt Rechabitæ non bibemus vinum, quia Ionadab filius Rechab pater noster præcepit nobis , dicẽs. Non bibetis vinum vos , & filij vestri vsque in sempiternum , & sementem non seretis , & domum non ædificabitis, & vineam non plantabitis,nec habebitis, sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, vt viuatis multis diebus super faciem terræ . Et tunc sequitur,quòd ipsi obedierunt mandatis semper istis, & Deus arguit increpãdo Iudæos , quòd filij Ionadab obseruauerunt mandata eius, & Iudæi noluerunt obseruare mandata Dei , ideo quòd Iudæi perirent a facie Chaldæorum , Rechabitę autem non lęderentur, nec deficeret vir de eis stans in cõspectu Dñi Iere.35.

CAP. III.

DAVID vero hos habuit filios, qui ei nati sunt in Hebron. Primogenitum Ammon ex Achinoh Iezraelitide , secundum Daniel de Abigail Carmelitide.

David. Descripta in præcedentibus progenie Iuda vsque ad Dauid, hic continuatur progenies Dauid , nam de ipso principalis erat intentio in hoc libro , ideo diligenter enarratur progenies eius, & continuatur vsque ad tempus Esdræ , qui fuit post captiuitatem Babylonis , & diuiditur in tres partes . Primo ponitur progenies Dauid vsque ad Salomonem, Secundo progenies Salomonis vsque ad transmigrationem in Babylonem ibi.

Filius autem Salomonis. Tertio progenies , quæ fuit post transmigrationem , ibi. *Filij Iechoniæ fuerunt.*

An ista , quæ in isto capitulo scribuntur sint ad præcedentia continuata. Quæst. I.

QVAERITVR Circa primum an ea,quæ habentur hic sint continuata ad præcedẽtia, & an fuerint immediate post illa.

Respondendum , quòd hic non põt esse continuatio propria, sicut in historijs,vbi partes historiæ continuantur secundum ordinem suum naturalẽ in tempore . Hic enim non sunt historiæ , sed enarrãtur generationes,potest autẽ esse continuatio in hoc, si generationes describantur eo ordine quo naturaliter fuerunt , scilicet vt generationes illorum hominũ prius ponantur, qui præcesserunt in essendo, si autem mutatur iste ordo , dicetur esse anticipatio , & recapitulatio , sicut in historijs.

Considerandum autem pro hoc, quòd in capitulo præcedenti describitur progenies Iuda,per cuius vnã lineam venit Dauid . Aliæ autem lineæ sunt,quæ nihil attinẽt ad Dauid, de linea illa, quæ pertinet ad Dauid.dicendum, quòd quantum ad illam est continuatus ordo , nam præcedenti cap.describitur progenies Iuda per Phares,& Ram,vsque ad Isai patrem Dauid, & ponuntur ibi septem filij eius , quorum vltimus est Dauid , & ibi cessat progenies illa , hic autem incępit continuari , quia sumitur initium a Dauid , & enarrãt progenies sua,ideo quantum ad lineam per quam descendit Dauid ordo cõtinuatus est. Aliæ autem lineæ tribus Iuda ponuntur præcedenti cap.quæ non pertinẽt ad Dauid, & illę deriuãtur per Caleb, & Ierameel filios Hesron fratres Ram,& continuantur illæ linææ vsque ad captiuitatem Babylonis, & tempus,quo fuit Esdras , quod patet præcedenti cap.quia dicitur ibi de Rechabitis , qui fuerunt de stirpe Caleb filij Hesron & tamen Rechabitæ incęperunt esse multo tempore post Dauid , scilicet tępore Ioram regis Iuda, & Iehu regis Israel , nam tunc fuit conditor huius sectæ , scilicet Ionadab filius Rechab,quarto Regum 10.& præcedenti c.q.vlt.declaratum est , & quantum ad illas lineas non est continuatus ordo , cum prius fuerit successio Dauid,quæ hic enarratur, quam illæ lineæ finitæ fuerint , & tamen necesse est sic scribi , quia alias non posset continuari aliqua progenies per se , nisi omnes simul continuarentur , & tunc turbaretur ordo . est igitur hic ordo continuatus . Circa primum dicitur.

Dauid vero hos habuit filios. Scilicet omnes , qui sequuntur.Pro quo considerandum,quòd Dauid antequam esset rex nullum filium habuit,factus est autem rex anno tricesimo vitæ suæ 2.Re.5.& tunc cæpit habere filios. fuit tamen Dauid prius rex super solam tribum Iudę,& regnabat in vrbe Hebron:postea autẽ venerunt omnes Israelitæ , & vnxerunt eum in regẽ, vt regnaret super totum Israel 2.Reg.2.& 5.ideo ponũtur hic filij, quos habuit, cum esset rex Iuda in Hebron, & postea filij , quos habuit cum esset rex super totum Israel in Ierusalem.

Qui nati sunt ei in Hebron. Prius regnauit in Hebrõ, quam in Ierusalem , ideo ponuntur prius filij , quos habuit in Hebron : deinde quos habuit in Ierusalem. *Primogenitum Ammon.* Iste fuit primogenitus Dauid respectu sui ipsius,& non respectu primę vxoris suę : nã prima vxor fuit Michol filia regis Saulis , & de illa nõ-

dum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum genuerat, qñ genuit de Achinoam. Iste Ammõ F
fuit, qui defloraũt sororem suam Thamar fingens se
languentem, Dauid autem diligebat eum tenerrimè,
ideo non corripuit ipsum, & sic postea occisus est ab
Absalom fratre Thamar defloratę 2. Regum tertio.

Ex Achinoam Iezraelitide. Ista Achinoam fuit vxor
Dauid, & fuit tertia: nã primo accepit Dauid Michol
filiam Saulis in vxorem, quando occidit Philisthęum,
& postea egit multa bella. primo Regum 18. deinde
accepit Abigail vxorem Nabal Carmeli, cum ipse
mortuus est. Et erat tunc profugus Dauid, & latitans
per desertum a facie Saulis. e. lib. c. 25. deinde accepit
Achinoam de Iezrael, e.c. & tamen prius genuit de G
Achinoam, quã de Abigail, vnde primogenitus suus
fuit Achinoam filius. Vocatur autem Achinoam Ie-
zraelitides ab vrbe Iezrael, de qua erat. Dicit autẽ Glo.
ordi. interlinearis, quòd fuit de vrbe Iezrael, in qua
occisus fuit Naboth ad mandatum Achab tertio Re.
21. sed hoc falsum est, quia Iezrael illa erat in sorte
Manasse, & tamen ista, de qua erat Achinoam erat in
sorte Iudę. Pro quo consideramdum, quòd duplex est
Iezrael, vna est in sorte Iudę, de qua Iosue 15. Vbi po-
nuntur vrbes sortis Iudę, alia fuit in sorte Manasse: Io-
sue 17. Prima istarum fuit, de qua accepit Dauid vxo-
rẽ, quod patet primo, quia Dauid accepit istã vxorẽ,
quãdo erat profugus a facie Saulis, primo Regum 25. H
& tamen tunc erat profugus in deserto Iudę, ideo de
terra Iudę acciperet vxorem, & non posset accipere
de terra Manasse. Secundo patet, quia accepit Dauid
Abigail, quę erat in monte Carmelo, cuius habitatio
erat in vrbe Machon, quia ibi habitabat vir suus Na-
bal. primo Regum 25. & tunc accepit Achinoam de
Iezrael quarto cap. Ideo satis videtur, quòd esset ciui-
tas Iezrael apud Machon, & tamen sic ponitur Iosue
15. Machon, & Chermel, ideſt ciuitas Carmeli, & Ie-
zrael simul, & sic cum Dauid moraretur in deserto
illo, potuit accipere simul Abigail, & Achinoam in
vxores, quia illę erant de duabus vrbibus coniunctis,
sc. de Michõ, & Iezrael, Ista Iezrael, est apud quam po-
sita fuerunt castra Israel, quãdo pugnauit Saul contra
Philisthinos, & occisus est. 1. Reg. 29. & est ciuitas ista I
apud montem Gelboe, in quo occisus est Saul, & filij
sui, vt declaratum est e.c. Alia Iezrael, quę est in sorte
Manasse fuit illa, in qua occisus est Naboth, quia no-
luit dare vineam. Quod patet, quia Achab, qui fecit
occidi illum erat rex Israel, & non Iudę, ideo non ha-
beret iurisdictionem, nisi super loca regni Israel, & tñ
ipse habebat potestatem super illam, immo morabatur
ibi sępissime, & habebat palatia pulchra: voluitq;
vineam Naboth facere hortum olerũ, quia erat apud
domũ suam: Ideo oportet, quòd ista Iezrael, quę erat
in sorte Iudę pertinebat ad regnum Iudę, in quo non
dominabatur Achab, ergo Naboth occisus fuit in Ie-
zrael, quæ erat in sorte Manasse, & non in illa, quę K
erat in sorte Iudę. Achinoam autem vxor Dauid erat
de Iezrael sortis Iudę, & non de Iezrael, quę erat in
sorte Manasse.

Secundum Daniel de Abigail Carmelitide. Iste erat secũ-
dus filius, & natus est de Abigail, quę erat Carmelitis,
ideſt de monte Carmelo: nam ipsa habebat Nabal in
virum, cuius possessio erat in Carmelo, primo Re. 25.
Et potest vocari Carmelitis a monte Carmelo, vel ab
vrbe Chermel, erat enim vrbs Chermel apud desertũ:
Iosue 25. Et ab illa vocabatur desertum Carmeli. Nõ
est tamen Carmelus iste mons, in quo Elias congre-
gauit totum Israel tempore Achab disputaturus cum
sacerdotibus Baal ad ostendendum veram deitatem,
3. Regum 18. Nam ille Carmelus est iuxta mare, & est
in finibus sortis Aser, & Issachar, vnde dicitur, quod
peruenit terminus Aser vsque ad Carmelum maris.
De hoc declaratum est e.c. Et patet hoc Iosue 19.

De nomine istius secundi filij Dauid.
Quæst. 11.

QVAERITVR de isto secũdo filio Dauid,
quomodo vocat hic Daniel. Nam 2. Re. 3.
vocatur Zelaad.

Respõdet ad hoc Rabanus, & Glo. or. q
dictus est Zelaad, ideſt vindicans patrem, quia secun-
dum Hebræos disceptans cum Miphiboseth in quę-
stionibus legis, victor apparuit, & in hoc patrem vl-
cisci visus est, ne irrideretur in disputando vir bellico-
sus a debili. Sed istud non multum conuenit, quia Ze-
laad, sicut apud Hebræos describitur non potest signi-
ficare vlciscens patrem, sed significabit hoc si scribe-
retur, ita corrupte apud Hebræos, sicut apud nos: nam
apud eos nõ dicitur Zelaad, nec Zelaab, sed Quelaaph,
& interpretatur, quasi pater, vel talis, sicut pater. Simi-
le accidit in quibusdam alijs nominibus Hebręis, quæ
corrupte apud nos scribuntur, & non significant idẽ,
quod significant apud Hebręos: vtpote in isto nomi-
ne Israel: nam apud Hebręos nõ dicit Israel, sed Ezra-
el, & interpretatur fortis Domini, vel fortis cum Do-
mino. Et si diceretur Israel, sicut nos scribimus, signi-
ficaret virum videntem Deum, sicut nos interpreta-
mur, sic igitur in isto nomine, quod Rabanus dicit
Zelaad, & habet aliam significationem, quam quòd
dicatur Quelaaph secundum Hebręos. Aliter igitur
dicunt Hebręi, & Nicolaus, scilicet quòd iste puer vo-
catus prius fuit Daniel, deinde Zelaad, & ratio huius
fuit propter Abigail vxorẽ Nabal Carmeli, quia natus
est pauco tempore postquam eam accepit Dauid, vt
isti volunt, & ideo aliqui videntes puerum irridebant,
dicentes, quòd non erat filius Dauid, sed Nabal, & tũc
Dauid dixit: Deus iudicet veritatem super hoc, & pro-
pter hoc vocauit nomen pueri Daniel, quod interpre-
tatur iudicium Dei, & tunc dicunt, quòd Deus muta-
uit vultum pueri, ita vt esset omnino similis Dauid ad
probandum, quòd erat vere filius Dauid, & ob hoc
vocatus est Quelaaph, vel Zelaad corrupte secundum
nos, & interpretatur, quasi pater, vel talis qualis pater,
sed ista apparent nimis ficta, scilicet quòd Dauid po-
neret nomẽ puero Daniel, vt ipse veritatem rei huius
declararet, quia Dauid, qui erat vir prudens non cura-
ret de talibus irrisionibus, quia curare de istis puerile
est, vel muliebre.

Secundo patet, quòd adhuc sit magis fictum, scili-
cet quòd Deus mutauerit subito faciem eius, vt esset
omnino similis Dauid, quia hoc erat miraculum ma-
gnum, & si tale accidisset, non est credendum, quod
scriptura subticuisset illud, potissime, quia scriptura
nimis diligenter enarrat omnia gesta Dauid, & perti-
nentia ad eum, etiam quia non est verisimile, quòd
Deus pro tali re vellet facere miraculum, quia istud
erat aliquid leue, & puerile.

Tertio pater, quia pręsuppositum istorum non ha-
bet locum, scilicet quòd aliqui irriderent istum filiũ
Dauid, dicentes eum esse filium Nabal, quia hoc esset,
si Abigail peperisset infra nouem mẽses a morte Na-
bal, & tamen hoc non poterat esse, quia Nabal per-
cussus est a Domino, & fuit per decem dies immobi-
lis, & semimortuus, in quibus non poterat cognosce-
re vxorem suam Abigail: deinde post mortem eius
transierunt aliquot dies prius, quam acciperet Dauid
Abigail in vxorem, ideo dato, quòd prima die, qua
acciperet eam gigneret de ipsa: nõ posset aliquo mo-
do putandus esse filius inde natus pertinere ad Na-
bal, eo quòd erat vltra tempus, in quo nasci deberet
filius,

filius, quẽ gigneret Nabal. Quarto patet idem, & effi- A
cacius, quia non genuit Dauid ex Abigail mox, vt ac-
cepit eam in vxorem, quia prius accepit eam in vxo-
rem, quam Achinoam, vt patet primo Regum 25. Et
tamen prius genuit Achinoam, quam Abigail, quia
primogenitus Dauid fuit Ammon filius Achinoam,
vt patet hic, ergo oportet, quod aliquanto tempore
manserit Abigail in domo Dauid, & nondum gigne-
bat ex ea: Ideo quando postea pareret non posset du-
bitari an esset ille filius Dauid, vel Nabal, quia nullo
modo poterat pertinere ad Nabal.

Dicendum igitur, quòd nihil istorum fuit, sed He-
bræi moti fuerunt ad dicendum ista ex quodam co-
lore nominum, quia vocatus est iste puer Daniel, & B
etiam Zelaad, quorum primum significat iudicium,
& secundum significat quasi pater, & habita ista op-
portunitate nominum commentati sunt fabulã. Iste
est enim modus poetarum: nam ex quibusdam appa-
rentijs repertis in rebus naturalibus habuerũt oppor-
tunitatem ad faciendum fabulas de illis, vt patet de
vrsa maiori, & minori, quę non mergũtur in Oce-
anum. 2. Meta. & de solio sequio. 5. Meta. de rubedine
motorũ quarto Meta, & de nigredine Ethiopum. 5.
Meta, & sic fere de omnibus fabulis. Veritas autem
fuit, quòd iste filius Dauid habuit duo nomina, sicut
multi alij in scriptura habent duo, vel tria nomina, vt
Iacob, & Israel, Esau, Edom, & Seir, Azarias, & Ozias:
Ochozias Ahazias, & Ionatham: nam tria sunt nomi- C
na vnius viri, & tria alterius, & duo vnius, & duo alte-
rius, vt patet de omnibus Gen. 25. & 32. & quarto Re.
8. & 9. & 15. & sequenti lib. 21. & 22. & sic cum iste ha-
beret duo nomina vocatur aliquando Daniel, & ali-
quando Zelaab.

Tertium Absalom filium Maacha filiæ
Ptolomai regis Iessur: Quartum Adoniam
filium Agith: quintum Saphatiam ex Abi-
thal: sextum Ietraham de Egla vxore sua. Sex
ergo nati sunt ei in Hebron, vbi regnauit se- D
ptem annis, & sex mensibus. Triginta autẽ,
& tribus annis regnauit in Ierusalem.

Tertium Absalom. Iste fuit pulcherrimus virorum in
quo nõ reperta est aliqua deformitas a vertice vsque
ad plantam pedis. 2. Regum 14. Iste occidit fratrem
suum primogenitum Dauid. 2. Regum 14. ipse etiam
cogitauit expellere patrem suum de regno, & occi-
dere ipsum, & fecit coniurationem magnam contra
ipsum, fugauitque de terra, & postea cognouit vxorẽ
patris ad magis infamãdum eum. 2. Regum 15. & 16.
postea inito bello pendens in ligno a Ioab lanceis per-
fossus occubuit, & sepultus est in deserto. 2. Regũ. 18.

Filium Maacha filiæ Ptolomai regis Gessur. Ista fuit filia E
Ptolomai: erat enim Ptolomai gentilis, & accepit Da-
uid filiam illius in vxorem dum regnaret super Iudã:
de isto rege Gessur quomodo Dauid accepit filiam il-
lius, cum ipse esset gentilis, & an esset Chananęus, de-
claratũ est satis. 2. Regum 3. De regno Gessur vbi erat,
& quomodo illę gentes non fuerunt deletę ab Israe-
litis etiam declaratum est e.c. Ista Maacha non fuit il-
la, de qua habetur sequenti lib. c. 11. nam illa fuit Ro-
boam filii Salomonis, & dicitur, quòd fuit filia Absa-
lom, & ex illa natus est Abias rex e.c. alia fuit Maacha
vxor Abię, & mater Asa regis, quę erat princeps in sa-
crificijs Priapi, quam ipse Asa amouit ab ipso princi-
patu. 2. Regum 15. alia fuit Maacha concubina Caleb
filij Hesron, de qua habetur c. pręcedẽti, & ista de qua
hic differt ab omnibus. *Quartum Adoniam.* Iste Ado-
nias fuit pulcher nimis, sicut Absalõ licet non ę qua-
liter, & dilexit eum nimis Dauid, & ob hoc, quam quã
aliquas insolentias faceret, non castigabat illum saltẽ
verbo, tenerrime enim diligebat, & intãtum processit
superbia eius, quòd viuente Dauid, & ignorante, ipse
fecit se vngi publicè in regem. 3. Regum primo. Po-
stea autem mortuo Dauid, & regnãte Salomone vo-
luit per quasdam cautelas regnum auferre Salomo-
ni, & ob hoc occidit eum Salomon. 3. Regum 2. *Filiũ*
Agith. Ista Agith erat Iudea, sed de qua stirpe esset
non legitur, nec aliquid de ea plus reperitur.

Quintum Sephatiam. Iste fuit quintus filius natus in
Hebron, de quo nihil in historijs sacrę Scripturę legi-
tur, quia non pertinuit ad eum regnum, nec etiam ip-
se aliquid laude, & memoria dignum egit.

Ex Abithal. Mulier Hebrea erat ista, sed non con-
stat de quo genere: nulla enim istarum fuit filia regis,
nisi Maacha, quę erat gentilis, & Egla, vt quidam pu-
tant, quæ fuit Michol filia Saulis: cæterę autem fuerũt
de filiabus subditorum suorum de tribu Iuda.

Sextum Ietraham. De isto etiam nõ legitur aliquid,
quod fecerit, quia erat de filijs Dauid minoribus: ipse
enim fuit vltimus eorum, qui nati sunt in Hebron, &
forte nihil memorabile egit. *De Egla vxore sua.* Ista
Egla vocatur specialiter vxor Dauid, quamquam oẽs
alię essent vxores eius, & dicunt Hebręi, & Glo. ord. &
Nicolaus secundũ eos, quòd ista Egla fuerit Michol,
& vocatur sola vxor Dauid specialiter, quia eam ha-
buerit vxorem in iuuẽtute sua, ipsam enim ante om-
nes accepit, & etiam dilexit eam nimis, primo Regũ
18. & ipsa dilexit nimis Dauid, qa liberauit eũ a mor-
te, primo Regum 19. Et dicunt, quòd vocatur Egla,
ideſt vitula, quia in iuuentute eam habuit, & erat la-
sciuiens, vel erat indomita, & superba: nam despexit
Dauid, qñ vidit eum saltantem coram arca domini. 2.
Regum 6. de hoc tamen an fuerit ista Michol, vel ali-
qua alia declaratum est in quadam quęstione. 2. Re. 3.

Sex ergo nati sunt ei in Hebron. Scilicet isti sex filij su-
pra dicti nati sunt Dauid in Hebron antequam regna-
ret super totum Israel.

Vbi regnauit septem annis, & mensibus sex. Istud fuit tẽ-
pus, quo regnauit Dauid in Hebron: nam mox post
mortem Saulis redijt Dauid de terra Philisthinorum,
& ascendit in Hebron vrbem Iudę: ibique vnctus est
in regem a sola tribu Iuda. Abner autem princeps mi-
litię Saulis constituit in regem Isboseth filium Saulis
super vndecim tribus, 2. Regum 2. & extũc cępit ma-
gnum bellum inter domum Dauid, & domum Sau-
lis e.c. postea autem cum Abner iratus esset contra
Isboseth conatus fuit reducere totum regnum Israel
ad Dauid. 2. Regum 3. & tamen tũc dolose a Ioab occi-
sus est: nõ post multum autem duo principes latro-
num occiderunt Isboseth regem Israel iacentem in
strato suo in meridie, & attulerunt caput eius ad Da-
uid. 2. Regum 4. Post hęc autem cum Israelitę vide-
rent se non habere regem, & insuper, quòd vnctus
fuerat Dauid a Deo in regem, venerunt ad eum om-
nes tribus Israel in Hebron, & vnxerunt eum in regẽ.
2. Regum 5. In his autem omnibus fluxerunt anni se-
ptem, & dimidius quibus Dauid dicitur regnasse in
Hebron, quia ibi erat sedes regni eius.

Triginta autem & tribus annis regnauit in Ierusalem. Post-
quam vnctus est in toro Israel in regem, cępit habere
sedem regni in Ierusalem. Et ibi etiam omnes po-
steri sui habuerunt sedem, & ibi sepulti fuerunt: nam
Dauid fecerat ibi sepulchra regum honorabilia, ideo
de quolibet rege Iuda dicitur, quòd sepultus est in ci-
uitate Dauid, vt patet ex dicturis tertij, & quarti Re-
gum, & totius sequẽtis libri: in Ierusalem ergo regna-

uit

uit postea semper Dauid, & fuerunt trigintatres anni regni eius ibi, & tota vita sua fuit annorum septuaginta: nam triginta annorum erat, quando factus est rex in Hebron, & regnauit in Hebron, & Ierusalem simul annis quadraginta. 2. Regum 5. & 3. Regum 2.

Quare tota summa annorum regni Dauid, nec hic, & nec alibi ponitur. Quæst. III.

QVAERITVR quare, quando ponitur summa annorum regni Dauid non ponuntur, nisi quadraginta anni, vt patet 2. Regum 5. & 3. Regum 2. cum tamē fuerint anni quadraginta, & dimidius, quia septem annis, & sex mensibus regnauit in Hebron, & in Ierusalem triginta tribus, vt patet hic.

Respondet ad hoc Glo. ord. & etiam histo. Scho. q̄ hoc potuit esse propter vnum de duobus. Primū est, quia in istis sex mensibus Dauid ęgrotauit, & nihil dignum rege egit. Secundum est, quia forte in istis sex mensibus fugatus est Dauid a facie Absalonis, & sic videtur in eis non regnasse, ideo subtrahuntur de regno.

Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia dato, quòd fugaretur Dauid a facie Absalonis, vel esset ęger, ita vt nihil dignum rege ageret: non erat subtrahendum aliquod tempus de regno suo, quia isto modo cum multi reges fuerint, qui in tota vita sua, vel in maiori parte vitę nihil dignum regibus egerunt, deberet subticeri totum tempus eorum velut maior pars, & tamen nihil subticetur.

Item patet, quia si propter hoc subticerentur sex menses de regno eius, nullo modo exprimerentur in aliquo loco scripturę eadem ratione, & tñ isti sex mēses exprimuntur. 2. Regum 5. & etiam hic: ergo nō est ista causa, quare in summa totali annorum subticentur illi sex menses.

Sed dicendum est, quòd in magnis numeris scriptura non curat de modico, & quia sex menses non faciūt annum perfectum, cum regnauerit Dauid quadraginta annis, & sex mensibus, non curat scriptura ponere in totali summa, nisi quadraginta annos, & tamē in summis particularibus ponit illos, scilicet quādo ponitur tempus, quo regnauit in Hebron. 2. Regum 5. & hic.

Porro in Ierusalem nati sunt ei filij Simmaa, & Sobab, & Nathan, & Salomon quatuor de Bethsabee filia Ammiel.

Porro in Ierusalem nati sunt ei filij. Hic ponuntur filij, quos habuit Dauid in Ierusalem postquam fuit rex totius Israel. Et sciendum, quòd omnes illi, qui ponūtur hic, & geniti fuerunt in Hebron, habentur 2. Regum 3. Et qui ponuntur hic, & geniti fuerunt in Ierusalem habentur. 2. Regum 5. *Samaa.* Iste fuit primus de illis quos habuit in Ierusalē, & vocatus est Samaa, sicut frater Dauid tertius præcedenti cap.

Et Sobab. Differt iste a Sobal, de quo dicitur præcedenti capi. *Et Nathan.* Non est iste Nathan propheta, quamquam aliqui volunt narrare dicentes, quòd fuerit ipse, & habent quoddam inductiuum, scilicet quia fuit tempore Dauid, vt patet 2. Regū 7. & 12. sed falsum est, quia Nathan fuit vir ętatis maturę, & forte erat maior ętate, quam Dauid, & patet hoc, quia isti fuerunt filij Dauid, & Bethsabee, vt dicitur in litera, & tamen Nathan propheta venit ad Dauid denuncians ei de regno suo, & de gloria. 2. Regum 7. Et nondum Dauid acceperat Bethsabee in vxorem, nec mortuus erat Vrias, quia de morte eius, & fornicatione Dauid cum Bethsabee habetur. 2. Regum 11. ideo impossibile fuit, quòd Nathā esset filius Dauid, & Bethsabee, patet etiam hoc, quia Eccle. 47. dicitur: Post hęc surrexit Nathan propheta in diebus Dauid. Et tamē si Nathan propheta fuisset filius Dauid, non diceretur, q̄ surrexit in diebus Dauid, sed diceretur magis Nathan filius Dauid surrexit. Item patet, quia non poterat esse Nathan propheta filius Bethsabee, quia nō loquebat ei sicut matri, sed magis, sicut alteri personę non pertinenti adse, vt patet 3. Regum primo. Dicendum ergo, quòd iste Nathan propheta fuit alius ab isto, qa multi vocabantur Nathan tunc, sicut multi vocantur nunc Petrus.

Et Salomon. Iste fuit filius Bethsabee, quem cōcepit post mortem Vrię, cum iam ducta esset in vxorem Dauid: nam alius, qui natus est de fornicatione mortuus fuerat. *Quatuor de Bethsabee filia Ammiel.* Idest quatuor nati sunt de Bethsabee: accepit enim Dauid multas vxores, & concubinas postquam venit in Ierusalē de Hebron, 2. Regum 5. Et vna vxor erat Bethsabee cuius fuerunt isti filij quatuor.

An verum sit, quod Dauid habuerit istos quatuor filios de Bethsabee. Quæst. IIII.

QVAERITVR qūo Dauid genuit istos quatuor filios de Bethsabee: nā videtur, quòd non poterat habere eos, quia Salomō fuit vnigenitus ex Bethsabee, vt patet Prouer. 4. cum ipse Salomon dicit: Nam, & ego filius fui patris mei tenellus, & vnigenitus coram matre mea.

Ad hoc respondeti potest dupliciter, vno modo, q̄ isti tres non fuerunt filij Dauid, & Bethsabee, sed solus Salomon: fuerunt tamen filij Bethsabee ex Vria viro suo, & mortuo illo adoptauit eos Dauid in filios suos, & computantur hic inter suos.

Alio modo potest dici, quòd omnes isti fuerunt filij Dauid, & Bethsabee, & quādo dicit Salomō, quòd ipse fuit vnigenitus coram matre sua: potest intelligi, quòd ita diligebat, sicut vnigenitus, quod apparet ex familiari collocutione, quam habebat ad ipsum, non quod esset ipse vnigenitus cum habuisset alios fratres ex matre. Vterque modus istorū est satis conueniens, sed primus eorum est, quem tenet Nicolaus, & Hebræi, & iste videtur rationabilior. Primo quia si habuisset Dauid multos filios ex Bethsabee fuisset primus illorum Salomon, scilicet de viuentibus, & sic deberet poni primus inter quatuor filios Bethsabee: tum propter dignitatem regalem, quam ipse habuit, & nō aliquis fratrū suorum: tum quia ipse esset prior natiuitate, & hic obseruatur prioritas in natiuitate, vt patet ex illis sex filijs Dauid suprapositis, qui nati sunt in Hebron: nam ponuntur secundum ordinem natiuitatis, & tamē ipse ponitur vltimus inter filios Bethsabee, ergo non fuerunt illi geniti a Dauid ex Bethsabee. Secundo patet, quia positio secunda non conuenit sacrę Scripturę cum dicat se Salomon vnigenitū. Et modus assignandi, quomodo ille fuerit vnigenitus, non est satis literalis, sed aliqualiter appropriatus. Tertio patet, quia satis verisimile est, quòd cum Dauid offendisset nimis Vriam, qui erat vir valde bonus, & fidelis Dauid, & offendisset eum iniustissime, & postea doleret de peccato isto, quòd filius eius adoptaret ad benefaciendum sibi, specialiter, vt in hoc aliquo modo satisfaceret pro iniuria maxima, quā intulerat Vrię patri eorum occidendo ipsum iniustè, & cognoscendo vxorem eius. Non poterat autem Dauid illis satisfacere, quam quod eos in filios adoptaret eis, sicut filijs. Quarto patet hoc ex speciali amore, quem

quē habebat Dauid ad Bethsabee: verisimile est enim, q̄ propter eā benefaceret filijs suis adoptando eos sibi. Considerandum vlterius, quòd inter istos quatuor filios Bethsabee nō computatur ille qui genitus est ex adulterio, & mortuus est cito 2. Reg. 12. Ratio huius est, quia ille non peruenit ad octauum diem, & ideo cum parū post egressum de vtero mortuus fuerit iudicatur tamquam nunqam fuerit, & ista iura ponunt illos, & similes tamquam nunquam fuissent: sic patet extra de verbo. signific. Nam, & ego. Et sic etiā Salomon dixit se vnigenitum coram matre sua, tamquam nullus præcessisset eum ex eadem matre, nec secutus fuisset, & tamen præcesserat eum ille paruulus: ideo non computatur ille, sed habetur tamquam nunquā fuerit. Alia Ratio est, quia ille paruulus non peruenit ad octauum diem, in quo circuncidebantur paruuli Hebræorum, & non circuncisus est: ideo non habebat nomen in populo Dei, quia nūquam fuerat unus de populo Dei, cum circuncisio esset signaculum distinguens fideles ab infidelibus: sicut nunc, qui non baptizatus moritur, non habetur tamquam filius, nec fit ei portio in hæreditate patris quamquàm sit posthumus, & aliàs mater deberet ei succedere, si baptizatus esset: & tunc moreretur: ideo nunquam ille paruulus fuit computatus inter filios Dauid, & ideo inter istos quatuor non ponitur: sed vnus eorum, scilicet Salomō est filius Dauid, & Bethsabee. alij tres fuerunt filij Bethsabee, & Vriæ adoptati à Dauid.

An verum sit, quòd Bethsabee fuerit filia Amihel. Quæst. V.

QVAERITVR Vlterius quomodo dicit hic, quòd Bethsabee erat filia Amihel: nam primo Reg. 11. dicitur, quòd erat filia Eliab.

Respondendum vno modo, quòd pater Bethsabee erat binomius: nā vocabatur Eliab, & Amihel, & ideo aliquando ponitur unum nomen, & aliquando aliud: sic enim patet in multis: nam Ochozias, Aazias, & Ioatham nomen eiusdem viri sunt, & vocatur aliquando uno nomine, & aliquando alio. 4. Reg. 8. & 9. & sequenti lib. 21. & 22. & sic de multis alijs habentibus plura nomina: sic fuit iste pater Bethsabee. Aliter potest dici, quòd nomen patris Bethsabee vnicum erat, scilicet, Amihel aui Eliab, & tamē aliquando ponitur nomen patris eius, & aliquando aui, & vnus illorum vocabatur Amihel, & alius Eliab, & sic videtur esse occasio errandi: simile patet 4. Reg. 8. Nam ibi dicitur de Athalia, quòd erat filia Achab Regis Israel, & iterum dicitur ibidem, quòd erat filia Amri regis Israel: & tamen Amri erat pater Achab, 3. Reg. 16. Et sic vocatur eadem filia patris, & aui: ita hic vocabitur Bethsabee aliquando filia patris Sin, & aliquando aui: primus tamen modus verisimilior est. De Bethsabee autem an peccauerit quando cognita est a Dauid, & an peccauerit ipsa magis quàm Dauid vel è contrario, & an peccauit se lauando in solario, & multa alia dubia circa ipsam declarata sunt, secundo Reg. 10.

Iebaar quoque, & Helisama, & Eliphalet, & Noge, & Nepheg, & Iaphia, necnon Helisama, & Eliada, & Eliphelet nouē. Omnes hi filij Dauid absque filijs concubinarū, habueruntque sororem Thamar.

Iebaar quoque. Hic ponuntur filij alij geniti a Dauid in Ierusalem ex alijs vxoribus. Est considerandum, q̄ Dauid habuit filios ex vxoribus, & ex concubinis: & tamen filij concubinarum non nominantur hic, sed solum filij vxorum, vt patet infra. Accepit enim Dauid multas vxores in Ierusalem. 2. Reg. 5. Primus autem istorum filiorum erat Iebaal, de quo nihil legi in aliquo libro sacrę Scripturę, quia isti erāt quasi ignoti inter reliquos filios Dauid. *Et Helisama.* Alius Helisama fuit filius Icamię precedenti capitulo, sed differt ab isto, quia ille nō pertinebat ad progeniem Dauid. *Et Eliphelet, & Noge, & Nepheg, & Iaphia.* Isti sunt incogniti, quia de eis non fit mentio in Scriptura, licet etiam sub istis nominibus exprimantur. 2. Reg. 5. erāt etiam isti minoris dignitatis inter reliquos filios Dauid: ideo quamquàm ponantur nomina matrum eorum, qui nati sunt in Hebron, vt patet hic: & 2. Reg. 3. non ponuntur hic nec alicubi nomina matrum istorum. *Nec non est Helisama.* Iste est alius Helisama, & sic erant duo Helisama filij Dauid, & fortè, quia erant ex duabus vxoribus, & hoc raro reperitur, quòd vnus homo habeat duos filios eiusdem nominis, quia fere est contra omnem consuetudinem. *Et Eliada, & Eliphelet nouem.* Idest omnes isti filij Dauid quorum non ponuntur nomina matrum sunt nouem. Alij autem sunt decem, scilicet, sex nati in Hebron, quorum ponuntur sex matres, & quatuor nati de Berh sabee: & sic sunt decem, & nouem filij Dauid nati ex vxoribus, preter natos ex concubinis, quorum non ponuntur nomina nec numerus. Sciendum autem, quòd istorum hic positorum ponuntur nomina. 2. Reg. 15. Et tamen quorundam mutantur nomina quantum ad aliquid: nam hic ponuntur duo filij Dauid qui vocantur Helisama: & tamen 2. Reg. 5. vocatur primus eorum Elisua, & secundus eorum vocatur Helisama. Etiam ille, qui vocatur hic Napheg vocatur ibi Nepheg. Sciendum etiam quòd ibi subticentur duo, qui ponuntur hic: nam ibi ponitur vnicus Eliphalet, & hic duo, & hic ponitur Noge, & ibi non. *Omnes hi filij Dauid absque filijs concubinarum.* Scilicet omnes decem, & nouem supra nominati fuerunt filij Dauid ex vxoribus eius, & isti fuerunt prēter filios concubinarum: nam filij concubinarum multi erant, & tamen non nominantur. *Habuerunt sororem Thamar.* Idest omnes isti habuerunt Thamar in sororem, quia fuit soror ipsorum ex parte patris, & fuit soror Absalonis solius ex parte matris: nam erat filia Maacha vxoris Dauid, quæ etiam erat mater Absalonis, & erat filia regis Gessur: & quamquàm omnes isti essent filij Dauid, non computatur generatio per aliquem eorum, nisi per Salomonem, & lineę omnium aliorum omittunt, quia nō pertinent ad intentionē Scripturæ.

Quare Scriptura non expresit hic nomina filiorum natorum ex concubinis. Quæst. VI.

QVAERITVR Quare non expressit hic Scriptura nomina, vel numerum filiorum natorū ex concubinis.

Respondendum, quòd sunt ad hoc duæ causæ. Prima est, quia Scriptura non intendit hic enarrare progeniem alicuius ipsorum. Causa autem principalis, quare nominantur hic aliqui est, quia Scriptura intendit enarrare aliquas progenies eorum, & quia nullius de filijs concubinarū Dauid intendit Scriptura enarrare pgeniē, nullius eorū ponit hic nomē. Secunda causa est pp dignitatem, nam in enarratione progenierum, & expressione nominum attenditur dignitas, & ob hoc in regibus Iudas semper exprimūtur nomina matrum, & in regibus Israel nunquam expri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

exprimuntur nomina matrum: vt patet ex processu tertij, & quarti regum. Et Ratio huius fuit, quia reges Iuda semper sunt maioris dignitatis in Scriptura vt declaratū est. 4. Reg. 15. Et apparet hic etiā istud, quia quando aliqui sunt digniores, tanto fit maior mentio de istis, & exprimuntur plura pertinentia ad eos, & quia filij sex Dauid, qui nati sunt in Hebron erant digniores cæteris filijs Dauid p̄ter Salomonē, fuerunt posita nomina illorum, & nomina matrum suarum. Illorum autem, qui nati sunt in Ierusalem ex vxoribus ponuntur nomina: & tamen non ponunt nomina matrum suarum: p̄terquā in Salomone, & in fratribus suis tribus, quorum nomen matris ponitur propter dignitatē Salomonis. Sicut autem nouē nati in Ierusalem fuerunt aliquantulum minoris dignitatis quā sex nati in Hebron, & ob hoc ponūtur nomina matrum illorum, & non istorū: ita filij Dauid ex cōcubinis fuerunt etiā minoris dignitatis quā nouem nati in Ierusalē, & ob hoc debuit minor de eis fieri mentio quam de illis, non potuit autem hoc esse nisi, quòd tacerentur nomina filiorum concubinarū quia alias essent æquales nouem, natis in Ierusalem, ideo fuerunt tacita nomina istorum. Facta est tamen mentio, quòd Dauid habuisset aliquos filios ex concubinis, ne putaretur nullos habuisse: Multa autem dubia sunt circa hoc, scilicet an Dauid peccauit habendo concubinas: & an istæ fuerunt concubinæ, vel vxores minus principales, & cum Dauid haberet iam sex uxores, quas acceperat in Hebron, ad quid voluit accipere plures quando regnauit in Ierusalem, & dato, quòd vellet accipere plures quare nō faciebat, quòd essent omnes vxores, quia faciebat, quòd quædam essent vxores, & quædam concubinæ, & an Thamar, de qua hic dicitur fuerit filia Dauid, vel solum fuerit filia Maacha filię regis Giessur, quā habuit ante quam copularetur Dauid in matrimonium, & si Thamar erat filia Dauid, quomodo dicebat ipsa, quòd Dauid daret eam in vxorem Ammon primogenito suo, & multa alia similia dubia, de quibus omnibus declaratum est secundo Reg. 5. & 13. cap.

Filius autem Salomonis Roboam: cuius Abia filius genuit Asa. De hoc quoque natus est Iosaphat pater Ioram, qui Ioram genuit Ochoziam, ex quo ortus est Ioas, & huius Amasias filius genuit Azariam. Porro Azarię filius Ioathan procreauit Achaz patrem Ezechiæ, de quo natus es Manasses, sed & Manasses genuit Amon patrem Iosię. Filij autem Iosiæ fuerunt primogenitus Iohannam, secūdus Ioacim, tertius Sedecias, quartus Sellum.

Filius autem. Hic ponitur secundum, scilicet, progeniei Dauid continuatio a Salomone vsque ad Babylonis transmigrationem: & dicitur. *Filius autem Salomonis Roboam.* Non legitur habuisse alium filium nisi istum quamquàm habuerit vxores plurimas, scilicet, septingentas quasi Reginas, & trecentas concubinas 3. Reg. 11. Vxor autem Salomonis, ex qua genuit Roboam fuit Naama de terra Ammonitarum. 3. Reg. 18. legitur tamē habuisse Salomon filias duas. Vna vocabatur Thapher, & data fuit in vxorem vni de duodecim præpositis eius, qui vocabatur Benabinadab 3. Reg. 4. alia vocabatur Basemath, quæ data fuit in vxorem alteri de duodecim præpositis, qui vocabatur Athimaas eodem capitu. tempore istius Roboam fuit diuisum regnum vnicum in regnum Iuda, & Israel. 3. Reg. 12. Iste Roboam habuit vxores decem, & octo, & concubinas sexaginta, & genuit filios viginti octo, & filios sexaginta sequenti libri cap. 11. Omnia autem gesta Salomonis habentur 3. Reg. à principio vsque ad duodecimum capitulum, & sequenti libro à principio vsque ad vndecimum capitulum. Gesta autem Roboam habentur 3. Reg. a capit. 12. vsque ad 14. & sequenti libro cap. 11. & 12. *Cuius filius Abiam.* Scilicet Roboam genuit Abiam. Iste regnauit pauco tempore, scilicet, tribus annis. 3. Re. 15. & pater suus Roboam decem, & septem annis. 2. Reg. 14. & Salomon auus suus quadraginta annis. 3. Reg. 11. Fuit autem Abia vir bellicosus, & habuit bellum admirandum cum Ieroboam rege Israel, in quo perierunt quingenta milia virorum ex parte Ieroboam sequenti libro. capitu. decimotertio.

Genuit Asa. Scilicet Abia genuit Asa, scilicet, iste fuit bonus Rex Zelator cultus Dei in principio regni sui, & ferè semper abstulit de terra idola, & abominationes, quas fecerant patres sui Reges Iuda, & amouit matrem suam Maacham, ne esset princeps in sacrificijs Priapi 3. Reg. 15. ipse autem confirmauit pactū cum toto Iuda, & multis viris Israel, vt sequerentur Dominum, & fecerunt solennitatem magnam sequenti libro cap. 15. Habuit etiam magnum bellum contra Aethiopes eodem libro capitu. 14. Et tamen circa finem vitę peccauit, quia non sperauit in Domino, sed in rege Syrię, & posuit in carcere Prophetam Annani increpantem se, ideo iratus Dominus percussit eum dolore pedum podagram patiens mortuus est eodem libro capitu. 16. regnauit autem annis quadragintauno 3. Reg. 15. Gesta autem habentur 3. Reg. 15. & sequenti libro capitu. 14. & 15. & 19.

De hoc quoque natus est Iosaphat. Iste fuit rex valde bonus, & regnauit annis vigintiquinque. 3. Reg. vlti. nec habuit aliquid reprehensibile, nisi quia auxilium præbuit Acab regi Israel eundo cum eo ad bellum in Ramoth Galaad, & Deus voluit eum tunc occidere, sed propter multa opera bona quę fecit, non occidit eum. Sequenti libro. capitu. decimonono. Reprehenditur etiā, quia voluit, quòd naues suæ irent in Ophir pro auro cū nauibus Ochoze regis Israel: ideo Deus confregit eas in Asiongaber eodem libro, capitu. 20. Fuit autem bellum mirabile tempore huius contra filios Aman, & Moab, & Idumeos, in quo ipsi se occiderunt, Deo agente, & Iudæis non pugnātibus, eodem capitu. Gesta autem huius tanguntur 3. Regum vlti. & habentur plenè sequenti libro capitu. 17. & 18. & 19. & 20.

Pater Ioram. Scilicet, Iosaphat fuit pater Ioram: iste Ioram habuit Athaliam filiam Acab regis Israel in vxorem, quæ induxit eum ad omnia mala. 4. Reg. 8. & sequenti libro capitu. vigesimoprimo. Fuit autem Rex pessimus: regnauitque annis octo, ipse multiplicauit idolatriam, & tempore suo Idumæi, qui subiecti erant regibus Israel cessauerunt soluere tributum, & constituerunt super se Reges: occidit autem iste oēs fratres suos, & multos de principibus Iuda: Deus autem misit contra eum latrones Arabum, & Aethiopum, qui occiderunt omnes filios eius præter minimum, & ipse morbo insanabili percussus a Deo turpiter interijt: nec populus exhibuit ei honorem, quem exhibebat in funeribus aliorum regum. De his quarto Regum 8. & sequenti libro, capitulo vigesimoprimo.

Qui Ioram genuit Ochoziam. Iste fuit filius Ioram, & Athalię filię Acab, & erat minimus omnū fratrum, vnde cùm occiderentur cęteri, iste vnicus euasit, & vocabatur iste tribus nominibus, scilicet, Ochozias. 4. Reg. 8. vel Achazias. eodem lib. ca. 9. vel Ioatham: sequenti lib. cap. 21. & 22. Iste regnauit anno vno, & occisus est a Iheu simul cum Ioram rege Israel in vrbe Iezrael. 4. Reg. 9. *Ex quo ortus est Ioas.* Ochozias rex multos filios genuit, sed cùm Athalia mater eius sciret mortuum illū, conata est occidere omnes nepotes suos filios Ochozię, vt ipsa sola regnaret, & occidit omnes præter Ioas, quem abscondit Iosaba filia regis Ioram, cum esset vnius anni, & mansit absconditus in templo Domini annis sex, & in fine eorum eductus est publicè. & vnctus est in regem, occisaque fuit Athalia. 4. Reg. 11. Regnauit autem annis quadraginta, & fuit bonus quandiu docuit eum Ioiada summus Sacerdos: ipse enim fecit sartarecta templi, & collectionem pecuniæ. 4. Reg. 12. Sed mortuo Iaiada fuit malus, & lapidauit, Zachariam prophetam filium Ioiadę, & fratres eius sequenti libro, cap. vigesimoquarto. Gesta autem huius habentur. quarto Regum 11. & 12. & sequenti libro, cap. vigesimosecundo, & vigesimotertio, & vigesimoquarto.

Et huius Anasias. Scilicet, huius Ioas fuit filius Amasias, & iste erat vigintiquinque annorum, quando cepit regnare, & regnauit annis vigintinouem: habuit autem bellum contra Idumęos, & prœualuit, deosque eorum in bello captos adorauit, & superbia elatus petiuit pugnam cum Ioas rege Israel, & captus est ab eo viuens & ignominiosè ductus in Ierusalem, & postea vero a seruis suis in Lachis occisus est. quarto Regum 14 & sequenti lib. 25.

Genuit Azariam. Scilicet, Amasias genuit Azariā. Iste vocatur aliquando Azarias, & aliquando Ozias. quarto Reg. 15. iste regnauit quinquaginta duobus annis, & fuit rex bonus, & potens in bellis, & famosus, & diues, & ædificator vrbium, sed quia conatus est offerre Thymiama coram Domino, sicut Sacerdos, percussus est lepra in fronte: & mansit leprosus vsque ad mortem. Gesta huius habentur quarto Regum 15. & sequenti lib. cap. 26.

Porro Azariæ filius Ioatham. Scilicet, Azarias genuit Ioatham: iste fuit bonus rex imitator patris incipiens regnare, cùm esset vigintiquinque annorum: regnauit annis decem, & sex. Gesta huius habentur. 4. Reg. 15. & sequenti lib. cap. 27.

Procreauit Achas. Iste cepit regnare cum esset annorum viginti, & regnauit annis decem, & sex, nec habuit aliquid memoria dignum, nisi quòd fecit omnia mala idolatrię, qualia nullus adhuc de regibus Iuda fecerat: tempore autem eius viri de regno Iuda passi sunt mala multa ab Israelitis, & Assyrijs. De his omnibus quarto Regum 26. & sequenti libro, capit. vigesimooctauo.

Patrem Ezechiæ. Iste fuit optimus Rex: nam ante eum nullus fuit talis Rex p̄ter Dauid: sic dicitur quarto Regum 18. Ipse abstulit omnem idolatriam, & etiam excelsa, quæ nullus rex ante eum abstulerat. eodem cap. contra hunc venit Senacherib rex Assyriorum, & percussus est ab Angelo exercitus eius. quarto Regum 19. Tempore huius miraculosè retrocessit Sol per decem lineas. quarto Regum 20. Iste reparauit cultum Domini perditum sequenti libro, capit. 29 Gesta huius habentur quarto Regum 18. & 19. & 20. & sequenti libro, capitu. 29. & 30. & 31. & 32.

De quo natus est Manasses. Iste fuit rex pessimus, nullus enim in regibus Iuda ante eū, nec post eum fuit tam malus in idolatria, & in occisione prophetarū. Nam dr repleuisse Ierusalem sanguine vsque ad os. Regnauit autem annis quinquagintaquinq;, & erat annorum duodecim quando cepit regnare: Gesta huius habentur 4. Reg. 21. & sequenti libro, cap. 33.

Sed, & Manasses genuit Amon. Iste Amon fuit rex valde malus imitator patris, quāquàm nō fuit æqualis in malitia. Erat autē annorum vigintiduorum quando cepit regnare, & duobus annis tantum regnauit: nam occisus fuit a seruis suis, gesta huius habentur. 4. Reg. 21. & sequenti lib. cap. 33. *Patrem Iosiæ.* Iste Iosias fuit rex optimus: non enim fuit ei aliquis rex æqualis inter omnes reges Iuda ante, nec post nisi Dauid 4. Reg. 23. Nam ipse melior fuit quam Ezechias, vt probatum est ibidem. Tempore huius inuētus est liber legis in domo Domini, & ipse fecit restaurationem sartarectorum templi. 4. Reg. 22. ipse etiam diligenter abstulit omnem idolatram de terra occidendo Sacerdotes idolorum super altaria, & cremando ossa eorū ibi, & extumulando mortuos. & cremādo ossa eorum super altaria: Regnauit autem annis trigintauno, cepitque regnare, cū esset octo annorū, & à Pharaone rege Aegypti in Magedo sagitta percussus occubuit. 4 Reg. 23. Gesta huius habentur. 4. Reg. 22. & 23. & sequenti lib. 34 & 35. *Filij autem Iosiæ fuerunt primogenitus Iohanan, secundus Ioatham, tertius Sedecias, quartus Sellum.* Ponuntur hic quatuor filij Sedecię, licet in libris Regum non inueniantur nisi tres, & ponitur ordo natiuitatis eorum.

Quare ponuntur hic quatuor filij Iosiæ.
Quæst. VII.

QVAERITVR Quare Scriptura posuit hic quatuor filios Iosiæ, cum in omnibus præcedentibus regibus de stirpe Dauid nunquā posuerit nisi vnicum filium, vt patet in litera. Aliquis dicet, quòd alij reges præcedentes non gignebant plures filios, sed vnicum quilibet. Ideo nō poterat poni nisi unicus pro quolibet, & tamen genuit Iosias multos, ideo positi fuerūt quatuor, & hoc videtur innui Matth. primo. Vbi ponitur genealogia Christi: nam ponūtur ibi omnes isti reges, quia de stirpe eorum venit Christus, & cuiusliber eorum ponit vnicus filius. De Iosia autem dicitur: Iosias autem genuit Ieconiam, & fratres eius. Dicendum tamē, quod hoc falsum est, quia multi istorum regum erant, qui habebant plures filios: Patet enim de Roboam: nam ipse habuit viginti octo filios, & sexaginta filias, sequē ti lib. cap. 11 Abia autem habuit filios viginti, & decem, & sex filias. eod. lib. cap. 13. Iosaphat quoque habuit multos filios, quos omnes occidit Ioram frater eorum eod. lib. cap. 21. & ipse Ioram multos filios habuit, & omnes occisi sunt a latronibus Arabum, & Aethiopum. eod. capitu. idem patet de Ochozia filio eius, qui multos habuit, & occisi sunt ab Athalia eo. lib. cap. 22. immo pauci erant de regibus, qui non haberent plures filios.

Cùm autem dicitur, quòd Matth. 1. dicitur specialiter de Iosia, quòd genuit Ieconiam, & fratres eius, quia multos filios habuit. Dicendum, quòd non fuit propter hoc, sed propter aliam causam: sic etiam dicitur ibi de Iacob, quòd Iacob genuit Iudam, & fratres eius, & tamen non solum Iacob genuit multos: sed etiam Abraham genuit multos, vt patet supra primo. & etiam Isaac genuit duos: & tamen non dicitur in genealogia Christi Abraham genuit Isaac, & fratres eius, sic vt dicitur Iacob genuit Iudam, & fratres eius.

Dicendum igitur q̄ fuit hoc propter duo: primò, quia Scriptura computat hic lineā Dauid solum per reges, ideo ponit Scriptura illos filios Dauid, q̄ reges fuerunt: Patet hoc, q̄a Dauid habuit decē, & nouē filios

lios præter filios concubinarum, & tamen non computatur linea per aliquem illorum, nisi per Salomonem, eo quòd a nullo aliorũ deriuati sunt aliqui reges, nisi a Salomone, ita quilibet de filiis Salomonis, licet habuerit multos filios non nominauit scriptura omnes illos, sed solum illos, qui regnabant, siue maiores, siue minores essent, nullus tamen regum Iuda habuit plures filios, qui regnarent, sed vnicum, ideo cuilibet nominatur vnicus filius, Iosias autem habuit multos filios, qui regnauerunt successiue, ideo nominauit scriptura multos filios eius, & ista est causa potissima. Sic etiam Matth. primo, cum vnicus eorum necessarius sit ad lineam Christi, nominantur tamen multi, quia dicitur, quòd genuit Ieconiam, & fratres eius, & hoc propter dignitatem regalem. Sic etiã de filiis Iacob dicitur, quòd Iacob genuit Iudam, & fratres eius: solus enim Iudas necessarius erat ad lineã Christi, & tamen fecit Matthæus mentionem de aliis propter dignitatem, quia non sunt in toto veteri testamento aliqui tantę dignitatis, nec de quibus tanta mẽtio fiat, sicut duodecim filii Iacob, qui fuerunt capita duodecim tribuum Israel. Secunda ratio fuit, quia forte intẽdebat Esdras hic, vel in libro suo facere mẽtionem aliquam de posteris filiorum Iosiæ post captiuitatem Babylonis, & non de posteris filiorum aliorũ regũ, ideo nominauit multos filios Iosię, & singulorum aliorum nominauit vnicum. Prima tamen ratio melior est.

An verum sit quatuor fuisse filios Iosiæ.
Quæst. VIII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, ꝙ fuerunt quatuor filii Iosiæ, quia 4. Reg. 23. & 24. solum ponuntur tres filii, & illi nominantur regnasse.

Respondendum est, quòd ad hoc sunt multę positiones.

Quidam enim dicunt, ꝙ filii Iosiæ fuerunt tres solũ, sicut habetur in libris Regum, s. Ioachaz, Ioachin, & Sedecias, & tamen hic ponuntur quatuor, quia Sedecias, & Sellum, qui ponuntur esse hic duo filii, fuerunt vnus filius, ista est positio Rabbi Salomon. & dicitur, quòd Sedecias vocatur Sellum, quod interpretatur consummatio, eo ꝙ in illo consummatum est regnum Iudæorum: nam tempore ipsius ducti sunt Iudæi in Babylonem, & postea non fuerunt reges de tribu Iuda, sicut prius, sed quidam principes.

Secunda positio est, ꝙ habuerit Iosias quatuor filios, qui nominantur hic, & tamen, quòd in libris regum non ponuntur, nisi tres, eo quòd illi tres regnauerunt solum. Quartus autem fuit inhabilis ad regnum.

Tertia positio est, quòd fuerint quatuor filii Iosiæ, & tamen primus eorum, qui ponitur hic non ponatur in libro Regũ, eo ꝙ ille mortuus fuerit ante patrẽ suum, & non regnauit.

Quarta positio est, ꝙ Iosias solum habuerit tres filios, sicut habetur in libro Regum, & quilibet eorum regnauerit, & tamen ponuntur hic quatuor, quia cõputatur cum eis vnus nepos Iosiæ, s. secũdus Ioachin, nam primus regnauit vnus de filiis Iosiæ, & deinde alius, postea vero nepos, deinde filius, vt probatum est 4. Reg. 23. & sic vnus istorum erit nepos Iosiæ, & tres erunt filii.

Quinta positio est, quòd fuerunt tres filii Iosiæ, & tamen ponuntur hic quatuor, quia duo nomina de primis istorum competunt primogenito Iosiæ.

Sed dicendum, quòd quælibet istarum positionũ sustinet aliqualia inconuenientia. De prima positione patet.

Nam primum inconueniens est contra illam, quia ponit istos duos primos fuisse filios Iosiæ eo ordine quo fuerunt in libro Regum, s. ꝙ Iohanan sit ille, qui vocatur ibi Ioachaz, & qui regnauit ibi tribus mensibus, & tamen hoc non potest stare, quia hic dicitur, ꝙ primogenitus Iosiæ fuit Iohanan, & tamen ille, qui prius regnauit de filiis Iosiæ, non fuit primogenitus, sed qui secundo regnauit: nam Ioachaz qui prius regnauit erat vigintitrium annorum, quando cępit regnare, & regnauit solum tribus mensibus, & post illos cępit regnare Ioachin frater eius, & tamen Ioachin quando cępit regnare, erat annorũ vigintiquinque, de vtroque patet quarto Regum vigesimotertio, ergo qui secundo regnauit, s. Ioachin erat primogenitus.

Secundum inconueniens est, quia nõ ponitur hic nomen illius Ioachaz qui prius regnauit, sed dicitur Iohanan, & non apparet, an sit nomen illius.

Tertium inconueniens est, & principalius, quia dicit, quòd Sedecias, & Sellum fuerit idem homo, quia hic contrarium est, cum dicantur fuisse quatuor filii Iosiæ, & exprimuntur nomina illorum sigillatim.

Quidam autem respondent ad primum inconueniens dicentes, ꝙ Ioachaz qui prius regnauit de filiis Iosiæ vocatur primogenitus, non quia primo natus fuerit, sed quia prius regnauit, & in dignitate primogenitus fuit.

Ad tertium inconueniens dicunt, quòd idem filius Iosiæ habet duo nomina, quia consideratur duabus rationibus. Nam vocatur Sedecias, quia nomen eius erat illud, cum Nabuchodonosor sic eum vocauerit. 4. Regum 24. Vocatur autem Sellum, idest cõsummatio, vel finis, quia regnum Hebrẽorum in eo finitum est.

Sed dicendum, quòd prima solutio non stat, quia primogenitus nunquam cõsueuit vocari in sacra Scriptura, nisi ordine natiuitatis, qñ aliquis absolute vocat primogenitus: immo, quod plus est, dato quòd aliqs esset primus secundum carnem, & tamen non haberet iura primogenituræ, sed pertinerent ad alium, vocaretur ipse primogenitus, sic patet de Ruben filio Iacob, qui fuit secundum carnẽ primus inter filios eius, & tamen translata sunt iura primogenituræ ab eo in Ioseph infra quinto capitu. Et tamen ibi nominatur Ruben primogenitus. Potissime autem in libro isto debet obseruari ordo natiuitatum, & temporum, ꝙa est suppletiuus historiarum ad declarandum ea, quæ desunt aliis locis scripturæ, ideo non debet accipi primogenitus pro eo, qui primus regnauerit: nam tunc a fortiori siquis habuisset multos filios, & vnus eorum regnasset, & ceteri non, vocaretur primogenitus ille, qui regnasset. Et tamen falsum est, nam tunc cum de filiis Dauid solus Salomon regnauit, ipse debuisset poni primogenitus, sed non ponitur, quia ante eum ponuntur multi fratres sui.

Secunda solutio non conuenit, scilicet, quòd vnus de filiis Iosiæ habeat duo nomina: nam quòd aliquis habeat plura nomina, siue propter vnam rationem, vel multas, non est inconueniens, cum sępe legamus aliquos habuisse tria, vel quatuor nomina, & non assignantur aliquæ causæ, quare nomina illa habuerint, & tamen etiam si multa nomina habeant, nunquam vocabuntur simul, nisi vno nomine, & tamen hic ponuntur quatuor nomina, ergo sunt quatuor viri.

Secundo patet hoc, & efficacius, quia dato, quòd vellemus aliquem nominare simul multis nominibus propter diuersas rationes, quod scriptura non patitur, tamen saltem non vocabitur vnus, quòd sit duę personæ, & tamen hic necessario ponuntur quatuor personę cùm ponatur primus, secundus, tertius, & quartus filius Iosię: ergo necessario fuerunt quatuor: nam licet aliqua res consideretur sub diuersis rationibus, tamen illę rationes nunquam ponunt numerũ, ita quòd res illa nominetur à nobis duę res, vel plures, & sic non erit idem Sedecias, & Sellum propter diuersas rationes, vnde non potest stare positio Rab. Salomonis.

Secunda positio erat, quòd essent quatuor filij Iosię, sicut ponuntur hic, & tamen in quarto Regum ponantur solum tres, eo quòd illi soli regnauerint, & quartus fuerit ineptus.

Sed ista positio non potest stare, primò quia præsupponit, quòd isti tres primi fuerint illi tres, qui nominantur quarto Reg. 23. & 24. Et tamen hoc non stat, quia primus istorum non potest esse Ioachaz, eo quòd non fuit ille primogenitus, vt probatum fuit supra, & tamen iste Iohanan, qui est hic primus, ponitur vt primogenitus.

Secundum inconueniens est, vt primum, quia hic non vocatur Ioachaz sicut quarto Reg. vigesimotertio. Et non apparet an Ioachaz, & Iohanan sint idem.

Tertium inconueniens est, & efficacius, quia iste Sellum, qui ponitur hic quartus, necessariò debet poni esse Sedecias filius Iosiæ: nam ipse vocatur Sellum, vt patet aliquando in libro Ieremiæ, & ista est causa quare Rab. Sal. dicit, quòd Sedecias, & Sellum fuerunt idem.

Quarta positio est, quòd computentur hic tres filij Sedecię, & vnus nepos eius, quia omnes quatuor regnauerunt.

Sed non est hoc verum. Primò quia nepos ille Iosię, qui regnauit, fuit Ioachin paruulus, qui tribus mensibus regnauit, & tamen non ponitur hic nomẽ eius.

Secundum inconueniens est, quia isti quatuor nominantur filij Iosiæ: ideo iudicandum est omnes fuisse filios, & nullum nepotem: nam nunquam recedẽdum est à sensu verborum sine necessitate, & non apparet hic aliqua necessitas dicendi, quòd fuerit aliquis istorum nepos Iosię, sed omnes possunt poni filij eius.

Tertium inconueniens est, & efficacius, quia postquam positi sunt isti quatuor filij Iosię, dicitur quòd filius Ioachin fuit Iechonias, & tamen iste Iechonias est secundus Ioachin nepos Iosię, qui regnauit pro patre suo Ioachin, vt sępe ponitur in libro Ierem. s. 22. & 37. cap. ideo isti quatuor fuerunt filij.

Tertia positio erat, quòd fuissent quatuor filij, & tamen primus istorum fuerit Iohanan, & ille mortuus fuerit, nec habeatur de eo aliquid in libro Regum, sed ad hoc videtur sequi vnum inconueniens, quia dicemus, quòd quartus istorum, scilicet Sellum fuerit ille, qui nominatur Sedecias hic fuerit Ioachaz.

Quinta positio erat, quòd essent tres filij sed prima duo nomina essent vnius de filijs Iosiæ. Sed ista positio habet inconuenientia. Primum est, quia eadem persona vocaretur simul pluribus nominibus, quod non conuenit, licet in diuersis locis nominari pluribus nominibus contingat.

Secundum inconueniens est, quia aut ista duo nomina prima essent illius filij Iosiæ, qui prius regnauit, vel illius qui secundò. Si illius, qui primo non potest stare, quia ille non fuit primogenitus, vt supra probatum est. Etiam ipse non vocatur Ioachin, sed ille, qui secundo regnauit. Si autem ista duo nomina sint eius, qui secundo regnauit, erit inconueniens, quia tunc Ioachaz, qui primò regnauit, vocabitur hic Sedecias, & hoc non conuenit.

Tertium inconueniens est, sicut supra assignabatur, quia hic ponuntur quatuor personæ cum dicantur esse quatuor filij, ideo nullo modo stat, quod fuerint tres tantum, & competant eis ista quatuor nomina.

Dicendum, quòd nulla istarum positio conuenit aliquo modo, nisi secunda, & tertia: nam duo inconuenientia vltima assignata contra ipsam non multum militant, quia primum ipsorum non est inconueniens, eo quòd necesse est quemlibet istorum nominari pluribus nominibus, & in diuersis locis scripturę diuersimodè appellari, sicut declarabitur sequenti quæstione.

Secundum etiam inconueniens de nomine Sellũ, scilicet quòd Sellum sit Sedecias non stat, quia ille, qui vocatur Ierem. vigesimosecundo, Sellum non est Sedecias, sed Ioathan, vt colligitur ibi ex litera.

Sed primum inconueniens semper stat, quia asserit ista positio, quòd Iohanan qui hic ponitur fuerit Ioachaz. Et tamen ille non fuit primogenitus, ideo licet ista positio pauciora inconuenientia habeat, quã cęterę, tamen non est omnino tenenda.

Tertia positio est vera, scilicet, quòd habuerit Iosias quatuor filios, & primogenitus eorum fuerit Iohanan, sicut ponitur hic, & iste non fuerit Ioachaz, nec Ioachin, nec etiam regnauit, sed mortuus est ante patrem suum Iosiam, vel fortè superuixit, & tamẽ nec populus voluit eum constituere regem, nec Pharao rex Aegypti quando deposuit Ioachaz de regno, & instituit Ioachin. Sed magis tenendum est, quòd mortuus fuerit ante patrem, & tunc manent illi tres filij Iosię, qui nominati fuerunt in libro Regum.

Ad inconueniens, quod allegabatur in contrariũ, scilicet, quòd qui vocatur in libro Regum Ioachaz vocetur hic Sedecias, & qui vocatur hic Sedecias, vocetur hic Sellum: respondeti põt dupliciter, vno modo, quòd non sit hic aliqua mutatio nominum, sed ꝙ ille, qui vocatur Sedecias quarto Reg. vigesimoquarto vocetur etiam Sedecias hic, & qui vocatur ibi Ioachaz vocetur hic Sellum. Nam Ierem. vigesimosecundo, ipse Ioachaz vocatur Sellum, vt satis manifestat ibi litera.

Sed tunc aliquis obijciet, quia Ioachaz qui vocatur Sellum erat maior quam Sedecias plusquam decem annis, vt declaratum est quarto Reg. 23. Et tamen hic prius ponitur Sedecias, quam Sellum, quia tertius est Sedecias, & quartus Sellum.

Respondeti potest, quòd secundus, tertius, & quartus non ponuntur hic ad significandum ordinem tẽporis, vel natiuitatis, sed solam distinctionem personalem. Si autem velimus, quòd isti numeri notent hic ordinem natiuitatis, dicemus aliter, s. quòd qui vocatur hic Sedecias, vocatur ibi Ioachaz 4 Reg. 23. & qui vocatur hic Sellum, vocatur ibi Sedecias 4. Reg. 24. Et non est illud inconueniens, quia necesse est quemlibet istorum habere plura nomina.

Quæ fuerint nomina vera istorum filiorum Iosiæ.
Quæst. IX.

QVAERITVR vlterius de nominibus istorum filiorum Iosiæ. Respondendum est, quòd quatuor fuerunt filij Iosiæ, vt patet hic in litera, & tamen primogenitus illorum mortu' fuit ante patrem suũ, & non regnauit, ideo scriptura non facit mẽtionem eius alibi nisi hic, nec ponit ei aliud nomen, nisi Iohanan, quod hic ponitur. De alijs tribus filijs dicen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicendum, quòd quilibet illorum regnauit, & quilibet habuit multa nomina. Nam primus eorum ordine natiuitatis fuit Ioachin, licet non primo regnauerit, & iste habuit tria nomina. Nam vocatus est Ioachin, quia istud nomen imposuit ei Pharao rex Aegypti quando dedit ei regnum quarto Reg. vigesimotertio, & istud nomen est ei quasi semper in scriptura: sic enim vocatur Ierem. vigesimosecundo, & 25. & 26. & 27. & in multis alijs locis. Secundum nomen eius fuit Eliachin, & istud imposuit ei pater suus à natiuitate, & sic vocabatur quando rex Aegypti constituit eum regem quarto Reg. vigesimotertio: tertium nomen istius fuit Iechonias: sic enim vocatur Matth. primo, cum dicitur, quòd Iosias genuit Iechoniam, & fratres eius, & non potest intelligi ibi nisi de Ioachin, quia de stirpe illa venit Christus, vt patet immediatè, scilicet, quia dicitur quòd Iechonias post transmigrationem Babylonis genuit Salatiel Matthæi primo, & tamen iste Iechonias secundus erat filius primi Iechoniæ, siue Ioachin, vt patet hic: nam dicitur, quòd de Ioachin natus est Iechonias. Secundus filius istorum trium erat Ioachaz, qui prius regnauit, quamquam non fuit prior natiuitate, & iste habuit tria nomina, vel quatuor secũdùm aliam positionem. Primum fuit Ioachaz, sic vocatur quarto Reg. vigesimotertio, & sequenti libro capitulo vltimo. Secundum nomen fuit Iechonias, sic patet secundo Esdræ primo, quia cum dicitur de morte Iosię, sequitur, & assumentes qui erant ex gente Iechoniam filium Iosię constituerunt eum regem pro Iosia patre suo. Et necesse est istum esse Ioachaz, quia dicuntur ibi de illo omnia, quæ dicuntur de Ioachaz quarto Reg. vigesimotertio: nam ibi dicitur, quòd populus terrę assumpsit Ioachaz in regem, & in Esdra dicitur, quòd qui erant ex gente assumpserunt Iechoniam in regem. Secundum est, quia dicitur ibi, quòd erat Ioachaz vigintitrium annorum, & in Esdra dicitur, quòd Iechonias erat vigintitrium annorum. Tertium est, quia ibi dicitur, quòd regnauit tribus mensibus, & in Esdra dicitur de Iechonia, quòd regnauit tribus mensibus. Quartum est, quia ibi dicitur, quòd Pharao abstulit eum esse rex, & pręposuit fratrem suum Ioachin. Ita & in Esdra dicitur de Iechonia. Tertium nomen fuit Sellum, vt patet Ierem. vigesimosecundo capitulo. Hęc dicit Dominus ad Sellum filium Iosię regem Iuda, & necesse est intelligi de Ioachaz. Primò quia ibi dicitur qui regnauit pro parte suo Iosia, & tamen nullus fuit de filijs Iosiæ, qui propriè diceretur regnare prò Iosia, nisi Ioachaz, quia ille immediatè regnauit, alij autem post Ioachaz. Secundò patet, quia ibi dicitur, quòd egressus fuit de Ierusalem, & non reuersus est vltra in illam, sed mortuus est in terra, ad quam translatus est, quod conuenit Ioachaz, quia rex Aegypti transtulit illum in Aegyptum, & nunquam reuersus est. Nec potest intelligi de Ioachin, quia ipse non fuit translatus ad aliquam terram, de qua non rediret, cum in Ierusalem mortuus fuerit, vt patet Ier. 22. nam ibi dr̃, quòd putrefactus eijcitur extra portas Ierusalem. Non põt etiã intelligi de Sedecia, quia qñ ista loquebatur Ieremias, iam translatus erat ille, de quo loquebatur, cum dicat. Qui egressus est de loco isto non reuertetur huc amplius. Et tamen quando ista loquebatur nondum translatus fuerat Sedecias in Babylonem, quia illud fuit antequam caperetur ciuitas, quia Ieremias erat in Ierusalem quando loquebatur ista, cum dicat. Qui egressus est de loco isto non reuertetur huc amplius. Et tamen quando translatus est Sedecias in Babylonem non erat Ieremias in Ierusalem, quia ciuitas debellata fuerat per Chaldeos: ideo necesse est, quòd intelligatur de Ioachaz. Tertius filius Sedecias erat, & iste habuit tria, vel quatuor nomina. Primum nomen suum fuit Mathathias, sic enim vocabatur antequam regnaret quarto Reg. vigesimoquarto. Secundum nomen fuit Sedecias, & istud impositũ fuit ei a Nabuchodonosor, quando constituit eum regem quarto Reg. 24. Et istud nomen est ei commune fere in tota sacra scriptura, vt patet sequenti libro cap. vlt. & sępissime in libro Ieremię. Tertium nomen suum potest esse Sellum, sicut vult Rab. Salomon, & licet fm aliam positionem approbatam, scilicet quòd isti tres vltimi filij Iosię essent illi, qui nominantur quarto Reg. 23. & 24. & tunc, quia Sedecias erat vltimus eorum, vocabitur hic Sellum, quia Sellum est vltimus, & fm istam positionem Ioachin filius Iosiæ habebit quatuor nomina, scilicet tria supra posita, & quartum, scilicet Sedecias: nam ille, qui vocatur Sedecias in libro regum, vocatur hic Sellum, & ille, qui vocatur ibi Ioachin, oportet quòd vocetur hic Sedecias.

De Ioacim natus ẽ Iechonias, & Sedecias.

De Ioacim natus est Iechonias, & Sedecias. Iste Ioacim est secundus filius Iosię supra positus, qui prius vocabatur Eliachim, & quando rex Aegypti constituit eũ regem, amoto fratre suo, vocauit eum Ioacim quarto Reg. 23. & iste occisus fuit in Ierusalem, & proiectus extra portas vrbis mansit insepultus mãdato Nabuchodonosor, de quo Ierem. 22. & declaratum est quarto Reg. 24.

An verum sit Ioacim genuisse Iechoniam, & Sedeciam.
Quæst. X.

QVAERITVR quomodo dicitur hic Ioacim genuit Iechoniam, & Sedeciam: nam videtur, qp nullus istorum fuerit filius eius, quia Iechonias fuit ille, qui vocatus est Ioachaz, vt patet 2. Esdrę 1. & tamẽ ille non fuit filius Ioacim, sed frater eius. De Sedecia etiam patet, quia Sedecias erat filius Iosię, & non fuit filius Ioacim. Item patet hoc, quia 4. Reg. 24. dicitur, quòd mortuo Ioacim regnauit pro eo filius eius Ioacim, & non nominauit eum Iechoniam, vel Sedeciã. Rñdẽdum est, qp Ioacim genuit istos duos, sed Iechonias iste, qui nominatur hic, fuit ille, qui vocatur Ioacim 4. Reg. 24. & patet hoc, quia sic vocatur Ier. 22. f. Iechonias filius Ioacim. & Ierem. 28. f. Et Iechoniam filium Ioacim regem Iudę, & omnem transmigrationem Iudę, qui ingressi sunt in Babylonem ego conuertam ad locum istum. Et tamen filius Ioacim, qui ductus est in Babylonem fuit Ioacim paruulus filius alterius Ioacim 4. Reg. 24. patet hoc Matth. 1. cum dicitur, & post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salatiel, & illud non potest intelligi nisi de paruulo Ioacim nepote Iosię, cum translatus est in Babylonẽ cum decem millibus virorum 4. Reg. 25. de Sedecia autem dicendum, quòd non accipitur hic pro illo Sedecia, qui fuit vltimus rex Iuda, & translatus est in Babylonem, quia ille fuit filius Iosię, & frater istius Ioacim, sed fuit filius istius Ioachin, de quo non fit mentio in libro regum, eo quòd iste non regnauit, & tamen hic fit mentio de illo, quia de eo descenderunt aliquę progenies, quæ redierunt de captiuitate Babylonis.

Filij Iechonię fuerunt, Asir, Salatiel, Mechiran, Phadaia, Sénesér, & Iecemia, Sama, & Nadabia, de Phadaia orti sunt Zorobabel, & Semei.

Filij Iechoniæ fuerunt. Hic ponitur tertium, scilicet progenies post Babylonis transmigrationem, & omittitur hic progenies Sedeciæ, & narratur progenies Iechoniæ, quia illa fuit principalis.

Asir Salatiel. De progenie istius Iechonię venit Christus, vt patet Matth. primo, & primogenitus Iechonię fuit Asir, & de progenie istius nõ venit Christus, sed de progenie Salatiel, qui fuit secundus filius.

Mechiran, Phadaia, Senneser, Iecemia, Sama, & Nadabia. Isti sex non reperiuntur in libris regum, quia isti fuerunt post captiuitatem Babylonis, nec in aliquo libro scripturæ fit mentio de illis, nisi aliquando in libris Esdrę, in quibus ponuntur redeuntes de Babylone, & ibi fuerunt filij istorum redeuntes.

De Phadaia orti sunt Zorobabel, & Semei. Iste Phadaia fuit filius Iechonię, & cùm haberet Iechonias octo filios, nõ ponitur hic progenies alicuius, nisi istius Phadaia, & habuit duos filios, scilicet Zorobabel, & Semei, & omittitur progenies Semei, & solum ponitur progenies Zorobabel.

An verum sit Zorobabel ortum fuisse de Phadaia.
Quæst. II.

QVAERITVR quomodo dicitur hic, quòd de Phadaia ortus est Zorobabel: nam Zorobabel fuit filius Salatiel, vt patet Aggęi primo, & secundo cap. scilicet: Factum est verbum Domini in manu Aggęi ad Zorobabel filium Salatiel. Sic etiam dicitur Matth. primo Salatiel autem genuit Zorobabel.

Ad hoc respondetur tripliciter, vno modo, quòd Salatiel, & Phadaia, qui ponuntur hic inter filios Iechoniæ, non fuerunt duo filij, sed vnicus, & ideo si Zorobabel erat filius Salatiel, erat etiam filius Phadaia, quia idem sunt.

Alio modo potest dici, quòd Zorobabel fuit filius Salatiel, & non Phadaia, & quòd Salatiel, & Phadaia, qui ponuntur inter filios Iechoniæ fuerint duo filij eius. Et quando dicitur hic, quòd Zorobabel fuit filius Phadaia, dicendum, quòd iste Phadaia est Salatiel, & tamen non est iste Phadaia, qui ponitur supra inter filios Iechonię, & sic dicemus, quòd fuerint duo filij Iechoniæ, qui vocantur Phadaia, sicut supra duo filij Dauid ponuntur, qui vocabantur Eliphaleth, & alij duo filij eiusdem, qui vocabantur Elisama, & vnus istorum vocatur Phadaia, & Salatiel, & alius vocabatur solum Phadaia.

Tertio modo potest dici, quòd Phadaia, & Zorobabel totaliter differãt, & cum dicitur hic, quòd Phadaia genuit Zorobabel. Dicendum, quòd non fit iste Zorobabel, qui ponitur in genealogia Saluatoris, sed ille fuerit alius Zorobabel filius Salatiel, & de illo dicitur Aggęi primo, & secundo, & Matth. primo. Et istud valde conueniens est, quia multoties filij duorum fratrum vocantur eodem nomine, & sic Salatiel habuit vnum filium nomine Zorobabel, & Phadaia frater suus habuit filium alium nomine Zorobabel.

Prima positio istarum non stat, quia tunc non poneretur quodlibet nomen istorum pro vno filio Iechoniæ, sed sicut diceremus quòd Phadaia, & Salatiel erant nomina eiusdem viri, sed hoc absurdum est: nam tolleretur tunc certitudo scripturæ, quia cum scriptura dicit de aliquo, quòd genuit talem, & talem, & ponit quinque vel sex, possemus dicere, quòd omnes illi erant vnus homo, & sic nunquam constaret nobis de aliquo in scriptura, quot filios gigneret, licet nomina omnium ponerentur in litera, quod est valde absurdum.

Alph. Tost. in Lib. I. Paralip.

Secunda, & tertia positio possunt stare, & videtur ex vna parte tertia esse rationabilior, quam secunda, scilicet, quòd non sit iste Zorobabel, qui ponitur in genealogia Saluatoris. Et hoc propter duo: primò quia ille vocatur filius Salatiel, iste autem filius Phadaia. Secundò quòd progenies Zorobabel ponitur hic, & tamen non ponitur inter filios suos ille, qui ponitur Matthęi primo esse filius Zorobabel: nam ibi dicitur, quòd Zorobabel genuit Abiud, & hic non ponitur inter filios Zorobabel ille Abiud. Secunda tamen positio videtur esse rationabilior quam tertia ex alia parte, quia Salatiel, qui ponitur in genealogia Saluatoris habuerit filium Zorobabel, qui fuit princeps in reditu de Babylone, & fit magna mentio de eo tanquam de principe in libro Esdræ, vt patet primo Esdræ tertio, & in alijs locis, & etiam Aggęi primo, & secundo. Et etiam Zacha. quarto. Et tamen si iste Zorobabel, qui dicitur hic esse filius Phadaia, non esset filius Salatiel, non esset ipse princeps in redeuntibus de Babylone, & tunc videtur inconueniens, quod Esdras narraret progeniem illorum, qui fuerunt minus principales in reditu de Babylone, & omiserit progeniem principum. Si autem velimus tenere istam positionem, patet responsio ad rationes, quæ fiebant confirmando positionem tertiam. Prima est, quòd iste Zorobabel vocetur filius Phadaia, & ille, qui habetur Matthæi primo vocetur filius Zorobabel, tamen hoc non est inconueniens, quia vt supra declaratum est in filijs Iosiæ, idem homo habet multa nomina.

Ad secundam rationem dicendum, quòd inter istos filios Zorobabel, qui ponuntur hic ponitur Abiud filius Zorobabel, qui ponitur in genealogia Christi: Matthæi primo. Et tamen ponitur sub alio nomine, quia forte est iste, qui vocatur hic Mosollam, vel Ananias, & quia idem homo frequenter habet multa nomina, vt supra declaratum est, vocabitur vno nomine in vno loco scripturæ, & in alio vocabitur alio nomine. Potest ergo teneri quæcunque positio istarum duarum.

Zorobabel genuit Mosollam, Hananiã, & Salomith sororem eorum, Hasaban quoque, & Ohol, & Barachian, & Asadian, & Iosabhesęth quinque. Filius autem Hananiæ, Phaltias pater Iesciæ, cuius filius Raphaia. Huius quoque filius Arnan, de quo natus est Obdia, cuius filius fuit Sechenias. Filius Secheniæ, Semeia, cuius filij Hattus, & Iegaal, & Baria, & Naaria, & Saphat, & Sesa sex numero. Filius Naariæ, Elioenai, & Ezechias, & Ezrican tres. Filius Elioenai Oduia, & Eliasub, & Pheleia, & Accub, & Ionan, & Dalaia, & Anani septem.

Zorobabel genuit Mosollam, Hananiam. Continuatur hic progenies per vnum de filijs Phadaia, quia licet genuerit duos, scilicet Zorobabel, & Semei, non computatur progenies vtriusque, sed solius Zorobabel. Et dicitur, quòd Zorobabel genuit istos duos, & nominantur isti sępe in libro Esdrę, potissimum ipse Mosollam.

Et Salomith sororẽ eorũ. Ista Salomith, quãq̃ fuerit fę-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mina nominatur hic inter fratres suos, sicut interdũ F nominantur alię mulieres inter viros, vt patet supra primo, & secundo, et etiam sequenti capitulo, & non est ista illa Salomith, de qua habetur Leuit. 24. quę fuit mater illius, qui lapidatus est, quia colligebat ligna in Sabbatho, quia illa fuit in deserto tempore Moysi, immo etiam fuit in Aegypto, ista autem Salomith fuit post reditum de Babylone. Etiam illa fuit de stirpe Dan, quia dicitur ibidem, quòd fuit filia Dabei, & de stirpe Dan, & tamen ista Salomith, de qua hic dicitur fuit de tribu Iuda, cum fuerit soror istorũ virorum, qui erant de tribu Iuda: ideo non potuit esse eadem, immo necesse fuit, quòd illa esset ante istã quasi per mille annos, quod patet computando tempora media ante exitum de Aegypto vsque post reditum de captiuitate Babylonis, solùm ergo est hic similitudo nominum. Nominatur autem hic ista mulier, quia ipsa fuit famosa tempore suo, vel propter filios, quos habuit, vel propter aliquid quod egit.

Asaba quoque, & Ochol, & Barachian, & Asadian. Isti etiam fuerunt filij Zorobabel genuit post natiuitatẽ Salomith sororis eorum, & non reperiuntur nomina eorum nisi in Esdra. Iste Barachias secũdùm quosdam putatur esse ille, cuius fuit filius Zacharias Propheta, qui fuit vltimus inter prophetas minores, & quantum ad tempus satis videtur conuenire, quia ille H Zacharias prophetauit post reditum de Babylone, & etiam iste Barachian fuit post reditum de Babylone. Sed videtur obstare, quia Barachias pater Zachariæ dicitur esse filius Ado, vt patet Zach. primo, & tamen pater istius Barachię est Zorobabel, vt patet in litera: ideo magis videtur conuenire quòd fuerit alius Barachias pater Zacharię quam quod iste.

Iosabheseth quinque. Iste Iosabheseth fuit vltimus filiorum Zorobabel. Aliquando tamen accipitur Iosabheseth pro fęmina, vt patet sequenti lib. capit. 22. cùm dicitur. Porro Iosabheseth filia regis tulit Ioas filium Ochozię, & furata est eum. Et ista vocatur Iosaba quarto Reg. vndecimo, & non est hoc inconueniens, quia frequenter idem nomen competit viro, & I fęminæ, vt patet in his nominibus Thamna, & Oolibama, vt declaratum est supra primo cap. in fine. Sed dicetur quomodo dicitur hic, quòd erant isti quinque fratres, quia septem erant etiam non computata sorore Salomith, vt patet in litera? Dicendum, quòd non computãtur in ista summa omnes filij Zorobabel, sed solum illi qui nati fuerunt post Salomith sororem suam, & duo primi excluduntur.

Filius Hananiæ. Omittitur progenies omnium sex filiorum Zorobabel, & describitur progenies solius Hananiæ, quia iste fuit pręcipuus inter fratres suos in reditu de Babylone, & ob hoc quidam putant istum fuisse Abiud, qui ponitur filius Zorobabel, vt patet Matth. primo, & motiuum est, quia illi, per quos deri K natur linea Christi fuerunt principes tempore suo in reditu de Babylone, & quia hoc verisimile est, q̃ Esdras potius computet generationem principum, quã illorum, est verisimile, q̃ iste Hananias fuerit Abiud filius Zorobabel. *Phaltias pater Ieseiæ.* Scilicet Phaltias fuit filius Hananiæ, & fuit pater Ieseię, & iste modus ponitur ad abbreuiandum loquutionem, vt patet supra in multis. In Hebręo ponuntur hic Phaltias, & Ieseias, & tamen non est litera tam completa sicut ista: ideo non ponitur pater Phaltię, nec Ieseię, hic autem litera nostra suppleuit illud ad tollendum dubiũ, & sic est in multis alijs, vt patet supra primo. Cum dicitur Adam, Seth, Enos, Chainan, &c. Et in quolibet intelligitur pater, vel genuit, s. quòd quilibet fuit pater sequẽtis, vel genuit ipsum. *Cuius filius Raphaia.* Scilicet Ieseias genuit Raphaia, & iste non nominatur nisi in libris Esdrę. *Huius quoque filius Arnan.* Scilicet Raphaia genuit Arnan: differt enim Arnan ab Amran, quia Amran fuit pater Moysi, & Aaron Exod. secundo, & septimo.

De quo natus est Obdia. Nomina istorum non sunt multum cognita, quia non leguntur de eis aliqua facta notabilia in scriptura.

Cuius filius fuit Sechenias. Scilicet Obdia genuit Secheniam, & etiam iste nominatur in libris Esdrę.

Filius Secheniæ Semeia. Non deriuatur hęc progenies nisi per vnum, quia licet quilibet istorũ haberet multos filios, scriptura nõ vult interdum nominare illos, sed vnum ex eis, quia forte ille fuit pręcipuus, & narrat progeniem per illum. G

Cuius filius Athus, & Iegal, & Baaria, & Naaria, & Saphat, & Sesa. In omnibus prędcedentibus ponebatur pro quolibet vnus filius. Hic autem ponuntur sex filij Semeię, & fortè hoc fuit, quia iste Semeia habuit filios famosos tempore suo, ideo scriptura voluit nominare illos, sicut diximus supra de filijs Iosię: nam nominati fuerunt quatuor, eo quòd illi fuerunt viri honorabiles: nam tres illorum regnauerunt.

Sciendum autem, quòd iste Sophat nõ est Sephat, qui est vnus de amicis Iob, qui loquuntur ad eum sępe in libro suo, & vocatur Sophar Naamathites, vt patet Iob vndecimo, & vigesimo. Nam ille fuit de stirpe Idumęorum, iste autem fuit de tribu Iuda, etiã ille fuit multo tempore ante istum, quia Iob fuit tempore Abrahę, vel Esau, vt declaratum est Gen. vigesimo secundo, & trigesimo sexto. Iste autem fuit post captiuitatem Babylonis, & inter istud tempus, & illud fuerunt pluspuam mille anni.

Dicendum etiam, q̃ iste Sesa, de quo hic, non est Sosan de quo habetur prędcedenti cap. quia ille fuit de stirpe Ieramehel filij Hestrõ, iste autem fuit de progenie Dauid, & sic fuit de stirpe Ram, qui fuit frater Iarameel prędcedenti cap. *Sex numero.* Scilicet Semeia filij sunt sex. *Filius Naariæ.* Iste Naaria est quartus filius Semeię, & quamquam ille habuerit sex filios, non ponitur progenies illorum alicuius nisi Naarię, eo quòd iste fuit prędcipuus inter fratres suos. *Elio Enai, & Ezechias, & Ezrican tres.* Ideft isti tres fuerunt filij Naarię. Iste Ezechias, non fuit ille Ezechia, de quo supra dicitur, quia ille fuit rex multo tempore ante captiuitatem Babylonis, & iste Ezechias non fuit rex, & fuit aliquanto tempore post captiuitatem Babylonis. *Filij Elioenai, Adina, & Eliasub.* Quamquam essent hic tres fratres solùm posuit Esdras progeniẽ vnius eorum, quia ille erat prędcipuus. Iste Eliasub, de quo hic, differt ab illo, qui vocatur Eliasib, & fuit summus sacerdos, de quo fit mentio in libris Esdræ, quia ille erat de progenie Leui, cum esset summus sacerdos, iste autem erat de progenie Iuda.

Pheleia, Iaccub, & Iohanan. Iste Iohanan non est Iohanan, de quo habetur supra in litera, quia ille fuit filius Iosiæ ante captiuitatem Babylonis, iste autem fuit post reditum de Babylone aliquanto tempore.

Et Dalaia, & Anani, septem. Iste Anani non est ille, qui fuit propheta, de quo tertio Reg. decimosexto, & sequenti libro capitulo decimosexto. Nam ille fuit tempore Asa regis Iuda, & ipse increpuit eum, & propter hoc posuit eum in carcere sequenti libro capitulo decimosexto. Et tamen post mortem Asa ipse iterum increpuit Iosaphat filiũ Asa, eo quòd prębuisset auxilium regi Achab, qui erat idolatra eodem lib. cap. 19.

Quare

Quare non posuit Esdras plures generationes, & quomodo tot potuit ponere. Quæst. XII. A

QVAERITVR quare Esdras non posuit hic plures generationes, cùm posuisset aliquas post reditum de Babylone, & qũo potuit ponere tot. Ad primum dicendum, q̃ Esdras in hoc libro cępit generationes à principio sęculi ab Adam, & continuat eas vsque ad tempus suum: ipse.n. natus fuit in Babylonem, & redijt inde tanquam princeps Iudęorum iubente Cyro rege Persarum, & vixit postea magno tẽpore in terra Iudæ, & ipse voluit continuare generationes, quas ipse videre potuit cum loqueretur hic tãquam historiographus, & non tanquam propheta, & quia non fuerunt plures vsque ad tps suum, non locutus est de pluribus. Circa secundum aliquis dicet, q̃ vr B q̃ Esdras non potuerit tot gñationes describere, quia nõ potuit tot videre: nam ipse natus est in Babylone, & erat iam vir ętatis maturæ, qñ redijt in terram Iuda, cum commiserit ei rex quasi curam de oĩbus Iudęis, vt poneret Iudices, & principes in terra, & q̃ doceret oẽs imperitos in lege, vt patet Esdrę 1. c. 7. Et sic non poterat viuere multo tpe postquã veniret de Babylone, & consequenter non videret multas gñationes. Rñdendum, q̃ Esdras potuit videre, & vidit oẽs istas gñationes, quę hñtur hic: nam gñationes, quæ fuerunt hic post transmigrationẽ de terra Iuda in Babylonem fuerũt ab illo loco vbi dr̃ filij Iechonię fuerunt Asir, & Salatiel: nã Salatiel natus est in Babylone, vt patet Matth. 1. ſ. Et post transmigrationẽ Baby- C lonis Iechonias genuit Salatiel. Duo aũt sunt, qui faciunt ad hoc, q̃ Esdras posset videre oẽs istas gñationes. Primũ est, quia hic non solũ computantur gñationes, quę fuerunt post reditum de Babylone, sed ẽt illę, quę fuerunt per septuaginta annos in Babylone. Colligendo aũt illos annos cũ annis, quibus vixit Esdras post reditũ de Babylone, poterũt oẽs gñationes, quę hñtur hic transire, & sic aliquę istarum essent in extremo tpe vitę Esdrę, vt videret Esdras illos nouiter natos, qñ scribebat librum istũ, & describeret eos, posteros aũt videre non potuit. Secundũ fuit, q̃ gñationes in illis temporibus paucos annos continebant, sicut & nunc, quia in vigesimo anno, & infra homines gignunt, vnde in centum, & quinquaginta annis D poterant transire octo generationes.

CAP. IIII.

Quare scriptura ponit hic de stirpe Iudæ. Quæst. I.

QVAERITVR circa primum quare ponitur hic de stirpe Iudæ cum iam illa progenies continuata fuerit vsque ad tempus Esdrę post reditum de Babylone, & non poterat plus continuari. Respondendum est, q̃ conueniens fuit hoc fieri. Pro quo sciendum, q̃ in stirpe Iudę sunt multę lineę, quarum quędam continuatę fuerunt, & alię non illę autem, quæ non fuerunt continuatę, vel quarum aliquæ partes fuerunt omissę, continuantur hic. Et sciendum ad hoc, q̃ Iudas habuit quinque filios, s. tres de vxore sua filia Sue Chananęi, & isti fuerunt hi: Onã, Her, Sella. Duo fuerũt de nuru sua Thamar, s. Phares, & Zaram. Gen. 38. duo autem istorum, s. Her, & Onã non habuerunt filios, quia cum essent mali occisi fuerunt à Domino antequam haberent filios eod. cap. Manent autem tres, qui habuerunt filios, & à quibus derivatę sunt progenies in tribu Iuda, s. Sella, Phares, & Zaram, & nominatę sunt tres familię ab his, s. familia Selaitarum, & Pharesitarum, & Zareitarum: Num. 26. De familia autem Sella nihil tactum est prędced. c. nec sup. 2. ideo de hac supplendum est hic. Non fuit tamen magnus numerus virorum in hac familia: ideo Raei ponuntur de filijs Sella hic. De familia autem Zarę tactum est supra secundo, & tamen pauca dicta sunt, hic aũt ponuntur aliquę generationes de illa, sed pauę, de familia autem Phares fere dictum est, quidquid habetur prędcedenti capit. & supra secundo, & de illa etiam fere dicitur quidquid habetur hic, & ratio huius est propter duo. Primo quia ista familia fuit magis multiplicata in prole quam alię duę familiæ, sicut fiebat in quibusdam tribubus respectu aliarum, quia tribus Iuda erat maior quam quælibet tribus de Israel, vt patet in duabus numerationibus factis in deserto: Num. primo, & 26. Etiam quando Dauid numerauit totum Israel, inuenti sunt tot de Iuda sicut in quinque, vel sex tribubus alijs, vt patet secundo Reg. cap. vltimo, & infra 21. Et etiam quędam tribus fuerunt semper paruę in numero prolis, sicut dicitur infra in litera de tribu Simeon, scilicet fratres autem eius non habuerunt filios multos, & vniuersa cognatio non potuit adęquare famam filiorum Iuda.

Secũda ratio fuit, quia familia Phares fuit dignior propter Dauid qui fuit de illa, & liber iste ordinatur precipuè ad actus Dauid: ideo Esdras curauit diligentius describere familiam Phares, quam Sella, & Zaram.

An hic in scribendo sit ordo mutatus. Quæst. II.

QVAERITVR vlterius an ea, quæ habentur hic fuerint post prędcedentia, vel sit ordo mutatus. Respondendum, quòd sicut dicebatur prędcedenti capitulo non potest esse continuatio propriè nisi in historijs quarum partes habent ordinem naturalem secundùm tempus, hic autem non ponitur historia, sed descriptio progenierum, potest tamen esse continuatio in istis, vel discontinuatio, scilicet si generationes hominum describantur eo ordine, quo homines se habuerunt in essendo. Hic autem dicendum, q̃ non seruatur iste ordo, quia in fine prędcedentis c. dictum est de progeniebus quibusdam in tribu Iuda, quę fuerũt post reditum de Babylone. Hic autem ponuntur aliquæ progenies, quę fuerunt antequam Israelitę descenderent in Aegyptum, s. Phares genuit Hesron, & sic inter ea, quæ habentur in fine prędcedentis capit. & in principio huius interciderunt plusquam mille anni, quibus ista fuerunt priora, & sic est hic recapitulatio, & mutatio ordinis, & tamen

TIlii Iuda, Phares Hesron, & Charmi, & Hur, & Subal. Raia verò filius Sobal genuit Iahath, de quo nati sunt Ahumai, & Laad. Hæ generationes Sarathi. Ista quoque stirps Ethan Iesrahel, & Iesema, & Iedebos. Nomen quoque sororis eorum Asalelphuni. E

CONTINVATA in prędcedentibus progenie Iuda per Dauid vsque post Babylonis trãsmigrationem, hic redit scriptura ad quarundã partium eius enarrationem, & diuiditur in duas. Quia primo ponitur de progenie Iudę. Secundò de progenie Simeonis: nam filij Simeonis habitauerunt in sorte Iuda: Iosue 19. Ideo enarratur progenies simul vtrorumque, ibi. *Filij Simeon.* Prima in duas. Quia primo agitur de progenie Phares, & Zaram filiorum Iudę. Secundò de progenie Sellę ibi. *Filij Sella.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc fuit necessarium ad hoc, quòd quelibet generatio per se continuaretur, scilicet, quòd postquam inciperet vna linea describi à principio tribus continuaretur vsque ad tempus Esdræ, ne si interrumperetur fieret minus intelligibilis.

Filij Iuda. Hic incipit continuari progenies ab ipso Iuda, & ponuntur hic multi filij eius. Sed non est intelligendum, quòd omnes, qui ponuntur hic fuerint filij Iuda immediatè, sed fuerint filij per successionem: nam Hesron non fuit filius Iuda, sed nepos, & sic de Hur, & Sobal, sed intelligitur istud sicut dicitur sup. 1. Adam, Seth, Enos, Chainan, &c. Et intelligitur de quolibet illorum, quòd fuit pater sequentis.

Phares, & Hesron. Iste Phares est filius Iudę de nuru sua Thamar, & vocatus est Phares, ideſt diuisio, quia diuisit, vel rupit pelliculam secundinam, frater autem eius fuit Zaram, qui prius volens egredi de vtero produxit manum, & ligauit obstetrix in digito ei⁹ filum coccineum, & regressus est in vterum, frater autem suus Phares egressus est Gen. trigesimooctauo, Hesron autem fuit nepos Iudę, & filius Phares: habuit enim Phares duos filios, scilicet Hesron & Hamul, & ab istis nominatę sunt duæ familiæ, scilicet Hesronitarum, & Hamulitarum, vt patet Numeri vigesimosexto, & Gen. 46.

Et Charmi. De isto Charmi est dubium de qua stirpe fuerit, scilicet an fuerit de filijs Phares, vel de filijs Zarę, videtur autem magis dicendum, quòd fuerit de familia Phares, quia ponitur hic Phares tanquam caput istius progeniei, & de Zaram nihil dictum est: ideo videtur, quòd omnes hic nominati pertineant ad familiam Phares.

Aliquis tamen dicet, quòd fuerit de familia Zaræ iste Charmi, quod patet, quia sup. 2. cap. dicitur filius Zamri, Charmi, & tamen Zamri est filius Zaræ, vt patet ibidem.

Secundò patet, quia ponitur hic Hethan, & tamen ipse est de progenie Zarę sup. 2. scilicet filij Zarę Zamri, & Hethan, & Heman. Dicendum tamen quòd iste Charmi non est de stirpe Zarę, sed Phares, & prima ratio nō tenet, quia quamquam quidam Charmi reperiatur in progenie Zarę, alij possunt reperiri in progenie Phares, cum multi homines sint eiusdem nominis. Secunda ratio non tenet propter duo. Primo quia dato, quòd Hethan esset in stirpe Zarę, poterat alius Hethan esse in stirpe Phares, sicut dictum est de Charmi. Secundo patet, quia prę supponitur falsum: nam non ponitur Hethan hic sicut supra 2. capit. sed Hethuā & supra dicitur Hethan, vt patet in Hebræo, licet in multis biblijs nostris sit corruptū. Ratio autē quare oporter poni omnes istos i stirpe Phares patet, quia dicitur inf. isti sunt filij Hur primogeniti, Ephratha est de stirpe Phares, quia est filius Caleb, & ille filius Hesron & Hesron filius Phares sup. 2. cap. *Et Hur*. Iste Hur est filius Caleb, de quo dicitur supra capit. 2. & quamquam ibi positę fuerunt aliquę progenies eius, ponuntur hic alię, quæ omissę fuerant. Non est tamen iste Hur auus Beseleel, qui construxit tabernaculum Domini, vt ibidem declaratum est. *Et Sobal*. Iste Sobal est filius Hur, vt patet supra 2. cap. & vocatur pater Cariathiarim. *Raia verò filius Sobal genuit Geth*. De isto Raia nihil fuerat positum supra 2. capit. ideo cętera, quę sequuntur pertinent ad supplementum. Geth aliquando est nomen viri, & aliquando nomen vrbis: nam in terra Philisthinorum erat vna de sex metropolibus, quę dicebatur Geth rex, & ad eam fugit Dauid quādo mutauit faciem suam, & collabebatur in terram primo Reg. vigesimoprimo, ad istam etiam vrbem postea ipse fugit, & mansit ibi quatuor mensibus vsque ad mortem Saulis eodem libro & 27. hic autem accipitur pro nomine viri.

De quo nati sunt Ahumai, & Laad. Isti duo fuerunt filij Geth, & nō est iste Ahumai ille, qui vocatur Achymā Iosue 15. & Iudic. 1. quia ille fuit quidam gigas in Hebron antequam venirēt Israelitę in terrā Chanaā, & occidit postea Chalephistos gigantes eo. cap. Nec etiam est iste Achymaas, de quo habetur secundo Reg. 17. nam ille erat de sacerdotibus, scilicet filius Sadoch sacerdotis magni eod. lib. cap. 25. & tamē iste erat de tribu Iuda. *Hæ cognationes Sarathi*. Ideſt ab istis descenderunt cognationes Sarathi, quæ sic appellatę sunt.

Nicolaus aūt vult istas fuisse cognationes Saraitharum, & Esthaholitarum, de quibus habetur sup. 2. & tñ multum differt inter Saraithas, & Sarathi.

Ista quoque stirps Hethan. Scilicet ista, quę sequitur. Nam isti, qui sequuntur sunt filij Hethan, & ideo sunt de stirpe eius. Sciendum, quòd hic est litera corrupta: nam debet dici Hethuā, & dicitur Hethan, vt patet in Hebręo, & nimis differt inter istos, quia Hethan est de progenie Zarę sup. 2. Hethuā verò est de progenie Phares, & ideo aliqui hñt occasionem errādi, putantes ꝙ iste sit Hethā, de quo dicitur sup. 2. & sic credunt ꝙ ponatur aliquid hic de stirpe Zarę. Sciēdum etiam ꝙ Hethuā, vel Ethna aliquando est nomen proprium montis in Sicilia, de quo magni ignes erumpunt, sunt enim loca sulphure plena, & à multis putatur esse os inferni. De hoc Ouidius Meta. 14.

Iamque giganteis iniectam faucibus Ethnam:

Hic tamen accipitur pro nomine viri. *Iezrahel*. Iste est filius Hethuam, aliquando tamen accipitur Iezrahel pro vrbe: nam vna vrbs est in sorte Iudę, quę vocatur Iezrahel: Iosue 15. & alia eiusdem nominis in sorte Manasse: Iosue decimoseptimo. Dicit autem Glo. ord. interlinearis, quòd ab isto viro nominata fuit ciuitas Iezrahel, sed non apparet hoc satis verisimile, cum illę duæ vrbes vocarentur sic antequam Israelitę venirent in terram Chanaan, vnde & in diuisione terrę illius sic vocabantur istę vrbes, Iosue decimoquinto, & decimoseptimo. *Iesema, & Zedebos*. Isti duo & plurimi aliorum qui ponuntur hic, fere innominati sunt in scriptura, eo quòd non leguntur de eis aliqua memoranda. *Nomen quoq; sororis eorum Asalelphuni*. Ista fuit filia Hethuam, & nominatur hic inter fratres suos, errant autem aliqui in isto nomine, quia aliqui diuidunt illud in duo, ita quòd Asalel sit vnum nomen, & Phuni aliud, sed errant, cum litera dicat esse nomen vnius mulieris.

Quænam fuerit ista Asalelphuni, & quare hic inter viros ponitur. Quæst. III.

QVAERITVR, quę fuit ista Asalelphuni, & quare ponitur hic inter viros, cum scriptura nō consuescat nominare mulieres in deriuatione progenierum.

Ad primum quidam dicūt, quòd ista fuerit mater Samsonis, & hoc tenet Rabanus, & Glo. ord. cum ait: Hanc suspicantur matrem Samsonis de stirpe Iudæ, cuius maritus Manue de tribu Dan de Sarraa, vt patet Iud. 13. Et tunc secundùm istos respondebitur ad secundum, s. quòd ideo posita fuit hic, quia fuit mulier memorabilis propter famam filij sui Samsonis. Dicendum tamen, quòd ista positio non est rationabilis. Primò quia non habet aliquod motiuum, sed temere asserit fuisse matrem Samsonis: nam eodē modo potuisset asserere quòd erat mater Dauid, vel cuiuscunq; de viris famosis in Israel.

Secundò quòd ista positio repugnat legi: nam Manue

Manue pater Samsonis erat de tribu Dan, vt patet Iudic. decimotertio, & tamen Deus iusserat Numeri vltimo, quòd omnes viri acciperent vxores de tribubus suis, & omnes fœminæ acciperent viros de tribubus suis: ideo credendum est, quòd Manue, cum esset vir bonus non infringeret legem: ideo nisi manifeste appareret, quòd illa erat de alia tribu, quam vir suus, tenendum est, quòd fuerit de tribu Dan. Et hoc idem dicendum est de omnibus vxoribus Hebręorum. Nam quandocunque dicitur de aliquo ꝙ accepit vxorem, & nō dicitur de qua tribu, intelligendum est, quòd accepit de tribu sua sequendo ius commune. Dicendum ergo est, ꝙ ista nō erat mater Samsonis, sed quædam alia mulier propter aliquam excellentiam virtutis, vel forte propter filios, vt si habuerit aliquos filios viros clarissimos.

Phanuel autem pater Gedor, & Ezer pater Hosa. Isti sunt filij Hur primogeniti Ephratha patris Bethlehem.

Phanuel autem pater Gedor. Iste Phanuel fuit filius alicuius filiorum Ethnā, vel filij eius Asael Phuni. Et quia ponuntur hic illi immediatè, non dicitur quis fuerit pater istius Phanuel, quia intelligitur, quòd fuit de stirpe eorum. Gedor potest hic accipi pro nomine viri, qui fuerit filius Phanuel, vel accipi pro loco, scilicet quòd fuerit Phanuel pater Gedor, ideſt dominus.

Et Ezer pater Hosa. Iste Ezer etiam est de stirpe Ethnā: ideo non ponitur pater eius, & potest accipi hic Hosa pro nomine viri, vel pro aliquo loco: nam quædam ciuitas erat in sorte Aser sic dicta: Iosue 19. scilicet vsque ad vrbem munitissimam Tyrum, & vsque Hosam, vel potest esse nomen viri. Dicit autem Glo. ord. & Rabanus, quòd Gedor, & Hosa loca sunt à filijs Hur possessa.

Isti sunt filij Hur primogeniti Ephratha. Scilicet isti supra dicti sunt de progenie Hur, qui fuit primogenitus Ephratha, & non Caleb, licet fuit filius Caleb supra secundo, & hoc quia Caleb habuit multas vxores, & primogenitus eius fuit Mosa supra secundo capitulo, & tamen de Ephratha non habuit alium filium Caleb ante Hur, & sic fuit primogenitus matris, & non patris, ita aliquando dicitur filius vnigenitus matri, & non patri, sicut patet de Salomone qui dixit de se Prouerb. quarto. Nam & ego vnigenitus fui coram matre mea, non tamen erat vnigenitus respectu patris, quia pater eius multos filios habuit: nam decem & nouem filij eius ponuntur precedenti capitulo.

Patris Bethlehem. Ideſt Hur fuit pater Bethlehem. Est Bethlehem nomen viri, & nomen loci, vt declaratum est supra 2.

An verum sit quòd Hur fuerit pater Bethlehem. Quæst. IIII.

QVAERITVR quomodo dicitur hic, quòd Hur fuit pater Bethlehem, quia supra secundo dicitur, quòd Salma fuit pater Bethlehem, potest responderi vno modo, quòd vterque istorum fuit pater Bethlehem æquiuocè: nam Bethlehem accipitur dupliciter: vno modo pro viro, alio modo pro loco. Potest dici vnus istorum pater Bethlehem, ideſt illius viri, qui vocabatur Bethlehē, & alius vocatur pater Bethlehem, ideſt dominus vrbis Bethlehem.

Alio modo potest respōderi, & melius, quòd vtrobique accipiatur Bethlehem pro viro sic nominato, & dicitur tamen, quod Salma fuit pater Bethlehem, quia secundùm veritatem ille fuit pater eius immediatus, & Hur est pater Salma supra secundo, & sic est auus Bethlehem, aui tamen interdum vocantur patres, immo omnes superiores possunt vocari patres: sic enim patet quarto Reg. octauo, vbi Athalia vocatur filia Achab regis Israel, & iterum vocatur ibidem filia Amri, & tamen Amri erat pater Achab, & sic vocatur filia patris & aui.

Assur verò patri Thecuę erant duæ vxores Alaa, & Naara. Peperit autem ei Naara Oozam, & Hepher & Themani, & Aastari. Isti sunt filij Naara. Porro filij Alaa Seret, & Saar, & Ethnan: Cos autem genuit Anob, & Soboba, & cognationem Aharehel filij Arum.

Assur verò patri Thecuæ, erant duæ vxores Alaa & Naara. De isto Assur non dicitur cuius filius erat, sed tenendum est, quòd fuerit filius Bethlehem: nam quando non ponitur nomen patris alicuius, recurrendum est ad immediatum, & dicendum est illum esse patrem, nisi aliàs constet contrarium, & ista est positio rationabilis: nam scriptura vult hic describere successiones generationum, & ad hoc necesse est sciri quis fuerit pater cuius, & quia scriptura breuiloqua est, interdum subticet nomen patris, & filij, & ex ipso ordine innuit nobis quis sit pater, & quis filius, sic pater supra primo capitulo, cum dicitur Adam, Seth, Enos, Chainan, Malaleel, &cętera. Et de quolibet illorum deberet dici, quòd fuit pater sequentis, vel quòd genuit illum, & tamen vt breuius loqueretur posuit nomina eorum in ordine, ex quo ordine colligitur quis sit pater, & quis sit filius.

Item patet hoc, quia si hoc non præsupponeretur non concluderetur intentus scripturæ, quia ipsa vult ostendere nobis successionem generationum, & si non intelligeremus, quòd illi, qui sequuntur, sunt filij præcedentium, dato, quòd hoc non exprimatur, nesciremus quæ progenies narraretur, immo eadem ratione nesciremus an illi, qui sequuntur præcesserint in ordine temporis, vel subsequantur. Etiam nesciremus de talibus, an essent de vna familia, vel de alia, vtpote dato, quòd incępit hic enarrari familia Phares, nesciretur de istis quorum patres non exprimuntur, an fuerint de familia Phares, vel Zaræ, vel Sella, immo, & consequenter possemus ignorare an illi qui exprimuntur sint de tribu Iuda, vel de alia tribu antiqua, & hoc est valde irrationabile: ideo oportet dicere, quòd illi quorum non exprimuntur patres, dicantur esse filij illorum, qui proximo ponuntur. Et dicitur quòd Assur erat pater Thecuæ, quod potest accipi pro viro, vel pro loco: nam Thecua nomen vrbis est, apud quam erat desertum, in quo morabantur pastores multi, & de hoc dicitur Amos primo, quòd Amos fuit in pastoralibus Thecuæ. Iste Assur non est ille, qui ponitur supra primo, quia ille fuit secundus filius Sem, & ab illo fuerunt nominati Assyrij, iste autem fuit de tribu Iuda valde multo tempore post, & potest vocari pater Thecuæ, ideſt Dominus vrbis Thecuæ, vel pater viri, qui vocabatur Thecua. Ponuntur aūt hic nomina duarū vxorū eius Alaa, & Naara, eo ꝙ ab vtraq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

descenderunt filij, qui fuerunt viri famosi, & propter illos exprimuntur nomina matrum. F

Peperit autem ei Naara Oozam. Ponuntur filij cuiuslibet illarū per se, & dicitur quòd Naara peperit Oozā, non tamen fuit iste Oozan ille, qui percussus fuit à Domino, quia tetigit Arcam, quando portabatur, vt patet 2. Reg. 6. & infra 13. Nam ille Oozan erat de tribu Leui, cum esset sacerdos, & ob hoc ipse accedebat ad tenendum arcam, quādo ruitura erat, quia ipse posuerat eam super plaustrum, iste autem fuit de tribu Iuda, & ideo ponitur hic.

Et Hepher. Iste Hepher filius Assur, & Naraa non erat ille, de quo habetur supra 1. cap. quia ille fuit filius Madian, & nepos Abrahę ex Cetura, & ab illo Africa nominata est, vt ibi declaratum fuit, iste autem multo tempore post fuit de tribu Iuda. Etiam nō est iste Hepher à quo nominata est familia Ephalitarum, Numeri 26. Nam ille fuit filius Galaad, & fuit de tribu Manasse, iste autem fuit de tribu Iuda G

Et Theman. Non est iste Theman de quo supra 1. nam licet Theman, & Themani secundum conditionem idiomatis Hebraici sit idem nomen, tamen supra 1. ponitur pro nomine viri cuiusdam de filijs Esau, qui fuerunt duces in terra Edom. Etiam ponitur pro quadam ciuitate, quę vocabatur Theman, iste autem de progenie Iuda est. *Et Aasihari.* Iste est alius filius Naara. *Isti sunt filij Naara.* Scilicet isti quatuor sunt filij Thecuæ ex Naara vxore sua. *Porro filij Alaa Sereth.* Ponuntur filij Thecuę ex vxore Alaa, & primus est Sereth. *Osaar.* Non est iste ille, qui ponitur in progenie Core, Nume. 16. quia ille erat de tribu Leui, vt patet ibidem, iste autem est de tribu Iuda. *Et Ethnan.* Ethnan aliquando est nomen viri, & aliquando regionis: nam hebræi exeuntes de Aegypto ambulauerūt tribus diebus per desertum Ethnā, Nu. 33. Aliquando est nomen viri, & sic accipitur hic, & tamen non est iste Athan, qui ponitur supra 2. quia ille fuit filius Zarę nepos Iudæ: iste autem fuit de familia Phares distans à Iuda per multas generationes. Etiam nō est iste ille Ethan, de quo 3. Reg. 4. dicitur, q̄ Salomon erat sapientior illo, quia ille erat de progenie Leuitarum, vt ibidem declaratum est, iste est autem de tribu Iuda. H

Cos autem genuit Anob. Intelligendū est q̄ Cos fuit filius Ethan, & ipse fuit pater Anob, & istorum, qui sequuntur. *Et Sobaba.* Iste vocatur alio nomine Sobab, quia in Hebræo non fit differentia de Sobab, & Sobaba, quia consueuerunt addi literæ, vel subtrahi in fine nominum propriorum, & tamen non est iste Sobal, de quo supra in litera dicitur, quia iste fuit multo tempore ante istum cum præcesserit eum per aliquot generationes. *Et cognationem Aharehel.* Ideſt etiam genuit cognationem Aharehel, quia fuit quędam cognatio magna, & descendit a quodam nepote istius. I

Filij Arum. Potest hoc referri, quòd Aharehel fuit filius Arum, & sic Arum fuit filius Cos, & Aharehel filius Arum, & illi, qui vocantur de cognatione Aharehel, fuerunt descendentes ab Arum tanquam a patre priore. Vel filij est ibi pluralis numeri. & est sensus quòd isti viri, qui erant de cognatione Aharehel erant filij Aharehel, quia Arum esset filius Aharehel. K

Quare hic ponitur Cos genuisse Anob. *Quæst. V.*

QVAERITVR quomodo ponitur hic Cos genuit Anob, quia istud non videtur pertinere ad præsens: cum Cos non fuerit filius alicuius de præcedentibus.

Respondendum quòd sicut supra dicebatur in generationibus istis quandocunque non ponitur nomen patris alicuius, ita quòd dicatur iste fuit pater illius, vel iste filius illius, intelligitur quilibet esse filius eius, qui precedit, nisi aliud constet ex alio loco, & quia Cos ponitur post Ethnan: dicendum Cos fuisse filium Ethnan, de hoc dicit Rabanus & Glo. ordina. quòd ordo confusus videtur in litera, quia numeratis filijs Halaa, & Naara subito inducit cognationem Aharehel filij Arum, & cōsequenter narrat de Iabes, sed hebrei dicūt quòd Assur de Halaa genuit Ethnā, & Ethnan genuit Cos, & Cos genuit Sababa, & Sababa genuit Iabes, & hoc tenendum est.

Fuit autem Iabes inclytus præ fratribus suis, & mater eius vocauit nomē illius Iabes, dicens: Quia peperi eum in dolore.

Fuit autem Iabes inclytus præ fratribus suis. Non exprimitur nomen patris Iabes, sed intelligendum est q̄ Sobaba fuit pater suus, q̄a præponitur, & Aharehel & cognatio sua fuit frater Iabes, vel potest intelligi magis secundum regulam datam quòd fuerit Iabes filius Arum, & fuit de cognatione Aharehel, & hoc concordat literæ, quia dicitur quòd Iabes fuit inclytus pre fratribus suis, in quo apparet, quòd multi erāt, & significat hoc cognatio, & in illa cognatione Iabes erat excellentior omnibus fratribus suis.

Et mater eius vocauit nomen illius Iabes. Hoc ponitur ad significandum euentum rei, scilicet, quia mater peperit eum cum dolore: & ex hoc imposuit sibi nomen Iabes.

Quia peperit eum in dolore. Non apparet an mortua fuerit, sed cum esset in partu dolens nimis, putās fortè, quòd moreretur, vocauit filium Iabes à dolore illo, quem patiebatur pro tunc, nam Iabes interpretatur dolor, vel dolens.

Quis nam fuerit iste Iabes. *Quæst. VI.*

QVAERITVR quis fuit iste Iabes. Respondet Nicolaus, quòd fuit Othoniel, qui cepit vrbem Dabir tempore Caleb, & ipse accepit Axam filiam Caleb in vxorem, & dicit, quòd iste habuit duo nomina, quia vocatus est Othoniel, & Iabes. Nam mater vocauit eum Iabes propter dolorem, quem in partu eius passa est: pater autem maioris animi existēns noluit eum vocare à dolore, sed vocauit eum alio nomine meliori, scilicet Othoniel: sic enim fuit de Rachel pariente: nam propter difficultatem partus Beniamin incœpit periclitari, & dixit nomen eius Benoni, ideſt filius doloris mei, Genesis trigesimoquinto. Pater autem robustiorem animum habens vocauit eum Beniamin, ideſt filium dextræ quod significat virilitatem.

Sed hoc non videtur stare, quia Othoniel fuit filius Cenem, vt patet infra, & tamen Iabes (vt hic dicitur) fuit filius Arum, vel (vt volunt hebræi) fuit filius Sobaba, & frater Aharehel. Dicunt autem hebræi de illo, & Rabanus, quòd Sobaba genuit Iabes, qui fuit doctor scribarum, & inter Cos, & Iabes interseruntur cognationes Aharehel, quia ipse est Obab filius Arum, Iethro cognati Moysi, quia Iabes docebat eos, inserti sunt in progenie eius quasi à maioribus eius geniti.

Sed istud non stat, nam hebrei volunt quòd Iabes fuit doctor, vt patet supra 2. Et tamen ibi magis accipitur Iabes pro nomine loci, in quo habitabant scribę quam pro doctore aliquo ipsorum. Quòd autem dī hic, q̄ cognatio Aharehel erat cognatio Cineorū, qui

qui venerūt ad audiendum doctrinam legis a Iabes, non conuenit: nam dato quòd ab illo audirent doctrinam, non describerentur hic, quia hic describitur progenies Iuda, & tamen Cinęi filij Iethro non erant de progenie Iuda, sed de Madianitis, nec est ratio cōpetens, quòd Cinæi ponerētur hic in stirpe Iabes tanquam geniti a maioribus eius propter doctrinā, quā recipiebant ab eo, quia hoc modo tolleretur omnis certitudo scripturæ in progeniebus, cum quilibet de quacūque progenie posset poni in progenie alterius propter aliquod beneficium ab eo susceptum, & hoc est absurdum. A

Item dato quòd possent poni filij Iethro in progenie ista propter doctrinam quam reciperent a Iabes, non deberent dici filij Sobaba, sed diceretur q̄ erant filij Iabes, & tamen non dicuntur hic, quòd erant filij Iabes, ideo non erat intelligendum de Cinęis. Item patet hoc, quia valde irrationabile est recedere a cōmuni sensu verborum sine aliquo motiuo sufficienti, & tamen cùm ponatur hic progenies Iuda per Phares, debet intelligi, quòd omnes hic nominati sunt filij Phares: nisi appareat aliquid, propter quod debeamus aliquid asserere, & tamen nō apparet hic aliquod motiuum ad hoc quòd dicamus istos esse filios Iethro, ideo non est sic dicendum, sed quòd fuerint de stirpe Iuda. B

Quomodo Iabes fuerit præ fratribus suis inclytus. *Quæst. VII.* C

QVAERITVR vlterius quomodo fuit Iabes inclytus præ fratribus suis. Respondet Nicolaus, quòd hoc fuit in duobus. Primò in opere bellico: secundò in doctrina sapientiæ. De opere bellico patet, quia ipse Iabes est Othoniel, & ille cepit vrbē Dabir, & ob hoc meruit accipere in vxorem Axam filiam Caleb. Iosue 15. & Iudic. 1. Fuit etiam inclytus in doctrina legis, quia ipse docebat omnes scribas, & Cinęi filij Iethro audiebant ab eo legem. D

Dicendum tamen, quòd ista non sunt vera, nam presupponitur Iabes esse Othoniel, & sic prædicantur ista de illo, & tamen non fuit Othoniel, vt dictum est precedenti quæstione.

Dicendum igitur quòd quanquam non appareat vllo modo, quòd iste Iabes fuerit doctor legis, tamē satis potest concedi: dum tamen non innuatur quòd iste fuerit Othoniel. Sed dicendum, quòd secundū q̄ litera signat, fuit iste Iabes inclytus inter fratres suos in opere bellico, vt patet ex verbis suis, s. Si benedicēs benedixeris mihi, & dilataueris terminos meos, & fuerit manus tua mecum. Omnia tamen ista pertinent ad opus bellicum, in quo petebat iste Iabes se adiuuari, & sic fuit inclytus, quia præualuit contra hostes, & dilatauit terminos suos: alij autem fratres eius non fuerunt viri bellatores. E

Inuocauit verò Iabes Deum Israel, dicēs: Si benedicens benedixeris mihi, & dilataueris terminos meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me à malitia non opprimi. Et præstitit Deus quæ precatus est.

Inuocauit vero Iabes Deum Israel. Scilicet inuocauit eum ad auxilium sciens quòd sine illius fauore non poterat preualere contra hostes, dicens. *Si benedicens benedixeris mihi.* Ista verba sunt incompleta, quia ponitur conditionalis hic, & non declaratur quid est, q̄ cadit sub conditione, ideo intelligendum quòd Iabes dicebat ista vouendo, scilicet, si benedixeris mihi, & dilataueris terminos meos faciā tale vel tale propter te, & tamen sæpe in hebræo sententia est decurtata, sicut patet 2. Reg. 5. s. Proposuerat enim Dauid in die illa præmium ei, qui percussisset Iebusęum, & non ponitur quod præmiū erat illud, & infra vndecimo exprimitur quòd esset princeps exercitus, qui percuteret Iebusęum. ita hic intelligendum est, quòd iste vouit aliquid domino, & tamen nō ponitur quid est, quod vouit, sed solum id quod petebat, & dicitur: si benedicens benedixeris mihi, ideſt si multiplicaueris, & exaltaueris statum meum, nam benedictio significat augmentum, vt patet 2. ad Corinth. 9. vbi dicitur: Qui in benedictionibus seminat, in benedictionibus metet, & qui parce seminat, parce metet: Et etiam ponuntur ibi auaritia, & benedictio tanquam cōtrarium, & tamen contrarium auaritiæ est liberalitas, & abundantia.

Et dilataueris terminos meos. Intelligēdum est, quòd iste Iabes acceperat possessionem in aliqua terra, quæ tenebatur ab hostibus, & non se poterat extendere, ideo petebat a Domino, q̄ daret ei dilationem terminorum prævalendo contra hostes, & expellendo eos de terra. Sic enim erat de filijs Ephraim, & Manasse, qui habebant locum angustum possessionis, cū Cananęi arctarent eos. Iosue 17. s. Dixerunt filij Ioseph, non poterimus ad montana conscendere, cum ferreis curribus vtantur Chananæi, qui habitāt in terra campestri. Sic etiam fuit de filijs Dan, quos Amorrhæi arctauerunt in montibus, vt patet Iudi. 1. scilicet, Arctauit Amorrheus filios Dan in monte, nec dedit eis locum, vt ad planiora descenderent. Desiderabat igitur iste Iabes terminorum dilationem, quia terra sua adhuc a Chananęis, vel alijs gētibus tenebatur.

Et fuerit manus tua mecum. Ideſt adiuueris me contra hostes: dicitur enim manus Domini esse cum aliquo, quando ipse adiuuat eum ad faciendum aliquid. Sic etiam in hominibus dicitur manus alicuius esse cum aliquo, si dat ei consiliū, vel fauorem ad aliquid agendum, sic dixit Dauid ad mulierem Thecuitē, 2. Reg. 14. Nūquid manus Ioab tecum est in omnibus istis? Ideſt nunquid Ioab dedit tibi consilium ad faciendū hęc? Sic etiam Iere. 26. Dicitur etiam: Manus Ahicam filij Saphan fuit cum Ieremia, vt non traderetur in manus populi, & interficerent eum. Et ipse adiuuit Ieremiam ad hoc. & origo istius locutionis est, quia manus est generale organū, & ideo omnia, quæ facimus attribuimus manui, & sic interdum dicitur aliquis loqui per manum, sicut dicimus locutus est Deus in manu Moysi. Nume. 9. & Aggæi primo. & in multis locis.

Et feceris me a malitia non opprimi. Ideſt feceris, quòd hostes mei, qui mali sunt non præualeant contra me, & accipitur malitia, p̄ homine malo, quia iuxta Aristotelem non differt loqui de malitia, & de homine malo, vel de habitu, & habēte habitum. Hoc autem precabatur Iabes, quia continuo pugnabat contra hostes ad dilatandum terminos suos, & timebat quòd aliquando hostes præualerent contra eum, & occiderent ipsum vel excluderent de terra, ideo orat ne ab eis possit opprimi.

Et præstitit Dominus quæ precatus est. Ideſt Deus concessit isti Iabes omnia, quæ petiuit, nam benedixit ei dilatando terminos suos, & fuit manus cum illo contra hostes, & fecit quòd non opprimeretur ab illis, & sic etiam subintelligendum est, quòd ipse Iabes reddidit votum, quod vouerat.

Quę-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo sub conditione Iabes vouit, & quod fuerit votum, quod emisit. Quæst. VIII.

QVAERITVR quomodo Iabes sub conditione vouit, & quod fuit votum, quod emisit.

Ad primum dicendum quòd licuit vouere cum conditione, nam dum conditio non sit illicita, bene recipiuntur vota conditionalia, sic patet de Iacob, qui vouit conditionaliter, quod si Deus dirigeret eum in via, in qua ambulabat, & daret ei panem ad comedendum, & vestes ad induendum, acciperet eum in Deum, & offerret ei decimas. Gen. 18. & Deus acceptauit votum, & compleuit conditionē, & ipse Iacob complevit postea votum suum, ita ergo iste Iabes poterat vouere cum conditione, nec in hoc est simonia, quanquam promittamus Deo aliquod obsequium temporale si contulerit nobis aliquod spirituale, quod petimus. De voto an possit fieri conditionaliter, & quę conditiones reperiuntur in voto, & quæ repugnant ei, & quomodo non committatur simonia in eo, satis declaratum est Num. 30. in quadam quæstione. Ad secundum dicit Nicolaus, quod nunquam ipse repperit in aliqua glo. hebreorum, vel alibi, quod votum emiserit iste Iabes, sed dicit quod ex verbis potest coniecturari, scilicet, q promisit vacare doctrinę, & contemplationi vsque ad mortem, quia modus antiquorum sapientum erat in talibus finire vitam, & ad hoc requies a laboribus, & puritas mētis, & protectio Dei requiritur, ideo vult quod petierit quod manus domini esset cum illo, & faceret eum non opprimi a malitia, & quod dilataret terminos eius, quia tunc posset vacare securus contemplationi: motiuum tamen Nicolai est, quia præsupponit, quòd iste Iabes fuerit Othoniel, & quòd ipse fuerit doctor magnus in lege, qui erudiebat scribas canentes, & resonantes, & tamen istud non est omnino verum, cū Iabes, ex quo Nicolaus accipit fundamentum 2. cap. non sit nomen viri, sed loci, vt ibi probatū est. Quòd autem dicit consuetudinem antiquorum sapientum virorum fuisse mori in vacatione sapientiæ, satis esset rationabile, si presupponeremus istum Iabes fuisse doctorem legis, sicut ipse præsupponit. Ideo dicendum quòd de voto istius non constat, sed magis verisimile est, quòd cum esset vir bellator voueret Deo exhibere aliqua sacrificia, vel offerre aliquam possessionē si eum liberaret ab hostibus, quia ad viros bellatores potius pertinent talia vota quam vouere mori in vacatione sapientiæ.

Caleb autem frater Sua genuit Mahir, qui fuit pater Esthom. Porro Esthom genuit Betrapha, & Phesse, & Tehinna patrem vrbis Naas: hi sunt viri Recha. Filij autem Cenez, Othoniel, & Saraia.

Caleb autem frater Sua genuit Mahir. Iste Caleb videtur esse frater illius, qui supra dicitur Sababa, & hic vocatur Sua, quia mutatio quædā fit in nominibus, & genuit iste Mahir, non illum de quo habetur supra secundo, quia ille fuit filius Manasse, & pater Galaad. Iste autem Caleb fuit de tribu Iuda, vt patet hic.

Qui fuit pater Esthom, s. Mahir fuit pater Esthom. Aliqui putant Esthom esse nomen loci, sed falsum est, quia dicitur immediate, quòd Esthom genuit Betrapha, quod non conuenit loco, sed interdum aliqua nomina sunt, quæ aquiuocantur locis & viris, sicut patet de isto nomine Bethlehem, & Hebron, qui accipiuntur pro quibusdam vrbibus famosis, & tamen supra secundo sunt nomina virorum.

Porro Esthom genuit Betrapha, & Phesse, & Tehinna patrem vrbis Naas. Iste Esthom fuit de stirpe Caleb: habuit istos tres filios, quorum vnus fuit pater, idest dominus vrbis Naas, quę est quędam ciuitas in sorte Iudę. Est tamen aliquando Naas nomen viri, nam rex Ammon, contra quem pugnauit Saul cum obsideret Iabes Galaad vocabatur Naas, 1. Regum vndecimo, sed hic accipitur pro vrbe. *Hi sunt viri Recha.* Idest isti nominati descendentes a Caleb vocantur viri Recha, & est Recha nomen loci, vt vult Nicolaus, & sic vocabantur isti viri Recha, quia progenies istorum habitabat in vrbe Recha, simile dicitur supra secundo, scilicet, ex his egressi sunt Saraitę, & Estaolitę, idest de quibusdam progeniebus ibi nominatis descenderunt habitatores Saraa, & Estahol. Dicit autem Glo. ordina. & Rabanus, quòd quidam putant Recha nomine Dauid nominari: est enim Recha tener vnde Dauid de se ait: Ego sum tener, & vnctus rex secundo Regum tertio: ipse quoque vocatur vermiculus ligni tener, eodem libro capitu. 23. Ideo vocantur isti viri Recha, quia propter exprimendam genealogiam Dauid hic nominati sunt. & tamen istud nimis est alienū. Primū quia falsum presupponitur, nam non ponuntur isti hic ad denotādum stirpem Dauid, quia non fuit Dauid de stirpe istorum. Etiam quia iam stirps Dauid completè enarrata fuit quantum ad predecessores suos supra secundo, & quantum ad sequentes eum precedenti cap.

Secundo patet, quia nimis alienum est, quòd Recha intelligatur Dauid, eo quod ipse vocauit se tenerum, quia tunc de quocunque homine, de quo in scriptura dicitur, quòd sit tener, posset intelligi, q isti viri erant de progenie sua: cum secundum istum modum loquendi Recha non ponatur vt nomē proprium, sed vt commune.

Tertiò patet, quia iste sensus repugnat intentioni Hieronymi, quia hoc modo Recha non esset nomen proprium, sed commune significans teneritudinem, & sic poneretur in litera nostra nomen teneritudinis, & non Recha: ideo necesse est, quòd accipiatur pro nomine proprio. & tamen tunc potest accipi pro nomine loci, in quo habitarent istę progenies, vel potest accipi pro nomine alicuius progeniei, in qua erāt isti viri hic nominati.

Filij autem Cenez. De isto nō dicitur cuius filius sit, & tamen intelligendum est secundum regulam communem supra datam, quòd sit filius immediate precedentis, scilicet, Tehinna patris vrbis Naas.

Othoniel, & Saraia. Iste Othoniel est ille, qui accepit in vxorem filiam Caleb, scilicet, Axam, eo quòd percussit vrbem Chair, siue Chariathsepher Iosue 15. & Iudi. 1. Iste est, quem Nicolaus putat esse Iabes, & etiam multi Hebreorum asserunt, sed non videtur esse verum, quia in diuersis progeniebus ponuntur. Saraia est frater Othonielis, & nō est ille, de quo dicitur infra sexto, scilicet, Azarias genuit Saraia, quia ille fuit summus sacerdos, & de stirpe Iudę. Etiam ille fuit valde magno tempore post istum: nam iste fuit in introitu Israelitarum in terram Chanaan, cum fuerit frater Othonielis, & Othoniel fuit frater Caleb, Iosue decimoquinto. & Caleb erat fere octoginta annorum, quando introiuerunt Israelitę in terram Chanaan, vt colligitur Iosue decimoquarto, ideo iam natus esset Othoniel, & Saraia, quādo Israelitæ introierunt in terram Canaan, & tamē ille Saraias, de quo infra sexto, fuit ille summus sacerdos, qui captus est à Nabuzardam principe exercitus Nabucodonosor, quando combusta est Ierusalem, & translati Iudæi in Babylonem, & ductus est ad Nabucodonosor in Reblata,

blata, & ibi occisus est coram eo quarto Regum vltimo, & Ieremiæ vltimo.

Sciendum autem, quod Othoniel, de quo hic dicitur, fuit primus iudex Israel post mortem Iosue Iudicum tertio.

Quis nam fuerit iste Cenez. Quæst. IX.

QVAERITVR de isto Cenez quis erat, nam videtur, quod fuerit pater Caleb, eo quod Caleb vocatur Cenezęus interdum, vt patet Iosue decimoquarto, & in multis locis. Item patet, quia Othoniel erat filius Cenez, vt patet hic, & tamen Othoniel erat frater Caleb, vt patet Iosue decimoquinto, & Iudicum primo, scilicet, Cepitque eam Othoniel filius Cenez iunior fratre Caleb.

Respondendum, quod non est dubium de Caleb, quin fuerit frater Othonielis, cū scriptura vocet eos fratres: etiam non est dubium quin Othoniel fuerit filius naturalis Cenez cum vocetur filius ejus hic, & Iosue decimoquinto, & Iudicum primo, & tamen de Caleb est dubium an fuerit filius Cenez. & videtur dicendum, quòd non, quia hic ponitur Othoniel, & Saraia filius Cenez, & non ponitur Caleb filius eius: ideo dicunt quod Caleb fuit frater Othonielis senior filij Cenez, & mortuo patre custodiuit eum Caleb, & inde sortitus est nomen.

Alij autem dicunt, quòd mortuo patre Caleb, Cenez accepit in vxorem matrem Caleb, & nutriuit eū paruulum relictum a patre, & ab illo Cenezæus appellatus est. De hoc tamen magis declaratum est Iosue decimoquinto. Motiuum autem eorum, qui non concedunt Caleb esse filium Cenez, quanquam vocetur Cenezæus est, quia Caleb vocatur filius Iephone.

Porro filij Othoniel Hathath, & Mahonati. Mahonathi genuit Ophra. Saraias aūt genuit Ioab patrē Vallis artificū. Ibi quippe artifices erant, filij verò Caleb filij Iephone. Hir, & Ela, & Hahan. Filij quoque Ela Cenez. Filij quoque Iaheleel, Ziph, & Zipha, Thiria, et Asrael. Et filij Ezra: Iether, et Mered, et Epher, et Ialon, genuitque Mariam, et Sammai, et Iesba patrem Esthamo.

Porro filij Othoniel Hathath, & Mahonathi. Quanquam habuerit istos duos filios nullus eorum successit ei in principatu iudicatiuo: nam post eum non fuit iudex in Israel aliquis de stirpe sua, sed Agoth filius Gera de tribu Beniamin fuit iudex secundus, vt patet Iudicum tertio.

Mahonati genuit Ophra. Non continuatur hic progenies Othonielis nisi vsque ad neporem suum, qui vocatur Ophra, & fortè quia posteri Othonielis non fuerunt postea viri famosi, quorum progenies deberent scribi. Est autem Ophra aliquando nomen vri, vt patet hic, & aliquando nomen vrbis, & illa vrbs pertinebat ad tribum Manasse ad familiam Ezri, vnde in Ophra erat Gedeon quando apparuit ei angelus, & dixit quod iret ad pugnandum contra Madiā. Iudicum sexto. De ista etiam vrbe dicit primo Regum decimotertio, quòd vnus Cuneus Philisthinorū pergebat contra viam Ophra ad terram Saul.

Saraias autem genuit Ioab. Ponitur stirps Saraiæ fratris Othonielis, & dicitur quòd genuit Ioab: non tamen est iste Ioab ille, qui fuit dux in exercitu Dauid: nā ille fuit filius Saruiæ sororis Dauid, & habuit alios duos fratres, scilicet, Asael, & Abysai supra secundo.

Patrem Vallis artificum. Idest iste fuit pater omnium qui habitabant in Valle artificum, scilicet, quia iste Ioab genuit filios ex quibus deriuata est progenies magna, quę habitauit in valle quadam, quæ vocata est Vallis artificum, scilicet, quia iste fuit pater omnium habitantium in valle illa.

Ibi quippe artifices erant. Redditur causa, quare vocabatur illa vallis artificum, & dicitur, quia ibi erant artifices, quia fortè habitabāt plura genera artificum, quam in alijs locis, vel quia omnes habitantes ibi erant artifices, & sic per excellentiam Vallis artificum est appellata. De hoc dicit Glo. ordina. de Saraia dicitur Ioab prodijsse, quia iuxta nominis interpretationem dicitur pater Vallis artificum, quia de filijs eius fuerunt architecti, qui ædificauerunt templum Domini.

Sed hoc non cōsonat literæ cum litera dicat, ideo fuisse vocatam vallem artificum, quia ibi artifices habitabant.

Filij verò Caleb filij Iephone. Hic ponuntur filij Caleb, & dicitur filij Iephone ad differentiam Caleb filij Hesron, de quo supra cap. 2. dicitur.

Quis fuerit pater istius Iephone. Quæst. X.

QVAERITVR cuius filius erat iste Iephone, nā de Caleb scimus, quod sit filius Iephone. sed de Iephone ignoramus, quis pater eius sit.

Ad hoc secundum Nicolaum, & hebræos iam responsum erat, scilicet, quòd esset Caleb filius Hesron, & si Iephone esset nomen viri esset Hesron, & ille esset filius Phares, vt declaratum est supra secundo. Nicolaus, & Hebrei volunt, quòd sit Caleb filius Iephone, & Caleb filius Hesron idem, & tamen Hesron est filius Phares, & Phares filius Iudæ, ideo non esset aliquod dubium de progenie Caleb, & tamen hoc improbatum fuit ibi. Nam necesse est multo prius natum fuisse Caleb filium Hesron quā Caleb filium Iephone. Tenentes tamen positionē illam dicunt, quòd Iephone non est nomen viri, qui fuerit ipse Caleb, sed est nomen commune, quia Iephone interpretatur diuertens, eo quòd iste Caleb diuertit a consilio exploratorum auertentium populum ab introitu in terram Chanaan, nam iste iuerat cum alijs vndecim, & decem illorum fuerunt viri mali, & detraxerunt terræ: auerteruntque populum, vt non introiret terram Chanaan, soli verò Caleb, & Iosue restiterunt eis dicentes, quòd deberent ascendere in terram Chanaan, & sic vocatur iste filius Iephone, idest diuersionis, quia diuertit ab alijs, sicut dicitur aliquis filius mortis, quia egit aliquid morte dignum. Et tamen ista positio non est satis conueniens, quia scriptura consuevit vocare semper istum Iosue filium Iephone, & etiam prius quam esset illa diuersio, vocabatur Caleb filius Iephone, vt patet Numeri decimotertio. Etiam Deus vocauit eum filium Iephone quando facta est illa discordia in populo propter exploratores Iosue decimoquarto. & tamen nullo modo conuenit quòd propter illam diuisionem, quæ tunc facta est, vocaretur filius Iephone, quia tunc non solum Caleb vocaretur filius Iephone, sed etiam Iosue diceretur filius Iephone, quia ambo fuerunt socij in explorando, & ambo eodem animo repugnauerunt alijs exploratoribus, & populo dicentibus non introeundum esse in terram Chanaan, Numeri decimoquarto. & tamen nunquam vocatur Iosue filius Iephone, ideo nec etiam Caleb

voca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

vocatus est filius Iephone, idest diuersionis, sed quia Iephone erat pater suus. Et tunc manet dubium de Iephone cuius filius erat: Et potest dici quòd cum Caleb sit frater Sua, vt patet in litera, & Sua, sit idem quod Sababa filius Cos, vt patet supra in litera, & Cos fuerit Iephone pater Caleb, & hoc concordat satis veritati, quia licet generatio Caleb filij Hesron, tamẽ fuit satis antiqua, & non multum distans a generatione Caleb filij Hesron, eo quod Caleb filius Iephone in Aegypto natus est: & erat annorum triginta octo, quando egressus est de Aegypto, vt probatum est supra secundo capitulo in quadam quæstione.

Hir, & Ela, & Nahan. Isti tres fuerunt filij Caleb, & possederũt territorium vrbis Hebron cum patre suo Caleb. Iosue 21. Isti tres filij Caleb non fuerunt viri famosi sicut pater suus, ideo non fit mentio de eis in scriptura sicut de patre suo.

Filius quoque Ela Cenez. Nõ ponitur hic progenies primi filij Caleb, scilicet, Hir, quia forte non habuit filios, vel magis, quia illi non fuerunt viri famosi, sicut filij Ela fratris sui, vnde scriptura omisit eos: filius autẽ Ela fuit Cenez & differt iste ab illo Cenez, de quo supra dicitur, quia ille fuit pater Othonielis, iste autem fuit multo postea, nam fuit nepos Caleb, & tamen ipse Caleb habuit Cenez tãquam priorem, cum ipse vocetur ab eo Cenezæus: Iosue 14.

Filij quoque Ialeleel. De isto Ialeleel non dicitur cuius filius sit, sed intelligendum est quòd est filius Cenez, de quo immediate dicitur.

Ziph, Zipha, & Thiria, & Asrael. Isti quatuor fuerunt filij Ialeleel. Ziph tamen aliquando est nomen viri sicut hic, & supra secundo: aliquando autem est nomen ciuitatis, & est in sorte Iuda apud Carmelum, & Iezrahel, Iosue decimoquinto, & ab ista vrbe nominata est quedam solitudo, quę propinqua est Ziph, in qua latuit Dauid, cùm inquireret eũ Saul, 1. Reg. 23. Zipha, & Thiria, & Asrael: nomina incognita sunt, quia nihil de eis reperimus in scriptura.

Filij Ezra Iether, & Mered. De isto Ezra non apparet cuius filius sit. Sed dicendum est quòd sit filius Asrael, quia ille ponitur immediatè ante eum, Iether filius eius non est ille, de quo supra dicitur.

Epher, & Ialon. Iste Epher differt ab Epher filio Naara, qui supra ponitur, & ab Epher filio Galaad, a quo familia Epheritarum: Numeri vigesimosexto, quia ille erat de tribu Manasse, & iste de tribu Iuda.

Ialon. Est nomen viri: Aialon autem est nomen vrbis, contra quam stetit luna sole stante tempore Iosue, vt patet Iosue decimo capitulo, sol contra Gabaon ne mouearis, & lunam contra vallem Aialon. Est autem ista ciuitas in tribu Dan: Iosue decimonono.

Genuitque Mariam. Scilicet Ezra genuit Mariam: fuit autem ista Maria aliqua mulier famosa, ideo ponitur nomen eius inter fratres suos.

Et Sammai, & Iezba patrem Esthamo. Vocatur Iezba pater Esthamo, idest cuiusdam vrbis, quæ vocabatur Sthamo, vel potest accipi Sthamo pro nomine viri, quia sepe coincidunt nomina locorum, & virorum.

Quis fuerit iste Ezra, & filij sui. Quæst. XI.

QVAERITVR de isto Ezra, & filijs suis qui erant. Respondet Hieronymus, & Rabanus dicentes secundum Hebręos: Ezram, qui interpretatur auxiliator esse Amram patrem Moysi, & Aaron, & Iether, qui interpretatur auxiliator esse Aaron: nam auxiliatus est Moysi coram Pharaone loquendo pro eo. Mered, qui interpretatur rebellans esse Moysen, nam ipse rebellauit contra peccatores in deserto: Epher autem, qui interpretatur puluer fuisse Eldad, & Ialõ fuisse Medad: isti enim duo fuerũt de septuaginta senioribus, quos accepit Moyses in deserto in adiutorium ad gubernationem populi, & quia isti duo fuerunt hic filij Ezra, dicunt Hieronymus, & Rabanus secundum Hebręos, quòd fuerunt Eldad, & Medad fratres Moysi, & Aaron, & ad hoc dicunt, quòd Moyses suasit patri suo Amram in deserto, vt dimitteret matrem suam Iocabed, eo quòd erat filia aui sui: nam fuit filia Leui, & post eam Amram duxit aliam ex qua habuit Eldad, & Medad, & ideo Aaron, & Moyses Eldad, & Medad ponuntur hic tanquam fratres filij Ezra, idest Amram.

Sed dicendum quòd ista positio Hebręorum, quã refert Hieronymus, & Rabanus, & Glo. ordina. est valde irrationabilis. primo, quia ponunt, quòd Ezra sit Amram, & filij sui, qui ponuntur hic, sint Moyses, & Aaron, quia isti erant de tribu Leui, & progenies eorum enarratur infra sexto: hic autem solum agitur de tribu Iuda, ideo non ponitur hic progenies Amram, Moysi, & Aaron.

Secundo patet quia dicunt quòd Eldad, & Medad fuerunt fratres Moysi, & Aaron ex parte patris, nam hoc est valde irrationabile, quia si isti fuissent fratres Moysi, desiderauisset Moyses eorum exaltationem, & non inuideret prosperitati eorum, & tamen quando assumpti sunt septuaginta seniores ad regimen populi, manserunt isti duo in castris, & cęperũt prophetare, & Iosue minister Moysi dixit ad eum: Eldad, & & Medad prophetant in castris domine mi Moyses prohibe illos, & tamen si essent fratres Moysi ipse Iosue minister Moysi non diceret ei prohibe illos, quia videret quod potius gauderet Moyses propter illorũ exaltationem, cum essent fratres sui. Patet etiam ex responsione Moysi, nam dixit quid tu æmularis pro me? quis tribuat vt omnis populus prophetet, & Deus det eis spiritũ suum? & sic ostendebat Moyses istos esse quasi quosdam ex populo non habentes secum aliquam consanguinitatem: & ideo locutus est de eis tanquam de hominibus non pertinentibus ad se, cum ait: quis mihi det vt omnis populus prophetet?

Tertio est ista positio irrationabilis, quia dicunt quòd Moyses suasit Amram patri suo in deserto, vt dimitteret vxorem suam Iocabed, quia erat filia aui sui Leui, quia Moyses non suaderet istud, nisi forte copula illegitima esset, & tamen non erat illegitima, quia licet in lege prohibitum esset cuique accedere ad sororem patris, vel matris, Leuitici decimooctauo, & vigesimo, tamen ista lex non obligabat antequam conderetur: fuit autem condita in monte Sinai in anno primo exitus de Aegypto, ideo ante hoc non erat prohibitus ille gradus, nisi dicamus, quòd de iure naturali esset prohibitus, quod non conceditur, sed Amram pater Moysi pluſquam per nonaginta annos ante hoc acceperat vxorem Iocabed, quia in exitu de Aegypto erat Aaron filius eius annorum octoginta trium Exodi septimo. Maria nonaginta quinque annorum, vel quasi, vt declaratum est supra secundo, ideo licitè contractum fuit istud matrimonium pro tunc: lex autem postea superueniens non cassauit matrimonia iam contracta, sed interdixit in posterum contrahi, eo quòd constitutio non extenditur ad præterita, nisi expresse de hoc caueatur in illa, & tamen in lege Dei data de prohibitione istorum graduum Leuitici decimooctauo, & vigesimo non cauetur de præterito, sed potius sunt verba de futuro, ideo matrimonium illud non potuit effici illegitimum

gitimum per legem sequentem, & tamen Moyses non suaderet dirimi matrimonium, quod erat verum potissimè respectu patris sui, & matris, ideo nihil tale suaderet.

Quarto ista positio est erronea, quia dicit ꝙ Amrã genuit Eldad, & Medad in deserto, sed hoc non potuit esse, nam non solum non poterat ibi gignere, immo satis est rationabile, quòd non potuerit viuere vsque ad introitum in desertum. Et patet hoc, quia Amram vixit solum annis centum triginta septem. Exodi sexto, & tamen in exitu de Aegypto habebat ipse filios, qui erant quasi centum annorum: quia Aaron erat octoginta annorum in exitu de Aegypto Exodi septimo: Maria autem soror Moysi erat quindecim annorum, vel quasi ad minus maior ipso Moyse, vt declaratum est supra secundo, & patet ex his, quæ fecit circa eum quando expositus est in flumine Exodi secundo, quia talia non potuisset facere, nisi puella perfectæ discretionis, vtpote in anno quintodecimo, vel quasi: ergo ista in exitu de Aegypto esset annorum nonaginta & quinque: & ideo saltem essent anni nonaginta sex, vel quasi centum, quibus Amram acceperat vxorem, quando tamen acciperet eam esset ad minus viginti, vel vigintiquinque annorum, & sic in exitu de Aegypto esset centum, & vigintiquinque annorum saltem. Vel forte mortuus est in Aegypto, quia potest esse, quòd ipse erat quadraginta annorum vel quasi, quãdo genuit Mariam, & tamen dato quòd non moreretur in Aegypto esset annorum saltem centum, & vigintiquinque annorum, & tunc non posset gignere, cùm esset in extrema senectute, & dato quòd aliquo modo esset possibile, saltem non erat verisimile, quòd ipse in tanta ætate constitutus vellet accipere vxorem.

Quinto ista positio est erronea, quia dicit, quod in deserto genuit Amram Eldad, & Medad, quia hoc est impossibile, nam tunc sequeretur quod nondum essent vnius anni Eldad, & Medad, quando prophetauerunt, quia congregatio illa in qua dati fuerunt septuaginta seniores Moysi in adiutorium fuit facta anno secundo ab exitu de Aegypto circa principium anni, nam die vigesima mensis secundi anni eiusdem recesserunt Israelitæ de deserto Sinai, Numeri decimo, & post tres dies castra fixerunt in solitudine Etban, & ibidem Moyses elegit septuaginta seniores, Numeri vndecimo, & sic ab exitu de Aegypto non effluxerant nisi vnus annus, & tres menses vel quasi quando facti sunt septuaginta seniores rectores populi, & tunc Eldad, & Medad prophetauerunt, quia erant de numero reliquorum seniorum, Numeri vndecimo, ergo ad minus quilibet istorum esset pluſquam triginta vel quadraginta annorum, quia alias non eligeretur ad regimen populi, & tamen iam Moyses elegerat omnes istos viros, & nominauerat, & scripserat eos, eodem capitulo. Ergo impossibile fuit, quòd Amram pater Moysi genuerit istos duos filios in deserto. Dicendum ergo quod iste Ezra non fuit Amram, nec ponitur hic Moyses, & Aaron, & Eldad, & Medad, sed omnes isti sunt aliqui viri de stirpe Iuda.

An ista Maria, quæ hic nominatur fuerit soror Moysi. Quæst. XII.

QVAERITVR vlterius, quæ fuit ista Maria, quæ habetur hic, & an fuit soror Moysi. Respondet Rabanus, & Glo. ordina. ꝙ ista Maria est soror Moysi, & Samai frater eius est Moyses, eo quòd interpretatur cœlestis, & Moyses cęlicus fuit. Iesba frater eorum est Aaron, qui interpretatur collaudatio, & satis cõuenit ei cũ ipse fuerit sacerdos magnus, & sacerdotes proferebant laudes Dei, & ideo vocatur pater Esthamo, quia Esthamo interpretatur ignis manens, & Aaron erat pater ignis, quia ipse fouere debebat ignem tanquam filium manentem in altari in perpetuum Leuitici cap. scilicet, Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subijciens ligna mane per singulos dies. Dicit etiam Nicolaus secundum quosdam hoc intelligi de Moyse, & Aaron, & Maria sorore eorum. Sed hoc non potest stare, quia hic agitur de progenie Iuda, isti autem sunt de progenie Leui, & Esdras nullo modo permiscet hic progenies, sed ponit eas distincte, vt patet ex sequentibus vsque ad nonum capitulum. Potissimè quia non est aliqua ratio permiscendi stirpem Leui cùm stirpe Iuda. Sed dicunt isti quòd quanquam Moyses, & Aaron pertineant ad tribum Leui ponuntur hic in tribu Iuda propter Mariam sororem eorum, quæ accepta fuit in vxorem a Caleb filio Iephone.

Sed dicendum quòd ista ratio non stat, quia non est verum, quòd fuerit accepta Maria in vxorem a Caleb, vt probatum est supra secundo cap,

Item dato, quòd accepta fuisset in vxorem ab aliquo de tribu Iuda, ipsa sola, & filij Iudæ geniti pertinerent ad tribum Iuda, & tamen fratres sui, scilicet, Moyses, & Aaron non pertinerent ad hanc tribum, nec ponerentur in ea.

Dicendum igitur quòd ista Maria non fuit soror Moysi, & tamẽ motiuum præcipuum eorum, qui dixerunt poni hic Amram, & Moysen, & Aaron fuit, quia putauerunt istam Mariam sororem esse Moysi, sed dicendum, quòd ipsa fuit aliqua mulier famosa in tribu Iuda per se ipsam, vel per filios suos, ideo nominatur hic inter fratres suos.

Vxor quoque eius Iudaia peperit Iared patrem Gedor, & Heber patrem Socho, & Ichutiel patrem Zanoe. Hi autem filij Bethiæ filiæ Pharaonis, quam accepit Mered. Et filij vxoris Odaiæ sororis Maham patris Ceilla Garmi, & Esthamo, qui fuit de Machathi.

Vxor quoque eius Iudaia. Aliqui putant, quòd Iudaia sit nomen appellatiuum, & deberet dici Hebręa, & tamen hic accipitur pro nomine proprio, licet aliquando accipiatur pro nomine communi, & aliqui dicunt, quòd ista erat vxor Ezra, vel potest intelligi quòd erat vxor Esthamo, de quo immediate dicitur.

Peperit Iared patrem Gedor. Fuit iste Iared pater Gedor, idest cuiusdam vrbis sic nominatæ, vel est nomen viri.

Et Heber patrem Socho. Iste Heber non est ille, de quo habetur supra primo, quia ille fuit pauco tempore post diluuium: iste autem fuit de tribu Iuda: etiam iste Iared non est ille, de quo habetur supra primo, quia ille fuit ante diluuium in prima ætate sæculi: iste autem in tertia: nam descenderunt de Iuda. Est autem iste Heber pater Socho, idest cuiusdam vrbis sic nominatæ, nam in sorte filiorum Gad erat quædam ciuitas nomine Sochod Iosue decimotertio. & ad istam peruenit Gedor persequens Madianitas, & petiuit panes, & noluerunt ei dare, & contriuit seniores vrbis cum tribulis deserti. Iudicum octauo. Alia autem Socho est in tribu Iuda in terra montana Iosue decimoquinto. & ista accipitur hic quia ista Heber erat de tribu Iuda, ideo non poterat

esse

esse dominus alicuius vrbis in alia tribu nisi in sorte Iuda.

Et Ichutiel patrem Ianon. Iste Ichutiel fuit alius vir famosus dominus cuiusdam vrbis, quæ vocabatur Ianon, & in Hebræo vocatur Zanoe, & sic vocatur, Iosue decimoquinto. vbi ponitur possessio tribus Iuda.

Hi autem filij Bethiæ filiæ Pharaonis. Scilicet isti, qui sequuntur sunt filij Bethiæ: est enim Bethia nomen mulieris, & peperit istos qui sequuntur, & nominatur hic, quia fuit mulier famosa, cum dicatur esse filia Pharaonis.

Quam accepit Mered. Idest quam accepit in vxorem, Ipse Mered est pater Ezra, vt patet supra.

Et filij vxoris Odaiæ sororis Nathan. Odaia non est hic nomen mulieris, sed viri, & aliqui de istis, qui sequuntur, fuerunt filij vxoris Odaiæ, & non dicitur, quòd fuerunt filij Odaiæ, quia fortè suscepit illa eos ex alio viro: vel potest dici, quòd fuerunt filij Odaiæ vxoris eius, & tamen nominantur ab ea, quia fuit mulier famosa, sicut interdum filij nominantur à matre potius quam a patre, quia illa fuit nobilior, & excellentior, & vocatur soror Nathan propter excellentiam, quia ille Nathan fuit vir gloriosus maximè, quia aliqui putant istum esse Natham prophetam, qui fuit tempore Dauid, & satis rationabile est.

Patris Ceila. Idest iste Natham fuit pater, idest dominus vrbis Ceila: est enim Ceila, quædam ciuitas in sorte Iudæ, Iosue decimoquinto, & ista est, quam liberauit Dauid de manu Philisthinorum diripiētium areas, & in ipsa vrbe erat Dauid inclusus expectans quòd Saul veniret ad capiendum eum, primo Regū vigesimosecundo.

Garain. Iste fuit vnus de filijs Bethiæ, vel vxoris Odaiæ, & sic scribitur in litera nostra, tamen corrupta est. quia debet dici Garmi.

Et Esthamo, qui fuit de Machathi. Iste Esthamo est alius ab illo, de quo supra dicitur, quia multi homines nominantur eodem nomine. Et dicitur, quòd iste fuit de Machati, idest genitus de patre Machati, vel de Machati, ideſt de terra Machathi, non quidem quòd fuerit de origine gentis illius, sed quia habitauit in terra illa aliquando, nam ille Esthamo est de tribu Iuda cum ponatur hic inter viros istius tribus, & tamen Machathi est quædam gens de gentibus, quæ non pertinebant ad Israelitas: de ista gente dicitur Deuteronomij tertio, & Iosue decimotertio, quòd noluerunt Israelitę delere Gessuri, & Machati, sed manserunt inter eos: vnde filiam quandam Ptolomai regis Gessuri accepit in vxorem, secundo Regū tertio, & præcedenti capitulo. Primus tamen modus melior est, scilicet, quòd iste Natham esset vir quidam.

Qui fuerint illi supra positi, s. Iared, Gedor cum cæteris, &c.
Quæst. XIII.

QVAERITVR vlterius de illis qui supra ponuntur, scilicet, Iared, Gedor, & Heber, & cæteri, qui fuerint.

Quidam putant omnia ista esse nomina Moysi, & trahunt ex hoc, quia asseruerunt Ezra esse Amram patrem Moysi, & Iudaia esse vxor eius, ideo putant, quòd Iudaia sit Iocabed vxor Amram, & omnia nomina hic posita sunt nomina Moysi propter diuersos actus. Vocatur enim Iared, ideſt descendens, quia de monte descendit cum tabulis lapideis Exodi trigesimosecūdo. Vocatur pater Gedor, ideſt sepis, vel circuitus, quia sepe populum lege Dei circundedit tanquam sepe quadam, vel vallo: vocatur Heber, ideſt vinctor, vel ligator, quia populum Dei seruitio ligauit: vocatur pater Socho, ideſt prophetię, quia ipse fuit pater, & doctor prophetarum, nam non fuit aliquis similis inter prophetas, Deuteronomij vltimo. Vocatur autem Ichutiel, ideſt sperans in Deo, quia spem habuit in Deo, vt populum de Aegypto liberaret. vocatur pater Ianon, ideſt liberator, quia populum in heremo doctrina sua gubernauit, & quotidie gubernat. Sed ista positio est nimis erronea.

Primò, quia asserit, quòd Moyses, & progenies sua ponatur hic, & tamen istud est irrationabile cū Moyses sit de tribu Leui, de qua infra sexto capitulo agitur.

Secundò est irrationabilis, quia dicit, quòd omnia ista, quæ ponuntur hic, sunt nomina Moysi, quæ conueniunt ei propter diuersos actus, & tamen hoc non potest stare, quia quando describuntur generationes, plura nomina significant plures viros, quia aliàs sequeretur magna incertitudo, & absurditas, quia nunquam sciretur de aliquo in scriptura, an habuerit paucos, vel multos filios, dato quòd omnes exprimerentur nominatim, & hoc est absurdum, vt declaratum fuit precedenti cap. in quadam quæstione de quatuor filijs Iosiæ.

Tertiò patet hoc, quia isti ponuntur hic cum coniunctione copulatiua, & illa facit differentiam realē, & ideo isti erant diuersi homines.

Quartò patet, quia ponuntur illic tria nomina virorum, & dicuntur de eis tres proprietates, scilicet, quod Iared erat pater Gedor, & Heber erat pater Socho, & Ichutiel erat pater Ianon, & tamē si essent ista tria nomina vnius viri non diceretur de quolibet eorum per se, quod erat pater, vel dominus vnius vrbis, quia idem vir esset pater istarum trium vrbium, & sic potest dici ꝙ Iared erat pater Iedor, & Socho, & Ianon: & tamen non concedit hoc scriptura, sed de quolibet eorum per se dicit, quod est pater vnius vrbis: ergo sunt tres viri isti. Et dicendum quod non sunt nomina Moysi, nec aliquod eorum est nomen eius.

Quinto patet, quia ista expositio est per allegoriā, quia interpretamur nomina, & quia significatum illorum conuenit Moysi quantum ad aliquos actus, dicimus illa nomina esse Moysi, & tamen iste modus est in allegorijs, & in quibuscunque sensibus mysticis: scriptura tamen vult sensum literalem habere, quia cæteri sensus non sunt sensus scripturę, sed sunt appositi ei a nobis ad quendam decorem, & conuenientiam, & doctrinam morum, vt quidquid in scriptura est, ad nostram eruditionem cōuertamus, non ergo potest literaliter intelligi de Moyse. Sed dicendum est, quod illi tres fuerunt viri de tribu Iuda famosi, qui præfuerunt tribus vrbibus terræ Iuda, & cognationes illarum vrbium descenderunt ab istis, & sic fuerunt isti tanquam domini, & patres illarum vrbium.

De filia Pharaonis, quam Mered accepit in vxorem.
Quæst. XIIII.

QVAERITVR vlterius de ista Bethia filia Pharaonis, quam accepit Mered in vxorē, quæ mulier fuerit, vel quomodo accepta fuerit ab eo.

Respondet quidam, quod ista Bethia fuerit filia Pharaonis, quæ descendit ad flumen quando Moyses erat expositus in carecto fluminis, & accepit eum, & nutriri fecit Exodi secundo, & postea dicit, quod ad suasionem Moysi accepit illa ritum Iudaicum desertis idolis, & tunc accepit eam Moyses in vxorem, & genuit ex eo istos, qui nominantur hic. Rabanus autem, & Glo. ordina. dicunt, quòd mater Moysi vocatur filia Pharaonis, quæ secundum proprietatem vocabuli filia domini nuncupatur, quia bonam voluntatem in nutriendo habuit, & dicitur accepta à Mered, ideſt à Moyse, quia relictis idolis ad cultum Dei conuersa est.

Sed dicendum, quòd prima positio non stat.

Primò quia præsupponitur, quòd hic describatur progenies Moysi quantum ad posteros suos, sed hoc falsum est, cum Moyses esset de tribu Leui, de qua nihil agitur hic, sed solum de tribu Iuda.

Secundo patet, quia isti asserunt, quòd Moyses accepit in vxorem filiam Pharaonis, & ex ea genuit filios, sed hoc non conuenit, quia ipsa erat filia regis Aegypti: Moyses verò erat quidam de seruis Pharaonis, ideo non est verisimile, quòd vellet eum accipere in virum, potissimè quia dato, quòd ipsa vellet non permitteret rex Aegypti, quia erat magna ignominia, quòd filia regis acciperet in virum vnum de seruis, & maxime quia Hebręi erant nimis exosi Aegyptijs, & affligebāt eos in operibus vilibus terræ, Exodi primo.

Tertiò patet, quia dato quòd filia Pharaonis vellet accipere Moysen in virum, nollet ipse, quia erat contra ius, nam ipsa erat mater eius, cum adoptasset eum sibi in filium, & fecisset nutriri, & sicut non licet alicui contrahere cum matre suā carnali, ita nec cum matre sua adoptiua.

Quartò patet, quia isti dicunt, quòd conuertit eam ad cultum Dei dimissis idolis, & tunc accepit eam in vxorem, sed hoc non est, quia filia Pharaonis iam esset in tanta ætate, in qua non esset apta, vt a viro cognosceretur, vel acciperetur in vxorem, quia Moyses erat octoginta annorum, quādo recessit de Aegypto, & habuit secum aliquos Aegyptios cōuersos ad cultum Dei, & relinquentes terram suam Exodi septimo & duodecimo, & tamen tunc filia Pharaonis si viueret esset centum annorum, vel plus, ideo non erat apta, vt acciperetur ab aliquo in coniugem. Patet hoc quia ipsa erat puella magna, quæ descendebat ad fluuium cum ancillis suis, quando Moyses erat expositus in carecto fluminis.

Secunda positio etiam non stat, quia licet ista non ponat fuisse filiam Pharaonis vxorem Moysi, sequuntur ad eam alia inconuenientia.

Primum est, quia dicitur quòd Moyses conuertit eam ad cultum Dei relictis idolis, sed hoc non est verisimile, quia filia Pharaonis non desereret cultum patris, nec auderet hoc facere: sed etiam Moyses, nec auderet hoc persuadere vt hoc faceret, quia illico persequeretur eum Pharao.

Secundum inconueniens, & maius est, quia hic dicitur, quòd Mered accepit istam Bethiam in vxorem, & genuit ex ea filios, qui hic ponuntur, & tamē Rabanus non vult, quòd acceperit eam in vxorem, licet solum, quòd conuerterit eam ad Deum ab idolis.

Tertium inconueniens est, quia tunc poneretur superfluum hic de Mered, ideſt de Moyse, & de Bethia filia Pharaonis, quia hic solum fit enarratio progenierum, & tamē ab istis duobus non descendit aliqua progenies, ideo non pertinent ad locum istum.

Quartum inconueniens est, quia siue accepisset eam in vxorem Moyses, siue nō, non debebat aliquid poni de Moyse, vel de progenie eius, cum ipse sit de tribu Leui. Dicendum ergo, quòd ista Bethia fuit filia Pharaonis regis Aegypti, & fuit accepta in vxorem a Mered, quod patet, quia ipse fuit dominus vrbis Gedor, vt patet in litera.

Aliquando tamen fiebant aliqua matrimonia, sicut patet de Salomone, qui accepit filiam regis Aegypti in vxorem, tertio Regum tertio cap. Ita nunc de isto Mered verisimile erat, nā licet ipse non esset tantæ potestatis sicut Salomon, qui erat rex, tamen erat magnus vir, quia erat dominus vrbis Gedor, & fortē maioris terrę, & Pharao vellet ei dare filiam suam potissime si multas habebat, vel si erat filia illegitima.

An fuerit licitum, quòd Mered filiam Pharaonis acciperet in vxorem. *Quæst. XV.*

QVAERITVR vlterius an licuit isti Mered accipere in vxorem filiam Pharaonis.

Aliquis dicet quòd nō, quia gentilis erat cum esset Aegyptia.

Respondendum quòd non erant omnes fęminę gentilium vetitæ Iudęis quantū ad matrimonia contrahenda, sed solæ mulieres de stirpe Chananęorum, vt colligitur Exodi trigesimoquarto, & Deuteronomij septimo. Etiam quia Deus permittebat, quòd possent Israelitæ accipere in vxores mulieres gentiles, quas caperent in bello si non essent de terra Chanaan: & si essent Chananęę, deberent occidi, Deuteronomij vigesimo & vigesimoprimo. Aegyptij tamen non erant Chananæi, ideo licebat Iudęis accipere vxores de filiabus eorum: sic enim Salomon accepit filiam Pharaonis in vxorem, & non peccauit, vt patet tertio Regum cap. tertio, vbi dicitur, quia ibi ambulabat Salomon in vijs patris, & Deus diligebat eum excepto, quòd in excelsis immolabat, & tamen ante hoc ponitur ibi, quòd acceperat in vxorem filiā Pharaonis, ergo non peccauit accipiendo illam. Sed adhuc obijcietur, quòd peccauit iste Mered accipiendo filiam Pharaonis, quia nō licebat Aegyptijs intrare in ecclesiam Domini vsque ad quartam generationem, Deuteronomij vigesimotertio. Et intelligitur de contractu matrimoniali: ergo non poterat accipi aliqua mulier Aegyptia in vxorem à viro Iudęo, quousque illa esset in quarta generatione.

Aliquis dicet quòd iam erat ista in quarta generatione, ideo non peccaret Mered accipiēdo eam, quia iam non erat gradus prohibitus.

Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia illa non erat in quarta generatione, immo nec in prima, quia generationes illę computantur in Aegyptijs, & Idumęis à conuersione eorum ad ritum Iudaicum, scilicet, quòd ille, qui conuerteretur esset in prima generatione, & filius illius in secunda, & nepos in tertia, & proneps in quarta, & tunc poterant intrare in ecclesiā Domini, & tamen ista Bethia erat filia Pharaonis, & sic non erat ille conuersus ad iudaismum, cum esset rex Aegypti, nec filia sua adhuc conuersa erat, & dato quod conuerteretur, manebat in prima generatione.

Respondendum quòd verum est, quòd ista Bethia non erat in quarta generatione, & tamen licuit eam accipi in vxorem a viro Iudæo. Cum autem obijcitur de quarta generatione: dicēdum, quòd hoc intelligitur de viris, quia lex solum loquitur de illis, dicens: quòd qui nati fuerint ex Aegyptijs, & Idumæis in quarta generatione introibunt in ecclesiam Domini, & de fęminis nihil dicitur: maxime quia fęmina gentilis cum accipitur in vxorem ab aliquo Iudęo dicitur introire in ecclesiam gentilium, quia vir dicitur introire in ecclesiam, ideſt in multitudinem illam, de qua accepit vxorem, sed mulier non dicitur introire in ecclesiam, ideſt multitudinem, de

qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua accepit virum, cùm fœmina magis dicatur accipi à viro quàm accipere virum, & sic non erat prohibitum Iudæis accipere vxores de Aegyptijs, etiam si nõ conuerterentur ad legem Moysi. Et patet hoc, quia Deuteronomij vigesimoprimo dicitur, quòd quando pugnarent Hebræi contra aliquam gentem, quæ non esset de terra Chanaan, poterant virgines captas in bello accipere in vxores. Manifestum est tamen, quòd illæ nondum erant conuersæ ad Iudaismum, ideo generationes istę non computantur in fœminis, sed in viris.

Ratio autem fuit legis, quia per hoc, quòd gentiles acciperent vxores de stirpe Iudæorum acquirebatur quidam honor gẽtilibus, cùm vxor sit viro subiecta, & per hoc quòd Iudæi accipiebant vxores à gentilibus, non acquirebatur honor gentilibus, quia vxor non præest viro, ideo non curauit lex vetare casum, in quo nõ acquirebatur honor gentilibus, & sic non prohibuit fœminas accipi à Iudæis de gentilitate, sed prohibuit accipi a gentilibus de Iudaismo: non ergo peccauit iste Mered accipiendo filiam Pharaonis in vxorem.

Hoc tamen facere debebant omnes, qui conuertebantur ad accipiendum vxores de gentilibus, quia non debebant accipere illas, nisi illæ consentirent viuere in cęremonijs hebraicis, vel si nondum conuerteretur fœmina quando accipiebatur in vxorem, vir debebat cogere eam ad obseruandum cęremonias Iudaicas, eo quòd iam pertinebat ad populum Dei propter virum, & lex efficiebat eam de populo Dei, & de familia viri. Sicut seruus emptitius cogendus erat ad circuncisionem, & totam legem Moysi obseruandam, Exo. 12.

Filij quoque Simon, Ammon, & Rinna filius Hanan, & Thilon. Et filij Iesi: Zoheth & Benzoeth. Filij Sela filij Iudæ: Her pater Lecha, & Laada pater Maresa, & cognationes domus operantium byssum in Domo iuramenti.

Filij quoque Simon. Iste Simon non est Simon, qui est princeps vnius tribus, sed est vir quidam de tribu Iuda. *Ammon, & Rinna.* Iste Ammon non est princeps Ammonitarum, quia ille fuit filius Loth ex filia sua minore Geneſis decimonono: iste autem erat de tribu Iuda.

Filius Hanan, & Thilon. Iste etiam Hanan erat de tribu Iuda, & videtur esse filius Rinna, qui ante eum ponitur: cum nõ apparet aliquis alius, cuius debeamus eum filium appellare.

Et filij Iesi, Zoeth, & Benzoeth. Iesi videtur esse filius Thilon, quia ille pręponitur, & non apparet aliquis alius, cuius debeamus eum filium appellare.

Filij Sela. Hic ponitur secundum, scilicet de progenie Sela postquam positum est de progenie Phares, & Zaram, nam de progenie nihil dictum fuerat supra, & etiam hic pauci viri exprimuntur de illa, cum non sit ipsa prępcipua familia tribus Iudæ, sed familia Phares propter Dauid, qui descendit de ea, & dicitur.

Filij Sela, filij Iuda Her. Idest Sela erat filius Iuda, quia fuit tertius filius eius de vxore sua Chananitide, & primus filius istius Sela vocatus fuit Her.

Aliquis dicet, quòd hoc fuit propter fratrem suũ Her, nam primogenitus Iudæ vocabatur Her, & illo mortuo sine liberis, Iudas dixit Onam filio suo secundo ingredere ad vxorem fratris tui, & illi iunge-

re, vt suscites semen fratri tuo, Geneſis trigesimo octauo. & noluit Onam, sed videns quòd non geniturus erat sibi filios, sed fratri, non commiscebatur vxori, sed semen fundebat in terram, & etiam ille mortuus est sine liberis, ideo videtur, quòd Sela frater eorum suscitaret semen fratri suo maiori Her, & ad hoc primus filius, qui nasceretur, debebat vocari nomine viri mortui, vt videretur esse filius illius, & ita primogenitus Sela vocatus est Her.

Sed dicendum quòd non stat, quia Sela non suscitauit semen fratri suo Her. Nam licet Thamar vxor Her, & Onam petiuisset tradi sibi in virum ipsum Sela, noluit eum dare sibi Iudas, dicens: quòd maneret ipsa in habitu viduitatis quousque Sela cresceret, & esset aptus ad accipiendum vxorem, & hoc quia timebat quòd moreretur, sicut alij duo fratres eius, & non dedit, sed potius ipse Iudas deceptus est à Thamar, & cognouit eam in habitu meretricali, & postea scitum est, quòd Iudas cognouisset eam. Non est tamen credendum, quòd postquam illa cognita fuisset à patre, acciperet eam filius in vxorem, & sic nunquam Sela accepit Thamar, & tamen frater nunquam suscitabat semen fratri suo mortuo, nisi quando vxorem illius accipiebat, Deuteronomij vigesimoquinto. Ideo Sela non suscitauit semen fratri suo, & sic non vocatus est primogenitus eius Her propter fratrem suum, sed quia aliàs ipse voluit, quòd sic vocaretur.

Pater Lecha. Potest esse Lecha nomen viri, scilicet, quòd Lecha esset nomen viri nepotis Sela. Vel potest esse Lecha nomen vrbis, cuius pater, idest dominus erat iste Her: non tamen est intelligendum, quòd ipse fuerit aliquando dominus illius vrbis, quia ista vrbs est in terra Chanaan, & Her nunquam fuit in terra Chanaan, sed mortuus est in Aegypto, nam pater suus Sela natus est in terra Chanaan, & iam erat vir aptus matrimonio, quando descenderunt Israelitæ in Aegyptum, immo antequam descenderent, vt colligitur Geneſis trigesimo octauo & quadragesimoquinto. Sed dicitur pater Lecha, quia aliqui de cognatione istius Her dominati sunt in vrbe illa, & habitauerunt in ea.

Et Laada pater Maresa. Laada fuit filius Sela, & fuit pater Maresa, idest cuiusdam viri sic dicti, vel potest accipi Maresa pro nomine vrbis, nã vna ciuitas erat in sorte Iudæ, quæ vocabatur Maresa, vt patet Iosue decimoquinto. & de hac sępe in alijs locis, vt patet Michęę primo, scilicet, Adhuc hæredem adducam tibi qui habitas in Maresa. Et debet intelligi de isto Laada, sicut de Lecha, quia ipse non potuit venire in terram Chanaan, sed in Aegypto mortuus est. Aliqui tamen de progenie sua possederunt vrbem Maresa postquam redierunt Israelitæ de Aegypto in terram Chanaan.

Et cognationes domus operantium byssum in Domo iuramenti. Idest etiam de progenie Sela fuerunt cognationes multæ, quæ vocabantur cognationes operantium byssum, eo quòd de progenie illa fuerunt multi operantes byssum.

Qui fuerunt isti operantes byssum.
Quæst. XVI.

QVAERITVR qui fuerunt isti operãtes byssum in domo iuramenti.

Respondendum, q̃ Domus iuramenti vocatur tabernaculum Moysi, vel tẽplum Salomonis, vel quodlibet eorũ: & rõ est, q̃a tabernaculũ Moysi vocabatur tabernaculũ fœderis, eo q̃ continebatur ibi fœdus, idest, lex scripta in tabulis lapideis, super qua fœdus factum fuerat inter Deum, & populum, & etiam ex hac ratione vocabatur arca fœderis, quæ erat intra Sancta sanctorum, eo quòd continebantur ibi ipsæ tabulæ legis. 3. Regum 8. & sequenti libro, cap. 6. & ad Hebr. 9. Et quia in fœdere contrahendo interueniebat iuramentum, dicebatur domus iuramenti ipsa domus tabernaculi, ideo dicendum est de templo Salomonis: nam ibi seruabatur arca cum tabulis legis, super qua finitum fuerat fœdus: & interuenerat iuramentum, ideo templum Salomonis fuerat domus iuramenti, & dicendum, quòd in tabernaculo Moysi fuerunt cognationes Sela operantes byssum, quia quando in deserto fabricatum est illud tabernaculum, facta sunt vela atrij de byſſo retorta, & multa alia pertinentia ad Sanctuarium, vt patet Exodi vigesimosexto, & vigesimoseptimo. Et isti de cognatione Sela operati sunt byssum. Sed obijcietur, quòd non operati fuerint isti, quia Exodi trigesimoprimo, & trigesimosexto dicitur, quòd fecerunt omnia opera tabernaculi Beselehel de tribu Iuda, & Ooliab de tribu Dan: & tamen ille Beselehel non fuit de cognatione Sela, sed de cognatione Phares.

Respondeti potest dupliciter, vno modo quòd iste Beselehel fuerit de cognatione Sela: nam quamquam dicatur, quòd fuerit Beselehel de tribu Iuda, non dicitur de qua familia fuerit: vnde rationabiliter potest dici, quòd fuerit de familia Sela potius quàm de alia: saltem propter ea, quæ hic dicuntur de operantibus byssum. qui vero asserunt fuisse Ooliab de stirpe Phares hoc dicunt: quia putant eum esse de familia Caleb filij Hesron, de quo dicitur supra 2. & tamen Nicolaus improbat illam positionem. Verum est tamen, quòd illa improbatio procedit ex fundamento suo, scilicet, præsupposito, quòd Caleb filius Hesron, & Caleb filius Iephone sint idem, quia tunc sequuntur inconuenientia multa: & tamen falsum est hoc, cum isti duo differant nimis, vt probatum est ibidem, & fuerit multo tempore Caleb filius Hesron ante Caleb filium Iephone potuit esse Beselehel pronepos illius Caleb, & sic esset de familia Phares, & tamen non constat, quòd sit ille Beselehel, de quo habetur supra secundo: qui constituxit tabernaculum Moysi, ideo potest dici, q̃ de progenie Sela fuerit ille Beselehel.

Secundo potest dici, quòd dato, quòd Beselehel fuerit de familia Phares, adhuc de familia Sela potuerunt esse operantes byssum. Quod patet, quia Exodi trigesimoprimo, & trigesimoseptimo, non dicitur, q̃ Beselehel, & Ooliab fecerint totum tabernaculum Moysi, sed quòd ipsi fuerint magistri cæterorum artificum, & quòd cum eis omnes viri eruditi de Israel, quibus Deus dederat sapientiam, operati fuerunt, & sic potuerũt illi artifices minus principales esse potius de familia Sela, quàm de alia familia, & forte de alijs familijs fuerunt plures artifices in templo: tamen de operantibus byssum poterãt esse plures de familia Sela, vel forte omnes operantes byssum erant de illa familia. De templo autem Salomonis eodem modo dicendum est: nam ibi facta sunt aliqua de byſſo ad ornatum domus Domini: & illa poterant fieri per cognationes Sela.

Et qui stare fecit Solem.

Et qui stare fecit Solem. Idest, Etiam de cognatione Sela fuit ille, qui fecit stare Solem. Non nominantur hic de cognatione Sela multi, & tamen illi, qui nominantur sunt de famosioribus, sicut patet de isto, qui fecit stare Solem: nam non poterat esse maior fama, vel gloria alicuius, quàm quòd ad mandatum eius, vel preces Sol staret.

Alph. Tost. In Lib. I. Paralip.

Quisnam fuerit ille, qui fecit stare Solem.
Quæst. XVIII.

QVAERITVR quis fuerit iste, qui fecit stare Solem. Aliquis respondebit, quòd fuit Iosue, quia ipse dixit: Sol contra Gabaon non moueris, & Luna contra vallem Aialon. Iosue 10. & ibi dicitur, quòd stetit Sol, & obediuit Deus voci hominis.

Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia Iosue non fuit de cognatione Sela, cum fuerit Sela de tribu Iuda: Iosue tamen fuit de tribu Ephraim. Numeri 13.

Aliquis dicet, quòd fuit iste Ezechias, quia ad preces eius stetit Sol, vt curaretur ab ægritudine. 4. Re. 20.

Sed dicendum, quòd non stat propter duo. Primo, quia tempore Ezechiæ Sol non stetit, sed retrocessit, vt patet eodem cap. & Isaiæ 38. Multum autem differt inter stationem Solis, & retrocessionem.

Secundo patet, quia dato quòd largè acciperemus pro eodem retrocessionem Solis, & stationem: non poterat adhuc intelligi, quòd esset Ezechias de quo hic dicitur, quia Ezechias fuit de tribu Iuda, & tamen non de familia Sela, sed Phares. Nam Ezechias est de progenie Dauid. præcedenti cap. Dauid autem est de progenie Phares, supra secundo. Ideo Rabanus, & Glos. ordin. & alij expositores nostri dicunt, quòd iste, propter quem stetit Sol, fuit Elimelech maritus Noemi, de quo habetur Ruth primo. Et dicunt, quòd in tempore huius propter præuaricatores legis Sol stetit, vt viso miraculo conuerterentur ad Dominum, quod quia contempserunt inualuit fames, vt prius in tribu Iuda: vnde inopia cogente peregrinatus est Elimelech in terra Moab: Ruth primo. Et quia dicitur hic, qui fecit stare Solem: dicunt quòd ad preces istius Elimelech Sol stetit, scilicet, quod ipse petiuit a Deo, vt faceret stare Solem, ad ostendendum per hoc, quòd mutabatur cursus rerum propter peccatum populi. Quidam tamen Hebræi tenentes istam stationem Solis, dicunt quòd Elimelech non fecit stare Solem orationibus suis, sed potius propter auaritiam suam stetit, quia ipse erat auarus nimis; & cum esset tempus inopiæ, & famis populi, iuit in terram Moab, vt non distribueret pauperibus Iudæis de bonis suis, cum tamen ipse esset dives, & potens: & ob hoc dicunt mortuos fuisse filios suos Maalon, & Chelion, Deo puniente, & etiam Noemi redijt vacua viro, & filijs: & Ruth nurus eius ad extremam paupertatem deducta coacta est spicas colligere, vt patet Ruth 2. Motium autem quare potius dicatur, quòd Elimelech fecit stare Solem, quàm aliquis alius, fuit duplex: quia in temporibus eius fuit fames magna, & verisimilius est, quòd in talibus temporibus Deus fecerit stare Solem, ad ostendendum peccata hominum magna esse, propter quæ mittebatur fames, quàm alio tempore, sicut tempore passionis Christi eclypsis Solis miraculosa apparuit ad hoc, quòd ostenderetur magnum scelus eorum, qui Christum occiderunt. Matthæi vigesimoseptimo. Secundum motiunum est propter literam sequentem, cum dicitur: Viri mendacij, & Securus, & Incendens, qui fuerunt principes in Moab, & reuersi sunt in Bethlehem, & videtur hoc intelligi de Chelion, & Maalon filijs Elimelech, ideo intelligitur litera præcedens de Elimelech.

Virique mendacij, & Securus, & Incedens, qui Principes fuerunt in Moab: & quæ reuersæ sunt in Lahem. Hæc autem verba vetera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Virique mendacij. Istud intelligitur de duobus, scilicet, de Chelion, & Maalon filijs Elimelech: & est sensus, quòd etiam viri mendacii fuerunt de stirpe Sela, & vocantur viri mendacij, idest, deficientes, quia nomen positum in Hebræo pro mendacio signat defectum, & propriè dicitur, quia verbum deficit ab eo, q̃ signat quando mendacium est, & sic quandocunque aliqua res deficit, dicitur mentiri, sic patet in Hebræo Isaiæ 58. vbi dicitur. Et eris quasi ortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ. Et ibi dicitur in Hebræo cuius aquæ non sunt in mendacio, & alibi dicitur: Facti sunt mihi mendacium aquarum infidelium, & sic vocantur aquæ mendaces, quæ deficiunt aliquo tempore: ita isti duo, scilicet, Chelion, & Maalon mortui sunt sine prole: ideo vocantur viri mendacij, idest, viri deficientes. Simile accipitur 4. Regum 4. cap. cum dixit Sunamitis ad Elisæum: Noli mentiri vir Dei, idest, noli mihi dare filium cito moriturum, & istud intendebat mulier, vt ibi probatum est. *Securus, & Incendens*. Istud dicitur de illis duobus viris Chelion, & Maalon, quia ista duo conueniunt proprietatibus eorum, scilicet, quòd vnus vocetur Securus, & alius vocetur Incendens, sed de hoc magis infra declarabitur. *Qui principes fuerunt in Moab*. Intelligitur de Chelion, & Maalon: & non conuenit eis, quòd fuerint principes in terra Moab, quia ibi erãt ipsi viri pauperes, cum peregrinando illuc iniissent propter penuriam victualium in terra sua, sed melius accipitur secundum literam Hebraicam, dicentem: Qui mariti fuerunt in terra Moab. Nam Maalon accepit Ruth in vxorem, & Chelion accepit Orpham: & istud procedit ex æquiuocatione nominis Hebraici: quia Baal in Hebræo significat maritum, vel principem. Et accipitur Baal pro principe: Leuit. 21. cum dicitur: Sed nec in principe populi sui contaminabitur. Et ponitur in Hebræo Baal: hic autem accipitur Baal pro marito. Hieronymus tamen voluit accipere pro principe, sed melior videtur alius sensus. *Et reuersi sunt in Bethlehem*. Intelligitur de Maalon, & Chelion: & tamen non videtur eis conuenire, quòd reuersi fuerint in Bethlehem: quia illi mortui fuerunt in terra Moab, & reuersa fuit sola Ruth vxor vnius eorum cum Noemi matre ipsorum, vt patet Ruth primo.

Dicendum, quòd illi reuersi fuerunt in Bethleem non in seipsis, sed in aliquo supplente locum eorum, nam Ruth vxor Maalon redijt in Bethlehem cum Noemi, & illa gerebat vicem illorum, eo quòd ipsa postea peperit de Booz, & progenies sua subrogata est in locum Maalon, & Chelion.

Sed dicetur, quòd non potuit Ruth gerere personam Maalon, & Chelion: sed solius Maalon, cum fuerit vxor eius, & non Chelion.

Dicendum, quòd directius repræsentabat Ruth personam Maalon, quàm Chelion cum fuerit vxor eius, & tamen vtrunque repræsentauit: quia Booz, qui accepit Ruth in vxorem, suscitauit prolem non soli Maalon, sed etiam Chelion, quod patet Ruth 4. Nam dixit Booz ad populum: Vos estis testes, quòd possederim omnia, quæ fuerunt Elimelech, & Chelion, & Maalon: tradente Noemi, & Ruth Moabitidem in vxorem acceperim, vt suscitẽ nomẽ defuncti in hereditate sua. Et sic cum acciperetur hæreditas omnium istorum, & suscitaretur eis proles, & hoc propter Ruth, quæ accipiebatur in vxorem, ipsa repræsentabat vtrunque, immo omnes tres, scilicet, Chelion, & Maalon, & patrem eorum Elimelech: & reuersa illa in terram Bethlehem dicebatur reuerti quilibet istorum illuc. *Hæc autem vetera verba*. Idest, Istę sunt historiæ antiquæ: Hoc dixit Esdras ad differentiam aliarum genealogiarum, quas describebat, quæ erant propinquæ tempori suo, sicut patet præcedenti cap. in quo deduxit progeniem Dauid vsq; ad tempus suum post captiuitatem Babylonis: ista enim erant antiqua, quia fuerunt in diebus Elimelech, & multi anni fuerant a tempore Elimelech vsque ad tempus Esdræ, qui scribebat hæc: aliter autem exponenda est tota ista litera ab illo loco: Et qui fecit stare Solem: quia in Hebræo habetur multum differenter vnde dicitur.

Et Iochin: & viri Chozeba, & Ioas, & Saraphàras: qui mariti fuerunt in Moab, & habitantes in Bethlehem. Et vocatur Iochin quidam vir famosus, qui fuit de progenie Sela, & loco eius nos habemus, & qui fecit stare Solem.

Et viri Chozeba. Isti dicuntur esse quidam viri nominati a quodam loco dicto Chozeba: & verum est, quòd Chozeba in Hebræo potest esse nomen commune, & significabit mendacium, & sic accepit Hieronymus, quòd isti fuerunt viri Chozeba, idest, mendacij. Aliquando tamen potest esse nomen proprium loci, & sic accipiunt Hebræi: sic etiam fit in Latino, quia aliqua dictio est Latina, quæ potest esse nomen proprium, & commune, sicut Fœlix, & Iuuenalis, quia sunt adiectiua, & etiam sunt nomina virorum: idem etiam patet, quantum ad nomina locorum, quia compendium est nomen commune in Latino signans breuitatem itineris, sicut dicitur 2. Regum 18. Cucurrit Achiamas per viam compendij. Et aliquando est nomen proprium vrbis, nam quædam vrbs in Francia sic vocatur, & factum est ibi concilium, & habentur multæ Decretales, quæ emanauerunt a concilio facto apud Compendium, vt patet ex præscriptionibus eorum. *Ioas, & Saraph*. Isti duo fuerunt viri Chozeba, vel, vt alij volunt, fuerunt præter illos: & tamen quocunque modo dicatur, isti fuerunt de stirpe Sela, & loco istorum posuit Hieronymus duo nomina communia, scilicet, Securus, & Incendens, & tamen non cõuenit significationi: nam Saraph bene potest significare Incendentem, & tamen Ioas non significat Securum. *Qui mariti fuerunt in Moab*. Scilicet, Isti duo acceperunt vxores de terra Moab, potuerunt enim peregrinando, vel ex aliqua alia occasione accipere vxores de terra illa, sicut duo filij Elimelech acceperunt vxores Moabitidas Ruth, & Orpham, vt patet Ruth 1. Vel sicut Mered accepit Bethiam filiam Pharaonis Aegyptiam, supra in litera. *Et habitatores Bethlehem*. Scilicet, Isti duo viri habitauerunt in Bethlehem, quia licet pertineret Bethlehem ad familiam Phares, tamen aliqui de familia Sela habitant ibi.

Quæ istarum expositio sit melior.
Quæst. XIX.

QVAERITVR quæ litera istarum, & expositio videtur esse melior. Respondendum, quòd verius, & conuenientius se habet litera, prout iacet in Hebræo, quàm prout translata est a Hieronymo.

Primo patet, quia vbi nos dicimus, qui stare fecit Solem, in Hebræo dicitur Iochin, & tamen non potest Iochin significare stationem Solis, sed necesse est, quòd sit nomen proprium alicuius vrbis, quàm quòd sit nomen commune pro mendacio, cum hic agatur de diuersis cognationibus, qui habitabant in varijs locis terræ Israel.

Secũdo, quia si Sol stetisset tempore Elimelech ad preces eius, vel propter malitiam eius, quia erat auarus, scriptura nõ tacuisset tantum miraculum in libro Ruth, vbi ponitur completa ista historia: cum status Solis sit de famosissimis miraculis, & magnis, quæ homines

homines arbitrari possunt, & tamen nihil dictum est ibi, ideo non est verisimile, quòd tempore illo fuerit statio solis, & hoc significat litera Hebræa, quæ ponit vnum nomen proprium viri, scilicet, Iochin, in quo nullo modo significatur statio solis.

Tertio patet, quia dicitur in litera nostra: Securus, & Incendens: vbi in Hebræo dicitur Ioas, & Seraph: & tamen ista nomina non significant illud, quia Ioas nullo modo significat Securum, vt patet ex interpretationibus nominum Hebræorum, secundum quòd nos vtimur illis, vel secundum quòd vtuntur Hebræi, ideo magis videtur, quòd Ioas, & Seraph fuerint duo nomina virorum.

Quarto patet, quia dicit litera nostra, qui principes fuerunt in terra Moab, & tamen Chelion, & Maalon, de quibus intelligunt isti nostri expositores, quòd fuerint Securus, & Incendens: non fuerunt principes in Moab, accipiendo autem, vt sunt nomina virorum aliorum, quàm Maalon, & Chelion: potest de illis dici, quòd fuerunt principes in Moab, quia aliqui Iudæi poterant esse viri potentes in Moab, vel potest intelligi, quòd fuerunt mariti illo modo, quia acceperunt inde vxores: ita vt accipiatur Baal pro marito, & non pro principe.

Quinto patet, quia dicitur quòd isti reuersi sunt in Bethlehem: & tamen manifestum est, quòd Chelion, & Maalon non reuersi sunt in Bethlehem, sed mortui sunt in terra Moab, vt patet Ruth 1. & cum soluebatur, quòd isti reuersi sunt in Bethlehem, idest, q̃ Ruth reuersa est loco illorũ, quamquam sit solutio aliqualiter colorata ad eundem: tamen non est satis verisimile, quòd scriptura tali modo loquendi vtatur, quia per istum modum possemus verificare fere omnes propositiones, quamquam communiter reputarentur multæ falsæ.

Sexto patet, quia dicunt Elimelech, & duo filij sui Chelion, & Maalon fuisse de progenie Sela, sed falsum est, quia oportet poni eos fuisse de progenie Phares, quod patet, quia Booz accepit Ruth Moabitidem in vxorem ad suscitãdum semen illorum, qui mortui fuerãt, vt patet Ruth 4. ſ. Testes vos estis hodie, q̃ possederim omnium, quæ fuerũt Elimelech, & Chelion, & Maalon: & sumpserim Ruth Moabitidem vxorem Maalon in coniugium, vt suscitem nomen defuncti in hæreditate sua, ne vocabulum eius de familia sua, & populo deleatur. Et si filius ille, qui natus est de Booz, & Ruth, scilicet, Obed esset de familia Maalon, quia alias deleretur familia eius, & non suscitaret Booz semen illius, & tamen Obed ponitur in familia Phares, vt patet eodem cap. cum dicitur: Hæ sunt cognationes Phares, & sic deducitur vsque ad Obed, si tamen esset Obed de familia Sela non poneretur in progeniem Phares: constat tamen, quòd isti duo, qui nominantur hic, fuerunt de stirpe Sela, ideo non fuerunt Maalon, & Chelion.

Septimo patet, quia Booz erat cognatus propinquissimus Maalon, & Chelion: Ruth 3. & 4. & propter hoc accepit in vxorem Ruth Moabitidem, vt suscitaret semen Maalon, & tamen Booz erat de progenie Phares, vt patet supra 2. cap. & Ruth 4. & Matth. 1. Ergo Maalon, & Chelion erat de stirpe Phares, quia non poterant duo viri, quorum vnus erat de stirpe Sela, & alius de stirpe Phares esse cognati, cum essent in duabus progeniebus nimis distinctis: Non potest igitur exponi conuenienter litera ista, sicut habetur in translatione nostra, sed sicut habetur in Hebræo, & supra fuit expositum.

Hi sunt singuli habitantes in Plantationibus, & in Sepibus, apud Regem in operibus eius, commoratique sunt ibi. Filij Simeon, Namuel.

Hi sunt singuli habitantes in Plantationibus, & in Sepibus. Refertur ad omnes de progenie Sela, scilicet, quòd illi habitabãt in Plantationibus, idest, in hortis, & in sepibus, idest, intra aliquod vallum leuiter factum: Est sensus, quòd isti non habitabant in vrbibus muratis, sed in locis campestribus, & in agris vbi erant plantationes, idest, arbores, & vineæ, & alia pertinentia ad agriculturam, & sic habitabant dispersi per agros, siue mutuo, sicut fit in ruribus, & grangijs. Aliqui autem istorum habitabant in sepibus, idest, non intra muros vrbium, sed per agros inter aliqua septa leuia, quæ ipsi faciebant, sicut interdum, & ruribus, & viculis fiunt leues muraturæ. *Apud Regem in operibus eius*. Idest, Isti erant agricolæ Regis: nam Reges Iuda, qui vacabant nimis agriculturæ constituebant sibi de familia Sela agricultores per diuersas partes terræ Iuda, sic enim patet de Dauid, qui habebat agricolas in omnibus generibus agriculturæ, & custodiendorum animalium, vt patet infra 27. vbi nominantur expresse præpositi istorum. Sic etiam Rex Iosaphat erat agricultor, & maxime Rex Ozias super cæteros Reges, sequenti libro, cap. 26. Et isti constituebant sibi agricolas de progenie Sela, & sic dicebantur esse in operibus Regis. Dicitur etiam, quòd erant apud Regem, quia forte aliqui de progenie ista erant consiliarij, vel familiares Regis. Vel potest dici hoc, ex eo quòd isti erant agricolæ Regis: nam per hoc erant apud Regem, idest, in operibus eius, & hoc significat litera dicẽs apud regem in operibus eius, quia ista duo ponuntur pro eodem. *Commoratique sunt ibi*. Idest, Morati sunt in plantationibus, & in sepibus, vt colerent ea, quæ pertinebant ad Regem. *Filij Simeon*. Hic ponitur principale huius cap. 2. scilicet, de filijs Simeon, & diuiditur in duo: quia primo ponitur communiter de viris omnibus. Secundo de quibusdam viris nobilibus, ibi. *Mosobab quoque*.

Quare progenies Simeon ponitur post enarrationem progeniei Iudæ. Quæst. XX.

QVAERITVR circa hoc, quare post enarratam progeniem Iudæ enarratur hic progenies Simeon: nam non videtur, quia deberet ista poni, sed aliqua alia, scilicet, tribus Ruben, vel Beniamin, vel Ephraim, aut saltem Dan, quod patet, q̃a non obseruatur hic aliquis ordo. Pro quo sciendum, quòd poterat hic obseruari de tribus ordinibus. Primus est, q̃ teneretur ordo natiuitatis, & iste non tenetur: nam post Iudã, de quo supra agitur non natus fuit Simeon cum fuerit Simeon secundus filius Iacob, & Iudas fuerit quartus: Genes. 19. Sed debebat poni Dan isto modo, quia Dan natus est post Iudam. Nam Lia peperit quatuor filios, quorum quartus fuit Iudas, & parere cessauit: deinde Rachel dedit Balam ancillam suam in vxorem viro suo Iacob, & peperit Dan, vt patet Genes. 30. & sic non fuit aliquis medius in ordine natiuitatis inter Iudam, & Dan. Secũdus ordo est, q̃ computaretur per dignitatẽ, vt sicut progenies Iudæ, quæ dignior erat, enarrata fuit prius, licet nõ natus fuerit Iudas ante cæteros filios Iacob, ita cæteri, q̃ succedebant inde in ordine dignitatis, licet nõ subsequerẽtur in ordine natiuitatis subordinari debebant, & tamẽ post Iudam non sequebatur in dignitate Simeon, sed Ruben, & Ephraim, & Dan: quia isti tres, & Iudas fuerunt principes quatuor vexillorum, sub q̃bus erant omnes duodecim tribus Israel, vt patet Num. 2. Tertius ordo erat, vt post Iudam rediret ordo natiuitatis, incipien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

do ab illo, qui erat simpliciter prior natiuitate, nam Ruben erat primus omnium filiorum Iacob, & ab ipso incipere debuisset ordo progenierum, & tamen propter dignitatem tribus Iuda inceptum fuit ab ea, & illico rediri potuisset ad enarrandum omnes filios Iacob, secundum ordinem natiuitatis, & sic est primus Ruben, & tamen ponitur hic Simeon.

Respondendum est, quòd non fuit hic obseruatus aliquis ordo istorum, sed incepit scriptura enarrare a Iuda, qui fuit prior secundum dignitatem, & quia tribus Iuda, & Simeon videbantur esse vna tribus, eo quòd erant in vna sorte, computata est progenies vtriusque simul, nec debuit aliquid intendere: Patet hoc, quia Iosue 19. dicitur, quòd Simeon receptus est in sorte Iudæ, eo quòd tribus Simeon erat parua, & possessio filiorum Iuda erat magna. Idem etiam colligitur hic in litera, ideo non debuit agi de alia tribu post Iudam, nisi de Simeon.

Quare in sorte, & tribu Iudæ non fuerint plures computati. Quæst. XXI.

QVAERITVR vlterius, quomodo in sorte Iudæ, & tribu non fuerunt computati plures, quàm habentur in istis tribus capitulis præcedentibus, & quomodo computantur isti, & non alij: nam videtur, quòd debuissent computari valde plures, quia extenditur ista computatio ab exordio progeniei Iudæ vsque ad tempus Esdræ post captiuitatem Babylonis, & in tempore isto fuerunt viri, quasi innumerabiles in tribu hac, & tamen hic pauci ponuntur.

Respondebit aliquis, quòd ista computatio facta est in aliquo tempore, in quo erant pauci viri in tribu Iuda, ideo non superexcederet numeratio ad eos, qui habentur hic.

Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia hic non ponitur computatio pro aliquo tempore, ita quòd dicatur tot, vel tot erant in progenie Iuda, tali vel tali tempore, sicut fuit posita summa in computatione facta in deserto anno secundo ab exitu de Aegypto: Numeri primo, & in computatione facta anno quadragesimo ab exitu de Aegypto. Numeri 26. Sed I fit computatio ab exordio tribus vsque ad tempus Esdræ post captiuitatem Babylonis, ideo oportet, quòd essent plures viri, quàm hic.

Secundo patet hoc, quia dato quòd poneretur summa virorum Iuda, qui erant aliquo tempore, & non pro alijs temporibus, tamen esset valde maior summa, quia quandocunque fuit posita summa filiorum Iuda, nunquàm fuit minor sexaginta millibus virorum, vt patet Numeri primo, & vigesimosexto, & tamen hic non ponuntur quingenti viri de stirpe Iudæ, vt patet computando in his tribus: ergo non ponitur hic tota summa.

Respondendum est, quòd verum est, quòd non ponitur hic tota summa virorum Iuda, sed nominantur K rarissimi illorum, quod patet. Primo, quia in tribu Iuda erant tres filij præcipui, scilicet, Sela, Phares, & Zaran, a quibus deriuata est tota tribus, & tamen de stirpe Sela non nominati fuerint sex viri, vt patet hic in litera. De stirpe Zaran etiam pauciissimi nominati sunt, scilicet, non peruenium ad decem, vt patet supra secundo. Reliquum autem, quod computatur pertinet ad familiam Phares, & tamen manifestum est, quòd in familia Sela, & Zaran, computando a capite tribus vsque ad tempus Esdræ post reditum de Babylone essent, quasi viri innumerabiles, de quibus hic nihil dicitur.

Secundo patet, quia accipiẽdo stirpem Phares, quæ manèt adhuc, ista non computatur omnino, quod patet precedenti cap. Nam vbi incipit progenies Dauid, qui habuit decem & nouem filios, præter filios concubinarum, vt patet ibidem: & tamen non computatur progenies alicuius eorum, nisi Salomonis: etiam ipsa progenies Salomonis tota non computatur: quia non ponitur pro quolibet Rege, nisi vnus filius ibi, & tamen quasi quilibet Rex de tribu Iuda, habuit multos filios, vt declaratum est eodem cap. in quadam quæstione, & sic lineæ omnium omittuntur, quæ peruenirent ad magnum numerum: patet etiam hoc supra 2. cap. quia ibi ponuntur quædam lineæ de stirpe Phares per Ieramehel, & Caleb: & tamen in illis numerantur multi, quorum generationes omit- G tuntur. Cum autem quæritur quare generationes quorundam enarratæ sunt, & non omnium, dicendum quòd hoc factum est, quia non intendebat hic Esdras computare omnes, qui fuerunt in tribu Iuda, vel in aliqua alia tribu, sed expreissit quosdam illorum, qui habentur hic propter duo. Primo, quia liber iste suppletiuus est eorum, quæ deficiunt in alijs libris, & quia in multis libris causatur obscuritas historiæ propter hoc quòd generationes illorum, de quibus agitur in historia, sunt ignotæ, ideo Esdras attẽdit principaliter in libro isto enarrare historias progenierum illorum, de quibus in alijs libris agitur, & non ponuntur generationes eorum continuatè.

Secundum est, quia inter Hebræos in tribu Iuda H fuerunt aliqui viri famosi temporibus suis, de quibus nihil dictum erat in alijs locis scripturæ, ideo voluit Esdras mentionem agere de illis, & sic putandum est, quòd fere omnes quorum progenies ponuntur hic, fuerunt viri famosi temporibus suis: de alijs autem popularibus, scriptura non curauit, quia si de omnibus scribendum foret, opus quidem esset infinitum, & inutile: ideo sufficit de eis scripsisse. De omnibus alijs autem tribubus idem dicendum est, scilicet, quòd non fuit aliqua tribus, in qua describerentur omnes, qui in ea fuerunt, sed soli famosissimi describuntur, & dicitur.

Filij Simeon Namuel. Ponuntur hic omnes filij Simeon, vt postea ponantur descendentes ab eis, & primogenitus eius vocatur Namuhel, sed alijs nominibus appellatur alibi. Nam Genes. 46. vocatur Iamuel, & Numeri 26. vocatur Manuhel, & hoc non est mirandum, quia in Hebræo sæpe mutantur nomina propria tam a parte principij, quàm a parte finis.

Iamin, Iarib, Zara, Saul.

Iamin. Iste est secundus filius Simeon, & vocatur sic. Genesis quadragesimosexto, & Numeri vigesimosexto, & ab hoc deriuata est familia Iaminitarum.

Iarib. Tertius filius est, & iste non ponitur Genesis quadragesimosexto. Sed ponitur loco eius alius, scilicet, Oad, vel Saber, & Numeri vigesimosexto etiam non ponitur Seth; loco eius ponitur Iachin, a quo nominata est familia Iachinitarum.

Zara. Iste non ponitur Genesis quadragesimosexto, sed ponuntur duo incogniti, s. Ohad, & Saber: & tamen Numeri 26. ponitur, & ab eo deriuata est familia Zaraitarum. Et differt iste a Zaram, vel Zare filio Iudæ a quo etiam nominata est alia familia Zareitarum, eodem cap. *Saul.* Non est iste Saul, qui fuit primus Rex Israel, quia ille fuit multo post: iste autem mortuus est in Aegypto. Etiam ille fuit de tribu Beniamin. 1. Reg. 9. Iste autem fuit filius vltimus Simeon, & ab hoc nominata est familia Saulitarum: Numeri 29. Iste est Saul qui vocatur Chananitidis. Genes. 26. & nominatur sic, quia fuit genitus a Simeone de quadam muliere Chananæa, vt ibidem declaratum est.

Quare

Quare non nominantur hic, sicut alibi filij Simeon. Quæst. XXII.

QVAERITVR circa hoc, quomodo filij Simeon isti non nominantur hic, sicut alibi: nam non sic nominantur in Genesi, nec etiam in libro Numerorum. Dicendum, quòd mutatio in nomine est duplex, quædam est totalis, vt cum ille, qui vocabatur Petrus vocatur Simon: quædam autem est partialis, quando nomen mutatur, quantum ad aliquam partem suam, siue in principio, siue in fine. Primum istorum accidit: quia multi homines sunt binomij, vel trinomij in sacra scriptura, sicut Esau, Edom, & Seir: quia sunt nomina vnius viri, vt colligitur Genesis trigesimoquinto. Etiam Iacob, & Israel, quæ sunt nomina alterius. Genesis trigesimoprimo, & trigesimoquinto. Secundum accidit ex conditione idiomatis Hebraici, in quo frequenter nomina mutantur in fine per aliquam additionem, sicut cum dicimus Gessur, & Gessuri, Ieramehel, & Ieramehelj. primo Regum vigesimoseptimo, & trigesimo, & secundo Regum tertio, & decimoquarto, & præcedenti cap. aliquando a parte principij, sicut ille, qui vocatur Aran: Ruth quarto, & Matthei primo: vocatur Ram, supra secundo. vterque modus istius mutationis est hic.

duplex mutatio in nomine.

De primo patet, quia quidam nominatur hic Iarib, qui non nominatur Numeri vigesimoseptimo, nec Genesis quadragesimosexto: sed ponitur aliud nomen loco eius, scilicet, Saber, vel Ohad, vel Iachin.

De secundo patet, quia ille, qui vocatur hic Manuel, vocatur Iemuhel. Genesis quadragesimosexto, & Manuel Numeri vigesimosexto.

Ad secundum dicendum, quòd Genesis quadragesimosexto ponuntur sex filij Simeon, & Numeri vigesimosexto, & hic ponuntur solum quinque. Aliquis autem dicet in hoc, quòd aliqui de filijs Simeonis subticentur hic, quia in alijs libris expressi sunt, sicut patet de filijs Isai patris Dauid. Nam primo Regum decimosexto, & decimoseptimo ponuntur octo filij Isai, & supra secũdo ponuntur septem filij: Sed dicendum, quòd hoc non stat, nam istud esset aliqualiter verisimile si hic subticerentur aliqui de filijs Simeon, qui D tamen exprimerentur tam in Genesi, quàm in libro Numerorum, & tamen hic ponuntur quinque filij Simeon, & totidem Numeri vigesimosexto. In Genesi autem ponuntur sex, ideo non est credendum, quòd propter hoc solum omissi fuerint, quia nominati sunt in alijs libris. Sed dicendum videtur, quòd Simeon habuit sex filios, & tamen vnus illorum, scilicet, Ohad, vel Saber mortuus est sine prole. Hic autem ponuntur filij Simeon ad enarrandum progeniem eius per illos, ideo non oportuit poni illum, qui nullam progeniem habuerat: Patet hoc, quia Numeri vigesimosexto ponuntur filij omnium duodecim filiorum Ioseph, vt per illos nominẽtur familiæ illarum tribuum, & non manentur solum quinque filij Simeon, & ab eis E quinque familiæ appellantur. Si tamen sextus filius superfuisset, manifestum est, quòd ab illo progenies nominata exprimeretur ibi, ideo etiam dicendum, quòd hic non fuerunt positi, nisi quinque filij, quia alius nullam prolem habuerat.

Sellum filius eius Mabsan filius eius, Masma filius eius. Filij Masma, Hamuel filius eius, Zachur filius eius, Semei filius eius. Filij Semei sexdecim, & filiæ sex. Fratres autem eius non habuerunt filios multos, & vniuersa cognatio non potuit adæquare summam filiorum Iuda.

Alph. Tost. In Lib. I. Paralip.

Sellum filius eius. Iste est filius Saulis filius Simeon, & non est iste Sellum, de quo dicitur præcedenti cap. quia ille fuit filius Iosiæ de stirpe Iuda, iste autem est de tribu Simeon. *Mabsan filius eius.* Non est iste ille, qui nominatur supra primo, quia ille fuit quartus filius Ismahelis: iste autem est de filijs Simeon de progenie Iacob. *Masma filius eius.* Sic etiam nominatur quintus filius Ismahelis, supra primo, & Genesis decimoquinto. Sed non est idem: Potest autem ista litera dupliciter intelligi, vno modo, quòd referantur isti tres ad vnum, scilicet, ad Saul, q̃ omnes sint filij Saulis B quamquam ter dicatur filius, alio modo potest intelligi, quòd sit litera suspensiua, & quilibet illorum sit filius præcedentis, vt Sellum sit filius Saulis, & Mabsa sit filius Sellum, & Masma sit filius Mabsa: intelligendum tamen est primo modo, quia alias non diceretur postea filij Masma Amiel filius eius, sed continuaretur, sicut supra, scilicet, Masma filius eius, Amiel filius eius, Zachur filius eius. Secundo patet, quia scriptura intẽdit hic ponere numerum filiorum istorum: Quod patet, quia dicitur, filij Semei decem & sex, & filiæ sex; & tamen non poneretur illud, nisi etiam in alijs scriptura vellet ponere numerum filiorum, ideo quando dicitur filius eius, & iterum filius eius; intelligendum est de omnibus alijs, qui sunt filij vnius hominis, qui prius nominati sunt. *Filij Masma, Amiel filius eius.* Iste Masma est vltimus filius Saulis, & omissis cæteris ponitur cognatio illius: iste Amiel non est ille, de quo habetur præcedenti cap. quia ille est ex tribu Iuda, iste de tribu Simeon: & etiam iste fuit multo tempore ante illum, quia iste fuit pronepos Simeonis, ideo vel mortuus est in Aegypto, vel fuit de illis, qui inde exierunt, & tamen ille Amiel, de quo hic dicitur præcedenti cap. fuit tempore Dauid, quòd ipse fuit pater Bethsabee. *Zachur filius eius.* Scilicet, Filius Masma. *Semei filius eius.* Non est iste Semei, qui maledixit Dauid. 2. Reg. 16. quia ille fuit de tribu Beniamin, eodem cap. Et iste de progenie Simeon, vt patet hic. Etiam iste nõ fuit, de quo dicitur supra 2. cap. quia ille fuit de tribu Iuda, vt patet ibidem: iste autem est de tribu Simeon. *Filij Semei decem & sex, & filiæ sex.* Ponitur numerus filiorum istius Semei propter dignitatem eorum, quamquam non exprimuntur nomina propter multitudinem. Ponuntur etiam sex filiæ Semei, quia fuerunt mulieres famosæ, & decens fuit de illis fieri mentionem. In alijs autem filijs Simeon non ponuntur progenies, quia fortè non fuerunt tot, sicut in ista progenie Saulis, vt videtur litera dicere immediatè, vel meliùs non fuerunt tam famosi illi, qui erãt in alijs familijs, sicut qui descendebant a Saule. *Fratres autem eius non habuerunt filios multos.* Intelligitur hoc de fratribus Semei, scilicet, de Amiel, & Zachur, vel potest intelligi de alijs filijs Simeon, qui fuerũt fratres Saulis, quia progenies eius posita est hic, & aliorum non, & dicitur, q̃ illi nõ habuerunt multos filios. Quomodocunq; autẽ accipiatur, verum est, q̃ in progenie Simeon fuerunt pauci viri, nec fuit ista tribus adæquata in multitudine alicui de alijs tribubus, vt patet in duabus computationibus factis in deserto. Numeri 1. & 26. *Et vniuersa cognatio non potuit adæquare summam filiorum Iuda.* Vocatur tota cognatio tota tribus ex quinque familijs suis constans, & illa non potuit peruenire ad tantam summam, sicut tribus Iuda, & non solum sicut tribus Iuda, sed etiam non peruenit ad tantam multitudinem, sicut aliqua de alijs tribubus, vt patet in computationibus factis. Numeri vigesimosexto: dẽ tamen de tribu Iuda, ex eo q̃ tribus Simeon accepit

Universidad de Deusto
Biblioteca

sortem in tribu Iuda, vt patet hic, & Iosue decimonono. *Habitauerunt autem in Bersabee.* Hic ponuntur loca habitationis, quæ habuerunt filij Simeon in terra promissionis, & fuerunt ista loca in sorte Iudæ: quod patet, quia istę vrbes, quæ ponuntur hic ponuntur etiam Iosue decimoquinto, inter vrbes sortis Iudæ.

Quare acceperunt filij Simeon loca ad habitandum in sorte Iudæ, &c. Quæst. XXIII.

QVAERITVR quare filij Simeon acceperunt loca ad habitandum in sorte Iudæ, scilicet, quòd illa loca, quæ pertinent ad Iudam, darentur eis.

Respondet Nicolaus, quòd hoc fuit propter multa. Primo, quia tribus Iudæ erat bellicosior aliis tribubus, ideo data est ei duplex sors in diuisione, scilicet, vna, quæ acquisita erat de manibus Chananæorum, & alia, quæ non erat acquisita, vt ipsi acquirerent illam, & sic cederet illa sors alijs tribubus: ideo dicit, quòd post diuisionem factam aliquæ vrbes, quæ positæ fuerunt in sorte Iuda datæ fuerunt postea alijs tribubus, vt patet de vrbibus, quæ datæ sunt Simeoni, Iosue decimonono: quia omnes illæ positæ fuerunt in sorte Iudæ, patet etiam de Sarraa, & Esthaol, quæ sunt in sorte Iudæ, & datæ fuerunt postea tribui Dan: Iosue decimonono. Alia causa est secundum ipsum, quia tribui Iuda data est magna sors a principio: & dato, quòd esset maior tribus, quàm aliæ, tamen adhuc terra erat maior, quàm repleri posset a tribu Iuda pro tunc, ideo viri de tribu Iuda susceperunt secum viros de alijs tribubus ad replendum sortem suam, & sic fuerunt ibi viri de tribu Simeonis. Et hoc fuit ad hoc, quòd terra non redigeretur in solitudine propter defectum habitatorum, & crescerent bestiæ contra habitantes, sicut dicitur Exodi vigesimotertio. Etiam fuit hoc propter adiutorium, scilicet, vt illi, qui habitarent in vrbibus Iuda de viris aliarum tribuum, adiuuarent ipsos viros Iuda ad pugnandum contra hostes, sed dicendum, quòd istæ causæ non stant.

Prima enim non stat propter tria, primo, quia repugnat alijs, scilicet, quòd tribui Iuda data esset maior sors, quam alijs: & tamen quòd viri de alijs tribubus habitarent in sorte Iuda, ne terra redigeretur in solitudinem.

Secundo, quia ipse dicit infra, quòd istę vrbes non fuerunt datæ de iure filijs Simeon, ita vt essent suæ, sed filij Iuda concesserunt eis gratis, quòd morarentur in terra eorum, ideo dicit, quòd tempore Saulis conquesti sunt apud eum viri Iuda de filijs Simeon petentes, vt dimitterent vrbes eorum, quas ex gratia concesserant, & tamen si datæ fuissent illis in sortem, non potuissent conqueri de illis filij Iuda.

Tertio patet, quòd hoc non sit verisimile: quia eo tempore, quo nondum terra erat diuisa, pugnabat totus Israel indifferenter contra hostes, & tamen postquàm fuit diuisa quælibet tribus habuit curam de sorte sua, & non pugnabat vna tribus pro sorte alterius, siue esset minus bellicosa, siue magis: nisi hoc fieret ex conuentione, quia tunc pugnabat vna pro alia: sic patet Iudi. primo, cùm dixerit Iudas ad Simeonem fratrem suum. Ascende mecum in sortem meam, & pugna contta Chananæum, vt & ego pergam tecum in sortem tuam, & tamen Iudas erat bellicosior, & maior tribus, & Simeon erat minima tribus, & non tenebatur adiuuare Simeon Iudam, nec Iudas Simeonem nisi ex conuentione. Ergo non imponeretur alicui tribui, quamquam esset bellicosior alijs, duplex sors, vna pro se, & alia pro alia tribu: vt acquireret eam de manu hostium. Secùda causa assignata ab eo etiam non stat, cum dicit, quòd sors tribus Iudæ fuit maior, quàm posset illa tribus pro tunc occupare, ideo vocauit secum viros de alijs tribubus, ne terra redigeretur in solitudinem: quia tunc sequeretur magnum inconueniens, scilicet, quòd aliqua tribus permitteret totam suam sortem redigi in solitudinem, & non habitaret in ea, vt veniret ad succurrendum sorti Iuda, ne redigeretur in solitudinem. Patet de tribu Simeon: nam omnia loca, in quibus hic, & Iosue decimonono dicitur habitasse tribus Simeon, erant in sorte Iudæ, vt patet Iosue decimoquinto, & decimonono, & tamen habitauit in illis locis semper tribus Simeon vsque ad tempus Regis Dauid: vt patet infra in litera: ergo toto isto tempore permitterent viri de tribu Simeon redigi terram suam in solitudinem, & complacerent viris Iuda, sed hoc absurdum est. Item patet, quòd sit falsum, quia immediate post mortem Iosue erat tribus Iuda in sorte sua, & tribus Simeon in sorte sua: Iudicum primo.

Tertia causa assignata ab eo, scilicet, quòd habitabant multi de alijs tribubus in sorte Iudæ, vt adiuuarent cum contra hostes, non est verum.

Primo, quia non est verisimile, quòd aliqua tribus desereret sortem suam inauxiliatam, vt veniret ad adiuuandum aliam contra hostes: & hoc modo cum tota tribus Simeon habitaret in Iudæ sorte, desereret totam sortem suam, & caperetur ab hostibus, vt veniret ad defendendum sortem Iudæ.

Secundo patet, quia non est verum, quòd vna tribus veniret ad adiuuandum aliam, & habitaret in sorte eius, sed ex conuentione fiebat adiutorium, sicut nunc inter vrbes vicinas, scilicet, quòd viri de vna tribu ibant interdum ad sortem alterius tribus ad adiuuandum eam, & tamdiu morabantur ibi, quamdiu pugnabant: deinde viri alterius tribus faciebant è contrario. Sic patet Iudicum primo, cum dixit Iudas ad Simeonem fratrem suum, Ascende mecum in sortem meam, & pugna contra Chananæum, vt & ego pergam tecum in sortem tuam.

Dicendum ergo, quòd alia fuit causa, quòd tribus Simeon habitauit in sorte Iudæ, scilicet, quia tribui Iudæ data fuit quædam terra in sortem, priusquam daretur alicui alteri, & tunc Israelitæ non considerauerunt quanta esset terra Chanaan, vt diuidendo illam in portiones, competeret cuilibet tribui tantum proportionaliter, sicut tribui Iudæ, & sic dederunt ei maiorem sortem, quàm iustum erat: deinde autem misit populus viros quosdam ad perambulandum totam terram Chanaan, & describendum loca, & partes, vt diuiderent illam in sortes pro tribus reddituis: Iosue 18. Et cum perlustrauissent totam terram, inuenerunt minores partes competere cuilibet tribui, quàm tribui Iuda proportionaliter. Ideo tunc abstulerunt quandam partem de sorte Iuda ad dandum alijs tribubus, & pars illa data fuit tribui Simeon, quia erat parua tribus, & illa pars abscissa de sorte Iudæ sufficiebat pro tribu Simeon. Si autem fuisset maior excessus, data fuisset illa pars alteri tribui maiori: & sic factum est, quòd tribus Simeon acciperet sortem in medio tribus Iudæ: Ista causa tangitur Iosue 19. Scilicet, Hæc est hæreditas filiorum Simeon, iuxta cognationes suas in funiculo, & possessione filiorum Iuda, quia maior erat, & iccirco possederunt filij Simeon in medio hæreditatis eius. & dicitur quòd maior erat, ideſt, quia possessio tribus Iudæ maior erat, quàm iustè competere deberet ei. De hoc declaratum est magis Iosue 15. & 19.

Habitauerunt autem in Bersabee, & Molada, & Hasarsual, & in Bala, & in Ason, & in Tholad, & in Bathuel, & in Horma, & in Siceleg, & in Bethmarchaboth, & in Asarsusim, & in Bethberai, & in Saarim. Hæ ciuitates eorum vsque ad Regem Dauid.

Habitauerunt autem in Bersabee. Ista est prima ciuitas sortis Simeon, vt patet Iosue 19. Et etiam ponitur in sortę Iudæ, Iosue decimoquinto. Est autem Bersabee aliquando nomen fœminæ, scilicet, matris Salomonis. 2. Regum vndecimo, & duodecimo. & Matthæi primo. Et aliquando nomen vrbis, vt patet hic, & Iosue decimoquinto, & decimonono. Ista ciuitas est extrema in terra Israel ad partem Meridianam, ideo quando scriptura vult ponere duo loca maxime distantia terræ Israel, vt concludat regionem mediam: ponit Bersabee ex parte Meridiana, & Dan ex parte Aquilonari: sic dicitur primo Regum tertio. Cognouit vniuersus Israel a Dan vsque Bersabee, sic etiam 2. Regum decimoseptimo, & vigesimoquarto. Ista ciuitas est in qua habitauit Abraham, quando mansit in terra Philisthinorum, & vocauit eam Abraham Bersabee, ideſt, puteus septem, quia dedit ibi septem agnas regi Abimelech in testimonium, quòd pertinebat puteus ille ad Abraham, & plantauit Abraham nemus, mansitque ibi. Genesis vigesimoprimo. In hoc etiam loco habitauit Isaac, vt patet Genesis vigesimoseptimo. Et in isto loco apparuit Deus per noctem Iacob, quando descendebat in Aegyptum, & ibi fecit sacrificia multa. Genesis quadragesimosexto. *Et Molada.* Ista etiam ciuitas ponitur Iosue decimonono. Et etiam ista fuit in sorte Iudæ: Iosue decimoquinto. *Et Asarsoal.* Ista etiam ponitur Iosue decimonono. Et fuit in sorte Iudæ: Iosue vigesimoquinto. Et vocatur ibi Assersual, sed idem est. *Et in Bala.* Ista etiam ponitur Iosue decimonono. Et vocatur ibi Bala, & Iosue decimoquinto. In sorte Iudæ vocatur Balaa: sed ista differentia magis prouenit ex errore scriptorum, quàm ex origine nominis in Hebræo. *Et in Assometh.* Ista ciuitas non ponitur Iosue decimonono, in sorte Simeon, nec etiam Iosue decimoquinto. In sorte Iudæ sub isto nomine, sed vocatur alio nomine, scilicet, Assen. *Et in Tholad.* Ista ciuitas ponitur Iosue decimonono. Et vocatur ibi Eltholad, & eodem modo Iosue vigesimoquinto. *Et in Bathuel.* Ista ciuitas non nominatur sic Iosue decimonono. Sed dicitur Bethul, & Iosue decimoquinto, vocatur Exul. *Et in Orma.* Ista ciuitas non est ille locus, qui vocatus est Orma, ideſt, Anathema ab Israelitis vsq; ad quem percussi sunt a Chananæis, & Amalechitis: Numeri decimoquarto. Nec est nomen illius terræ quem Israelitæ destruxerunt, & vocauerunt nomen eius Orma: Numeri vigesimoprimo. Sed est quædam ciuitas in sorte Simeon, quæ vocatur Herma, vel Hama, Iosue decimoquinto, & decimonono.

Et Siceleg. Ista est ciuitas in qua mansit Dauid toto tempore, quo fuit in terra Philisthinorum cum Rege Achis. primo Regum vigesimoseptimo. Et istam vrbem prædati sunt Amalecitæ, & abstulerunt inde omnia, quæ pertinebant ad Dauid, & succenderunt vrbem. primo Regum trigesimo. Ibi etiam erat Dauid, quando venit ad eum ille iuuenis, qui denunciauit sibi mortem Saulis. 2. Regum 1.

Et in Bethmarchaboth. Ista est alia ciuitas, & ponitur in eadem sorte Simeon, Iosue decimonono. Et non reperitur in sorte Iudæ sub isto nomine, sed vocabitur ibi alio nomine, scilicet, Medemena, vel alias, quia vbi ponuntur Iosue decimoquinto. Ciuitates istę Simeon loco huius ponitur Medemena.

Et in Asarsusim. Alia ciuitas est, quæ Iosue decimonono vocatur Asarsual, & Iosue decimoquinto non reperitur sub isto nomine, sed forte vocatur ibi Sensena.

Et in Bethberai. Ista est alia ciuitas sortis Simeon, & non reperiur Iosue decimonono, sub isto nomine, nec etiam Iosue decimoquinto. Et tamen necesse est esse vnam de illis, quæ ponuntur Iosue decimonono. Quia ibi ponuntur tredecim vrbes, & hic totidem, & cæteræ concordant in nomine, ista autem non, & ponitur ibi alia ciuitas, quæ non ponitur hic, scilicet, Sabee: ideo oportet, quòd ista sit, quæ vocatur ibi Sabee.

Et in Saarim. Ista vocatur Saroen, Iosue decimonono, & videtur vocari Selin, Iosue decimoquinto.

Hæ ciuitates eorum vsque ad Regem Dauid. Ideſt, Omnes istæ supra nominatæ fuerunt ciuitates possessæ a filijs Simeon vsque ad tempus Regis Dauid, possederunt etiam quinque alias cum viculis, vt patet infra in litera.

Quomodo istæ fuerunt ciuitates tribus Simeon vsque ad Dauid Regem. Quæst. XXIIII.

QVAERITVR quare dicitur hic, quòd istę fuerunt ciuitates tribus Simeon vsque ad regem Dauid. Respondet Nicolaus, quòd hoc fuit, quia post regem Dauid non fuerunt istę vrbes pertinentes ad tribum Simeon, sed redierunt ad tribum Iuda: ad hoc autem dicit ipse, quòd filij Iuda susceperunt magnam sortem a principio quàm ipsi non poterant populare: ideo receperunt secum gratis viros de tribu Simeon, vt habitarent in tribu sua vsquequo ipsi sufficerent ad replendum eam. Cum verò viri Iuda potuerunt totam suam sortem replere, petiuerunt, quòd filij Simeon recederent de sorte sua, & illi noluerunt propter antiquam habitationem. Conquesti sunt autem viri Iuda Sauli regi, & ille noluit eis iustitiæ complementum adhibere in odium Dauid, qui erat de tribu illa: postea vero regnante Dauid, conquesti sunt ei super hoc viri Iuda, & ille prouidit eis, expellendo filios Simeon de sorte Iudæ: ideo dicitur, quòd hæ ciuitates fuerunt filiorum Simeon vsque ad Regem Dauid, ideſt, ipsi possiderunt eas vsque ad Regem Dauid, & per eum fuerunt tunc expulsi de illis: ex hoc etiam infert Nicolaus, q̃ præscriptio, quantuncunque sit longa, non valet, nisi iustus titulus habeatur.

Alij autem dicunt, quòd istud dictum est propter vrbem Siceleg, scilicet, quia pertinuit ad filios Simeon vsque ad tempus Dauid, sed non postea, quia Achis Rex Geth concessit eam Dauid, & extunc facta est Siceleg pertinens ad Reges Iuda: primo Regum vigesimoseptimo.

Sed dicit Nicolaus, quòd istud non potest stare, quia non potest intelligi istud de sola vrbe Siceleg, sed de omnibus hic nominatis, quia dicitur: hæ ciuitates eorum vsque ad Regem Dauid. Item quia Dauid non accepit vrbem Siceleg de manu filiorum Simeon, sed de manu Regis Achis.

Dicendum tamen, quòd non potest intelligi, nisi de vrbe Siceleg. Pro quo sciendum, quòd aut Nicolaus concedit filios Simeon habuisse aliquam sortem, quæ esset propria, aut non. Si autem dicant, quòd nullam habuerunt, falsum est, quia Iosue 19. dicitur, hæc est hæreditas filiorum Simeon, iuxta cognationes suas. Item patet, q̃a Iosue decimooctauo dicitur, q̃ diuide-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rent viri totam terram residuam in septem sortes, & F
inter illas ponitur secunda sors filiorum Simeon.
Item patet Iudicum primo cum dixit Iudas Simeoni
fratri suo: Ascende mecum in sortem meam, & pu-
gna contra Chananæum, vt & ego pergam tecum in
sortem tuam. Item valde irrationabile erat, quòd
diceremus reliquas tribus habere sortem, & quòd
non haberet eam Simeon, cùm non fuisset prohibi-
tus habere illam: solus enim Leui prohibitus est sor-
tem accipere inter reliquas tribus: quia Deus erat
sors, & possessio eius. Numeri 18. & Deut. 18. &
Iosue 13. Item patet, quia potius videbatur Simeon
debere habere sortem quàm multæ de alijs tribubus,
quia de eo specialiter expressum est quod sortem ha-
beret, vt patet Genesis 48. vbi Iacob conferens ius du-
plicis sortis tribui Ioseph, dixit duo filij tui Ephraim, G
& Manasses: sicut Ruben, & Simeon reputabuntur
mihi, ideſt, ita ipsi habebunt duas sortes, sicut Ru-
ben, & Simeon, qui sunt filij mei maiores. Item patet,
quia hoc includeret contra Nicolaum: nam ipse vult,
quòd per regem Dauid fuerint exclusi filij Simeon
de vrbibus istis, quas possidebant: ergo oportet, quod
haberent aliquam sortem, in qua manerent, quia
alias oportebat eos fugere de terra Israel, vel quod
reciperentur in sorte alicuius tribus: nulla tamen tri-
bus eos recipere vellet; sicut nunc vir Iuda exclude-
bant eos a se, & hoc est absurdum. Si autem dicat
Nicolaus, quòd habebant aliquam sortem, aut conce-
det, quòd erat ista cuius vrbes describuntur hic, aut H
aliqua alia cuius non nominantur vrbes. Accipiendo
primo modo est contra intentionem Nicolai, quia
si ista esset sors sua, falsum esset, quòd viri Iuda susce-
pissent eos gratis in locis istis, sed iure suo possiderent
istas vrbes, sicut viri Iuda possidebant vrbes tribus suæ.
Item Dauid non potuisset excludere viros Simeon de
vrbibus istis, si suæ essent, & tamen Nicolaus asserit
eos exclusos fuisse per Dauid. Si autem dicat, quòd
habebant sortem aliquam, sed non istam, falsum est,
quia Iosue 19. apparet, quòd esset ista sors sua, cum di-
catur. Et egressa est sors secunda filiorum Simeon:
fuitque hæreditas eorum Bersabee, & Sabeæ, & Mola-
da &c. & ponuntur ibi omnes vrbes, quæ ponuntur
hic, & non plures: ideo videtur, quòd ista esset sors
Simeon. Item patet ex litera ista, quia postquàm di- I
citur hic: hæ ciuitates eorum vsque ad regem Dauid.
Dicitur infra hæc est habitatio eorum, & sedium di-
stributio, ergo istę vrbes fuerunt eis distributæ pro se-
dibus, ideſt, ad morandum in eis, & tamen distributio
terræ non fuit facta, nisi per Iosue, quando diuisit to-
tam terram sorte: ergo istę vrbes ceciderunt filijs Si-
meon in sortem. Item patet, quia Iudicum 1. dixit Iu-
das ad Simeon: Ascende mecum in sortem meam, &
pugna contra Chananæum: vt & ego pergam tecum
in sortem tuam; ex quo apparet, quòd Simeon habe-
bat sortem a principio, sicut aliæ tribus: nam ista verba
dicta fuerunt illico post mortem Iosue: Iudicum 1. Et
habebat tunc Simeon sortem, cum peteret Iudas, & K
ascenderet in sortem suam, & ipse iret in sortem illius.

Secundo patet, quòd ista possessio, vel sors Simeon
non erat alia quàm ista, cuius sunt istæ vrbes, quæ no-
minantur hic. Quod patet, quia post mortem Iosue il-
lico habebat Simeon sortem, & tamen vsque ad tem-
pus Dauid semper habuit istas vrbes, quæ nominan-
tur hic, cum dicatur in litera: hæ ciuitates eorum vs-
que ad regem Dauid, ergo istę vrbes fuerant datæ sibi
in sortem.

Tertio apparet, quòd non potest intelligi, quòd sors
quam possideret tunc Simeon, esset aliqua pars sortis
Iudæ, quam teneret gratis, sed quòd esset sors sua di-
stincta a sorte Iudæ, & hoc dupliciter. Primo, quia di-
xit Iudas Simeoni: Ascẽde mecum in sortem meam,
& pugna contra Chananæum: ergo non erat Simeon
in sorte Iudæ, quia alias non diceret ascende in sortem
meam, cum esset in ea: etiam quia dicitur, vt & ego
pergam tecum in sortem tuam, & sic etiam sors Iudæ
erat extra sortem Simeon, quia alias non posset Iudas
illuc pergere.

Secundo patet ex conuentione ista, quam faciebat
Iudas cum Simeone, nam si terra, in qua morabatur
tribus Simeon pertineret ad sortem Iude, non conue-
niret Iudas cum Simeone, quòd adiuuaret eum in sor-
te sua, & ipse adiuuaret Simeonem in sorte illius. Di-
cendum igitur, quòd tribus Simeon habuit a princi-
pio distribuente Iosue, & illa sors fuit in medio sortis
Iudæ. Iosue 19. Et istę ciuitates non pertinebant ad tri-
bum Iudæ, quamquam prima vice, qua data est sors
Iudæ, data fuerunt ei omnia loca, quæ postea fuerunt
in sorte Simeonis, & tamen deinde cum distributa est
terra residua in septem partes: Iosue 18. Data est quæ-
dam pars de sorte Iudæ tribui Simeon in sortem, & et
illa die cessauerunt illę vrbes pertinere ad sortem Iu-
da: Etiam quòd Nicolaus, & Hebræi fingunt, scilicet,
quòd viri Iuda petiuerint a Saule, quòd compelleret
filios Simeon dimittere vrbes tribus Iudæ, & quòd ille
noluerit prouidere, & quòd postea prouiderit Dauid:
falsum est, sed ipsi dicunt illud præsupponentes, quòd
Simeon habitauerit a principio intra sortem Iudæ gra-
tis receptus, & non habuerit sortem propriam, & hoc
falsum est. Dicendum igitur, quòd litera ista intelli- H
gitur solum propter vrbem Siceleg: nam omnes istę
vrbes, quæ nominatæ sunt hic, & Iosue 19. Fuerunt in
sorte Simeon a prima distributione vsque ad tempus
Dauid. Et tunc ciuitas Siceleg desijt esse de sorte Si-
meon, & cepit pertinere ad reges Iuda: & hoc erat,
quia quamquam omnes istæ vrbes, quæ nominantur
hic, datę fuerint in sortem tribui Simeon: non fuerunt
omnes possessæ ab eis, quia multæ ipsarum tenebantur a Philistinis, quarum vna erat Siceleg, quam te-
nebat Achis Rex Geth, & quando confugit Dauid ad
Achis, donauit ei Achis vrbem illam, & ex illo tem-
pore cepit pertinere ad Dauid, & ad posteros suos iu-
re regali, & desijt esse de sorte Simeon eo modo quo
prius erat. 1. Regum 27. An vero Rex Achis potue-
rit facere istam donationem, cum esset ciuitas tribus
Simeon, & an Dauid tenebatur restituere illam tribui
Simeon, & multa alia dubia circa hoc declarata sunt.
1. Regum 27. Et sic est sensus, quòd omnes istę vrbes,
quæ nominantur hic de tribu Simeon, pertinuerunt
semper ad tribum illam saltem quantum ad titulum,
& tamen post Dauid non pertinuerunt omnes ad Si-
meonem, quia vna ablata est, scilicet, Siceleg: corolla-
rium autem Nicolai, scilicet, ex hoc patet, quòd præ-
scriptio quantuncunque longa, non valet, nisi sit iu-
stus titulus: non concluditur ex præcedentibus, nec
etiam est verum. Primo patet, quia ipse infert hoc
præsupponens, quòd tribus Simeon tenuerit vrbes
istas de tribu Iuda longo tempore, scilicet, vsque ad
Dauid, in quo fuerunt plusquàm quadringenti anni.
Et dato, quòd allegarent istam longam præscriptio-
nem, non adiuuit eos, sed compulsi sunt reddere vr-
bes tribui Iudæ, sed hoc falsum est, quia nec viri Iuda
tale petiuerunt, nec etiam Dauid tale sententiauit.

Secundò patet, quia dato, quòd Dauid sic senten-
tiasset contra viros tribus Simeon, qui tenuissent lon-
go tempore vrbes tribus Iuda: non sequitur, quòd
præscriptio longissima non adiuuet sine titulo: nam
isti non poterant se adiuuare longa præscriptione, nec
etiam breui, quia nunquam præscripserant. Istud
enim est ignorare quid sit præscriptio: nam non est
præscribere, quòd quis teneat rem alterius longo, vel
breui

breui tempore, sed quòd teneat eam quasi iure suo A
non ex concessione alterius: nec etiam illo impedien-
te, aut reclamante, sed per negligentiam illius, qui
aut nescit rem suam ab alio possideri, vel scit, & negli-
genter tacet, quando tamen quis concedit alteri rem
suam gratis tenendam vsque ad certum tempus, vel
sine præscriptione temporis, etiam si per mille annos
teneret non præscriberet, quia non tenet rem iure
suo, vel quasi suam, sed ex alterius concessione: sic
autem esset hic præsuppositа intentione Nicolai. Nã
ipse vult, quòd viri Iuda gratis concesserint viris Si-
meon, quòd habitarent in sorte sua: ideo etiam si mo-
rarentur ibi in æternum, non præscriberent: immo,
quod plus est, non possiderent, quia ille possidet, cu-
ius nomine possidetur, & tamen tribus Simeon possi- B
deret nomine tribus Iuda: ideo tribus Iuda diceretur
possidere: præscriptio tamen non procedit sine posses-
sione: vt patet de re iudi. in sexto. cap. sine possessio-
ne. Ideo non poterat esse præscriptio iusta vel iniusta.

Tertiò patet hoc esse falsum: nam si præscripsissent
filij Simeon contra viros Iuda, & esset præscriptio lon-
gi temporis, dato quòd non haberent titulum, qui
transferret dominium, nec etiã titulum coloratũ, qui
daret ius præscribendi, teneret præscriptio: nam etiam
in præscriptionibus, quæ sunt contra ius commune,
scilicet, vbi ius commune est contra præscribentem,
& etiam ille, contra quem præscribitur est priuilegia-
tus, scilicet, Ecclesia: si probatur præscriptio longi
temporis, scilicet, cuius memoria in contrarium non C
existit, non oportet allegare titulum aliquem, vt patet
de præscriptionibus lib. 6. cap. episcopum. Item patet,
quia non solum nunc, sed etiam antiquitus procede-
bat præscriptio longissima non solum sine titulo: im-
mo etiam sine bona fide, vt patet in defensione quam
fecit Iephte Galadites contra regem Ammon, alle-
gans, quòd ille tacuisset trecentis annis super repeti-
tione locorum possessorum a filijs Israel, & tamẽ non
allegabat bonam fidem Iephte, sed potius malam cũ
confiteretur loca illa pertinuisse aliquando ad Am-
monitas, & Moabitas, & quòd Israelitæ acciperent ea.
Non est ergo verum de præscriptione, quòd non pro-
cedat sine titulo si sit longissimi temporis: de hoc Iu-
di. 11. immo etiam in præscriptionibus parui tempo- D
ris non requiritur titulus: sed sola bona fides, nisi ius
commune faciat contra præscribentem, & sit præscri-
ptio contra Ecclesiam, vt patet extra de præscrip. cap.
si diligenti. & eodem titulo in 6. cap. episcopum. Ista
autem vera sunt, nisi forte aliquis dicat, quòd Nico.
intellexit solum de præscriptione in veteri Testamen-
to, scilicet, quòd quamquam nunc longissima proce-
dat sine titulo, quod tunc non procederet.

Sed dicendum, quòd etiam hoc non stat: nam in
veteri Testamento nulla præscriptio procedebat cum
titulo, vel sine titulo, siue esset longi temporis, siue
breuis, quia impossibile erat, quòd aliquis haberet
bonam fidem in possidendo, quæ requiritur ad præ-
scriptionem. Etiam quia lex ipsa Veteris Testamenti E
vetabat præscriptionem, quæ est in rebus immobili-
bus: licet non vetaret vsucapionem, quæ est in rebus
mobilibus: vt probatum est satis Leui. 25. & latissimè
dictum est Iudi. 11. Ad rationes duas in contrarium
respondebitur sequenti quæstione.

Villæ quoque eorum Etam, & Aen, Rem-
mon, & Thochem, & Asan ciuitates quin-
que. Et vniuersi viculi eorum per circuitum
ciuitatum istarum vsque ad Baal. Hæc est ha
bitatio eorum, & sedium distributio, &c.

Villæ quoque eorum. Scilicet, Istę quæ sequuntur fue-
runt villæ tribus Simeon, & accipiuntur largè villæ
pro vrbibus, quia immediatè dicitur, quòd istæ, quæ
sequuntur sunt vrbes: propriè enim vocantur vrbes in
sacra scriptura quæcunque loca murata; villæ autem,
& viculi vocantur loca sine muris, quæ nos rura ap-
pellamus, & tamen ista erant loca murata. *Etam.* Ista
est ciuitas sortis Simeon, quæ vocatur Athar. Iosue
19. Et vocatur Ahim, & Iosue 15. in sorte Iudæ voca-
tur Aen. *Et Remmon.* Ista ciuitas ponitur in sorte Si-
meon. Iosue 19. Et fuit prius in sorte Iudæ. Iosue 15.
Est autem Remmon interdum nomen cuiusdam la-
pidis magni in deserto in terra Chanaan, ad quem
confugerunt sexcenti viri de tribu Beniamin, occisis
omnibus alijs. Iudicum 20. Aliquando autem Rem-
mon est nomen Idoli, quòd colebatur in Damasco
Syriæ, de quo locutus est Naaman Syrus, quòd aliquan
do ipse introiret in templum Remmon, & adoraret,
Domino suo adorante. 4. Regum 5. cap.

Et Thochen. Ista ciuitas non ponitur Iosue 19. in sor-
te Simeon sub hoc nomine, nec etiam sub alio, & ta-
men ponitur in sorte Iudæ; Iosue 15. Et vocatur
Elthecen.

Et Asan. Ista est alia ciuitas, & ponitur in sorte Si-
meon Iosue 19. In sorte autem Iudæ non ponitur sub
hoc nomine, sed aliqui putant eam esse, quæ vocatur
Asana: Iosue 15.

Et vniuersi viculi eorum per circuitum ciuitatum istarum.
Ideſt, Omnia loca non murata, quæ erant in circuitu
istarum vrbium, pertinebant ad tribum Simeon.

Vsque ad Baal. Baal nomen Idoli est, vt communi-
ter in scriptura, & tamen hic non accipitur pro idolo,
sed pro aliqua vrbe, vel valle vbi erat terminus tribus
Simeon, & vocatur Baláth Betrameth, Iosue 19. Ibi
enim diuidebatur tribus Simeon a tribu Iuda, vel
ab alijs.

*Quare ponuntur quinque vrbes per se, & non cum alijs
pertinentibus ad sortem Simeonis.*
Quæst. XXV.

QVAERITVR cum posuerit supra litera trede-
cim ciuitates sortis Simeon, & concluserit hic
ciuitates eorum vsque ad regem Dauid,
quare postea posuit quinque vrbes eiusdem tribus per
se. Aliquis dicet, quòd hoc factum est quasi per acci-
dens, quia non multũ curauit Esdras de ista distinctio-
ne, quam posuit: nec significat ista aliquam differen-
tiam inter vrbes. Sed dicendum, quòd hoc est irratio-
nabile. Primo quia non est conueniens, quòd scri-
ptor sacræ scripturæ aliquid sine ratione poneret, cum
scriptura sacra sit maximę auctoritatis, & quæ maxi-
mè ponderanda est. Secundo patet, quia Iosue 19. po-
nuntur vrbes tribus Simeon, & seruatur iste modus,
quia prius ponuntur tredecim vrbes per se, quæ po-
nantur hic, & deinde ponuntur quinque, quæ haben-
tur hic, & per eadem verba: ideo non factum est hoc
sine mysterio cùm in duobus locis idem modus te-
neatur. Aliquis autem dicet, quòd factum est hoc
propter aliam causam, scilicet, ad distinguendum vr-
bes, quæ fuerunt de tribu Iuda ab illis, quæ non fue-
runt de eadem tribu: nam tribus Simeon pro maiori
parte accepit vrbes, quæ fuerant quondam tribus Iu-
da, vt patet ex dictis, & accepit quasdam, vt isti volunt,
quæ non fuerunt de tribu Iuda, & illę tredecim, quæ
supra ponuntur, fuerunt de tribu Iuda: ideo ponuntur
simul, istę autem quinque, quæ ponuntur hic, non
fuerunt de tribu Iuda, ideo ponuntur per se.

Sed dicendum, quòd fallum est, quia sicut ferè om-
nes illę tredecim, quæ habentur supra, reperiuntur
sub eisdem nominibus in sorte Iudæ: Iosue 15. Ita
etiam

etiam aliquæ istarum quinque reperiuntur ibi sub istis nominibus, scilicet, Aen, & Remmon: ideo non fuit ista causa distinctionis. Aliquis ergo dicet aliter, quòd ista distinctio facta est ad significandum vrbes, quæ manserunt semper in sorte Simeon, & vrbes, quæ manserunt ad tempus, scilicet, quia vsque ad tempus Dauid tenuerunt filij Simeon omnes istas vrbes: postea verò compellente Dauid dimiserunt eas filijs Iuda, & quia dimiserunt quasdam, & non omnes, ponuntur per se illæ, quas dimiserunt, & fuerunt tredecim prius positæ: illæ autem, quas non dimiserunt, fuerunt quinque, & ponuntur postremo.

Sed dicendum, quòd hoc non stat. Primo quia falsum est, quòd tribus Iuda petiuerit aliquid contra tribum Simeon, & quòd Dauid sententiauerit contra viros Simeon, vt probatum est præcedenti quæstione. Secundò patet, quia Iosue 19. ponitur ista distinctio ciuitatum, & tamen manifestum est, quod ibi non ponitur ad significandum hoc, quia liber Iosue scriptus fuit per Samuelem, & tunc nondum acceperat Dauid istas vrbes tribui Simeon ad reddendum eas tribui Iuda, quia nondum regnauerat.

Tertiò patet, quia si Dauid reddidisset vrbes illas tredecim viris Iuda expellendo inde viros Simeon, eodem modo expulisset eos de istis quinque vltimis, qa ponitur in sorte Iuda: nam saltem duæ illarum nominantur ibi, scilicet, Aen, & Remmon, ergo non ponitur ista distinctio propter hoc. Rationes autem Nicolai ad probandum, quòd Dauid expulerit filios Simeon de vrbibus istis, & quòd non posset intelligi de vrbe Siceleg non stant. De prima patet, quia dicit, quòd hic dicitur, Hæ ciuitates eorum vsque ad regem Dauid: in quo innuit, quòd debet intelligi de omnibus illis. Dicendum, quòd verum est, quòd litera loquitur de omnibus illis vrbibus, & tamen non intelligitur, quòd omnes illæ ablatæ fuerint tempore regis Dauid. Sed est sensus, quòd ante regem Dauid omnes illæ pertinebant ad tribum Simeon, & postea non pertinuerunt omnes, quia ablata est vna.

Ad secundam rationem, cùm dicit, quòd Dauid nõ accepit vrbem Siceleg de manu filiorum Simeon, sed de manu Regis Achis concedendum est, & tamen non sequitur ex hoc, quòd intelligatur de omnibus alijs vrbibus, quòd ablatæ fuerint filijs Simeon per Dauid, sed procedit ratio ista præsupponendo, quòd Dauid abstulerit aliquid tribui Simeon cum dicatur hic: hæ sunt ciuitates filiorum Simeon vsque ad regẽ Dauid, & tamen falsum est, quia Dauid non accepit aliquid de manu ipsorum, nec Siceleg, nec aliquam aliam vrbem. Dicendum igitur, quòd ponuntur hic istæ vrbes quinque distinctæ a tredecim præcedentibus propter vnum de duobus. Primo quia fortè istę ciuitates quinque erant minores quàm alię tredecim, & hoc aliqualiter apparet, quia vocantur istæ vrbes, & villæ: præcedentes autem tredecim vocantur solum vrbes. Secundò, & rationabilius, quia sors tribus Simeon fuit quasi diuisa in duas partes, quia tredecim ciuitates, quas acceperunt, prius positæ sunt per se in vna regione, & alia quinque, quæ postea nominantur, sunt aliqualiter separatæ ab illis, quasi in alia regione, licèt aliqualis continuitas sit inter eas: ideo nominantur tredecim ciuitates seorsum, & quinque seorsum. *Hæc est habitatio eorum.* Postquàm descriptæ sunt omnes vrbes tribus Simeon ponitur clausula generalis, scilicet, hæc est habitatio eorum, ideſt, in omnibus istis vrbibus. Et hoc ponitur, quia aliquis dubitaret an filij Simeõ tenuerint omnes istas, cùm ponãtur tredecim seorsum, & quinque seorsum, & hic dicitur, quòd in omnibus istis habitauerint. *Et sedium distributio.* Ideſt, Istæ vrbes hic nominatæ fuerunt distributæ eis: nam omnes fuerunt in sorte ipsorum. Vocatur enim distributio diuisio terræ, & ista facta est per Iosue, quãdo cuilibet tribui data est sors, & tribui Simeon datæ fuerũt in sortẽ istæ vrbes, q̃ habẽtur hic, vt patet Iosue 19.

Mosobab quoque, & Iemlech, & Iosa filius Amasiæ, & Iohel, Iehu filius Iosabiæ, filij Saraiæ, filij Asihel, & Elioenai, & Iacoba, & Isuaia, & Asaia, & Adihel, & Isimihel, & Banaia: Ziza quoque filius Sephei, filij Allon, filij Idaia, filij Semri, filij Samaia: isti sunt nominati Principes in cognationibus suis, & in domo affinitatum suarum multiplicati sunt vehementer.

Mosobab. Hic ponitur secundum huius partis, in quo agitur de personis nobilibus. Et sciendum, quòd non continuatur hic tota progenies Simeonis: sed solum ponuntur aliqui principes, qui fuerunt viri famosi, & fecerunt aliqua gesta magnifica, propter quæ eorum nomina exprimuntur hic. Et non est intelligendum, quòd isti sicut ponuntur hic, ita descendant ab aliquo vno capite secundum successionem linearum, sed sunt a diuersis patribus, & tamen, quia omnes isti conuenerunt ad faciendum istud opus magnificum quod habetur hic: ponuntur nomina omnium simul, & dicitur.

Mosobab quoque: & Iemlech, & Iosa filius Amasiæ. Intelligendum est de istis tribus, quòd sint filij Amasiæ, quamquam dicatur filius Amasiæ, quod videtur referri ad vltimum, quia iste modus loquendi est in omnibus alijs, vt patet hic in litera, & tamen si referretur ad vnicum, in alijs non ponerentur patres, & hoc videbatur inordinatum, scilicet, quòd aliquorum ponerentur patres, & aliorum non: ideo debet referri ad omnes. De isto Amasia dicendum, quòd non est ille, de quo habetur præcedenti capitulo, quia ille fuit rex de tribu Iuda: iste autẽ Amasias fuit de tribu Simeon, vt patet hic. Multi etiam alij vocantur sic, vt patet de sacerdote Bethel, qui vocabatur Amasias, vt habetur Amos 7.

Et Ioel, & Iehu filios Iosabiæ. Isti duo sunt filij Iosabię quamquam videatur hoc referri ad solum Iehu: sicut dictum est supra.

Sciendum autem est, quòd iste Ioel non erat ille, qui est vnus de duodecim Prophetis minoribus, quia ille fuit filius Phatuel, iste autem fuit filius Iosabiæ: etiam ille videtur fuisse non eodem tempore, quo ille, vt aliqui volunt, & tamen hoc falsum est, quia necesse est, quòd fuerint contemporanei. Nam omnes isti, qui ponuntur hic, fuerunt tempore Ezechiæ regis, vt patet infra, & tamen ille Ioel, qui fuit de Prophetis minoribus etiam fuit tempore Ezechiæ, nam prophetauit eisdem temporibus, quibus Osea, vt patet per Hieronymum in prologis duobus super Ioelem, & probatum est satis 4. Regum 15. Et tamen Osea prophetauit temporibus Oziæ, & Ioatham, & Achaz, & Ezechiæ, vt patet Oseæ 1. Ergo etiam tempore Ezechiæ prophetauit Ioel, & tamen dicendum, quòd non fuit Ioel Propheta iste Ioel, de quo hic dicitur propter primam rationem.

Sciendum autem, quòd iste Iehu, de quo hic dicitur non fuit ille Iehu, qui factus est rex super Israel 4. Re. 19. quia ille fuit Iosaphat filij Namsi. 4. Re. 9. & iste fuit filius Iosabiæ, vt patet hic. Etiam ille fuit multo tempore ante Ezechiam: nam regnauit ipse, & quatuor filij sui post eum, & deinde multi alij reges Israel prius quàm regnaret Ezechias in Iuda: colligitur 4. Regum

Regum a cap. 9. vsque ad 18. *Filij Saraiæ.* Istud potest intelligi dupliciter vno modo, quòd isti præcedentes sint filij Saraiæ, scilicet, quòd fuerunt filij Iosabiæ, & filij Saraiæ, ideſt, nepotes eius, & filij Asiel, ideſt, pronepotes eius. Alio modo potest intelligi, quòd non referatur ad literam præcedentem, & est sensus, quòd isti nominati supra, scilicet, tres filij Amasiæ, & duo filij Iosabiæ, & etiam filij Saraiæ fuerunt in bello, quod sequitur, & tamen non ponuntur nomina filiorum Saraiæ sicut ponuntur nomina filiorum Amasiæ, & Iosabiæ, & fortè, quia famosiores fuerunt illi quàm filij Saraiæ. & iste sensus est verus, & sic intelligendum est de omnibus sequẽtibus: iste autem Saraias, de quo hic dicitur non est ille, de quo dicitur infra 6 quia ille fuit summus sacerdos de tribu Leui, vt patet ibidem, iste autem fuit de tribu Simeon. Etiam iste fuit ante illum, quia iste fuit tempore Ezechiæ, vt patet hic: ille autem fuit tempore Sedeciæ multo post, & occisus fuit in Reblata coram Nabucodonosor 4. Regũ vlti. & Iere. vltimo. *Filij Asiel.* Etiam isti non nominantur: sed habuit Asiel filios multos, & isti conuenerunt in bello, de quo infra dicitur. *Et Elioenai:* Posset referri ad præcedẽtia: vt intelligeremus, quòd filij Elioenai conuenissent ad istud bellum: sed melius est, quòd Elioenai sit nomen vnius principis, qui conuenit cum prædictis, & non ponitur nomen patris eius. Iste Elioenai non est ille, de quo præcedenti capitulo, quia ille fuit de stirpe Iuda, & de linea Dauid, iste autem fuit de tribu Simeon. *Et Iacoba.* Secundum formam latinam videtur nomen fœminæ, & tamen nomẽ viri est in Hebræo. *Et Isuhaia.* Nomẽ alterius viri est, & omnes isti, qui ponuntur hic fuerunt fratres, & filij eiusdem viri Sephæi: licet quibusdam videatur melius esse, quòd quilibet istorum sit vnus princeps, & non ponatur nomen patris eius hic. *Et Asaia, & Adiel.* Differunt Adaiel, & Asiel, de quo supra ponitur. *Et Ismaiel.* Non est iste, qui ponitur supra primo: nam ille fuit filius Abrahæ, & Agar: iste autem fuit multo tempore post illum, & fuit de filijs Simeon: multi etiã nominati fuerunt sic: nam ille, qui occidit Godoliam principem Iudæorum relictorum in terra post captiuitatem Babylonis vocatus est Ismaiel filius Nathanię. 4. Regum vltimo. & Iere. 40. & 41. & fuit ille de tribu Iuda: nam dicitur ibidem, quòd erat de semine regio: iste autem fuit de filijs Simeon. Et Banaia. Non est iste, qui fuit Phelethi, & Celethi tempore Dauid: nam ille fuit Ioiadæ, & fuit de tribu Iuda filius cuiusdam viri de Cabseel, quæ est quædam ciuitas in sorte Iuda, & nominatur inter viros fortes Dauid: vt patet 2. Regum 20. & 23. & infra 11. & 18. Iste autem est de tribu Simeon, & fuit multo tempore post illum, quia iste fuit tempore Ezechiæ, vt patet hic, ille autem fuit tempore Dauid. *Ziza quoque filius Sephæi.* Istud refertur ad omnes præcedentes, quia non solum Ziza fuit filius Sephei, sed omnes octo, qui nominantur hic, & non est iste Ziza frater Phaleg, de quo habetur supra 2. quia ille fuit de filijs Ieramehel de stirpe Iuda: vt patet ibi, & iste fuit de tribu Simeon. Iste Sephei, qui ponitur pater istorum: non fuit ille, de quo habetur supra primo, quia ille fuit de filijs Hebræorum, qui non pertinuerunt ad progeniem Abrahæ: sed habitauerunt in terra Séir cum filijs Esau: iste autem fuit de tribu Simeon. *Filij Allon.* Potest intelligi, quòd omnes præcedentes fuerint filij Allon: vel aliter, quòd filij Allon non exprimantur hic, & tamen sit sensus, quòd isti conuenerunt ad bellum cum omnibus supra nominatis. *Filij Adaia, filij Semri.* Ideſt, Etiam filij Adaia, & filij Semri, qui non nominantur hic, fuerunt principes, & conuenerunt ad bellum cum præcedentibus. *Filij Samaia.* Non est iste, de quo dicitur præcedenti capitulo: nam ille fuit de stirpe Iuda: iste autem fuit de tribu Simeon, & filij sui fuerunt principes in bello isto. *Isti sunt nominati principes in cognationibus suis.* Refertur ad omnes supradictos, & est sensus, quòd nõ describitur hic continuatio alicuius progeniei, sed isti omnes fuerunt principes, & fuerunt de diuersis cognationibus, scilicet, quia in tribu Simeon fuerunt cognationes siue familiæ quinque, vt patet Numeri 26. quæ nominatæ sunt a quinque filijs, & fortè de qualibet illarum fuerunt aliqui principes de nominatis hic. *Et in domo affinitatum suarum.* Dicitur domus affinitatum domus cognationum: nam nunquàm nominatur aliqua progenies ab affinibus, sed a cognatis. & pro eodem accipiuntur cognationes, & domus affinitatum, sed est multiplicatio verborum ad magis exprimendum, vel potest intelligi, quòd differant cognatio, & domus. Nam Numeri 1. & 2. ponuntur ista tria, scilicet, tribus, familia, & domus, & posita est differentia ipsorum ibi. Nam vt patet Iosue 7. quælibet tribus diuiditur in familias, & quælibet familia in domos, & quælibet domus per viros, & sic potest accipi. scilicet, quòd aliqui istorum erant principes in familijs, & alij in domibus. *Multiplicati sunt vehementer.* Scilicet, Habuerunt filios multos, & ideo cum magna potentia pugnauerunt contra Chananæos, vt patet in litera.

An verum sit, quòd isti filij Simeon fuerint vehementer multiplicati. . . Quæst. XXVI.

QVAERITVR quomodo dicitur hic, quòd multiplicati fuerunt isti filij Simeon vehementer: quia supra dicitur: Fratres autem eius non habuerunt filios multos, & dicitur ibi de filijs Simeon. Responderi potest dupliciter: vno modo, quòd intelligitur illud de filijs Semei: nã computabatur ibi progenies Simeon per vnum filium suum nomine Saul, & ille habuit filios multos, quorum vnus fuit Semei, & ille habuit decem, & sex filios, & tunc sequitur, q̃ fratres eius non habuerunt filios multos, & sic solum excludentur alij filij Saulis a multitudine, sed non posteritas aliorum filiorum Simeon, & fortè isti principes fuerunt de familijs illis. Aliter potest dici, quòd non fuit multiplicatio facta specialiter in aliquibus filijs Simeon, sed in omnibus ꝓgenicbus fuit multiplicatio quasi æqualis, & satis magna. Et cum dicitur, quòd fratres eius non habuerunt multos filios: Intelligitur de omnibus filijs Simeon, quia licet multiplicati fuerint, tamen non habuerunt tot filios, sicut viri de tribu Iuda, ideo dicitur quòd non habuerunt multos filios, & hoc innuitur supra in litera: nam cum dicitur, quòd fratres eius non habuerunt filios multos, sequitur: Et vniuersa cognatio non potuit adequare summam filiorum Iudá, scilicet, tota cognatio filiorum Simeon, & respectu illorum dicuntur pauci, licet aliàs sint multi.

Et profecti sunt, vt ingrederentur in Gador vsque ad Orientem vallis, & vt quærerent pascua gregibus suis. Inueneruntque pascuas vberes, & valde bonas, & terram latissimam, & quietam, & fertilem: in qua ante habitauerant de stirpe Cham.

Et profecti sunt, vt ingrederentur in Gador vsque ad Orientem vallis. Gador nomen ciuitatis est, & tamen habet aliquam regionem sibi adiacentem, quæ nominatur nomine eius, & sic dicitur, quòd isti filij Simeon iuerunt, vt ingrederentur in Gador, ideſt, vt introirent

Universidad de Deusto
Biblioteca

introirent in regionem Gador. Et patet hoc, quia dicitur vsque ad orientem vallis, & sic non potest intelligi de introitu in vrbem Gador, quia tunc non diceretur vsque ad orientem vallis, sed intelligitur de regione vrbis Gador, quæ erat in quibusdam vallibus, & occupauerunt filij Simeon totam terram vsque ad orientalem partem illius vallis. *Et vt quærerent pascua gregibus suis.* Forte terra, in qua habitabant filij Simeon erat eis angusta, & non habens pascua: ipsi tamen habebant greges multos, & ob hoc iuerunt ad inquirendum terram conuenientem gregibus. *Et inuenerunt pascuas vberes, & valde bonas.* Erat enim terra Gador terra vallium: ideo erat ibi locus conuenientior pro pascuis, & omnes illas valles occupauerunt filij Simeō quod patet, quia profecti sunt, vt ingrederentur in Gador vsque ad orientem vallis, ideſt, vsque ad orientalem partem, in qua terminabatur vallis. *Et terram latissimam.* Erat enim terra illa ad capiendum multos habitatores: licet ibi pauci habitarent, ideo tanto facilius capi poterat quasi nullo resistente eis. *Et quietam.* Scilicet, quia gentes terræ illius non habebant bellum cum aliquo, eo quòd erant segregati ab omnibus gētibus per circuitum, & cum nullo habebāt communicationem. *Et fertilem.* Quantum ad multitudinē fuerūt in omnibus terræ nascentibus. In qua ante habitauerant de stirpe Cham. Scilicet, antequàm filij Simeon occuparent terram istam habitabant in ea Chananæi, qui sunt de stirpe Cham, & ipsi habitabant quando occupauerunt eam prædicti.

Quomodo fuit factum istud bellum filiorum Simeonis. *Quæst.* XXVII.

QVAERITVR quomodo factum est istud bellum filiorum Simeon contra gentes istas de quibus hic dicitur. Respondendum, quòd motiuum huius belli fuit, quia filij Simeon habebant terram angustam, & habebant pecora multa, & sic indigebant terra latiori in qua habitarent, & ad hoc miserunt aliquos principes de tribu sua, qui nominātur hic, vt quærerent in locis propinquis terrā conuenientem ad habitandum, & ad pascendum pecora, & illi cum venissent in terram Gador, & vidissent eam ad hoc conuenientem, iuerunt omnes principes supra nominati, & multitudo magna de eadem tribu, quæ subiecta erat istis, & pugnantes occiderunt viros regionis ipsius, & possederunt terrā. Patent autem omnia hæc. De primo, scilicet, quòd isti haberent angustam terram ad habitandum, quia dicitur, quòd isti multiplicati fuerant vehementer, & sic multiplicatio eorum faceret, quòd non caperentur in terra propter multitudinem hominum, & gregum: sic enim dicitur de Iacob, & Esau, quòd recessit a Iacob: diuites enim erant valde, & insimul habitare non poterant: nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregum. Genes. 36. Patet etiam hoc, quia dicitur, quòd inuenerunt terram latissimam, & sic videtur, quòd terra, quam prius possidebant erat angusta eis. Quod autem ipsi quærerent terram illam propter greges, patet, quia dicitur, quòd profecti sunt, vt quærerent pascua gregibus suis, & inuenerunt pascuas vberes, & valde bonas. Quod autem isti iuerint prius ad quærendum terram, quam irent ad pugnandum patet, quia dicitur, & profecti sunt: vt ingrederentur in Gador, vt quærerent pascua, & dicitur, quòd inuenerunt terram latissimam, & quietam. Non tamen irent isti ad peregrinandum, & possidendum terram illam, quo vsque scirent, qualis erat, & iō miserunt ptius exploratores quosdā, & peruagati sunt terram, & viderunt, quòd esset fertilis, & latissima, & etiam hoc nunciauerunt reliquis de tribu sua, quando venerunt, vt incitarent illos ad pugnandum: sic enim Israelitæ, quando voluerunt introire in terram Chanaan, miserunt duodecim exploratores: Numeri 13. & Iosue 14. sic etiam cum tribus Dan illico post mortem Iosue non haberet possessionem sortis suæ, misit viros quinque de Sarraa, & Esthalon, & illi peruenerunt in vrbem Lais, & inuenerunt terram latissimam, & opulentam, & quietam, & viros sine adiutorio, quia procul a Sydone habitabant, & nō habebant communicationem cum aliquo hominum, & hæc omnia retulerunt viris de stirpe sua, qui euntes occupauerunt vrbem Lais, Iudi. 18. Forte autē dicitur hic de ista terra, quòd est latissima, & fertilis, & quieta, quia alij de tribu Simeon, qui miserunt istos ad terrā illam, iusserunt eis aspicere ad hæc omnia, vt scirent referre statum terræ: sic enim Moyses quando misit exploratores de Cadesbarne in terram Chanaan dixit eis. Cum veneritis ad montes considerate terram, qualis sit, & populus, qui habitator est eius vtrum fortis sit, an infirmus: pauci numero an plures: ipsa terra bona an mala: vrbes quales muratæ an absque muris, humus pinguis an sterilis: nemorosa an absque arboribus. Numeri 13. Postea autem congregati sunt plurimi de tribu Simeon, & venientes in terram istam quæ erat quieta occiderunt omnes habitatores eius.

An peccauerint filij Simeon pugnando contra gentes istas. *Quæst.* XXVIII.

QVAERITVR vlterius an filij Simeon peccauerunt pugnando contra gentes istas, & accipiendo terram eorum, & qualis fuit pugna ipsorum.

Aliquis dicet, quòd peccauerunt: nam isti intulerunt bellum viris innoxijs, qui nulli genti nocebant, nec mouebant arma contra aliquos: nec etiam aliqui contra eos, cum dicatur hic, quòd erat terra secura, & in hoc videbatur duplex iniquitas. Primo quia occiderunt viros innocentes. Secundò, quia occupauerunt terram alienam, & ista est violentia.

Respondendum est, quòd non peccauerunt filij Simeon in isto bello: quia pugnauerunt contra Chananæos, & occiderunt eos, quod patet, quia hic dicitur, quòd habitabant in terra illa viri, qui erant de progenie Cham. Et tunc non erat iniquitas violenter accipere terram illorum, quia non accipiebant alienum, sed suum. Nam Deus promiserat totam terram Chanaan Iudæis, & iussit, quòd illam diuiderent per sortes: Iosue 13. Et sic ex concessione Dei pertinebat ad eos, & ipsi erant veri domini, quia concessio Dei confert titulum, licet adepti fuissent possessionem realem: ideo quandocunque haberent opportunitatem, licebat eis iure suo occupare terram illam, quia iam habebant mandatum iudicis super hoc, scilicet, Dei, qui iusserat pugnare contra Chananæos, & eruere terram de manu eorum.

Item non erat iniquitas, quòd occiderentur isti habitatores Gador cum essent Chananæi: nam non solum non peccabant Hebræi occidendo illos, sed etiam merebantur, quia Deus iubebat, & si non occiderent illos cum possent peccabant, & Deus comminabatur eis mala: vt patet Numeri 33. Et Deute. 20. & Iosue 23. & Iudi. 2. Rectè ergo egerunt filij Simeon occupando terram istam, & occidendo habitatores eius. sed adhuc obijcietur, quòd peccauerunt, quia licet non peccarent respectu Chananæorum, quos occidebāt, & quibus tamen terram auferebant, tamen peccarent respectu aliarum tribuum, quia vsurpabant id quod pertinebat ad tribum Iuda: nam ciuitas Gador erat in sorte Iudæ: vt patet Iosue 15.

Respondeti potest, quòd ista ciuitas pertinebat ad sortem Simeon, & erat aliqua de decem, & octo ciuitatibus supra nominatis, licet non ponatur ibi sub hoc nomine, quia frequenter eadem ciuitas habet multa nomina sicut idem homo, vt sæpe patet.

Aliter potest dici, quòd ista ciuitas pertinebat ad tribum Iuda, & ideo ius pugnandi contra gentes istas ad quærendum terram eorum pertinebat ad solum Iudam, & tamen concesserunt fortè viri de tribu Iuda viris de tribu Simeon, vt acquirerent terram illam de manu hostium, & habitarent in ea: sic enim videtur factum de vrbe Ierusalem: nam ipsa est in sorte Beniamin: Iosue 18. Et tamen viri Iuda pugnauerunt contra Iebusæos habitantibus in Ierusalem, & occisis eis habitauerunt ibi Iosue 15. & Iudi. primo. Quidquid autem horum sit, dicendum, quòd ista ciuitas Gador cum prouincia sibi adiacente erat in sorte Iudæ, vel Simeon, & tamen non fuit possessa a Iudæis a principio diuisionis sortium tempore Iosue: sed mansit in potestate Chananæorum vsque ad tempora Ezechiæ regis Iuda, & tunc cum viri de tribu Simeon habentes terram angustam vellent plus capere, perrexerunt in regionem propinquam Chananæorum, quæ est regio Gador, & cum inuenissent eam vberem, & conuenientem gregibus, occiderunt habitatores, & possederunt eam.

Hi ergo venerunt, quos supra descripsimus nominatim in diebus Ezechię regis Iuda, & percusserunt tabernacula eorum, & habitatores, qui inuenti fuerant ibi: & deleuerunt eos vsque in præsentem diem: habitauerunt que pro eis: quoniam vberrimas pascuas ibidem repererunt.

Hi ergo venerunt quos supra descripsimus nominatim. Scilicet, omnes isti principes, quorum nomina scripta sunt supra venerunt ad pugnandum contra gentem Gador: ipsi, & plurimi de tribu Simeon.

In diebus Ezechiæ regis Iuda. Scilicet, tunc factum fuit hoc, & non ponitur hic nomen regis Israel: sed Iuda, quia famosior fuit Ezechias rex Iuda quā Oseę filius Hela rex Israel, qui fuit sibi contemporaneus, vt patet 4. Regum 18. *Et percusserunt tabernacula eorum.* Scilicet, deleuerunt domos ipsorum, & occiderunt eos, & non dicitur, quòd percusserunt ciuitates eorum, sed tabernacula, quia maxima pars istius gentis habitabat per agros in tabernaculis, ideſt, in tentorijs portatilibus, & hoc erat propter officium pastorale, quia terra illa erat conuenientissima gregibus, vt patet in litera, & gentes illæ vacantes pastorali officio secundum conditionem terræ morantur in tentorijs, & sic deleuerunt filij Simeon tabernacula istorum, vel fortè isti Chananæi non habitabant in aliqua vrbe, nec faciebāt domos ad modū cuiusdam gentis Agarenorum in Aphrica, Sed primum verius est: nam isti habebant vnam ciuitatem nomine Gador, vt patet hic, & tamen habitabant multi per agros, vt dictum est. *Et habitatores qui fuerant ibi.* Scilicet, occiderunt omnes habitatores terræ illius, & faciliter potuerunt occidere eos; quia erat terra secura; vt patet in litera. Etiam quia gens illa habitabat in agris, vt dictum est.

Et deleuerunt eos vsque in præsentem diem. Istud refertur ad tempus quādo Esdras scribebat librum istum: nam vsque nunc deleti erant habitatores Gador. Sed videbitur istud superfluum, vel sine sensu: nam quādo aliquis populus semel deletus est, in æternum est deletus, & sufficit dici, quòd deletus est, nec oportet addi, quòd deletus fuit vsque ad præsentem diem. Dicendum, quòd non est superuacua sententia, quia potest intelligi dupliciter: vno modo, quòd deleti fuerunt vsque ad præsentem diem, ideſt, deleti fuerunt, & nunquàm redierunt aliqui de illis ad habitandū in loco, in quo prius erant vsque ad præsentem diem, ideſt, vsque ad tempus Esdræ. Et dicit hoc, quia interdum delentur aliqui populi, ita vt nihil de eis maneat, & tamen aliqui qui fugerunt redeunt, & habitant in loco priori, & tūc populus ille, licet aliquādo fuerit deletus, non est semper deletus. Hic autem, quia nunquàm redierunt ad habitandum aliqui de Chananæis ad locum istum qui prius habitabant ibi, dixit Esdras, quòd deleti fuerant vsque ad presentem diem. Aliqua autem gens est vel regnum, quòd postquàm deletum fuerit incipit non esse deletum. Sicut patet de Madianitis: nam Israelitæ cum essent in deserto anno quadragesimo ab exitu de Aegypto pugnauerunt cōtra Madianitas, & nullum virum viuentem reliquerunt, nec etiam fœminam nisi solum virgines Numeri 31. Et tamen postea aliquibus fugitiuis redeuntibus in terram illam populatum est Madian Regnum: ita vt tempore Gedeonis innumerabiles Madianitæ iuerint ad pugnandum contra Hebræos, vt patet Iudi. 6. sic etiam fuit de Amalecitis, quos deleuit Saul non relinquens virum nec fœminam primo Regum 15. Et tamen postea tempore Dauid redierunt quidam fugitiui, & populauerunt terram illam, & illi combusserunt vrbem Siceleg, in qua manebant vxores Dauid primo Regum 30. Aliter potest intelligi, scilicet, quòd deleti fuerunt isti habitatores terrę a filijs Simeon vsque in præsentem diem, ideſt, deleuerunt illos, & habitauerunt in terra illa vsque ad præsentem idem. Sed primus sensus est verior, & quem includit litera. *Habitaueruntque pro eis.* Ideſt, habitauerunt in terra illa loco ipsorum. *Quoniam vberrimas ibidem pascuas inuenerunt.* Scilicet, filij Simeon principaliter iuerunt in Gador, vt inuenirent pascuas pro gregibus suis, sicut supra dicitur, scilicet, profecti sunt, vt ingrederentur in Gador, vt quærerent pascua gregibus suis, & quia inuenerunt quod optauerunt, habitauerunt in terra illa.

An verum sit, quòd tempore Ezechiæ viri de tribu Simeon pugnauerint contra viros Gador. *Quæst.* XXIX.

QVAERITVR quomodo dicitur hic, quòd in diebus Ezechiæ isti viri de terra, & tribu Simeō pugnauerunt contra viros Gador, quia videtur, quòd non potuerit esse tēpore Ezechiæ, quod patet, quia tribus Gad, & Ruben, & Simeon, & reliquæ tribus Israel ductæ sunt ad Assyrios per Salmanasar regē Assyriorum. 4. Re. 17. Et nondum regnabat Ezechias, cum de Regno suo dicatur 4. Re. 18. Respondendū, quòd factum fuerit hoc tempore Ezechiæ sicut litera dicit, & potest dici dupliciter, vno modo, quòd factum fuerit tempore, quo nondum translati erant Israelitæ ad Assyrios. Alio modo, q factum fuerit post translationem. De primo patet, quia Osee filius Hela fuit vltimus rex Israel, q cum populo suo translatus est in Assyrios 4. Re. 17. Et iste cepit regnare in Israel tribus annis priusquàm regnaret Ezechias in Iuda, & regnauit annis nouem, deinde anno 4. Regni Ezechiæ, qui erat principium anni septimi regis Osee, venit rex Assyriorum contra Samariam, & pugnauit tribus annis: anno aūt tertio, qui erat annus nonus Osee regni, & annus sextus Ezechiæ capta est Samaria, & translatus est Israel in Assyrios 4. Regum 18. In istis ergo sex annis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis, quibus regnauit Ezechias priusquàm transferretur Israel in Assyrios poterãt filij Simeon facere istud, & potissime in illis tribus primis antequàm veniret rex Assyriorum ad pugnandum contra Samariam. Secundo patet, quia poterant filij Simeon facere hoc tempore Iosię post translationem Israelitarum ad Assyrios: nam quamquam translatę fuerint omnes decẽ tribus ad Assyrios, non fuerunt translati omnes viri de illis, quia aliqui fugerunt, cum rex Assyriorũ pugnaret contra Samariam, & totum regnum Israel: ẽt aliquę vrbes fuerunt, quæ non fuerunt traditæ regi Assyriorũ: vt patet sequenti lib. cap. 34. Vbi dr̃ de tpe Iosię, qñ facta est restauratio sartatectorũ templi: nam collecta fuit pecunia de Manasse, & Ephraim ex vniuersis reliquijs Israel, & sic videtur, qꝑ multi relicti fuerant de Israelitis, qui nõ captiuati fuerant per Salmanasar, cum illi essent in terra Iudęæ tempore Iosiæ, & tamen Iosias fuit multo tempore post captiuationem illam quasi per centum annos. Quod patet, quia illa translatio facta est anno 6. Regni Ezechiæ 4. Regum 18. Et ipse regnauit annis vigintinouem eodem cap. deinde regnauit Manasses filius eius annis quinquagintaquinque 4. Regum 21. postea regnauit Ammon annis duobus eodem cap. deinde Iosias regnauit annis triginta uno 4. Regum 22. & tamen anno 18. eius factum est hoc, scilicet, quòd essent reliquiæ de Israel, quæ darent pecuniam ad sartatecta templi, & venirent ad Phasę, quod ipse celebrauit, vt patet eodem cap. & sequenti lib. cap. 35. Et non solum manserũt reliquiæ de Israel, sed determinatæ manserunt de tribu Simeon, vt patet sequenti lib. cap. 34. Nam dicitur, qꝑ Iosias in vrbibus Manasse, & Ephraim, & Simeon vsque ad Nephtali subuertit omnia altaria idolorum, & tamen ab illa captiuitate vsque ad annum decimumoctauum Iosiæ fuerunt anni nonaginta, & octo, vt supra probatum est: poterant ergo tempore Ezechiæ post translationem Israelitarum ad Assyrios manere aliqui de tribu Simeon, qui facerent istud: videtur magis tamen dicendum, quòd factum fuerit istud ante translationem Israelitarum ad Assyrios, quod patet, quia viri de tribu Simeon erant valde multiplicati tunc, vt patet hic, & propter hoc iuerunt ad quærendum pascuas vberes gregibus suis, & tamen post captiuationem factam per Assyrios pauci manerent de tribu Simeon, & de qualibet alia tribu: ideo verisimilius est, qꝑ prius factũ fuerit. Quod tamen manserint aliqui de tribu Simeon post captiuationem Salmanasar in terra, satis apparet hic: nam dicitur, qꝑ illi, qui occupauerunt montem Seir, manserunt ibi vsque ad præsentem diem, ideſt, vsque ad tempus, quo Esdras scripsit librum istum.

De filijs quoque Simeon abierunt in mõtem Seir viri quingenti habentes principes Phaltiam, & Naariam, & Raphiam, & Ozihel filios Iesi, & percusserunt reliquias quæ euadere potuerant Amalecitarum, & habitauerunt ibi pro eis vsque in diem hanc.

De filijs quoque. Hic ponitur aliud bellum, quod fecerunt filij Simeon: fuerat enim primum contra Chananæos, & istud fuit contra Amalecitas, & dicitur.

De filijs quoque Simeon abierunt in montem Seir. Quia hic agitur de progenie Simeon, narrantur facta, quæ omissa fuerunt in alijs libris, & pertinent ad istam tribum, & vnus fuit de istis quingentis viris, qui iuerunt ad pugnandum contra Amalecitas, qui habitabant in monte Seir: est enim Seir terra, in qua habitant Idumæi, quæ vocatur Seir ab ipso Esau, qui tria nomina habuit, s. Seir, Edõ, & Esau, vt colligitur: Gen. 25. sic dicitur Deuteronom. 2. Circuimus montem Seir longo tempore.

Viri quingenti. Isti erant de trbu Simeon, & fecerunt istud bellum, sed non constat quo tempore, quia non dicitur sub quo rege, sicut dicitur de bello præcedenti: potest tamen intelligi, quòd fuerit tempore eiusdem regis Ezechiæ cum ponantur ista simul, & exprimatur tempus pro vno, & non pro alio. Erant autem isti viri solũ quingenti, quia forte Amalecitę, contra quos pugnauerunt, erant pauci.

Habentes principes Phaltiam, & Naariam. Quatuor principes fuerunt istorum virorum, qui exprimuntur hic, & vnus fuit Phaltias, sed non est ille, de quo fit mentio supra 2. quia ille erat de tribu Iudæ: iste autem de tribu Simeon. Iste etiam Naaria non est ille, de quo præcedenti capitulo, quia ille fuit etiam de tribu Iuda, iste autem de tribu Simeon. *Et Raphaiam, & Oziihel filios Iesi.* Omnes isti quatuor principes erant filij Iesi, & non est iste Iesi, de quo habetur supra 2. quia ille fuit de tribu Iuda, iste autem de tribu Simeon.

Et percusserunt reliquias, qui euadere potuerant Amalecitarum. Istę reliquiæ sunt quæ euaserunt de aliquo bello, & erant viri pauci, quod patet, quia soli quingenti viri iuerunt ad pugnandum contra reliquias istas. *Et habitauerunt ibi pro eis vsque in diem hanc.* Scilicet, habitauerunt in monte Seir, vbi prius manebant isti Amalecitæ, quos deleuerant, & dicitur quòd habitauerunt pro eis vsque in præsentem diem, ideſt, vsque ad tempus quo Esdras scripsit librum istum.

Quænam fuerint reliquiæ Amalecitarum. Quæst. XXX.

QVAERITVR quæ fuerunt istæ reliquiæ Amalecitarum, quas deleuerunt isti filij Simeon. Respondendum est, quòd reliquiæ dicuntur illi de aliquo populo, qui euaserunt aliquod bellum, vel periculum, in quo cæteri de illo populo perierunt: ita enim fuit de Amalecitis, quia omnes perierant in bellis præter paucos, qui potuerunt euadere, & isti confugerunt ad montem Seir, & ibi habitauerunt quousque nunc viri Simeon occiderunt eos, & poterant autem istæ reliquiæ esse duorum temporum. Primo modo, quòd essent reliquiæ illius temporis, quo Saul pugnauit contra Amalecitas, & non dimisit ex eis virum aut fœminam, sed omnes occidit quotquot habere potuit præter regem Amalecitarum nomine Agag, quem captum duxit in Iudæam secum. primo Regum 15. Nunc autem potuerunt euadere aliqui fugitiui, qui postea venirent ad habitandum ad montem Seir, & isti filij Simeon occiderunt nunc illos.

Secundò potest dici, quòd isti euaserunt de bello, quod fecit Dauid: nam verum est, quòd de bello, quod fecit Saul euaserunt multi, & tamen illi omnes non fuerunt nunc deleti, quia postea fuerunt facta contra eos alia bella: nam ipsi erant viri latrocinantes in terra Philisthinorum, & Israel, & combusserunt ciuitatem Siceleg, in qua erant vxores Dauid, & omnia, quæ pertinebant ad eum, quæ omnia rapuerunt, & Dauid persecutus fuit illos: inuenique, & occidit omnes præter quadringentos iuuenes, qui fugere potuerunt ascendendo super camelos, primo Regum trigesimo. Et tunc manserunt pauci simi Amalecitæ, & istas reliquias occiderunt nunc filij Simeon.

An

An filij Simeon peccauerint pugnando contra Amalecitas. Quæst. XXXI.

QVAERITVR vlterius an peccauerunt filij Simeon pugnando contra istos Amalecitas. Aliquis dicet, quòd sic, quia non habuerunt iustam causam pugnandi, sed solum inuaserunt terram illorum, vt habitarent ibi, & occiderunt illos, & non potest hic responderi sicut respondebatur supra in quadam quæstione de filijs Simeon an peccauerunt occidendo habitatores Gador, quia ibi bellum fuit iustum propter duo: primo quia illi erant Chananæi, & contra Chananæos habebant Israelitæ iustum bellum ex mandato Dei: istę tamen gentes non erant Chananæorum, sed Amalecitarum, & Amalecitæ non erant de stirpe Chananæorum: sed magis de stirpe Idumæorum, cùm fuerint Amalecitæ descendentes ab Amalec, & Amalec fuit nepos Esau, scilicet, filius Sphath primogeniti sui. Genes. 26. & supra primo. Et tamen contra Idumæos non poterant Israelitæ iustè pugnare, quia Deus dixerat non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est Deute. 2. Secundò patet, quia quando pugnauerunt filij Simeon contra habitatores Gador, pugnauerunt contra eos, qui erant in terra sua, cum ciuitas Gador sit in sorte Iudæ: Iosue 15. Nunc tamen non pugnauerunt contra habitantes in terra sua, sed in monte Seir, & tamen terra Seir non pertinebat ad Israelitas, sed ad Idumæos. Respondendum est, quòd non peccauerunt isti filij Simeon pugnando contra reliquias Amalecitarum. Primò quia fortè isti molestabant eos in terra Israel faciendo prædas, & bella, sicut fuit tempore Dauid: nam Amalecitæ succendebant vrbem, in qua manebant omnia, quæ pertinebant ad Dauid, & adduxerunt captiuas vxores eius primo Regum 30. Et ob hoc Dauid pugnauit tunc contra alios. Secundò potest dici, quòd licitum erat istis filijs Simeon occidere istos Amalecitas, etiam si non facerent prædas, & insultus in terra eorum, scilicet, quia competebat eis ex mandato Dei: nam dixerat Deus, quòd Israelitæ delerent Amalec de sub cœlo propter mala, quæ eis fecerat in deserto. Deute. 25. Et tamen Saul pugnans ex mandato Dei contra Amalecitas non deleuerat eos, quia manserunt aliqui vsque ad tempore Dauid, & etiam nunc aliqui manebant, & ideo poterent ipsi licitè exequi mandatum Dei delendo illos. Tertiò poterant hoc facere, quia fortè isti Amalecitæ tenebant aliquam partem terræ Israel, & ob hoc competebat Israelitis pugnare contra eos quousque expellerent illos de ea, & sic fecerunt.

Ad duas rationes in contrarium dicendum, quòd non concludunt: de prima patet, quia dato, quòd isti non essent Chananæi poterant iustè pugnare Israelitæ contra eos propter alias causas, sicut expressum est: confirmatio autem in contrarium non tenet, scilicet, quòd non poterant pugnare contra istos qui erant de stirpe Idumæorum: nam Amalecitæ non vocantur Idumæi, nec sunt pars gentis Idumæorum, quia Amalec per se condidit gentem quandam, quæ dicta est Amalecitarum, & Deus contraria diffiniuit de istis duobus gentibus: nam de Idumæis dixit non abominaberis Idumæum Deuteter. 23. Et paulopost in eadem lege Deute. 25. Dicitur, quòd delerent memoriam Amalec de sub cœlo. Ad secundum, cum dicebatur, quòd isti non tenebant aliquam terram Israelitarum, sicut habitatores Gador propter quam possent Israelitæ pugnare contra eos, dicendum, quòd dato, quòd non haberent aliquam terram ipsorum: poterant esse aliæ causæ iustæ ad pugnandum, vt dictum est. Aliter potest dici, quòd isti haberent aliquam partem terræ Israel, quia fortè illa pars montis poterat esse de terra Seir.

Quomodo filij Simeon poterant habitare in monte Seir vsque ad tempus Esdræ. Quæst. XXXII.

QVAERITVR vlterius quomodo poterant filij Simeon habitare in monte Seir, quem ceperant de manu Amalecitarum vsque ad diem, quo scripsit librum istum Esdras: nam decem tribus Israel ductæ sunt in captiuitatem ad Assyrios 4. Regum 17.

Respondendum, quòd ductæ sunt illuc, & illi de Israelitis, qui illuc iuerunt nunquàm redierunt in terram suam, isti tamen filij Simeon, qui habitabant in monte Seir non ducti sunt ad Assyrios, quia multi de tribubus singulis Israel euaserunt de manibus Assyriorum, scilicet, quia fugerunt de terra, quando illi pugnabant contra vrbes singulas. Vel quia multæ vrbes fuerunt, quas non ceperunt Assyrij de terra Israel: vnde sequenti lib. cap. 34. Dicitur quomodo manserunt reliquiæ de Ephraim, & Manasse, & Simeon, & alijs tribubus, & isti qui erant in monte Seir fuerunt de illis, & facilius erat istos euadere manus regis Assyriorum quàm alios Israelitas, eo quòd isti habitabant in parte remotiori regni Israel, scilicet, in monte Seir. Sed tunc obijcietur, quòd si manserunt isti filij Simeon in terra illa post translationem ad Assyrios aliorum transferrentur in Babylonem tempore Sedeciæ regis Iuda, eo quòd illi, qui manserunt in terra de decem tribubus Israel effugientes manus Assyriorum fuerunt postea sub potestate Regum Iuda, vt declaratum est 4. Regum 23. ideo omnes de Regno Iuda trasferrentur illuc præter pauperes quosdam agricolas, & vinitores 4. Regum vltimo. & Iere. 39. & 40. & 52.

Responderi potest quadrupliciter, vno modo, quòd isti de tribu Simeon habitantes in monte Seir erant quasi extra Regnum Iuda. ideo captiuatio Chaldæorum non peruenit ad eos. Aliter potest dici, quòd cum isti essent in extremo regni Iuda, forte fugerunt de locis suis ad regna propinqua pugnantibus Chaldæis contra terram Iuda, & translatis alijs in Babylonem redierunt isti in locum suum, sic etiam fuit de multis Iudæis, qui dum vastaretur terra Iuda a Chaldæis fugerunt in terram Ammonitarum, & Moabitarum, & Idumæorum, & cum audiuerunt, quòd Godolias manebat præpositus in terra Iuda redierunt ad ipsum, vt patet Iere. 40. Tertiò potest dici, quòd isti filij Simeon, vel aliqui illorum ducti fuerint in Babylonem, & tamen postea redierint cum cæteris redeuntibus, & tunc quilibet redibat in ciuitatem suam, & in loco, de quo prius fuerat, vt patet primo Esdræ. cap. 2. Et sic redirent isti ad habitandum in monte Seir, quem prius tenebant, & acceperant de manu Amalecitarum. Quartò potest dici, quòd isti pauci viri Simeon, qui morabantur in monte Seir erant pauperes, & tamen Nabuzardam princeps militiæ Nabucodonosor reliquit tempore captiuitatis in terra viros pauperes, vt essent agricolæ, & vinitores 4. Regum vltimo. & Iere. 39. & 40. Et tunc isti relinquerentur cum cæteris, & manerent semper in monte Seir, & sic esset verum, quòd manserunt isti vsque ad tempus, quo Esdras scripsit librum istum, & etiam fortè manserunt vsque ad aduentum Christi, & destructionem Iudæorum per Romanos, licèt non potuerit hic fieri mentio, nisi de tempore vsque ad Esdram, qui scripsit librum istum. Postea autem non est alius liber scripturæ, qui generaliter chronica describat Iudæorum vsque ad Christum: sicut in libro

Universidad de Deusto
Biblioteca

bro isto describitur vsque ad tempus Esdræ: nam solum supersunt libri Machabæorum, in quibus solum tanguntur gesta specialia Machabæorum: cæteri autem libri historici, aut præcesserunt ad istum aut fuerunt aliquo modo contemporanei.

CAP. V.

FILII quoque Ruben primogeniti Israel, ipse quippe fuit primogenitus eius: sed cum violasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filijs Ioseph filij Israel, & non est ille reputatus in primogenitum. Porro Iudas, qui erat fortissimus inter fratres suos de stirpe eius Principes germinati sunt: primogenita autem reputata sunt Ioseph.

Descripta in præcedentibus progenie Iudæ, & Simeonis, hic scriptura vult describere progeniem tribus Ruben, & diuiditur in tres partes, quia primò ponitur progenies Ruben, secundò progenies Gad, tertiò progenies dimidiæ tribus Manasse. Secunda ibi.

Filij verò Gad. Tertia ibi. *Filij quoque dimidiæ tribus*. Prima in duas, quia primò tollitur quædam tacita dubitatio, secundò describitur ipsa generatio ibi. *Filij autem Ruben*.

An ea, quæ hic scribuntur: sint continuata ad præcedentia. Quæst. I.

QVAERITVR circa primum an ea, quæ habentur hic habeant ordinem continuatum ad præcedentia, & an fuerint immediate post illa.

Respondendum, quòd quamquam hic, & præcedenti cap. narrentur aliquæ historiæ, tamen istud est quasi per accidens, quia intentio principalis est enarrare progenies tribuum, ideo potest accipi hic consideratio continuationis quantum ad historiam, vel quantum ad progeniem: si primo modo dicendum, quòd non est ordo inter præcedentia, & ista, quia prius fuerunt ista bella, quæ enarrantur hic quàm ea, quæ habentur præcedenti capitulo: nam illa facta fuerunt tempore Ezechiæ, vt patet ibidem: ista autem facta sunt tempore Saulis, vt patet in litera, & tamen Saul fuit primus Regum, Ezechias autem circa finem eorum. Si autem consideretur quantum ad progenies, dicendum quòd non potest esse ordo secundum tempus, quia præcedenti capitulo dictum est de progenie Iudæ, & Simeonis, deducendo eas vsque ad aliquantum tempus, hic autem incipit progenies Ruben, & tamen prius fuit principium progeniei Ruben, quàm extremum progeniei Iudæ, & Simeonis, & tamen non potest seruari aliter ordo, scilicet, secundum tempus, quia tunc oporteret, quòd omnium tribuum progenies, quæ eodem tempore fuerunt ponerentur simul, & sic extenderentur duodecim lineæ simul: sed istud erat obscurare, & reddere difficilem narrationem scripturæ, ideo conuenientius fuit, quòd cuiuslibet tribus progenies per se describeretur.

Quare progenies Ruben ponitur post tribum Simeonis. Quæst. II.

QVAERITVR vlterius quare post tribum Simeonis ponitur progenies Ruben, quia iste videtur inordinatus processus: nam hic non est ordo natiuitatis, nec dignitatis, nec sortis. De primo patet, quia Ruben non natus fuit post Simeonem, sed potius e contrario, & Ruben fuit primogenitus Iacob, vt patet hic in litera, & Genes. 49. etiam non est hic ordo dignitatis: nam non sequebatur Ruben in ordine dignitatis post Simeonem, sed potius e contrario: nam omnes duodecim tribus diuisæ erant per quatuor vexilla Numeri 2. Et ista quatuor vexilla denominabantur a quatuor tribubus principalibus. primum a Iuda, secundum a Ruben, tertium ab Ephraim quartum a tribu Dan, & sub vexillo Ruben erat tribus Simeon, & tribus Gad. eodem cap. Ideo potius debebat proponi Ruben ipsi Simeoni quàm e contrario. Sic etiam erat in honoribus: nam in dedicatione tabernaculi cum obtulerunt principes populi, obtulit prima die princeps tribus Iuda, & in duobus sequentibus duo, qui erant sub vexillo eius, scilicet, Issachar, & Zabulon, die autem quarto Ruben; & die quinto Simeon: Numeri 7. Tertius ordo, scilicet, sortis non seruatur hic, quia non fuerunt Simeon, & Ruben coniuncti in sortibus, sed potius Simeon, & Iudas. Ruben autem habuit sortem distantem ab eis ad orientem Iordanis.

Dicendum igitur, quòd hic non seruatur ordo inter Ruben, & Simeon, sed inter Ruben, & Iudam: nam cæpit Esdras describere progenies secundum ordinem dignitatis, & quia Iudas erat dignior omnibus, primò fuit descripta progenies eius: deinde autem volebat Esdras redire, vt prosequeretur ordinem natiuitatis incipiendo a Ruben, quia tamen in medio sortis Iudæ erat sors Simeonis, visum est conuenientius, quòd simul cum tribu Iudæ ageretur de tribu Simeonis quasi esset eadem tribus, & vnica sors, & sic dicto de Simeone, dicitur de Ruben, & per hoc videtur continuari Ruben ipsi Iudæ, & non Simeoni, & tunc obseruatur ordo dignitatis, vt dictum est.

Quare tribus Gad continuatur post tribum Ruben. Quæst. III.

QVAERITVR vlterius quare hic post tribum Ruben agitur de progenie tribus Gad, & dimidiæ tribus Manasse. Nam hic non continuatur ordo natiuitatis, quem incipit hic Esdras; nam post Ruben sequitur Simeon, & quia iam de illo dictum fuerat, dicendum erat de Leui, qui sequitur post Simeonem in ordine natiuitatis Genes. 29. Et tamen interponitur de tribu Gad, & dimidia tribu Manasse. Etiam non est continuatio secundum ordinem dignitatis, quia in dignitate potest esse duplex habitudo. vna quòd tribus illa, quæ habebat primum vexillum esset dignior, & sic de cæteris: deinde tribus, quæ non habebant vexilla succederent in honore. Alia habitudo est, quòd non comparentur tribus, quæ habent vexilla inter se, sed tribus habens primum vexillum esset honorabilior cæteris, & deinde sequerentur duæ tribus, quæ erant sub eodem vexillo, accipiendo primo modo tribus Iuda erat primo, deinde Ruben, & postea Ephraim, & postea Dan. Numeri 2. Et sic non succedebat tribus Gad ad tribum Ruben: accipiendo secundo modo, qui communior est: Nam iste seruatur in honoribus tribuum in scriptura, vt patet Numeri 7. Non tenetur hic iste ordo, quia post Ruben sequitur Simeon, Numeri 2. & 7. Et sicut Gad non sequitur post Ruben in ordine natiuitatis, & dignitatis, ita etiam dimidia tribus Manasse, aut tota ipsa tribus non sequitur post Gad natiuitate, vel dignitate. De natiuitate patet, quia Manasses nō fuit filius Iacob, sed nepos, ideo post omnes filios Iacob poni debebat: etiam non in dignitate, quia non est inter istas tribus ordo continuus secundū computationem vexillorum: nam tribus Gad erat sub vexillo Ruben, & erat sexto loco dignitatis: tribus autem Manasse erat octauo loco, quia princeps tribus Gad obtulit die sexto, princeps autem Manasse obtulit die octauo: Numeri 7.

Dicendum ergo, quòd non seruatur inter tribum Ruben, & istas duas, & inter istas duas inter se ordo natiuitatis, vel dignitatis, sed ordo sortis, quia acceperunt omnes tres sortem simul. Quod patet, quia istę duę tribus, & dimidia habebāt pecora multa plusquā alię tribus, & cum nondum transissent Iordanem, videntes terram Galaad esse aptam alendis gtegibus petierunt illam à Moyse, & ipse concessit eam, ita vt nihil susciperent de possessione in terram Chanaan in occidentem Iordanis, & etiam, quòd irent ad adiuuādum fratres suos ad bellum quousque acciperent terram suam ad occidentem Iordanis, & tunc dimisit eis Moyses terram illam per sortes, vt patet Numeri 32. & Iosue 13. Et ob hoc cum habitarent omnes, quasi in eadem sorte terrę, dictum fuit de omnibus his simul. Item patet hoc magis, quia non agitur hic de tota tribu Manasse, sed de dimidia, & de alia dimidia agitur infra 7. Et tamen si ageretur hic de stirpe Manasse secundum ordinem natiuitatis, vel dignitatis, necesse erat de tota tribu simul agi, qa tota tribus erat eiusdē dignitatis, & habebat vnicum principem, vt patet Numeri 1. & 2. & 7. Etiam eadem natiuitas fuit capitis illius tribus, scilicet Manasse, qui vnicus homo fuit, quia tamen istæ duæ medietates tribus Manasse acceperunt hereditatem in duobus locis, scilicet vna medietas ad orientem Iordanis in terra Chanaan: ponitur hic progenies vnius medietatis, & progenies alterius ponitur infra 7. circa primum dicitur.

Filij quoque Ruben. Ideſt isti, qui sequuntur, fuerunt filij Ruben, & est litera suspensiua, quia cum deberent illico exprimi nomina filiorum Ruben fit quędam interpositio magna de mutatione iuris primogenitury, & redit postea scriptura ad continuandum sententiā, & dicit iterum. Filij autem Ruben. Et sic ponitur hic oratio imperfecta, quę non differt ab ea, quę infra habetur, & interponitur hic responsio ad quandam quęstionem, quam aliquis faceret de primogenitura Ruben, & soluitur.

Quare interponit hic scriptura de mutatione primogenituræ Ruben contra expositionem Nicolai aliter sentientis. Quæst. IIII.

QVAERITVR quare scriptura interponit hic de mutatione primogenituręe Ruben, cum istud non pertineat ad descriptionem progenierum.

Respondet Nicolaus, quòd hoc factum est ad soluendum quęstionem, quę oriebatur ex litera: nam dicitur hic filij Ruben primogeniti Israel, & tunc diceret aliquis: cum fuerit primogenitus, quare non accepit duplicem partem possessionis, quę competebat primogenito? Deut. 21.

Et dicit, quòd ad hoc respondet litera de mutatione iuris primogenituręe, scilicet, quòd non mansit in eo, quia violauit cubile patris sui, alioquin accepisset ipse duplicem sortem, sicut acceperunt filii Ioseph.

Sed ista responsio nullo modo stat, quia si propter hoc solum interponit omnia hæc, vt respondeat ad dubium, quod oriri potest ex illa particula filii Rubē primogeniti, stultum fuit, quòd Esdras poneret omnia hæc, quia poterat subticere illam particulam primogeniti Israelis, & tunc non oporteret fieri istam interpositionem ad respondendum cum non oriretur dubium ex litera. potius ergo Esdras voluit intro ducere aliquid, ex quo haberetur ratio dubitādi quā, quòd propter particulam illam posuerit istam interpositionem.

Dicendum igitur, quòd ista interpositio potest hic esse propter duo, vno modo ad reddendum rationē ordinis. Nam aliquis quærere posset, quare prius dictum est de Iuda quam de Ruben, cum Ruben procedat in ordine natiuitatis, & dignitatis, cum dignitas cōsequatur primogenituram, sicut dixit Iacob Gene. 49. Ruben primogenitus meus tu fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio. Dicit autem scriptura, quòd non præponitur omnibus, quia licet fuerit primogenitus secundum carnem, tamen primogenituręe iura non manserunt sibi, sed translata sunt ad Ioseph, & principatus datus est Iudæ, vt patet in litera, ideo propter honorem regalem tribus Iudæ præponi debebat tribui Ruben. Et quia ista solutio dubitationis non poterat conuenienter introduci, nisi proponeretur aliquod fundamentum dubitandi: præponitur, quòd Ruben fuit primogenitus secundū carnem, & tunc sequitur, quòd non manserunt ei primogenita, & sic Esdras introduxit istam particulam, scilicet primogeniti Israelis ab intentione, vt exinde haberetur occasio ad istam interpositionem de mutatione iurium primogenituræ.

Secundo modo potest dici, & melius, quòd Esdras interposuit istud hic ex conditione istius libri, quia iste liber est suppletiuus eorum, quæ deficiunt in aliis locis scripturæ, vel quæ non sufficienter expressa sunt hic, & suis locis enarrantur. Ideo cum aliqua contigerint specialia circa singulas tribus, quæ in aliis locis non enarrantur: Refert hic Esdras agendo de progenie singularum tribuum, sic patet de tribu Iuda, cum posuit quasdam paruulas historias supra secundo, & tertio, & quarto quæ pertinuerunt ad tribum Iuda, sic etiam posita sunt præcedenti capitu. duo bella, quę fecerunt viri de tribu Simeon, & ita infra in litera pronuntur alia bella, quæ fecerunt filii Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse. Et infra septimo pronuntur quædam gesta tribus Ephraim. & quia ad tribum Ruben pertinebat primogenitura, in qua includitur ius duplicis sortis, & illa mutata fuit, de quo leuissime tetigit scriptura. Gene. quadragesimooctauo. & quadragesimonono. ideo hic voluit Esdras explicare illud, docens quid continebatur in iure primogenituræ, & ad quam transiuit Israel ius, & propter quid translatum est.

Primogeniti Israel. Ideſt Iacob, cuius nomen mutatum est, vt vocaretur Israel. Geneſis trigesimosecundo, & trigesimoquinto, ipse quippe fuit primogenitus secundum carnem, & aliquando manserunt in eo iura primogenituræ, scilicet quousque peccauit. Fuit autem primogenitus Rubē tam ex patre quam ex matre, quia Iacob nullum prius genuerat: etiam Lya mater sua istum primum habuit. Genes. vigesimonono. & quod plus est, ipsa fuit prima vxor Iacob, scilicet quę prius ab eo cognita est, licet prius desponsata fuisset Rachel. eodem capitul. *Sed cum violas-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

set thorum patris sui. Hęc fuit, quia cognouit vxorem patris sui Balam, quæ erat ancilla Rachelis, & hoc non latuit Iacob. Gen. 35. & tamē ipse tacuit hoc vsque ad mortem, qñ benedixit filiis suis: nam tunc expressit hoc improperando Ruben, & quasi maledicendo ei, s. Ruben primogenitus meus tu fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio, effusus sicut aqua non creſcas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Gene. 49. etiam dr̄ hic, q̄ propter hoc ablata sunt primogenita, & data sunt filiis Ioseph. Insania est ergo dicere, q̄ nō peccauit Ruben. *Data sunt primogenita eius.* Idest primogenita, quæ pertinebant ad eum. *Filijs Ioseph, filij Israel.* Filii Ioseph erant Ephraim, & Manasse: nam istis datę sunt duę sortes in terra Chanaan loco patris sui Ioseph, & ista duplex sors pertinebat ad primogenituram. Genes. 48. & dicitur filii Israel, referendo ad Ioseph, qui erat filius Israel, ideſt Iacob. *Et non est ille reputatus in primogenitum.* Ideſt nō fuit Ruben habitus tāquam primogenitus, quamquam vere esset primogenitus, s. quia non mā sit ei aliquid de iuribus primogenituræ. *Porro Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos.* Dicitur de Iuda, q̄ fuit fortissimus inter fratres ad significandum, q̄ ei conuenienter dabatur principatus. Nam si esset vir ignauus, & timidus non conueniret ei principari, sed quia nullus de fratribus eius fuit tā fortis, & animosus cōuenit ei principatus potius quā cęteris. Et quod dr̄, q̄ fuit fortissimus intelligitur de ipso Iuda quantum ad seipsum: nam ipse fuit omnibus fratribus suis animosior, & eloquentior, vnde ipse confidētius, & lepidius loquebatur coram Ioseph, qñ putabat eum esse dominum Aegypti, & nesciebat eum esse fratrem suum, vt pater. Gen. 44. etiam intelligitur hoc de posteris suis, & quia ipsi fuerūt animosiores viris cęterarum tribuū, ideo Deus potius iubebat assumi duces belli de tribu Iudæ, quam de aliis tribubus, vnde mortuo Iosue, quæsierunt Israelitæ qs esset princeps eorum ꝯ Iebuſęum, & Chananæum, & iñdit Deus Iudas erit dux belli, & ascendet. Iudi. 1. Iterum etiam cum pugnaturi essent omnes Israelitæ ꝯ tribum Beniamin contra viros Gabaa consuluerūt dominum in Silo, dicentes: Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis ꝯ filios Beniamin? Et respōdit dominus Iudas sit dux vester. Iudi. 20. *De stirpe eius principes germinati sunt.* Ideſt de stirpe Iuda descenderunt principes Israel, quia in ista tribu fuerunt reges, & alii principes. *Primogenita autem reputata sunt Ioseph.* Ideſt iura primogenituræ non fuerunt data Iudę quāquam esset fortissimus, sed data sunt filiis Ioseph, s. duplex pars hęreditatis, quę vocat Ius primogenituræ.

Quid continetur nomine iurium primogenituræ.
Quæst. V.

QVAERITVR de iure primogenituræ, quid continebatur nomine iurium primogenituræ. Respondendum est, q̄ fm consuetudinem antiquitatis, & veteris testamenti multa continebantur nomine iuris primogenituræ.

Primum erat, q̄ primogenitus benediceretur a patre moriēte, & non alii, vel si alii benedicerent, saltem benedictio prima, & pręcipua erat primogeniti, vt patet Gen. 27. de Esau, & Iacob: nam Esau erat primogenitus Isaac, & ipsum benedicere voluit pater, & tñ quadam fraude factum est, vt benediceret Iacob, & vocauit se primogenitum, dicens. Ego sum Esau primogenitus tuus. Et tñ si benedictio daretur indifferenter primogenito, vel minori, non dixisset Iacob se esse primogenitū, etiam quia dixit Esau de Iacob: Nunc supplantauit me iam bis, primogenituram meam. Secundum erat, q̄ primogeniti vtebantur quibusdam vestibus excellentioribus aliis, & hoc in quibusdam festiuitatibus, sicut est positio communis, & colligitur aliqualiter ex litera. Gen. 27. cum Rebecha vestiuit Iacob vestibus Esau valde bonis, quas apud se hēbat: ēt illa vestimenta erāt pulchra, & fragrātia. Sic patet ibidē cū dr̄. Statim q̄, vt sensit vestimētorū illius fragrātiā, ait: ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni. Et sic videt, quòd per istas vestes excellebat primogenitus non primogenitum: Et hoc satis verisimile est, quia in multis aliis pertinentibus ad honorem excellebat primogenitus non primogenitum.

Tertium erat, q̄ primogenitus honorabatur magis apud patrem in mensa, & suscipiebat maiorem partem ciborum, sicut patet Gen. 43. cum dicitur, q̄ fecit Ioseph fratres suos sedere ad mensam, & dicitur minimus iuxta ætatem suam sedebat primogenitus iuxta primogenita sua, & tamē si non esset aliqua differentia in primogenito ad cęteros differentia honoris in mensa nō dicitur, quòd sedit primogenitus iuxta primogenita sua.

Quartum erat, q̄ primogeniti apud antiquos erāt sacerdotes, sicut patet de Melchisedech, qui est filius Noe, & ipse est primogenitus eius, & dr̄ de eo Gene. 14. q̄ erat sacerdos Dei altissimi. Idē patet ad Hebr. 7. sic etiam Exo. 19. dicitur, q̄ sacerdotes etiam non accederent ad montem, ne percuteret eos Deus, & illi dicuntur esse primogeniti secundum omnes expositores, etiam Exo. 24. dicitur, quòd misit Moyses iuuenes de filiis Israel, & obtulerunt holocausta, & illi dicūtur esse primogeniti ab expositoribus, hoc patet efficacius, quia Deus voluit accipere primogenitos de omnibus tribubus Israel sibi in ministros, quia tamen illi peccauerant, iussit ne aliquis accederet ad ministrandum sibi, nisi filii Leui. Nu. 1. & 3. & 16. & 18. & tamen, quia primogeniti tenebātur ad ministerium istud fecit, quia pro quolibet primogenito Israelitarum daretur Deo vnus Leuita, & quia plures fuerunt primogeniti Israel quam Leuita (nam excesserunt in ducētis septuaginta, & tribus) iussit Deus, q̄ pro quolibet istorum darentur quinque sicli sacerdotibus, eo q̄ ipsi seruiebant pro illis, si tñ non obligarentur primogeniti ad istā seruitutē sacerdotalē Deo, non iubaret Deus, q̄ pro quolibet eorū daret certū precū. Deut. 21. s. ipse est principiū liberorū eius, & huic debētur primogenita, dabitq; ei de his, quæ habuerit cūcta duplicia. Sextū erat principatus: nā primogenito debebat principatus inter fratres suos, & si aliqs futurus erat rex, ipse primogenitus efficiebatur rex, de hoc Gene. 49. s. Ruben primogenitus meus tu fortitudo mea, prior in donis, maior in imperio, ideſt Ruben, quia primogenitus erat maior aliis imperio, ideſt in auctoritate principādi. Septimo qd̄ pertinebat ad primogenitos in veteri testō erat, q̄ ipsi redimerentur a dño, s. q̄ præsentarentur in tēplo corā dño post quadraginta dies a natiuitate sua, & tradebant sacerdotibus, & nō dimittebāt eos quousq; darent quinq; sicli q̄ eis. Nu. 18. & ibi declaratū est. Istud tñ potius videbat ad onus quā ad honorē, qa istud insurgebat ex quadā obligatione, quā primogeniti hēbant ad Deū, & nō alii, s. qa ipsi liberati fuerunt a Deo in Aegypto ab Angelo percutiēte, q occidebat primogenitos Aegyptiorū, & ex illa die fuerūt oēs primogeniti Israelitarū specialiter obligati Deo, p hoc beneficio liberationis, & accepit eos in suos, & quia ipsi erāt inepti ad ministrandū sibi pp peccatū fabricationis vituli, voluit q̄ se redimerent dando precium eis, qui ministrabat Domino pro illis. Num. 3. & 8.

An principatus regnatiuus esset de iure primogenituræ.
Quæst. VI.

QVAERITVR vlterius, an de iure primogenituræ esset principatus regnatiuus.

Rñdēdum, q̄ istud potest intelligi dupliciter, vno modo, q̄ cuilibet primogenito deberetur principatus iste tanquam ius determinatum primogenituræ, alio mō, q̄ in stirpe illa, de qua futuri essent reges, deberetur principatus iste primogenitis, & non aliis. Accipiēdo primo modo, non erat principatus regnatiuus de iure primogenituræ, quia non competebat cuilibet primogenito, q̄ esset rex, nec etiam erat hoc possibile, cum rex vnus sit respectu plurimorum, primogeniti autem multi sunt, & cuilibet eorum respondērēt pauciſſimi subditi. Et ex hoc patet, q̄ dato, q̄ alio modo cōpetat principatus regnatiuus primogenito, non est proprium ius primogenituræ ius regendi, cū non competat omni primogenito, sed magis vī competere per accidens. Accipiendo autem secūdo modo est dubium. Quidam enim dicunt, q̄ de iure primogenituræ est principatus iste, quod patet, quia Genes. 49. dixit Iacob, Ruben primogenitus meus prior in donis, maior in imperio. Ergo ius imperandi pertinebat ad eum in eo, q̄ primogenitus.

Secundo patet, quia seq. lib. c. 21. dr̄, q̄ Ioathan habuit filios multos, & dedit omnibus munera auri, & argenti, regnum autem tradidit Ioram, eo q̄ esset primogenitus. ergo vr̄, q̄ ex iure primogenituræ competebat regnum. In ꝯrium vr̄, q̄ non competat regnare ex iure primogenituræ: nam tunc in Israel competeret regnum primogenito tribus Ruben, vel illius tribus, ad quam translata sunt iura primogenituræ, & tñ non translata sunt iura Ruben in aliquos, nisi in tribum, Manasse, & Ephraim, & in tribum Iudæ, vt patet hic. Et tamen primus, & secundus reges Israel nō fuerunt de aliqua istarum tribuum, sed de tribu minimi filii Beniamin: nam Saul, & filius suus Isboseth fuerunt de tribu Beniamin, vt patet 1. Regum nono. Quod autem Beniamin esset minimus filiorum Iacob, patet Genes. 42. & 43. Et ibi sæpe vocatur minimus.

Secundo patet, quia quando cępit regnum in Iuda, Dauid, qui erat minimus fratrum suorum, vnctus est in regem 1. Reg. 16.

Tertio patet, quia Salomon habuit multos fratres maiores supra 3. c. Et tamen ipse factus est rex tertio Regum 1.

Responderi potest, quòd istę obiectiones non obstant, quia dato, quòd deberetur principatus regnatiuus alicui, Deus poterat illum auferre ei propter peccatum, vel sine peccato, & tamē istę obiectiones procedunt in principatu regnatiuo tradito mādato Dei. Sic enim fuit de regno tradito Sauli, & filio suo Isboseth: nam Deus pronunciauerat per Iacob: Gene. quadragesimonono non auferendum esse regnum, siue sceptrum de tribu Iuda, & tamen ipse iussit ad tempus, quòd acciperetur Saul in regem primo Regum nono. Sic etiam translatum fuit regnum ad tribum Iuda, dato quòd competeret primogenitis de iure, ex electione Dei datum est Dauid, qui erat minimus fratrum suorum. Sic enim fuit in Salomone: nam Deus pronunciauerat de ipso, quòd esset rex, vt colligitur secundo Regum septimo. Et patet clare infra vigesimo secundo. Et in electione Dei non est arguēdum, quia ipse potest, cui voluerit, auferre ius, & dare cui voluerit, cum in manu eius sit omne ius, & potestas regnorum, vt patet Daniel. quarto, scilicet. Donec scias, quòd dominetur excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit det illud. Si tamē reges assumpti fuissent a populo non ex mandato Dei, assumerētur de primogenitis.

Sed adhuc dicendum, quòd hoc non obstante nō erat de iure primogenituræ accipi reges de primogenitis, sed magis pendebat ex potestate patrū designare quem vellent filiorum suorum esse regem, & patet hoc in Salomone: nam cum viuente Dauid, Adonias filius eius fecisset se vngi in regem, venit Nathā propheta ad Dauid, & retulit quomodo regnabat Adonias nesciēte Dauid, & etiam Bethsabee dixit hoc ad Dauid, & subintulit. Veruntamen domine mi rex in te oculi respiciunt totius Israel, vt iudices eis quis sedere debeat in solio tuo post te. 3. Reg. 1. Si autem ad primogenitum de iure pertineret regnum, non spectaret totus populus sententiam regis, scilicet quis deberet post eum regnare, quia iam de iure constaret, & etiam rex non posset tollere ius alicui, sine causa, ergo non pertinebat regnum ad primogenitum.

Secundo patet, quia Bethsabee ex consilio Nathā prophetę, cum conquereretur Dauid, quòd regnaret Adonias, & non Salomon ait, Domine mi tu iurasti per Deum ancillæ tuæ, Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo. 3. Regum 1. Si tamen determinate competeret regnum primogeni to, non liceret Dauid iurare, q̄ regnaret Salomon, cū nō esset primogenitus. Et dato, q̄ Dauid iurasset hoc, fortè ex aliqua leuitate, Bethsabee ex consilio Nathā prophetæ non proponeret istud iuramentum Dauid ad adiuuandum se ex illo, sciens quod iuramentum istud esset contra ius, & talia non obligant, sed potius qui iurat peccat, & tamen Nathā propheta suasit Bethsabee, q̄ allegaret istud iuramentum contra Dauid, ergo sciebat, q̄ tale iuramentum illicitū non erat, & consequenter ius regnandi nō pertinebat determinatè ad primogenitos.

Tertio patet, quia Roboā filius Salomonis habuit filios multos, s. vigintiocto, & sexaginta filias, & inter illos non erat primogenitus Abia, quia tamen ille erat sapientior, & potentior reliquis, & etiam quia diligebat plus matrem illius quam alias vxores, cogitabat eum facere regem, & fecit sequenti libro capitul. 11.

Quarto patet, quia inter filios regis Iosiæ, morientе patre, primogenitus erat Ioachin, & tñ populus accepit in regem Ioachaz, qui erat minor 4. Reg. 23. Et sequenti lib. capit. vltim. & 2. Esdræ 1. Quòd autem Ioachaz esset minor patet, quia ipse quando cępit regnare erat annorum viginti trium 4. Reg. 23. Et regnauit solum tribus mēsibus, & illico frater eius Ioachin regnauit, & tamen quando cępit regnare, erat annorum vigintiquinque, patent omnia eodem capitul. Et sic quasi duobus annis erat maior Ioachin quam Ioachaz, & tamen populus assumpsit in regem Ioachaz, & non Ioachin. Ergo non debebatur determinatè principatus regnatiuus primogenito.

Dicendum igitur, quòd non competebat ex lege, vel ex aliqua necessitate antiquæ consuetudinis, vel ex iure naturæ regnum primogenito, & ideo a principio inter Israelitas non succedebant determinatè primogeniti, sed illi, quos patres designabant successores, postea tamen, quia inter gentes consuetum erat, quod primogeniti succederent in regno, & etiam, quia ratio naturalis dictabat potius debere principari primogenitum, & habere quemlibet honorem, nisi aliquid obstaret, consueuerunt etiam Israelitæ facere, quòd primogeniti succederent, & sic inualuerat inter eos iam ista consuetudo quasi pro lege, & iam succedebant primogeniti,

Universidad de Deusto
Biblioteca

non tam ex iure primogenituræ, quam ex consuetudi F
ne præscripta, vel saltem antiquata. Sciendum tamen,
q̃ licet principatus regnatiuus non competuerit pri-
mogenitis semper iure suo, tamen saltem quidam
principatus honoris competebat cuilibet primogeni
to inter fratres suos, & hoc siue ante vetus testamen-
tum secundùm consuetudinem omnium gentium,
siue in veteri testamento. Ad primam rationem in
contrarium dicendum, q̃ ibi non intelligitur de re-
gno, sed solũ de aliquo honore, vel principatu, quod
patet, quia Iacob dixit Ruben primogenitus meus,
prior in donis, maior in Imperio. Et non dixit, quòd
haberet ius regnandi, immo, quod maius est, videtur,
q̃ istud Imperium, quod competit primogenito sit
amicabile alijs fratribus, quia dicitur maior Imperio, G
& sic cuilibet fratri potest competere illud Imperiũ,
& tamen magis competit primogenito, quam alijs,
principatus tamen regnatiuus, vel ius regnandi non
diuiditur, sed vnicum est: ideo si vni competit non
competit alijs integrè, vel secundùm partem: ideo
oportet, q̃ intelligatur de alio principatu, vel hono-
re, qui posset competere secundùm magis, & minus,
& patet hoc magis, quia loquebatur hoc Iacob spe-
cialiter ad Ruben primogenitum suum, & tamen sa-
tis constabat ei de illo, quòd etiam si non peccauisset
contra patrem, q̃ non posset esse rex, quia populus Is-
raelitarum non poterat tantum multiplicare viuente
Ruben, q̃ aliquis deberet super eum regnare: intelli-
gebat ergo de quodam alio principatu honoris, & H
præeminentię. Ad secundam rationem dicendum,
q̃ Iosaphat dedit Ioran filio suo regnum, quia primo-
genitus erat, non quidem tanquam ex iure primoge-
nituræ competeret regnum, sed quia inter Israelitas
erat consuetum, quòd daretur principatus primoge-
nito, sicut inter alias gentes, & propter istam consue-
tudinem tradidit ei regnũ, cùm esset primogenitus.

An duplex pars hæreditatis fuerit de iure primogenituræ.
Quæst. VII.

QVAERITVR vlterius, an de iure primoge-
nituræ fuerit duplex pars hæreditatis in vete-
ris testamento, & inter istos filios Iacob.

Aliquis dicet, quòd sic, quia Genesis qua I
dragesimonono. dixit Iacob Ruben primogenitus
meus prior in donis, maior in Imperio. & tamen
prior in donis dicitur ille, qui maiora dona recipere
debebat à patre quam alij.

Secũdò patet, quia Deut. vigesimoprimo dicitur:
Cognoscet eum primogenitum suum dabitq̃ ei
de his, quę habuerit cuncta duplicia.

Tertiò patet, quia dicitur hic, quòd quia Ruben
peccanit, translata sunt primogenita ad filios Iose-
ph, & tamen illi nihil habuerunt super cęteros filios
Iacob, nisi quòd cum ipsi essent filij Ioseph, & non
Iacob, debebant reputari in successione bonorum
Iacob tanquam vnus, & suscipere vnicam sortem si-
cut quilibet alius de filijs Iacob vnicam sortem susce- K
pit, & tamen susceperunt duas sortes: ergo videtur,
q̃ iuri primogenituræ competebat duplicitas sortis.

Respondendum ad hoc, quòd aut quęritur de iu-
re primogenituræ postquam fuit data lex Moysi aut
prius. Si post datam legem Moysi, non est dubium
quin de iure primogenituræ esset duplicitas sortis, &
hoc nõ solum in viris nobilibus, inter quos apud nos
seruatur ius primogenituræ, sed etiam inter quoscun-
q̃, quia Deus dederat legẽ generaliter de quolibet
homine, quòd primogenitus suus haberet duplum
de hæreditate eius super quemlibet fratrem: Deut.
vigesimoprimo.

Si autem quęratur de iure primogenituræ ante da-
tam legem: dubium est an competeret ista duplicitas
hæreditatis, nam non habetur manifestè, quod com-
peteret, & de hac nunc dubium est inter filios Iacob,
quod ipsi fuerunt ante legem datam Moysi, in qua
statutum fuit de duplici sorte primogeniti, & dicen-
dum est, q̃ non est dubium quin plus de hæreditate
patris competeret primogenito quàm alijs, & tamen
an istud esset duplum, vel in aliqua alia quantitate nõ
apparet, cum solum dixerit Iacob Ruben primoge-
nito suo, quod erat maior imperio, & prior in donis,
idest maior in donis, quę susципere debebat ex hære-
ditate paterna quàm alij filij, & non dicitur in qua
quantitate. Satis tamen videtur dicendum, quod
etiam tunc esset duplicitas sortis de iure primogeni-
turæ, & multi arbitrabũtur cum litera ista dicat, quod
data sunt primogenita filijs Ioseph, & tamen illi non
acceperunt super reliquos fratres nisi duplicem sor-
tem. Hæc est enim positio communis, & satis verisi-
milis. Mihi tamen videtur dicendum quod primo-
genito ante legem Moysi datam non competębat
determinatè duplicitas sortis, sed cõpetebat aliquid
super fratres suos, quantum tamen istud esset pende-
bat ex voluntate patris, qui aliquando dabat primo-
genito suo plusquam duplicem sortem, & aliquan-
do minus sicut ei placebat. Patet hoc, nam Abrahã
habuit filios multos, scilicet, ex Sara, & Agar, & Ce-
tura, & Isaac factus est primogenitus dispositione
Dei, quia Deus dixit ad Abraham in Isaac vocabitur
tibi semen, Gen. 21. & Abraham dedit alijs filijs so-
lum quędam munera, ipsi autem Isaac dedit omnia,
quę habebat, Gen. 25. s. Deditq̃ Abraham cuncta,
quæ possederat Isaac filio suo. Filijs autem concu-
binarum largitus est munera. Et vocat filios concu-
binarum filios vxorum minus principalium, & sic
primogenito data sunt hic ferè omnia. Iacob autem
dedit Ioseph filio suo, quem fecit primogenitum ali-
quid minus, quàm duplicem sortẽ. Nam dixit prius,
q̃ duo filij Ioseph, s. Ephraim, & Manasse, essent ei tan
quam Ruben, & Simeon filij sui. Et postea dixit ad
eundem. Do tibi partem vnam extra fratres tuos,
quã tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo
Gen. 48. Et ista fuit pars, quam possedit Iacob in Si-
chem quando erat in terra Chanaan: ideo illam ac-
cepit specialiter Ioseph, & ibi sepultus est, Iosue vlti,
& sic solum competuit ei duplex hęreditas ratione
adoptionis filiorum, & non iure primogenituræ. Pars
autem illa modica, quam habuit in Sichem compe-
tiuit ei ratione primogenituræ translatæ in eum, & ta-
men illa non erat vna sors, ita vt haberet duplum su-
per quemlibet fratrem suum tãquam primogenitus.
Si aũt velit quisquam tenere priorem positionem: nõ
oportet q̃ responderet ad argumenta in contrarium,
quia illa adiuuant: si tñ teneamus præcedentem im-
mediatè positionem, quæ videtur esse verior: ideb.
Ad primum q̃ verum est, q̃ primogenitus debebat
esse maior in donis, & tñ quãtus esset iste excessus nõ
apparet determinatum, sed erat in voluntate patris,
vt dictum est. Ad secundum dicendum, q̃ illud be-
ne concludit q̃ duplicem partem cõsequebatur qui-
libet primogenitus, & tamen istud solum loquitur
post legem datam, & tamen non innuit an sic fuerit
ante legem datam. Ad tertium dici potest vno mo-
do, q̃ filij Ioseph acceperunt primogenita non qui-
dem quantum ad duplicem sortem cum illam non
consecuti sunt iure primogenituræ translatæ in eos,
sed iure adoptionis, quia Iacob adoptauit eos, dicens:
duo filij tui Ephraim, & Manasse, sicut Ruben, &
Simeon reputabuntur mihi, & tamen postquã erant
adoptati necesse erat, quòd quilibet succederet equa-
liter

liter cum alijs filijs Iacob, nisi ipse diffiniret, & sic nul- A
lus eorũ habebat duplicem sortem, sed quilibet vnã.
Si aũt dicas, q̃ quamquam quilibet haberet vnam, ta-
men dicebantur habere duplicem sortem, quia am-
bo habebant duas sortes, & tamen ambo debebãt ha-
bere vnicam cum succederent loco vnius, s. patris sui
Ioseph.

Dicendum est, quòd hoc verum est si isti habuis-
sent illas duas sortes tanquam succedentes auo, s. vt
nepotes, quia tunc haberẽt solum ius patris in succes-
sione, & etiam tũc deberet vnus illorum habere istas
duas sortes, & tamen non successerunt ipsi Iacob tan
quam auo, sed tanquam patri, quia per adoptionem
facti sunt filii cum dicat, ipse Iacob ad Ioseph, duo filii B
tui, qui nati sunt tibi in terra Aegypti mei erunt E-
phraim, & Manasses, sicut Simeon, & Ruben reputa-
buntur mihi.

Item patet, quia si isti habuissent iure primogeni-
turæ duplicem sortem non fuisset diuisa ista sors per
duos fratres, quia ius primogenituræ indiuisibile est,
& vni competit, & tamen duo filii Ioseph habuerunt
istas duas sortes, ergo non peruenerunt iure primo-
genituræ, sed adoptionis.

Sed obijcietur, quia dicitur hic in litera, quòd pri-
mogenita data sunt filiis Ioseph, ergo multis simul
diuisa sunt prmogenita, & istud fuit in Ephraim, &
Manasse, qui acceperunt duas sortes.

Dicendum, quòd hoc nihil probat, quia non intel- C
ligitur, quòd primogenita data sunt filiis Ioseph, idest
filijs Ioseph simul manentibus, s. Ephraim, & Manas-
se, sed data sunt filiis Ioseph per successionem, quia
nũc erant apud vnum primogenitum, & postea apud
alium.

Item patet hoc ex iure primogenituræ in lege: nã
primogenitus habebat duplicem sortẽ, & ipse solus
habebat illam, deinde filii sui non diuidebant hęredi-
tatem æqualiter, sed etiam primogenitus habebat du-
plicem sortem, vt patet Deuteronom. vigesimopri-
mo. Quod autem iura primogenituræ non competi-
uerint filiis Ioseph diuisim, sed tanquam vni, patet qa
dicitur: Primogenita autem reputata sunt Ioseph, &
sic ipsi personæ conueniebant, & non filiis, & hoc est, D
quia postquam Iacob adoptauit Ephraim, & Manas-
sem filios Ioseph, dixit ad eum, do tibi partem vnam
extra fratres tuos: Gen. 48. & quantum ad istam repu-
tata sunt ei primogenita, & non in duobus sortibus fi-
liorum.

Secundo modo potest dici, quòd ista duplex sors
data est filiis Ioseph, & non fuit iure primogenituræ,
sed quia voluit tũc Iacob adoptare filios Ioseph, quia
tamẽ postea in lege determinata fuit duplex sors pro
primogenito Deuteronom. vigesimoprimo, dixit hic
Esdras, quòd filij Ioseph susceperant iura primoge-
nituræ.

Tertio modo dici potest, quòd ista duplex sors da-
ta fuit Ioseph pro filiis suis loco primogenituræ, & ta
men nõ erat determinatum ante legem datam, quã- E
tũ deberet suscipere primogenitus, sicut super quẽli-
bet alium. Ideo sicut nunc suscepit Ioseph duplicem
sortem, ita potuisset ei dare Iacob triplicem, vel qua-
druplicem. Nam Abraham dedit primogenito suo
soli plusquam omnibus aliis simul, quamquam alii es
sent septem fratres, s. sex ex Cetura, & vnus ex Agar,
Gen. 25. & supra primo, accidit tamen, q̃ daret Iacob
duplicem partem primogenito, & sic postea Deus sta
tuit debere fieri in lege, prima tamen trium solutio-
num melior est.

An filijs Ioseph, vel ipsi Ioseph, data fuerint iura primo-
genituræ. Quæst. VIII.

QVAERITVR vlterius, an iura primogenituræ da
ta fuerint filiis Ioseph, vel ipsi Ioseph. Videtur
primo, q̃ non, quia primum ius primogenituræ erat
q̃ primogenitus benediceretur a patre moriente, &
tamen filii Ioseph, vel ipse Ioseph, non fuerunt specia-
liter benedicti a Iacob, sed omnes filii Iacob benedi-
cti fuerunt: Gen. 49. Et dicitur benedixitque singulis
benedictionibus propriis.

Secundo patet, quia aliud ius primogenituræ erat,
quod primogeniti vterẽtur quibusdam vestibus spe-
cialibus inter fratres suos, vt probatũ est supra in qua-
dam quæstione, & tamen Ioseph, aut filii sui non le-
guntur vsquam hoc priuilegio inter fratres suos vsos
fuisse.

Tertio patet, quia primogenitus honorabatur ma-
gis in sedendo ad mensam, & recipiendo a patre abũ-
dantiorem partem ciborum, & tamen non vsus fuit
aliquis de filiis Ioseph hoc priuilegio, sed potius
alii de filiis Iacob, vt colligitur Genes. quadragesimo-
tertio. Quarto patet, quia ad primogenitos pertinebat
esse sacerdotes, & tamen non fuit aliquis sacerdos
de tribu Ephraim, vel Manasse, sed omnes fuerunt de
tribu Leui: Nume. 3. & 16. & 18. Quinto patet, quia
ad primogenitum pertinebat esse maiorem in hono
re, & principatu cęteris filiis, & tamen non habuit ta-
lem honorẽ, nec principatũ aliquis de filiis Ephraim,
vel Manasse inter Israelitas, sed potius erant principes
de tribu Iuda, vt patet hic. Etiam in communibus ho-
noribus multæ tribus præferebantur Ephraim, &
Manasse, vt patet in ordine vexillorum, quę habe-
bant in castris in deserto: Nu. 2. patet ẽt in computa-
tione facta in deserto bis: Nume. 1. & 26. nam sex tri-
bus computabantur ante Ephraim, & Manasse, patet
in ordinatione etiam offerendi. Nam in dedicatione
tabernaculi in monte Sinai obtulerunt omnes duo-
decim principes duodecim tribuum, quilibet die sua,
& tamen princeps Ephraim tribus obtulit die sepți-
ma, & princeps Manasse tribus obtulit die octaua:
Num. 7.

Sexto patet, quia ad primogenitos pertinebat, q̃
redimerentur quinque siclis, & tamen non solum re-
dimebantur primogeniti de tribu Manasse, & E-
phraim, sed etiam primogeniti omnium tribuum,
Num. 3. & 18.

Respondendum, q̃ iura primogenituræ, quę perti-
nebant ad Ruben data sunt Ioseph, & filiis suis succe-
dentibus sibi, quęcunque illa fuerint, siue multa, siue
pauca. Vnde absolute est verum, quòd iura primoge-
nituræ translata sunt omnino in Ioseph. Considerandum tamen, quòd inter iura primogenituræ quędam
pertinuerunt ex necessitate, quę in lege non fuerunt
mutata, sed potius per legem confirmata fuerunt.
Alia autem pertinebant ad primogenituram ex qua-
dam ratione leui, vel consuetudine, quorum quędam
in lege mutata sunt, & alia fuerunt omissa, s. quòd lex
nihil de illis expressit, & vtraque fuerunt infirma, &
sic vocantur non proprie iura primogenituræ, quòd
ius dicit aliquid, qđ debitum, & necessarium est, & tñ
ista non erant necessaria. Solum autem mansit tan-
quã de necessitate in iuribus primogenituræ ipsa du-
plicitas sortis, quia Deus in lege confirmauit istud
Deuter. 21. ideo quando nominatur ius primogenitu
ræ in veteri testamento, non intelligitur proprie, nisi
sors duplex, quamquam aliqua alia veniant ex cõsue-
tudine in iure primogenituræ.

Ad rationem primam in ơrium dicendum, q̃ be-
nedici a patre, non erat aliquid de necessitate iuris

Universidad de Deusto
Biblioteca

primogenituræ, ita quòd primogenitus solus benedi- F
ceretur, vel ille principaliter, sed erat eō suetum apud
quosdam, sic Isaac facere volebat, vt colligitur Gene
sis 27. & tamen Iacob filius suus non seruauit istum
morem, quia omnibus filijs suis benedixit benedi-
ctionibus proprijs: Gen.49. & non magis ei, in quem
transferrī primogenita, quam alijs, sed cuilibet be-
nedicebat iuxta merita, & sic Deus ei iubebat, vnde
quibusdam potius maledicebat, quam benedicebat,
vt patet de tribus primis, scilicet Ruben, Simeon, &
Leui.

Ad secundum dicēdum, quòd primogenitum vti
vestibus honorabilioribus non competebat tāquam
necessario ex iure primogenituræ, sed ex affectione
quorundam patrum, qui nimis diligebant primogeni G
tos super alios filios, & sic fuit de Isaac, qui nimis dili-
gebat Esau, eo quòd libenter vescebat de cibis, quos
ille afferebat de venatione: Gen. 37. hoc autem non
seruabatur apud oēs patres, ideo ista cęremonia forte
non fuit obseruata inter filios Iacob, vel dato, quòd
obseruata fuerit communiter ante legem datam, qa
tamen postea in lege non fuit cōfirmata ista cęremo-
nia sicut duplicitas sortis non obseruata fuit, vel saltē
non legitur obseruata.

Ad tertium dicendum, quòd consuetudo erat, &
valde rationabilis inter antiquos, quòd primogeniti
honorarentur apud patres in mēsa magis, quam alij,
& quòd daretur illis maior portio ciborū, quod etiā
obseruatur vsque hodie apud multos, & forte ista cu-
stodita fuit semper in veteri testamento, quia tamen
erat quoddam pertinens magis ad vrbanitatem, & vo
luntatem patris, quam ad ius filij, non inerat necessā-
rio iuri primogenituræ: ideo nominata primogenitu-
ra non intelligimus istud ius, quia non erat tanquam
necessario debitum, fuit tñ seruata ista cōsuetudo in-
ter filios Iacob: nam faciebat Iacob, ꝙ filij sui sederēt
ad mensam secundùm ordinem natiuitatis suę, & ēt
dabantur eis partes ciborum inęquales secūdū istum
ordinem. Et hoc patet Gen.43.ſ. Sederunt coram eo
primogenitus iuxta primogenita sua, & minim⁹ iux-
ta ætatem suam, & mirabantur nimis sumptis parti-
bus, quas ab eo acceperant, & sic videtur quòd isti fi- I
lij Iacob soliti erant sic sedere in domo patris sui, &
ob hoc dicitur quòd mirati sunt nimis, scilicet quia
viderunt, quòd fecerat eos sedere sicut solebant se-
dere, & etiam mirabantur de distributione partium,
quas dederat eis secundùm ordinem natiuitatis. Di-
cendum tamen, quòd hoc iure nunquam fuit vsus Io
seph in domo patris sui, nec etiam Ephraim, & Ma-
nasse. Et ratio huius est, quia quamquam Ruben me-
ruit perdere primogenita ex eo tempore, quo cogno
uit Balam vxorem patris sui, tamen Iacob nunquam
molestauit eum super hoc, sed finxit se nescire vsque
ad mortem, quando benedixit filijs suis: nam tunc in-
crepuit eum: Gen. quadragesimonono, tunc ēt tran-
stulit ius primogenituræ in Ioseph, & filios eius: Gen.
quadragesimooctauo, ideo in tota vita sua fuit Rubē K
in possessione iuris primogenituræ, cum nondum pa-
ter priuasset eum, & sic ipse sedebat prior ad mēsam,
& accipiebat maiores partes ciborum. Vnde Ioseph
ostendit hoc, quando venerunt ad eum omnes isti
fratres sui: nam fecit, quòd sederent ad mensam iuxta
ordinem natiuitatis suę, & sic mirati sunt. Si tamen
mutasset Iacob istum ordinem postquam peccauit
Ruben, non tenuisset Ioseph modum istum in fa-
ciendo sedere eos, scilicet, quòd primogenitus se-
deret iuxta primogenita sua, & minimus iuxta æta-
tem suam: nam tunc non haberent aliquid, de quo
admirarentur cum non fieret sic in domo patris sui.

Ad quartum dicendum, quòd ius sacrificandi, vel
ministrandi Deo specialiter non pertinebat solū
ad primogenitos ab antiquo, sed etiam pertinebat ad
minores, & quæcunque volebat, offerebat Deo holo
caustum, & ipse ministrabat, quia nulli erat hoc inter-
dictum: Sic patet de Abel filio Adam: nam ipse nō
erat primogenitus, sed Cain: & tamen ipse offerebat
Domino holocaustū de primogenitis gregis sui Gen.
4. Cum autem dicitur, quòd Melchisedech, qui erat
primogenitus Noe erat sacerdos Dei altissimi, con-
cedendum est, & tamen non sequitur ex hoc quin
etiam alijs non primogenitis liceret esse sacerdotes.
Et cum obijcitur, quòd soli primogeniti Israelitarum
debebant esse sacerdotes, & quia peccauerunt, fecit
Deus accipi loco illorum Leuitas: ergo isti tenebantur, vt essent sacerdotes. Dicendum quòd tenebātur
Domino, non tamen vt essent sacerdotes specialiter,
sed tenebantur Deo ad quodcunque ipse vellet, sicut
serui tenentur domino non ad determinatum genus
ministrationis, sed quodcunque dominus petierit,
& ob hoc Deus faciebat, quòd se redimerent dando
pro se precium, sicut qui seruus est non potest libera-
ri, nisi pro se precium dederit. Etiam dicendum,
quòd ista obligatio non erat ex eo, quòd isti erant
primogeniti, sed quia Deus liberauerat illos in Aegy
pto ab angelo percutiāte, ideo si liberauisset primoge-
nitos, & nō primogenitos omnes tenerentur. Etiam
patet hoc, quia ista obligatio non fuerat semper, sed
solum ex die liberationis ab angelo percutiente, sic
H dicitur Num.3. Meum est omne primogenitum: ex
quo percussi primogenitos in terra Aegypti. Dicen-
dum tamen quòd inter antiquos, quamquam liceret
cuilibet offerre Domino sacrificiū quod veller, quia
tamen offerre erat dignitas: quando aliqui offere-
bant loco communitatis eligebantur de primoge-
nitis, eo quòd vniuersaliter dabatur eis maior honor
quàm alijs.

Ad quintum dicendum quòd principatus regna-
tiuus nō erat determinatè de iure primogenitorum,
& tamen habere aliquem honorem, vel principatum
qualemcūque, erat de iure primogenituræ, sed istud
specialiter collatum est tribui Iudæ, vt patet hic in lite-
ra, & hoc quia prenunciauerat Iacob reges futuros
de tribu Iuda, & quòd fratres sui laudarent eum, Gen.
49. & non fuit confirmatum in iure primogenituræ
istud in lege, sicut confirmata est duplicitas sortis,
ideo non videbatur pertinere necessario ad primo-
genitos.

Ad sextum dicendum, quòd redimi primogeni-
tos magis pertinebat ad onus quam ad honorem, &
pertinebat ad omnes primogenitos, & istud non po-
tuit assignari specialiter inter duodecim filios Iacob,
eo quòd illi non fuerunt liberati in Aegypto, quia
obligatio illa habuit ortum ex die, quo Deus libera-
uit primogenitos Israelitarum occidendo primoge-
nitos Aegyptiorum, & completa fuit obligatio per
legem, Numeri tertio & octauo & decimooctauo,
vbi Deus iussit, quòd primogeniti redimerētur, quia
sui erant, eo quòd liberauerat eos ab angelo percu-
tiente. Ista tamen liberatio non fuit facta viuenti-
bus duodecim filijs Iacob, quia ipsi mortui fuerunt
antequam Israelitæ exirent de Aegypto, Exodi primo,
ideo inter eos non poterat esse redemptio pri-
mogenitorum, sed fuit post exitum de Aegypto, &
quia non solum in Aegypto liberati fuerant primo-
geniti vnius tribus sed omnium: debuerunt primo-
geniti omnium tribuum esse obligati, & redimi, &
sic factum est.

An

An transiuerit in filio Ioseph totum ius primogenituræ Ruben, & quare dicuntur filij Ioseph accepisse primogenita, quia collationem alicuius partis acceperunt. A
Quæst. IX.

QVAERITVR vlterius, an totum ius primogenituræ Ruben transiuerit ad filios Ioseph, vel si fuit aliqua pars collata filiis Iudæ, & cum nomine primogenituræ contineantur multa, quare propter collationem solius duplicis sortis, vel alicuius partis hæreditatis dicuntur filij Ioseph accepisse primogenita.

Ad primum dicendum ſm Nicolaum, ꝙ non fuit totum ius primogenituræ collatum filiis Ioseph, sed quantum ad duplicem sortem Iudæ collata est quæ- B
dam pars quantum ad ius principandi. Dicendum tñ, ꝙ non fuerit, proprie loquendo, aliqua pars iuris primogenituræ collata filiis Iudæ, sed totum ius collatū est filiis Ioseph, quod patet ex litera, qa dicitur, ꝙ Ruben erat primogenitus, & tñ quia violauit thorum patris sui non est reputatus in primogenitum, sed data sunt primogenita filiis Ioseph. Si tamen aliqua pars primogenitorum data fuisset filiis Ioseph, & alia filiis Iudæ, non diceretur simpliciter, ꝙ data sunt primogenita filiis Ioseph, sed nominaretur illud ius, ꝙ datū fuisset eis specialiter, vel si vellet scriptura dicere simpliciter primogenita data filiis Ioseph, diceret ēt simpliciter illa data filiis Iudæ, quia illis data est potestas regnandi, quæ non est minor quam duplicitas sortis, immo maior. Ideo si vtrunq; pertineret ad ius primogenituræ, potius deberet absolute ius regnandi, & principandi vocari absolute ius primogenituræ quam ius duplicis sortis. Secundo patet hoc, quia dī hic in litera, ꝙ de stirpe Iudæ principes germinati sunt, primogenita aūt reputata sūt Ioseph, & sic distinguūtur ista duo quasi ex opposito, ſ. principatus, & iura primogenituræ, si tñ principatus esset pars iurium primogenituræ, non distingueretur ius primogenituræ ꝫ ius principādi, sed distingueretur duplicitas sortis, & ius principandi tanquam duæ partes iuris primogenituræ, & nō distinguuntur sic, sed ex opposito, ergo nullo modo petiuit inde principatus, qui esset pars iuris primogenituræ. Tertio patet, quia hic dicitur de Iuda, ꝙ de stirpe eius germinati sunt principes, & dicitur, ꝙ hoc factum est, quia erat fortissimus, ergo non competebat ei iste principatus tanquam primogenito, vel habenti partem iuris primogenituræ, sed quia erat fortissimus, accepti sunt principes de stirpe eius.

Ad secundum dicendum, ꝙ nomine iuris primogenituræ, loquendo large, multa comprehendūtur, & tñ, quia quædam illorum non veniunt ex necessitate, cum lex non confirmauerit illa, nō intelligimus illa nomine iuris primogenituræ, & sic fuit de omnibus septē supra assignatis in quadam quæstione præter duplicitatem sortis, quia nullum illorum confirmatum fuit in lege, nisi duplicitas sortis, ideo quandocunque alicui ineſt duplicitas sortis, dicimus eum absolute primogenitum. Vel si aliquis est primogenitus per hoc non intelligimus eum necessario habere, nisi ius duplicis sortis, & sic fuit de Ioseph, quia data fuit ei duplex sors, vel aliqua pars hæreditatis super id quod dabatur aliis, ideo per hoc solum dicimus sibi data primogenita, illi tamen qui largius accipiunt ius primogenituræ, solent illud diuidere, & dicunt partem fuisse datam Ioseph, & partem Iudæ. De hoc declaratum est Genes. quadragesimo octauo, & Ioſue decimoquarto.

Quare potius ius primogenituræ Ruben data est Ioseph quam alteri de filijs Iacob. *Quæst. X.*

QVAERITVR vlterius cum ius primogeni turæ ablatum fuerit ipsi Ruben, & dari debet alteri de filiis Iacob, quare potius datū est Ioseph, quam alicui alteri.

Reſponderi potest vno modo, quòd istud factum est per Iacob iudicio Dei, quia a Deo motus faciebat, & dicebat hęc, patet istud de benedictionibus, quas protulit super filios suos instante morte. nam illas, pphetice dixit: Gen.49.ſ. Congregamini, vt annūciem quæ ventura sunt vobis diebus nouissimis. Et tamen annunciare futura non potest nisi ipse, qui Deus est, vel qui a Deo reuelationem habet: Isa.41.ſ. Annūciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia dii estis vos. Et tñ inter illa locutus est de principatu Iudæ, vt patet eo.c. Etiam qñ transtulit ius primogenituræ in Ioseph, & benedixit duobus filiis eius, prophetice locutus est: nam dixit iste quidē erit in populos, & multiplicabitur, sed frater eius iunior maior illo erit, & semen illius crescet in gentes. Gene.48. de his tamen, quæ homo agit, Deo impellente, vel iubente non oportet reddere rationem, quia ipsa voluntas Dei ratio istorum est. Immo nec homo faciens, C quod Deus iubet, scit cur illud fiat, nisi quia Deus iubet.

Alio modo potest dici, ꝙ Iacob poterat transferre ius primogenituræ propter peccatum Ruben, & poterat transferre in quocunque vellet filiorum suorum, transtulit autem in Ioseph, quia rationabilius erat in eum transferri, quam in aliquem alium.

Et quidam adhuc rationem dant, dicentes: quòd cum Ruben priuatus fuerit iure primogenituræ succedere debebat ille, qui propinquior esset ętate, & iste erat Simeon, quia tamen peccauerat ille, sicut Rubē quamquam non tam grauiter, cum Iacob arguat eū Gen.49. dicens: Simeon, & Leui vasa iniquitatis bellantia, in consilium illorum non veniat anima mea: Et sic non solum non debuit iste succedere in ius primogenituræ, sed potius maledictus fuit, cum dicatur D ibidem: Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura, diuidam eos in Iacob, & dispersam illos in Israel. Post hunc sequebatur Leui in ordine natiuitatis. Gen.29. Sed quia ipse peccauerat eodem modo quo Simeon, & maledictus fuerat eadem maledictione, qua Simeon eod.c. non debuit ipse succedere in iure primogenituræ. Post hunc autē erat Iudas: Gen.29. Et ipse poterat habere iura primogenituræ, quia non peccauerat, ita, vt mereretur priuari illis, & tamen dicunt, quòd Iacob voluit diuidere illa inter viros duarum vxorum principalium, ſ. Lyæ, & Rachelis, filiis autem ancillarum non oportuit dari aliquid, & quia Iudas erat primus inter filios Lyæ, qui poterat succedere in iuribus primogenituræ, & inter filios Rachelis primus erat Ioseph, diuisa fuerūt iura inter istos, ſ. quòd Iudę daretur principatus, & Ioseph daretur duplex sors. E

Sed dicendum, quòd ista ratio non multum conuenit, quia ius primogenituræ vnius est, & non multorum, ideo vnus debuisset succedere in ea, & non diuidi inter Iudam, & Ioseph.

Dicēdum igitur videtur aliter, scilicet, quòd Iacob dedit ius primogenituræ ipsi Ioseph potius quam alicui alii, quia istud rationabiliter erat tam ex parte sua, quam filiorum suorum, & hoc, quia Ioseph benefecerat specialiter ipsi Iacob: nam aluit eum, & totam domum suam in Aegypto, & propter honorem ipsius fuerunt apud Pharaonem, nullus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen aliorum filiorum cõtulerat aliquid ipsi Iacob: F ideo potius tenebatur transferre primogenita in Ioseph, quam in alium. Conueniebat etiam hoc ex parte fratrum suorum: nam ipse sustẽtauerat eos in Aegypto, & etiam postea sustẽtauit quamdiu vixit: ideo ipsi debebant ei deferre honorem. Et quia ius primogenituræ honorem dabat, potius paterentur omnes fratres, quòd susciperet Ioseph istud ius primogenituræ quam aliquis alius, ideo Iacob ei contulit, & dedit ei duo, primum fuit, quia propter eum adoptauit duos filios eius, scilicet Ephraim, & Manassem, vt ipsi haberentur tanquam filij Iacob, & haberent duas sortes sicut duo de filijs Iacob, & sic videbatur effici maior quolibet fratre suo in duplo. Secundum fuit, quia dedit Iacob ipsi Ioseph specialiter quandam par- G tem, quam possederat in Sichem, & tulerat eam de manu Amorrhęi: Gen. 48. cap.

An iuste Ruben fuerit priuatus iure primogenituræ.
Quæst. XI.

QVAERITVR vlterius, an iuste priuatus fuerit Ruben iure primogenituræ. Respondendum est quòd sic, & hoc patet dupliciter. Primo quia priuatus est sententia Dei, ideo iuste priuatus est. Patet hoc, quia Iacob priuauit eum, vel denunciauit priuatum in verbis illis, quæ dixit Genesis quadragesimonono, scilicet Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium H doloris mei, prior in donis, & maior in Imperio, effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Iacob tamen dicebat ista, Deo mouente, nam loquebatur prophetice. Quod patet, quia dixit, quòd annunciaret filijs suis, quæ ventura erant in diebus nouissimis, & tamẽ ista non poterat nunciare nisi Deus ei reuelaret, & inter illa dixit de priuatione iuris primogenituræ Ruben in eo quod dixit, non crescas, idest non excedas alios fratres tuos, quamquam excedere deberes, sicut dixerat Iacob prior in donis, maior in Imperio, idest in istis duobus debebas excedere, ergo non fuit iniustum priuari Ruben, quia à Deo priuatus est.

Secundo patet, quia Iacob priuauit eum pro causa I iustissima, scilicet quia fecerat ei grauissimum dolorem: sic enim dixit Iacob Rubẽ, primogenitus meus tu fortitudo mea, & principium doloris mei, idest primus dolor grauissimus, quem sustinui, fuit cum cognouisti Balã vxorem meam, sed iste erat iustissimus dolor, non solum patris ad filium, cum tanto magis in hoc offenderet, quanto magis ex eo, quòd filius erat, diligere teneretur, sed etiã inter extraneos, ideo lex humana concessit, quòd vir reperiens vxorem suam simul cum adultero, posset vtrunque occidere, & subdit causam, quia tam iustum dolorem compescere non potuit, vt patet C. de adult. in l. Gracchus. Item patet, quòd ista causa esset rationabilis, & sufficiens ad priuandum Rubẽ iure primogenituræ, quia K Iacob expressit illam, dicens, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius, & tamen si non esset sufficiens ad hoc, non expressisset cã Iacob, potissimè, quia erat turpis.

Item patet, quia maxima iniuria, vel de maximis quas poterat inferre filius patri, erat, quòd ipse cognosceret vxorem illius, & fecit hoc Ruben: ideo non solum quantum ad seipsum merebatur priuari iure primogenituræ, sed etiam priuari iure hæreditatis, & cum emolumento & vtilitate, quam à patre consequi poterat.

An potuerit iustè Iacob priuare Ruben iure primogenituræ.
Quæst. XII.

QVAERITVR vlterius an Iacob potuit priuare iuste ipsum Ruben iure primogenituræ.

Aliquis dicet quòd non: nam quanquam mereretur priuari Ruben, non licebat Iacob priuare eum, quia licet aliquis mereatur mortem, non licet alicui inferre illam, nisi iudici.

Respondendum, quòd Iacob iustè potuit priuare Ruben iure primogenituræ. Primo patet, quia Iacob auctoritate Dei priuauit illum, cũ Deus mouerit illũ ad loquendum propheticè verba, per quæ priuaretur Ruben iure isto, vt patet Gen. 49. & tamen quod quis agit auctoritate Dei iustum est, & iustè fit. Secundo patet, quia cum Ruben mereretur priuari iure primogenituræ, oportet quòd daretur aliquis, qui posset eum priuare, quia aliàs daremus, quòd aliqua crimina essent, quorum ad nullum posset pertinere castigatio illorum, & ista est maxima deordinatio, ideo necesse est, quòd aliquis posset priuare Ruben primogenituræ iure. Non est tamen aliquis, ad quem pertineret hoc, nisi pater suus: nam quãdo filius meretur exhęredari, non exhæredat eum iudex, sed pater, a fortiori ergo cum auferre ius primogenituræ in veteri testamento, & inter antiquos, esset minus quã exhæredare, posset illud pater, & non aliquis alius, ideo non requirebatur aliquid aliud ad hoc, quod iuste priuaret, nisi hoc haberet iustam causam priuandi. Tertio patet hoc, quia Deutero. 21. dicitur, quod si habuerit vir duas vxores vnã dilectam, & aliam odiosam, & filius odiosæ fuerit primogenitus, non poterat filium dilectæ facere primogenitum. Ex hoc patet à contrario sensu, quod cùm lex dicit non licere patri priuari primogenitum suum iure primogenituræ propter odium matris eius, quòd liceat ei in aliquo casu si iustam causam habuerit priuare iure primogenituræ, & tamen Iacob habuit iustissimam causam ad priuandum Ruben, quia non poterat esse maior: ideo iustè priuauit eum. Quarto patet, quia scriptura refert hic istam priuationem tanquam iustam, & ob hoc subdit causam ad illam, dicens: quod Ruben erat primogenitus, sed cum violasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filijs Ioseph, & non est ille reputatus in primogenitum.

An potuerit priuare eum iustè iure totius hæreditatis, & quare non fecit si potuit. *Quæst. XIII.*

QVAERITVR vlterius an potuit Iacob iuste priuare Ruben totius hęreditatis iure, & si potuit, quare non fecit. Respondendum quod Ruben quantum ad seipsum merebatur exhæredari, & non solum exhęredari, sed etiam occidi, quia cognouerat vxorem patris sui, & non solum ipse de rigore iuris, sed etiã tota posteritas sua propter eum in æternum merebatur exhæredari, sicut quando aliqui grauissima crimina commiserunt, s. crimen lęsę maiestatis priuantur filij, & alij posteri successione parentum, quia non succedunt illis, sed bona eorũ confiscantur, vt patet extra de hæreticis cap. Vergentis. ita ergo hic, cùm commisisset Ruben crimen pessimũ contra patrẽ merebatur ipse priuari successione Iacob, quẽ offenderat, & etiam tota posteritas sua. Dicendũ ĩñ est, q̃ si potuisset exhęredari Ruben, ita q̃ non exhęredarẽtur posteri sui, exhęredatus fuisset, vt personaliter pateretur, quod personaliter gesserat, & tamen nõ poterat exhęredari ipse quin etiam omnes posteri sui exheredati essent, ideo nõ fuit exhęredatus potissime, quia ista hẽditas qua priuari debebat Ruben non erat aliquid quod posset peruenire ad eum,

eum, sed ad posteros suos, quia erat hæreditas in terra A Chanaan, vt patet ex donatione, quam fecit Iacob ipsi Ioseph: nam dixit, Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli ab Amorrhęo in gladio, & arcu meo, Gen. 48. Apparet ergo, quòd hęreditas reliquorum filiorum Iacob ibi erat, & tamen Ruben nõ erat peruenturus in terrã Chanaan, quia in Aegypto mortuus est, ideo priuarentur posteri propter peccatum Ruben, hoc autem Deus noluit, ideo solum incitauit ipsum Iacob ad hoc, quòd priuaret iure primogenituræ Ruben, & tamen non ad hoc, quòd priuaret eum iure hęreditatis.

Sciendum tamen, quòd si hęreditas ista fuisset solum aliquid temporale, forte fuisset priuata posteri- B tas Ruben propter ipsum, quia non est inconueniens temporaliter puniri filios pro patribus, & tamen ista exhęredatio indirectè esset pœna spiritualis, quia si tribus Ruben priuata esset hęreditate Iacob, desineret esse pars populi eiusdẽ cum alijs filijs Iacob, quia iam non pertineret ad eos, & ideo non egrederetur cum eis de Aegypto, nec etiam susciperet legem Moysi, aut alia beneficia Dei, quia esset reprobata illa tribus, & exclusa de populo electo, vnde manerent filij Rubẽ in idolatria, & nun quam efficerentur pars populi, qa lex non fuit data, nisi illis, qui descendebant de Iacob, quibus promissa erat terra Chanaan, & iam non pertinebat ad Rubẽ aliquid de illa promissione, & sic C periret illa tribus inter idolatras. Noluit ergo Deus, q̃ Iacob priuaret Ruben hęreditate, sed solum iure primogenituræ, & maneret ius ei hęreditatis, sicut cuilibet alteri non primogenito. Ideo quando Iacob increpuit Ruben in morte, non dixit ei, quòd priuabat eum iure hęreditatis, quia ascenderat cubile patris sui, sed dixit non crescas, idest non habeas aliquam excellentiam inter fratres tuos, quę est in iure primogenituræ, quam excellentiam alias habiturus eras.

Quomodo accepti fuerunt de tribu Iuda principes, eo quòd Iudas fortissimus erat. *Quæst. XIIII.*

QVAERITVR vlterius quomodo de tribu Iuda accepti fuerunt principes, eo q̃ erat D fortissimus Iudas: nam non videtur, quòd propter fortitudinem debeat principatus dari, quia fortitudo non est maximum bonum, quod requiritur in principe, sed alia sunt maiora. Item patet hoc, quia Vegetius in libr. De re militari, vbi ponit excellentiam bellorum, & vnde proueniat dicit, quòd non prouenit ex multitudine, nec ex fortitudine, inquiens, quòd Romani non vicerunt cęteras gentes multitudine, quia multo plures erãt barbari, nec etiã fortitudine, quia robustiores erant Hispani, sed doctrina militari, & exercitatione vicerunt. ita ergo, & in principe potius requiritur potentia, quę ad doctrinã pertinet, quam robur. Item patet hoc quia communis assertio est, quòd qui bono sunt intellectu vigentes, aliorum sunt domini, & rectores, & tamen robur nõ pertinet ad bonum intellectum: immo Arist. primo Poli. cap. 3. ponit corpora eorum, qui sunt serui naturaliter esse robusta, & intellectum debilem: corpora autem dominorum ponit fragilia, & intellectum excellentem. Respondendum est, quòd potissimum, q̃ requiritur in principe est prudentia, eo quòd prudentia est principium operationis, vires autem corporis sunt tanquam organa executiua, & tamen hic dicitur de Iuda, quòd principes nati sunt de eo, quia erat fortissimus, scilicet non solum erat fortissimus, sed etiã erat prudens, & tamen in prudentia conueniebat cũ fratribus suis cęteris: in robore autẽ excedebat alios, ideo expressum est, quòd de eo fuerũt principes propter fortitudinem, scilicet quòd quamquam causa principalis esset prudentia, quia tamen non erat illa, in qua differabat ab alijs, expressum est id, per quod ipse specialiter meruit habere principatum.

Aliter dici potest, & magis concorditer ad intentionem scripturę, quòd principes descenderunt de tribu Iuda propter fortitudiuem, & non aliquo modo propter prudentiam, & dato, quòd viri aliarum tribuũ essent prudentiores viris de tribu Iuda, datus est principatus viris Iuda, quia fortiores erant, & accipitur fortitudo non solum pro robore corporis, sed etiam pro vigore animi, quem vocamus animositatem, & patet, quòd propter hoc daretur principatus: nam sic etiam factum est tempore Machabęorum, quia Mathathias pater Machabęorum moriens instituit quomodo filij sui resisterent gentibus, & dixit: Confortamini filij, ecce Simeon frater vester, scio, quòd vir cõsilij est ipsum audite semper, & ipse erit vobis pater. & Iudas Machabęus fortis viribus a iuuẽtute sua sit vobis princeps militię. Ecce qualiter Simeon erat prudentior, quam omnes filij Mathathię, & tamen Iudas factus est princeps, quia robustior erat, ita autem hic Iudas, & posteri sui fuerũt fortissimi inter fratres suos, ideo facti sunt principes. De hoc primo Mach. 2. Considerandum autem circa hoc, quòd princeps, aut eligitur pro pace, vel pro bello, si pro pace, quamquam requiratur in eo animositas ad reprimẽdum malitias subditorum iuxta illud: Noli effici iudex, nisi virtute valeas irrumpere vitia: & tamen præcipue requiritur prudentia, quia ipsa est, per quam omnia iudicantur, si autem sit princeps, ad quem magis expectet gubernatio tempore belli, quam pacis, eligendus est potius vir animosus, & confidens circa terribilia, etiam si prudentia non sit in eo grauis, quam vir prudentissimus, tepidus tamen nimis, quia qui prudentia non excellit alios potest suppleri, quod sibi deficit per consilium aliorum, & ipse cum sit animosus poterit exercere bella, si tamen aliquis timidus sit dato, quòd prudens nimis sic, etiam si habeat multos consiliarios prudentes nihil proficiet, quia timor, & pusillanimitas faciẽt nullũ terribile aggredi, vel sustinere, & ita ordinauit Mathathias pater Machabęorum: nam ipse ordinabat principem ad agendum bella contra Gentiles, qui impugnabant obseruatores legis, ideo fortissimum virum instituit principem, dicens, Iudas Machabęus fortis viribus a iuuentute sua, & ipse sit vobis princeps militię, & aget bellum populi, ita autem erat nunc, quia Iudęi principes instituebant, vt communiter pro bellis: nam pro regulatione politica habebant alium modum regiminis, scilicet septuaginta seniores, qui vocabantur domus consilij, & etiam alios iudices per singulas vrbes de quo declaratum est Nu. 11. & Deuter. 18. ideo eligebant Israelitę semper virum animosum in principem, vel, quando Deus suscitabat eis aliquos principes dabat, vt communiter viros bellicosos in principes.

An verum sit, quod de tribu Iuda orti sint principes ex eo, quod Iudas fortissimus erat. *Quæst. XV.* E

QVAERITVR vlterius quomodo est verum, q̃ de tribu Iuda principes orti sunt, quia erat Iudas vir fortissimus, & videtur, quòd non stet, quia intelligitur hoc, quòd aliquando orti fuerunt principes de tribu ista, & non semper, & tunc non est aliquid speciale, quia non solum in tribu Iuda, sed etiam fere in omnibus alijs tribubus fuerint aliqui, qui essent principes totius Israel, patet enim de Iosue, qui fuit princeps totius Israel, & fuit de tribu Ephraim. Nume. 13. Aiod etiam iudex secundus Israel fuit de tribu Beniamin, Iudi. 3. Barach etiã iudex fuit de tribu Nephtali;

Iudicum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudicum 4.Gedeon autem iudex Israel fuit de tribu Manasse:Iudicum 6.Thola aũt iudex Israel fuit de tribu Issacar: Iudicum 10.Iair autem fuit de tribu Gad, cum esset Galodites, vt colligitur eod.cap.vel saltem fuit de tribu Manasse. Alij etiam fuerunt de alijs tribubus,vt Samson de tribu Dan:Iudicum 13. Heli aũt, & Samuel quorum alter sacerdos,& alter propheta,& Leuita fuerunt iudices,& ambo de tribu Leui, nõ ergo erat aliquid speciale in tribu Iudę, quòd aliquãdo essent principes de illa cum etiam esset hoc in omnibus alijs tribubus.Si autem dicatur,quòd semper fuerunt principes de tribu ista, aut illi fuerunt reges, aut illi principes. De regibus non est verum, quia etiã de tribu Beniamin fuerũt reges aliquãdo,scilicet Saul,& Isbosethfilius eius antequam essent reges de tribu Iuda, vt patet primo Regum 10.& 2.Regum 2.fuerunt etiam reges de alijs tribubus, quia postquam diuisum est regnum in regno Iuda, & Israel fuerunt reges de multis tribubus, cum aliqui occiderentur a viris aliarũ tribuũ, & regnarent pro eis, vt patet ex toto processu tertij ,& quarti Regum. Siautem intelligatur de alijs principibus,non est hoc verum, quia non fuerũt semper principes de tribu Iuda,sed aliquãdo erant de alijs tribubus, vt declaratum est supra de iudicibus.

Respõdendum, quòd istud intelligitur hic de omnibus principibus, qui fuerunt in populo,siue tempore Regum, siue prius, quamquam principaliter intelligitur de regibus. Patet hoc: nam loquendo de regibus semper fuit principatus in tribu Iuda, quia licet primus rex Hebræorum fuerit ipse Saul de tribu Beniamin quia tamen immediate post eum regnauit Dauid,' & postea semper fuerunt reges de hac tribu, habetur tanquam nunquam fuerit rex de aliqua tribu,nisi de Iuda, quia de modico non curatur: potissime etiam, quia viuente Saule vnctus fuit in regem Dauid pauco tempore postquã regnare ceperat Saul, vt declaratũ est primo Regum 16.& durauit sic principatus regalis in tribu Iuda semper vsquequo destructus est status Iudæorum per hoc, quòd ducti sunt in Babylonem.nec obstat,quòd de alijs tribubus fuerint reges in regno Israel, quia istud factum est per accidẽs propter peccatum virorum Iuda, & tamen principatus populi Dei semper mansit in tribu Iuda in domo Dauid. Si autem loquamur de alijs principibus,q fuerunt post captiuitatem Babylonis viuente Esdra, qui scripsit librum istum,illi erant de tribu Iuda:nam Zorobabel filius Salathiel de tribu Iuda erat princeps tunc, vt patet Aggęi primo,& secundo,& Zacha.4.Si autem dicamus de principibus, qui fuerunt a principio exitus de Aegypto vsque ad tempus,quo cęperũt reges de tribu Iuda.Dicendum quòd multi fuerũt de alijs tribubus, quod patet de iudicibus,sicut supra dictum est, & tamen dicebantur adhuc esse tunc semper principes de tribu Iuda propter duo. Primo, quia quando Israelitæ petebant a Domino, quis esset princeps eorum, semper dabat eis principem de tribu Iuda, vt patet post mortem Iosue: nam illico consuluerunt dominum,quis ascenderet ante eos,& pugnaret contra Chananęum, & respondit Deus Iudas ascendet, & erit dux belli: Iudicum primo:Iterum etiam cum pugnare vellent omnes tribus contra filios Beniamin, consuluerunt dominum, dicentes, quis erit in exercitu nostro princeps contra filios Beniamin? & Deus respondit Iudas sit dux vester : Iudicum 20. Secundum erit, quia quamquam eligerentur principes populi de alijs tribubus, semper tribus Iuda habebat principatum super alias tribus, & principes eius erant excellentiores principibns omnium aliarum tribuum:sic patet,quia in deserto Moyses regebat totum populum, & tamen princeps de tribu Iudą erat excellentior omnibus viris de populo:nam vexillum eius precedebat omnia vexilla in loco castrametationis, & motionis castrorum, vt patet Nume.2.& 10. Etiam, quãdo dedicatum est tabernaculum princeps Iuda obtulit prima die,& deinde principes aliarum tribuum, Nume.7.sic etiam tempore Iosue, & Iudicum dato, quòd aliquis iudex esset, qui non esset de tribu Iuda, semper princeps tribus Iuda erat honorabilior in rebus pertinentibus ad totam communitatẽ, quam omnes alijs principes tribuum, & sic semper principes populi videbantur esse de tribu Iuda.Sortiti sunt autem hoc viri Iuda ex prænunciatione Iacob: nam ipse moriẽs dixit. Iuda Te laudabunt fratres tui: manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum: adorabunt te filij patris tui:catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti,Requiescẽs accubuisti,vt leo,& quasi leęna: Quis suscitabit eum: Non auferetur sceptrũ de Iuda, &c.Gen.49.& sic ab exitu de Aegypto cępit tribus Iuda habere principatum inter alias,vt patet in numeratione, quia prius numerata est, quam aliæ ad locandũ castra. Nume.2.sic etiam in oblatione. Nume.7.& in omnibus alijs pertinentibus ad honorem.

Filij ergo Rubẽ primogeniti Israel Enoc, & Phallu Hesrõ,& Charmi.Filij Ioel Samaia filius eius: Gog filius eius: Semei filius eius, Micha filius eius, Reia filius eius, Baal filius eius, Beera filius eius, quem captiuum duxit Thelgathphalnasar rex Assyriorum, & fuit princeps in tribu Ruben.

Filij autem Ruben. Hic ponitur secundum huius partis, in quo describitur Ruben generatio, & dicitur.

Filij autem Ruben primogeniti Israel. Sunt isti, qui sequuntur,& vocatur Ruben primogenitus secundum carnem, quia iura translata sunt ad Ioseph, vt dictum est. *Enoc.* Ponuntur hic quatuor filij Ruben, & totidem ponuntur Gene.46.& ab istis nominantur quatuor familię in tribu Ruben.Nume.26.iste Enoc non est ille, qui translatus est in Paradisum.Eccles.44. qa ille fuit in prima ętate sęculi ante diluuium, vt patet Gene.5.& supra primo cap.iste autẽ filius Ruben nõ.

Phallu Hesron. Iste Hesron non est, de quo habetur supra 2. & etiam precedenti cap.quia ille fuit filius Phares nepos Iudę: iste autem fuit filius Ruben.

Et Charmi. Iste Charmi non est ille,de quo habetur supra 2.qa ille fuit de tribu Iuda, & fuit pater Achor, qui furatus est de anathemate Iericho, Iosue 7. & supra 2. iste autem fuit de tribu Ruben.

Filij Iohel Samaia filius eius. De isto Iohel non dicitur cuius filius fuerit, & tamen secundum regulam declaratam precedẽti c.debet dici filius eius, qui est immediatus, scilicet Charmi, & tamen scriptura, quia breuiloqua est omittit interdum ista, sic patet supra primo c.cum dicitur Adam, Seth, Enos,Chainam,& de quolibet illorum intelligitur, q fuit pater alterius, vel q genuit eum: iste Ioel non est ille de quo dicitur precedenti c.quia ille fuit de filiis Simeon : iste aũt est de tribu Ruben : etiã non est iste ille propheta Ioel, q est secundus inter prophetas minores : nam ille fuit multo tempore post istum plusquam sexcentis annis. Quod patet, quia iste Ioel natus fuit in Aegypto, & mortuus : nam pater suus Charmi natus fuit in terra Chanaã, & ingressus est in Aegyptum cum patre suo Ruben, & auo suo Iacob:Gen.46.& sic post introitũ in Aegyptum post quadraginta, vel quinquaginta annos ad plus, Charmi gigneret Ioelem, & tamen man-

ferunt in Aegypto Israelitę annis ducentis,& quinde- A cim, vt declaratum est Gen.15.& Exo.primo,manerent ergo,anni centum sexaginta quinque a natiuitate istius Ioelis, vsque ad exitum de Aegypto, & tñ nullus hominum illo tempore tamdiu viuebat, quia ad plus viuebant vsque ad annos centum , & quadraginta, vel quasi, vt patet Exo.6.ideo iste Ioel morereť aliquanto tempore ante exitum de Aegypto,& tamẽ ab exitu de Aegypto vsque ad ędificationem templi fuerunt anni quadringenti octoginta, vt patet 3.Reg. c.6.postea autem vsque ad Oziam cuius tempore ꝓphetauit Ioel fuerunt anni ducenti,vt patet computãdo tempora media Regum , ideo plusquam sexcenti quinquaginta anni essent inter natiuitatẽ istius Ioel, & Ioel prophetę: Iste Semaia,de quo hic dicitur,non B est ille, de quo habetur præce.c.quia ille fuit de filijs Simeon:iste aũt est de filijs Ruben. Etiã nõ est ille Semaia, de quo sup.3.qa ille est de tribu Iuda, & iste nõ.

Gog filius eius. Aliquando Gog est nomen gentis, sicut dicimus Gog,& Magog,de quibus multa loquit Ezechiel. capit. 49.De his etiam habetur Apocaly.c. 20. & tamen an istę sint gẽtes speciales, vel an sint aliqui populi significati per interpretationes istorũ nominũ, sicut Augustinus vult innuere, declarabitur ibidẽ: aliquando accipitur pro viro, & sic est hic.

Semei filius eius. Multi Semei habentur supra 2.& 3. & precedenti c.tamen iste non est aliquis illorũ, quia illi sunt de tribu Iuda,iste autem de tribu Ruben:etiã nõ est iste Semei, qui maledixit Dauid,de quo.2.Reg. C 17.quia fuit de tribu Beniamin, vt patet ibidem, & 3. Regum 2.iste autem fuit de filijs Ruben. *Micha filius eius.* Non est iste Micha filius Miphiboseth, de quo habetur 2.Regum 9.nam ille erat pronepos Saulis de tribu Beniamin,iste autem erat de tribu Ruben.

Et Reia filius eius. Non est iste Reia ille,de quo habeť precedenti c.quia ille fuit de filijs Iuda: iste autem est de filijs Ruben. *Baal filius eius.* Aliquãdo est Baal nomen, & sic sępe dicitur in libris Regum,& Iudi,quòd aliqui coluerunt Baal, vel Baalin, & cultus istius idoli maxime fuit augmentatus per Achab regem Israel propter vxorem suam Iezabel 2.Regum 16.fuit autẽ destructus postea, & omnes cultores eius occisi per Iehu regem Israel, quarto Regum 10. Secũdo modo accipitur pro nomine loci sic habetur precedenti c. D cum dicitur, quòd vniuersi vituli sortis Simeon perueniębãt vsque Baal, & est necessario nomẽ alicuius terrę. Tertio modo accipitur pro viro,& sic accipitur hic. *Beera filius eius.* Iste Beera est iste, qui vocatur interdum Beeri, & est pater Osee prophetæ,vt infra dicet. *Quem captiuum duxit Thelgathphalasar rex Assyriorũ.* Iste Beera viuebat in regno Israel eo tempore, quo Thelgatphalasar transtulit in terram Assyriorum duas tribus, & dimidiã, & multos de tribu Nephtali infra in litera, & 4.Re.15.& iste cum ceteris translatus est illuc. *Et fuit princeps in tribu Ruben.* Ista fuit causa ꝓcipua, quare translatus est,qa erat princeps in tribu Ruben, & sic poterat concitare reliquos de tribu illa ad rebellandum regi Assyriorum,ideo transtulit eũ in Assyriam. Vocatur aũt princeps alicuius tribus ille,q E maior est in tota tribu, sub quo sunt principes familiarũ,& iste principatus veniebat ex progenie,sicut principatus regalis inter nos per successionẽ, & iste princeps tribus erat, quasi dominus respectu omnium de tribu, & subijciebantur ei immediate principes familiarum:deinde principes domorũ, quousque peruenirent ad viros singulos, quę sunt partes minimę domorum : isti principes veniebant per lineam primogenitorum, de habitudine quorum declaratũ est Nu. primo, & tñ aliquando mutabatur principatus de illa linea in aliam ꝓp aliq̃ causam,vt declaratũ est supra 2.

Quomodo hic Semei filius eius Gog, an omnes referantur ad vnum. Quæst. XVI.

QVAERITVR quomodo dicitur hic Semei filius eius, Gog filius eius, & sic de ceteris an referantur omnes ad vnum,vel fuerunt per successionem,s.quilibet ad immediatũ. Dicendum,q duplicitер posset hoc accipi,vno mõ, q oẽs isti referantur ad vnum.s.ad Ioel, & fuerũt filij eius,sicut dicebatur cap. precedenti,s.alio mõ, q referatur ad diuersos,s.q tot generationes fuerint, quot exprimuntur hic viri, & sic Semei erit filius Ioel, & Gog filius Semei, & Semei filius Gog, & sic de ceteris.Dicendum q iste secundus modus est verus : nam primus nõ potest stare, quia hic dicitur, q Beera fuerit ille , qui ductus fuit a rege Assyriorũ Thelgathphalasar,si ergo omnes referantur ad Ioel sequitur, q pronepotes Ruben ducti fuerunt in captiuitatem ab Assyrijs,sed hoc non videtur possibile, quia a natiuitate Ruben vsque ad captiuitatem illam fuerunt plusquam octingenti anni,& tamen in tribus generationibus , quæ sunt vsque ad pronepotes non poterãt transire tot anni . Dicendum igitur, q refertur quilibet ad immediatum , & sic tot generationes essent, quot viri nominantur hic, & sic posset iste Beera vltimus eorum captiuus duci a Thelgathphalasar rege Assyriorum, quod alias erat impossibile.

An Osea propheta fuerit filius Beerę. Quæst. XVII.

QVAERITVR vlterius an iste Beera fuerit pater Osee prophetę. Respondendum est, q hoc non apparet: nam non ponitur in titulo eius , de qua tribu erat,nec ponitur aliquis locus, per quem possimus intelligere tribũ,ideo de eo variè sentiũt multi: nam Hieronimus, & histo, Scho.& Epiphanius Historiagraphus dicunt eũ fuisse de tribu Issachar, & secundum positionem istorũ declaratũ est.4.Re.15.vbi agebatur de gestis istius prophetę, & aliorum octo contemporaneorum.Hebræi tñ,& Nicolaus volunt, q fuerit iste de tribu Ruben, motiuum aũt est propter similitudinem nominis, qa pater Osee vocať Beeri, vt patet Osee primo:iste autẽ vocatur hic Beera, & idem est, quia nomina propria hebraica variantur interdum ex parte finis, & interdũ ex parte principij, vt declaratum est precedenti cap.& supra 2.Aliud motiuum est, quia conuenit in tẽpore: nã de Osee dicitur, quòd prophetauit in diebus Ozię, & Ioathan, & Achaz,& Ezechię Regum Iuda, Osee primo, & iste Beera fuit etiam tempore Oziæ, nam ista captiuitas facta per Thelgatphalasar fuit in diebus Phacee regis Israel,& tñ iste cępit regnare anno quinquagesimo secũdo Ozię regis Iuda.4.Regis 15.& tũc iste Beera ductus est in Assyrios cũ alijs de tribu Ruben, & tunc dicimus, q Osee fuit de magno genere, quia fuit filius principis tribus Ruben, & ad ipsum ꝓueniebat principatus per lineam , & tamen quid istorum sit verum,non apparet. Vtrunque tamen est satis verisimile, nec est aliquid, quod nos inducere debeat ad vnum , vel ad alterum , nisi auctoriras dicentis . Et quia Hieronimus tenet istum fuisse de tribu Issachar, videtur ei potius fauẽdum : siquis tñ potuerit firmiori testimonio contrarium probare, ei insistemus,quia nihil valet cuiuscũque auctoritas, vbi apparet veritas; cum auctoritas non ꝓbet , nisi per præsumptionem, veritas aũt manifesta facit probationem necessariam.

An verum sit , quòd Beera ductus fuerit in captiuitatem. Quæst. XVIII.

QVAERITVR vlterius qũo potuerit esse , q iste Beera ductus fuerit ĩ captiuitatẽ a Thelgatphalasar;

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iasar:nam fuerunt paucę generationes inter Rubē, & istum Beera, & fuerunt valde multi anni, & sic videtur, ꝙ non sufficerent tam paucę generationes ad ꝓtinuandum tempus, quod fuit inter natiuitatem Ruben vsque ad captiuitatem istam factam per Thelgatphalasar:nam fuerunt in isto tempore,quasi mille anni,quia Ruben genitus est ante introitum in Aegyptū per quinquaginta annos, vel quasi. Nam Ioseph erat annorū triginta, qñ stetit coram Pharaone rege Aegypti ad interpretandum somnia, Gen.41.& post hoc transierunt septem anni fertilitatis, qui immediatè cęperunt, & duo anni sterilitatis: nam quinque anni supererant de sterilitate, qñ introiuit Iacob in Aegyptum, Gen.45.& sic erat Ioseph annorū triginta nouem, qñ descendit Iacob in Aegyptum, & tñ Ruben esset annorum plusquam decem super Ioseph. Quod satis colligitur ex eo, quod habetur Gen.30.nam nato Ioseph voluit immediatè reuerti in terram suam Iacob, & tñ Ruben natus fuerat a principio de Lia vxore eius, iō ad minus necesse est Rubē esse plusquā decem annorum super Ioseph, & sic esset annorum quinquaginta ad minus in introitu in Aegyptum: deinde vsque ad exitum de Aegypto fuerunt anni ducēti,& quindecim, vt probatum est Gen.15.& Exo.primo:ab exitu de Aegypto autem vsque ad ędificationem templi fuerunt anni quadringenti, & octoginta. 3.Re.6.deinde de regno Salomonis supererant anni triginta septem, quia in principio quarti regni sui fuit facta ista ędificatio e.c.& regnauit annis quadraginta. 3.Re.11.postea anni decem, & septem Roboam eo. lib.c.14.& tres anni Abię eod.lib.c.15.& quadraginta vnus annus Assa eod.c.& vigintiquinque anni Iosaphat eo. lib.c.vlt. & octo anni Ioran.4 Reg.8. & vnus annus Ochozię eo.c.& sex anni Athaliæ Reginę eo. lib.c.11.& sequenti lib.c.22.& quadraginta anni Ioas. 4.Re.12.& anni viginti nouem Amasię eo.lib.c.14.& quinquaginta duo anni Azarias eo.lib.c.15.anno aūt quinquagesimo secundo huius cœpit regnare Phacee rex Israel,& in diebus illius Thelgatphalasar fecit istam captiuationem eo.c.& omnes anni isti simul sunt mille, & quatuor, & tñ non potuerunt tot anni transire in tam paucis generationibus.Respondendū, ꝙ hic fuerunt decem generationes,quæ sunt in vndecim viris quorum quilibet genuit sequentem se, scilicet Rubē,Charmi, Ioel,Samaia, Gog,Semei, Micha, Reia,Baal,Beera,& Osee: subtrahantur aūt ab istis anni quinquaginta duo quibus regnauit Ozias, quia tēpore illius natus erat Osee, cū prophetauit in diebus eius,vt patet Osee primo, & sic manebunt nongenti, & quinquaginta duo anni, & si diuiderentur istę generationes per equale oporteret, vt quilibet virorum istorum gigneret anno nonagesimo quinto vitę suę, & hoc non est improbabile, nec dissimile vero, quia licet quilibet istorum gigneret aliquos filios anno trigesimo,vel quadragesimo: etiam poterat gignere aliquos anno nonagesimo quinto, simile patet de hominibus ante diluuium, quia aliqui gignebant,quando erāt septuaginta, vel octoginta annorum,vt Chainam,& Malaleel,gignebant autem,cum essent annorum quingentorum, vt patet de Noe.Gen.5.sic etiam declaratum est supra 2.ꝙ aliqui tempore isto gignebant anno nonagesimo quinto: nam qui viuebat annis centum,& triginta bene potetat gignere anno nonagesimo quinto: nam Abraham vixit annis centum septuaginta quinque solum, Gen.25.& tamen postq̄ erat annorum centum, & quadraginta, genuit sex filios, vt probatum est sup.2.capi.

Secundo modo potest dici,sicut aliqui solent rñdere in alijs locis,quòd sint multi viri eiusdem nominis, & illi subticeantur,& vnus solus nominetur: sic enim dicunt in genealogia Christi, cum dicitur:Salmō genuit autem Booz, Booz autem genuit Obed, quòd fuerint tres viri nomine Booz succedentes, & vnus illorum fuerit filius Salmō, & ille fuerit pater Obed, & sic volūt, quòd subticeantur duo illorum: isto modo poteramus ponere duas,vel tres generationes subticeri, quia tres, vel quatuor viri vocarentur eodē nomine, & tunc essent tredecim, vel quatuordecim generationes, aut plures, & tunc non oporteret dici,ꝙ quilibet istorum gigneret in anno nonagesimo quinto, sed satis esset, quòd gigneret anno quinquagesimo,aut parum plus.Sed ista solutio non multum placet, cum possit haberi alia verisimilior.

Tertio modo potest dici, quòd subticentur aliquæ generationes, non tamen propter similitudinem nominis,sed quia non continuatur hic generatio: nam dicitur,quòd Ruben genuit Charmi, postea sequitur filij Ioel Samaia filius eius, Gog filius eius, & sic de omnibus ponitur successio,& tamen non ponitur de Ioel, cuius filius fuerit, ideo potest dici, quòd inter Charmi filium Ruben,& inter Ioel fuerunt quatuor, vel quinque generationes,aut plures,& illę subticentur, & sic a Ruben vsque ad Osee essent generationes decem,& sex, aut plures, & in istis poterāt transire anni nongenti, & quinquaginta, & quilibet istorum gigneret in anno quadragesimo quinto,vel quasi,& isti omnes modi sunt, præsupponendo, quòd isti,qui nominantur hic, non fuerint omnes filij Ioel, sed quilibet fuerit pater sequentis se, nec tamen per hoc derogatur illi regulę, quæ posita est precedenti cap.& in alijs : cum dicebatur, quòd quando de aliquo non dī cuius filius sit, intelligendum est, quòd ille, qui ante eum ponitur fuerit pater eius : nam hoc assertum est ibi cum exceptione, scilicet, nisi in alio loco scripturę appareat, quòd ille non sit pater eius, vel aliqua ratio sit,quæ probet illum non esse patrem eius : hic autem potest esse sic. Nec etiam per hoc concedimus id,quod negauimus supra 2.ſ.quòd essent tres viri nomine Booz, & duo illorum subticerentur: nam hic non confitemur subticeri aliquos propter similitudinem nominis, sed quia non continuantur generationes,nec est simile hic,& ibi, quia ibi ponitur de quolibet cuius filius sit, cum dicatur Salmon genuit Booz, Booz autem genuit Obed, & sic ponitur Ruth 4.& supra 2.& Matth.primo, & tamē hic non ponitur continuatio generationis, quia non ponitur quis fuerit pater Ioel, & sic possunt subticeri ibi multę generationes.

Quarto modo potest dici, quòd hic non continuę generatio ista a Ruben per intermedios, sed quòd omnes isti septem hic nominati fuerint filij Ioel,& sic fuerunt omnes fratres, & omnes tempore Thelgatphalasar regis Assyriorum, & tunc omnes generationes intermediæ inter filium Ruben, & istum Ioelem subticebuntur,& illę erunt quindecim,vel decem,& sex:potest enim teneri primum,vel tertium,vel quartum istorum, sed non secundum.

Fratres autem eius, & vniuersa cognatio eius,quādo numerabantur per familias suas, habuerunt principes Ieihel, & Zachariam, Porro Bala filius Azaz,filij Samma,filij Ioel, ipse habitauit in Aroer vsque ad Nebo, & Beelmeon. Contra orientalem quoque plagam habitauit vsque ad introitū heremi, & flumen Euphratem. Multū quippe iumentorum

torum numerum possidebant in terra Galaad. In diebus autem Saul pręliati sunt contra Agarenos, & interfecerunt illos, habitaueruntque pro eis in tabernaculis eorum in omni plaga, quæ respicit ad orientem Galaad.

Fratres autem eius, & vniuersa cognatio. Refertur hoc ad Beera, qui erat princeps tempore captiuationis Thelgatphalasar.

Quando numerabantur per familias suas. Idest fratres Beera, & tota cognatio Ruben numerabatur per familias: nam quando aliqua tribus numeranda erat,diuidebaē per familias, & familia quęlibet per domos, & domus quęlibet per viros,& sic computatis omnibus domibus alicuius tribus sciebatur tota summa illius tribus, & iste erat modus artificiosus numerandi,qui habetur Nume.primo, & 2.Tribus autem Ruben numerabatur per familias suas, quia habebat familias quatuor, scilicet Enochitarum, Phaluitarum, Esronitarum, Charmitarum: Nume.26.& deinde q̄libet istarum familiarum diuidebatur per domos, vt dictum est.

Habuerunt principes Ieiel, & Zachariam. Isti duo erant principes, quando numerabatur tribus Ruben: Loqtur hic scriptura de aliqua speciali numeratione, quæ forte fuit tempore, quo translati fuerunt filij Ruben per Thelgatphalasar in Assyrios:nam non poterant isti duo esse principes, quandocunque numeraretur tribus ista, cum isti fuerint fratres Beera,ideſt,cognati eius,vt dicitur hic,& ille fuit tempore,quo ducti sunt filij Ruben in Assyrios. vel potest intelligi, & magis proprie de numeratione illa, quę facta est in tribu ista tempore Ioathan regis Iudę, vel tempore Ieroboam regis Israel,de quibus numerationibus habetur infra.

Porro Bala filius Azaz. Bala aliquando est nomen vrbis, & aliquando nomen mulieris, quæ fuit ancilla Rachelis, & vxor Iacob,Gen.30.aliquando autem est nomē viri, & sic accipitur hic, fuerunt autem omnes isti viri famosi, & principes temporibus suis,ideo nominantur hic.

Filij Samma filij Ioel. Nō est iste Samma ille, de quo supra 2.quia ille fuit frater Dauid de tribu Iuda: iste autem fuit de tribu Ruben, sed videtur iste Samma esse ille, qui vocatur Samaia supra in litera, eo quòd ille est filius Ioel, & sic dicemus istum Ioel, & illum esse eundem.

Ipse habitauit in Aroer. Fuit iste Bala, & de quo hic dicitur vir potens,& diues nimis, & tenuit terrā multam,ideo ponitur hic locus habitationis suę, & fuit in Aroer:est enim Aroer ciuitas quædam in terra duorū Regum Amorrhęorum in orientali parte eius, & est ista apud torrentem Arnon, vt patet Deuterono.2. ista ciuitas est maxime orientalis in tota terra, quam possederūt Israelitę,& ideo dicitur,quòd ipsa est principium tribus Ruben, & sic Iosue 13.vbi enarrantur ciuitates sortis Ruben ponitur ista prior, etiam quādo nominatur terra, quam ceperunt Israelitę de manu duorum Regum Amorrhęorum ponitur ista prima ciuitas Deuterono.2.& est ex parte orientis, vt patet hic cum dicatur, quòd iste habitauit cōtra oriētalem plagam : etiam quādo nominatur terra duodecim tribuū vltra Iordanem, & citra Iordanem Aroer ponitur prima ciuitas : Sic patet, nam quando Dauid, qui erat rex omnium duodecim tribuum iussit numerari omnes viros bellatores de regno suo incępta est numeratio in vrbe Aroer. 2.Regum vlt.

Vsque ad Nebo. Nebo est nomen montis in terra duarum tribuum, & dimidiæ vltra Iordanem, sic patet Deutero.vlt. scilicet: Ascendit Moyses de campestribus Moab super mōtem Nebo in verticē Phasga. Vel potest esse nomen vrbis a qua denominaretur ille mons, & tamē necesse est, quòd Nebo sit aliquādo nomen montis.

Et Baalmeon. Nomen ciuitatis est in tribu Ruben, Iosue 13.& vocatur ibi oppidum Baalmeon. *Contra orientalem quoque plagam habitauit.* Scilicet iste Bala. Vocatur autē plaga orientalis respectu totius sortis Ruben,quia nihil erat magis orientale in sorte illa,quam terra in qua habitabat iste Bala. Incipiendo autem ab Aroer versus Baalmeon veniebatur ab oriente ad occidentem, & etiam habitauit iste ad orientalem partem Aroer, & tamen vltra Aroer ad orientem non erat terra populata ab antiquo,sed erat desertum:iste autem cepit habitare ibi.

Vsque ad introitum heremi. Heremus est ad partē oriētalem Aroer versus mare rubrum : nam ibi sunt solitudines magnę versus sinum Persicum maris rubri.

Et flumen Euphratem. De quatuor fluminibus Paradisi est, vt patet Gen.2.& transit per terminos terrę Chanaan, quam tenuerunt Iudęi, ideo Gen.15.dixit Deus ad Abraham, semini tuo dabo terram hanc a fluuio Aegypti vsque ad flumen magnum Euphratē. Simile Deuter.11.& Iosue primo, vsque ad fluuium istum pertingebat possessio istius Bala.

Multum quippe numerum iumentorum possidebat in terra Galaad. Ponitur ratio, quare iste Bala voluit occupare tantam terram:nam etiam in heremo habitauit, & dicitur habitasse in terra Galaad, eo quòd tota illa terra vocatur terra Galaad,& est terra multa: nam Deut. 3. dicitur, quòd Moyses dedit medietatem terrę tribui Ruben,& Gad, & illam medietatem dimidię tribui Manasse:fuit autem hoc semper in tribu Rubē ex eo tempore, quo venerūt Israelitæ de Aegypto,quòd viri de hac tribu haberent pecora multa: nam ab hoc petiuerunt tribus Ruben, & Gad terram Galaad in possessionem à Moyse, Nume.32.cap.filij Ruben, & Gad habebant pecora multa, & erat illis in iumentis substantia infinita.

In diebus autem Saul præliati sunt contra Agarenos. Hic interponitur vnum bellum, quod fecerunt viri de tribu Ruben, & non narratur in alio loco scripturę, & fuit istud in diebus Saul, qui fuit primus rex Israel, & fuit bellum contra Agarenos, ideſt cōtra filios Agar descendentes ab Ismahel: nos autem vocamus nunc Agarenos omnes de impiissima secta Machometi tāquam omnes descenderint ab Agar, sed non est verum,quia à multis alijs gentibus descenderunt, Nam Ethiopes, & Libyes, & maior pars Aphricanorū pertinet ad sectam Machometi, & tamen illi descendūt à multis alijs gentibus de quibus declaratum est suprà primo capi. Genus Turcarū a quo sit ortum.

Et interfecerunt illos. Istud fuit magnum bellum: nā perierunt multi de Agarenibus, quos Israelitę superauerunt inuocato Deo, vt patet infra in litera.

Habitauerunt que pro eis in tabernaculis eorum. Ideſt habitauerunt loco ipsorum in tabernaculis, ideſt tentorijs portatilibus:nā Agareni, scilicet filij Agar, & Cetury pro maiori parte non habitabant in vrbibus, nec in domibus, sed tentoria sibi portabilia faciebant, & hoc fuit propter officium pastorale, & etiam propter frequentem mutationem habitationis : nam cum in aliquo loco manserūt aliquanto tempore, & videtur eis alius locus salubrior, & delectabilior ad habitandum, subito mutant locum, & sic sunt, quasi in continua muratione, ita vt nunquam sint in aliquo loco tanquam habitatores, sed tanquam manentes in castris, sic enim sunt multę gentes in Aphrica, quas

Ab Italis Zingari.

Lucanus Numidas vocat, ideſt nullam humum, vel certam terram tenentes, ſed vagantes per diuerſa loca, & iſtę gentes vocantur a nobis vulgariter Alarabes: tenent autem iſtum ritum vſque hodie quem a progenitoribus ſuis acceperunt.

In omni plaga, quæ reſpicit ad orientem Galaad. Habitabant iſti filij Rubē in terra Galaad, & in circuitu eius. Agareni autem morabantur apud deſertum, & in deſerto in terra magis orientali, quam ſit terra Galaad, & illam terram acceperunt nunc filij Ruben, ſed propter quid pugnauerunt contra Agarenos?

Reſpondendum, quòd hoc fuit propter habitationem, nam filij Ruben habitabant apud Agarenos, & deſiderantes terram eorum pro paſcuis pugnauerunt contra illos, & occiderunt eos. Pro quo conſiderandum, quòd terra Agarenorum erat coniuncta terræ Ruben, & tamen erat magis orientalis, & eſt terra, quam habitauerunt iſti Agareni: nam Agareni dicūtur ab Agar, vel largè poſſunt dici Agareni filij Cetury, & de iſtis dicitur Gen.25. quòd Abraham fecit eos habitare ad orientalem partem, & tamen Abraham morabatur tunc in terra Chanaā in Bethſabee, & aliquādo in alijs locis: ergo terra in qua habitabant Agareni, erat orientalior terra Chanaan, & hoc fecit cautè Abraham: nam Deus reuelauerat ei, quòd daret totam terram Chanaan poſteris ſuis, Gen.13. & 15. & iſti poſteri erant futuri de ſtirpe Iſaac, & non aliorum filiorum ſuorum, Gen.21. ſcilicet in Iſaac vocabitur tibi ſemen: etiam ſignificatum fuerat ei, quòd poſteri ſui obtinerent terram illam bello occidendo habitatores eius, & quia ſi habitarent ibi filij ſui deſcendentes de Cetura, & Agar, filij ſui deſcendentes ex Iſaac occiderēt eos in reditu de Aegypto ad poſſidendum terram, ideo vt non periret aliquid de ſemine ſuo voluit, quòd filij ſui ex Agar, & Cetura non habitarent in terra Chanaan, ſed longe inde, ideo ipſe viuens ſeparauit eos à filio ſuo Iſaac, faciendo, quod habitarent longe à terra Chanaan, & dicitur, quòd habitauerunt ad orientalem plagam, Gen.25. & tunc cœperunt habitare in iſtis deſertis, quæ ſunt vltra terram Galaad, & ideo, quando diuiſa eſt tota terra Chanaan, & terra duorum Regum Amorrhęorum per ſortes, non peruenit ſors aliqua ad terram iſtorum Agarenorum, ideo non inquietauerunt, nec pugnauerunt contra eos pro tunc Iſraelitę: Poſtea vero tēpore regis Saulis, cùm iſti de tribu Ruben haberent pecora multa, & vellent habere maiorem terram extenderunt ſe verſus orientem extra ſortem ſuam, & ibi erat habitatio Agarenorum, & ſic dicitur, quod habitauerūt ad orientalem plagam, & quòd filij Ruben acceperunt terram eorum, quę erat ad orientem terrę ſuę.

An Iſraelitæ peccauerint pugnando contra Agarenos. Quæſt. XIX.

QVAERITVR vlterius an peccauerunt Iſraelitę pugnando contra iſtos Agarenos. Aliquis dicet, quòd ſic, quia non habebant iuſtam cauſam pugnandi.

Primo quia non erant iſti de gentibus, contra quas licebat Iſraelitis pugnare vniuerſaliter, ſcilicet contra Chananęos: nam omnes iſti erant de ſtirpe Abrahæ quidam per Agar, & alij per Ceturam. Secundo patet, quia non habebant iuſtam cauſam pugnandi propter locum: nam Iudæi habebant generaliter cauſam iuſtam pugnandi contra omnes iſtos, qui tenebant loca eorum: Deus namque dederat eis terram Chanaā diuidens per ſortem, & ideo quicunque manebant in terra illa poſt diuiſionem iſtam, manebant contra voluntatem dominorum, & habebant Iſraelitæ iuſtā cauſam pugnandi cōtra eos, cum detinerent res ſuas, & tamen iſti non tenebant terram Iſraelitarum, quia morabantur extra terram Chanaan, & non ſolum extra terram Chanaan, ſed etiam extra terram duorum Regum Amorrhęorum ad orientem eius, ideo non habebant iuſtam cauſam pugnandi contra illos, conſequēter peccarent: potiſſimè, quia illi erant pertinētes ad cognationem Hebręorum aliqualiter cū eſſent omnes filij Abrahę, & grauius ſit, quòd aliquis moueat bellum iniuſtum contra cognatos ſuos, quam contra alios.

Reſpondendum eſt, quòd non peccauerunt filij Ruben pugnando contra gentem iſtam, ſed habuerunt iuſtam cauſam pugnādi. Quod patet, quia Iſraelitę adiuti fuerunt à Domino in bello iſto: nam clamauerunt cum pugnarēt, & Dominus exaudiuit eos, & fuit bellum iſtud, quaſi factum a Deo, vt dicitur infra, ſcilicet traditi ſunt in manus eorū Agareni, quia Dominum inuocauerunt cum pręliarentur, vulnerātique ſunt multi, & corruerunt, quia bellum Domini fuit: Deus tamen non adiuuat peccatores, quia iſte odit iniquitatem, & omnes, qui operantur mendacium, Pſalmo 5. & diligit ſummè ęquitatem: Iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit, ęquitatē vidit vultus eius Pſalmos 10. ergo iſti fouebant bellum iuſtum, quia alias Deus non exaudiret eos. Secundo patet, quia iſti cum puguarent clamauerunt ad Dominum, vt adiuuaret eos, & etiam crediderunt, quòd Deus adiuuaret, vt patet in litera, & tamen ſi iſti haberent bellum iniuſtū, & crederent ſe habere bellum iniuſtum, non clamarent ad Dominum, quia non crederent ſe exaudiendos, cum Deus non exaudiat orationes peccatorum 30 9. ergo habebant iuſtum bellum, vel ſaltem putabant ſe illud habere. Tertio patet, quia Eſdras deſcribit iſtud factum tanquam in modum laudis Dei, quia tradidit gentes iſtas in manus Iſraelitarum, & in laudem Iſraelitarum, qui optimè pugnauerunt, & exauditi ſunt à Deo, quia ſperauerunt in eo. Si tamen peccauiſſent Iſraelitę faciendo iſtud bellum, non deſcriberet Eſdras per modum laudis, ſed potius per modum increparionis, ſicut in alijs vitijs, quę ſæpe reprehenditur in ſcriptura. Quarto patet, qa manifeſtū eſt, quòd poterant habere iuſtam cauſam Iſraelitę ad pugnandum contra Agarenos, quia cum illi eſſent finitimi eorum, forte irruperant in terram ſuam ad occupādum aliquid de ea, vel fecerunt prædas aliquas, vel ſimiles offenſas, quas ſolent facere finitimi inter ſe, & pro iſtis haberent Iſraelitę iuſtam cauſam pugnandi contra eos, & occidendi omnes, & poſtea occupandi terram eorum: nam ſic competebat Iſraelitis pugnare interdum contra illos, qui non erant in terra Chanaā Deutero. 20.

Ad primam rationem in contrarium dicendum, q̄ non peccauerūt pugnando, quamquam iſti nō eſſent Chananęi: nam etiam contra non Chananæos poterant Iſraelitę habere iuſtam cauſam pugnandi: ſic patet de bello contra Madianitas, quia Deus iuſſit, quod Iſraelitę ſe haberent hoſtiliter contra eos, Numer. 25. & ſic fecerunt, quia deleuerunt eos, Nume. 31. & tamen Madianitę non erant Chananęi, ſed erant de ſtirpe Abrahę a quodam filio ſuo Madian nominatam Madian filius Ceturæ, & Abrahę, Gene. vigeſimoquinto, & ſupra primo, ſic etiā fuit de bello contra Amalecitas, quia Deus iuſſit deleri omnes maſculos, & fęminas, magnos, & paruos, & etiam pecora primo Reg. 15. & tamen iſti non erant Chananęi, ſed de ſtirpe Iſaac, quia Amalecitæ erant filii Amalec, & Amalec fuit filius Eliphaz primogeniti Eſau, & fuit nepos Eſau, & pronepos Iſaac ſupra primo.

Gen.36.

Gen.36. Ita ergo poterant pugnare contra iſtos Agarenos, licet non eſſent Chananęi. Differebat tamen, quia contra Chananęos erat bellum licitum Iſraelitis, etiam ſi non haberent aliquam cauſam ſpecialē, ſed ſolum ex hoc, quod Chananęi erant, poterant pugnare contra eos, & tamen contra alias gentes non licebat pugnare ſine cauſa aliqua ſpeciali.

Ad ſecundum dicendum, q̄ quamquam non manerent in terra Chananęorum iſti Agareni, poterant Iſraelitæ habere iuſtam cauſam pugnandi cōtra eos propter aliquas iniurias illatas, vel damna data, quia Deus dabat regulam Deu. 20. qualiter Iſraelitę pugnare deberent contra Chananæos, & qualiter contra ciuitates, quę non eſſent in terra Chanaan, & ponuntur diuerſi modi pugnandi, & tamen Deus non poneret iſtam regulam, niſi liceret aliquando Iſraelitis pugnare contra gentes, quę non eſſent in terra Chanaan, iō licebat interdum pugnare contra talem gentem.

Sed adhuc obijcietur, q̄ non licuit hoc Iſraelitis, qa fecerunt ex iniquo motiuo, ſ. ad ampliandum terminum ſuum, vt occuparent terram Agarenorum, quæ erat paſcualis, & iſta erat cauſa illicita. Secundo patet, quia, qñ Iſraelitę pugnabant ꝯ aliquam gentem, quæ non eſſet de terra Chanaan debebant prius offerre pacem vrbi, ꝯ quam pugnarent, & ſi reciperet illos nō debebant pugnare, ſed habere gentes illas in tributarias: Deut. 20. & tñ iſtam pacem non videtur obtuliſſe Iſraelitæ Agarenis, ſed pugnauerunt contra eos, ideo videtur, q̄ peccauerunt. Tertiò patet, quia dato, q̄ nō ſuſciperent pacem illi, quibus offerebatur, non poterant Iſraelitę occidere oēs, quia fœminas, & paruulos relicturi erant, viros autem multos occidere poterant Deut. 20. & tñ non legitur hic, quòd dimiſerint aliquos viuere, ideo videtur, q̄ peccauerunt. Rñdendū q̄ non peccauerunt, quia habuerunt iuſtam cauſam pugnandi, ſicut ſupra dictum eſt. Ad primam rationem iſtarum dicendum eſt, q̄ quamquam filij Ruben haberent pecora multa, & non videretur eis ſufficere terra ſua, ſed indigerent terra Agarenorum, tñ nō apparet, q̄ propter deſiderium eius pugnauerint: & dato, q̄ deſiderarent terram illam, tñ cauſa, q̄ mouit eos ad pugnandum, non fuit deſiderium terrę illius, ſed alia cauſa iuſta. Ad ſecundam dicendum, q̄ qñcūque aliquę gentes, quę non eſſent de terra Chanaan offendiſſent Iſraelitas, & mouerent bellum ꝯ eas Iſraelitæ tenebantur offerre ſibi pacem, & ſi reciperent conditionem pacis, & aperirent Iſraelitis portas tanquam dominis, non licebat Iſraelitis occidere quemquam, ſed populus ſeruiebat eis ſub tributo, & recipiebāt ſatisfactionem offenſę, vel damni de bonis eorum: Deu. 20. & hic cum Agareni nō eſſent Chananęi tenebant ad hoc Iſraelitę, & credendū eſt, q̄ ſic fecerint, & iſti Agareni confidentes viribus ſuis, quia multi erant, & habebant adiutores plurimos non ſuſceperunt pacē, ſed pugnauerunt ꝯ Iſraelitas, & dato, q̄ non legatur hic, q̄ obtulerint eis pacem, nihil ſequitur, quia potius intelligendum eſt, q̄ obtulerint illam, quia credendū eſt q̄ obſeruarent legē ſemper, niſi qñ appareret ꝯriū, ſic quilibet prętumit bonus, niſi probet ꝯriū. Hic aūt non apparet de tranſgreſſione, ideo credendum eſt, q̄ obſeruauerint eam: potiſſimè, quia Deus adiuuit eos, & non adiuuarent ſi agerent contra legem. Ad tertiā dicendum, q̄ Iſraelitę ſeruauerunt iſtam legem: nam non occiderūt fęminas, & paruulos: immo nec ipſos viros magnos occiderunt, ſed viuentes acceperunt cētum millia, vt patet in litera, nec occiderunt aliquos, niſi eos, q̄ in bello ſe defendebāt, quos non potuerunt Iſraelitę capere, niſi occiderent eos. De paruulis aūt, & mulieribus veriſimilius eſt, q̄ non occiderent, ſed acciperent eos Iſraelitæ ad vendendum.

Qui erant iſti Agareni. Quæſt. XX.

QVAERITVR vlterius, qui erant iſti Agareni, ꝯ quos pugnauerunt Iſraelitę, Nicolaus & Hebræi dicūt, q̄ iſti nō fuerunt filij Agar deſcendentes ab ea per Iſmahelem filium ſuum, ſed fuerūt filij Ceturę. & vocant Agareni, quia ipſi volunt, q̄ Cetura, & Agar ſint eadem mulier, licet differant nomina, & ad hoc dicunt, q̄ Cetura non eſt nomen proprium fęminę, ſed ſignificat thurificatā, & vocatur ipſa Agar thurificata, quia poſtquam excluſa eſt de domo Abrahę nullo viro cōmixta eſt, ſed ſeruauit ſe mundam, & redolentem, quaſi thus, iō mortua Sara Abraham fecit eam reuocari ad ſe, & genuit ex illa filios ſex, Gen. 25. Motiuum aūt eorum eſt, quia dr. infra, q̄ Ithuræi, & Naphęi prębuerunt eis auxiliū, & iſti ſunt de filijs Iſmahelis, ideo videt, q̄ erāt Agareni de filijs Ceturę. Dicendum tñ, q̄ iſta poſitio non ſtat, ſed q̄ iſti fuerunt Agareni. i. de filijs Agar: nā nunq̄ recedendum eſt a verbis ſacrę Scripturę ſine neceſſitate: nulla aūt neceſſitas hic eſt, q̄ dicamus iſtos eſſe filios Ceturę, & non Agar deſcendentes p Iſmahelem, ideo dicendū eſt, q̄ ſunt filij Agar, ſicut ſignificat nomen, & ſunt deriuati ab ea per Iſmahelem filiū ſuum, quia non habuit alium filium Agar. Quòd autē dicunt, q̄ Agar, & Cetura ſunt eadem mulier, & ideo filij Ceturæ vocantur Agareni. Dicendum q̄ falſum eſt, primo, quia Gen. 25. dicitur: Abraham vero aliam duxit vxorē nomine Ceturam, & hoc fuit poſt mortē Sarę, ſi tñ fuiſſet iſta Agar, non diceret, q̄ accepit aliā vxorem, quia iam acceperat Agar in vxorem a principio, qñ genuit ex ea Iſmahelē, Ge. 16. & manebat ſemper illa vxor eius, ideo non diceret nunc, q̄ accipiebat aliam vxorem, & tñ, qñ accepit nunc Ceturam dr, q̄ accepit aliam vxorem, ergo non erat ipſa Agar. Secūdo patet, quia de Agar dicuntur aliqua, quę non conueniūt Ceturę: nā erat dr, q̄ Agar Aegyptia, & famula Sarę: de Ceturā aūt non exprimitur, q̄ eſſet ancilla, iō credendum eſt, q̄ eſſet libera: immo innuitur, q̄ ſit libera, quia aliàs exprimeretur conditio eius: Etiam de Agar dr, q̄ erat Aegyptia, de Cetura aūt non exprimitur de qua gente eſſet, per quod apparet, q̄ eſſet de terra Chanaan, in qua habitabat nūc Abraham: de his, Gen. 16. & 25. Tertio patet, quia Gen. 25. dr, quòd Abraham dedit filio ſuo Iſaac omnia, quę poſſidebat, filijs concubinarum aūt largitus eſt munera, ergo habebat Abraham ſaltem duas concubinas, ſiue vxores minus principales, & tñ nō legitur habuiſſe, niſi Agar, & Ceturam, nec leguntur alij filij eius, ergo Agar, & Cetura fuerunt dnę: Potiſſime quia, Gen. 25. vbi dicitur filijs concubinarum largitus eſt munera, ponunt Ambę. ſ. Agar, & Cetura, & filij earum. Quarto patet, quia ſi eadem mulier eſſet Agar, & Cetura, non ponerentur generationes eius diſtinctę, & tamen, Gen. 25. ponuntur primo filij Ceturę deinde filij Agar, & q̄ Agar ſolum enarrantur filij Iſmahelis, per Cetura aūt narrātur multi: Patet etiam hoc, quia ſupra primo c. diſtinguitur generatio Abrahę in tres partes. ſ. in filios Iſaac, & Iſmahelis, & Ceturę, & in fine cuiuslibet progenieī iſtarum dr: hi ſunt filij Ceturę, vel hi ſunt filij Iſmahelis: ergo nō ſunt ijdem filij ex Iſmahele, & ex Cetura, nec etiam Agar, & Cetura. Quintò patet, quia non eſt veriſimile, quòd Abrahā acciperet Agar, & gigneret ex ea poſt mortem Sarę, quia iam Agar eſſet annorum multorum, & non eſſet apta ad concipiendum. Quod patet, quia Agar concepit, & peperit Iſmahelem, quando Abraham erat annorum octoginta, & ſex, Gen. 16. nunc autem cum mortua eſt Sara erat Abraham annorum centum triginta, & ſeptem: nam Abraham erat maior Sara decem annis, Gen. 17.

Reſponſio doctor. aduerſus Nicolaum, & Hebræos.

ſcilicet:

Universidad de Deusto
Biblioteca

scilicet: Putasne centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Et tamen Sara mortua est, cū esset annorum centum viginti septem, Gen. 23. ergo tunc erat Abraham centum triginta septem annorū: Dato ergo, q̄ acciperet immediate Agar, quę vocarē Cetura, cum genuerit ex ea sex filios, Gen. 25. esset ad minus Abraham annorum centum quadraginta trium, ex quo apparet, q̄ Agar esset tunc, quasi octoginta annorum ad minus, nam q̄n prima vice acciperet Abraham Agar in vxorem esset ad minus viginti annorū, quia in tempore illo non contrahebant matrimoniū viri, nec fęminę in tam tenera ętate, sicut nunc, & sic addendo quindecim annos, qui supererant vsque ad annum centesimum Abrahę, esset tunc triginta quinque annorum Agar, quibus addant quadraginta tres anni in fine quorum habuit filium aliquem Abrahā, vt supra probatū est, erunt septuaginta octo anni, quos tunc haberet Agar, & tn̄ non est verisimile, q̄ in tanta ętate assumeretur nouiter ad cōcipiendum: nam etiā si ipsa posset concipere, non posset Abraham gignere ex ea pp senectutem nimiam: nam q̄n erat centum annorum in generatione Isaac dr̄ corpus suū emortuum ad Ro. 4. & ad Hebręi 11. à fortiori ergo cum esset annorum centum quadragintatrium non posset gignere, & esset corpus omnino emortuum, nisi adiuuaretur calore menstrui fęminę iuuenis. Oportet ergo dici, q̄ ista Cetura non esset Agar, sed aliqua puella tenera, quam mortua Sara acciperet Abraham, & iō ex ea posset Abraham gignere multos filios, sicut genuit sex. Quòd aūt dicunt, q̄ fuerint isti Agareni de filijs Ceturę, & non de filijs Agar, quia dr̄ infra, q̄ Ithurei, & Naphei prębuerunt eis auxilium, non est conueniens motiuum, quia illi Ithurei, & Naphei erant etiam Agareni, cū essent de filijs Ismahelis filij Agar. quia tn̄ Israelitę non habebant bellum q̄ oēs descendentes ab Ismahele, sed q̄ quasdam gētes ipsarum, & alię de ipsis venerūt in adiutorium illarum, exprimūtur nomina specialia illarum gentium, q̄ venerunt in auxilium. s. q̄ fuerunt Ithurei, & Naphei: si aūt nō exprimerentur noīa istarum gentium, sed diceretur, q̄ Israelitę pugnauerunt q̄ Agarenos, & Agareni venerunt in auxilium eorum, non est istud intelligibile, iō illi, q̄ quos pugnabatur, vocati sunt Agareni nomine generali, & illi, qui venerunt in auxilium eorum vocati sunt nominibus specialibus Ithurei, & Naphei, q̄. q̄ essent generaliter Agareni. Apparet igit̄, q̄ isti Agareni nō fuerunt de filijs Ceturę, sed de illis duodecim gentibus, quę descenderunt ab Agar per Ismahelem, etiam patet, quòd Agar, & Cetura, non sunt eadem mulier, de quo etiam declaratum est magis. Gen. 25.

Filij vero Gad è regione eorum habitauerunt in terra Basan vsque Selcha, Ioel in capite. & Sapham secundus, Ianai autem, & Saphath, & Basan. Fratres vero eorum secundū domos cognationum suarum Michael, & Mosollam, & Sebe, & Iorai, & Iachan, Zie, & Heber, septem.

Filij vero. Hic ponitur secundum principale huius c. s. de progenie filiorum Gad, & dicit Nicolaus, quòd agitur hic incidentaliter de eis, eo q̄ ipsi prębuerunt auxilium filijs Ruben contra Agarenos, vt patet infra in litera.

Sed dicendum, quòd falsum est, quia non agitur de eis incidentaliter, sed principaliter, sicut de filijs Rubē, & ratio est, quia Esdras intendebat in libro isto enarrare progenies omnium duodecim tribuum, & sic facit, vt patet incipiendo supra primo c. 2. vsque ad 9. ideo oportebat, quòd etiam enarraret de tribu Gad, de Manasse, & quia non est visus aliquis locus oportunior, quam hic post tribum Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse simul habitabant in terra Galaad, & Esdras sequitur hic ordinē cōtinuitatis habitationis tribuum. Nam præcedenti c. ideo post tribum Iuda enarrauit de tribu Simeon, quia habitabat tribus Simeon intra sortem Iudę Iosue 19. enarrauit hic de tribu Gad, & dimidia tribu Manasse post tribum Ruben.

Etiam non est verum, quòd fuerint filij Gad, & dimidię tribus Manasse adiutores tribus Ruben in hoc bello, sed etiam ipsi fuerunt principales bellatores, cū omnes istę duę tribus, & dimidia haberent terram finitimam cū terra Agarenorum, & etiam acceperint partem illius terrę, quam tenuerant Agareni, vt patet infra in litera, & dicitur. *Filij vero Gad è regione eorum habitauerunt.* Idest habitauerunt contra filios Ruben à fronte, nam erat terra duorū Regum Amorrhęorum diuisa in tres partes pro duabus tribubus, & dimidia, & illę habitabāt ex opposito, quia vna iuxta aliam, ita quòd regiones earum à fronte se respicerent.

In terra Basan. Est Basan quędam regio vltrà Iordanem ad orientem, quę erat in regno Og regis Amorrhęi, vt patet Deut. 3. & Iosue 13. & in terra ista habitauit tribus Gad. Vsque Selcha. Est enim Selcha nomen ciuitatis, quę erat in terra regis Og, vt patet Deute. 3. scilicet vniuersam Galaad, & Basan vsque Selcha, & Edrai ciuitates regni Og. idem patet Iosue 12. & 13.

Ioel in capite, & Saphan secundus. Ponuntur hic nomina principum in tribu illa, & dr̄ quòd primus eorū erat Ioel, quia iste erat in capite, ideſt erat post in dignitate, quia fortè erat princeps totius tribus, vel dicitur, quòd erat in capite, ideſt, in principio sortis, scilicet incipiendo terrā tribus Gad perambulare ab oriente versus Occidentem erat in prima parte istius magis orientali, quę vocatur caput habitatio Ioel, & omnium de familia sua, ita intelligitur de Saphan, quòd erat secūdus, scilicet in dignitate, quia Ioel esset princeps totius tribus, & Saphan esset princeps secundus in dignitate ab illo. Vel intelligēdo aliter, scilicet, quòd Ioel habitabat in prima parte Orientis, & Saphan, & alij, qui erant de familia sua, habitabant in parte coniuncta, & sic alij principes continuabantur vsque ad occidentem terrę illius. Iste Ioel non est ille, de quo supra dicitur, quia ille est de tribu Ruben, nec etiam ille, de quo habetur prędecenti capi. quia ille est de tribu Iuda: iste Saphan non est scriba regis, vel templi, qui tulit librum inuentum in domo domini ad Iosiā 4. Regum vigesimoprimo, & sequenti lib. cap. 34. quia ille erat de tribu Iuda: iste autem est de tribu Gad. erat iste fuit multo tempore ante illum, vt infra declarabitur.

Ianain autem, & Saphath in Sasan. Isti erāt alij duo principes tribus Gad, & habitabant in Basan, est autem Basan regio, de qua supra dictū est. Est aūt iste Saphath differens ab illo, qui erat pater Elisęi: nam Elisæus fuit Saphath tertio Regum decimonono, & quarto Regum tertio, & tamen non sunt isti duo idem, eo quòd non fuerunt in eodem tempore, quia iste Saphath fuit tempore Ieroboā regis Israel, vel tempore Ioathan regis Iudæ, & tamen sub nullius istorum tempore fuit Elisęus cū ipse fuerit tempore regis Achab & Ioram, & aliorum sequentium, & mortuus est tempore Ioas regis Israel quarto Regum 13. sed fuit aliter, quia nomina propria multum ęquiuocantur.

Fratres vero eorum secundum domos cognationum suarum. Vocantur fratres istorum quatuor principum prędictorum

dictorum isti septem, qui sequuntur: non quidem q̄ fuerint filij eiusdem patris, vel matris cum dicatur secundum domos cognationum suarum, id est, quòd erant de diuersis cognationibus, & sic non poterant esse filij eiusdem patris, sed vocabantur fratres, quia omnes isti erant de eadem tribu, & erant simul principes: & quilibet princeps vnius familię, vel domus, & omnes eodē tempore. *Michael, & Mosolla.* Michael aliquando est nomen Angeli, vt patet Dan. 10. & Apocal. 12. aliquando est nomen viri, vt hic, & sępe nomi natur Michael hic, & in sequentibus cap. sed non est idem.

Et Sebe, & Iore, & Iachan. Nomina ista sunt ignota, quia non referuntur aliquę historię de istis in Scriptura. Est autem Sebe aliquando nomen ciuitatis, q̄ est in sorte Simeon, vt patet Iosue 19. aliquando est nomen viri, vt patet hic. Iachan est nomen viri: ab isto voluit aliqui nominari quādā mansionem in deserto, quæ vocatur Beneiaacan, ideſt, filiorum Iacan Num. 33. & eadem mansio vocatur Beroth filiorum Iathan: Deut. 10. Sed falsum est, quia illa mansio vocabatur sic quando transierunt Israelitę per desertum cum Moyses scripserit illam sic nominari, & tamen iste Iacan, de quo hic dicitur fuit multo post. s. tempore Ioathan regis Iudę, vel Ieroboam regis Israel, ideo non est idem. *Et Ier, & Ieber septem.* Isti duo etiam sunt fratres aliorum, & dicitur q̄ erant septem. s. septem fratres filij vnius viri. s. Abiahil, & erant omnes principes tempore suo.

Quo tempore fuerunt isti, qui hic nominantur.
Quæst. XXI.

QVAERITVR Deistis, qui nominantur hic, qui viri erant, vel quo tempore erant.

Respondendum, q̄ hic enarratur continua tio alicuius progenici, sed solum ponuntur principes quidam familiarum, vnde illi quātuor supra positi, & etiam isti septem, qui nominantur hic, fuerunt principes in tribu Gad, & omnes eodem tempore, & ponuntur isti propter quandam computationē factam tempore cuius ipsi erant principes. Sciendū autem de tempore, quo fuerunt isti, quia aliquis puta bit, q̄ fuerunt isti principes familiarum tribus Gad, scilicet, illi, a quibus a principio denominatę sunt familiæ, & sic essent filij Gad. Et patet hoc, quia dicitur hic fratres eorum secundum domos cognationum suarum. Dicendum tamen, quòd non fuerunt isti capita familiarum nec filij Gad, quia familię Gad solum fuerunt septem Num. 26. & etiam solum fuerunt sex filij eius: Gen. 46. & tamen hic ponūtur vndecim principes. Secundò patet, quia nomina istorum, & illorū nullo modo conueniunt, & tamen si isti fuissent filij Gad saltem in pluribus eorum nomina, quę habētur hic, & Genes. 46. & Numeri 26. conuenirent. Tertiò patet, quia non potuerunt isti esse filij Gad: nam filij Gad mortui sunt in Aegypto. Nam omnes septem filij Gad descenderunt de terra Chanaan in Aegyptum cum auo suo Iacob Gene. quadragesimo sexto: & tamen manserunt Israelitę in Aegypto annis ducentis, & quindecim, vt probatum est Genes. decimoquinto, ideo iam mortui essent omnes isti quando exirent Israelitę de Aegypto, & tamen isti principes, qui nominati fuerunt hic, fuerunt in terra Chanaan, cum ponantur hic habitationes eorum: ideo non potuerunt isti esse filij Gad. Dicendum ergo, quòd isti fuerunt principes, qui aliquo tempore simul dominati sunt in sorte Gad: quādo tamen hoc fuerit tripliciter potest dici: vno modo quòd fuerūt tempore, quo translata est tribus Gad per Thelgatphalasar in Assyrios: sic enim dicitur, quòd Beera erat princeps in tribu Ruben, quando Telgatphalasar captiuauit Rubenitas. Secundo modo potest dici, quòd isti fuerunt principes in tribu Gad eo tempore, quo pugnatum est contra Agarenos, & istud videtur valde rationabile propter duo. Primò quia in bello ordinatur exercitus, & ponuntur certi duces, ideo pro isto bello assignarentur duces in tribu Gad, & essent isti, qui nominantur hic. Secundum est, quia de bello isto dictum est supra, & etiam dicitur infra, ideo videtur, quòd pertineat ista enarratio ducumad bellū. Tertius modus est, quòd isti duces fuissent tempore, quo facta est numeratio populi Gad, & Ruben, & Manasse, quæ fuit tempore Ioathan regis Iudæ, vel Ieroboam regis Israel, quia de illa agitur infra. Et dicendum, quòd iste modus est verus, & non aliquis de duobus prædictis, eo quòd dicitur in litera omnes hi numerati sunt in diebus Ioathan regis Iuda, & refertur ad istos duces: nam post nomina istorum ducum sequitur immediatè illa clausula, scilicet, omnes hi numerati sunt in diebus Ioathan, alij autem modi quamquàm sunt colorati, non sunt veri.

Hi filij Abiahil, filij Huri, filij Iara, filij Galaad, filij Michael, filij Iesesi, filij Geddo, filij Buz.

Hi filij Abiahil. Istud refertur ad septem duces supra positos, qui fuerunt fratres, & filij istius Abiahil.

Filij Huri. Scilicet, Abiahil fuit filius Huri. Non est iste Huri ille de quo habetur supra 2. nec etiam ille de quo habetur Exo. 31. & 35. & 26. quia vterque illorum est de tribu Iuda, iste autem est de tribu Gad.

Filij Ioreb, filij Galaad. Iste Ioreb differt ab illo Iore, de quo supra dicitur, quia ille est de progenie istius. Galaad aliquando est nomen viri, aliquando nomen montis: nomen montis est supra in litera, vbi dicitur de terra Galaad, & est ille mons vltra Iordanem ad Orientem, & vocatus fuit Galaad a Iacob quando ipse, & Laban socer suus inierunt ibi fœdus: Genes. trigesimoprimo: & interpretatur cumulus terrestris, vel aceruus testimonij, quia positus fuit ibi cumulus lapidum in testem. eodem capitu. aliquando est nomen viri, & sic accipitur hic. Et non est iste Galaad, de quo supra secundo, nec Iosue decimoseptimo: quia ille fuit de filijs Manasse, & nominata est ab eo quædam familia Galaaditarum in tribu Manasse Numeri vigesimosexto: iste autem est de tribu Gad.

Filij Michael. Iste Michael differt ab illo, de quo supra, quia ille est de progenie istius.

Filij Iesesi, filij Iedo, filij Buz. Ista sunt nomina incognita, quia non reperiuntur de eis historiæ in Scriptura, nec est iste Buz ille, qui vocatur Buzi, & est pater Ezechielis propheræ, vt patet Ezechie. primo, quia fuit de tribu Iudā, iste autem de tribu Gad: etiam ille fuit tempore Ieroboam regis Israel, vt aliqui putant, immo ante multò, ille autem fuit tempore Sedeciæ: nam ductus est in Babylonem, & ibi propherauit Ezechiel, vt patet Ezechi. primo.

Qui fuerunt isti, qui hic nominantur.
Quæst. XXII.

QVAERITVR Deistis, qui ponuntur hic, cùm dicitur filij Abiahil, filij Huri, &c. Qui fuerunt, & quomodo computantur, & quare ponuntur hic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respondendum, quòd hic ponunt octo generationes ascendendo: nam non sunt omnes isti filij eiusdem viri, sicut septem supra positi erat filij Abiahil, sed sunt octo viri in linea ascendentium, & vltimus eorum est prior origine, & pater omnium aliorum: tamen non est ista linea continuata vsque ad principium tribus. istum modum tenet beatus Lucas in genealogia Christi computando eam ordine conuerso incipiendo a Christo, qui vltimus est, & perueniendo vsque ad Adam: Lucę 3. Hic tamen non continuauit Esdras ordine conuerso genealogiam vsque ad ipsum Gad principem tribus, vel vsque ad aliquē de filijs eius, qui fuerunt capita familiarum: nam nō vocatur aliquis de filijs eius Buz, vt patet Genes. 46. & Numeri 26. vbi ponuntur nomina filiorum eius, & dicendum quòd ratio, quare positi fuerūt isti hic est, quia per lineam istorum deriuati sunt principes tribus Gad: nam septem principes supra positi, qui erant fratres, & filij Abiahil dominabantur in tribu Gad, & quia ipsi descendebant per lineam omnium istorum, ponitur hic enarratio lineę ordine conuerso, & continuatur vsque ad Buz per octo generationes, & non ponuntur plures, quia fortè isti fuerunt viri valde famosi temporibus suis, quorum durabat memoria inter Hebreos tempore Esdrę: ideo voluit describere istos, & non continuauit generationes alias reducendo vsque ad principium tribus, eo quòd viri præcedentes fortè non fuerunt famosi, sicut isti.

Fratres quoque filij Abdiel, filij Guni principes domus in familijs suis. Et habitauerunt in Galaad, & in Basan, & in viculis eius, & in cunctis suburbanis Saron vsque ad terminos. Omnes hi numerati sunt in diebus Ioathan regis Iuda, & in diebus Ieroboam regis Israel.

Fratres quoque filij Abdiel. Posita fuit supra generatio per lineam ascendentium per octo gradus, & primus eorum fuit Abiahil: hic autem ponuntur alij, qui fuerunt fratres illorum de cognatione illa, scilicet, fuerunt sibi contemporanei, & etiam de eadem tribu, non tamen fuerunt fratres, idest eiusdem patris, vel matris, & patet hoc, quia illi fuerunt filij Abiahil, & isti sunt filij Abdiel, Abdiel tamen, & Abiahil non sunt idem, eo quòd Abiahil fuit filius Vri, vt patet supra, & Abdiel est filius Guni, vt patet hic. Nominantur autem isti omnes, quia fuerunt principes de tribu Gad tempore illo, quo facta est computatio sub Ioathan.

Filij Guni. Non continuatur hic generatio multum, sicut supra continuatur per octo gradus, & ratio est, quia forte in linea illa fuerunt multi viri famosi, & computantur omnes: hic autem fuerunt isti duo soli, ideo ipsi soli ponuntur.

Principes domus in familijs. Refertur istud ad omnes supra positos ab illo loco filij vero Gad: nam oēs hic positi fuerunt principes, & de popularibus nulli computantur. Et dicitur, quòd fuerunt principes domorum in familijs, quia ista tria sunt subordinata, scilicet, tribus, familia, & domus: nam tribus continet sub se familias, familia autem quelibet continet sub se domos, & domus iam non diuiditur, nisi per viros. In qualibet autem tribu est vnus princeps, & in qualibet familia vnus, & in qualibet domo vnus; & principes domorum subordinantur principibus familiarum, & principes familiarum principi tribus. Isti autem qui nominantur hic, erāt principes domus, idest, quilibet eorum princeps erat vnius domus siue cognationis, & aliqui eorum erant principes familiarum, ideo dicitur de domo, & de familijs: erant tamen septem familię solum in tribu Gad. Numeri 26. ideo septem istorum potebant esse principes familiarum, cęteri autem essent principes minorum domorum.

Et habitauerunt in terra Galaad, & Basan. Duę terræ sunt vltra Iordanem in terra duarum tribuū, & dimidię, & cuiuslibet istorum pertinebant filij Gad.

Et in viculis eius. Vocantur viculi parua rura, villę autem dicuntur rura maiora, vrbes verò vocantur loca murata.

Et in cunctis suburbanis Saron. Suburbana dicuntur esse loca coniūcta vrbi, scilicet, habitatio iuxta vrbē extra muros, & dicuntur suburbana, vel dicūtur suburbia, quasi suburbe posita, quia incipiunt computari a mœnibus vrbis. Sic enim vocantur suburbana spācia duorum millium passuum, quę dabantur cuilibet vrbi Leuitarum, & computabantur incipiendo a mœnibus vrbis per circuitum, de quo Numeri 35. & Iosue 21. Saron est nomen montis vltra Iordanem, & possunt vocari suburbana Saron per Metaphoram loca adiacentia monti Saron per circuitum, & in omnibus istis habitauerunt filij Gad.

Vsque ad terminos. Idest, vsque ad terminos sortis Gad, quasi dicat, isti principes supra nominati possederunt totam terram Gad a termino vsque in terminum.

Omnes hi numerati sunt in diebus Ioathan regis Iuda. Hic declarat ad quid positi fuerint omnes principes, qui supra nominati sunt, & dicitur q̄ omnes isti nominati sunt in diebus Ioathan, quasi dicat, ad hoc positi fuerunt hic, vt sciatur, qui fuerunt principes in computatione illa tribus Gad, quę facta est tempore Ioathan. Nam quandocunque fiebat computatio personarum alicuius tribus, diuidebatur per familias, & familię per domos, & in qualibet familia, & domo ponebatur vnus princeps, & sub illo fiebat computatio domus suę, vel familię: ideo ad hoc in omni computatione oportebat præsupponi principes, & quia computatio ista fuit aliquid famosum, posuit Esdras principes, qui fuerunt in ea: iste Ioathan, de quo hic fit, rex Iuda, & fuit regis Ozię filius: fuit autem vir excellens, & bellicosus, de quo patet 4. Regum 16. *Et in diebus Ieroboam regis Israel.* Etiam facta est computatio tribus Gad in diebus Ieroboā. Fuit aūt duplex Ieroboam rex Israel, quidā fuit primus rex Israel, qui fuit seruus Salomonis, & in diuisione regni constitutus est in regem super decem tribus, & fecit vitulos aureos. tertio Regum 12. Secundus fuit Ieroboam filius Ioas rex Israel, & fuit vir valde famosus in bellis, & liberauit Israelitas de manu Syrorum, restituitque eis ciuitates ablatas. quarto Regum 14.

An numerationes, quæ fuerunt factæ tempore Ioathan, & Ieroboam fuerint eædem. Quæst. XXIII.

QVAERITVR an ista numeratio trib' Gad, quę facta est tempore Ioathan, & illa quę facta est tempore Ieroboam fuerint eædem.

Rñdent quidam, q̄ non, quia Ieroboam primus fuit multo tpe ante Ioathan, vt patet ex 3. & 4. Regum. Rñdendū est, q̄ Ieroboam fuit duplex rex Israel, vt dictum est nunc, & primus eorum vocabatur filius Nabath, qui peccare fecit Israel, & secundus erat filius Ioas: hic autem non apparet sub quo horum fuerit. Si enim dicamus, q̄ fuit tē pore primi Ieroboam impossibile fuit, q̄ esset eadem computando, quia a principio regni Ieroboam vsque ad principium regni Ioathan fuerunt anni ducenti, & duo, vt patet computando tempora omnium regum intermediorum: nam Ieroboam cępit regnare in eadem die in Israel, in qua cępit Roboam in Iuda. 3. Regum 12. regnauit autem Roboam 17. annis: eodem lib. cap. 14. & Abia tribus: eodem lib. capit. 15. & Asa. 41. eod. cap. & Iosaphat vigintiquinque: eod. lib. cap. vlt. & Ioram octo. 4. Reg. 8. Ochozias vno, eo. ca. Athalia sex seq. lib. cap. 22. Ioas quadraginta. 4. Reg. 12. Amasias viginti nouem: eod. lib. capit. 14. Azarias quinquaginta duobus: eod. lib. ca. 15. & tunc incepit regnare Ioathan, & isti anni sunt ducenti, & duo: si autem accipiatur, q̄ fuerit alius Ieroboam, scilicet, filius Ioas tunc videtur esse dubium, an tempore eius potuerit fieri ista computatio, ita q̄ esset eadem cū computatione, quę facta est tempore Ioathan. Nicolaus autem dicit, q̄ ista computatio fuit eadem, quia Ioathan, & Ieroboam fuerunt contemporanei: ideo in fine regni Ieroboam, & principio regni Ioathan quod esset idem tempus. fuit ista computatio. Et patet hoc, quia inter finem regni Ieroboam, & inter principium regni Ioathan fuerunt anni quindecim solum: nam cępit regnare Zacharias filius Ieroboam anno 38. Ozię. 4. Reg. 15. & tunc mortuus est Ieroboā anno quintodecimo: eo. c. Dicit aūt, q̄ in istis qn decim annis potuit coincidere Ioathā cum Ieroboā, eo q̄ cępit regnare Ioathan ante mortem patris sui Ozię, qui fuit Ozias leprosus, & postquam percussus est gubernauit semper Ioathan palatium: eo. c. & sic si Ioathan inciperet regnare saltem decem, & sex annis ante mortem patris sui Ozię, coincideret in vno anno cum Ieroboam rege Israel, quia vltimus vnius esset primus alterius. Sed dicendū vr, q̄ nō fuit eadē computatio, quę facta est sub Ieroboam, & sub Ioathan, eo q̄ intelligitur hic de Ieroboam primo: nā cū fuerint duo, & non exprimitur quis illorum fuerit, debet intelligi de illo, qui per excellentiam vocatur Ieroboam, & istud competit primo Ieroboam, quia ille fuit valde famosus, eo q̄ ipse fuit primus rex Israel in diuisione regni. Etiā fuit valde famosus pp pec cata magna, quia ipse fuit principium idolatrię oīum regum Israel. Ideo qñcunque dr̄ de aliquo rege Israel, q̄ erat malus subdit, q̄ secutus est viam Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Israel. Sic patet ex toto processu 3. & 4. Regum, quia toties hoc dr̄, quot reges Israel fuerunt, & adhuc pluries. Secundo patet, quia dato, q̄ vellemus, q̄ fuerit facta ista computatio tempore secundi Ieroboam, sicut vult Nicolaus, nō stat, nā non potuit coincidere Ioathā cum Ieroboā, quia iste Ieroboam regnauit annis quadraginta vno. 4. Reg. 14. & tamē anno vigesimo septimo regni sui cępit regnare Ozias in Iuda: eod. lib. cap. 15. manent ergo tredecim, vel quatuordecim anni, in quibus co incidit regnum Ozię cum regno Ieroboam, & tamē Ozias regnauit quinquaginta duobus annis: eodem cap. de quibus subtrahendo quatuordecim manebūt triginta octo vsque ad mortem Ozię, & tunc cępit regnare Ioathan, & tamen Ioathan non solum nō regnauit triginta octo annis ante mortem Ozię: immo etiam non erat natus tanto tempore ante mortem eius, quia Ioathan erat annorum vigintiquinq; quando cępit regnare: eod. cap. ideo non potuit coincidere cum Ieroboam. Tertiò patet, quia dato, q̄ computemus secundum q̄ vult Nicolaus, scilicet, q̄ quindecim anni fuerint inter mortem Ieroboam, & Ozię, adhuc non potuit coincidere Ioathan cum Ieroboam, quia oporteret tūc, q̄ saltem decem, & sex annis ante mortem Ozię Ioatham regnaret pro eo, & gubernaret palatium, & tamē hoc non potuit esse, quia Ioathan erat vigintiquinque annorum, quādo mortuus est Ozias, & ipse cępit regnare, de quibus subtractis decem, & sex manent nouem, & sic oporteret q̄ quando regnare cępit, vel gubernare palatiū Ioatham loco patris sui, esset annorum nouem ad plus: & tamen hoc non videtur possibile, quia ipse positus est, vt suppleret vices patris: nam dicitur 4. Reg. 15. & seq. lib. cap. 26. q̄ gubernabat palatium, & iudicabat populum terræ. Puer tamen nouem annorū non poterat iudicare populum cum vix intelligat seipsum, ideo dicendum, q̄ etiam quantum ad hoc nō poterat coincidere. Quartò patet, quia dicitur hic, & in diebus Ioathan regis Iuda, in quo significatur, q̄ iam rex erat quando ista computatio facta est: de regno tamen suo non est dubium, quin possit coincidere cum regno Ieroboam. Dicendum igitur, q̄ nullo modo potest dici fuisse hic vnicam computationem sed duas: & tamen tunc videtur dubium, sub quo Ieroboam ponemus primam computationem istarū: dicendum videtur vno modo, q̄ deberet poni sub primo Ieroboam, & hoc propter duo. Primo quia videtur hic debere intelligi Ieroboam ille, qui per excellentiam sic vocatur quod magis competit primo quàm secundo, vt supra probatum est. Secundū est, quia si ponatur vna computatio tempore Ieroboā, & alia tempore Ioatham, & fuerit ille secundus Ieroboam, erit modicum tempus inter vnam computationem, & aliam, & non videtur, q̄ in breui tempore fierent multę computationes.

In p̄rium aūt est vna rō. s. quia dr̄ hic, q̄ oēs isti fuerunt numerati in diebus Ieroboam, & Ioathan: ideo vtrique fuerunt in ambabus computationibus: & tñ hoc non p̄t esse si fuerit vna computatio istarū tpe primi Ieroboam: ideo vr̄ q̄ fuit tempore secundi. Et hoc tenendum est, quia alias non posset bene saluari litera, quę dicit oēs hi numerati sunt in diebus Ioathan regis Iudę: & in diebus Ieroboam regis Israel. Ad primā rōnem in p̄rium dicendum, q̄ rōnabilius erat accipi Ieroboam pro primo, q̄ pro secūdo, qñ non apparet pro quo accipiatur: & quia tamē hic indirecte apparet accipi debeat pro secundo Ioathā, non accipiet pro primo. Ad secundā dicendum, q̄ aliqñ ex causis nouiter emergētibus fit computatio frequenter in breui tpe, sicut in secundo anno ab exitu de Aegypto facta est computatio oīum Israelitarū in deserto: anno quadragesimo ab exitu de Aegypto facta est alia computatio. Num. 26. potissimè, qa hic potest esse satis magnum tempus inter vnam cō putationem, & aliam, vt si dicamus primam computationem istarum fuisse factam primo anno regni Ieroboam, & secundam fuisse factam anno vltimo regni Ioathan: nam fuit tps intermedium nonaginta, & quinque annorum. Quod patet quia a principio regni Ieroboā vsque ad principium regni Ozię fuerunt anni 27. 4. Reg. 15. Ozias autem regnauit annis quinquaginta duobus: eod. cap. & Ioathan annis decem, & sex: eod. cap. qui sunt nonaginta, & quinque. Sed adhuc dicendū, q̄ nō fuerunt tot anni inter vnā cōputationē, & aliā, qa nō posset idē homo tpe illo viuere in principatu annis nonagintaquinque.

An verum sit, quòd viri de tribu Gad habitauerint in terra Galaad. Quæst. XXIIII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, q̄ viri de tribu Gad habitauerūt in terra Galaad: nam terra Galaad possessa fuit a dimidia tribu Manasse: Deuter. 3. & Iosue. 13.

Respondendum, ꝙ terra Galaad est quędam pro- F
uincia magna, quæ est in circuitu cuiusdam montis nomine Galaad, & ille mons protenditur ab Oriente in Occidentem, & vna medietas terrę Galaad est ad partem Meridianam montis illius, & alia medietas est ad partem Aquilonarem: illa autem medietas, quę est Merid ana fuit data tribui Ruben, & Gad: medietas autem Aquilonaris fuit data tribui Manasse, vt patet Deuteron. 3, scilicet, terram possedimus vsq; ad mediam partem montis Galaad, & ciuitates illius dedi Rubē, & Gad: reliquam autem partem Galaad tradidi dimidię tribui Manasse.

Idem patet Iosue 13. vbi in sorte dimidię trib⁹ Manasse ponitur medietas terrę Galaad, & cum hic dicitur, quòd isti principes habitauerunt in terra Galaad, G
intelligitur de illa medietate, quę est ad Meridiem montis.

An principes Gad habitauerint in Basan. *Quæst. XXV.*

QVAERITVR Vlterius quomodo dicit hic, ꝙ habitauerunt isti principes Gad in Basan, quia ista terra pertinuit ad mediam tribum Manasse: Deuteronom. 3. & Iosue 13. Aliquis dicet, ꝙ sic fuit de Basan, sicut de terra Galaad, scilicet, ꝙ eēt diuisa in duas partes, & vna medietatem haberet tribus Gad, & aliam medietatem dimidia tribus Manasse.

Sed dicendum, ꝙ non stat, quia totam terram Basan tenuit dimidia tribus Manasse. Deuter. 3. scilicet. H
Reliquam autem partem Galaad, & omnem Basan regni Og tradidi dimidię tribui Manasse. Aliquis dicet, ꝙ verum est, ꝙ Manasses tenuit omnem Basan, quę erat in terra regis Og, sed non omnem Basan absolutè, quia aliqua pars Basan erat extra regnum Og, & patet, quia litera dicit: Deuter. 3. & omnem Basan regni Og. Sed dicendum est, ꝙ hoc non stat, quia tota terra Basan erat intra regnum Og; vt patet Iosue 12. scilicet, Og dominatus est in monte Hermon, atque in vniuersa Basan, vsque ad terminos Gessuri: ergo non potest poni talis distinctio de Basan, sicut ponebatur de terra Galaad. Sed dicendum est, quòd to- I
ta terra Basan erat in regno Og, & illa data est dimidię tribui Manasse, & tamen aliqua pars parua illius data est tribui Gad, & illa quasi pro nulla computatur: ideo dicitur, quòd dimidia tribus Manasse habuit totam terram Basan, eo quòd per defectū istius particulę nihil videbatur deficere dimidię tribui Manasse de tota Basan, & illa pars paruula erat, quę nūc tenebatur a tribu Gad, in qua habitabant isti principes filij Ruben. Hic incipit Esdras enarrare historiā illam, quę supra inchoata est de bello Israelitarum contra Agarenos, quia ibi tacta est, sed non enarrata, & dicitur.

Filij Ruben, & Gad, & dimidię tribus Manasse, viri bellatores, scuta portantes, & K
gladios, & tendentes arcum, eruditique ad prędia quadraginta quatuor millia, & septingenti sexaginta procedentes ad pugnam. Dimicauerunt contra Agarenos. Ithuræi verò, & Naphæi, & Nodab præbuerunt eis auxilium. Traditique sunt in manus eorum Agareni, & vniuersi, qui fuerunt cum eis, quia Deum inuocauerunt, cum prælіarētur, & exaudiuit eos, eo quòd credidissent in eum. Ceperuntque omnia, quę possederant Camelorum quinquaginta millia, & ouiū ducenta quinquaginta millia, asinos duo millia, & animas hominum centum millia. Vulnerati autem multi corruerunt. Fuit enim bellum Domini. Habitaueruntque pro eis vsque ad transmigrationem.

Filij Ruben, & Gad, & dimidæ tribus Manasse. Dicitur de istis duabus tribubus, & dimidia, eo quòd omnes simul habitabant in eadem terra vltra Iordanem, & quòd omnes istę simul pugnauerunt contra Agarenos, vt patet hic. Quæst. 27.

Viri bellatores. Idest, viri apti ad bellum, & exercitati in armis, & maximè competit hoc tribui Gad, quia in ea erant fortissimi bellatores: vnde in benedictionibus, quas dedit Moyses super omnes tribus, quando mortuus est laudatur tribus Gad de fortitudine belli: Deuteron. 33. scilicet. Benedictus in latitudine Gad: quasi Leo requieuit, cepitque brachium, & Verticem, idest, vno ictu gladij abscidit caput, & brachium, scilicet, medietatem corporis. Etiam Iacob ī benedictionibus suis locutus est de bellis Gad, scilicet, Gad accinctus prędiabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum: Genes. 49. Vocantur isti bellatores ab actu bellandi, quia ista vice omnes simul pugnauerunt. *Scuta portantes, & gladios.* Ista erant arma, quibus maximè vtebantur isti: nam omnes agebant pedestre bellum: cum tempore, quo factū fuit istud bellum in diebus Saulis, nondum cępissent vsus equorum ad bellum in terra Israel, sed cępit iste vsus tempore Dauid, de quo declaratum est primo Reg. 13. & 2. Regum 8. In Hebręo habetur.

Scutum portantes, & gladium. Et ponitur singulare pro plurali, quia non poterant plures homines portare vnum scutum, vel vnum gladium: & sic sępe fit in Hebręo, nā mutantur numeri. *Et tendentes arcum.* Etiam iste modus pugnandi erat satis vsitatus inter antiquos, & potissimè ꝺ Agarenos, ꝺ quos pugnauerunt nunc isti Israelitę: nam pater illorum Ismahel fuit sagittarius: Gen. 21. c. Moratus est ī solitudine factusque est iuuenis sagittarius. *Eruditique ad prælia.* Omnes isti quorum summa ponitur hic, erāt experti in bellis, ideo processerunt nunc confidenter cōtra Agarenos. *Quadraginta quatuor millia, & septingenti sexaginta procedentes ad pugnam.* Scilicet, omnes, qui nunc pugnauerunt ꝺ Agarenos erant vsque ad summam istam. Verum est, ꝙ in istis duabus tribubus, & dimidia plures erant viri bellatores quàm isti, & tamen isti erant electi, cum dicantur, ꝙ erant eruditi ad prælia: ideo isti soli præcesserunt nunc ad bellum.

Dimicauerunt contra Agarenos. Non vocauerunt isti alios Israelitas in adiutorium suum ꝺ Agarenos, quia putauerunt se sufficere ad pugnādū ꝺ illos, pp robur, & experiētiā bellicā, vel fortè noluerūt vocare alios, quia si adiuuarēt eos vellēt habere partē de terra, quā tenebant Agareni, & hoc nolebant duę tribus, & dimidia, ideo neminem vocauerunt. *Ithuræi verò, & Naphæi, & Nodab præbuerunt eis auxilium.* Ista litera est ambigua, quia non vr ad quid referat illud relatiuum eis: an ad Israelitas, an ad Agarenos, iō aliq dicūt, ꝙ istę tres gentes venerunt in auxiliū Israelitarū: alij autem dicunt, ꝙ venerūt in adiutoriū Agarenorū, sed dicendū, ꝙ venerūt in auxiliū Agarenorum, & patet prīmò ex ꝺdone relatiui, qa semp debet referri ad īmediata, nisi aliud appeat ex snīa: & tñ hic agit magis īmediatè de Agarenis, ꝙ de Israelitis: iō intelligit de eis. Scdò patet, qa si duę trib⁹, & dimidia voluissent hīe aliquos

aliquos auxiliatores contra Agarenos: verisimilius A
est, quòd petiuissent illud ab alijs Israelitis cognatis suis: & tamē de illis nullus iuit in bello isto cum duabus tribubus, & dimidia: ideo null⁹ iret de extraneis, scilicet, de Ithuręis, & Naphęis. Tertiò patet, quia videtur quòd isti adiuuerint Agarenos, quia dicitur in litera, traditi sunt in manus eorum Agareni, & vniuersi, qui fuerunt cum eis: ergo auxiliatores erant Agarenorum, & non Israelitarum. Quartò patet, quia isti Ithuręi, & Naphęi erant cognati Agarenorum: immo etiam ipsi erant Agareni, vt declarabitur infra, ideo non est verisimile, quòd contra cognatos suos prębberent auxilium hostibus. Nam dato, quòd B
sit possibile, tamē verisimilius est, ꝙ prębberent auxilium cognatis suis contra hostes, quàm hostibus cōtra cognatos suos: & sic dicendum est, ꝙ isti auxiliū prębuerunt Agarenis, & non Israelitis.

Traditique sunt in manus eorum Agareni. Scilicet, victi sunt ab Israelitis, & non solum vicerunt eos occidendo, & effugando de terra, sed quod maius est, partem maximam istorum viuentem, scilicet, centum millia ceperunt hominum infra in litera, & hoc est propriè tradi in manus alterius, quando viuens quis capiatur ab hoste. *Et vniuersi, qui fuerunt cum eis.* Isti erant Ithuręi, & Naphęi, qui adiuuerunt Agarenos, & etiam ipsi occisi sunt in bello, & capti sunt viuētes C
ab Israelitis, sicut Agareni. *Quia Dominum inuocauerūt cum prælіarentur.* Scilicet, ideo pręualuerunt Israelitę contra Agarenos, quia inuocauerunt Dominum: nā cum essent in bello fortè timuerunt, & inuocauerūt eum, quia Agareni erant multi, & sic quamquam isti Israelitę essent viri fortes, & exercitati ad bellum, magis consecuti sunt victoriam ex adiutorio Dei specialiter, q̄ ex fortitudine sua, vel peritia bellica, ideo dicitur infra, quòd fuit bellum Domini. *Et exaudiuit eos.* Scilicet, adiuuando eos contra Agarenos, sicut petebāt. *Quia credidissent in eum.* Refertur ad exauditionem, idest, ideo exauditi sunt, quia habuerunt confidentiā de Deo, quòd liberaret eos, nam istud est, quòd requritur ad hoc, quòd consequatur homo a Deo quod D
petit, scilicet, quòd credat certissimè, quòd Deus faciet, scilicet, quòd facere potest, & etiam quòd tanta est sua bonitas, quòd faciet, & qui non habet istam fidem certam non potest consequi a Deo quod petit, sic patet Iacobi cap. 1. scilicet. Postulet autem in fide nihil hęsitans: qui enim hęsitat, similis est fluctui maris, qui a vento mouetur, & circunfertur: nō ergo existimet homo ille, quòd accipiat aliquid a Domino: & Christus dixit ad Apostolos, quòd propter infidelitatem suam non potuerant eijcere quendam dæmonem de corpore hominis: Matth. 17. isti Israelitæ confidenter petiuerunt nunc a Deo, & bono corde, & fortè vouerunt aliquid se daturos, sicut labes petiuit a Domino, quòd liberaret eum de manu hostiū, E
& vouit aliquid pręcedenti capit. *Ceperunt omnia, quæ possederant.* Ponitur pręda magna, quam consecuti sunt Israelitæ ex bello isto: nam occiderunt omnes Agarenos, & acceperunt eos: ideo omnia, quæ illi possidebant prouenerūt eis, idem etiam fuit de illis, quę possidebant Ithuręi, & Naphęi, qui adiuuerunt Agarenos contra Israel.

Camelorum quinquaginta millia. Magna multitudo nimis camelorum fuit, eo quòd terra illa abundat nimis in Camelis super omnes terras, & etiam in Dromedarijs, & de hoc dicitur Isa. 60. Inundatio Camelorum operiet te, Dromedarij Madian, & Epha. Et istæ terræ sunt coniunctæ terræ Chanaan, & sic veniebat ex illis inundatio Camelorum, quę operiebat terram Chanaan. In terra etiam Israel erant multi camęli, & tamen maior erat multitudo in terra Aga-

renorum, & quia nunc consecuti fuerunt isti omnes Camelos Agarenorum consecuti sunt tantam multitudinem.

Asinos duo millia. In contrarium autem fuit in bello, quod fecerunt Israelitę contra Madian: nam non ceperunt aliquem Camelum, & ceperunt sexaginta millia asinorum: Numeri 31. & animas hominum centum millia, scilicet, acceperunt centum millia hominum viuētium, cęteri autem in bello occisi sunt, & computantur hic animę, tam pro paruulis, quàm pro mulieribus, & pro viris: nam de mulieribus, & paruulis esset maior multitudo, quę euaderet, eo ꝙ isti non pugnant: de viris autem adultis plurimi perirent in bello.

Vulnerati autem multi corruerunt. Dicitur hoc ad tollendum dubium, scilicet, quòd aliquis putaret, quòd in tota terra Agarenorum, & auxiliatorum suorum non fuerunt nisi centum millia hominum, tam in paruulis, quàm mulieribus, & viris: & isti viuentes. Illi autem qui mortui sunt in bello erant plurimi.

Fuit enim bellum Domini. Idest, specialiter fuit istud bellum Dei: ponitur hoc ad tollendum dubiū, quia aliquis diceret quomodo potuerunt Israelitæ cum essent pauci, scilicet, quadraginta quatuor millia pugnare contra tantam multitudinem, & pręualere, & accipere tot captiuos? Et dicitur, quòd hoc fuit, quia bellum Domini fuit, idest, Deus adiuuit illos.

Habitaueruntque pro eis vsque ad transmigrationem. Scilicet, duę tribus, & dimidia occupauerunt terram Agarenorum occisis illis, & expulsis, & habitauerūt in illa, & durauit istud vsque ad transmigrationem, idest, vsquequo ipsi translati sunt de terra sua in terram Assyriorum.

Sciendum autem, quòd tres fuerunt transmigrationes Iudęorum. Prima fuit per Thelgatphalasar regem Assyriorum, & iste inchoauit transmigrare Israel, sed non compleuit: nam transtulit habitatores Galilęę, & terram Nephthali, & terrā Galad, in qua habitabant duę tribus, & dimidia: de hac transmigratione. 4. Re. 15. & facta est ista, dum regnaret in Israel Phacee filius Romelię, & in Iuda regnabat Ioathan. eod. cap. Secunda transmigratio fuit facta per Salmanasar regem Assyriorum. Ipse enim transtulit omnes decem tribus Israel cum rege suo Oseę filio Ela: & ex illo tempore desijt esse regnum Israel, quia nulli manserunt ferè. De hoc. 4. Reg. 17. Pauci tamen effugerunt manus Salmanasar non quidem aliqua tribus integra, sed partes tribuum, scilicet, aliqui viri de Ephraim, & aliqui de Simeon, & sic de cęteris tribubus, vt patet seq. lib. cap. 34. Et isti cum essent pauci non ausi fuerunt super se regem constituere, sed adhęserunt regno Iuda, & facti sunt tamquam pars eius, vt declaratum est. 4. Regum 23. Tertia transmigratio fuit per Nabuchodonosor regem Chaldęorum, & in hac transmigrauit totum regnum Iuda in Babylonem. s. tribus Iuda, & Beniamin, & illi, qui de alijs tribubus habitabant tunc in terra illa, & nō māserunt tunc aliqui in terra nisi viri pauci, & pauperes, vt essent agricolę, & vinitores. 4. Reg. 4. & 25. Sed ad huc ista transmigratio diuisa est in duas, quia primo transmigrauit Ioachin rex in Babylonem, & cum eo decem millia virorum. 4. Reg. 24. postea regnauit Sedecias annis vndecim, & in fine regni illius transmigrauit totus Iuda, & Beniamin per Nabuchodonosor, & Nabuzardam principem militiæ. 4. Regum vigesimoquinto. & sic sunt transmigrationes quatuor: Viri de primis duabus transmigrationibus nūquam redierunt, sed manserunt in terra Assyriorū, & manent vsque hodie. De transmigrationibus autē alijs duabus redierunt plurimi: nam post septuagin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta annos,ſicut prædixerat Ieremias.cap.25. redierunt F
omnes quotquot voluerunt redire de Babylone, qa
rex Cyrus dedit eis poteſtatem ad redeundum in Ie
ruſalem,& ędificandum templum Domino,vt patet
primo Eſdre 1. De iſta tranſmigratione,de qua dici-
tur hic,dicendum ꝙ fuit prima:nam non poteſt eſſe
tertia,neque quarta,eo ꝙ illa fuit tranſmigratio viro
rum de regno Iuda, vt declaratum eſt. Iſtę autem
duæ tribus,& dimidia erant de regno Iſrael:non etiã
fuit hoc in ſecunda tranſmigratione, quia in prima
tranſmigrauerunt habitantes in terra Galaad.quarto
Regum 15.& tamen duę tribus, & dimidia habita-
bant in terra illa,vt patet Numeri 32.& Deuteron.3. G
& ſupra in litera. Secundò patet,quia prima tranſmi
gratio facta eſt per Thelgatphalaſar. 4. Reg. 15. Se-
cunda verò per Salmanaſar.4. Regum 17. & tamen
iſta facta eſt per Thelgatphalaſar: nam dicitur infra
in litera, ꝙ propter peccata iſtorum Deus ſuſcitauit
contra eos ſpiritum Phul regis Aſſyriorum, & Thel
gatphalaſar,& trãſtulit Ruben,& Gad, & dimidiam
tribum Manaſſe:ideo manſerunt iſti in prima tranſ-
migratione,& vſque ad tempus illud tenuerunt ter-
ram Agarenorum,& tenuiſſent maioti tempore,ni-
ſi feciſſet eos tranſmigrare rex Aſſyriorum.

Quanto tempore terram Agareneorum iſti poſſe- H
derunt. *Quæſt. XXVI.*

QVAERITVR Quanto tempore poſſederunt
iſti terram Agarenorum.

Reſpondendum eſt,ꝙ fuit factum bellum tempo
re regis Saulis, ſed non conſtat, in quo tempore re-
gni eius etiam trãslati ſunt iſti Iſraelitæ tempore Ioa-
than:& tamen non conſtat,quo tempore eius:com-
putando tamen regnum vtriuſque fuerunt quaſi tre
centi,& ſexaginta anni,vt aliqui volũt,vel magis tre-
centi, & quadraginta:nam Saul regnabat cum factũ
eſt iſtud bellum, vt patet ſupra in litera. Ipſe autem
regnauit annis quadraginta. Act.2. Deinde Dauid an-
nis quadraginta.3.Regum 2.& Salomon totidem.3. I
Regum 11.Roboam autem decem,& ſeptem.3.Re
gum 14. Abias autem annis tribus, eodem lib. cap.
15. Aſa autem annis quadraginta vno: eodem capit.
Ioſaphat verò annis vigintiquinque:eodem lib.cap.
vltimo. Ioram verò annis octo. 4. Regum 8. Ocho-
zias autem anno vno:eodem cap.Athalia annis ſex:
ſequenti lib.capit.22. Ioas autem annis quadraginta.
quarto Regum 12.Amaſias verò annis vigintinouẽ:
eodem lib.cap.14.Azarias autem annis quinquagin-
ta duobus:eodem libro,capit.15. Ioathan autem an-
nis decem, & ſex:eodem capit.qui ſimul ſunt anni
trecenti quinquaginta octo,& hoc fere tempore po
tuerunt duę tribus,& dimidia poſſidere terram Aga
renorum: deinde Agareni redierunt ad poſſidendũ K
terram ſuam, vel ad quas gentes deuenerit non ap-
paret.

Quæ nam gentes fuere Ithuræi,& Naphæi.
Quæſt. XXVII.

QVAERITVR Quę fuerunt gentes iſti, quæ
habentur hic,ſcilicet,Ithurçi, & Naphçi, qui
prębuerunt auxilium Agarenis.

Reſpondent aliqui Doctores noſtri, quòd
iſte fuerunt duę gentes de habitantibus in terra Cha
naan,vel prope,quorum vna vocabatur Ithurçorũ,
de qua videtur dici Lucę 3. quòd fuit Philippus fra-
ter Herodis Terrarcha Ithurçę,& Trachonitidis re-
gionis,& ſic volunt, ꝙ gens Naphçorum fuerit alia
ſimilis,& iſti dicunt,ꝙ Ithurçi venerunt in auxilium
Iſraelitarum,quia erant in terra ſua, & ſic quando di
citur in litera Ithurçi,& Naphçi prębuerunt eis au-
xilium:intelligunt iſti de Iſraelitis: nam ſecundum
literam videtur poſſe referri ad vtrumque:alij autem
tenent,ꝙ Ithurçi,& Naphçi fuerunt filij Iſmahelis:
ideo dicunt, ꝙ iſti Agareni,quibus prębuerunt auxi
lium non fuerunt filij Agar deriuati per Iſmahelem,
ſed fuerunt filij Ceturæ,quę eſt eadem cum Agar,&
iſtud tenent Hebrei,& ſic cum fuerint ſex filij Ceturæ putant,ꝙ ex omnibus illis,vel ex aliquibus eorum
nominati fuerint Agareni.Alij tenent ꝙ iſti Ithurçi,
& Naphçi fuerint filij Iſmahelis, & etiam Agareni
fuerint filij eius, & tamen dicunt, ꝙ vocantur Aga-
reni illi,qui de Iſmahele deſcenderunt per vnum fi-
lium eius Cedina.

Dicendum tamen,ꝙ nulla iſtarum trium poſitio-
num eſt conueniens,ſed eſt addenda quarta,ſcilicet,
ꝙ Ithurçi,& Naphçi fuerunt filij Iſmahelis,& etiam
Agareni fuerunt filij eius, & nominantur Agareni
omnes filij Iſmahelis,qui fuerunt duodecim princi-
pes: Geneſ.25. & ſupra primo: & ab his nominatæ
ſunt gentes duodecim, vel familię, & omnes erant
Agarenorum,quod patet,quia Agareni dicuntur ab
Agar, & illa fuit mater Iſmahelis: Geneſ.16. & 21.
ideo neceſſe eſt omnes filios Iſmahelis vocari Aga-
renos:Ithurçi autem,& Naphçi ſunt filij Iſmahelis,
quia Ithurçi appellantur ab Ithur, & Naphçi a Na-
phis,& iſti fuerunt duo filij Iſmahelis,ſupra primo,&
Geneſ.25.

Dicendum tamen ꝙ non vocantur Ithurçi,& Na
phçi hic Agareni, eo ꝙ gentes, contra quas pugna-
bant Iſraelitę vocantur Agareni,& ſi Ithurçi, & Na-
phçi venerunt in auxilium Agarenorum, & ni-
hil per hoc declararetur:ideo gentium illarum,quas
pugnabant Iſraelitę non expreſſa ſunt nomina ſpe-
cialia,ſed vocati ſunt Agareni nomine generali.Iſta-
rum autem duarum gentium expreſſa ſunt nomina
propria,ſcilicet,ꝙ eſſent Ithurçi, & Naphçi, quam-
quam etiam eſſent Agareni. Alia etiam cauſa fuit,
quia hic ponuntur tres gentes, quę prębuerunt auxi-
lium Agarenis,ſcilicet,Ithurçi,& Naphçi,& Nodab:
& duę primę gentes ſunt Agareni:tertia autem non,
quia non venit ab aliquo de duodecim filijs Iſmahe-
lis:ideo non potuit hic dici conuenienter, ꝙ Agare-
ni prębuerunt eis auxilium, quia non erant omnes
Agareni,ſed poſita fuerunt nomina propria iſtarum
gentium, vt per hoc ſciatur, qui eſſent Agareni, &
qui non:iſta poſitio eſt vera. Alię autem tres nõ poſ-
ſunt ſtare. De prima patet,quæ dicebat Ithurços, &
Naphços fuiſſe gẽtes venientes in auxiliũ Iſraelitarũ:
nã manifeſtũ eſt,ꝙ Ithurçi dicũtur ab Ithur, & Na-
phçi a Naphis,& tamen Ithur,& Naphis ſunt filij Iſ-
mahelis,& nepotes Agar,ideo non poterant eſſe gẽ
tes alienigenarum. Item non ſtat,quia dicitur,ꝙ ve-
niebant iſti in auxiliũ Iſraelitarũ, & tñ probatum eſt
ſupra,ꝙ non veniebant in auxiliũ eorum,ſed in auxi
lium Agarenorum. Secunda poſitio non ſtat, quia
iſta vult,ꝙ Agareni ſint de filijs Ceturę, & ꝙ Cetu-
ra,& Agar ſint eadem mulier:& tamen iſtud impro-
batum fuit ſupra in quadam quęſtione. Tertia poſi-
tio non ſtat, quia iſta vult,ꝙ deſcenderint tam Ithu-
rçi, & Naphæi, q̃ Agareni per Iſmahelem ab Agar,
& tamen volunt, ꝙ ſolum vocarentur Agareni de-
ſcendentes ab vno filio Iſmahelis, ſcilicet, Cedina:
hoc tamen eſt rationabile, quia Agareni vocantur
propter Agar, & tamen Agar fuit mater reſpectu
omnium deſcendentium de Iſmahele, quia fuit ma-
ter Iſmahelis,ideo omnes filij Iſmahelis vocabuntur
Agareni, & ſic tenendum eſt.

An

An bellum iſtud fuerit bellum Domini.
Quæſt. XXVIII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur
hic,ꝙ bellum iſtud fuit bellum Domini.

Reſpondendum,ꝙ loquendo generaliter
omnia bella ſunt bella Dei, eo ꝙ non pen-
det ex voluntate humana,vel ex fortitudine, ꝙ euen
tus bellorum talis,vel talis ſit,ſed ſicut Deus iudicat,
ita fit.Sic patet 1.Macha.3.ſcilicet,ſicut fuerit volun-
tas Dei in cœlo ſic fiet,ideſt, non eſt in poteſtate no-
ſtra,ſed in poteſtate Dei cęli, ꝙ moriamur in bello,
vel ꝙ prevaleamus:dicuntur tamen aliqua bella ſpe-
cialiter fieri a Deo,quando ipſe agit totum quod age
re deberet hoſtis.Sic enim dicitur Exo.14.Dominus B
pugnabit pro vobis, & vos tacebitis:Ideſt ipſe faciet
totum bellum contra hoſtes, & vos manebitis in ſi-
lentio,nihil faciẽtes. Sic enim dicitur Ioſue 10. quòd
quando ſtetit Sol pugnauit Deus pro Iſraelitis: & ſic
etiam vocantur aliqua bella ſpecialia Domini: vnde
eſt quidam liber bellorum Domini.Num.21.Hic au
tem fuit ſic,quia Deus fecit aliquid ſpecialiter pro Iſ-
raelitis ad conferendum eis victoriam, quam alias
fortè non habuiſſent,& hoc poterat eſſe,quòd incu-
teret timorem cordibus Agarenorum,vt non aude-
rent ſtare coram facie Iſraelitarum. Sic enim facie-
bat Deus, quando pugnabant Iſraelitę contra Cha-
nanęos:Exodi 23.& Deuteronom.7. ſcilicet, Terro- C
rem meum mittam in pręcurſum tuum,& occidam
omnem populum,ad quem ingredieris.Vel poterat
Deus dare Iſraelitis vires magnas,& animoſitatem,
vt auderent pugnare cõtra Agarenos,& prevalerẽt,
quod aliàs viribus ſuis non facerent: ſic patet Deute.
8.ſcilicet. Ne dicas in corde tuo, fortitudo mea, &
robur manus meę hęc mihi omnia preſtiterunt,ſed
recorderis Domini Dei tui, quòd ipſe vires tibi præ-
buerit,vt impleret pactum ſuum.Vel poterat hoc fie
ri,quòd Deus percuteret Agarenos quadam cęcitate
vel turbatione animi,ita vt non poſſent ſe defendere
ab Iſraelitis dato quòd eſſet paucitas Iſraelitarum.
De cęcitate patet in Syrijs, qui venerunt mandato
Benadad regis Syrię ad capiendum Eliſęum, & per- D
cuſſit eos Deus cęcitate:duxitque eos Eliſęus in vr-
bem Samariç, & poſuit in manu hoſtium ſuorum,
ita vt potuiſſent omnes occidi ſine periculo.4.Regũ
6.De turbatione mentis patet in Madianitis, qui ve-
nerunt ad pugnandum contra Iſrael: nam iuit Ge-
deon ad illos per noctem cum trecentis viris haben
tibus lampades,& tubas in manibus, & turbata ſunt
caſtra Madianitarum, & ſeipſos occidebant: Iudi.7.
Sic etiam fuit in Ammonitis, Moabitis, & Idumęis,
qui venerunt ad pugnandũ contra regem Ioſaphat:
nam turbauit eos Deus,ita vt in Meridie non cogno
ſcerent ſe,& ſurrexerunt in ſe inuicem, & ſe mutuo
occiderunt ſequenti libro cap.20. Sic etiam fuit quã
do ſolus Ionathas cum armigero ſuo iuit ad pugnan E
dum contra infinitam multitudinem Philiſthinorũ:
nam turbauit Deus caſtra,& non poterant Philiſthi-
ni reſiſtere Ionathę,ſed in breui ipſe, & armiger eius
occiderunt viros viginti, & fugati ſunt reliqui, qui
erant in caſtris:primo Regum 14. vel poterat hoc fie
ri, quòd Deus terreret ipſos Agarenos in aliquo ſi-
gno ſenſibili, vtpote, quòd faceret terram tremere,
vel quòd audiretur fragor cęli, ſicut factum eſt con-
tra Philiſthinos,qui venerant ad pugnandum cõtra
Iſrael in Maſphat: nam dicitur intonuit autem Do-
minus fragore magno in die illo ſuper Philiſthijm,
& exterruit eos,& cęſi ſunt a filijs Iſrael. Vel poterat
Deus hoc facere fallendo Agarenos,ſcilicet,faciẽdo
ꝙ ipſi putarent venire contra ſe multos hoſtes in au-

A xilium Iſraelitarum: & hoc poterat dupliciter fieri.
vno modo, ꝙ audirent ſtrepitum multitudinis magnę contra ſe venientis,& neminem viderẽt, & hoc
poterat fieri,tam per diem,quàm per noctem. Per
noctem quidem ſicut fuit quando Syri obſederant
Samariam:nam fecit Deus audire ſonitum curruũ,
& equorum in caſtris Syriç,& dixerunt Syri mer-
cede cõduxit aduerſum nos rex Iſrael reges Aegyptio-
rum,& Hethęorum,& prę timore fugerunt, & reli-
querunt omnia ſua in caſtris. 4.Regum 7. Per diem
autem factum eſt quando pugnauit Dauid contra
Philiſthinos: nam fecit Deus Angelum quendam,
vel multitudinem Angelorum ambulare ſuper cacu
mina pyrorum,quando incępit Dauid pugnare, &
audiebatur magnus ſtrepitus, quaſi multi bellatores
laterent intra pyrorum arbores: & ideo territi Phili-
ſthini fugerunt.2.Reg.5.& infra 14. Poterat etiam
hoc fieri,quòd ipſi Agareni viderent venientem cõ
tra ſe magnam multitudinem, vt quia Deus faceret
apparere Angelos in corporibus aſſumptis de aere,
& quamquàm non pugnarent ſaltem terrerent Aga
renos ad hoc, quòd fugerent. Sic enim fuit quando
Syri obſederunt vrbem,in qua erat Eliſeus ad capien
dum eum:timuitque nimis puer Eliſei:nam tunc fe
cit Deus apparere multitudinem curruum, & equo-
rum igneorum, & equitum in circuitu montis ad
defenſionem Eliſei, & dixit Eliſeus plures ſunt no-
biſcum,quàm cum illis.4.Reg.6.Vel poterat fieri, ꝙ
Deus adiuuaret Iſraelitas pugnando realiter contra
Agarenos,ſicut fuit tempore quando ſtetit Sol orã-
te Ioſue: nam miſit ante hoc Deus lapides magnos
grandinis ſuper Amorrhęos in deſcenſu Bethorum,
& plures perierunt percuſſi lapidibus,ꝙ occiſi gladio
Iſraelitarum: Ioſue 10. Multi alij adhuc modi ſunt,
de quibus aliquid tactum eſt primo Regum 23.& in
quibuſdam alijs locis, & per quemlibet iſtorum po-
terat nunc iſtud bellum eſſe bellum Dei,ideſt,ſpecia
liter factum a Deo.

Filij quoque dimidiæ tribus Manaſſe poſſederunt terram a finibus Baſan vſque Baalermon,& Sanir,& montẽ Hermon. In gens quippe numerus erat. Et hi fuerãt prin cipes domus cognationis eorum: Epher,Ie-ſi,& Eliel,Ezriel,& Ieremia,& Odoia, & Ie diel viri fortiſſimi,& potentes, & nomina ti duces in familijs ſuis. Reliquerunt autem Deum patrum ſuorum.

Filij quoque. Hic ponitur tertium principale huius cap.de progenie dimidię tribus Manaſſe, & dicit Ni colaus ꝙ ponitur de illa incidentaliter, quia fuit in auxilium tribui Ruben in pugna contra Agarenos, & tamen falſum eſt, ſicut probatum eſt ſupra in illo verſu.Filij verò Gad vbi agitur de progenie Gad, & dicitur. *Filij quoque dimidiæ tribus Manaſſe.* Fuit diuiſa iſta tribus in duas medietates: nam vna medietas eius habebat pecora multa,ideo voluit cum Ruben, & Gad accipere poſſeſſionem in terra Galaad ante Iordanem: ſic patet Deuteronom.3.& Ioſue 13. eo ꝙ terra illa erat conueniens alendis pecoribus. Nu. 32. Alia medietas Manaſſe accepit poſſeſſionem in terra Chanaã ad Occidentalem partem Iordanis: ſi-mul cum tribu Ephraim.Ioſue 17. *Poſſederunt terram a finibus Baſan.* Ponitur hic locus habitationis eorum: deinde ponuntur aliqui principes, & dicitur ꝙ poſſe derunt a finibus Baſan.Eſt enim Baſan regio,vt ſupra dictum eſt, & non eſt ſenſus, quòd poſſederint a

Universidad de Deusto
Biblioteca

finibus Basan, ideſt, quòd non poſſederint terram Ba F
ſan: nam tota terra Baſan data eſt dimidię tribui Manaſſe: Deuteronо.3. & Ioſue 13. ſed eſt ſenſus, quòd poſſederunt a finibus eius, ſcilicet, ab vna extremitate eius, & ipſam totam poſſederunt: & deinde alias terras, dicitur tamen a finibus Baſan, quia Baſan erat regio maximè Aquilonaris in terra duarum tribuũ, & dimidię, quia eſt coniuncta terrę Ammonitarũ, & idem eſt, ꝙ dicatur, ꝙ poſſederunt a finibus Baſan, & ꝙ dicatur poſſederunt a finibus filiorum Ammon, & ponitur hic terminus incluſiuè, quia terra, quæ po nitur terminus poſſeſſionis, eſt pars poſſeſſionis.

Vſque Baalermon. Vnum nomen proprium eſt, ſi- G
cut Hieronymus accipit, & eſt nomen alicuius regionis, & nominatur aliquando in libro Ioſue. Sic enim patet Ioſue 11. & putant Hebręi, quòd Baalermon dicantur eſſe duę dictiones, & Baal ſit nomen appellatiuum ſignificans vallem, & Hermon ſit nomen montis, & ſic terminus iſte eſt in valle montis Hermon, & tamen dicendum eſt, quòd Baalermon eſt vnum nomen montis: ſic patet Iudic.3. ſcilicet, (Sydonium Atque Heueum, qui habitabat in Libano de monte Baalermon, vſque ad introitũ Emath:) Nam ſi voluerimus ibi accipere Baal pro valle. Dicemus de monte vallis montis Hermon, & iſtud ridiculum eſt, quia nõ facit ſententiam aliquam: ideo H
oportet, quòd Baalermon ſit ibi nomen montis.

Et Sanir. Iſte eſt alius terminus terrę dimidię tribus Manaſſe, & eſt nomen montis.

Et montem Hermon. Mons Hermon eſt alius termi nus terrę iſtius.

Sciendum tamen, quòd Sanir, & Hermon nomina ſunt eiuſdem montis, vt patet Deuteronom.3. ſcilicet. Tulimus terram de manu regũ Amorrhęorum a torrente Arnon vſque ad montem Hermon, quem Sidonij Sarion vocant, & Amorrhęi Sanir: Et ſic habet tria nomina: hic tamen dicendum, ꝙ Sanir, & Hermon ponuntur pro duobus montibus, cum ponantur tanquam duo termini terrę illius: po teſt tamen intelligi dupliciter: vno modo quòd idẽ mons ſecundum continuationem ſit Hermon, & I
Sanir: & tamen in vna parte vocatur Hermon, & in alia Sanir: & propter hoc ponuntur iſtę duę partes tanquam duo termini terrę dimidię tribus Manaſſe. Aliter poteſt dici, quòd mons Hermon vocatur etiã Sanir, & Sarion: Deuteronom.3. & tamen iſte mõs, Sanir, de quo hic dicitur, eſt alius ab illo Sanir, & Hermon, de quo dicitur Deutero.3.

Sciendum autem, quòd hic ponuntur termini terræ iſtius ab Aquilone, & Occidente: nam terra Baſan eſt terminus a parte Aquilonis, quia cõiungitur terræ filiorum Amon, vt dictum eſt. Alij autem tres termini, ſcilicet, Baalermon, & Sanir ſunt ex parte Occidentis, quod patet, quia Deuteronom.3. ponũ-
tur duo termini terræ iſtius, ſcilicet, a torrente Ar- K
non eſt in parte Orientali terrę duarum tribuum, & dimidiæ, vt colligitur Deuteronom.2. & 3. & Ioſue 12. & 13. ideo Hermon eſt in parte Occidentali, cum iſti duo termini ponantur tanquam oppoſiti: patet etiam quia Iudi.3. ponitur Baalermon terminus terræ Chanaam: & tamen non poteſt eſſe terminus terrę Chanaam, & dimidię tribus Manaſſe, niſi ſit inter vtranque, & tamen tota terra duarum tribuum, & dimidię eſt Orientalis reſpectu terræ Chanaam, vt patet Nume.32. & Ioſue primo: ergo Baalermon eſt terminus Occidentalis dimidię tribus Manaſſe: & eſt Orientalis reſpectu terrę Chanaam.

Ingens quippe numerus erat. Ideſt, magna erat multitudo dimidię tribus Manaſſe, & dicitur hoc ad reddendum cauſam ſuperioris dicti, ſcilicet, quia dimidia tribus Manaſſe accepit hæreditatem multam, quę continetur intra iſtos terminos, & hoc fuit, quia multitudo magna erat, & indigebat magna terra. Sic enim Deus dixerat: Numeri 26. Iſtis diuidetur terra iuxta numerum vocabulorum in poſſeſſiones ſuas, pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem. *Et hi fuerunt principes domus cognationis eorum*. Ideſt, iſti, qui ſequuntur, fuerunt principes in domibus, & familijs ipſorum. Domus autem eſt nomen cognationis, & eſt minor cognatio, quàm familia, & quàm tribus, vt declaratum eſt ſupra. & tamen hic non accipitur domus pro vna domo: prout eſt ſub familia: ſed accipitur domus pro tota cognatione dimidię tribus Manaſſe, & iſta non ſolum eſt maior, quàm domus, ſed etiam maior quàm familia, quia in tribu Manaſſe fuerunt familię multę, ſcilicet, octo: Num.26. & medietas iſtarum tenuit terram, de qua hic dicitur, & ſic erant quatuor familiæ: tamen nominatur hic vna domus, ſcilicet, quia congregatio iſtarum familiarum quatuor erat domus. Sic etiã interdum omnes duodecim tribus vocantur vna domus, ſicut cum dicitur domus Iacob benedicite Domino. Pſalm.113. & omnes duodecim tribus vocantur domus Iacob, quia deſcendebant de ſtirpe Iacob. *Epher, & Ieſi*. Iſte Epher non eſt Epher, de quo dicitur ſupra primo: nam ille fuit de filijs Madian, & ab illo nominati ſunt Aphricani. Etiam non eſt iſte Epher, de quo præcedenti cap. quia ille eſt de tribu Iuda, & iſte de tribu Manaſſe. Etiam iſte Ieſi non eſt ille, de quo ſupra 2. quia ille eſt de tribu Iuda, & iſte non. *Et Eliel, Ezriel, & Ieremia*. Iſte Ieremia non eſt Ieremias propheta, quia Ieremias fuit de tribu Leui: nam ſacerdos fuit de ſacerdotibus, qui morabantur in Anathoth: Iere.1. iſte autem eſt de tribu Manaſſe. Etiam iſte fuit multo tempore ante illum, ſcilicet, tẽpore Ieroboam regis Iſrael. *Et Odoia, Iediel*. Iſte Odoia non eſt ille, de quo dicitur præcedenti cap. nam ille non fuit de tribu Manaſſe, ſed Iuda, iſte autem de Manaſſe. *Viri fortiſſimi, & potentes nominati duces in familijs ſuis*. Scilicet, iſti ſeptem fuerunt principes domorum, & familiarum, & fuerunt viri potentes, quia prędrant multis de tribu earum. Hic patet, quòd domus, quę ſupra ponebatur erat collectio multarum familiarum, cum ibi diceretur, quòd erant omnes iſti principes domus cognationis, & hic dicitur, ꝙ ſunt principes in familijs.

Iſti principes, qui fuerunt, & quo tempore. Quæſt. XXIX.

QVAERITVR Qui fuerunt iſti principes, & quando. Aliquis dicet, ꝙ fuerunt principes ipſarum familiarum de tribu Manaſſe. Nã fuerunt in tribu Manaſſe familię ſeptem: Nume.26. & fuerunt principes earum ſeptem, & apparet hoc primo, quia dr hic, ꝙ iſti erant principes in familijs: & tũ proprie principes familiarum dicuntur eſſe capita, & iſti fuerunt a quibus denominatę ſunt familię Secundò patet, quia hic ponunt ſeptẽ principes, & tot fuerunt principes familiarũ iſtarũ: Nu.26. Tertiò patet, quia ponit hic vnus de principibus familiarũ. ſ. Epher, & tũ manifeſtũ eſt, ꝙ ab hoc venit familia Epheritarum 26. Dicendum tũ, ꝙ hoc non ſtat, quia nõ pñt poni iſti primi duces, & capita familiarũ, quia noĩa iſtorũ nõ cõcordãt cũ noĩbus illarũ. Nullum enim nomen concordat niſi Epher, vt patet comparando iſta nomina ad ea, quę hñt Nu.26. etiã quia poni hic nomina familiarum nihil erat ad propoſitum. Secundo patet, quia ſi ponerentur hic capita familiarum non ponerentur niſi tria, vel quatuor, quia in tota tribu Manaſſe fuerunt ſeptem familiæ:

Numeri

Numeri 26. & ſic medietas Manaſſe non poterat A
habere niſi tria, vel quatuor capita familiarum, & tamen hic ponuntur ſeptem: ideo non ſunt capita familiarum tribus iſtius. Ad primã rationem in contrarium dicendum, quòd vocantur iſti principes familiarum, & verum eſt, & tñ nõ fuerunt prima capita, ſed alij poſtea deriuati ab illis: nam omni tẽpore erãt capita familiarum aliqua ne perderetur principatus, qui fuerat à principio, & habitudo regiminis populi.

Ad ſecundam dicendum, quòd quamquàm hic fuerunt illi ſeptem, à quibus denominatę ſunt familiæ: tamen non fuerunt iſti, ſed potius ſequitur contrarium: nam ſi iſti eſſent de primis capitibus familiarum, non ponerentur hic cum immediatè tribus Manaſſe non eſſent, niſi tres, vel quatuor principes familiarum: etiam quia non conſonant nomina iſtorum, cum nominibus illorum

Ad tertiam rationem dicendum, quòd quãquàm Epher fuerit caput vnius familiæ, non ſunt iſti ſeptem capita ſeptem familiarum: nam non potuerunt capita familiarum habitare in terra iſta, eo quòd omnes illi viri mortui fuerunt in Aegypto, vel in deſerto, & tamen iſti principes, de quibus hic dicitur, habitauerunt in dimidia tribu Manaſſe in terra duorum regum Amorrhęorũ. Itẽ dicendum, quòd iſte Epher. non ſit idem cũ illo Epher de quo Nu.26. quia multi C
vocabantur ſic: ſic patet præcedenti cap. vbi quidam in ſorte Iudæ vocabatur Epher.

Item patet efficacius, quia iſte Epher habuit familiã, quæ habitauit in terra Chanaan, & nõ in terra duorum regum Amorrhæorum, quod patet, quia medietas tribus Manaſſe, de qua hic dicitur habitauit vltra Iordanem ad Orientem cum tribu Rubẽ, & Gad, vt ſupra dictum eſt: & alia medietas habitabat ad Occidentem Iordanis cum tribu Ephraim. Ioſue 17. & in ſorte illa, quæ erat poſt Iordanem habitabat familia Epheritarum. Aliqui ergo dicunt, quòd iſti principes non fuerunt capita prima familiarum, ſed fuerũt principes in familijs: eo quòd tempore quo commiſſum eſt bellum contra Agarenos, & iſti fuerunt principes tunc omnium pugnantium contra Agarenos, & hoc eſt rationabile, quia dictum fuit hic immediatè de illo bello. Aliter dicunt, quidam quòd iſti erãt principes in dimidia tribu Manaſſe eo tempore, quo translata eſt in Aſſyrios per Thelgatphalaſar, & hoc etiam eſt rationabile. Primo, quia immediatè dicitur de trãslatione iſtarum duarum tribuum, & dimidiæ in Aſſyrios. Secundò, quia poſtquàm ponũtur nomina iſtorum principum ſequitur: Reliquerunt Deum patrum ſuorum, qui ſuſcitauit contra eos ſpiritum Phul regis Aſſyriorum, & Thelgatphalaſar, & tranſtulit Ruben, & Gad, & dimidiam tribuum Manaſſe. Tertiò patet, quia ſic etiam quando computant ſupra generationes in tribu Ruben, ponitur generatio E
vſque ad Berra, & dicitur, quòd illum duxit captiuum Thelgatphalaſer rex Aſſyriorum, & ipſe fuit princeps in tribu Ruben. Aliter poteſt dici, quòd iſti principes fuerunt tempore Ieroboam regis Iſrael, & Ioathan regis Iudæ: quia tunc factæ ſunt duæ numerationes iſtarum duarum tribuum, & dimidiæ: ſicut dicitur ſupra: omnes hi numerati ſunt in diebus Ioathan regis Iudæ, & in diebus Ieroboam regis Iſrael.

Dicendum autem, quòd quãquàm qui liber iſtorum modus ſit ſatis veriſimilis, iſte tamen tertius eſt veriſimilior potiſſimè, quia duo iſtorũ poſſunt coincidere: nam illi, qui erant principes tempore Ioathan regis Iudæ fuerunt principes quando translatæ ſunt iſtæ duæ tribus, & dimidia in Aſſyrios, quia tempore Iathan regis Iudæ tranſtulit Thelgatphalaſar duas tribus, & dimidiam in Aſſyrios 4. Reg. 15. Sciendum autem, quòd quamquàm iſti ſeptem dicantur principes in familijs, non erat quilibet eorum princeps vnius familiæ, quia in iſta dimidia tribu Manaſſe non erant niſi tres, vel quatuor familiæ, & tñ hic ponuntur ſeptem principes. Erant igitur quidam illorum principes familiarũ, alij autẽ erant principes domorũ magnarum in familijs. *Reliquerunt autem Deum patrũ ſuorum*. Iſtud refertur ad duas tribus, & dimidiam, qa omnes iſtę peccauerunt: etiam verũ eſt hoc de omnibus tribubus decem Iſrael, quia peccauerunt, & translatæ ſunt in Aſſyrios, quia tamen hic agitur ſolum de duabus tribubus, & dimidia, refertur iſtud ad illas, & B
dicitur, quòd reliquerunt deum patrum ſuorũ ideſt, qui benefecerat eis ſpecialiter adducendo illos de Aegypto, & conferendo alia beneficia.

Et fornicati ſunt poſt deos populorum terræ, quos abſtulit Dominus coram eis, & ſuſcitauit Deus Iſrael ſpiritum Phul regis Aſſyriorum, & ſpiritum Thelgatphalaſar regis Aſſur: & tranſtulit Ruben, & Gad, & dimidiam tribum Manaſſe, & adduxit eos in Lahela, & in Habor, & Ara, & Fluuium, Goz ã vſque in diem hanc.

1 *Et fornicati ſunt poſt Deos populorum terræ*. Ideſt coluerunt deos gentiliũ. Accipitur fornicari in Scriptura pro colere idola per Metaphoram, quia ſicut fęmina, quæ relicto viro ſuo alteri commiſcetur, fornicatur: ita qui deſerit Deum verum, quem colere tenetur, & colit idola, dicitur fornicari cum idolis, & dicitur fornicati ſunt poſt deos populorum, ideſt, fornicati ſunt ſequendo illos. *Quos abſtulit Dominus coram eis*. Poteſt referri ad populos, vel ad deos eorum, ſcilicet, quòd Deus abſtulit populos iſtos de conſpectu Iſraelitarum, & intelligitur de Chananęis, nam ad D
introitum Iſraelitarum occidit Dominos Chananęos ſicut dicitur Exo.23. Terrorem meum mittam in prę curſum tuum, & occidam oẽm populũ, ad quem ingredieris. Vel poteſt intelligi de dijs, ſcilicet, quia Deꝰ deſtruxit deos iſtorum populorum, nam ipſe deſtruxit deos Aegypti: Num.33.cap. Nam, & in dijs eorum exercuerat vltionem. Prmus tamen ſenſus eſt melior. Significatur in hoc ingratitudo, & ſtultitia Iſraelitarum: de ingratitudine patet, quia Deus benefecerat eis auferendo iſtos populos de terra, vt illam ſibi traderet, & tamen ipſi noluerunt Deum colere, qui ſibi hoc bonum prćſtiterat, ſed deos populorum occiſorum. De ſtultitia patet, quia aliquis colitur in Deum, quia extimatur ſummum bonum, & tamen iſti Dij populorum non erant ſummum bonum, ſed miſeri, cum non potuerint liberare cultores ſuos de manu Iſraelitarum: ſtultum erat ergo tales colere deos, quibꝰ ipſi Hebręi potẽtiores erãt. Sic. n. fecit Amaſias rex Iuda qui pugnãs vicit Idumęos, & captos deos illorũ in bello adorauit, & Deus miſit Propheram ad increpandum illum, vt diceret, cur adoraſti deos, qui non liberauerunt populum ſuum de manu tua? ſequenti lib. capitu.25. *Et ſuſcitauit Deus*. Poſita fuit culpa Iſraelitarum, quia idola coluerunt: hic ponitur pęna, ſcilicet, quòd de terra ſua translati fuerunt, & hoc fuit per regem Aſſyriorum, & dicitur, quòd Deus ſuſcitauit reges Aſſyriorum contra Iſraelitas, vt transferrent eos de terra ſua. *Spiritum Phul regis Aſſyriorũ, & ſpiritũ Thelgatphalaſar regis Aſſur*. Iſti fuerunt duo reges Aſſyriorum, qui perſecuti fuerunt Iſraelitas quouſque tranſtulerunt eos in Aſſyrios. Primus fuit Phul, qui

non

non transtulit quemquam eorum, sed grauauit eos tributis. Secundus fuit Thelgatphalasar, qui transtulit duas tribus, & dimidiam, & etiam tribum Nephthali 4. Reg. 15. Vocatur vnus istorum rex Assyriorum, & alius rex Assur: & tñ idem est, quia Assyrij dicuntur ab Assur. *Et transtulit Ruben, & Gad, & dimidiam tribum Manasse.* Non solum transtulit istos, sed etiam tribū Nephtali 4. Reg. 15. Dicitur tamen hic solum de istis, quia Scriptura solum narrat hic stirpem, & gesta duarum tribuum, & dimidiæ. *Et adduxit eos in Alam, & Habor, & Ara, & fluuium Gozan.* Ista sunt loca in terra Assyriorum, ad quę translatæ sunt istę tribus, & tamē an sint nomina fluuiorum, an vrbium aut regionū, declaratum est 4. Reg. 18. vbi dicitur collocauit eos in Ala, & in Habor fluuijs Gozā. *Vsque ad diem hanc.* Idest manserūt istę duę tribus, & dimidia in terra Assyriorum, ad quam trāslatę sunt vsque ad diem hanc, idest vsque ad diē, in qua Esdras scripsit librum istū: nam nondum redierant de captiuitate, nec etiam vsque hodie redierunt, nec vnquam redibunt, quia captiuitas illarum tribuum perpetua est.

Quomodo Deus suscitauerit spiritum Phul regis Assyriorum, & Thelgatphalasar. Quæst. XXX.

QVAERITVR quomodo dicitur hic, q̄ Deus suscitauit spiritum Phul regis Assyriorum, & Thelgatphalasar: nam videtur. quòd in hoc faciebat malum, nam isti reges moti sunt ad nocendum Israelitis, & ad transferendum eos de terra sua, & in hoc malum faciebant, quia non mouebantur bono desiderio: ideo Deus mouebat eos ad malum.

Respondendum est, quòd Deus mouebat istos reges ad bonum, quia Israelitę merebantur mala multa, cum essent colentes idola, & Deus mouebat istos reges Assyriorum ad punięndum eos: iustum tamē erat istos peccātes puniri: ideo De⁹ mouebat eos ad iustū. Sed aliquis dicet, quòd isti reges Assyriorum non mouebātur ad puniendum Israelitas, quia erant idolatrę: nam etiam ipsi Assyrij erant idolatrę, sed puniebant eos ad exercendum dominium, & ad augēdam gloriam, & non putabant se a Deo adiuuari ad faciendum hoc, sed quòd in fortitudine sua faciebant istud: sic patet Isa. 10. & tamen motus, quem habebant isti reges, erat à Deo: ergo Deus mouebat eos ad malū. Responderi potest dupliciter; vno modo, quòd Deus non mouebat reges Assyriorum ad nocendum Israelitis, vel captiuandum eos: sed mouebat per modum subtractionis auxilij, & ista subtractio erat tripliciter: vno modo, quòd reges Assyriorum, & alij hostes eorum, qui potentes erant interdum desiderarent nocere eis, & tamen Deus auferebat de corde eorum cogitationes istas, & non desiderabant nocere: sic enim hostes Iudęorum non desiderabant nocere eis ter in anno. Nam ter in quolibet anno ascendebant omnes Iudęi ad tēplum Domini tam magni quàm paruuli, ita vt non relinqueretur aliquis in vrbibus nisi fœminæ, & hostes Iudęorum sciebant hoc, quia quolibet anno fiebat, & tamen nunquam volebant temporibus illis capere aliquas vrbes Iudæorum, & nec insidiabantur ad capiendum, vt patet Exo. 34. cap. cū tulero gentes à facie tua, & dilitauero terminos tuos, nullus insidiabitterrę tuę ascendēte te, & apparēte in cōspectu Domini Dei tui ter in anno. Secūdo modo fiebat hoc, quia quamquàm hostes Iudęorum desiderarent eis nocere, & possent illud facere: Deus auferebat eis opportunitatem inducendo alia negocia maiora, per quę impediretur malum, quod volebant inferre Iudęis: sic patet de Senacherib rex Assyriorū, qui disposuerat se ad destruendum Ierusalem, Ezechias autem timens consuluit Dominum super hoc, & ille respondit: noli timere, ecce ego immittam ei spiritum, & audiet nunciū, & reuertetur in terrā suā. 4. Reg. 19. & sic factum est, quia Deus fecit, quòd audiret nuncium dicentem, quòd Tharea rex Ethiopū veniebat ad pugnandum contra eum, & immisit ei Deus spiritum, idest, cogitationem, scilicet, vt iret ad pugnandum contra regem Ethiopum, & sic non pugnauit illa vice contra Ierusalem. Tertio modo Deus adiuuat, quia interdum hostes Iudęorum potentes destruere ipsos volebant destruere, & Deus resistebat illis realiter. Sic fuit in isto Senacherib, qui postea voluit delere Ierusalē, & Deus percussit exercitū eius, & coactus est fugere in terram suam. 4. Reg. 19. Ista auxilia subtrahebat nunc Deus, quia non reprimebat cogitationes regum Assyriorum de non nocendo Iudęis: etiam non auferebat eis opportunitatem nocendi inferendo alia negocia maiora, per quę impedirentur nocere illis: nec etiam resistebat nocentibus, & omnia ista faciebat quādo Israelitę erant boni: ideo nunc, cum non faceret aliquid istorum, dicebatur mouere hostes ad nocendum eis. Secundo modo potest dici, quòd Deus mouebat reges Assyriorum ad nocendum Iudęis, ita quòd realiter impelleret cor eorum ad nocendum, & aliàs forte nō mouerentur reges isti, & tamen iste motus non erat de se malus, quia poterat esse ad bonum, scilicet, vt Israelitę punirentur pro peccatis. Et si ad istam intentionem facerent reges Assyriorum non solum non peccarent, immo mererentur faciendo: Deus autem mouebat ad istum finem, quamquam non tam expresse, quia solum apparebat ipsis regibus Assyriorū, quòd desiderabant nimis punire Hebręos, & tamen nesciebant vnde proueniebat eis hoc: ideo vtebantur isto motiuo ad malum, scilicet, ad gloriam suam, & ad exercendum crudelitatem in Hebręos: Sic enim est de multis alijs, quę a Deo causantur tam in voluntate nostra, quàm in intellectu, quem nos non accipimus ad illum finem, ad quem Deus causat: De intellectu patet: nam Deus mouit intellectum Caiphę ad cogitandum, q̄ expediebat vnum hominem mori, q̄ populo, ne tota gens periret, & tamen non intellexit ipse id, quod Deus intelligebat, idest, ad illum finem, ad quem Deus, quia Deus dicebat ad hunc finem, q̄ per mortem Christi totum genus humanū saluaretur: Caiphas autem dicebat ad hanc intentionem, q̄ si non moreretur Christus, periret totus populus Ierusalem, quia venirent Romani, & tollerent locum eorum, & gentem. Ioan. 11. De voluntate autem patet, quia Deus inclinauit voluntatem Samsonis, vt desideraret accipere mulierem de filiabus Philisthinorum, & ipse nesciebat, quare inclinabatur ad hoc, sed solum videbat, q̄ inclinabatur nimis, & q̄ placebant mulieres illę in oculis eius, nec sciebat dare aliam causam voluntatis suę, vnde dixit ei pater. Nunquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum, quia vis accipere vxorem de Philisthijm, qui incircuncisi sunt? Et Samson ait: hāc mihi accipe, qa placuit oculis meis. Iudi. 14. Et tamen Deus ponens hanc inclinationem in voluntate sua, inclinabat eum ad occasionem habēdam Philisthinis nocendi, scilicet, quia cùm Samson haberet vxorem de Philisthinis iraſceretur eis, ꝓpter offensas, & puniret eos. Sic dicitur eodem cap. Parentes autem eius nesciebant, q̄ res a Domino fieret, & quęreret occasiones contra Philisthijm. Ita ergo nūc mouebat Deus spiritum regum Assyriorum contra Israelitas ad bonum, & ipsi scientes se moueri, nesciebant a quo, nec ad quem finem mouebantur, & sic Deus non mouebat ad malum. Vtraque solutio est bona, sed ista secunda est melior, & magis conuenit literæ dicenti: suscitauit Deus spiritum Phul regis Assyriorum: suscitare autem magis dicit aliquid positiuum quàm subtractonem positiui, quæ est aliquid priuatiuum.

Qui erant isti reges Assyriorum. Quæst. XXXI.

QVAERITVR Vlterius, qui erant isti reges Assyriorum, qui suscitati sunt à Deo contra Israelitas, & an sit vnus rex, vel multi.

Respondendum, q̄ ad huius euidentiam, considerandum est fuisse quatuor reges Assyriorum, qui persecuti sunt Iudæos. Primus fuit Phul & iste regnauit tempore Oziæ regis Iuda, & Manassen regis Israel, & nocuit solis Israelitis, & non regno Iuda, quod patet 4. Reg. 15. scilicet, Cūctis diebus Manassen veniebat Phul rex filiorum in Thersa, & dabat ei Manassen mille talenta argenti. Secundus fuit Thelgatphalasar, & regnauit post istum in Assyria, & in Iuda regnabat tunc Ioatham, & in Israel regnabat Phacee filius Romeliæ, iste etiam nocuit solis Israelitis, & plus nocuit quàm Phul, quia Phul solum exegit tributa magna ab Israelitis, sed non transtulit quēquam Israelitarum de terra sua in Assyrios. Thelgatphalasar autem transtulit duas tribus, & dimidiam in Assyrios, vt patet hic, & insuper tribum Nephthali, & Galilæam, & quasdam vrbes aliarum tribuum. 4. Reg. 15. Tertius rex fuit Salmanasar, & iste regnauit in Assyria tempore Osee filij Ela regis Israel, & tempore Achaz, & Ezechię filij eius regum Iuda, vt patet 4. Reg. 17. & 18. iste nocuit plusquam alij reges duo, & tamen solis Israelitis nocuit: nam ipse transtulit omnes tribus Israel cum rege suo, nec remansit aliquis de regno illo, nisi pauci, qui effugere potuerunt, nulla tamen tribus integra māsit. Quartus rex fuit Senacherib, q̄ successit isti, & ille non potuit nocere Israelitis, quia iam regnum Israel non manebat, cum translatum esset in Assyrios, sed nocuit regno Iuda: nam conatus est transferre omnes de regno Iuda in Assyrios 4. Reg. 18. Iste autem malum exitū habuit, quia exercitus suus percussus est ab Angelo, & ipse occisus fuit a duobus filijs suis. 4. Reg. 19. Sed circa hoc aliqui dubitant, & dicunt, q̄ Phul, & Thelgatphalasar, & Salmanasar fuit idem rex Assyriorum, sed vocatur diuersis nominibus, sicut multi alij viri in diuersis locis Scripturę variè appellātur. Et probāt hoc primo, quia dicitur hic, & transtulit Ruben, & Gad, & dictum fuerat de istis duobus, scilicet, Phul, & Thelgatphalasar: si tamen essent duo, diceretur de eis, & transtulerunt: ideo rex est idem. Secundo patet, quia Salmanasar nocuit plus Israelitis quam Phul, & Thelgatphalasar, vt probatum est: cum ergo Esdras agat hic de pęna inflicta Israelitis per reges Assyriorum, si isti non essent idem rex, faceret mentionem hic Esdras potius de Salmanasar, q̄ de aliquo alio, & tamen nihil dicit, ergo videtur, q̄ sit idem, q̄ Thelgatphalasar, & Phul. Dicendum est, q̄ non sunt isti duo reges idem, sed oportet poni quatuor reges differentes, sicut supra declaratum est, & probatum fuit hoc. 4. Reg. 15. & apparet adhuc primo, quia hic ponūntur Phul, & Thelgatphalasar, si tamen esset idem rex, non poneretur nisi vnum nomen: nam licet aliquis habeat diuersa nomina, & appelletur variè in diuersis locis Scripturæ, tamen in eodem loco non appellatur nisi vno nomine, & tamen hic ponuntur duo simul: ergo sunt duo viri. Secundo patet, quia dicitur Phul regis Assyriorum, & Thelgatphalasar regis Assyriorum. Si tamen esset idem rex dato, q̄ vellet Scriptura ponere duo nomina simul eiusdem, sicut dicimus Marcus Tullius Cicero, & significant eundem virum, tamen non poneret regis nisi semel: ita vt diceretur suscitauit Deus spiritum Phul Thelgatphalasar regis Assyriorum, & Thelgatphalasar regis Assyriorum: ergo duo reges sunt. Tertio patet, quia ponitur hic coniunctio copulatiua, scilicet, Phul, & Thelgatphalasar: & tamen ista semper facit diuersitatem realem: ideo sunt duo. Quartò patet, quia dicitur suscitauit Deus spiritum Phul, & spiritum Thelgatphalasar, & sic sunt duo spiritus, si tamen esset idem rex solum poneretur semel spiritus, ideo dicendum, quòd isti duo reges differunt inter se, & etiam Salmanasar differt ab eis eadem ratione, & Iosephus 9. antiqui. Ponit istos reges distinctos. Ad primam rationem in contrarium dicendum, q̄ quamq̄ isti sint duo reges, dicitur singulariter transtulit, quia vnus eorum solum fecit hoc. Nam Phul non transtulit aliquos Israelitas de terra, sed solum imposuit tributa: Thelgatphalasar autem transtulit istas duas tribus, & dimidiā, & de eo dicitur, transtulit, sicut supra declaratum est.

A secundam rationem dicendum, q̄ non fit hic mentio de Salmanasar quamq̄ sit distinctus ab istis, & etiam nocuerit Israelitis magis q̄ isti, quia hic non agit Esdras de tota translatione Israelitarum in Assyrios, sed de translatione duarum tribuum, & dimidię: istæ autem trāslatæ sunt per Thelgatphalasar Phacee regis Israel, & non per Salmanasar: postea autem tēpore Osee regis Israel Salmanasar transtulit totum Israel residuum: ideo non oportuit hic fieri mentionem de Salmanasar, sed de Phul, & Thelgatphalasar, qa soli isti duo nocuerūt duabus tribub⁹, & dimidię.

CAP. VI.

ELII I Leui, Gerson, Caath, & Merari filij Caath, Amram, Isaar, Hebron, & Oziel. Filij Amram Aaron, Moyses, & Maria: filij Aaron Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar. Eleazar genuit Phinees, & Phinees genuit Abi sue. Abisuc verò genuit Bocci, & Bocci genuit Ozi, Ozi genuit Zaraiam, & Zaraias genuit Meraioth. Porro Meraioth genuit Amariā, & Amarias genuit Achitob, Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Achimaas, Achimaas genuit Azariā, Azarias genuit Iohānam, Iohannam genuit Azariam. Ipse est, qui sacerdotio functus est in domo, quam ædificauit Salomon in Ierusalem.

Dicto in precedentibus de stirpe duarum tribuū, & dimidię, & eius actibus, hic dicitur de stirpe Leuitica, & de accidentibus eius, & diuiditur in tria, quia primo agitur de stirpe Leuitarum.

Secundo de officijs eorum. ibi. *Isti sunt quos constituit.*

Tertio de habitaculis ipsorum, ibi. *Et hæc habitacula eorum.*

Prima in duas, quia primò agitur de stirpe Sacerdotum.

Secundò de progenie Leuitarum, ibi. *Filij ergo Leui.*

An

An hic sit ordo continuus ad præcedentia. Quæst. I.

QVAERITVR Circa primum an sit hic ordo continuus ad præcedentia. Respondendum sicut dicebatur in alijs, quòd ordo propriè consideratur in historijs, vbi sunt patres historiæ, quæ ad se habent naturalem habitudinem, quia vna præcessit aliã tempore: hic autem describuntur progenies, in quibus non potest idem ordo seruari, eo quòd non dependet vna progenies ex alia. Esset autem quidam ordo, si progenies illorum hominum, qui prius tempore fuerunt, prius ponerentur, & tamen etiam hoc non seruatur hic, quia præcedenti cap. positę fuerunt aliquę generationes duarum tribuum, & dimidię, qui fuerunt prope tempus regis Ezechie. Hic autem G incipiunt progenies tribus Leui à principio, scilicet, antequam descenderet Iacob in Aegyptum, & tamẽ inter ista tempora trã sierunt multi anni plures quàm octingenti: immo plures, quàm mille, sicut probatur præcedenti cap. in quadam quæstione. Dicendum ergo, quòd nullus alius ordo est hic, nisi quòd Esdras describit hic progenies omnium Israelitarum tribuũ, & postquam descripsit progeniem, & actus vnius tribus: incipit describere progeniem & actus alterius, & cum posuerit supra de tribubus duabus, & dimidia, subiungit hic de tribu Leui.

Quare post duas tribus, & dimidiam ponitur de tribu Leui. Quæst. II.

H

QVAERITVR vlterius quare ponitur de tribu Leui post duas tribus, & dimidiam: nam videtur hic seruari aliquis ordo. Triplex enim ordo esse potest in tribubus: vnus est secundũ natiuitatem ipsorum filiorum Iacob, qui sunt capita tribuũ & alius est secundum dignitatem, & alius est secundũ cohabitationẽ, vel sortem. Primus istorum non seruatur hic: nam Leui non fuit natus post Manasse, nec post Gad, de quibus dicitur immediatè supra, sed ante omnes illos, quia ipse fuit tertius filius Iacob, & antequam Lia pareret quatuor filios, non concepit Rachel, nec aliqua ancillarum: Gen. 29. & 30. potissime, quia Manasses non fuit filius Iacob, sed nepos, & ideo natus est multo tempore post omnes filios suos. Se- I cundus ordo, scilicet, dignitatis non seruatur hic, quia nõ fuit tribus Gad, & Manasse dignior tribu Leui: nã tribus Leui nõ ponebat inter xij. tribus sub vexillis eorũ, sed in circuitu tabernaculi: ideo potius videbat dignior ista tribus alijs, quia ista sola admittebat ad ministeria Dei, & si quis de alijs tribubus vellet ministrare, occidebatur. Num. 3. 16. & 18. Tertius ordo, scilicet, cohabitationis non seruatur hic: nam aliquãdo inter alias tribus illę, quę propinquæ erant in sortibus habitationis, ponebantur simul: sic patet supra 4. vbi tribus Simeon ponitur post tribum Iuda, quia recepit sortem intra illam: sic etiam præcedenti capi. tribus Gad, & dimidia tribus Manasse enarrantur simul cum tribu Ruben, quia fuerunt istę duę tribus, K & dimidia in eadem sorte, vel parte terrę, & tamen non fuit sic de Leui, quia non accepit Leui habitationem specialiter cum aliqua tribu, sed erat tota progenies Leui dispersa per omnes tribus, scilicet, quòd in qualibet tribu dabantur aliquę ciuitates Leuitis ad habitandum, vt patet Iosue 21. & infra in litera: ideo nullum ordinem habet Leui ad tribum Manasse, vel Gad, de quibus immediate dicitur

Respondendum, quòd non est aliquis ordo inter tribum Manasse, de qua dr immediate ante hoc, & inter tribuum Leui, & eodẽ modo de Leui, & Gad, sed est ordo inter Ruben, & Leui, & dicendum, q̃ est hic ordo natiuitatis: nam Ruben fuit primus filius Iacob, & post eum fuit Simeon, quia ita de illo dictũ fuit supra 4. non est iam vltra dicendum. Post Simeõ sequitur Leui: ideo de eo dicitur hic: fuerunt tamen interpositę tribus Gad, & dimidia tribus Manasse, cũ prius debuisset dicere Scriptura de Leui, & hoc fuit, quia Scriptura nimis obseruat habitudinem sortis, vt patet supra de Iuda, & Simeone, qui habebant sortem simul ita præcedenti cap. cum dictum fuisset de Ruben subiunctum est de Gad, & dimidia tribu Manasse, quia illę habitabant in eadem terra cum tribu Ruben: dicto autem de illis Scriptura redijt ad continuandum ordinem natiuitatis, & ideo dicitur hic de Leui.

De quibusdam, quæ ad intelligentiam eorum, quæ hic dicuntur, debent præsupponi. Quæst. III.

QVAERITVR vlterius de quibusdam, quæ debent præsupponi ad intelligentiam eorũ, quæ dicuntur hic de tribu Leui, & scienũ, q̃ Leui habuit tres filios, scilicet, Caath, Gerson, Merari, à quibus debent denominari tres familię principalis tribus Leui, & tamen familia Caath diuiditur in duas, quia de ipsa descendit Aaron, de quo incępit quædam progenies specialis: nam Aaron, & filij sui fuerunt Sacerdotes: cęteri autem fuerunt Leuitę minoris gradus: ideo vna linea fuit in stirpe Caath, quę vocata est Aaronitarum, siue Sacerdotũ, alia erat Caathitarum, qui tenuerunt nomen familię à patre suo, & ista familia est proprie Leuitarum, quia non habebant alium gradum maiorem, q̃ q̃ erant Leuitę, & sic omissa familia Sacerdotali, quæ dignior erat manebant tres familię Leuiticę, scilicet, Caathitarum, Gersonitarum, Meraritarũ. Caathitę vocãtur à Caath, & ad istos pertinebat portare ea, quę honorabiliora erant in tabernaculo, scilicet, arcam fęderis, & altaria, & omnia vasa eorum, & portabant ea in humeris suis. Ad Gersonitas autem pertinebat portare omnia operimenta tabernaculi tam pelles quàm velamenta. Ad Meraritas autem pertinebat portare columnas, & tabulas tabernaculi, & atrij. De his patet Nu. 3. & 4. Et tamen Caathitę, qui portabant vasa recipiebant illa à Sacerdotibus velata ne ipsi viderent ea, & morerentur: Num. 4. In portatione autem aliarum rerum non erat periculum. Etiam Merarithę, & Gersonitę portabãt onera super plaustra. Caathitę autem portabant super humeros suos in vectibus, vt patet Num. 7. Et istud erat, quia onera sua erant sacra, & honorabilius portabant ab hominibus q̃ a iumentis. De his Num. 3. & 4. & 7. magis declaratum est.

Filij Leui Gerson, Caath, Merari. Isti tres fuerunt filij Leui, qui geniti sunt in terra Chanaan antequã descenderet Iacob in Aegyptum, & descenderunt cũ eo: Gen. 46. & ponunt isti tres, quia fuerunt principium oĩum generationum Leuitarum, vt tangit Exo. 6. & etiã hic debet enarrari progenies oĩum, ideo ponunt ip fi pri-

Filij Caath, Amaram, Isaar, Hebron, & Ozie. Computat hic prius progeniem Caath, quia ipse fuit caput sacerdotum cum descenderit ab eo Aaron. Iste Amram est pater Moysi, Isaar est pater Core, qui rebellauit in deserto contra Moysen, & Aaron ad vsurpandũ sum-mum sacerdotium. Hebron nomen viri est, & differt ab illo, de quo habetur supra 2. quia ille erat de tribu Iuda: iste autem est de tribu Leui, etiam Hebron aliquando est nomen loci in tribu Iuda, in quo regnauit Dauid, & vbi sepulti sunt Patriarchę. Isti quatuor filij Caath faciunt quatuor familias particulares: ideo Numeri 3. vocantur populi Amramitarum, Isaaritarum Hebronitarum, & Ozielitarum. *Filij Amram, Aaron, Moyses, &*

Moyses, & Maria. Omittit oẽs alios filios Caath, qa illi pertinuerunt ad gradum simplicium Leuitarum, & enumerat filios Amram, quia de eo descenderunt Sacerdotes, & fuerunt isti tres filj Amram. Ponitur autẽ prius Aaron quamquàm fuerit Moyses dignior. Primo, quia Aaron erat maior ętate: nam tribus annis excellebat Moysen, quia in exitu de Aegypto erat Aron annorum octoginta trium, & Moyses erat annorum octoginta Exod. 7.

Secundum erat, quia hic ponitur progenies Sacerdotalis tanquam dignior omnibus, & tamen Aaron fuit pater Sacerdotũ, cum ipse fuerit primus, & summus Sacerdos: Moyses autem non fuit sacerdos: sed cõputatus est ipse, & filij sui inter Leuitas simplices, infra 23. ideo Aaron debuit præponi hic. Maria autem B fuit soror istorum, & fuit ætate maior vtroque, quia quando natus est Moyses, & expositus fuit in flumine habens solum tres menses, Maria mansit à longe considerando quid eueniret de puero, & locuta est prudenter ad filiam Pharaonis, quæ accepit puerum: Exo. 2. & non potuisset facere Maria ea, quæ habẽtur ibi, nisi iam esset quindecim annorum, vel quasi, & tamen in natiuitate Moysi Aaron erat solum trium annorum, vt dictum fuit. ergo Maria erat maior vtroque, sed posita fuit posterius, quia erat fęmina, & illi erant viri. *Filij Aaron.* Omittuntur filij Moysi, & Marię, de filijs Marię causa est plana, quia cum ipsa esset fęmina non denominauerat familiã aliquam, sed trãsibat in familiam illius viri, à quo acciperetur in vxo- C rem. Filij autem non nominantur à matribus, sed à patribus, cum sint de familia eorum, & non matrũ. De Moyse autem quare non ponatur hic progenies eius, causa est, quia filij sui computantur inter Leuitas minores: infra 23. & filij Aaron computantur inter Sacerdotes, & ista est linea dignior, ideo omisit filios Moysi, vt enarraret filios Aaron. *Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar.* Isti quatuor erant filij Aaron, & fuerunt consecrati in Sacerdotes cum eo in monte Sinai: Exod. 29. & Leui. 8. Nadab, & Abiu erãt antiquiores, ideo nimis honorabiliores erant in populo, & cõputabantur inter seniores, sic dicitur Exo. 24. scilicet, Moysi dixit Deus: Ascende ad Deum tu, & Aaron, & D Nadab, & Abiu, & septuaginta seniores Israel. Et non fuerunt ibi Eleazar, & Ithamar: ideo non reputabantur isti ita honorabiles, sicut Nadab, & Abiu. Isti duo primi filij Aaron mortui sunt in principio Sacerdotij sui: nam consecrati fuerunt per septem dies, in quibus non ministrauerunt: Leui. 8. quia tot diebus durabat consecratio Sacerdotum. deinde die octauo vocauit eos Moyses, & iussit, q̃ facerent sacrificia, & fuit illa prima dies ministrationis eorum, & in illa mortui sunt: nam errauerunt in ministrando, quia obtulerunt ignem alienum: Leui. 10. Manserunt autem alij duo, scilicet, Eleazar, & Ithamar, & isti duo fuerunt Sacerdotes, sed quia Eleazar erat antiquior, fuit ipse summus Sacerdos, & deriuati sunt ab illo summi Sacerdotes, ab Ithamar autem deriuati sunt Sacerdotes E minores. *Eleazar genuit Phinees.* Omittitur hic generatio Ithamar, eo quòd ab illo descenderunt Sacerdotes minores, & ab Eleazar pontifices, & non curatur hic de generatione Sacerdotum minorum. Iste Eleazar fuit secundus pontifex: nam mortuo Aaron in deserto in monte Or iussit Deus, quòd Moyses indueret filium eius Eleazarum vestibus Sacerdotalibus: immo, & cum nondum esset mortuus Aaron indutus fuit coram eo Eleazarus filius suus vestibus põtificalibus, vt moreretur gaudens Aaron, quòd relinquebat sibi filium suum successorem in honore: Nu. 20. *Phinees genuit Abisue.* Eleazar pater Phinees factus est Sacerdos anno quadragesimo ab exitu de Aegypto, & introiuit in terram Chanaam, vixitque toto tempore quo Iosue: ideo de morte amborum simul agitur. Fuit autem Eleazar sepultus in Gabaath, quę est ciuitas quædam in monte Ephrain, quæ pertinebat ad Sacerdotes: Iosue vlti. Et tunc accepit summum Sacerdotium Phinees, qui fuit tertius pontifex: Iste est, qui occidit in deserto Zambri principem tribus Simeon coeuntem cum Madianitide, & perfodit vtrumque pugione in locis genitalibus. Nu. 25. & ob hoc placatus est Deus ab ira sua, & promisit ei Sacerdotium æternum eodem cap. iste cępit esse pontifex in principio temporis iudicum, vnde ipse, & Othoniel primus iudex fuerunt contemporanei.

Abisue vero genuit Bozi. Iste Abisue non habet memoriam in Scriptura, quia non fecit aliqua gesta magnifica, vel memoratu digna, fuit autem tempore iudicum.

Bozi genuit Ozi. Iste etiam fuit tenpore iudicum, & fuerunt viri sine fama: nam nec in cultu Dei, qui ad eos præcipue pertinebat, fuerunt feruentes, cum tẽporibus suis idola colerentur in Israel.

Ozi genuit Zaraiam. De isto Ozi dicitur, quòd priuatus fuerit summo Sacerdotio, quia isti de stirpe Eleazari erant mali, & datum fuit summum Sacerdotium Heli, qui fuit de progenie Ithamar, de qua nullus summus Sacerdos fuerat, & habuit ipse Sacerdotium, & aliqui de nepotibus eius vsque ad Abiathar, qui fuit summus Sacerdos tempore Dauid, & Salomon priuauit eum summo Sacerdotio 3. Re. ca. 2. nam etiam tunc misit eum exulem in Anathot.

Et Zaraias genuit Maiaroth. Iste Maiaroth non fuit summus Sacerdos, sed quia descendebat directe de stirpe eorum, & postea etiam de stirpe eius descenderunt summi Sacerdotes, ideo ponitur hic in linea eorum. Illi autem, qui hoc tempore medio fuerunt Sacerdotes summi, non ponuntur hic, quia illi erant de stirpe Ithamar, qui non narratur hic.

Porro Maraioth genuit Amariam. Etiam iste non fuit summus sacerdos, sed habebatur tamquam Sacerdos simplex, & sic fuerunt omnes de stirpe Eleazari quousque Deus reduxit Sacerdotium ad domum Eleazari tempore Sadoch, vt infra declarabitur.

Et Amarias genuit Achitob. Alius Achitob fuit de stirpe Ithamar, & de filijs Heli summi Sacerdotis, & fuit etiam summus sacerdos: nã ipse erat pater Achimelech summi Sacerdotis, qui dedit Dauid panes, & gladium. primo Reg. 21. nam ipse vocatus est filius Achitob a Saule. primo Regum 22. sed iste Achitob, de quo hic, fuit de stirpe Eleazari, & non fuit summus Sacerdos.

Achitob genuit Sadoc. Iste Sadoc fuit tempore cuius reductum est summum sacerdotium ad domum Eleazari: nam tempore suo occisi fuerunt à Saule omnes Sacerdotes de stirpe Heli proprer Achimelech, qui dederat Dauid panes, & gladium, & tunc nõ potuit aliquis succedere de stirpe illa, quia nullus manebat, eo quòd vnus, qui manserat, scilicet, Abiathar fugit ad Dauid. primo Regum vigesimo secundo, & vigesimo tertio, & dato, quòd mansisset aliquis de stirpe illa in regno Saulis, non permisisset Saul, quòd ille esset summus sacerdos, eo quòd erant sibi nimis exosi viri de stirpe illa. Redijt ergo sacerdotium summum ad domum Eleazari, & quia tunc erat Sadoc viuens de linea Eleazari factus est summus Sacerdos ipse, & sic redijt summum sacerdotium ad stirpẽ Eleazari, & mansit semper postea in illa, & de hoc dixerat Deus, primo Regum 2. Suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meã faciat, & ędificabo ei domum fidelem, idest, domum perpetuam: hoc autem dicebatur ad Heli summum

sacerdotem

sacerdotem de domo Ithamar, scilicet, quòd Sacerdotium non mansurum esset semper in stirpe eius, quia rediret ad domum Eleazari, in qua fuerat prius, & contigit, quòd rediret tpe Sadoc, cępit autē Sadoc esse summus Sacerdos eo tempore, quo Dauid erat profugus a facie Saulis, & mansit sic vsque ad mortē Saulis: deinde etiam cum regnauit septē annis, & dimidio in Hebron ipse Dauid, & Isboseth filius Saulis regnaret super vndecim tribus. 2. Reg. 2. & 5. manebat Sadoc in summo Sacerdotio, sicut prius: tamē Dauid tenebat ad Ithamar, qui ad eum confugiebat in summum Sacerdotem. Postea vero toto reducto regno in manum Dauid, ipse noluit priuare Sadoc summo Sacerdotio, quod competeret ei ex progenie, & quia Deus prænunciauerat, quòd reduceretur summum Sacerdotium in domum Eleazari, & cessaret de domo Heli, qui erat de Ithamar. 1. Reg. 2. & tamen nunc noluit priuare Abiathar summo Sacerdotio, quia ipsum diligebat nimis, eo quòd fuisset socius eius in omnibus laboribus quando fugiebat a facie Saulis, immo si Dauid potuisset licitè potius ex desiderio suo egisset, quòd solus Abiathar esset summus Sacerdos. Vt ergo faueret ipsi Abiathar, voluit, quòd essent simul duo summi Sacerdotes, quod aliqualiter videbatur esse contra legem, quæ nicum posuerat, & sic toto tępore Dauid fuerūt isti duo Sadoc, & Abiathar summi Sacerdotes Dauid. 1. Re. 8. & 20. immo Dauid moriens ordinauit, quòd essent duo summi Sacerdotes vnus de familia Eleazar, & alius de Ithamar, & de Eleazar erat Sadoc, de Ithamar verò erat Abiathar infra 24. Et tñ iste ordo non seruatus est mortuo Dauid, cum mansissent aliquanto tempore Abiathar, & Sadoc in summo Sacerdotio, Salomon priuauit Abiathar sacerdotio, quia coniurauerat cum Adonia, & misit eum in exilium in vrbem Anathot, & extunc non fuit aliquis Sacerdos summus de stirpe eius, nec de tota domo Ithamar, sed solum de stirpe Sadoc, & ibi completum est verbum Domini contra domum Heli. 3. Reg. 2.

Sadoc genuit Achimaas. Iste Achimaas erat cursor velocissimus, & erat cursor Dauid, & iste est, de quo dicitur. 2. Reg. 18. Cucurrit Achimaas per viam Compēdij, & venit ad nunciandum Dauid de victoria Ioab contra Absalonem. Iste Achimaas filius Sadoc, & Ionatham filius Abiathar erant tempore Dauid filij duorum summorum Sacerdotum, & erant cursores eius velocissimi. Nam quando introiuit Absalom in Ierusalem fugiēte Dauid, isti duo ibant, & redibant de loco, in quo erat Dauid in Ierusalem, vt audirent ea, quæ fiebant, & isti latuerunt in puteo Bahurin, & abscondit eos mulier extenta sindone super os putei, cum sicaret ptisanas. 2. Reg. 17. & fuit postea Sacerdos iste Achimaas, & hoc fuit tempore Salomonis.

Achimaas genuit Azariam. Iste Azarias etiam fuit summus Sacerdos, & differt ab illo, de quo infra dicitur. Aliqui putāt istum fuisse Ioiada summum Sacerdotem, qui fuit Sacerdos tempore Ioas regis, & ante eum multo tempore, & ipse vnxit Ioas in regem. 4. Reg. 11. & sequenti lib. capi. 23. Sed de hoc infra dicetur.

Azarias genuit Iohanan. Iste Iohanan etiam fuit summus Sacerdos, & videtur ministrasse tempore Amasię, vel forte alicuius partis regni Ioas.

Iohanan genuit Azaria. Iste est alius Azarias, scilicet, qui fuit summus Sacerdos tempore Ozię regis Iuda, & prohibuit eum, ne vsurparet officium Sacerdotis sequenti lib. cap. 26.

Ipse est, qui Sacerdotio functus est in domo, quam ædificauit Salomon in Ierusalem. Idest iste ministrauit in templo Salomonis in Ierusalem. Alij autem Sacerdotes fuerunt, qui ministrauerunt in domibus tabernaculi Moysi, quod erat per varia loca, scilicet, aliquando in Silo, & aliquando Nobe, & postea in Gabaon, vt declaratum est primo. Reg. 7. sed postquam fuit templum Salomonis factum solū fuit ministratio in eo, & ibi ministrauit iste.

Quare fit hic mentio, quòd Azarias ministrauerit Sacerdotium in templo Salomonis. Quæst. IIII.

QVAERITVR quare dicitur de isto, cp ministrauit in templo Salomonis, nam etiam multi alij Sacerdotes summi ministrauerunt ibi. Aliquis dicet, cp ponitur de isto, quia fuit iste, qui ministrauit prius in templo isto, & sic est sensus, quòd functus est Sacerdotio in templo Domini, ideest primus omnium Sacerdotum ipse ministrauit ibi, sed dicendum, quòd hoc non stat, quia alij ministrauerunt ante istum, vt patet. Primo, quia iste fuit Azarias Sacerdos tempore Oziæ regis sequenti lib. cap. 26. Et tamen ante Oziam regem fuerunt multi reges post Salomonem, & tempore omnium illorum erant summi Sacerdotes, qui ministrabant in templo Salomonis.

Secundo patet, quia Sadoc fuit primus Sacerdos qui ministranit in templo Salomonis, nam ipse erat summus Sacerdos tempore ejus, & vnctus est in summum Sacerdotem, qñ vnctꝰ fuit Salomon in regem infra, cap. vlti. & 3. Reg. 2. Et tamen Salomon in principio regni ędificauit templum: ideo Sadoc esset primus, qui ministraret in eo. Aliquis autem dicet, quòd dicitur iste functus Sacerdotio in templo Salomonis, quia fuit vltimus eorum, qui ibi Sacerdotio functi sunt.

Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia ipse Azarias fuit tempore Ozię regis Iuda, vt supra probatum est, & tamen post Oziam fuerunt multi reges in Iuda, & tempore eorum fuerunt summi Sacerdotes multi, ideo non fuit iste vltimus.

Secundo patet, quia Helecias fuit Sacerdos tempore Iosię multo tempore post hoc. 4. Reg. 22. & sequę. lib. 34. Ipse, enim inuenit librum in domo Domini, qui lectus est coram Iosia vt patet ibidem, & tamen iste Helecias ponitur infra.

Tertio patet, quia Saraias fuit Sacerdos magnus tenpore Sedeciæ. 4. Reg. vlti. Et ipse iugulatus est coram Nabuchodonosor eodem. cap. Et Ieremias vlti. Et tamen de isto Saraia infra ponitur.

Quarto patet, & clarius, quia infra dicitur, quòd Iosedech filius Saraię egressus est quando transtulit Dominus Iudam per manum Nabuchodonosor in Babylonem: ergo omnes summi Sacerdotes, qui fuerunt ante Iosedech ministrauerunt in templo Salomonis, & sic non potuit esse vltimus Azarias.

Dicendum ergo, cp de Azarias specialiter dicitur, quod ministrauit in templo Salomonis, quia ipse fuit specialis Zelator contra regem Oziam: nam Ozias voluit vsurpare officium summi Sacerdotis, & ipse postponens timorem regis propter cultum Dei egressus est contra eum, & cum eo octoginta Sacerdotes viri fortissimi, & restiterunt regi dicentes: Non est tui officij Ozia, vt adoleas incensum Domino, sed Sacerdotum, hoc est filiorum Aarō, & quamquàm Rex comminaretur eis non curabant, & cum percussisset Deus regem lepra festinato expulerunt eum de templo sequen. lib. capitu. 26. In hoc autem fuit vir magnę virtutis, & animositatis apponendo se regi potenti sub periculo capitis: ideo laudes eius narrantur, & dicitur, quòd ipse est, qui ministrauit in templo

templo Salomonis, scilicet, dignius quàm cęteri, cum ipse magis zelauerit cultum Dei, & honorem templi, quàm omnes Sacerdotes præcedentes, & sequentes. Alia causa est, quia sequen. lib. capitu. 26 dicturus est de eo Esdras, quando agebat de rege Ozia, ideo vt intelligatur, quòd iste est ille, de quo ibi dicitur: hic quoque dicitur, quòd iste est ille, qui ministranit in templo Salomonis.

Genuit autem Azarias Amariā, & Amarias genuit Achitob, Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Sellum. Sellum genuit Helciam, & Helcias genuit Azariam, Azarias genuit Zataiam, & Zaraias genuit Iosedech. Porro Iosedech egressus est quando transtulit Dominus Iudam, & Ierusalem per manus Nabuchodonosor.

Genuit autem Azarias Amariam. De isto non habetur aliqua historia, & iste videtur ministrasse tempore Ioathan, vel saltem tempore Achaz regis cum pater suus Azarias ministrauerit tempore Ozię.

Et Amarias genuit Achibob. Etiam de isto Achibob nihil habetur, & differt iste ab illo, de quo supra dicitur, iste Achibob, vel pater eius Amarias est ille Sacerdos Vrias, qui erat tempore Achaz, cui iussit Achaz facere altare in templo ad similitudinem altaris Damasci, & ille fecit, absulitque altare Domini de loco suo, & vasa cętera posuit in pauimento extra sedes suas. 4. Reg. 16. Et fuit pessimus Sacerdos iste idolatra fauens regi in idolatria.

Achitob genuit Sadoc. Non putet aliquis, quòd repetitur hic generatio superior. Nam supra dicebatur Amarias genuit Achitob: Achitob genuit Sadoc, & sic etiam dicitur hic, quia non repetitur hic generatio, sed continuatur, & tamen contingit, quòd multi viri appellentur eodem nomine, &, quod plus est eisdem nominibus, quibus appellantur supra Auus, Pater, & Filius, appellantur etiam hic Auus, Pater, & Filius.

Et Sadoc genuit Sellum. Etiam iste Sellum fuit summus Sacerdos tempore Ezechię in principio regni eius, vt aliqui volunt, sed falsum est, quia tunc prænūciatum est contra Sobuan prępositum domus Dei, quòd Helcias filius Sellum esset aliquando summus Sacerdos, & in eo esset totus honor templi, & Sobua expelleretur de terra sua Isa. 22. Ideo magis videtur, quòd iste Selllum fuerit Sacerdos tempore regis Amon, & Manasse: nam filius eius Elcias fuit Sacerdos tempore Iosiæ regis.

Sellum autem genuit Elciam. Tempore huius Elciæ facta est restauratio templi, & iste conflauit pecuniā ad faciendum vasa: etiam ipse inuenit librum in domo Domini dum fieret ista restauratio, & misit illum ad Iosiam regem tradens Sapham scribę. 4. Reg. 22. & sequen. lib. capitu. 34. & sic fuit contemporaneus Iosię.

Elcias genuit Azariam. Iste Azarias fuit Sacerdos tempore Ioachaz regis filij Iosiæ, & tępore Ioakim regis, & alterius Ioakin regis, quia isti regnauerunt pauco tempore, scilicet, non 12. annis completis, vt colligitur. 4. Reg. 23. & 24.

Azarias genuit Saraiam. Iste Saraias fuit vltimus eorum, qui ministrauerunt in templo ędificato a Salomone, quia iste fuit tempore Sedeciæ, quando capta est Ierusalem a Chaldæis, & ductus est a Nabuchodonosor in Reblata, & ibi corā eo occisus est. 4. Reg. vlti. & Iere. vlti. *Et Saraias genuit Iosedech.* Iste Iosedech fuit de linea summorum Sacerdotum, & tamen non ministrauit in templo Salomonis, quia viuente patre suo Saraia combustum est per Nabuzardan. 4. Reg. vlti. *Porro Iosedech egressus est.* Scilicet, egressus est de terra sua, quia ductus est captiuus in Babylonē, & ibi mortuus est, habuit tamen filium nomine Iosue, vel Iesus, quod idem est, & ille redijt de captiuitate Babylonis, & fuit primus Sacerdos magnus post reditum de Babylone, sic patet primo Esdrę. cap. 3. ideo vocatur Iosue filius Iosedech, vel Iesus filius Iosedech. e. cap. & Aggei primo. & 2. & Zacha 3.

Quando transtulit Dominus Iudam, & Ierusalem. Potest accipi dupliciter Iuda, vno modo pro regno, alio modo pro tribu, accipiendo primo modo non distinguitur Ierusalem a Iuda, quia Ierusalem erat ciuitas in regno Iuda: accipiendo secundo modo distinguitur, quia Ierusalem non est in sorte Iudę, sed in sorte Beniamin: Iosue. 18. Si autem accipiatur primo modo non ponetur Ierusalem tamquam aliquid distinctum a regno Iuda, quia tamen erat caput in regno Iuda, ponitur nominatim, & aliæ vrbes sub nomine communi Iuda. Sic enim quamquàm rector alicuius populi sit vnus de populo, dicitur rector, & populus dicūt hoc, vel faciunt, quia de principali fit expressio, licet posset includi tamquam vna pars. Accipiendo secundo modo ponitur Ierusalem pro tota tribu Beniamin, & est sensus, quòd Deus transtulit Iudam, & Beniamin, & intelligitur de trāslatione in Babylonē. *Per manus Nabuchodonosor.* Scilicet ipso mandante, qa dicitur ille rem facere, qui fieri iubet, sicut dicitur Salomon ædificauit templum. 3. Reg. 6. ideſt, illud ædificari iussit. Hic finitur linea summorum Sacerdotum, qui fuerunt ante captiuitatem Babylonis, & ministrauerunt in templo Salomonis. Post hoc autem non ponitur hic linea aliqua illorum, ideo de omnibus Sacerdotibus, qui fuerunt tam a principio ab Aaron vsque ad captiuitatem Babylonis, quàm de illis, qui postea fuerunt vsque ad destructionem Ierusalē p Romanos: dicetur in fine. cap. in quadam quęstione. *Filij ergo Leui.* Hic ponitur secundū in quo describit Esdras progeniem Leuitarum minorum. Et dicendum, quòd hic omittit ipse progeniem Sacerdotum minorum, qui fuerunt tam de stirpe Eleazari, quàm Ithamar eo, quòd non erat necesse enarrari illam lineam, sed incipit progenies familiarum Leuitarum.

Quare non ponitur hic progenies Sacerdotum minorum: sicut progienies Leuitarum. Quæst. V.

QVAERITVR circa hoc quomodo Esdras subricet hic progeniē Sacerdotū minorū, & ponit progeniem Leuitarum, qui sunt in minori gradu: nam Sacerdotes minores maioris dignitatis sunt, quàm quicunque Leuitę.

Respondendum, quòd non oportuit hic agi de progenie Sacerdotum, sed de progenie Leuitarum, & non quidem tamquam Leuitæ sint digniores, sed quia volebat hic tangere Esdras de officijs tam Sacerdotum quàm Leuitarum, & hoc quantum ad omnes familias Leuitarum, ideo oportuit, quòd tangeret aliquid de quacunque familia Leuitarum, vt quādo postea poneret officia illarum, sciretur, quę erant istę familiæ positis quibusdam personis cuiuslibet illarum. Officium autem summi Sacerdotis, & minorum idem est: nisi quantum ad differentiā quarūdam cęremoniarum paucarum, de quibus declaratū est Numeri 18. Ideo ad cognoscenda officia Sacerdotum minorum sufficiebat, quòd positi fuissent Sacerdotes

Universidad de Deusto
Biblioteca

cerdotes magni. Alia causa fuit, quia hic describuntur loca data sacerdotibus, & Leuitis: & ponitur quæ loca fuerint data sacerdotibus per se, & quæ Caathitis, & quę Meraritis, & quę Gersonitis: ideo ad cognoscendum istas familias oportuit scribi aliquas progenies in qualibet earū. Non est autem sic de summis sacerdotibus respectu minorū, qa non dant alia loca maiorib⁹ Sacerdotibus, & alia minoribus, sed indistincta sunt, ideo posito de sacerdotibus maioribus non oportuit poni progeniem minorum sacerdotum, sed progeniem Leuitarum, & dicitur. F

Filij ergo Leui, Gerson, Caath, & Merari. Et hęc nomina filiorum Gerson, Lobni, & Semei, filij Caath, Amram, & Isaar, & Hebron, & Ozieli. Filij Merari, Moholi, & Muli. Hæ autem generationes Leui secundum familias eorum. Gerson Lobni filius eius. Zamma filius eius. Ioab filius eius. Addo filius eius. Zara filius eius. Zethrai filius eius. G

Filij ergo Leui, Gerson, Caath, & Merari. Repetitur generatio a capite, scilicet, a Leui, & ponuntur tres filij eius, & cuiuslibet eorum progenies texitur.

Et hæc nomina filiorum Gerson. Ponit hic prius nomina filiorum istorum trium filiorum Leui. Deinde ponit progenies eorum distinctè ibi. H

Hæ autem cognationes. Circa primum ponuntur hic prius nomina filiorum Gerson, eo quòd ipse fuit primogenitus, licet quidam contrarium asserant.

Lobni, & Semei. Ab istis venerunt duæ familiæ particulares, scilicet, Lobnitarum, & Semeitarum: vt patet Num. 3. & tangitur Num. 26.

Filij Caath. Iste erat secundus filius Leui, & tamen ab eo descenderunt maiores in dignitate, scilicet, sacerdotes, & etiam Luitę: minores qui fuerūt Caathitę, excellentiores fuerunt quàm Gersonitę, & Meraritę. Nam ipsi portabant vasa magis sacra.

Amram, Isaar, Hebron, & Oziel. Isti quatuor erāt filij Caath, & ab Amram descenderunt duæ familiæ particulares, scilicet, sacerdotalis per Aaron vna, & alia Leuitica per filios Moysi, & illi vocati sunt populi Amramitarum: Nume. 3. Isaar, Hebron, & Oziel genuerunt tres familias particulares, quæ vocantur Isaaritarum, Hebronitarum, & Ozielitarum, & omnes isti fuerunt parè Leuitę, quia non fuerunt aliqui eorum, qui haberent dignitatem superiorem, sicut quidam de Amramitis. I

Filij Merari, Moholi, & Musi. Iste Merari fuit tertius filius Leui, & ab eo fuerunt duę familiæ particulares, scilicet, Moholitarum, & Musitarum, siue Moholitica, & Musitica: Num. 3.

Hæ autem cognationes Leui. Postquam posuit filios filiorum Leui describit familias ab eis descendentes, & dicitur. K

Hæ autem cognationes Leui secundum familias eorum. Id-est iste, quæ sequuntur sunt cognationes Leui. Est enim cognatio nomen generale ad tribum, familiā, & domum, & sic dicitur, quòd istę, quę sequuntur sunt cognationes, idest, domos particulares assignatæ in familijs, quę sunt minores, quàm familię, vel accipitur cognatio pro progenie, scilicet, istę sunt generationes deriuatę in singulis familijs, & istud intendit litera, & hic non ponuntur domus, sed nominantur viri descendentes directè a capite cuiuslibet familię.

Gerson Lobni filius eius. Est hic sentētia decurtata, scilicet, ista est progenies Gerson, Lobni filius eius, scilicet, iste fuit filius immediatus. *Iaad filius eius.* Scilicet filius Lobni, & non Leui. *Zamma filius eius.* Scilicet filius Iaada. *Ioab filius eius.* Scilicet filius Zamma. *Addo filius eius.* Non est iste propheta Addo, qui scripsit diligentissime roram historiam Abię regis Iuda, sequen. lib. cap. 13. quia ille multo post fuit. *Zara filius eius.* Non est iste Zara, de quo seq. lib. cap. 14. quia ille erat Aethiops, & rex potens, iste autem est Leuita. *Zetrai filius eius.* Non est iste Zetrai, de quo habetur supra 2. qa ille erat Ismahelites, vt ibi dicitur, vel erat de tribu Iuda, vt alij volunt, & tamen nullo modo poterat esse de tribu Leui: iste autem erat Leuita.

An omnes hic nominati sint filij eiusdem viri.
Quæst. VI.

QVAERITVR De istis, qui computantur hic, quomodo sint accipiēdi, scilicet, an quòd omnes sint filij eiusdem viri, vel quòd sint secundum successionem, quòd quilibet fit filius præcedentis se. Dicendum est, quòd non sunt omnes isti eiusdem filij, scilicet, filij Gerson, sed debent accipi secundum successionem, ita quòd quilibet sit filius præcedentis se. Primo, quia hic ponuntur septē viri, & non possunt omnes isti poni filij Gerson, quia supra in litera ponuntur filij Gerson, & solum ponuntur duo, scilicet, Lobni, & Semei, etiam Nume. 3. & 4. ponuntur filij istius, & non ponuntur nisi isti duo, ideo non debet dici, quòd isti septem sint filij eius. Secundò patet, quia si isti essent filij Gerson ponerentur hic omnes filij eius, & tamen non ponitur hic nisi Lobni, & subticetur Semei, de illis duobus, qui supra appositi fuerant. Dicendum ergo, quòd non sunt omnes isti filij Gerson, sed sunt descendentes ab eo. Pro quo sciendum, quòd Gerson habuit duos filios, scilicet, Lobni, & Semei, vt patet supra in litera, & Nume. 3. & ponitur progenies vnius eorum hic, scilicet, Lobni, & subticetur progenies Semei, & omnes isti, qui ponuntur hic sunt descendētes de Lobni. Idem intelligendum est, quando computatur progenies Caath, & Merari, scilicet, quòd quandocunque dicitur filius eius intelligitur de descendentibus.

Quomodo a Gerson ponuntur isti descendentes, & vsque ad quod tempus perueniant. *Quæst. VII.*

QVAERITVR vlterius quomodo ponuntur isti descendentes a Gerson hic, & vsque ad quā progeniem, & tempus perueniant, & quare non ponuntur plures. Aliquis dicet, quòd non ponuntur hic plures, quia Esdras voluit assignare progenies Leuitarum vsque ad captiuitatem Babylonis, vel vsque ad tempus suum, & quia istę progenies peruenerunt vsque illuc non ponuntur plures. Sic enim factum est in progenie Dauid supra. 3. nam enarrata est vsque post captiuitatem Babylonis. Sed dicendum, qꝫ hoc non stat, quia hic solum ponuntur septem generationes incipiendo ab ipso Gerson, qui fuit caput ipsarum, & tamen ipsę non possunt extendi vsque ad tantum tempus, quia Gerson natus erat, quando introiuit Iacob in Aegyptum. Gen. 46. & tamē ab illo tempore vsque ad captiuitatem Babylonis fuerunt plures, quàm mille, & centum anni: nam sicut probatum est præcedenti capit. a generatione Ruben, vsque ad finem regni Ozię regis fuerunt mille, & quatuor anni, & tamen inde vsque ad captiuitatem Babylonicam fuerunt quasi mille, & septingenti anni, computando tempora regum intermediorum. Quā-

quàm

quàm ergo subtrahantur quadraginta anni, quos posset habere Ruben, quando ingressus est in Aegyptum cum Iacob, manebunt plures, quàm mille, & centum anni, & triginta, & tamen in tanto tempore necesse est, quòd transirent plus quàm quindecim generationes, & hic non ponuntur nisi septem, ideo non potuerunt istę septem generationes pertingere vsque ad captiuitatem Babylonis, & a fortiori non potuerunt peruenire vsque ad tempus Esdræ. Dicendum igitur, quòd hic ponuntur septem generationes continuatę, & tamen istę vsque ad modicum tempus pertingunt, nō curauit tamen ponere plures Esdras, quia isti fuerunt viri famosi temporibus suis, & sequentes non. *Filij Caath, Aminadab filius eius.* Hic ponitur progenies Caath secundi filij Leui, & non ponitur sic aliqua progenies continuata a Caath, sicut a Gerson, sed ponuntur multi de varijs lineis sub progenie Caath, & dicitur. *Aminadab filius eius.* Non tamen ponitur Aminadab supra inter quatuor filios Caath, nec etiam ponitur Numeri 3. vbi etiam sunt istæ progenies Leuitarum omnes. Ideo dicendum videtur, quòd iste Aminadab non sit alius a quatuor filijs Caath supra positis, sed sit aliquis eorum, qui habet duo nomina, sicut multi reperiuntur, qui habent plura nomina. A B

Filij Caath, Aminadab filius eius, Core filius eius, Asir filius eius, Elcana filius eius, Abiasaph filius eius, Asir filius eius, Thahath filius eius, Vriel filius eius, Ozias filius eius, Saul filius eius. Filij Elcana, Amasai, & Achimoth, & Elcana. Filij Elchana, Sophai filius eius, Nahath filius eius, Eliab filius eius, Ieroham filius eius, Elcana filius eius. Filij Samuel, primogenitus Vasseni, & Abia. Filij autem Merari, Moholi, Lobni filius eius, Semei filius eius, Oza filius eius, Sammaa filius eius, Haggia filius eius, Asaia filius eius. Isti sunt quos constituit Dauid super cantores domus Domini, ex quo collocata est arca, & ministrabant coram tabernaculo testimonij, canentes donec ædificaret Salomon domū Domini in Ierusalęm. Stabant autem iuxta ordinem suum in ministerio. Hi vero sunt, qui assistebant cum filijs suis de filijs Caath, Heman cantor filius Ioel, filij Samuel, filij Elcana, filij Ieroham, filij Eliel, filij Thohu, filij Suph, filij Elcana, filij Ioel, filij Mahath, filij Amasai, filij Elcana, filij Ioel, filij Azariæ, filij Sophoniæ, filij Thahath, filij Asir, filij Abiasaph, filij Core, filij Isaar, filij Caath, filij Leui, filij Israel. Et frater eius Asaph, qui stabat a dextris eius, Asaph filius Barachiæ, filij Samaa, filij Michael, filij Basaiæ, filij Melchiæ, filii Athanai, filii Zara, filii Adaia, filii Ethan, filii Zamma, filii Semei, filii Ieth, filii Gerson, filii Leui. Filii autem Merari fratres eorū, ad sinistram, Ethan C D E filius Cusi, filii Abdi, filii Maloch, filii Asabię, filii Amasię, filii Helcię, filii Amasai, filii Bonni, filii Somer, filii Moholi, filii Musi, filii Merari, filii Leui. Fratres quoque eorum Leuitæ, qui ordinati sunt in cunctum ministerium tabernaculi domus Domini. Aaron vero, & filii eius adolebant incensum super altare holocausti, & super altare thymiamatis in omne opus sancti sanctorum, & vt precarentur pro Israel, iuxta omnia, quæ præceperat Moyses seruus Dei. Hi sunt autem filii Aarō: Eleazar filius Phinees filius eius, Abisue filius eius, Bocci filius eius, Ozi filius eius, Zarahia filius eius, Meraioth filius eius, Amarias filius eius, Achitob filius eius, Sadoc filius eius, Achimaas filius eius. Et hæc habitacula eorum per vicos, atque confinia, filiorum, s. Aarō, iuxta cognationes Caathitarum: ipsis enim sorte contigerant. Dederunt igitur eis Hebron in terra Iuda, & suburbana eius per circuitum: agros autē ciuitatis, & villas Caleb filio Iephone. Porro filijs Aaron dederunt ciuitates ad cōfugiendum Hebron, & Lobna, & suburbana eius. Iether quoq;, & Esthemo cū suburbanis suis, & Helon, & Dabir cū suburbanis suis. Asan quoq;, & Bethsemes, & suburbana earū. De tribu aūt Beniamin Gabee, & suburbana eius, & Almath cū suburbanis suis, Anathoth quoq; cum suburbanis suis. Oēs ciuitates tredecim cum suburbanis suis per cognationes suas. Filijs aūt Caath residuis de cognatione sua dederūt ex dimidia tribu Manasse in possessionē vrbes decē. Porro filijs Gerson per cognationes suas de tribu Issachar, & de tribu Aser, & de tribu Nephthali, & de tribu Manasse in Basan, vrbes tredecim. Filijs aūt Merari per cognationes suas de tribu Ruben, & de tribu Gad, & de tribu Zabulon, dederunt sorte ciuitates duodecim. Dederunt quoque filii Israel Leuitis ciuitates, & suburbana earū: Dederuntq; per sortē ex tribu filiorū Iuda, & ex tribu filiorū Simeon, & ex tribu filiorū Beniamin, vrbes has, quas vocauerunt nominibus suis, & his, qui erant ex cognatione filiorū Caath, fueruntq; ciuitates in terminis eorum de tribu Ephraim. Dederunt ergo eis vrbes ad confugiendum Sichem cū suburbanis suis in monte Ephraim, & Gazer cum suburbanis suis, Iecmaam quoque cum suburbanis suis, & Bethhoron

Universidad de Deusto
Biblioteca

similiter, necnon, & Helon cum suburbanis suis, & Gethremmon in eũdem modum. Porro ex dimidia tribu Manasse, Aner, & suburbana eius, Balaan, & suburbana eius: his videlicet, qui de cognatione filiorum Caath reliqui erant. Filijs autem Gerson de cognatione dimidię tribus Manasse, Gaulon in Basan, & suburbana eius, & Astharoth cum suburbanis suis. De tribu Issachar Cedes cum suburbanis suis, & Dabereth cum suburbanis suis, Ramoth quoq;, & suburbana eius, & Anem cũ suburbanis suis. De tribu vero Aser, Masal cum suburbanis suis, & Abdon similiter, Asach quoque, & suburbana eius, & Rohob cum suburbanis suis. Porro de tribu Nephthalim Cedes in Galilæa, & suburbana eius, Ammon cum suburbanis suis, & Cariathaim, & suburbana eius. Filijs autem Merari residuis: de tribu Zabulon, Remmono, & suburbana eius, & Thabor cum suburbanis suis. Trans Iordanem quoque ex aduerso Iericho contra Orientem Iordanis, de tribu Ruben, Bosor in solitudine cum suburbanis suis, & Iassa cum suburbanis suis, Cademoth quoque, & suburbana eius, & Mephaath cum suburbanis suis. Necnon de tribu Gad, Ramoth in Galad, & suburbana eius, & Manaim cum suburbanis suis, sed & Hesebon cum suburbanis suis, & Iezer cum suburbanis suis.

Filij Caath, Aminadab filius eius. Omnes isti sequentes sunt descendentes ab isto per rectam lineam, sicut dicebatur supra de Gerson. *Core filius eius.* Scilicet, Filius Aminadab. Aliqui volunt, quòd iste Aminadab sit Isaar, siue Isuar filius Caath, & satis rationabile est: quia hic Core ponitur filius Aminadab, & tamen Core filius Isuar est, Numeri decimosexto, & hoc conuenit, quia Core de familia Caathitarum est. *Asir filius eius.* Core habuit multos filios, qui fuerunt viri boni, & Deus fecit miraculum propter illos: nam Core fuit malus surgendo contra Moysen, & Aaron, & absorptus est a terra, & tamen cum filij eius essent in tabernaculo cum illo, & aperta fuisset terra ad deuorandum Core, non absorpti sunt filij eius, sed manserunt in aere pendentes, quousque terra clauderetur, & ista est positio communis, quæ satis colligitur, Numeri vigesimosexto, scilicet, Aperuit terra os suum, & deuorauit Core, morientibus plurimis: & factum est magnum miraculum in Israel, vt Core percunte, filij illius non morerentur. Et sæpe fit mentio de istis filijs Core in libro isto, & vocantur Coritæ, vel cognationes Coritarum, infra 9. & infra 33. & 25. & 26. Hic tamen non ponitur nisi vnus de filijs eius, & per eum continuantur generationes, & hoc, quia iste erat præcipuus. *Elcana filius eius.* Aliqui putant istum fuisse patrem Samuelis Prophetæ: nam ille fuit filius Elcana, vt patet primo Regum, cap. primo. Sed nõ stat. Primò, quia pater Elcana est Ierohan, vt patet ibidem: & tamen hic pater Elcana est Asir. Secundo patet, quia iste Elcana est nepos Core, & tamen non poterat pater Samuelis esse nepos Core, quia Core mortuus est anno secundo ab exitu de Aegypto, vt declaratum est Numeri 16. & sic omnes filij sui erant iam nati: quicunque ergo illorum gigneret Elcana, necesse est, quòd gigneret eum ad plus nonaginta annis, vel quasi post exitum de Aegypto: quia in tempore illo vltra centum annos nemo poterat viuere, ad hoc quòd esset potens ad gignendum. Detractis ergo quadraginta annis, quibus manserunt Israelitæ in deserto, manebũt sexaginta anni ad plus post introitum in terram Chanaan, post quos gigneretur Elcana pater Samuelis. Sed non poterat stare, quia ab exitu de Aegypto vsque ad natiuitatem Samuelis multi anni fuerunt, scilicet plures, quàm quadringenti, vel quasi: nam genitus est Samuel viuente Heli sacerdote, & existente ipso summo sacerdote, vt patet primo Regum primo, & tamen non vixit in sacerdotio, & iudicatura, nisi quadraginta annis, primo Regum 4. Quo mortuo computatur regnum Saul simul cum tempore, quo iudicauit Samuel, quod est quadraginta annorum, Actuum 13. Deinde quadraginta anni, quibus regnauit Dauid, 2. Regum 5. & postea tres anni, quibus regnauit Salomon, antequam inciperet ædificare templum, 3. Regum 6. Quibus subtractis de quadringentis, & octoginta annis, qui fuerunt ab exitu de Aegypto vsque ad ædificationem templi, manebunt anni trecenti quinquaginta septem, & tamen ab exitu de Aegypto vsq; ad generationem Samuelis isto modo non poterant transire, nisi duæ generationes, cum omnes filij Core nati essent in exitu de Aegypto, & tamen in duabus generationibus, scilicet, Elcana filij Asir, & Samuelis filij Elcana, non poterant transire ad plus, nisi anni centum, & octoginta, vel ducenti, ideo nullo modo potuit iste Elcana esse pater Samuelis. *Abiasaph filius eius.* Scilicet, Filius Elcana. *Thahath filius eius.* Scilicet, Filius Abiasaph. *Vriel filius eius.* Vriel aliquando est nomen Angeli, & aliquando nomen viri, sicut Michael, & Gabriel. *Ozias filius eius.* Non est iste Ozias Rex filius Iuda, quia ille fuit de tribu Iuda, iste autem fuit de tribu Leui. *Saul filius eius.* Non est iste Rex primus Israel, quia ille fuit de tribu Beniamin, primo Regum nono, & decimo, iste autem fuit de tribu Leui. *Filij Elcana.* Continuauit supra progeniem Caath vsque ad Saulem, nunc redit ad ponendum progeniem vnius de posteris eius, scilicet, Elcana.

Amasai, & Achimoth, & Elcana. Isti tres sunt filij Elcana, & sic iste Elcana est filius illius Elcana, & nominatur hic iste Elcana cum progenie sua, quia descendit ab eo Samuel, vt patet infra. *Filij Elcana.* Iste est secundus Elcana, de quo immediate dictum est. *Sophai filius eius.* Scilicet, Filius Elcana. *Nahath filius eius.* Scilicet, Filius Sophai. *Eliab filius eius.* Scilicet, Filius Nahath, & non est iste Eliab frater Dauid, quia ille fuit de tribu Iuda, supra 2. Iste autem est de tribu Leui. *Ierohan filius eius.* Scilicet, Filius Eliab.

Elcana filius eius. Scilicet, Filius Ierohan. Iste Elcana est pater Samuelis. Et patet, quia immediate ponitur Samuel, & duo filij sui. Etiam patet magis, quia omnes isti, qui ponuntur hic, ponuntur etiam primo Regum primo, in progenie Elcana, quamquam aliqualiter variantur literæ in nominibus quibusdam: Ierohan enim pater Elcana vocatur ibi Ierohan, sicut hic Eliab vocatur Eliu, Nahath vocatur ibi Thohu, Sophai vocatur ibi Suph, sed istæ mutationes, consuetæ sunt in nominibus Hebræis. *Filij Samuel.* Non ponitur hic, quis sit pater Samuelis, & tamen notum est, quòd Elcana. Et dato quòd non constaret, vteremur illa regula, quæ posita est, & probata supra 4. scilicet, quòd quando ponitur aliquis in progeniebus istis, & non ponitur quis sit pater eius, debet intelligi, quòd ille, qui immediate præcessit, sit pater: & ita est hic.

Primogenitus Vasseni, & Abia. Isti duo erant filij Samuelis, & primogenitus erat Vasseni, & alius Abia, & tamen primo Regum octauo iste Vasseni vocatur Ioel, & alius vocatur Abia: isti duo fuerunt, quorum occasione ceperunt esse reges in Israel: nam Samuel iudicabat Israel, & cum senuisset, posuit duos filios suos iudices in Bersabee, qui non tenuerunt viam patris, sed secuti sunt auaritiam: ideo Israelitæ venerunt ad Samuelem, & petiuerunt regem, sicut cæteri gentes, primo Regum octauo. Ecce qualiter Esdras nunc solum continuauit stirpem istam vsque ad filios Samuelis, & non curauit extendere vsque ad tempus suum, & hoc quia isti fuerunt viri famosi, scilicet, Samuel, & duo filij sui, ideo non curauit plus extendere: quia forte non fuerunt alij viri famosi in stirpe ista.

Filij autem Merari. Iste est tertius Leui, a quo familia Meraritarum, & ponitur hic progenies sua.

Moholi filius eius. Duos filios habuit Merari, scilicet, Moholi, & Musi, & ponitur hic progenies deriuata per Moholi, & tacetur de Musi.

Lobni filius eius. Scilicet, Filius Moholi: Non est iste Lobni, ille de quo supra dicitur, quia ille est filius Gerson. *Semei filius eius.* Multi Semei ponuntur præcedentibus cap. & non coincidit iste cum aliquo illorum. Etiam non est iste Semei, de quo supra in litera: quia ille est filius Gerson, & iste est de posteris.

Merari Oza filius eius. Non est iste Oza, qui percussus est a Domino, quia tetigit arcam, quando erat in plaustro, & portabatur in ciuitatem Dauid, 2. Reg. 6. & infra 13. quia ille multo post fuit.

Aggida filius eius. Scilicet, Filius Oza. *Sammaa filius eius.* Non est iste Sammaa frater Dauid, de quo supra 2. quia ille erat de tribu Iuda, & iste de tribu Leui. *Asaia filius eius.* Scilicet, Filius Sammaa. Isti non continuantur vsque ad Esdram, sicut supra dicebatur de filijs Caath, sed computantur quædam generationes propter quosdam viros famosos, qui ibi fuerunt, & cum peruenerit linea vsque ad illos, cessat.

Isti sunt. Hic ponitur secundum principale huius cap. scilicet, de officijs Leuitarum. Et diuiditur in duo, quia primo ponitur de officijs simplicium Leuitarum, secundo de officijs sacerdotum ibi. *Aaron vero.* Circa primum dicitur. *Isti sunt quos constituit Dauid super cantores.* Non refertur ad præcedentes, quia non fuerunt omnes præcedentes cantores: cum non fuerint cantores de omnibus familijs Leuitarum, sed de quibusdam infra 15. & tamen supra ponuntur omnes familiæ Leuitarum. Secundo patet, quia illi, qui constituti sunt cantores, erant tempore Dauid, & tamen illi, qui supra ponuntur non erant tempore Dauid, sed a principio Leuitæ incepit computatio eorum: vt patet supra in litera: ideo refertur ad sequentes: nã de eis est verum, quòd fuerunt super cantores. Pro quo sciendum, quòd Dauid, cum fuerit vir valde deicola, desiderauit nimis ampliare cultum Dei, & ad hoc distinxit sacerdotes per vices suas, vt ordinate ministrarent, infra 24. Distinxit etiam Leuitas per officia sua, & fecit cantores, quos diuisit per viginti quatuor sortes, infra 25. Distinxit etiam ianitores, & thesaurarios templi, & habentes alia officia, infra 26. Et de hoc tangit hic leuiter Esdras, & ibi perfectè declarabit. In Hebræo dicitur: Isti sunt, quos constituit Dauid super manus cantantium. Vbi nos dicimus super cantores, sed idem est, scilicet, quòd isti haberent potestatem super alios. *Ex quo collocata est arca.* Isti cantores, de quibus infra dicitur, fuerunt positi, antequàm fieret distinctio generalis in officijs Leuitarum: nam illa distinctio facta est paulo ante mortem Dauid, quando ipse congregauit omnes principes Israel, ad ordinandum cum eis de fabricatione templi futura: ista autem ordinatio cantorum facta est modico tempore, postquàm cepit regnare Dauid super totum Israel, eo quòd facta est coram arca, quando collocata est. Pro quo sciendum, quòd Dauid in principio regni sui super totum Israel congregauit omnes principes Israelitarum, & iuit cum eis ad reducendum arcam Domini de Cariathiarim de domo Aminadab, quæ manserat ibi ex tempore, quo reducta est de terra Philisthinorũ, primo Regum sexto, & 2. Regum sexto, & infra 13. & volebat ponere eam in domo sua, & propter percussionem Oza posuit eã in domo Obededon, & post tres menses trãstulit eam in domum suam, 2. Regum sexto. Et parauit tunc sibi locum, in quo esset honorifice, & constituit Leuitas cantores, qui coram ea quotidie cantarent laudes Domini, & istos ordinauit per vices suas: de hoc infra 16. Interim autem erat tabernaculum Domini, quod fecerat Moyses in vrbe Gabaon, ideo summus sacerdos Sadoc, & sacerdotes minores, & alij Leuitæ erant ibi, ad facienda ministeria Domini, eodem cap. & durauit hoc quandiu arca mansit in domo Dauid, scilicet, tota vita sua, & etiam plusquam decem annis de regno Salomonis: nam semper ibi fuit, quousque translata est inde in templum, quod fecit Salomon, tertio Regum octauo, & sequenti libro, cap. sexto. Salomon autem non finiuit templum Domini vsque ad annum decimum regni sui completum, & iam erat annus vndecimus, vt patet tertio Regum sexto, & sic fuerunt quadraginta anni, vel plures, quibus continuatus fuit iste status cantorum coram arca. Et dicitur, ex quo collocata est arca, scilicet, in domo Dauid. *Et ministrabant coram tabernaculo testimonij canentes.* Ministratio sua erat solum in canendo. Et dicitur coram tabernaculo testimonij, idest, quod fecit Moyses in deserto, & istud erat in Gabaon eo tempore, quo erat arca in domo Dauid, vt patet infra 16. ideo iussit ibi Dauid, quòd Sadoc summus sacerdos, & fratres sui starent in tabernaculo Domini in Gabaon. & offerrent ibi holocausta Domino super altare, iuxta omnia, quæ scripta erant in Moysi lege. Sed dicitur hic tabernaculum fœderis, quædam domus, quam parauerat Dauid, in qua erat arca in Ierusalem, & ista vocabatur tabernaculum testimonij, propter arcam testimonij, quæ ibi erat, & sic vbicunque esset, diceretur esse in tabernaculo testimonii, & tamẽ ablata arca, non vocaretur locus ille tabernaculum testimonij: tabernaculum tamen, quod fecerat Moyses in deserto, vocabatur tabernaculum testimonij, dato quòd non esset ibi arca. Sic patet infra 16. cum dicitur, quòd Sadoc summus sacerdos erat in Gabaon in tabernaculo testimonij, quando arca erat in domo Dauid. *In Ierusalem donec ædificaret Salomon domum Domini in Ierusalem.* Ideſt, Semper mansit arca in domo Dauid, & cantores fuerunt semper coram ea, quousque consummatum est templum Salomonis: nam tunc portata fuit arca de domo Dauid, & postea fuit in templo, tertio Regum sexto, & sequenti libro, cap. sexto. *Stabant autem iuxta ordinem suum in ministerio.* Ideſt, Ministrabant semper secundum ordinem, quem dederat eis Dauid ad ministrandum: nam distinxit eos per vices suas, infra decimosexto. *Hi vero sunt, qui assistebant cum filijs suis.* Isti omnes, qui sequuntur, & nominantur, erant patres cantorum, filij autem eorum non nominantur. *De filijs Caath Heman cantor*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tor filius Ioel, filij Samuel. Ponuntur hic cantores de omnibus familijs Leuitarum, & primo de familia Caath, & princeps cantorum in hac familia fuit Heman, qui est cantor famosus, de quo infra 25. Etiam fuit iste valde sapiens, & comparatur Salomoni in sapientia. 3. Regum 4. & fuit filius Ioel, & nepos Samuelis Prophetæ. Iste est, qui vocatur Vasseni primogenitus Samuelis, supra in litera, & hic vocatur Ioel: sic etiam vocatur 1. Regum 8. Ista fuit causa præcipua, quare Esdras continuauit supra progeniem Caath vsque ad filios Samuelis, scilicet, quia Heman filius vnius de Samuelis filijs fuit hic cantor præcipuus. *Filij Elcana filij Ierohan.* Scilicet, Samuel erat filius Elcana, & Elcana erat filius Ierohan. Hic ponitur ordo conuersus: nam supra ponebatur generatio Heman, descendendo ab ipso Caath capite familiæ vsque ad ipsum, & hic ponitur eadem generatio, ascendendo ab Heman vsque ad Caath, sed mutantur hic aliqua nomina, quantum ad aliquas literas. *Filij Eliel.* Scilicet, Ierohan erat filius Eliel. Iste vocatur Eliab, supra in litera, & primo Regum primo, vocatur Eliu. *Filij Thohu.* Scilicet, Eliel erat filius Thohu. Iste vocatur Naath, supra in litera, & primo Regum primo vocatur Thohu, sicut hic. *Filij Suph.* Iste vocatur supra in litera Sophai, & primo Regum primo vocatur Suph, sicut hic. *Filij Elcana.* Iste Elcana est alius ab Elcana patre Samuelis. Et ista fuit causa quare primo Regum primo, cum ponerentur multi aui Samuelis, scilicet, quatuor, non positus fuit quintus, quia ille vocabatur Elcana, sicut pater, & videtur coincidere, & quibusdam causaret errorem. *Filij Mahath.* Scilicet, Iste Elcana fuit filius Mahath: & tamen supra in litera non vocatur sic, nec est mirum, quia mutantur nomina, sed vocatur ibi Elcana, vel Thahath. *Filij Masai.* Iste vocatur supra in litera Amasai, & aliquando in Hebræo de principijs nominum auferuntur literæ, sicut ille, qui vocatur Aram, Ruth 4. & Matthæi primo vocatur Ram, supra 2. *Filij Elcana.* Iste est alius Elcana, quia tres viri nomine Elcana ponuntur in progenie Samuelis. *Filij Ioel.* Non est iste Ioel, de quo supra dicitur, quia ille est filius Samuelis, & iste est plusquam tritauus Samuelis, vt patet ex ordine progeniei. Iste etiam non est Ioel Propheta, quia ille fuit tempore Oziæ Regis, quando prophetauit Oseæ, vt patet in duobus prologis Hieronymi super Ioelem, & tamen iste fuit multo tempore, antequàm essent reges in Israel, & fuit ante Samuelem. *Filij Azariæ, filij Sophoniæ.* Istæ generationes subticentur supra, & diligentius eas enarrauit hic Esdras, quàm superius. Non est iste Azarias ille, de quo habetur supra in litera, quia ille fuit de sacerdotibus magnis de genere Aaron, iste autem fuit de progenie Caath. Et fuerunt quatuor summi sacerdotes, qui vocarentur Azarias, supra in litera. Etiam iste Sophonias, de quo hic, non est Sophonias Propheta: quia ille fuit non multo tempore ante captiuitatem Babylonis, scilicet, in diebus Iosiæ, vt patet Sophoniæ primo. Et tamen iste fuit multo tempore ante omnes reges Iuda, & Israel. *Filij Thahath.* Iste Thahath non est ille, de quo dicitur supra in litera, vt aliqui volunt, & tamen idem est. *Filij Assir.* Iste non nominatur sic supra in litera. *Filij Abiasaph.* Azarias fuit filius Abiasaph, & iste supra ponitur. *Filij Core.* Iste est Core, qui rebellauit contra Moysen, vt supra adductum est. *Filij Isaar.* Iste Isaar vocatur supra Aminadab, vt patet in litera: nam ibi dicitur, quòd Aminadab fuit pater Core, & hic dicitur, quòd Isaar est pater Core. *Filij Caath.* Iste est princeps familiæ vnius. *Leui.* Iste est caput totius tribus. *Filij Israel.* Iste est Iacob, & sic deducitur tota generatio ordine conuerso ab Heman vsque ad Iacob. *Et frater eius Asaph.* Refertur hoc ad Heman, scilicet, Asaph erat frater Heman, eo quòd ambo erant principes cantorum: sic enim ponuntur infra 25. Asaph, & Heman, & Idithum. Et vocantur isti fratres, non quòd essent vere fratres ex vno patre, vel matre, cum essent de duabus familijs, sed vocantur fratres, idest, participes in officio, quia ambo erant simul principes inter cantores. *Qui stabat a dextris eius.* Hic significatur ordo, quem habebant cantores in tabernaculo coram arca. Pro quo sciendum, quòd tres erant principes cantorum de tribus familijs Leuitarum, scilicet, Eman, Ethan, & Asaph. Eman erat de familia Caath, & Asaph de familia Gerson, & Ethan de familia Merari, vt patet in litera. De qualibet familia istarum erant multi cantores, & erant distincti per vices, & tamen de omnibus tribus erant quotidie simul canentes, & erant tres chori in tabernaculo illo, & in medio choro erat Heman cum filijs suis, & omnibus de familia, tanquàm maioris dignitatis. Ad partem dextram erat Asaph cum omnibus filijs suis, & alijs cantoribus suis. De familia Gerson ad partem sinistram erat Ethan cum cantoribus de familia Merari. *Asaph filius Barachiæ.* Sicut supra continuauit ordine conuerso progeniem Heman principis cantorum, ascendendo vsque ad Leui principem tribus: ita hic continuat progeniem Asaph. Iste Barachias pater Asaph non est ille, de quo dicitur Matthæi vigesimotertio, scilicet, Asanguine iusti Abel vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quia ille Zacharias, & Barachias erant sacerdotes, iste autem non erat sacerdos, sed Leuita. *Filij Samaa.* Iste non est Samaa, qui ponitur in progenie Heman supra, quia ille est de familia Caath, iste autem est de familia Gerson.

Filij Michael. Non est iste Michael, de quo habetur præcedenti cap. quia ille fuit de tribu Gad, iste autem est de tribu Leui. *Filij Basaiæ, filij Melchiæ.* Iste Basaias erat pater Michael, & erat filius Melchiæ. Iste Melchias non est Melchias, de quo supra in litera: quia ille erat summus sacerdos, & iste Leuita. Etiam ille fuit tempore Iosiæ Regis, 4. Regum vigesimosecundo, & sequenti libro, cap. vigesimoquarto, iste autem fuit multo tempore ante Dauid, cum fuerit tritauus Asaph: & tamen Asaph fuit tempore Dauid. *Filij Athanai, filij Zara.* Omnes isti computantur per successionem ascendendo. Iste Zara non est ille, de quo supra in litera, quamquam etiam ille sit de familia Gerson, sicut iste.

Filij Zamma. Alius est, qui vocatur Zamaa in familia Gerson, supra in litera. *Filij Semei.* Multi vocantur sic etiam supra in litera, sed iste non videtur fuisse aliquis istorum. *Filij Ieth.* Aliquando Ieth accipitur pro quodam filio Chanaan, qui vocatur Hethus, & a quo nominati sunt Hethæi, de quo Genesis vigesimoseptimo dixit Rebecca: Tædet me vitæ meæ propter filias Heth, idest, propter filias Hethæorum, quas accipit Esau in vxores. Hic autem accipitur pro nomine cuiusdam Leuitæ de stirpe Gerson.

Filij Gerson. Scilicet, Ieth erat filius Gerson: Habebat autem Gerson solum duos filios, scilicet, Lobni, & Semei, supra in litera, & Numeri 3. Et iste erat aliquis istorum: tamen nominatur hic alio nomine, quia multi sunt binomij, vel trinomij. *Filij Leui.* Iste erat caput totius tribus, & erat pater Gerson. *Filij autem Merari.* Hic ponitur progenies alterius principis cantorum, scilicet Ethan, q fuit de filijs Merari. Et dicitur. *Filij Merari fratres eorum.* Idest, Fratres filiorum Gerson, & Caath, de quibus dicebatur. Et non sunt fratres, tanquàm filij ex eodē patre, vel matre, qa erant a tribus familijs Leuitarū descēdentes, sed dicūtur fratres in officio, & communicatione, quia communicabant omnes simul quotidie, cantando coram arca testamenti, infra 16. *Ad sinistram.* Idest, Erat ad partem sinistram tabernaculi: nam in medio erant cantores de progenie Heman: ad dextram autem de filijs Asaph, supra in litera: ad sinistram autem de filijs Hethan, de quorum progenie hic agitur.

Ethan filius Cusi. Iste Ethan erat princeps cantorum de familia Merari tempore suo, ideo ponitur post, & erat filius Cusi. Aliqui putant, quòd iste erat ille Cusi, qui venit ad Dauid, & misit eum in Ierusalem, vt destrueret consilium Achitophel, & factum est. 2. Regum 15. & 16. & 17. Et vocatur iste Cusi Arachites, quia erat de aliqua vrbe sic nominata, & satis conueniens est, quòd ille esset, quia Cusi fuit tempore Dauid: nam iste Ethan fuit cantor institutus tempore Dauid in fine regni sui, & sic pater eius Cusi poterat esse tunc viuens, & esse amicus Dauid, sicut dicitur 2. Regum 15. & 16.

Filij Abdi. Non est iste Abdias Propheta, nec Abdias dispensator Achab regis Israel. 3. Regum 18. quia iste Abdi fuit ante Dauid, cum nepos suus Ethan fuerit contemporaneus Dauid, & tamen Abdias Propheta fuit multo tempore post Dauid, scilicet, temporibus Ioathan, & Ezechiæ, & Oziæ regis Iuda, vt declaratum est. 4. Regum 15. Abdias autem dispensator Achab etiam fuit multo tempore post Dauid, quia omnes reges Israel fuerūt post Dauid, cum nondum diuisum fuisset regnum tempore eius, ad hoc quòd inciperent duo regna, scilicet, Iuda, & Israel. *Filij Maloch.* Non est Maloch id, quod Moloch, quia Moloch est nomen idoli. Leuit. 20. & est Deus Ammonitarum, cui Salomon construxit templum propter vnam de vxoribus suis. 3. Regum 11. & vocatur aliquando Melchon. 4. Regum 23. sed hic Maloch nomen viri est. *Filij Hasabiæ.* Iste Hasabias non est ille, de quo supra dicitur. *Filij Amasiæ.* Non est iste Amasias, de quo dicitur supra 3. quia ille fuit rex Iuda, & erat de stirpe Dauid, iste autem fuit de Leuitis. Etiam ille fuit multo tempore post istum: quia omnes isti fuerunt ante Dauid, & ille Amasias fuit multo tempore post Dauid. Etiam non est iste Amasias, de quo dicitur Amos 7. quia ille erat sacerdos Bethel tempore Ieroboam regis Israel, vt patet ibidem, & sic fuit multo tempore post Dauid, iste autem fuit ante Dauid. *Filij Helciæ.* Iste Helcias non est, de quo habetur supra in litera: quia ille fuit sacerdos magnus de filijs Aaron, & iste fuit Leuita de stirpe Merari. Etiam fuit iste ante illum multo tempore, quia Helcias fuit tempore Iosiæ regis. 4. Regum 22. & sequenti libro, 34. iste autem fuit ante Dauid multo tempore. *Filij Amasia.* Non est iste Amasias, sicut Abdi non erat Abdias. *Filij Boni.* Non est iste genitiuus nominis adiectiui Bonus, sed est nomen proprium. Etiam est de quibusdam alijs nominibus Hebræis, in quibus errant quidam nostrorum putantes illa esse nomina Latina, sicut dicitur filius Gemini, 1. Regum 9. & 3. Regum 2. & putant aliqui esse genitiuum de geminus, a, um, sed falsum est: quia est nomen proprium, quod apud Hebræos dicitur Iemini. *Filij Somer.* Sic vocabatur ille, cuius erat mons, in quo ædificata est Samaria. Nam 3. Regum 16. dicitur, quòd Amri Rex Israel emit montem Samariæ a Somer duobus talentis argenti, & ædificauit vrbem, & vocauit eam nomine Somer domini montis Samariam: & ille Somer fuit multo tempore post istum, quia ille fuit tempore Amri, iste autem fuit ante Dauid magno tempore. *Filij Moholi.* Non est iste Moholi filius Merari, de quo supra in litera: quia iste est nepos Merari, & ille est filius. *Filij Musi.* Iste Musi est filius Merari, & Mohol, qui ponebatur hic, non est frater Musi, qui supra ponitur, sed est filius eius, & tamen iste nominauit filium suum de nomine fratris sui. *Filij Merari.* Iste est caput familiæ Meraritarum vnus de tribus filijs Leui, supra in litera, & Numeri 3. *Filij Leui.* Iste est caput totius tribus. *Fratres quoque eorum Leuitæ.* Idest, Istorum supra positorum erant fratres omnes Leuitæ: nam hic solum ponuntur cantores de tribus familijs Leuitarum, & præter eos erant multi alij Leuitæ deseruientes in alijs ministerijs, & erant fratres istorum, scilicet, de istismet familijs, quia inter Leuitas non erant, nisi istæ tres familiæ, quæ habentur hic. *Qui ordinati sunt in cunctum ministerium tabernaculi domus Domini.* Idest, Qui dispositi sunt ad omnia ministeria tabernaculi. Multa ministeria erant Leuitarum præter esse cantores, & omnia illa habebant alij Leuitæ, qui nominantur hic expresse, de quibus ministerijs, infra 9. & 23. & 26. Et non curauit nominare illos hic Esdras, quia isti erant præcipui propter tres principes cantorum, qui erant viri famosi, quorum progenies ponuntur hic. Ianitorum autem, & thesauriorum, & aliorum officialium templi non erant describendæ generationes, eo quòd non fuerunt inter eos aliqui viri tam famosi, sicut isti tres principes cantorum: nam etiam Prophetæ erant. Vnde Eman, qui ponitur hic primus, vocatur videns, idest, Propheta, infra 25. & etiam Asaph Propheta: vnde Psalmi sui habentur inter sacras scripturas, infra 16. & in Psalterio ponuntur multi Psalmi, qui fuerunt Eman, & Ethan, & Asaph, & Idithum, vt patet ex titulis eorum. Et dicitur hic, in ministerium tabernaculi domus Domini, idest, illius domus quam fecerat Dauid in Ierusalem, vbi poneretur arca quousque fieret templum sibi: nam in illo tabernaculo ministrabant omnes Leuitæ, cantando, & faciendo alia, quæ pertinebant ad ministeria eorum. Et non intelligitur de tabernaculo, quod fecit Moyses, quia in illo tabernaculo nullus Leuita ministrabat, sed soli sacerdotes introibant illuc, Numeri 18. & ad Hebr. 9. & ita intelligitur nunc de istis Leuitis, quia isti ministrabant in domo quam fecit Dauid, antequam ædificaretur templum Salomonis, vt patet supra in litera. Postquàm vero factum est templum Salomonis, nō licuit eis introire in domum interiorem templi, quę erat loco tabernaculi Moysi, sed soli sacerdotes ingrediebātur illuc. *Aaron vero.* Hic ponitur de officijs sacerdotum in generali, quia non determinantur aliqua particularia officia, quia illa habentur in libris Moysi. Et dicitur. *Aaron vero, & filij eius.* Istud non refertur ad ea, quæ supra dicta sunt: quia Aaron, & filij sui nunquàm fecerunt aliquod ministerium sacerdotale coram arca in domo, quam fecit Dauid, eo quòd illa fuit multo tempore post Aaron: sed refertur ad ipsa ministeria absolutè, scilicet, quòd pertinebat ad Aaron, & ad filios eius facere ista ministeria sacerdotalia, quæ habentur hic, & non pertinebat ad aliquem alium.

Adolebant incensum super altare holocausti. Accipitur hic incensum non pro thymiamate, vel aromatibus, quæ cremabantur, quia ista non cremabantur in altari holocaustorum, sed in altari thymiamatum: sed accipitur incensum pro quacunque re cremata, & significat sacrificium: nam sacrificium cremabatur in altari holocaustorum. *Et super altare thymiamatis.* In isto offerebatur incensum proprie. Ista erant duo altaria, quæ fuerunt in templo Salomonis. Altare holocausti erat, in quo cremabantur omnia genera sacrificiorum, & erat extra tabernaculum in atrio eius, & etiam in templo Salomonis erat extra ipsum templum, ita vt posset videri a populo, cum nullus illuc accederet nisi sacerdotes, vt patet Exodi 27. & 3. Regum sexto. Et istud altare erat opertum laminis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceneis in tabernaculo Moysi, & intus erat ligneum. F Exodi vigesimoseptimo, in templo autem Salomonis erat totum de ære, de quo sequenti libro, cap. 4. Secundum altare erat thymiamatis, & istud erat in tabernaculo Moysi intra ipsum tabernaculum, ita vt a nemine videretur, nisi a sacerdotibus, qui illuc introibant, & quotidie introibat bis illuc vnus sacerdos in mane, & in vespere, qui ponebat thymiama in quodam vasculo aureo, & prunas simul super altare illuc, & cremabatur ibi thymiama. Etiam ipsemet sacerdos componebat lucernas septem, quæ erant in candelabro, locando eas bis per diem, & emundando, & apponendo oleum, quando oportebat. Exodi trigesimo, In isto altari nihil aliud fiebat, nisi quòd cremabatur thymiama, & nunquam fiebat aliquod sacrificium G super illud, nec fundebatur sanguis, nisi semel in anno in die propitiationis, eodem cap. Eædem cæremoniæ fiebant in isto altari in templo Salomonis. Nam Zacharias pater Beati Ioannis legitur introiuisse illuc sorte ad offerendum incensum. Lucæ primo. Erat autem istud altare intra templum Salomonis, ita vt nemo de populo videret illud, sed solus sacerdos, qui ingrediebatur ad ministrandum.

In omne opus sancti sanctorum. Debet intelligi coniunctio, scilicet, & in omne opus, ideſt, quòd Aaron, & filij sui ministrabant in altari holocaustorum, & thymiamatum, & etiam in omne opus Sancti sanctorum, ideſt, ad omne opus sanctum, & per hoc intelliguntur omnia ministeria sacerdotalia, quæ fiebant in H Sancto sanctorum, ideſt, intra templum, siue tabernaculum. Et vocatur Sanctum sanctorum dupliciter. Vno modo pro quadam domo secretissima, in qua erat arca testamenti, & vocatur Sancta sanctorum communiter. Alio modo accipitur pro prima parte tabernaculi, in qua erat altare thymiamatis, & mensa propositionis, & candelabrum, & sic accipitur hic. Quod patet, quia si acciperetur pro Sancta sanctorum, vt est domus, in qua erat arca, non esset verum, quòd Aaron, & filij sui ministrarent ibi, quia solus Aaron, siue summus sacerdos introibat in Sancta sanctorum, & hoc semel in anno in die propitiationis, vt patet Leuitici decimosexto, & ad Hebr. 9. Ideo oportet intelligi de prima parte tabernaculi, in qua ministrabant omnes sacerdotes, vt patet ad Hebr. 9. & Exodi I vigesimoseptimo. Et intelliguntur per hoc duo ministeria alia, scilicet, positio panum in mensa propositionis, de quo Leuit. 28. & incensio lucernarum. Exodi 27. & 30. Potest etiã intelligi ad ministerium, quod erat solius summi sacerdotis, scilicet, introire in Sancta sanctorum, & istud pertinebat ad Aaron, & non ad filios eius.

Et vt precarentur pro Israel. Intelligitur istud de deprecatione, quæ fiebat in sacrificio: nam quandocunque offerebat aliquis quicquam sacerdoti, ad offerendum Domino super altare, orabat sacerdos pro illo. Maxime autem erat hoc in sacrificijs pro peccato, qa tunc dicitur, quòd oraret sacerdos pro offerente, & re- K mitteretur ei peccatum. Leuit. 4. & 5. & ista deprecatio erat proprie sacerdotum, quia ista fiebat cum oblatione sacrificiorum, & tamen nullus poterat facere cæremonias sacrificij, nisi sacerdos. Numeri 3. & 18. Ideo nullus poterat facere istam orationem. Erat etiã alia oratio specialis summi sacerdotis, quam fundebat pro toto populo in die propitiationis. Leuit. 16. Quia illa non poterat fieri per aliquem sacerdotem minorem, cum nulli liceret facere cæremonias diei illius, nisi summo sacerdoti, eodem cap. Et ideo quamquã Leuitæ orarent pro populo, cum canerent semper coram Domino, proprium officium sacerdotum ponitur hic esse oratio pro populo, sicut orationes illæ, quæ fiunt a sacerdotibus nostris, quando consecrant, sunt propriæ eis, nec licet alicui non sacerdoti vti illis.

Iuxta omnia, quæ præcepit Moyses seruus Dei. Noluit Esdras exprimere omnia ministeria sacerdotum, ideo retulit se ad libros Moysi, in quibus ista plene descripta erant. Et vocatur Moyses seruus Dei in multis locis scripturę, quia erat specialiter seruus Domini. Nam ipse Deus laudauit eum, dicens, quòd in toto populo non erat aliquis tam fidelis ei, sicut Moyses, Num. 12.

Hi autem sunt filij Aaron. Posita fuit supra sacerdotum ministratio, hic ponitur eorum generatio, & non ponitur, nisi progenies magnorum sacerdotum: nam de sacerdotibus minoribus nihil ponitur.

Eleazar filius eius. Scilicet, Filius Aaron. De alio filio suo, scilicet, Ithamar non fit hic aliqua mentio, eo quòd ab illo descenderũt sacerdotes minores solum, quamquam per accidens fuerunt pauci sacerdotes magni de progenie eius, scilicet, Heli summus sacerdos, & filij eius vsque ad Abiathar, vt supra declaratum est. Omnes isti, qui sequuntur fuerunt de stirpe Aaron per lineam summorum sacerdotum, & computati fuerunt supra, sed repetiuit eos scriptura hic vsque ad Achimaas, qui fuit filius Sadoc, vt patet in litera. Sed dicetur, quare vsque ad Achimaas fuerunt omnes enarrati, & non fuerunt continuati vlterius: nam plures sacerdotes summi fuerunt, vt patet supra in litera? Potest dici, quòd fuit computatio facta vsque ad istum, quia iste fuit, qui ministrauit in templo Salomonis prius, incipiendo ibi ministrare. Nam Sadoc pater suus ministrauit in templo Salomonis, quia ipse fuit summus sacerdos tempore Salomonis, & vnctus est, quando fuit vnctus Salomon, infra vltimo cap. & 3. Regum 2. Ipse tamen ministrauit in summo sacerdotio, priusquam esset Rex Salomon, & ædificauerit templum: nam tempore Dauid ministrauit in Gabaon, infra 16. Achimaas autem fuit primus, qui ministrauit in templo Salomonis, incipiendo ministrare, ideo vsque ad istum continuata fuit progenies. Aliter potest dici, quòd extenditur progenies vsque ad Achimaas, quia ipse fuit primus, qui ministrauit in templo Salomonis: quia dato, quòd patet eius Sadoc fuisset summus sacerdos tempore Salomonis, tamen non ministrauit in templo: quia non fuit consummatum templum vsque ad annum vndecimum regni Salomonis. 3. Regum 6. Et forte ante istos decem annos mortuus est Sadoc, & primus, qui ministrauit, fuit ipse Achimaas in templo, ideo extenditur generatio sacerdotum vsque ad ipsum.

Et hæc habitacula. Hic ponitur tertium principale huius cap. scilicet, de habitationibus Leuitarum. Pro quo considerandum, quòd Leuitæ non acceperunt aliquam sortem possessionis inter filios Israel. Quælibet enim tribus accepit vnam sortem possessionis in terra, Leuitæ autem erant vna tribus, & tamen non acceperunt possessionem aliquam: quia Deus iuserat, quòd non acciperent aliquam possessionem inter Israelitas, quia ipse erat sors eorum. Numeri 18. & Deuteronom. 18. & Iosue 13. Ideo necesse fuit, quòd darentur eis loca ad habitandum per diuersas tribus, scilicet, quòd quælibet tribus daret eis aliquas vrbes, & maior tribus dabat plures vrbes. Fuerunt autem istæ vrbes quadraginta octo distinctæ per diuersas tribus, vt patet Numeri 35. & Iosue 21. Istæ autem vrbes ponuntur hic nominatim, scilicet, quas vrbes quælibet tribus dederit. Quare autem Leuitæ non acceperũt vnam sortem terræ per se, sicut aliæ tribus: & quare dato, quòd non acciperent possessiones agrorum, sed solarum vrbium, nõ acceperunt eas simul, & nulla alia circa hoc, declaratum est satis Iosue 13. *Per fines eorum, atque confinia.* Ideſt, Fuerunt istæ habitationes eorum

eorum in diuersis locis, & confinijs terrarum: nam A non habitauerunt omnes simul, vt dictum est, sed habitauerunt dispersi per vicos, & vrbes, quæ eis assignatæ fuerunt in diuersis locis.

Filiorum, scilicet, Aaron, iuxta cognationes Caathitarum. Ideſt, Ista loca, quæ sequuntur, primo fuerunt filiorum Aaron. ideſt. sacerdotum, qui descendebant ab Aaron: & hoc iuxta cognationes Caathitarum, ideſt, diuidendo cognationes Caathitarum per se: nam erãt multæ cognationes eorum, quia Caath genuit quatuor filios, scilicet, Amram, Isaar, & Hebron, & Oziel. Ab Amaram venerũt duæ cognationes, scilicet, Sacerdotalis, & Amranitica: nam per Aarõ filium Amram deriuata fuit progenies sacerdotalis. Alij autem Amranitæ vocati sunt generali nomine Amaranitæ. Ab B Oziel, & Hebron, & Isaar venerunt tres cognationes Leuitarum: de hoc patet Numeri 3. Scilicet, Cognatio Caath habebit populos Amranitas, Isaaritas, Hebronitas, & Ozielitas. Per istas familias diuisa est quædam sors data familiæ Caath: & rursus, sicut erant quinque familiæ intra Caathitas, ita factæ sunt quinque sortes in ipsa possessione Caathitarum.

Ipsa enim sorte contigerant. Ideſt, Ista loca data fuerunt filijs Aaron, & contigerunt eis sorte, quia diuisa sunt omnia loca pertinẽtia ad possessionem Caathitarum in quinque partes per quinque sortes. Quomodo enim potuit esse, quòd diuiderentur sorte possessiones, & tamen quòd maior possessio daretur maiori familiæ, videbatur esse incompatibile: & tamen C Deus sic fieri iubebat, & declaratum est Numeri vigesimosexto.

Dederunt igitur eis Hebron in terra Iuda. Scilicet, Sacerdotibus dederunt loca ista, quæ secuntur, scilicet, Hebron fuit prima ciuitas, & ista erat in sorte Iuda. Iosue decimoquinto, Eratque de famosioribus locis totius terræ illius.

Et suburbana eius per circuitum. Vocantur suburbana spatia coniuncta vrbi, & erant duo millia passuum in circuitu cuiuslibet vrbis. Numeri trigesimoquinto. Nam cuilibet vrbi dabantur ista spatia. Hoc autem erat, quia nulla vrbs sacerdotum, vel Leuitarum habebat agros, aut vineas in circuitu, quia Leuitæ non vacabant agriculturæ: nam accipiebant redditus de D templo Domini: dabantur tamen eis suburbana duorum millium passuum in circuitu vrbis, ad alenda pecora in eis, & ad alias necessitates. Numeri 35.

Agros autem ciuitatis. Agri vocantur terræ, quæ colũtur ad seminandum, & aliquando large accipiuntur agri tam pro vineis, quàm pro terris, quæ seminantur, & istos agros non acceperunt sacerdotes, quamquam pertinerent ad vrbes.

Et villas. Vocantur villæ rura, quæ non erant murata, quæ pertinebant ad territorium Hebron.

Caleb filio Iephone. Ideſt, Dederunt ei villas, & agros. Hoc est verum de illis agris, quæ erant extra spatia duorum millium passuum: quia cæteri, qui erãt iuxta spatia ista, pertinebant ad suburbana, & destruebantur E vineæ, vel quæcunque res multæ essent in eis, ad hoc quòd fierent loca pascualia, cum solum darentur suburbana ista ad alendum pecora Leuitarum: Numeri 35. Sed erant aliqui agri intra territorium Hebron, & tamen erant extra suburbana, & isti cum ruribus, & viculis, quæ erant in circuitu vrbis dati fuerunt Caleb filio Iephone: hoc autem fuit, quia antequam diuideretur terra tota, & darentur vrbes Leuitis, Caleb, qui erat de tribu Iuda, petiuit a Iosue, quòd daret sibi vrbem Hebron in possessionem, & data fuit. Iosue decimoquarto, & decimoquinto. Postea autem diuisa est tota terra per sortes: & deinde datæ sunt vrbes Leuitis de qualibet tribu, & inter eas prima fuit Hebron, & tamen quia ista pertinebat ad tribum Iuda, & data fuerat Caleb, ne esset donatio irrita, mansit ei, quòd haberet rura, & viculos in circuitu, & omnes agros, & vineas. Sic autem fiebat de qualibet tribu, quia cum acciperentur vrbes de istis tribubus, manebant agri, & viculi pro viris, qui erant de tribu illa, & ipsæ vrbes dabantur Leuitis.

Porro filijs Aaron dederunt ciuitates ad confugiendum. Scilicet, Dederunt ciuitates istas, quæ infra sequuntur. Sed dicetur, quomodo dicitur, quòd datæ fuerunt eis ciuitates ad confugiendum, quia in tribu Iuda non fuit, nisi vna ciuitas confugij, scilicet, Hebron? vt patet Iosue 2. Respondendum, quòd verum est, & sic debet hic intelligi litera, scilicet, quòd non legatur tota in vno contextu, scilicet, dederunt ciuitates ad confugiendum, ideſt, quòd omnes istæ ciuitates, quæ ponuntur hic, vel multæ earum fuerunt ad confugiendum, quia solum fuit ciuitas Hebron, sed est sensus, quòd dederunt ciuitates, scilicet, istas, quæ sequuntur hic filijs Aaron, & dederunt eis ad cõfugiendum Hebron, quia ista sola fuit in sorte eorum ad confugiendum.

Et Lobna. Ista est ciuitas in sorte Iudæ, quam acquisiuit Iosue post stationem Solis. Iosue 10. Et fuit in sorte Iuda. Iosue 15. & fuit in hac vrbe Ieremias pater Amithal vxoris Regis Iosiæ. 4. Regum vigesimotertio, & vigesimoquarto. Ista ciuitas rebellauit Regibus Iudæ, eo tempore quo Idumæi recesserunt, ne præstarent tributa Regibus Iudę, & hoc fuit tempore Ioram filij Iosaphat. 4 Regum 8 & sequenti libro, cap. 21.

Et suburbana eius. Istud erat generale de qualibet vrbe, quòd cum qualibet dabantur suburbana duorum millium passuum, & siue esset ciuitas magna, siue parua non fiebat aliqua differentia in suburbanis, sed in omnibus dabantur æqualia suburbana duorum millium passuum. quia Deus in omnibus ponebat regulam generalem. Numeri 35.

Ether quoque. Ista est alia ciuitas, quæ vocatur Iosue 21. Iether, & modica differentia est, quia in Hebræo sæpe solent mutari principia, & fines nominum propriorum per additionem, & subtractionem in principijs, vel in finibus nominum, vt supra declaratum fuit in multis. *Esthemo* Ista est alia ciuitas, de qua dicitur supra 4. Ielba patrem Esthemo: ista ciuitas vocatur Iosue vigesimoprimo Senon, vbi ponuntur istæ omnes ciuitates. *Sed & Helon.* Ista ciuitas est in sorte Iudæ, Iosue decimoquinto, & data fuit sacerdotibus. Iosue vigesimoprimo, & vocatur Hileph in Hebræo. *Et Dabir.* Ista vocatur Cariathsepher, ideſt, ciuitas literarum. Iosue 15. & Iudicum 1. Fuit autem data sacerdotibus, Iosue 21. *Asan quoque.* Ista ciuitas vocatur Ain, Iosue vigesimoprimo, & pertinet ad tribum Simeon, & etiam vocatur Asan, vel Asen, supra 4. & Iosue 19. & quamquam aliqui putant, quòd ista est, quæ vocatur Ain in sorte Simeon inter ciuitates sacerdotales, Iosue 21. Non est ipsa, sed illa, quæ vocatur Iethan: nam Ain, & Asen duæ vrbes sunt distinctæ in sorte Simeon, Iosue 19. & supra 4. *Et Bethsemes.* Duplex est ciuitas Bethsemes, vna est in sorte Iudæ, Iosue 15. alia est in sorte Issachar, Iosue 19. Hic autem accipitur Bethsemes pro illa, quæ est in sorte Iudæ: quia sacerdotes non acceperunt possessionem nisi in sorte Iudæ, & Simeon, Iosue 21. In alijs autem tribubus habuerunt possessionem alij Leuitæ.

Sciendum autem, quòd non ponuntur tot ciuitates in sorte sacerdotum hic, & Iosue 21. Quia ibi ponuntur nouem, hic autem solum octo. *De tribu Beniamin.* Hic ponuntur vrbes, quæ datæ sunt de tribu Beniamin Leuitis: nam illæ, quæ supra positæ fuerũt, pertinebant ad Iudam, & ad Simeonem, ga quãquã nõ exprimatur simul, & tamen de vtraque tribu fuerunt,

Universidad de Deusto Biblioteca

sed quia tribus Iuda, & Simeon habebant quasi eandem sortem, vt patet Iosue 19. ponuntur vrbes eorum quasi datæ de eadem tribu. *Gabee, & suburbana eius.* Ista est ciuitas in sorte Beniamin, & non est idem, quod Gabaon. Iosue 18. Sic etiam ponitur Iosue vigesimoprimo, vbi vocatur Gabee, vel Gabae.

Sciendum autem, quòd vna ciuitas de tribu Beniamin subticetur hic, scilicet, Gabaon. Nam illa fuit data sacerdotibus, Iosue 21. & tamen hic non ita plenè enarrantur ciuitates istæ, sicut ibi: ista fuit causa, vt aliquando templum Domini fuerit positum in Gabaon, scilicet tabernaculum Moysi, infra 16. cap. Quia ista ciuitas pertinebat ad sacerdotes, alioquin non videretur poni ibi tabernaculum, sed falsum est: quia non obseruabatur hoc de necessitate, scilicet, quòd ciuitas, in qua poneretur Sanctuarium esset de ciuitatibus sacerdotalibus: nam Ierusalem fuit locus templi, & tamen ipsa non fuit ciuitas sacerdotalis. *Et Almath.* Ista vocatur Almon, Iosue vigesimoprimo, & fuit de tribu Beniamin, quamquam non ponitur Iosue decimooctauo, inter vrbes sortis Beniamin: quia credendum est, quòd ponitur ibi, cum ponatur certus numerus vrbium, & tamen ponatur aliud nomen eius, quia multæ vrbes erant binominę, vel trinominę. *Anathoth.* Ista ciuitas est de sorte Beniamin, & ponitur etiam Iosue vigesimoprimo, & tamen non ponitur sub hoc nomine Iosue decimooctauo inter vrbes sortis Beniamin, ista est ciuitas, de qua fuit Ieremias: nam Ieremiæ primo dicitur, quòd fuit de sacerdotibus, qui erant in Anathoth. *Omnes ciuitates tredecim per cognationes suas.* Scilicet, Omnes ciuitates datæ sacerdotibus distinctis per cognationes, ideſt, domos particulares fuerunt tredecim. Et hoc patet, quia de tribu Iuda, & Simeon datæ sunt nouem vrbes: de tribu autem Beniamin quatuor. Iosue vigesimoprimo. Hic tamen non ponuntur nisi vndecim, scilicet, octo de sorte Iudæ, & Simeon, & tres de sorte Beniamin, vt patet hic. *Filijs autem Caath residuis de cognatione sua.* Dicitur hoc, quia sacerdotes erant de stirpe Caath, & tamen præter illos erant adhuc multæ cognationes Caathitarum, scilicet, Amranitæ, Hebronitæ, Iesaaritæ, Ozielitæ. Numeri tertio. Et istis datæ sunt vrbes, quæ sequuntur hic. *Dederunt ex dimidia tribu Manasse vrbes decem in possessione.* Istæ vrbes fuerunt pro omnibus istis quatuor familijs Caathitarum. Sed dicet aliquis, quomodo datæ fuerunt decem vrbes de dimidia tribu Manasse, quia Iosue vigesimoprimo dicitur, quòd fuerunt datæ duæ? Etiam non erat rationabile, quia de tribu Iudæ, & Simeon simul non fuerunt datæ nisi nouem vrbes sacerdotibus. Iosue vigesimoprimo. Quomodo ergo de dimidia tribu Manasse darentur decem vrbes, non est verisimile. Respondendum, quòd solum fuerunt datæ duæ vrbes, vt patet Iosue. Quod autem dicitur hic, quòd datæ sunt decem vrbes, non refertur ad dimidiam tribum Manasse, tanquàm de illa sorte fuerint datæ vrbes decem, sed est sensus, quòd omnes vrbes, quæ datæ fuerunt istis Caathitis fuerunt decem, & tamen duæ illarum fuerunt de dimidia tribu Manasse, & de tribu Ephraim quatuor, & de tribu Dan totidem. Iosue vigesimoprimo. Hic autem expressum est solum de dimidia tribu Manasse: & est modus loquendi breuis, & subintelligitur de alijs duabus tribubus, sicut habetur in Iosue. Sic etiam est quantum ad quasdam vrbes, quæ supra tacentur, & exprimuntur Iosue vigesimoprimo. Sciendum autem, quòd ista dimidia tribus Manasse erat, quæ habitabat ad Occidentem Iordanis: de cuius sorte habetur Iosue decimoseptimo. Nam alia dimidia tribus Manasse morabatur vltra Iordanem in terra Galaad, & de illa datæ sunt vrbes Gersonibus, infra in litera. *Porro filijs Gerson per cognationes suas.* Ista est familia Gersonitarum, quæ habuit sub se alias cognationes particulares: & datæ sunt ei vrbes tredecim, & non nominantur hic, sed infra in litera nominantur quædam, omnes autem istę nominantur Iosue vigesimoprimo. *De tribu Issachar, & de tribu Aser, & de tribu Nephthali, & de tribu Manasse.* De istis quatuor tribubus datæ sunt vrbes Gersonitis. Et accipitur hic tribus Manasse pro dimidia tribu, quia diuisa erat ista tribus in duas partes, & habebat duas possessiones, & est ista dimidia tribus, quæ habitabat ad Orientem Iordanis in terra Galaad, & non ponitur hic, quas vrbes dederit quælibet tribus istarum, sed infra in litera ponitur, & Iosue vigesimoprimo. *In Basan vrbes tredecim.* Ideſt, Istæ vrbes erant in Basan: Non est autem intelligendum, quòd omnes istæ tredecim vrbes fuerunt in Basan, quia istæ tredecim datæ sunt ab omnibus istis quatuor tribubus, vt patet hic, & Iosue vigesimoprimo, & tamen non habitabant omnes istæ tribus in Basan, sed sola dimidia tribus Manasse possidebat terram Basan totam, vt patet Deuteronom. 3. & Iosue decimotertio. Est autem modus iste loquendi breuis, & obscurus, & sic patet supra in multis. *Filijs autem Merari per cognationes suas.* Hic ponuntur vrbes, quæ datæ fuerunt familiæ Meraritarum, quæ est tertia familia Leuitarum, & habuit multas cognationes particulares, & per omnes fuerunt distributæ istæ vrbes. *De tribu Ruben, & de tribu Gad, & de tribu Zabulon.* De istis tribus tribubus datæ fuerunt filijs Merari ciuitates. Quot autem fuerint, & quæ ciuitates istæ, patet Iosue vigesimoprimo, & infra in litera. *Dederunt sorte ciuitates duodecim.* Ideſt, Istæ vrbes datæ fuerunt per sortes, quia ipsi Leuitæ inter se sortiti sunt de illis. *Dederunt quoque filij Israel Leuitis ciuitates, & suburbana earum.* Scilicet, Quandocunque dabant Israelitæ vrbes Leuitis, dabant & suburbana, quia nulla ciuitas danda erat sine suburbanis, quia non proficeret ad vsus Leuitarum, si non essent suburbana ad alenda pecora.

Dederuntque per sortem. Hic incipit ponere in particulari, quæ vrbes fuerunt datæ quibuslibet Leuitis. Et dicitur, quòd dederunt per sortem, quod potest intelligi dupliciter. Vno modo, quòd datæ sunt per sortes vrbes, ideſt, quòd si in vna tribu erant quindecim, vel viginti vrbes, & debebant dari duæ, vel tres Leuitis, ponebatur sors, quæ essent illæ tres, quæ darentur. Alio modo potest intelligi, quòd non dabantur per sortem vrbes ipsis Leuitis de possessione Israelitarum, sed dabantur illæ, quas determinabat populus dandas, & tamen postquàm datæ erant, ponebatur sors, quæ vrbes illarum quibus Leuitis competerent.

Ex tribu filiorum Iuda, & ex tribu filiorum Simeon, & ex tribu filiorum Beniamin. De possessione istarum tribuum datæ fuerunt ciuitates Leuitis, qui erant de genere sacerdotali, & quia de istis tribubus tribus solum fuerunt datæ vrbes sacerdotibus, ponuntur omnes tres simul.

Vrbes has. Scilicet, Illas, quæ supra nominatæ sunt, & fuerunt ibi nominatæ vndecim, & tamen tredecim fuerunt, vt patet Iosue 21. *Quas vocauerunt nominibus suis.* Ideſt, Sacerdotes accipientes vrbes istas, vocauerunt eas nominibus suis, ideſt, a se positis: quia fortè mutauerunt nomina earum, quæ prius habebant, & imposuerunt alia in signum dominij.

Et his, quæ erant ex cognatione filiorum Caath. Ideſt, etiam illis, qui fuerunt de cognatione Caath datæ fuerunt vrbes, & sunt illæ, quæ sequuntur. Vocantur autem de cognatione Caath omnes, qui fuerunt de stirpe Caath præter

præter sacerdotes: nam descenderunt ab eo quatuor familiæ, scilicet, Amranitarum, Hebronitarum, Iesaaritarum, Ozielitarum, & prima diuisa est in duas familias, quia quædam fuit sacerdotalis, & alia simplex Amranitica. Omnes isti præter sacerdotes vocantur hic de cognatione filiorum Caath, ideſt, descendentes ab istis quatuor filijs Caath, scilicet, Amram, Hebron, Isaar, Oziel: supra in litera. & Numeri 3. *Fuerunt que ciuitates in terminis eorum de tribu Ephraim.* Ideſt, datæ fuerunt istis ciuitates de tribu Ephraim, & fuerunt in terminis eorum, ideſt, in terra possessionis suæ. fuerunt autem tribus tres, quæ dederunt vrbes istis Caathitis, scilicet, Ephraim, & Dan, & dimidia tribus Manasse. Iosue 21. & hic in litera. Et nominantur hic vrbes istæ, quæ supra non fuerunt nominatæ.

Dederunt ergo eis vrbes ad confugiendum. Debet ista litera exponi, sicut supra exponebatur illa. Porro filijs Aaron dederunt ciuitates ad confugiendum. Nam falsum est, quòd datæ fuerint vrbes de tribu Ephraim ad confugiendum: nam in tota tribu Ephraim non erat nisi vna ciuitas refugij, scilicet, Sichem, vt patet Iosue 20. sed debet sic litera exponi. Dederunt de tribu Ephraim vrbes, ideſt, dederunt istas, quæ infra sequuntur, & dederunt ad confugiendum vrbem Sichem, quia illa erat ciuitas refugij.

Sichem cum suburbanis suis. In ista ciuitate sepulta fuerunt ossa Ioseph, quæ translata fuerunt de Aegypto. Iosue vlt. Ibi etiam sepulti sunt omnes patriarchæ, quorum corpora de Aegypto educta sunt, vt patet Actuum 7. *In monte Ephraim.* Ideſt, In sorte Ephraim. vocatur mons Ephraim terra Ephraim, qa erat montuosa, & ideo fere vbicsique dicitur de sorte Ephraim dicitur, de monte Ephraim, vt patet Iosue 17. & 20. & 21. & primo Regum primo. *Et Gazer.* Ista ciuitas est in sorte Ephraim Iosue 21. Et ista est ciuitas, quam tenuerunt Chananæi in sorte Ephraim, & fuerunt tributarij, vt patet Iosue 16. Et Iudi. primo Manserunt autem Chananæi in vrbe illa vsque ad tempus Salomonis: nam tunc ascendit Pharao rex Aegypti, cuius filiam habebat Salomon in vxorem, & pugnauit contra vrbem Gazer, & occidit Chananæos, deditque vrbem filiæ suæ in dotem. 3. Regum 9.

Iecmaan. Ista est alia ciuitas, quæ vocatur Cebsan Iosue 21. *Et Bethhoron.* Duplex ciuitas est, quæ vocatur Bethhoron, scilicet, Bethhoron superius, & Bethhorō inferius, & ponitur vtraque ciuitas in sorte Ephraim Iosue 16. *Similiter nec non, & Helon.* Ideſt, Etiam fuit data ciuitas Helon. Ista ciuitas vocatur in Hebræo Aialon, & tamen differt ab alia Aialon, quæ ponitur in tribu Dan. Iosue 19. Ista ciuitas non ponitur Iosue 21. vt aliqui volunt, sed falsum est, quia licet non ponatur in tribu Ephraim, tamen ponitur in tribu Dan. Hic autem litera breuis est, quia tacet quasdam tribus, de quibus datæ sunt vrbes. Et etiam tacentur aliquæ vrbes, quia de tribu Dan fuerunt quatuor vrbes datæ. Iosue 21. Et hic non ponuntur nisi duæ, & tacentur duæ vrbes, scilicet, Eltheco, & Gabaon. Iosue 21. quia litera ista est breuis. *Et Gethremmon in eundem modum.* Est ciuitas Gethremmon in tribu Dan. Iosue 21. *Porro ex dimidia tribu Manasse.* Ponuntur vrbes, quæ datæ sunt de dimidia tribu Manasse, & est ista dimidia tribus Manasse, quæ habitabat ad Occidentem Iordanis: nam illa medietas dedit vrbes Gersonitis.

Aner, & Balaam. Istæ sunt duæ vrbes huius tribus, sed non nominantur sic Iosue 21. sed Aner vocatur ibi Thanach, & Balaan vocatur ibi Gethremmon, & ista nomina habentur Iosue 17.

In sorte Manasse bis videlicet qui de cognatione filiorum Caath reliqui erant. Ista est declaratio præcedentium, quia dicebatur, qꝑ datæ fuerunt istæ vrbes filijs Caath. Et dr̄ his, qui reliqui erant, qꝑ intelligitur de illis, qui residui erant, s. de sacerdotibus: nam sacerdotes fuerunt positi tanquam cognatio principalis inter Caathitas, & cæteri appellantur residui respectu illorum.

Filijs autem Gerson. Hic ponitur quæ vrbes datæ fuerint Gersonitis, quæ erat secunda familia Leuitarum, *De cognatione dimidiæ tribus Manasse.* Ista erat dimidia tribus Manasse, quæ habitabat vltra Iordanem ad Oriētem. *Gaulon in Basan.* Ista erat vna de ciuitatibus refugij Iosue 2. Nam sex vrbes refugij erant, tres ad Orientem Iordanis, & tres ad Occidentem, quarum nomina ponuntur eodem cap. Ista ciuitas vocatur aliquando Gaulon, vt patet hic, & Iosue 20. & 21. & aliquando Golan. Deute. 4. Et dicitur, quòd ista ciuitas erat in Basan, quia terra Basan tenebatur a dimidia tribu Manasse. Deute. 3. & Iosue 13.

Et Astaroth. Ista est ciuitas in sorte Manasse, quæ fuit metropolis in regno Ag regis Basan: ideo dicitur regnasse in Astaroth, vt patet Iosue 12. & 13. Vocatur ista ciuitas Basra. Iosue 21. & tamen non est ista, de qua dicitur Isa. 63. Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra, quia ista ciuitas erat in terra Edom.

De tribu Issachar Cedes. Datæ fuerunt ciuitates quatuor de tribu Issachar Gersonitis. Iosue 21. Et vocatur prima earum Cedes. Et non est ista Cedes, quæ est ciuitas refugij, de qua Iosue 20. Nam illa est in sorte Nephthali, vt patet ibidem, & ista in sorte Issachar. Ista vocatur Cesion. Iosue 21. *Dabereth.* Ista est alia ciuitas, quæ vocatur Dabereth. Iosue 21. *Ramoth.* Ista est ciuitas in terra Galaad, pro qua pugnauit Achab rex Israel contra Benadad Regem Syriæ, & ibi occisus est 3. Regū vltimo. Et postea factus est Iehu rex Israel super vrbem illam 4. Regum nono. Et vocatur Ramaoth Galaad: & est vna de ciuitatibus refugij, vt patet Iosue vigesimo, & ibi dicitur, quòd est in sorte Gad. *Et Anem.* Ista est alia ciuitas. Sed non vocantur sic istæ vrbes, Iosue vigesimoprimo. Nam Ramoth vocatur Iaramoth, & Auem vocatur ibi Enganim, & accidit propter multiplicitatem nominum: quia idem locus sæpe binomius, vel trinomius est. *De tribu vero Aser.* Etiam de ista tribu datæ fuerunt vrbes Gersonitis, & fuerunt vrbes quatuor, Iosue vigesimoprimo. *Massal.* Ista ciuitas vocatur Massalathon. Iosue vigesimoprimo. *Et Abdon.* Alia ciuitas est, & eodem nomine appellatur. Iosue vigesimoprimo. *Similiter Asach.* Ista ciuitas vocatur Elcath, Iosue vigesimoprimo. *Et Rohob.* Sic etiam appellatur Iosue vigesimoprimo. Ista est ciuitas quædam, quæ est circa terminos terræ Israel ad partem Aquilonarem, & est iuxta terram Emath, ideo Numeri decimotertio dicitur, quòd exploratores missi a Moyse venerunt vsque Rohob intrantibus Emath, ideſt, ciuitas Rohob est iuxta introitum terræ Emath, quæ est in extremo Aquilonaris lateris terræ Israel. Numeri trigesimoquarto. *Porro de tribu Nephthali.* Ideſt, Etiam de tribu Nephthali datæ sunt vrbes Gersonitis ad habitandum.

Cedes in Galilæa. Ista ciuitas est in terra Galilææ versus Iordanem, & est ciuitas refugij, vt patet Iosue vigesimo. Et non est ista Cedes de tribu Isachar, de qua supra habetur.

Et Ammon. Aliquando est nomen viri, qui fuit pater Ammonitarum, & fuit filius Loth. Genesis decimonono. Aliquando est nomen vrbis, & sic accipitur hic, & vocatur ista ciuitas Iosue vigesimoprimo Amothdor, & ad idem redit, quamquam mutentur aliquæ literæ.

Cariathaim. Alia ciuitas est ista, quàm illa, quæ vocatur Cariahiarim: quia illa est in sorte Iudæ, & vocatur

catur ciuitas Syluarum Iosue 15. Ista autem est in sorte Nephthali, & vocatur Carcham Iosue 21. Et aliter differt in literis. *Filijs autem Merari residuis*. Ista est tertia familia Leuitarum, quæ vocatur Meraritharum. Et dicuntur isti residui, scilicet, de tota tribu Leui, quia demptis Caathitis, & Ierſonitis, de quibus supra dictum est, non manent aliqui de tribu Leui, nisi Meraritharum. *De tribu Zabulon*. Fuerunt Merarithis vrbes datę de tribus tribubus, scilicet, de Zabulon, Ruben, & Gad, vt patet supra in litera.

Remono. Ista est prima ciuitas, quæ Iosue 21. vocatur Ietheran. *Et Thabor*. Istud est nomen montis aliquādo, vt patet Iosue 19. & est in sorte Issachar eodem cap. In isto autem monte Christus transfiguratus est coram discipulis suis, vt patet Lucæ 9. & Mar. 9. Et Matthęi 17. Et vocatur ibi mons excelsus: quia erat valde excelsus inter omnes montes illius regionis. Aliquando autem accipitur pro nomine vrbis, & sic est hic, & non accipitur sic Iosue 21. quia non vocatur ibi Thabor, sed Carthan.

Sciendum etiam, quòd hic omittuntur duæ vrbes de terra Zabulon: nam datæ fuerunt quatuor de illa Meratithis. Iosue 21. Hic autem solum ponuntur duę. *Trans Iordanem quoque ex aduerso Iericho*. Hic ponitur quæ vrbes fuerint datæ Merarithis de tribu Ruben. Et dicitur trans Iordanem, quia tribus Ruben erat ad orientalem partem Iordanis extra terrā Chanaan. Et dr ex aduerso Iericho, qa Ie richo est ad partē occidentalem Iordanis in terra Chanaan, & omnia loca quæ sunt in terra duarum tribuum, & dimidiæ dicuntur esse ex aduerso Iericho. *Contra Orientem Iordanis*. Ideſt, Tribus ista habet sortem ad Orientalem partem Iordanis: nam per hoc quod dixit trans Iordanem non apparet an ad Orientalem, vel occidentalem partem eius sit, quia vtrunque est trans Iordanem: ideo limitatur hic, quòd est ad orientalem partem Iordanis.

De tribu Ruben. Istę sunt ciuitates, quæ datæ fuerunt de tribu Ruben Merarithis. *Bosor in solitudine*. Bosor est nomen ciuitatis, & accipitur aliquando pro quadam vrbe, quæ est extra terram Israel, de qua erat Balaam: sic dicitur 2. Pet. 2. c. f. Secuti sunt viā Balaam ex Bosor, ideſt, qui venit de Bosor. Hic autem est nomen ciuitatis in tribu Ruben in deserto, & est vna de ciuitatibus refugij, vt patet Iosue 20. & 21.

Et Iassa. Ista est alia ciuitas, & tamen non nominatur sic Iosue 21. Sed Iazer, vt aliqui volunt, Ista est q̄ vocatur Misor. *Et Cademoth*. Ciuitas est in tribu Ruben, & vocatur Iosue 21. Misor, vel Iazer. *Et Mephaath*. Ista ciuitas nominatur Maspha Iosue 21. Et est differentia aliqualis: sicut consueuit esse plerunque in nominibus Hebræis. *Nec non, & de tribu Gad*. Ponuntur vrbes, quæ datæ fuerunt Leuitis de tribu Gad, quæ est ad Orientalem partem Iordanis. *Ramoth in Galaad*. Ista ciuitas non est Ramoth, de qua supra dicitur, quia illa erat in sorte Issachar, & ista in sorte Gad, & ista proprie est Ramoth Galaad, de qua verificantur illa, quæ supra dicebantur: nam in illa mortuus est Achab. *Et Manaim*. Quædam ciuitas est in sorte Gad, quæ vocata est Manaim a Iacob, quando veniebat de terra Syriæ in terram Chanaan: nam habuit ibi obuios Angelos Dei, & dixit. Castra Dei sunt hæc, vocauitque nomen loci illius Manaim, siue secundum proprietatem Hebraicam Mahanai quod interpretatur castra, vt patet Genes. 32.

Et Hesebon. Ista ciuitas est in sorte Gad, & vocatur Hesebon. Iosue 21. Et ista est ciuitas præcipua terræ duorum Regum Amorrhæorum: nam in hac regnabat Seon rex: ideo vocabatur rex Hesebon. Numeri 21. Et Iosue 12. & 13.

Et Iezer. Ista ciuitas vocatur Iazer Iosue 21. Et ista est ad quam iuerunt explorandam quidam missi a Moyse Numeri 21. Et istæ sunt omnes vrbes, quas acceperunt Leuitæ de manu Israelitarum in possessionem suam.

De successione summorum sacerdotum.
Quæst. VIII.

QVAERITVR nunc circa successionem summorum sacerdotum. Nam summi sacerdotes fuerunt viri potentes in populo sub regibus, & aliquando per eos populus gubernatus est, sicut per reges, immo & aliquando ipsi reges fuerunt in populo, sicut accidit tempore Machabæorum: quia Irchanus, & Aristobolus, & cæteri successores de progenie Machabæorum simul erant sacerdotes, & reges in populo: vt patet per Iosephum. 13. Antiquitatum. Origo autem summorum sacerdotum cæpit in Aaron: nam ipse fuit frater Moysi, & anno primo quo Israelitæ egressi sunt de Aegypto, dedit Deus, legem, & fecit fabricari tabernaculum, & consecrari sacerdotes, & isti fuerunt Aaron, & quatuor filij sui: Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar: quorum ipse Aaron factus est summus sacerdos, & filij sui fuerunt minores sacerdotes, de quorum consecratione patet Exo. 28. & 29. & Leui. 8. Rexit autem Aaron summum sacerdotium per triginta nouem annos vsque ad annum quadragesimū exitus de Aegypto: nam in deserto obijt in monte Hor. Numeri 20. Et erat tunc mensis quintus anni illius. Numeri 33. Secundus summus sacerdos fuit filius eius Eleazarus. Pro quo sciendum, quòd summum sacerdotium erat per successionem, & competebat primogenitis, & quia Eleazarus erat primogenitus Aaron eo tempore, quo mortuus est, successit ipse in sacerdotio, & iussit Deus, quòd Aaron antequam moreretur, nudaretur veste pontificali, & indueretur Eleazarus filius eius coram eo, & sic vidit Aaron filium suum successisse sibi in honore pontificali, & tunc mortuus est. Numeri 20. Mansit autem Eleazarus in summo sacerdotio ab vltimo anno egressionis de Aegypto, & introitu in terram Chanaan vsque ad tempus, quo mortuus est Iosue: nam ambo mortui sunt quasi in eodem tempore, vt patet Iosue vltimo. Tertius sacerdos magnus fuit Phinees filius Eleazari, & iste cæpit post mortem Iosue in principio Iudicum, & fuit contemporaneus Caleb, & Othonieli, qui fuit primus iudex: ipse etiam factus est sacerdos, antequam essent iudices: nam illud responsum Dei, quod habetur Iudi. primo, scilicet, quæ tribus deberet pugnare contra Chananæos. Sic ait Ioseph. 5. Antiquit. scilicet, Eodem tempore mortuus est Eleazarus pontifex filio suo Phinees sacerdotium derelinquens: cuius sepultura facta est in Gabatha ciuitate: post horum itaque transitum Phinees prophetauit secundum Dei voluntatem, ad delendum Chananæorum genus, tribui Iudæ præbendum esse principatum. Etiam iste Phinees erat sacerdos eo tempore, quo contigit bellum vndecim tribuum contra Beniamin propter viros Gabaa, & venit totus populus ad eum in Silo ad consulendum Dominum per ipsum Iudi. 20. Iste accepit summum sacerdotium ex munere Dei: nam promisit ei Deus sacerdotium æternum: eo quòd zelo suo zelatus fuerat, & occiderat Zambri principem tribus Simeon coeuntem cum Madianitide. Numeri 25. & primo Macha. 2. Quartus sacerdos fuit Abisue filius Phinees, vt patet supra in litera: nam iste successit ei, de quo nihil dignum memoria scriptum reperimus. Fuit autem iste tempore Othonielis primi iudicis Israel, & fortè aliquanto tempore simul

mul cum Ahod secundo iudice Israel. Quintus sacerdos fuit Bocci filius Phinees. Et etiam de isto nihil memorabile dicitur: nam nec fuerunt isti sacerdotes circa cultum Dei bene se habentes, quia idola colebantur tempore eorum: nam tempore iudicum semper colebantur idola, nisi cum surgeret aliquis iudex nouus, quia tunc recedebant Israelitæ ab idolis, & tota vita eius colebant Deum, quo mortuo ad idola vertebantur, vt patet Iudicum 2. Iste Bocci fuit nunc vltimus sacerdos de stirpe Phinees: nam transiuit eo mortuo sacerdotium ad domum Ithamar suscipiente illum Heli summo sacerdote. Et iste Bocci vocatur Ioseph, vt ait Iosephus 8. Antiquit. Sextus summus sacerdos fuit Heli de familia Ithamar, qui fuit vir laudabilis tempore suo: nec in eo aliquid reprehensibile inuentum est, nisi quòd in senectute existens filios suos remisse castigauit. Nam cum committerent grauia scelera, non corripiebat eos: ideo Deus misit Prophetam ad eum, dicens, quòd auferretur sacerdotium de domo sua. primo Regum 2. & 3. Heli autem, cum non esset de progenie sacerdotum, assumptus fuit in summum sacerdotem propter magnam probitatem suam, & hoc factum est volente populo, & Deo. De populo patet, nam populus simul dedit ei summum sacerdotium, & potestatem iudicatiuam: in quo ipse præsidebat populo tam in temporalibus quàm spiritualibus. De temporalibus patet, quia iudex quicunque esset in Israel tempore suo principabatur toti populo. Heli tamen quadraginta annis iudex fuit in Israel, vt patet primo Regum 4. Contulit etiam ei populus summum sacerdotium, priuando eum qui successurus erat: nam obierat tunc Bocci, siue Ioseph, quod idem est, summus sacerdos de posteris Phinees, cui successurus erat Voochar filius eius, & tamen populus fecit, quòd ille non succederet, & contulit sacerdotium Heli propter malitiam, & ineptitudinem sacerdotum, de domo Phinees. Fuit etiam factum hoc auctoritate Dei, quia non solum Deus voluit, quòd sacerdotium istud trāsiret ad Heli, sed etiam promisit ei, quòd sacerdotium maneret in domo sua in æternum, vt patet primo Regum 2. scilicet, Loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo in sempiternum. Nunc autem absit a me dicit Dominus, sed quicunque glorificabit me glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Et sic patet, quia si filij Heli non fuissent conuersi ad malum, nunquam abstulisset Deus sacerdotium de domo ipsorum. Tenuit autem multo tempore sacerdotiū Heli, sed cum iam esset senex, & caligassent oculi eius, nec posset ministrare, illud filio suo dereliquit: habuit enim duos filios, scilicet, Ophni, & Phinees, qui ministrabant loco patris, quamquam pater semper esset vt princeps, vt patet primo Regum 2. Septimus sacerdos fuit Phinees filius Heli. Et iste non fuit sacerdos post patrem, sed viuente eo tenuit sacerdotium, quia pater suus præcepit hoc, cum ipse esset impotens propter senectutem, vt ait Iosephus 5. Antiqui. Mortuus est autem iste Phinees ante Heli patrem suum, quia ambo filij Heli, scilicet, Ophni, & Phinees occisi sunt in bello, quando capta fuit arca a Philisthinis: ipsi enim custodiebant eam tunc primo Regum 4. & Heli mortuus est, quando audiuit arcam Domini captam, & mortuos fuisse filios eodem cap. Sciendum autem, quòd tempore istorum septem sacerdotum summorum mansit arca, & totum tabernaculum, quod fecerat Moyses in Silo: nam Israelitæ posuerunt arcam, & tabernaculum Domini in Silo viuente Iosue: vt patet Iosue 18. Et mansit ibi vsque ad tempora ista. Nam primo Regum 4. habetur, quòd arca Domini ducta fuerit de Silo a duobus filijs Heli in castra, & tunc capta est a Philisthinis, nec rediit vltra illuc, sed stetit in terra Philisthinorum mensibus septem 4. Regum 6. Et tunc reducta fuit in terram Israel, & posita est in Cariathiarim primo Regum 7. tabernaculum etiam translatum fuit ex tunc de vrbe Silo in vrbem Nobe: nam tempore Saulis ibi erat, & sic fuit tempus quo stetit templum Domini, & arca in Silo quasi annorum trecentorum, & quinquaginta. Quod patet, quia ab exitu de Aegypto vsque ad ædificationem tēpli fuerunt anni quadringenti, & octoginta, vt patet 3. Regum 6. a quibus subtrabantur quadraginta anni ab exitu de Aegypto vsque ad introitum in terram Chanaan, & septem anni, vel quasi, qui transierunt ab introitu in terram Chanaan vsque ad tempus, quo arca fuit locata in Silo cum tabernaculo: Istud declara tū est aliqualiter ex eis, q̄ habentur Iosue 14. & 18. dein de subtrahantur anni quadraginta a morte Heli sacerdotis, qui computantur sub Regno Saulis, & tamen fuerunt sub tempore Samuelis, & Saulis: subtrahantur etiam quadraginta anni, quibus regnauit Dauid 2. Regum 5. Et tres anni, quibus regnauit Salomon antequam inciperet ædificare templum 3. Regum 6. manebunt trecenti quinquaginta anni, quibus manserit arca Domini in Silo, & translata fuit deinde in Cariathiarim. Octauus summus sacerdos fuit quidam filius Phinees, qui erat frater Ichabod. Nam Ichabod fuit filius Phinees, qui natus fuit post mortem patris: nam vxor audita morte viri, præ dolore inclinauit se, & peperit primo Regum 4. & vocatus est puer Ichabod, ideſt, inglorius, quia tempore eius translata fuerat gloria ab Israel, & erat septem mensium puer iste ab vtero, quando egressus est: vt ait Iosephus 5. Antiqui. Iste habuit fratrem maiorem nomine Achitob. Et iste suscepit summum sacerdotium mortuo Phinees patre suo. De hoc dicitur primo Regum 14. Erat Achias filius Achitob fratris Ichabod filij Phinees, qui ortus fuerat ex Heli sacerdote. Nonus sacerdos summus fuit Achias secundū quosdam, quod videtur satis verisimile. Quia tempore Saulis in bello contra Philisthinos ipse habebat arcam in castris, & per eum consuluit Saul Dominum. Iste erat frater Achimelech sacerdotis magni, qa vterque erat filius Achitob: De Achia patet primo Regum 14. De Achimelech patet eodem lib. cap. 21. & 22. Alij tamen putant, quòd Achias, & Achimelech fuerūt idem vir: nam de vtroque legitur, quòd fuerit filius Achitob, & satis rationabile est hoc. Iste Achimelech ministrauit in tabernaculo Domini, quod erat in vrbe Nobe tempore Saulis, & ipse dedit panes, & gladium Dauid fugienti a Saule. primo Regum 21. Cùm autem Saul hoc comperisset, fecit eum occidi, & simul octoginta quinque sacerdotes indutos ephod lineo, & postea totam vrbem Nobe percussit gladio, vt deleret totum genus Achimelech, scilicet, Domum Heli, primo Regum 22. Et tunc completum est quod dicitur eodem lib. cap. 2. scilicet, quòd maxima pars Heli periret, cum veniret ad ætatem virilem. Decimus summus sacerdos fuit Abiathar filius Achimelech: nam cùm tota domus patris sui deleretur in vrbe Nobe, ipse accepto ephod, & rationali, fugit ad Dauid, qui per deserta latebat a facie Saulis primo Regum 22. Et fuit iste Abiathar sacerdos magnus, quia erat filius sacerdotis magni Achimelech, & fuit sacerdos toto tempore, quo regnauit Dauid: ideo quando ponuntur principes, & officiales domus Dauid, ponitur Abiathar sacerdos eius, scilicet, sacerdos summus 2. Regum 8. & 20. & infra 18. Considerandum, quòd tempore, quo occisus fuit Achimelech summus sacerdos, translatum fuit tabernaculum de vrbe Nobe, quia Saul

deleuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

deleuit totam illam vrbem vsque ad fundamenta primo Regum 22. Et sic mansit tabernaculum Domini in vrbe Nobe, quasi quadraginta annis: nam a morte Heli summi sacerdotis, quando capta est arca translatum fuit tabernaculum, & ab illo tempore vsque ad mortem Saulis fuerunt anni quadraginta, qui computantur sub Regno Saulis Act. 13. Et tamen post istã mortem sacerdotum modico tempore vixit Saul, vt colligitur ex processu primi Regum cap. 22. vsque ad finem, & ibidem declaratum est. Et sic fuerunt quasi quadraginta anni mansionis tabernaculi in Nobe, & in isto tempore non mansit arca in tabernaculo, sed erat in Cariathiarim in domo Aminadab primo Regum 7. & 2. Regum 5. & infra 13. Ministrauerunt autem in Nobe duo sacerdotes magni, scilicet, Achitob, & eius filius Achimelech. Achitob enim erat summus sacerdos tempore, quo Samuel Propheta regebat populum cũ esset iudex. Achimelech autem fuit summus sacerdos dũ regnaret Saul. Post hoc autem tabernaculum Domini translatum est in Gabaon, quę erat ciuitas tribus Beniamin. Iosue 18. Et hoc propter honorem Saulis, qui tunc erat rex, & erat de tribu Beniamin primo Regum 9. Patet hoc, quia quando Dauid regnabat post mortem Saulis, tabernaculum Domini erat in Gabaon infra 16. Et mansit ibi vsque ad tempus, quo perfectum fuit templum Salomonis: nam antequam finiret templum, iuit ipse in Gabaon ad offerendum Domino holocausta: vt patet 3. Regum 3. Et ibi erat altare quod fabricauerat Moyses, & totum tabernaculum: vt patet sequenti libro cap. primo. Mansit autem ibi annis quinquaginta, & amplius tabernaculum. Quod patet, quia translatum est illuc tẽpore Saulis, destructa vrbe Nobe, saltem vno anno, vel duobus ante mortem eius, & postea regnauit Dauid annis quadraginta, & Salomon vndecim, antequam finitum esset templum 3. Regum 6. Et sunt simul quinquaginta, & duo vel tres anni, & hoc tempore mansit ibi tabernaculum, & nunquam cessauit vsus illius, vsquequo fabricatum est templum Salomonis. & inceperunt ibi sacerdotes ministrare. Sciendum autem, quòd Abiathar fuit quintus summus sacerdos de domo Heli, & Ithamar, & ipse fuit vltimus: nam non successit aliquis de stirpe sua in summo sacerdotio, sed ipse viuens priuatus est summo sacerdotio per Salomonem, & exilio traditus, vt maneret semper in vrbe Anathoth, & ibi mansit vsque ad mortem 3. Regum 2. Iste non ministrauit in aliquo loco sanctuarij, quia semper erat cum Dauid. Sanctuarium autem erat tunc in Gabaon, & ibi ministrabat tanquã summus sacerdos Sadoc infra 16. Vndecimus sacerdos fuit Sadoc. Et iste fuit de stirpe Phinees, & Eleazari: tempore enim huius sacerdotium, quod ablatũ fuerat de domo Phinees restitutum fuit ei, & primus, qui cæpit esse sacerdos in hac restitutione fuit Sadoc. Modus autem fuit, quia tempore Saulis erat sacerdos magnus Achimelech, quem occidit Saul, & deleuit stirpem Heli: ideo non mansit tunc aliquis de stirpe illa, qui esset summus sacerdos, & dato, quòd maneret hic ipse Saul, qa erat sibi tota illa progenies exosa, ideo constituit sacerdotes de progenie Phinees, quæ non offenderat eum, & primus fuit Sadoc, qui veniebat per rectam lineam ab Eleazaro, vt Phinees.

Sciendum autem, quòd tempore quo filij Ithamar tenuerunt summum sacerdotium, priuati fuerunt sacerdotio quinque descendentes de stirpe Eleazari, scilicet, Ozi, Zaraias, Meraioth, Amarias, & Achitob, vt patet supra in litera. Et posuit Esdras nomina istorũ inter summos sacerdotes, quamquam non fuerint summi sacerdotes, & non posuit nomina illorum, qui interim fuerunt pontifices de stirpe Ithamar, eo quòd non durauit sacerdotium in illis. Isti autem quinque nominantur aliter a Iosepho 8. Antiqui. Nam Ozi vocatur ibi Voochar, & Zaraias vocatur Ioathan, & Meraioth vocatur Matroth, & Amarias vocatur Asophi, & Achitob vocatur Achithobi. Illi autem quinque, qui tenuerunt sacerdotium de domo Ithamar isto tempore vocati sunt Heli, Phinees, Achitob, Achimelech, Abiathar: vt supra patet: Iosephus tamen in fine quinti Antiqui. vocat eos Heli, & Phinees, Ozi, & Heli, & Abiathar.

Sciendum autem, quòd iste Sadoc, qui fuit vndecimus sacerdos, non fuit post Abiathar, qui decimus extitit, sed ambo fuerunt simul sacerdotes tempore Dauid: nam quando occisus fuit Achimelech pater Abiathar, cæpit Abiathar esse summus sacerdos apud Dauid, & Sadoc cæpit esse summus sacerdos Saul, & postea mortuo Saul ambo erant simul sacerdotes Dauid primo Regum 8. & 20. Et sic fuit toto tempore Dauid. Mortuo autem Dauid, etiam ambo fuerunt sacerdotes Salomonis aliquanto tempore: vt patet 3. Regum 4. scilicet, Sacerdotes autẽ Salomonis Sadoc, & Abiathar. Sic etiam fuit de Heli summo sacerdote, & Phinees filio eius: nam ambo fuerunt simul sacerdotes, & prius mortuus est Phinees, quàm Heli pater suus: vt patet primo Regum 4. De isto Sadoc non apparet, an ministrauerit in templo Salomonis: nam a multis creditur, & non irrationabiliter, quòd quamquam fuerit sacerdos tempore Salomonis, nunquam ministrauit in templo Salomonis, quia mortuum eũ asserunt, antequam consummaretur templum, quod fuit anno vndecimo Regni Salomonis 3. Regum 6. Duodecimus sacerdos fuit Achimaas filius Sadoc. Et iste est, qui erat cursor velocissimus Dauid, & erat ipse cum Ionathan filio Abiathar obseruans ea, quæ fiebãt in Ierusalem, vt irent ambo ad referendum ea Dauid 2. Regum 17. Iste etiam fuit ille, qui cucurrit ad Dauid per viam compendij, & nunciauit ei de victoria Ioab contra Absalonem 2. Regũ 18. Iste fuit primus, qui creditur ministrasse in templo Salomonis, quia iam mortuus fuerat pater suus Sadoc, & ideo est positio communis, & rationabilis, quòd propter hoc supra Esdras in litera enarrauit nomina sacerdotum vsque ad Achimaas solum, incipiendo ab Aaron, eo quòd ipse fuit primus, qui ministrauit in templo Salomonis. Pater autem suus Sadoc ministrauit solum in Gabaon: immo ipse solus fuit sacerdos, qui ministrauit ibi, quia destructa vrbe Nobe, quando deleta fuit posteritas Heli summi sacerdotis, translatum fuit tabernaculum in Gabaon: vt supra probatum est, & tunc cæpit esse sacerdos Sadoc, & sic non ministrauerat aliquis in Gabaon, antequam ipse ministraret, & ibi ministrauit illo pauco tempore, quo superfuit de vita Saulis post translationem tabernaculi illuc. Ministrauit etiam tempore Dauid ibi: nam infra 16. dicitur, quòd Dauid dixit ad Sadoc, quòd ministraret ipse, & fratres sui in Gabaon coram altari, quod fecit. Quomodo postea autem an Achimaas filius eius ministrauerit ibi aliquanto tempore, non apparet. Tertiusdecimus sacerdos fuit Azarias. Et iste creditur fuisse tempore Salomonis, & Roboam filij sui, & fuit filius Achimaas supra in litera. Quartusdecimus sacerdos fuit Iohanam filius Azariæ. Et iste esset tempore Roboam, & Abiæ, & fortè aliquanto tempore dum regnaret Aza rex, sed de istis nõ reperitur aliquid memoria dignum scriptum. Iste autem creditur fuisse sacerdos Ioiada, qui fecit Ioas esse regem Iuda, & vnxit eum, & tenuit occultum in domo Domini sex annis 4. Regum 11. & sequenti lib. cap. 22. & 23. Quintusdecimus sacerdos fuit Azarias. Et iste ministrauit tempore Oziæ regis: nam dicitur supra in litera, quòd iste

iste est, qui ministerio functus est in domo, quã ædificauit Salomon, & intelligitur de ministerio, quod fecit excellentius alijs, eo quòd restitit regi Oziæ volenti vsurpare actum sacerdotalem, & sic vocatur Azarias sequenti lib. cap. 26. Oportet igitur, quòd iste Azarias ministrauerit tempore Oziæ, & etiam Amasiæ, & quodam tempore regis Ioas, si fuit successor, & filius Ioiadæ sacerdotis, quia Ioiada mortuus est tempore Ioas, vt patet 4. Regum 12. & sequenti lib. cap. 24. Decimussextus sacerdos fuit Amarias filius Azariæ. Et iste ministrauit tempore Ioathan, & fortè tẽpore Achaz. Decimusseptimus sacerdos fuit Achitob, supra in litera, qui fuit filius Amariæ. Et iste creditur fuisse contemporaneus partim Achaz, & partim Ezechiæ filio eius. Decimusoctauus sacerdos fuit Sadoc. Et iste fuit contemporaneus aliqualiter Ezechiæ, & filio eius Manasse, & non est Sadoc, qui fuit sacerdos tempore Dauid. Decimusnonus sacerdos fuit Sellum, qui fuit contemporaneus partim Manasse, & Amon filio suo, & partim Iosiæ. Vicesimus sacerdos fuit Helchias, supra in litera, & iste fuit qui inuenit librum in domo Domini tempore Iosue regis 4. Regum 22. Et sequenti libro cap. 34. Et fuit iste vir excellens: nam de eo prædixerat Dominus, quòd daret sibi omnem honorem templi. Isa. 22. Vicesimusprimus sacerdos fuit Azarias filius Helchiæ. Et iste fuit contemporaneus tribus filijs Iosiæ, vel fortè ipsi filijs suis. Vicesimussecundus sacerdos fuit Saraias filius Azariæ, supra in litera. Et iste fuit tempore Sedechiæ, quando capta est ciuitas Ierusalem a Caldæis, & ipse ductus est coram Nabuchodonosor in Reblata, & ibi fuit occisus 4. Regum vltimo. & Iere. vltimo. Et isti fuerunt vigintiduo sacerdotes, q fuerunt ab Aaron vsque ad captiuitatem Babylonis: quorum vndecim fuerunt ante ædificationem templi Salomonis, & alij vndecim ministrauerunt in templo Salomonis, vt patet ex dictis. Vicesimustertius sacerdos fuit Iosedech filius Saraiæ. Et iste non fuit sacerdos in Ierusalem, quia pater suus Ieraias ministrabat, sed mortuo illo, veniebat principatus ad Iosedech, & ductus est in Babylonem, & sic nunquam ministrauit in summo sacerdotio, quia in Babylone non faciebant Israelitæ aliqua sacrificia, nec cæremonias vllas sacerdotales: sicut declaratum est 4. Regum vltimo. in quadam quæstione. Et de isto Iosedech dicitur hic, quòd iste est, qui egressus fuit quando transtulit Dominus Iudam, & Ierusalem per manum Nabuchodonosor: & iste ductus est in Babylonem. Vicesimusquartus sacerdos fuit Iesus, siue Iosue filius Iosedech. Et iste est, qui regressus est de Babylone cum Zorobabel, & fuit princeps sacerdotum in Ierusalem, vt patet primo Esdræ 3. & Aggæi primo, & 2. & Zacha. 4. Vicesimusquintus sacerdos fuit Heliasib filius Iosue, de quo fit sæpe mentio in libro Neemiæ, & in libro Esdræ, & fuit contemporaneus Esdræ, & Neemiæ, de quo Iosephus 11. Antiqui. ait Sub idem tempus, & Ioachin defuncto principe sacerdotum, filius eius Heliasib principatum sacerdotalem suscepit. Et iste fuit tempore regis Assueri, & reginæ Esther, vt patet eodem libro.

Sciendum autem, quòd sacerdotes illi, qui supra positi sunt post ædificationem templi Salomonis, non vocantur eisdem nominibus in sacra scriptura, & apud Iosephum: nam Iosephus 10. Antiqui. vocat Ioram eum, quem nos vocamus Iohanam, & vocat ipse Anxioramum, quem nos vocamus Azariam, & vocat Fideam, quem nos vocamus Amariam, & vocatur apud eũ Sudeas, qui apud nos vocatur Achitob, & vocatur Illus apud ipsum, qui apud nos vocatur Sadoc, & ipse vocat Ioathan eum, quem nos vocamus Sellum, & ipse vocat Vriam eum, quem nos vocamus Helchiam, & ipse vocat Neriam eum, quem nos dicimus Azariam, & ipse vocat Zaroth esi, quem nos vocamus Saraiam. Ponit insuper tres sacerdotes inter istos, scilicet, Edeam, Saloni, & Helchiam. Sed fortè Iosephus vocat summos sacerdotes eos, quos aliquando contingebat ministrare loco summorum sacerdotum, quamquã non essent summi sacerdotes. Aliter potest dici, quòd verè Iosephus computet omnes, qui fuerunt summi sacerdotes, & scriptura ponit pauciores, quia solùm ponit successionem per lineam directam, scilicet, patrem, & filium, & tamen interdum contingeret, quòd duo vel tres fratres filij eiusdem summi sacerdotis succederent sibi in summo sacerdotio, quia fortè aliquis eorum moreretur sine liberis, & succederet frater suus. Simile patet, quia fuerunt quinque sacerdotes summi de stirpe Ithamar, & nullum eorum posuit hic scriptura, sed continuauit progeniem Phinees, quamquam in illa non essent tunc aliqui sacerdotes magni, & sic isti vigintiquinque, quos numerauimus secundum sacram scripturam, essent in veritate vigintiocto. Vicesimusnonus sacerdos fuit Iudas filius Heliasib. De quo Iosephus 11. Antiquit. scilicet, defuncto Heliasib principe sacerdotum, filius eius Iudas principatum sacerdotale suscepit. Tricesimus sacerdos fuit Ioannes filius Iudæ. Et fuit pater eius Iudas tempore Esther reginæ vxoris regis Assueri. Aliqui etiam putant, q̃ iste fuerit sacerdos magnus Eliachin, qui fuit tempore Iudith, de quo Iudith 4. sed an sit verum, ibi dicetur. Iste Ioannes summus sacerdos habebat fratrem nomine Iesus, & ille habebat quendam amicum nomine Vagoses, qui fuerat princeps tempore Artháxersis, cuius confidentia Iesus contra Ioannem fratrem suum sacerdotem magnum altercatus est, & Ioannes Iesum fratrem suum in templo occidit: ex quo habuit occasionem Vagoses, vt Iudæos in seruitutem redigeret tanto scelere conspecto, & eos per septem annos oppressit, nec permisit eis offerre hostias in templo, vel facere alias cæremonias, nisi prius daret sibi quolibet anno quinquaginta dragmas, & hoc sep tem annis durauit: de quo Iosephus 11. Antiquit. Tricesimusprimus sacerdos fuit Iadus filius Ioannis, de quo aliquando in secundo libro Machabæorum. Et fuit iste Iadus tempore, quo Philippus pater Alexandri dominabatur in Græcia. Iste habuit alium fratrem nomine Manasses, propter quem facta est magna contentio de sacerdotio: nam Sanabalath quidam princeps Darij missus ad Iudæos dedit filiã suam huic Manasse, tanquam propter eum haberet ciuitatem in pace, cum summi sacerdotes essent principes Iudæorum. Iste autem Manasses prohibebatur a fratre suo, & a populo accipere aliquid de sacerdotalibus, & ministrare in altari, vel quòd dimitteret vxorem. Ipse autem significauit socero suo, quòd diligebat filiam eius, & tamen propter eam carebat honore sacerdotij. Dixit autem Sanabalath, quòd non solum ei sacerdotium, sed etiam principatum sacerdotij, & potentiam, et honorem omnium locorum sibi subiectorum daret, desiderabat enim ne filiam suam dimitteret. Dicebat etiam, quòd ei templum ædificaret ad instar Ierosolymorum super montem Garizin, qui omnibus montibus Samariæ altior erat, sed ad hoc licentiam regis Darij habere volebat. Contigit autem ipso tempore Darium regem Persarum ab Alexandro superari, et tunc Sanabalath socer Manasse elegit octo millia de viris suis, & iuit ad Alexandrum expugnantem vrbem Tyri, referens quomodo haberet generum fratrem Iadi sacerdotis summi,

velletque

Universidad de Deusto
Biblioteca

velletque ædificare templum ei in monte Garizin, F
esſetque hoc vtile Alexandro, quia gens Iudæorum
diuiſa in duas partes propter duo templa, non facili-
ter vniretur ad repugnandum regi, ſicut ſi eſſet vna
gens propter vnitatem templi. Conceſſitque Alexan-
der hoc templum ædificari. Quod Sanabalath ædifi-
cauit, putans magnum honorem inde euenturum
filiæ ſuæ, & nepotibus ſuis, quia eſſent ſummi ſacer-
dotes gentis Iudæorum. Et factum eſt igitur templum
illud, & manſit vſque ad tempus Chriſti, in quo co-
lebatur Deus iuxta eaſdem cæremonias, quæ fiebant
in Ieruſalem, & tamen contra legis prohibitionem
factum, quia non licebat eſſe duo loca, in quibus offer-
rentur ſacrificia, ſed vnicum. Leui. 17. Sed adhuc nec
tam ſtrictè ſeruabantur cæremoniæ in templo montis G
Garizin. Vnde Ioſephus ait, quòd ſiquis culpam
habuiſſet apud Ieroſolymitas de cibo illicito, ſeu de
tranſgreſſione ſabbatorum, aut de ſimilibus pecca-
tis, ad Sichimitas recedebat, dicens: ſe iniuſtè cul-
pari. Tempore autem ſacerdotis huius Iadi, de quo
dicebatur, Alexander pugnabat contra Tyrum, mi-
ſitque nuncios ad Iadum principem ſacerdotum in
Ieruſalem, vt mitteret ei victualia, & alia neceſſaria
in Tyrum, & conferrent omnia, quæ conferebant
prius Dario. Reſpondit Iadus ſe ſacramentum Da-
rio dediſſe, nec eo viuente poſſe pactum tranſgredi.
Feſtinauit autem Alexander ire Ieroſolymam, vt
eam deſtrueret, & tunc tremefactus ſacerdos ma- H
gnus, poſt ſacrificia facta, & reſponſo accepto, exi-
uit obuiam Alexandro, quem conſpiciens Alexan-
der nomen Domini adorauit, & principem ſacer-
dotum veneratus eſt, de quo latius dicetur in fine
ſecundi libri. Hæc igitur ſub Iado ſacerdote tempore
Alexandri facta ſunt. Triceſimuſſecundus ſacerdos
fuit Onias filius Iadi, qui fuit vir honorabilis. Alius
tamen Onias fuit pauloante tempore Machabæorum.
Fuit autem iſte Onias tempore Ptolomæi regis Aegy-
pti, qui vocabatur filius Lagi, & fuit ſucceſſor Alexan-
dri. Triceſimus tertius ſacerdos fuit Simon filius
Oniæ, qui iuſtus appellatus eſt, cuius laudes magnæ
ponuntur Eccleſiaſt. 50. cap. Et incipit. Simon Onię
filius ſacerdos magnus. Et etiam iſte fuit tempore
Ptolomæi filij Lagi. De omnibus præcedentibus ha- I
betur per Ioſephum 11. Antiquitatum. Triceſimuſ-
quartus ſacerdos, fuit Eleazarus frater Simonis iuſti:
nam Simon moriens reliquit filium paruum nomi-
ne Ioram, qui ad miniſtrandum in ſacerdotio aptus
non erat: ideo Eleazarus frater patris ſui Simonis ſa-
cerdotium ſuſcepit. Et fuit iſte tempore Ptolomæi
Philadelphi regis Aegyptiorum, & ipſe fuit qui ma-
xime cupidus fuit in congregatione librorum, habuit-
que in bibliotheca ſua vigintiquinque millia vltra li-
brorum: iſte enim magnis ſumptibus transferri fe-
cit legem Dei de Hebræo in Græcum per ſeptuaginta
interpretes. De quo Ioſephus 12. Antiquitatum, &
de hoc latè diximus in prologo ſuper librum iſtum,
qui incipit. Si ſeptuaginta interpretum: hoc enim K
tempore ſcripti ſunt duo libri apud Hebræos, ſcilicet,
liber Sapientiæ, qui Paranethos dicitur: etiam Eccle-
ſiaſticus, qui Ieſus filius Sirach appellatur: in quo
de ipſo Simone ſummo ſacerdote, cuius tempori-
bus ſcriptus eſt, mentio fit. Triceſimuſquintus ſa-
cerdos fuit Manaſſe. Et iſte fuit patruus Eleazari,
ſcilicet, filius primi Oniæ frater. Et iſte fuit tem-
pore Ptolomæi Euergetis regis Aegypti: de hoc Io-
ſephus 12. Antiquitatum. Triceſimuſſextus ſacer-
dos fuit Onias filius Simonis iuſti, qui paruulus reli-
ctus fuerat moriente patre, quando Eleazarus patru-
us eius ſummum ſacerdotium accepit. Iſte fuit vir
auarus, & tenax nimis: vnde propter ſuam tenaci-

tatem regem Syriæ, qui terræ Ieroſolymorum domi-
nabatur, prouocare habuit, niſi obſtetiſſet pruden-
tia cuiuſdam Ioſiphi filij ſororis Oniæ: de qua occul-
ta refert Ioſephus 20. Antiquitatum. Triceſimuſ-
ſeptimus ſacerdos fuit Simon. Et non eſt iſte ille,
qui vocabatur alio nomine, & erat minoris gloriæ,
& operum. Triceſimuſoctauus fuit Onias. Et iſte
fuit vir ſanctus. Et iſte eſt, de quo dicitur 2. Macha.
vltimo. quòd apparuit Iudæ Machabæo, per ſomnia,
quando pugnare debuit contra Nicanorem. Aliqui
autem volunt, quòd fuit aliquis de ſacerdotibus præ-
cedentibus, qui vocabatur Onias: vt ſupra patet.
Nec tamen eſt iſte ille, de quo dicitur 2. Machabæo-
rum quarto, quòd occiſus fuerit a Menelao, & An-
dronico. Triceſimuſnonus ſacerdos fuit Ieſus fra-
ter Oniæ: nam filius Oniæ infans erat adhuc inep-
tus ad ſummum ſacerdotium. Erant autem iſti tres fra-
tres, & vnus erat Ieſus, qui vocauit ſe Iaſonem. Iſte
eſt, qui fuit facinoroſus valde: de quo habetur 2.
Machabæorum quarto. Et fuit ibi contentio inter
eum, & Menelaum: de quo ſatis ibi habetur. Huic
autem rex iratus abſtulit ſacerdotium. Fuit igitur ſa-
cerdos quadrageſimus Menelaus frater ipſius, qui
etiam ipſe peſſimus fuit: de quo 2. Machabæorum
quarto, Quadrageſimuſprimus ſacerdos fuit Alchi-
mus vir malus, & patriæ accuſator, & ſimoniacus.
Huius tempore Antiochus Rex Syriæ, qui Epipha-
nes dictus eſt, multos Iudæorum occidit, & coegit
eos dimittere legem Dei, & filios non circuncidere,
vt patet primo Machabæorũ primo. Eo tempore fuit
Mathathias ſacerdos de vrbe Modin, qui habuit ma-
gnum zelum legis, & conuocauit omnes Iudæos,
qui haberent zelum Dei, & libenter ſe morti expo-
nerent propter legem, & venerunt cum iſto in mon-
tes, & ibi parauerunt ſe ad reſiſtendum Gentilibus,
quod fecerunt vſque ad mortem Mathathiæ, & tunc
ordinauit ipſe Iudam filium ſuum principem belli,
primo Machabæorum 2. Et non fuit iſte Mathathias
ſummus ſacerdos, ſicut multi de noſtris opinantur,
cùm ipſe fuerit tempore Iaſonis, & Menalai, & Al-
chimi. Nec etiam ille Iudas fuit illico ſummus ſa-
cerdos, vt mortuus eſt Mathathias, ſed adhuc mane-
bat Alcimus ſummus ſacerdos, cum ipſe eſſet de ſtir-
pe ſacerdotum. Quadrageſimuſſecundus ſacerdos
fuit Iudas Machabæus, qui viuente Alcimo factus eſt
ſacerdos: vnde Alcimus accuſabat eum apud regem
Syriæ, vt patet ex proceſſu ſecundi Machabæorum.
Ex hoc tempore fuerunt ſacerdotes ſummi de gene-
re Mathathiæ vſque ad Ircanum fratrem Ariſtoboli,
qui fuit pauco tempore ante Chriſti natiuitatem. Et
fuerunt iſti ſimul ſacerdotes, & principes populi. De
geſtis autem Iudæ Machabæi non oportet dici, quia
notiſſima ſunt in toto primo, & 2. libro Machabæo-
rum. Quadrageſimus tertius fuit Ionathas frater Iu-
dæ Machabæi. Nam non reliquit Iudas aliquem fi-
lium, qui ſuccederet ei in principatu, & in ſummo
ſacerdotio. De pontificatu Ionathæ patet primo Ma-
chabæorum 10. Quadrageſimuſquartus ſacerdos fuit
Simon Machabæus frater Iudæ, & Ionathæ: nam
mortuis fratribus ſuis accepit ipſe ſummum ſacerdo-
tium, quia nullus illorum reliquerat ſucceſſorem, de
ſacerdotio eius patet primo Machabæorum decimo-
quinto. Iſtorum enim fratrum opera magnifica ſunt,
quæ apparent in eiſdem libris Machabæorum. Qua-
drageſimuſquintus ſacerdos fuit Ioannes Hircanus
filius Simonis, qui vocatur ſacerdos ſummus, pri-
mo Machabæorum vltimo. Deinde poſteri huius
fuerunt viri multorum operum: de quibus hic pa-
rum dicemus, relinquentes omnia pro fine omnium
Machabæorum, vbi late ponentur. De his autem
Ioſephus

Ioſephus duodecimo, & decimotertio, & decimo-
quarto Antiquitatum. Quadrageſimuſſextus fuit Ari-
ſtobolus filius Hircani, qui fuit vir acris ingenij, &
tres fratres ſuos, & matrem vinculauit, ſibique dia-
dema regni poſuit, & ſic fuit ſimul rex, & ſummus
ſacerdos. Redijt autem Regnum Iudæorum tempo-
re iſtius Ariſtoboli, & fuit annis quadringentis, &
ſeptuaginta quinque, poſtquàm deſierat Regnum
Iudæorum, ducto Sedecia in captiuitatem Babylo-
nis. Quadrageſimus ſeptimus ſacerdos fuit Alexan-
der filius Ioannis Hircani, & frater precedentis Ari-
ſtoboli. Cuius modus fuit, quia Ariſtobolus ma-
trem ſuam, & tres fratres vinctos tenebat, quia ipſe,
cùm non eſſet maior, vſurpauit ſummum ſacerdo-
tium, repugnante matre contra iura fratrum. Mor-
tuo autem Ariſtobolo, vxor eius ſoluit fratres Ari-
ſtoboli a vinculis, & maiorem eorum nomine Iam-
næus, qui poſtea Alexander dictus eſt, regem con-
ſtituit, & ſummum ſacerdotem, quia iſta duo ſimul
erant. Quadrageſimus octauus ſacerdos fuit Anti-
gonus: nam Alexander præcedens duos filios habuit,
& Ariſtobolum, & Hircanum. Primogenitus au-
tem Hircanus erat, & quia ignauus, & vitæ ſolitariæ
erat, noluit mater eum regem inſtituere, ſed ſum-
mum ſacerdotium ei dedit, eo quòd innocentis vitæ
erat. Fuerunt autem bella aliqua inter Ariſtobolum,
& Hircanum: nam aliquando ſacerdos erat Hirca-
nus, & aliquando Ariſtobolus: a principio enim ſacer-
dos erat Antigonus, ſed poſtea ſacerdos fuit Ariſto-
bolus: deinde mortuo Ariſtobolo, ſacerdos fuit Hir-
canus, & ſic Ariſtobolus eſt ſacerdos quadrageſimus
nonus. Deinde fuit ſacerdos quinquageſimus qui-
dam filius Ariſtoboli nomine Alexander, vt quidam
volunt, ſed iſte poſtea occiſus eſt a militibus Pom-
peij. Quinquageſimus primus ſacerdos fuit quidam
paruus filius Antigoni. Sed iſtum fecit natando oc-
cidi Herodes, vt ipſe ſolus principatum Iudæorum
obtineret: in quo nimis doluit ſoror ſua Mariane vxor
Herodis, & ex eo tempore ſemper fuit illi infeſta,
quouſque poſt magnam indignationem fecit eam
occidi Herodes. Quinquageſimus ſecundus ſacer-
dos fuit quidam nomine Ieſus, qui aliquanto tem-
pore, viuente primo Herode, poſſedit ſummum ſa- D
cerdotium. Sed poſtea Herodes iratus iſtum pon-
tificatu priuauit. Quinquageſimus tertius ſacerdos
fuit quidam nomine Simon, quem ipſe Herodes ſa-
cerdotem inſtituit, depoſito Ieſu ſacerdote. Quin-
quageſimus quartus ſacerdos fuit quidam nomine
Amathias: ſed iſtum poſtea Herodes ſacerdotio priua-
uit, putans, quòd ipſe fuiſſet conſcius ſeditionis con-
tra eum factæ, & tamen ille erat vir benignus, &
amitis. De his Ioſephus decimoſexto, & decimoſe-
ptimo Antiquitatum. Quinquageſimus quintus ſa-
cerdos fuit Azarus, vel alio modo Eleazarus, quem
Herodes pontificem fecit, depoſito Amathia. Quin-
quageſimus ſextus ſacerdos fuit quidam nomine Io- E
ſephus, qui tempore Amathiæ, de quo ſupra dici-
tur, ſummus ſacerdos fuit ſolùm per vnam diem.
Cuius cauſa fuit, quia Amathias ſummus ſacerdos
erat, & cùm in die expiationis, qui eſt dies decimus
menſis ſeptimi facere debuiſſet cæremonias, viſum
eſt ſibi per noctem cuidam fœminæ copulari; ideo
propter ſomni pollutionem ſacerdotio fungi non po-
tuit: ſed Ioſephus Helimi filius cognatus eius pro eo
ſacerdotio functus eſt, & ſic vna die ſolum ſacerdos
fuit. Quinquageſimus ſeptimus ſacerdos fuit alius
Mathias: nam duo fuerunt Mathiæ ſummi ſacerdo-
tes tempore Herodis: vnum enim Herodes pontifi-
catu remouit, alterum verò, qui ſeditioni cauſam
dederat, igni tradidit. Quinquageſimus octauus ſa-

A cerdos fuit Eleazarus frater Ioazari: nam Archelaus
Herodes mox vt in Iudæam venit Ioazarum pontifi-
catu remouit, exprobans ei, quòd cum ſeditioſis con-
uenerit. Eleazarum autem fratrem eius ad pontifi-
catum ſubrogat. Quinquageſimus nonus ſacerdos
fuit Ioazarus, vt quidam volunt, frater Eleazari, qui
prius pontifex fuit quàm ipſe, quem Herodes ſacer-
dotio priuauit. Sed iſtum aliqui volunt eundem eſſe
cum Ioazaro, de quo ſupra dictum fuit. Sexageſi-
mus ſacerdos fuit Ieſus filius See: hunc enim Hero-
des Archelaus ſubrogauit Eleazaro: nam eum pauco
tempore in ſacerdotio manere permiſit. Sexageſi-
mus primus ſacerdos fuit alius Eleazarus, quem Cy-
rinus Beromanus, reſtitutis rebus Archelai, ab offi-
B cio pontificatus deponit, cùm a multitudine ſeditio-
nem paſſus eſſet. Sexageſimus ſecundus ſacerdos fuit
Annanus, quem ſubrogauit Cyrinus in pontificatu
Ioazaro. Et ille eſt, qui vocatur in euangelio Annas,
ad quem Chriſtus ductus eſt prius quam ad Caiphan:
quamquam tunc Annas pontifex non eſſet, ſed Cai-
phas: fuerat tamen alijs temporibus Annas pontifex,
& tunc erat ſocer Caiphæ. Sexageſimus tertius pon-
tifex fuit Iſmael filius Iabi, quem quidam rector Ro-
manorum nomine Valerius Gracchus pōtificatu ho-
norauit Annanum priuans. Sexageſimus quartus
pontifex fuit Eleazarus Annæ, ſiue Anani, quod
idem eſt, pontificis filius, quem idem Valerius Grac-
chus pōtificatui præfecit, cùm pauco tempore Iſmae-
C lem, quem iam ſacerdotio præfecerat ſacerdotio re-
mouiſſet. Sexageſimus quintus ſacerdos fuit Simon
Cami filius, quem idem Valerius ſacerdotem effecit:
nam cum vno anno Eleazarus pontifex fuiſſet, eum
ſacerdotio priuans, Simonem ſubrogauit. Sexage-
ſimus ſextus ſacerdos fuit Ioſephus nomine Emphas:
nam cùm Simon vno anno miniſtraſſet Valerius eum
ſacerdotio remouit, & Ioſephum ei fecit ſucceſſo-
rem. Hæc omnia fecit Valerius Romanorum rector,
qui vndecim annos Iudæam totam rexit, & huic ſuc-
ceſſit Pilatus miſſus a Romanis, vt eandem Iudæam
regeret. Erat autem Chriſtus tempore horum pon-
tificum: nam iſte Ioſeph, de quo dictum eſt, fuit
Caiphas, vt ait Ioſephus decimooctauo Antiquita-
tum, qui ſententiam contra Chriſtum protulit, di-
cens. Expedit vt homo vnus moriatur pro populo
Ioan. undecimo. Sexageſimus ſeptimus ſacerdos fuit
Ionathas filius Annæ, quem Vitellius Romanus ſa-
cerdotem inſtituit, depoſito Ioſepho, qui Caiphas
appellabatur. Quod fecit Iudæis ſe arbitrans bene-
ficium conferre. Sexageſimus octauus ſacerdos fuit
Theophilus frater Ionathæ, quem idem Vitellius ſa-
cerdotem inſtituit, depoſito fratre eius Ionatha, &
tamen iſti duo ſacerdotes, & cæteri, qui ſequuntur,
poſt Chriſti mortem fuerunt, cùm ipſe ſub Caipha
pontifice mortuus fuerit. De his omnibus Ioſephus
decimooctauo Antiquitatum, vbi de morte iniuſtiſ-
ſima Chriſti, & eius laudibus agit. Sexageſimus no-
nus ſacerdos fuit Boethus Simonis, cui cognomen-
tum Canthera fuit: hunc enim Agrippa rector Iu-
dæorum, mortuo Tiberio Imperatore Romanorum,
ſub Caio Imperatore conſtituit, depoſito Theophi-
lo filio Annæ.

Septuageſimus ſacerdos, vt quidam volunt, fuit
Simon frater Boethi, quem Agrippa Rex ſacerdo-
tem conſtituit.

Septuageſimus primus ſacerdos, fuit Mathias fi-
lius Annæ Pontificis, qui fuerat tempore Chriſti:
nam Agrippa Simonem Cantherum Pontificatu pri-
uauit, & denuo Ionam Annæ filium ſacerdotem
conſtituit, qui aliàs ſummus ſacerdos fuerat, & eo
ſpoliatus extiterat, reputans eum cæteris digniorem.

Ionæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ionæ tamen gratum non fuit tantam recipere dignitatem, pro qua re ad Agrippam supplicabat, dicens: Tu quidem, ò Rex meo honore congaudens, hanc mihi restituis proprio consilio dignitatem, licet me hoc pontificatu nunquam dignum iudicauerit Deus: semel tamen cum indutus sim stola sacerdotali, sufficit mihi: prius enim fui dignius indutus, quàm nunc sum denuo recepturus: tu vero si modo vis, vt accipiat dignior hunc honorem, agnosce: quia omni peccato mundior apud Deum, & apud te Rex frater mihi est, qui possit ad hunc honorem dignius accedere. In his ergo sermonibus Rex Agrippa collaudans Ionæ voluntatem Mathiæ, fratri eius pontificatum tradidit.

Septuagesimus secundus sacerdos fuit Elionæus, quem Agrippa constituit sacerdotem, spoliato pontificatu Mathia, quem prius ipse pontificem constituerat. De his omnibus Iosephus decimonono Antiquitatum,cap.quinto.

Septuagesimus tertius sacerdos, fuit Ioseph filius Cami,quem Herodes instituit.

Septuagesimus quartus pontifex fuit Ananias filius Iubedæi, quem Herodes sacerdotem instituit,deposito Ioseph filio Cami.

Septuagesimus quintus sacerdos fuit Ismahel filius Iabi, quem Agrippa pontificem instituit.

Septuagesimus sextus fuit pontifex Ioseph filius Simonis, cui Agrippa sacerdotium dedit, & Ismahelem eodem pontificatu priuauit.

Septuagesimus septimus sacerdos fuit Annanus filius Annani, quem sacerdotem Agrippa fecit, priuato Ioseph de pontificatu: Iste Annanus fuit ille Ananias, ad quem Paulus dixit: Percutiat te Deus paries dealbate, Actuum vigesimotertio. Cum ipse Ananias eum alapa percussisset. Postea cum malediceret ei Paulus, & accusaretur a Iudæis, quòd maledicebat principi populi, & summo sacerdoti dixit Paulus: se nescire, an ille summus sacerdos esset. Iste Annanus, siue Ananias fuit filius Annæ sacerdotis coram quo Christus præsentatus est, prius quàm præsentaretur Caiphæ summo sacerdoti. Et de hoc Iosephus, & alij Iudæi dicunt, quòd fœlix nimium fuerit: quia omnes filij sui successiue pontificatum tenuerunt, cum ipse prius multis temporibus pontificatum tenuisset: Iste Annanus fuit, qui Iacobum Ierosolymitarum Archiepiscopum, qui frater Domini dicebatur, lapidari fecit: vt ait Iosephus vigesimo Antiquitatum, capitu. 25. Scilicet, Annanus credens se tempus habere opportunum, Sesto mortuo, & Albino in itinere, fecit Iudicum concilium, & quosdam deducens ad semetipsum inter quos, & fratrem Iesu, qui dicitur Christus nomine Iacobum, quasi contra legem agentes accusans, tradidit lapidandos. Qui autem videbantur esse moderatissimi ciuitatis, & circa legis integritatem habere solicitudinem, grauiter hoc tulerunt, miseruntque latenter ad Regem, rogantes eum, vt scriberet Annano, ne talia perpetraret, cum neque prius recte fecisset. Quidam vero eorum etiam Albino occurrerunt ab Alexandria venienti, eumque docuerunt, quia non liceret Annano præter illius voluntatem, congregare concilium. Albinus autem eorum sermonibus flexus, cum iracundia scripsit Annano interminatus cum pœnas exoluere. Quapropter Agrippa Rex sublato ei pontificatu, quod tribus mensibus habuerat, Iesum Danæi filium in eius loco constituit.

Septuagesimus octauus pontifex fuit Iesus Danæi filius, quem Agrippa rex, deposito Annano, in sacerdotio subrogauit.

Septuagesimus nonus sacerdos fuit Iesus filius Gamalielis, qui Iesu Danæi filio pontificatu priuato, in honore succedere meruit.

Octogesimus sacerdos, vt aliqui volunt, fuit rursus Iesus Gamalielis filius, quem Agrippa sacerdotio priuauerat.

Octogesimus primus fuit Mathias Theophili filius, sub cuius pontificatu bellum Romanorum contra Iudæos incepit.

Octogesimus secundus fuit Finasus, qui tempore belli Iudaici contra Romanos per discordiam in pontificem assumptus est. Et iste fuit vltimus pontificum Iudæorum, cùm post bellum Iudaicum pontifex nullus fuerit, quia & in bello illo templum, & ciuitas concremata sunt. De istis autem Iosephus vigesimo Antiquitatum. Fuit autem conditio istorum pontificum a principio, vt de stirpe Aaron per lineam rectam descenderent, nec vnus substitueretur, quousque alius descenderit, & hoc durauit annis multis, scilicet, vsque post reditum de Babylone tempore Machabæorum: nam tunc prius Antiochus, & princeps militiæ eius Licias Oniam, cui cognomentum erat Menelaus, de pontificatu deposuerunt, & constituerunt pontificem Ioachin ex genere quidem Aaron, sed non ex domo sacerdotum summorum. Postea autem Machabæi summum sacerdotium susceperunt, in quorum domo durauit vsque ad tempora Herodis: sed pontificatus sæpius mutabatur, nec alicui viro nobili tradebatur, sed populares principatum istum suscipiebant, vt securius esset regnum Herodis. Fuerunt autem a temporibus Herodis vsque ad diem, qua ciuitas per Titum cum templo simul concremata est, anni centum, & septem, in quibus summi sacerdotes viginti octo fuerunt: quoniam frequens eorum fiebat mutatio, tam propter auaritiam Romanorum, & Iudæorum pontificatum vendentium, quàm propter mutuas seditiones. De his Iosephus vigesimo Antiquitatum. De his etiam idem multa in septem libris de bello Iudaico.

CAP. VII.

PORRO filij Issachar, Thola, & Phua, Iasub, et Semirom, quatuor. Filij Thola, Ozi, et Raphaia, et Ieriel, et Iemai, et Iebsem, et Samuel, principes per domus cognationum suarum. De stirpe Thola viri fortissimi numerati sunt in diebus Dauid, vigintiduo millia sexcenti: Filij Ozi, Izrahia, de quo nati sunt Michael, et Obadia, et Ioel, et Iesia, quinque: omnes principes, cumque eis per familias, et populos suos accincti ad prælium, viri fortissimi, triginta sex millia. Multas enim habuerunt vxores, et filios. Fratres quoque eorum per omnem cognationem Issachar, robustissimi ad pugnandum, octoginta septem millia numerati sunt.

DESCRIPTA

DESCRIPTA in præcedentibus progenie Leuitarũ, hic agitur de progenie reliquarum tribuum, & agitur simul de Issachar, Beniamin, & Manasse, Nephthali, & Ephraim. & diuiditur in partes sex secundum quòd hic agitur de sex tribubus: primò de tribu Issachar: secundò de tribu Beniamin,ibi. *Filij Beniamin.* Tertiò de filijs Nephthali,ibi. *Filij Nephthali.* Quartò de tribu Manasse,ibi. *Porrò filij Manasse.* Quinto de tribu Ephraim,ibi. *Filij autem Ephraim.* Sextò de filijs Aser,ibi. *Filij Aser.*

An ea, quæ hic scripta sunt, sint ad præcedentia continuata. Quæst. I.

QVAERITVR circa primum, an ea, quæ habentur hic, sint continuata ad præcedentia? Respondendum sicut in alijs communiter dicitur, quòd non potest esse ordo continuitatis in istis propriè sumptus, quia huiusmodi ordo consideratur in historijs, quarum partes sibi succedũt habitudine naturali: & tamen hic describuntur progenies non habentes inter se dependentiam, ideo nõ potest esse talis: est tamen quidam ordo,inquantum tales generationes, quæ posterius fuerunt, posterius describuntur.

Quare post tribum Leui immediatè agitur de tribu Issachar. Quæst. II.

QVAERITVR vlterius quomodo de tribu Issachar agitur immediatè post tribum Leui: nã non videtur seruari hic aliquis ordo. Quod patet, quia non est ordo natiuitatis,nam post Leui non fuit natus Issachar,sed Iudas,Gen.29.postea autem Dan, & Nephthali, deinde Gad,& Aser,Gen. 30.Ideo omnes isti ordine natiuitatis Issachar præcedere debuissent. Non seruatur etiam ordo cohabitationis, quia non habitabat specialiter Leui cum Issachar, sed per omnes tribus Leuitę erant dispersi. Etiam non obseruatur ordo dignitatis, quia post Leui non sequitur Issachar in dignitate, sed potius deberet præcedere ad Simeon, & Ruben, de quibus supra 4.& 5.dicitur: nam Iudas erat prima tribus in dignitate,vt patet ex locatione castrorum. Numeri secundo. & ex tempore offerẽdi in dedicatione,quia princeps tribus Iuda prima die obtulit sacrificium ante cæteros principes in dedicatione tabernaculi, Nu.7. princeps tamen Issachar sequebatur post Iudam:nam immediatè obtulit princeps Issachar tribus post principem Iudę,scilicet die secunda, & deinde alij principes,Num.7. Sic etiam in castrametatione, nam princeps Issachar locabat castra post principem Iudę.

Dicẽdum, quòd hic seruatus fuit ordo alicuius dignitatis,non quidem dignitatis in castrametando,sed dignitatis capitum tribuum,scilicet,ꝙ illa tribus,quæ habet caput dignius,prius ponatur. Sic autem est de Issachar respectu Leui, nam post Leui ordine natiuitatis sequitur Iudas,de quo dictum fuit supra 2.3.& 4. propter causam assignatam ibidem:deinde sequebatur ordine natiuitatis duo,s.Nephthali,& Dan,& alij duo,s.Gad, & Aser ante Issachar, & tamen quia isti quatuor erãt filij ancillarũ, & Issachar erat filius Lię, quæ erat domina, debuit poni Issachar ante tribus illas,licet ordo in quibusdã istorũ non nimis attẽdatur.

Quare hic agitur de progeniebus omnium tribuũ præter quam Dan,& Zabulon. Quæst. III.

QVAERITVR vlterius, quare agitur in libro isto de progenijebus omniũ tribuum, & non agitur de tribu Dan,& Zabulon: nulla enim descriptio istorum inuenitur. Hic respondent Hebrei,& Nicolaus quòd scriptor libri huius transtulit omnes istas progenies per libros genealogiarum singularum tribuũ, quia inter Hebręos libri progenierum erant. De Zabulon autem, & Dan dicunt, quòd libri genealogiarum ipsorum non inuenti sunt post reditum de Babylone, ideo non potuit Esdras scribere aliquid illorum. Hoc autem videtur habere colorem, quia in libris Esdræ interdum dicitur de quibusdam,qui non potuerunt ostendere, de qua progenie erant, ideo quanquam gererent se pro sacerdotibus, vel Leuitis non suscepit eos populus in hac possessione, sed exclusit illos Esdras.

Dicendum tamen magis videtur, quòd Esdras nõ posuit aliquid de istis duabus tribubus, quia noluit,licet eorum progeniem sciret: verisimile est enim ꝙ Esdras omnia hæc sciret, quia propheticè scribebat, cùm omnes scriptores sacrę scripturę propheticè scripserint: non ergo oportet, quòd Esdras transcriberet ista de alijs libris, sed spiritu prophetico ea haberet,quia alioquin sequeretur magna absurditas,scilicet,quòd Esdras, vel aliquis alius scriptor librorum sacrorum transcribens esset ex alijs libris humanis, nam cum illi mendaces essent, quia humana auctoritas mentiri posset, mendacium quoque in sacra scriptura ponerent. Et hoc non est recipiendum, quia tunc non esset nobis magis certa auctoritas istius libri,quàm vnius de historiographis Gentilium, cùm vterque solo humano ingenio scripsisset. Nisi forte dicas, quòd Esdras transtulit progenies istas de genealogijs tribuum: & tamen illas spiritu prophetico sciebat esse veras, nam tũc eodem modo diceremus, quòd etiam istarum duarum tribuum, quarum non habebantur genealogię, sciret ipse progenies, & scribere posset sine libris genealogiarum.

Dicendum ergo,quòd Esdras non omisit scribere de tribu Dan, & Zabulon, tanquam non starent genealogiæ ipsorum, vel Esdras nesciret illas, sed quia Esdras iudicauit non expedire illas describi, quia fortè non fuit aliquid magnificum, & dignum memoria in his duabus tribubus propter ꝙ describi deberẽt.

Circa primum dicitur. *Porro filij Issachar.* Scilicet sunt isti,qui sequuntur.

Thola. Iste est primus filius Issachar à quo nominata est familia Tholaitarum, Numeri vigesimosexto. Non est autem iste Thola, de quo habetur Iudicum decimo, quia ille fuit dux, & iudex in Israel, & verum est, quòd fuit de tribu Issachar, & tamen fuit post istum Thola plus quàm quadringentis annis, quia iste Thola natus est in terra Chanaan antequam descenderet Iacob in Aegyptum, quia ipse fuit vnus de descendentibus illuc, Genesis quadragesimo sexto: ille autem Thola de quo habetur Iudicum decimo, fuit tempore Iudicum, cùm transissent multi anni temporis Iudicum, vt patet accipiendo viginti annos,vel quasi,quos haberet iste Thola,quando descendit in Aegyptum cum auo suo Iacob, & deinde anni ducenti & quindecim quibus manserunt Israelitę in Aegypto,& vigintiseptẽ vel plus,qui trãsierunt ab exitu de deserto vsque ad principiũ Iudicũ,& quadraginta, qui fuerunt ante hoc ab exitu de Aegypto vsque ad introitum in terram Chanaan, & postea anni quadraginta,quibus iudicauit terram Othoniel,Iudic.3. deinde octoginta anni quibus iudicauit Aioth, eodem capitulo. & postea anni quadraginta, quibus iudicauit Barac Iudicum quinto. & totidem quibus iudicauit Gedeon, Iudicum octauo. & tres quibus iudicauit Abimelech, Iudicum nono,qui sunt simul anni quingenti & quinque, & post Abimelech iudicauit

dicauit illico Thola, Iudicum decimo. ideo fuerũt inter natiuitatem illius, & tempus iudicandi istius anni quingenti & quinque, & consequenter multi fuerũt intermedij inter istum Thola, & illum: potissimè ga in Aegypto mortui sunt omnes, qui introierunt illuc cum Iacob, vt patet Exo.1. & tamen ille Thola filius Issachar descendit cum Iacob, Gen.46. ideo mortuus est in Aegypto, & nõ potuit esse ille, qui fuit Iudex in Israel. *Et Phua.* Iste vocatur Phua, Gen.46. & Nu.26. & ob hoc denominatur familia Phuaitarum. *Iasub.* Iste vocatur Iob, Gen.46. & vocatur Ieresub, Nu.26. & ab eo deriuata est familia Iebusitarũ, eo.cap. & huic consonat istud nomen Iasub. *Et Simaron, quatuor.* Isti quatuor dicti fuerunt filij Issachar. Iste Simaron vocatur Semron, Gen.46. & vocatur Semrẽ, Nu.26. & ab eo deriuatur familia Semrenitarum, eod.cap. *Filij Thola.* Describitur hic progenies pro primogenitura Issachar, s. Thola. *Raphaia.* Aliqui ponuntur eiusdem nominis præcedentibus capitulis, sed differt iste ab illis, quia illi sunt de alijs tribubus. *Et Ieriel.* Non est Ieriel qui vocatur Iediel supra quinto, quia ille fuit de tribu Gad, iste autem est de tribu Issachar. *Et Semei.* Nõ est iste Semei, qui frequenter nominatur supra, quia differt in nomine ab illis, & etiam sunt de diuersis tribubus. *Et Iebsem.* Nomen viri est hic, & tamen aliquando accipitur pro nomine gentis, sic dicitur 4.Reg.19. filios Reseph, & filios Eden, qui erant in Thelassar. Idem patet Isa.37. *Et Samuel.* Non est iste Samuel propheta, quia ille fuit de stirpe Leui, preced.cap. iste autem est de stirpe Issachar. Etiam iste fuit multo tempore ante illum: nam iste fuit nepos Issachar. Ex quo apparet, quòd in Aegypto natus fuerit, & tamen Samuel propheta fuit post exitum de Aegypto multo tempore, s. tempore regis Saulis, quia ipse vnxit eum in regem 1.Reg.10.

Principes per domos cognationum suarum. i. isti filij Thola erant principes cognationum, idest specialium domorum, nam à patre Thola eorũ nominata est quædam familia Tholaitarum, a qua omnes isti descenderunt, & tamen isti filij Thola nominauerunt quasdam speciales cognationes in familia Thola, & istę erant domus, nam sub familia sunt cognationes minores, quæ vocãtur domus, vt declaratum est supra 5.

De stirpe Thola viri fortissimi numerati sunt in diebus Dauid. Ista stirps Thola erat familia maior in tribu Issachar, ideo fuerunt in ea viri multi.

Vigintiduo millia sexcenti. Iste fuit numerus virorũ fortium, quia non computabantur nisi viri potentes ad pugnam. Fuit autem ista computatio facta tempore Dauid, scilicet, quando ipse fecit numerari totũ populum, vt patet secundo Reg.vltimo, & infra 21.

Filij Ozi. Iste fuit vnus de filijs Thola, cuius describitur hic progenies. *Izrahia.* Iste solus ponitur filius Ozi, & tamen dicitur filij Ozi, quia de habente vnicũ filium dicitur, cp habet filios. sic patet Gen.46. cum dicitur, filij Dan Vsin, & sic non habuit nisi Vsin in filium, & tamen dicitur habuisse filios.

De quo nati sunt Michael. Ideſt à Izrahia, qui habuit filios quatuor, qui nominantur hic. Et iste Michael non est, de quo dicitur supra quinto cap. & in alijs locis, quia illi fuerunt diuersarum tribuum.

Et Obadia, & Ioel, & Iesia. Isti erant fratres. Iste tamen Ioel nõ est propheta de minoribus, quia ille fuit multo tempore post, scilicet regnante Ozia rege Iuda, & tamen iste Ioel vel natus est in Aegypto, vel parum post, quia est in generatione quarta respectu Issachar, vt patet in litera. Iste Iesia non est Iesus, de quo præceden. cap. & supra secundo, quia illi sunt de alijs tribubus. Ab his quinq; principibus deriuati sũt multi viri, & populi, vsq; ad summã, quę ponitur hic, cùm isti fuerint principes quinque domorum. Et dicitur per familias suas, non quidem, quòd fuerint aliquę familię deriuatę ab istis, cùm isti fuerint de familia Tholaitarum, sed accipiuntur familię largè pro domibus, vel paruis cognationibus, & sic habebant isti familias, quia sicut erãt quinque principes, ita erãt quinque familiæ. Fuerunt etiam multi populi deriuati ab istis, scilicet, quia viri descendentes ab istis populauerunt multas vrbes, & villas.

Accincti ad prælium viri fortissimi. Ideſt descendentes ab istis quinque principibus fuerunt viri fortissimi, & erant omnes parati ad bellum.

Triginta & sex millia. Ista summa fuit quando computata est progenies istorum tempore Dauid, nam omnes istæ numerationes referuntur ad Dauid, cùm ipsius tempore dicatur facta numeratio præcedens. Et ista numeratio, quæ habetur, hic non exprimitur quando facta fuerit: oportet quòd intelligatur, quòd fuerit facta tempore Dauid.

Multas enim habuere vxores & filios. Hic redditur causa, quare cùm isti essent pauci principes, potuerũt habere tantam summam filiorum tempore computationis factę sub Dauid: & dicitur, quòd hoc fuit, quia isti habuerunt multas vxores, scilicet, quia quilibet eorum habebat multas vxores simul, & ideo poterat gignere multos filios, nam licebat istis habere multas vxores, quia non erat vetitum in veteri testamento: sicut declaratum est.2.Reg.6. Et errant illi, qui dicũt non licuisse alicui in veteri testamento, aut aliquãdo ab exordio sęculi habere multas vxores sine dispensatione speciali. Et sic asserit papa extra de diuor.cap. Gaudemus. Et tamen quia illa assertio non est præceptum, quod procedat ex potestate iurisdictionis, cui ex necessario teneantur obedire omnes fideles, sed est quædam assertio expositiua veritatis alicuius scripturæ, in qua expositione non vult papa sibi attribui maiorem auctoritatem, quàm alijs expositoribus, immo potius econuerso, si aliquis melius exponat, standum ei est, vt ipsemet asserit in decretis, dist.20. cap. de libellis, & commentarijs, licebit nobis recedere ab illa assertione, dicendo, quòd licuit tam in lege naturæ, quàm in veteri testamento alicui accipere plures vxores, necegebat ad hoc dispensatione, nisi aliud obstaret, vtpote si esset rex, quia non licebat regi accipere vxores plurimas. Deuteronomij decimoseptimo, vel si vellet accipere vxores alienigenas de Chananæis, quia istud erat contra legem, Exodi trigesimoquarto, & Deuteronomij septimo. ideo non poterat fieri sine dispensatione. Sic autem isti, cùm haberent vxores plurimas, poterant gignere multos filios: dato quòd ipsi essent multi à principio: sic enim quando aliquis habet valde multos filios in sacra scriptura, ita vt de eo admirãdũ sit, quomodo illos habere potest, exprimitur, quòd ipsos habeat ex multis vxoribus. Sic patet Iudicum octauo. de Gedeone qui habuit septuaginta filios masculos, & dicitur: Habuitque septuaginta filios, qui egressi sunt de femore eius, eo quòd plures haberet vxores. Sic enim dicitur de Roboam filio Salomonis, quòd habuit viginti octo filios, & sexaginta filias: & dicitur, quòd habuit vxores decem & octo, & concubinas sexaginta, sequenti libro cap.11.

Fratres quoque eorum per omnem cognationem Issachar robustissimi ad pugnandum. Positæ fuerunt summę quarundam cognationum Issachar, scilicet, quantus fuerit numerus virorum in illis tempore numerationis factæ sub Dauid. Hic autem dicitur in generali de omnibus alijs familijs quantus fuerit numerus computatorum: ideo dicitur, per omnem cognationem Issachar, ideſt, per omnes alias familias, & domos Issachar, quę non sunt de principibus supra enumeratis descendentes. *Octoginta septem millia numerati sunt.* Fuit hoc tempore Dauid, quando iussit computari populum. Et sic colligendo istas tres summas particulares, quę ponuntur in litera, resultãt ex eis centum & triginta nouem millia & sexcenti viri, qui fuerunt inuenti in tota tribu Issachar tempore computationis factæ sub Dauid. *Filij Beniamin.* Hic ponitur secundum huius cap. scilicet de Beniamin filijs. Et considerandum quòd de filijs Beniamin agitur in toto sequẽ.cap. hic tamen præponuntur aliqua de tribu illa, & postea supplentur ibi, quæ desunt hic.

Quare hic Esdras posuit aliquid de tribu Beniamin.
Quæst. IIII.

QVAERITVR quare posuit hic Esdras aliquid de tribu Beniamin, cùm sequen.cap. de istis ponatur, vel si ponitur, quare hic ponitur aliquid de Beniamin?

Respondẽdum, quòd posuit hic Esdras aliquid de tribu Beniamin, & quia non complenit, posuit illud sequen.cap. subdens ea, quæ hic deficiunt. Sed adhuc obijcietur, quia poterat Esdras hic ponere totum, qđ pertinebat ad tribum Beniamin, & nihil infra haberet supplendum, vel poterat infra ponere omnia completè, ita quòd nihil oporteret præponi hic.

Respondeti potest vno modo, quòd verum est, quòd Esdras potuisset sic facere, & esset rationabiliter factum, & tamen non possunt cogi scriptores sacrę scripturę ad istum ordinem, sed interdum cum inceperint dicere de aliqua re, omittunt illam, & transeunt ad aliam, sic fit sępissimè, & ita facit hic Esdras. Aliter potest dici, quòd hoc fuit factum ex causa speciali, scilicet, quòd voluit ponere Esdras hic narrationem de Beniamin in ordine suo, sicut ponebat de alijs tribubus, quia tamen debebat specialis mentio fieri de Beniamin propter Saul, qui descendit de ista tribu, fecit aliquid speciale Esdras in hac tribu, quòd non fecit in alijs: fuit enim tribus Beniamin honoratior omnibus tribubus Israel pręter tribum Iuda, eo quòd de ea reges descenderunt, qui dominarentur toti Israel, scilicet, Saul, & Isboseth filius eius, & non descenderunt de aliqua alia tribu: voluit ergo specialiter agere Esdras mentionem de Beniamin describendo progeniem eius, potissime per lineam, per quam descendit Saul, & non solùm computauit progeniem Beniamin vsque ad ipsum, sed etiam vsque ad captiuitatem Babylonis & tempora sua, quando liber iste scriptus est. Simile enim fit supra secundo, quando enarratur progenies Iudę vsque ad Dauid, & ibi fistit, & tunc omissa ista, deriuatur progenies per alias lineas: deinde supra cap.3. reuertitur scriptura ad narrãdum progeniem Dauid, & narrat eam vsque ad tempora Esdrę, quando scriptus est iste liber, & dicitur.

Filij Beniamin Bela, et Bechor, et Iadihel, tres.

Filij Beniamin Bela, & Bechor, & Iadihel tres. Ideſt isti tres fuerunt filij Beniamin. Iste Bela vocatur Bela. Gen.26. sicut hic, & ab eo deriuata est familia Belaitarum. eod. cap. Iste Bechor vocatur Bechor, Gen. 46. & Nume. 6. non vocatur sic, sed aliquo alio nomine, quia inter familias deriuatas à Beniamin non ponitur aliqua, quæ sic nominaretur. Iste Iadihel non ponitur Gen.46. sub hoc nomine, sed fortè est ille, qui vocatur ibi Asbel.

Quare scriptura solum ponit quatuor filios Beniamin.
Quæst. V.

QVAERITVR quomodo non ponit hic scriptura nisi tres filios Beniamin, cum fuerint multi alij, nam Gen.46. ponuntur decem filij Beniamin. Aliquis dicet, cp nõ erant iam nisi tres familię de filijs Beniamin, s. quia quanquam genuerit decem filios Beniamin, nõ habuerunt omnes isti familias à se descendentes. Quod patet, quia Gen. 46. ponuntur decem filij Beniamin, & tamen Nu.26. ponũtur solum quinque familiæ de filijs eius, ex quo patet, cp quinque illorum, vel nunquam habuerunt filios, vel si habuerunt, mortui sunt, de quibus declaratum est satis, Nu.26. ita poterit dici, cp quãquam in deserto tempore Moysi fuerint quinque familiæ filiorum Beniamin, postea perierunt tres illarum, & manserunt tres denominatę a tribus filiis, & istæ tres familiæ manebant tempore Esdræ, quando scripsit librum istum. Sed dicetur, quòd non stat, quia tempore Esdrę manebãt omnes cognationes Beniamin, quę à principio fuerant, vt patet sequen.cap. vbi ponuntur quinque filij Beniamin, à quibus familiæ nominatę sunt. Sed dicendum est, quòd ponuntur hic solùm tres filij Beniamin, quia non intendebat hic Esdras agere nisi de progeniebus istorum trium, & sic facit, & tamen sequenti cap. quia supplet ea, quæ defecerunt hic, dicit cp fuerunt quinque filij Beniamin, s. à quibus deriuatę sunt quinque familię, nam pręter istos fuerunt alij, sed non habuerunt familias.

Filij Bela: Esbon, & Ozi, & Oziel, & Ierimoth, et Vrai, quinque principes familiarum, et ad pugnandum robustissimi: numerus autem eorum vigintiduo millia, et trigintaquatuor.

Filij Bela: Esbon, & Ozi, & Oziel, & Ierimoth, & Vrai. Ponitur hic progenies deriuata per primum filium Beniamin: & ponũtur hic quinque filij eius primus est Esbon. Est autem Esbon interdum nomen ciuitatis, quæ vocatur Esebon, de qua præced.cap. & fuit metropolis regni regis Seon, vnde vocatut Seon rex Esebon. Iosue 13. Alio modo accipitur vt nomen viri, & sic accipitur hic. *Et Ozi.* Non est iste, de quo dicitur supra in litera, quia ille fuit de tribu Issachar: iste autem est de tribu Beniamin. *Et Oziel.* Non est iste, de quo præced.cap. quia ille fuit filius Caath, & Nepos Leui: iste autem est de tribu Beniamin. Ierimoth autem aliquãdo est nomen vrbis, cuius regem occidit Iosue, vt patet Iosue 10. & 12. & est in tribu Iuda, Iosue decimoquinto: hic autem accipitur pro nomine viri. *Quinque principes familiarum.* Ideſt isti quinq; filij Bela sunt principes familiarũ in tribu Beniamin. *Et ad pugnandum robustissimi.* Scilicet oẽs isti, qui computati sunt de Beniamin sub istis quinque principibus, fuerũt viri robustissimi, nam soli viri bellatores computati sunt. *Numerus autem eorum viginti duo millia & triginta quatuor.* Ideſt omnes isti peruenerunt ad istam summam sine alijs filijs Beniamin. Ista cõputatio fuit facta tpe Dauid, sicut facta fuit computatio eorũ, qui fuerunt de stirpe Issachar supra in litera, nam tũc viri bellatores de omnibus tribubus Israel cõputati sunt. 2.Reg.vlt. & infra 21.

An hæc, quæ hic scribuntur, habeant veritatem, quia videntur repugnare multis. *Quæst. VI.*

QVAERITVR quomodo potest stare ista litera, quia videtur repugnare multis: nã dicitur hic,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd filij Bela fuerunt quinque principes familiarũ, F & tamen Num.26. ponũtur solum de filijs Bela duo principes familiarum, scilicet, Herod, à quo familia Heroditarum, & Noemã, à quo familia Noemitharum, & sic sunt duæ familiæ solùm de filijs Bela. Etiã hoc est contra id, quod dicitur sequenti cap. vbi ponuntur nouem filij Bela, & sic videtur, quòd sunt nouem principes familiarum descendentes de Bela.

Respondendum, quòd solùm fuerunt in tota tribu Beniamin familiæ septem, quarum quinque denominatæ sunt a quinque filijs Beniamin, & duæ nominatæ sunt à duobus nepotibus eius filiis Bela, scilicet, Herod, & Noeman, sicut dicitur Nume.26. & sic tenendum est, quòd nõ fuerunt vere plures familiæ, G quàm ibi exprimuntur, eo quòd ibi conatur Moyses ponere numerum familiarum, & illud principaliter intendit, ideo ponuntur ibi sufficienter, & quæcunque aliæ nominentur familiæ, non erunt propriæ familiæ, sed largè, ideo dicendum, quòd quando hic dicitur, quòd fuerunt quinque principes familiarum descendentes de Bela, accipiũtur largè familiæ, prout al. quando familia est nomen cognationis, quæ immediatè subijcitur tribui, & per quam diuiditur tribus: aliquando autem est nomen cognationis generaliter, siue paruæ, siue magnæ, & tunc significat familias proprie dictas quæ ponuntur Nume.26. quanquam hic illi duo nominãtur alijs nominibus quàm ibi: & alij tres non nominauerunt familias, sed do- H mos, quæ largè vocantur familiæ. Adijd autem quod habetur sequenti cap. dicendum quòd ibi ponuntur filij nouem Bela, & tamen non descenderunt ab omnibus illis familiæ propriè dictæ vel domus, sed fuerũt tot filij eius, & sic filij Bela fuerunt triplices, quia a quibusdam eorum nominatę sunt familiæ propriè dictæ, & fuerunt duo, & isti ponuntur Nume.26. alij autem fuerunt nominãtes familias vel domos, & isti fuerunt quinque & ponuntur hic. Alij autem fuerũt siue nominantes familias & domos, siue non denominantes aliquid, & omnes isti simul fuerunt nouẽ, & ponuntur sequenti cap. Sciendum autem quòd omnes, qui ponuntur Num.26. de filijs Bela ponuntur hic, & qui ponuntur hic etiam ponuntur sequenti cap. tamen non è conuerso. I

Porro filij Bechor: Zamira, & Ioas, & Eliezer, & Elio Enai, & Amri, & Ierimoth, & Abia, & Anathoth, & Almathan, omnes hi filij Bechor. Numerati sunt autem per familias suas principes cognationum suarum ad bella fortissimi, viginti millia & ducenti. Porro filij Iadihel: Balan: Filij autem Balan, Iehus, & Beniamin, & Aod, & Chanaana, & Zethan, et Tarsis, et Ahisahar. Omnes hi filij Iadiel principes cognationum suarum viri fortissimi, decem et septẽ millia et ducenti ad prælium procedentes. Sephan quoque, et Haphaum filii Hir, et Alim filij Aher. Filii autem Nephthali: Iasiel, et Guni, et Aser, et Sellum filii Bala. Porro filius Manasse Esreel: concubinaque eius Syra peperit Machir patrem Galaad. Machir autem accepit vxorem filiis suis.

Porro filij Bechor: Zamira, & Ioas. Iste Bechor est secundus filius Beniamin, de quo supra patet. Iste Ioas non est ille, de quo habetur supra tertio, quia ille fuit rex Iuda de posteritate Dauid: iste autem fuit de tribu Beniamin. Etiam non est iste ille Ioas, de quo habetur quarto Reg.13. & 14. & quia ille fuit rex Israel, & non fuit de tribu Iuda, nec Beniamin, sed de alijs tribubus. Etiam quia necesse est, quòd iste fuerit multo tempore ante illum, scilicet, plus quàm sexcentis annis, quia iste Ioas fuit nepos Beniamin, & sic oportet, quòd natus fuerit paulopost introitum in Aegyptũ, cum pater suus Bechor filius Beniamin natus fuerit in terra Chanaan, & descenderit in Aegyptum cum auo suo Iacob, Genesis quadragesimosexto, & tamen ille Ioas, qui fuit rex, fuit plus quàm sexcentis annis post exitum de Aegypto: vt patet computando quadringentos & octoginta annos post exitum de Aegypto vsque ad ędificationem templi Salomonis tertio Regum sexto, & postea triginta septem annos quibus regnauit Salomon, postquam cœpit ædificare templum, cùm totum regnum suum fuerit annorum quadraginta, tertio Regum vndecimo: & postea decem, & septem anni Roboam tertiò Regum decimoquarto, & deinde anni tres Abiæ, eodem libro, capitulo decimoquinto. & postea quadraginta vnus annus Assa, eodem cap. & viginti quinque anni Iosaphat eodem libro capitulo vltimo. & octo anni Ioram quarto Regum octauo. & vnus annus Ochoziæ eodem cap. & sex anni Athalię eodem libro capitulo vndecimo, & quadraginta anni Ioas regis Iuda eodem libro cap. duodecimo, & viginti nouem anni Amasiæ, eodem libro, capitulo decimoquarto, cui fuit contemporaneus Ioas rex Israel, eodem capitulo, & sic sunt isti anni simul sexcenti octoginta septem, ideo oportet, quòd fuerit alius Ioas distinctus ab illis.

Et Eliezer. Non est iste, de quo dicitur Genesis vigesimoquarto, quia ille fuit seruus Abrahæ, qui iuit ad petendum vxorem pro Isaac, eodem cap. iste autẽ fuit multo post, cum sit nepos Beniamin.

Et Elioenai. Non est iste ille, de quo dicitur supra tertio, quia ille fuit de filijs Iuda: iste autem de filijs Beniamin. Etiam ille fuit multo tempore post istũ, quia iste fuit nepos Beniamin, in Aegypto natus: ille fuit post captiuitatẽ Babylonis, vt declaratũ est ibidẽ.

Et Amri. Non est iste Amri, de quo 3. Reg.16. quia ille fuit rex Israel, & pater Achab, & sic nõ fuit de tribu Beniamin, cum de tribu Beniamin nullus fieret rex Israel, eo quòd tribus Beniamin erat de regno Iuda 3. Reg.12. Etiã quia Amri fuit plus quam sexcentis annis vel quasi post exitum de Aegypto. Quod patet computando tempora omnium regum supra positorum, sicut supra computabatur.

Et Ierimoth. Aliquando est nomen vrbis, vt supra dictũ est, & aliqñ nomen viri, & hic accipiẽ pro viro, & tũ nõ est iste Ierimoth, de quo dr̃ supra in litera, qa K ille fuit de filijs Bela, & iste est de filijs Bechor, vt patet ex litera. *Et Abia.* Non est iste Abia, de quo supra 3. & 3. Reg.14. & 15. quia ille fuit rex Iuda de stirpe Dauid: iste autẽ fuit de tribu Beniamin. Et etiam fuit iste ante illum plus quam quingentis annis. *Et Anathoth.* Anathoth accipitur aliquãdo ꝓ vrbe quadam, quæ fuit in tribu Beniamin. Iosue 18. & fuit data sacerdotibus. præced. cap. de qua vrbe fuit Ieremias, vt patet Iere.1. & aliquando accipitur pro nomine viri, & sic est hic. *Et Almathan.* Iste etiã est filius Bechor, & non dicitur hic de istis filijs Bechor, ꝙ fuerunt principes familiarum, sicut dicitur de filijs Bela, quia non legitur de aliquo istorum, ꝙ nominauerit aliquam vrbem, vel familiam, vel domum, licet in litera dicat

Numerati

Numerati sunt autẽ per familias suas per principes cognationum. Idest isti, qui ponuntur hic fuerunt principes cognationum, & familiarum, & quando numerati sunt tempore Dauid, numerabatur per se quælibet familia ipsorũ. Nõ accipit hic familia proprie, qa Nu. 26. Vbi ponunt familiæ oĩum tribuũ, nõ ponit descẽdisse aliquam familiam de fiiijs Bechor, vel ab aliquibus alijs filijs Beniamin, nisi a Bela, cuius duo filij nominauerunt duas familias, ideo oportet, ꝙ isti nominauerint familias, idest domos, siue cognationes particulares. *Ad bella fortissimi.* Vocantur omnes isti fortissimi ad bella, quia soli viri potẽres pugnare numerati sunt. *Viginti millia & ducenti.* Ista cognatio Bechor, B quę fuit vna familia, habuit tot viros bellicos tempore computationis illius. *Porro filius Iadihel Balan.* Hic ponit progeniem tertij filij Beniamin, s. Iadihel: nam tres filij eius positi fuerũt hic, & iste est tertius, & narratur iam progenies illius, fuitque filius eius Balã: nec tamẽ est iste Balan, qui fuit ariolus, & conatus est maledicere Israelitis, Nu.22. quia ille vocatur Balaam, & iste vocatur Balan. Etiam quia ille non fuit de stirpe Israelitarum, sed de stirpe Ammonitarum, vel Syrorum, aut Madianitarum, vt declaratum est, Nu.23. iste autem fuit de stirpe Israelitarum, cum fuerit de filijs Beniamin. *Filij autem Balan, Iheus, & Beniamin.* Iste Balã habuit multos filios, & vnus vocatus est Beniamin, sicut primus parens istius tribus. *Et Aod.* Iste differt ꝺ illo, qui vocatur Aioth, & est nomen viri qui fuit C Iudex Israel de tribu Beniamin, de quo Iudi.3. est etiã Aioth nomen loci, de quo primo Reg.19. cùm dicit, ꝙ Dauid, & Samuel erant in Aioth in Ramatha. *Et Chanaana.* Non dicitur Chanaana à Chananęis, quia nullus de stirpe Baniamin potuit descendere a Chananæis, sed est Chanaana nomen viri. *Et Zethan.* Non est iste Zethan, de quo dicitur supra primo, quia ille fuit ante Abraham, cũ esset filius Heber: iste autem fuit de progenie Abrahę. Etiam Zetham nõ est Lothan, quia ille fuit filius Seir principis Horræorum, supra primo cap. qa nõ fuit ille de stirpe Israel, sed Horreorum: iste autem est de tribu Beniamin. *Et Tharsis.* D Non est iste Tharsis filius Ianam, & nepos Iapher, de quo dicitur supra primo, quia ille fuit ante Abraham, & iste multo post. *Et Hasahar.* Iste est vnus de filijs Iadihel, & non est iste Hatahar de quo prędicit. cap. quia ille fuit de tribu Leui filius Caath: iste autem fuit de tribu Beniamin. *Omnes hi filij Iadihel.* Scilicet omnes supra nominati. *Principes cognationum suarum.* Idest isti omnes erant principes in cognationibus suis. Et accipiũtur hic cognationes pro domibus particularib⁹, nam omnes isti fuerunt sub eadem familia. *Viri fortissimi.* Scilicet constituti in ætate virili, in qua erant fortes ad pugnandum. *Decem & septem millia & ducenti.* Idest tota summa istius familiæ Iadihel fuit tanta. Et sic ponũtur tres hic summę à tribus filijs Beniamin, quæ collectæ faciunt quinquaginta nouem millia virorum & quadringentos viginti quatuor. *Ad prælium* E *procedentes.* Idest omnes erãt tales, qui poterant ad bellum procedere, quia enumerabantur in ętate virili. *Sephaum quoque, & Haphaum.* Isti etiã fuerunt Beniamin filij. *Filij Hir.* Et etiam filij Hir fuerũt filij Beniamin. *Et Asim filij Aher.* Asim fuit etiam filius Beniamin, & Aher. Eodem modo dicunt Hebręi, quòd isti ponuntur hic in fine cognationis Beniamin, & non determinatur de eis in quãto numero fuerint, quia dubitabat Esdras an essent de tribu Beniamin, vel de alia. Sed hoc non stat, & probat hoc Nicolaus, quia ꝙ hebręi dicunt, iste Esdras fuit tempore Aggæi prophetę, & Zacharię, & instruentibus eis scribebat istum librum, ideo illis docentibus eum, non poterat ipse errare. Secundò patet & efficacius, quia si dubitasset Esdras de istis, an essent de familia, & tribu Beniamin, vel de aliqua alia, non scripsisset in libro isto, quia in sacra scriptura non debet esse aliquid dubium, cum innitamur ei tãquam veritati necessariæ. Tertiò patet, quia Esdras scribens hoc erat propheta, & propheticè scribebat, sicut quilibet alius de scriptoribus sacrę scripturę, quia aliàs nõ teneretur scriptura eius firmiter, cùm sacra scriptura requirat maiorẽ auctoritatem, & certitudinem, quàm sit certitudo humani ingenij. Quartò patet, quia vt Hebręi dicũt, ꝙ Esdras habebat genealogias omniũ tribuum, & per eas scribebat librum istum, & ob hoc cum non haberet genealogiam Zabulon, & Dan, nihil scripsit de istis tribubus: sciret ergo Esdras per illas genealogias, an isti essent de progenie Beniamin, an de alia tribu. Quintò patet & efficacius, quia isti erant de progenie Beniamin, nam fuerunt principes familiarum, quia iste Sephaum vocatur Suphan, Nu.26. & ab eo nominat familia Suphanitarum, & Aphan, qui hic ponitur, nominatur Vphan, Nu.26. & ab eo dicitur familia Vphanitarum. Iste autem qui vocatur hic Apher, vocatur Nu.26. Ahiram, & ab eo appellatur familia Ahitanitarum. Et iste, qui vocatur hic Hir comprehenditur sub illis, qui nominãtur Nu.26. & est sensus, ꝙ etiam isti fuerunt filij Beniamin, quanquam non enarrẽtur hic aliqui descendentes ab eis, sicut ab alijs tribubus supra positis. *Filij autem.* Hic ponitur tertium huius c. scilicet, de filijs Nephthali, & dicitur. *Filij autem Nephthali Iasihel.* Iste aurem Nephthali fuit filius Iacob ex Bala ancilla Rachelis. Gene.30. Et iste primus filius Nephthali, qui vocatur hic Iasihel, vocatur etiam fic Gen.45. & Nu.26. & nominatur ab eo familia Iasihelitarum. *Et Guni.* Iste vocatur Gian, Gen.46. & Guni. Nu.26. & ab eo derivatur familia Gunitarum. eod. c. *Et Ieser.* Iste nominatur Gen.46. Gester. & Nu.26. eodem modo, & ab ea nominata est familia Iesseritarũ. *Et Sellum.* Iste vocatur Silẽ Gen.46. & Selem Nu.26. & hic vocatar Sellum, nam pauca differentia est ista, & sępe fit talis mutatio in nominibus Hebręis. Non est tamen iste Sellum ille, de quo dicitur supra tertio, quia ille fuit filius Iosiæ de progenie Dauid: iste autẽ est de tribu Nephthali. *Filij Bala.* Idest omnes isti fuerunt filij Bala: est enim Bala nomen mulieris, quam accepit in vxorem Iacob, & genuit ex ea Nephthali: & sic omnes isti dicuntur filij Bala, idest nepotes ęius, cum essent filij Nephthali. *Porro filius.* Hic ponitur de tribu Manasse, & agitur de dimidia, nã diuisa est tribus Manasse in duas partes, & vna medietas habitabat ad oriẽtem Iordanis cum tribu Ruben, & Gad, & de ista dictum est sup. 6. Alia autem habitabat ad occidẽtem Iordanis apud tribum Ephraim, & de ista medietate dicitur hic. *Porro filius Manasse Esreel.* Scilicet vnus de filijs Manasse vocatus est Esreel, & iste constituit vnam familiam in tribu Manasse. Aliqui putant istum Esreel esse illum, qui vocatur Asriel, de quo dicitur Num.26. Et tamen non conuenit, cum dicatur, quòd Asriel erat filius Galaad, & Galaad erat filius Machir, Num.27. & Iosue 17. iste tamen Esreel fuit filius Manasse.

Concubinaque eius Syra peperit Machir patrem Galaad. Aliqui putant, quòd Syra sit nomen proprium, & falsum est tamen, quia est nomen adiectiuum, vt patet in Hebręo, vbi ponitur nomen significans Syros, & sic ista concubina, cuius nomen non ponitur hic, erat Syra, i. de terra Syrię. Et põt referri istud ad Manasse, s. ꝙ cõcubina eius peperit Machir, vel ad Esreel, ꝙ ipse fuit pater Machir, & tamen primũ verius est, eo ꝙ iste Machir dicitur esse filius Manasse. Num.26. & Iosue 17. Vocatur autem pater Galaad, quia fuit dominus terrę Galaad, vt aliqui volunt. Sed falsum est, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

iſte nunquam fuit in terra Galaad, cùm in Aegypto mortuus fuerit. Etiam quia familia Galaaditarum, quæ fuit de tribu Manaſſe, non fuit in terra Galaad, quę eſt ad oriẽtem Iordanis, ſed in terra Chanaan ad occidentem Iordanis, vt patet Ioſue 17. Dicendum ergo, q̃ accipitur hic Galaad pro viro, ſcilicet, q̃ iſte Machir genuit Galaad, & ille fuit vir famoſus, & pugnator, vt patet Ioſue 17. & ab eo nominata eſt familia Galaaditarum, Num. 26. *Machir autem accepit vxorẽ filijs ſuis.* Ideſt accepit vxorem pro filijs ſuis. Sed dubium eſt, quomodo poterat accipere vnicam vxorẽ pro multis filijs, quia vna vxor non poteſt eſſe multorum virorum, nec vnquam fuit aliqua lex quęcunque barbara, vel conſuetudo, quæ permitteret eidem mulieri habere multos viros, licet multę leges ſatis rationabiles permiſerint eidem viro habere multas fęminas, niſi fortè loquamur de politia Platonica, & Socratica, quę habetur in primo libro Thimei Platonis, de quo Ariſto. 2. Polit. cap. 1. illa tamen politia à nullo vnquam homine obſeruata eſt. Dicendũ igit̃, q̃ põt accipi hic ſingulare pro plurali, ſicut multoties accipitur in hebræo, & ſic dicetur q̃ accepit vxorem, ideſt vxores pro filijs ſuis. Alio modo põt dici tenendo literam, q̃ accepta eſt vxor vna pro duobus filijs, vel multis, non quidem ſimul, ſed ſucceſſiuè, quia prius habuit eam vnus de filijs Machir, deinde habuit alius, mortuo illo, quia ſic erat conſuetudo inter hebræos, ſiue ante Moyſi legem, ſiue poſtea, ſ. q̃ ſi frater maior haberet vxorem, & moreretur ſine liberis, q̃ frater minor acciperet vxorem illius, & ſuſcitaret ſemen fratri ſuo. Sic patet Matth. 22. vbi dr̃ de ſeptem fratribus, qui ſucceſſiuè acceperunt eãdem vxorem, quilibet, vt ſuſciraret ſemen alteri. Quòd aũt eſſet iſta conſuetudo ante legem, patet Gen. 38. cum mortuus eſt Her primogenitus Iudę, non relicto ſemine, nam dixit Iudas ad Onam filium ſecundum, quòd intraret ad vxorem fratris ſui, vt ſuſcitaret ei ſemẽ, & ille ſciẽs, q̃ non naſcebantur ſibi liberi, ſed fratri ſuo, non cognoſcebat vxorem. De veteri teſtõ, q̃ eſſet iſta conſuetudo, patet Deute. 25. Ita ergo ſe haberent iſti duo, q̃ vnus frater ſuſciperet prius vxorem, & illo mortuo alius ſuſciperet eam.

Happhim et Sapham : et habuit Sororẽ nomine Maacha : nomen autem ſecundi Salphaad.

Happhim, & Sapham. Iſti fuerunt filij Machir. Aliqui autem volunt, q̃ fuerint illi, qui vocantur Suphan, & Vphan. Num. 26. ſed falſum eſt, quia illi ſunt de filijs Beniamin, & nominantur ab eis duæ familiæ in ſtirpe Beniamin, vt patet ibidem. *Et habuit ſororem Maacha.* Iſta Maacha fuit aliqua mulier notabilis, & ideo ponitur hic inter viros. Et poteſt intelligi, q̃ eſſet ſoror Machir, vel q̃ eſſet ſoror alicuius de filijs Machir. Et iſta Maacha dicitur infra vxor Machir, & fortè fuit alia, quia non eſſet eadem ſoror, & vxor, cum iſte gradus primus cognationis ſeruaretur apud Hebræos.

Nomen autem ſecundi Salphaad. Debet hoc intelligi ſm corticem literæ de ſecundo filio, ita q̃ Salphaad eſſet ſecundus filius Machir. Sed in hoc eſt difficultas, quia Nu. 26. dicitur, q̃ Machir genuit Galaad, & Galaad genuit multos filios, quorũ vn⁹ fuit Hepher, & Hepher fuit pater Salphaad, ſed proauus eius.

Aliquis autem dicet, q̃ quanquã fuit proauus eius, fuit etiam pater, quia oẽs maiores in linea aſcendentium vocantur patres, & oẽs minores in linea deſcendentium vocantur filij, ſiue ſint nepotes, ſiue pronepotes: & ideo erit Salphaad filius Machir. Sed dicendum, q̃ non ſtat, quia quanquam poſſit vocari filius, cum ſit pronepos: tamen non poteſt vocari filius hic, quia dicitur nomen ſecũdi Salphaad, in quo innuitur, q̃ verè erat filius, & tamen non erat primogenitus, ſed ſecundus in ordine natiuitatis. Aliqui ergo dicet aliter, q̃ iſte Salphaad fuit filius Machir ſecundus, ſicut hic dr̃, & tamen non fuit ille, de quo dr̃ Nu. 26. quia ille fuit filius Hepher. Sed dicendum, q̃ adhuc iſtud non ſtat, quia dicitur Nu. 26. quia ille Salphaad non habuit filios, ſed filias, & ponuntur ibi nomina ipſarum, ita hic dicitur, q̃ Salphaad natæ ſunt filiç q.d. & non filij, & ideo fuit iſte Salphaad ille, de quo ibi dicitur. Reſponderi poteſt, q̃ iſte Salphaad fuit filius Machir non quidem carnalis, ſed per adoptionem, quia adoptauit eum in filium, ſicut ſępe aut adoptabãt nepotes, ſicut fecit ipſe Iacob, qui adoptauit Manaſſe, & Ephraim duos nepotes ſuos, Gen. 48. Aliter poteſt dici, q̃ iſte eſt filius carnalis, non tamen ipſius Machir, ſed alicuius filij ſui, quia hic ponuntur duo filij eius. ſ. Haphim & Saphã, & poteſt dici q̃ vnus ſit filius, & alius nepos, & Salphaad ſit filius nepotis, & tunc Haphin erit Galaad, & Sapham erit Hepher, & nomen filij ſecundi Hepher erit ipſe Salphaad. Aliter poteſt dici, q̃ ponatur hic filius ſecundus pro filio mediato, ſ. qui immediatè deſcendit ab aliquo, vocatur filius eius primus: qui autem deſcendunt mediante alio, ſicut nepotes, vel pronepotes, iſti vocantur filij ſecundi: ſic autem fuit de Salphaad, qui fuit pronepos Machir, ideo vocatur filius eius ſecundus.

Natæque ſunt Salphaad filiæ. Et peperit Maacha vxor Machir filiũ, vocauitque nomen eius Phares. Porro nomen fratris eius Sares, & filij eius, Vlan, & Recen: filius autẽ Vlan, Badan. Hi ſunt filij Galaad, filij Machir, filij Manaſſe. Soror autem eius Regina peperit Virum decorum, & Abiezer, et Mohola.

Nataque ſunt Salphaad filiæ. Ideſt iſte Salphaad de quo hic dicitur, habuit filias & non filios. Dicit Nicolaus, & Hebræi, quòd iſte Salphaad eſt, qui lapidatus fuit in deſerto, qa colligebat ligna in ſabbato, Nu. 15. Motiuum autem eſt, quia filię Salphaad dixerunt: pater nr̃ mortuꝰ eſt in deſerto, nec fuit in ſeditione, q̃ cõcitata eſt contra Dominũ ſub Core, ſed in peccato ſuo mortuus eſt, Nu. 27. Sed an iſtud verum ſit, eo. ca. declaratũ eſt. Dicitur de iſto Salphaad, q̃ habuit filias & non filios, eo q̃ filię ſuæ fuerunt famoſæ in ſacra ſcriptura, quia propter eas determinata ſunt aliqua dubia, & introductę ſunt aliquę leges, vt patet de lege ſucceſſionis, quę facta eſt ad petitionem ipſarum. Nu. 27. Patet etiam de lege p̃hendi cũ viris eiuſdem tribꝰ Nu. 36. & ob hoc fit mẽtio de illis in multis locis ſcripturę. Acceperuut aũt iſtę filię Salphaad poſſeſſionem loco patris ſui in terra Chanaan ad occidentalẽ partẽ Iordanis in ſorte dimidię tribus Manaſſe, Ioſue 17. *Et peperit Maacha vxor Machir filium.* Iſta Maacha differt ab illa, de qua ſupra dr̃, quia illa fuit ſoror Machir: iſta aũt eſt vxor eius, & tamẽ nõ erat eadẽ ſoror, & vxor.

Vocauitque nomen eius Phares. Fuit iſte Phares vir famoſus, ideo nominatus eſt hic, & tamen non fuit iſte ille de quo ſupra: ſecundo. quia ille fuit de tribu Iudæ, & fuit filius eius. nominataque eſt ab ipſo familia Phareitarum, de qua fuit Dauid ſupra ſecundo, & Nu. 26. & Matth. 1. Ab iſto autem Phares non deſcendit Dauid, nec Chriſtus etiã, qa neuter iſtorũ fuit de tribu Manaſſe. *Porro nomen fratris eius Sares.* Ideſt frater Sares fuit Phares. Et etiam iſte Sares fuit aliquis vir nobilis & famoſus in tribu Manaſſe, ideo de eo fit hic mentio ſpecialis.

Et filij eius Vlan, & Recen. Iſti duo fuerũt filij Phares, & nominantur hic eadẽ ratione, qua pater ſuus, ſcilicet propter famoſitatem. *Filius autem Vlan Badan.* Non eſt iſte Badan ille, de quo dicitur primo Reg. 12. ſcilicet Miſit Dominus Ieroboal, & Badan: nam Badan accipitur ibi pro Sãſone, qui fuit à Deo ad liberandũ Iſraelitas, & fuit vnus de iudicibus, & vocatur Badan, ſcilicet filius Dan, quia fuit de tribu Dan. Iudi. 1. & 14. iſte autem fuit de tribu Manaſſe.

Hi ſunt filij Galaad. Scilicet omnes ſupra poſiti ſunt filij Galaad, ideſt deriuati ab eo, nam in tribu Manaſſe ferè omnes familiæ deriuatæ ſunt à Galaad, quia filij eius erant, qui familias nominabant, & tamen non fuit nominata ab eo, niſi vna familia Galaaditarũ. Nu. 26. *Filij Machir, filij Manaſſe.* Scilicet, Galaad erat filius Machir, & filius Machir erat filius Manaſſe, & ille erat filius Ioſeph.

Soror autem eius Regina. Scilicet ſoror Manaſſe, vel ſoror Galaad, nam ad quemcunque iſtorum poteſt referri. Et eſt Regina nomen proprium mulieris, ſicut regnum eſt nomen proprium vrbis vel terræ, vt patet in ſecundo Polit. *Peperit virum decorum.* Fuit iſte vir per excellentiam decorus, ideo ſcriptura vocauit eum decorum ſub nomine cõmuni, & non curauit de nomine proprio. In Hebręo tamen habetur Seor. Et dicunt Hebræi, q̃ eſt nomen proprium viri: poteſt tamen ſignificare pulchritudinem, vel eſſe nomen viri. Hieronymus tamẽ accepit pro nomine pulchritudinis. Hebræi autem pro nomine proprio. Et ſecundum Hieronymum dicetur, q̃ vir iſte decorus erat Abiezer, qui in litera ponitur, & ſic erant duo filij iſtius fęminæ Reginæ, ſ. Abiezer, & Mohola: & tamen ſecũdum Hebręos ſunt nomina trium virorũ, ſ. Seor. *Abiezer.* Nõ eſt ille, de quo dicitur Iudi. 8. Nõne melior eſt racemus Ephraim vindemijs Abiezer? Nã accipitur ibi Abiezer pro quodã capite familiæ vnius in tribu Manaſſe. Nu. 26. & ille fuit filius Galaad, vt patet ibidem: iſte autem fuit filius ſororis iuę Reginę.

Et Mohola. Iſte Mohola non fuit Mohola, de quo præced. cap. quia ille fuit filius Merari, & nepos Leui: iſte autem eſt de progenie Manaſſe.

Erant autem filij Semida : Ahin, & Sechẽ, & Leci, & Aniam. Filij autẽ Ephraim: Suthala, Bared filius eius : Thahath filius eius, Elada filius eius, Thahath filius eius, & huius filius Zabad, & huius filius Suthala, & huius filius Ezer, & Elad.

Erant autem filij Semida. Iſte Semida fuit vnus de filiis Galaad, à quo nominata eſt familia Semidarum, quæ eſt in tribu Manaſſe. Nu. 26. *Ahin, & Sichem.* Ahin aliquando eſt nomen vrbis, quæ eſt in ſorte Simeon, vt patet Ioſue 19. & ſupra 4. aliquãdo eſt nomen viri, & ſic accipitur hic. Sichem autem aliquando eſt nomen vrbis, quæ fuit in ſorte filiorũ Ioſeph in monte Ephraim, Ioſue 20. & ipſa data eſt Leuitis ad habitandum cum alijs ciuitatibus. Ioſue 21. & præced. cap. & fuit vna de ciuitatibus refugij. Ioſue 20. & præced. c. aliquando accipitur pro viro, & ſic filius Emor regis vrbis Sichẽ, qui defloravit Dinã filiam Iacob vocatus eſt Sichẽ, vt patet Gen. 34. ſic ẽt accipit hic, q̃ viro.

Et Leci, & Aniam. Etiam nomina virorum ſunt, qui tempore ſuo fuerunt famoſi, & tamẽ apud nos nulla eſt eorũ memoria, quia nõ hr̃ de eis aliqua ſcriptura.

Filij autem Ephraim. Hic ponitur quintum huius c. ſcilicet de tribu Ephraim, & dicitur. *Filij aũt Ephraim Suthala.* Ideſt iſti, qui ſequuntur fuerunt filij Ephraim, quorum primus fuit Suthala.

Bared filius eius. Põt intelligi, q̃ ſit filius Ephraim, vel Suthala, & dicetur Bared filius eius, ideſt etiam Bared fuit filius eius, ideſt Ephraim ſicut Suthala. Vel referẽt ad Suthala, ſ. Suthala fuit filius Ephraim, & Bared fuit filius Suthala, & ſic poteſt intelligi iſtis duobus modis de omnibus illis. *Thahath filius eius.* Scilicet filius Ephraim, vel filius Bared. Non eſt iſte Thahath ille, de quo habetur prꝫced. cap. quia ille fuit de tribu Leui, & de familia Thahatitarum: iſte autem fuit de familia Ephraim. *Et huius filius Zabad.* Scilicet, filius Thahath, vel filius Ephraim. *Et huius filius Suthala.* Scilicet filius Zabad vel filius Ephraim. *Et huius filius Ezer, & Elad.* Iſte Ezer nõ eſt de quo fit mentio aliquando ſupra, quia iſte eſt de alia tribu quam illi: Iſte Elad non eſt, à quo deriuati ſunt Eladij, qui habitant in Grẽcia, nam illi fuerunt de filijs Noe immediate, vt patet ſupra primo.

An omnes iſti hic enumerati fuerint filij Ephraim.
Quæſt. VII.

QVAERITVR circa hoc de diſpoſitione iſta, ſcilicet, an omnes iſti ſint filij Ephraim, ita q̃ ſint filij immediati eiuſdem viri, vel ſint deſcẽdẽtes per ſucceſſionem, ita quòd quilibet ſit filius prꝫcedentis ſe?

Reſpondendum, quòd ad vtrunque poteſt eſſe aliqua ratio. Primò quòd non fuerint omnes filij eiuſdem patris immediatè, ſed deſcendentes per lineam. Et primo patet, quia aliàs ſuperfluè diceretur de quolibet filius eius, quia ſatis erat q̃ noïarentur oẽs iſti, & intelligeretur, q̃ erant filij Ephraim. Secundò patet, quia ponit hic bis Suthala, & tũ ſi oẽs eſſent filij eiuſdem patris, non vocarentur aliqui duo eodem noïe, quia nunq̃ vidimus hoc accidere in filijs eiuſdem patris, ideo fuerunt deſcẽdentes per ſucceſſionẽ. Tertiò patet, qa ſi oẽs iſti eſſent fratres filij Ephraim, de quolibet diceretur per ſe filius eius, vel de nullo eorum, & tamen dicitur ferè de quolibet, & poſtea in fine eorũ dicitur de duobus ſimul, ſ. filij eius Ezer, & Elad: ergo oportet q̃ iſti duo non ſint filij Ephraim, ſed viri prꝫcedentis, ſ. Suthala. In cõtrarium videtur, q̃ non fuerint deſcendentes ab eodem per ſucceſſionem, ſed fuerint filij eiuſdem patris immediate. Primò patet, quia dr̃, q̃ oẽs iſti deſcenderunt, vt inuaderent poſſeſſiones Gethęorum, & Gethęi inuaſerunt illos, & occiderunt, & ſic patet q̃ oẽs iſti ſimul viuebant, quia ſimul deſcenderunt in bellũ. Etiam quia oẽs iſti ſimul mortui ſunt, & tamẽ ſi iſti eſſent deſcẽdentes per ſucceſſionẽ, & non eſſent filij Ephraim, nõ poſſent oẽs ſimul deſcendere in bellum, quia eſſent hic octo generationes, & tamen nullus homo viuit per tot gnationes, ſed ad plus videt quartam & quintam: potiſſimè quia oẽs iſti iuerunt ad bellum, & ſic non erant aliqui eorum nimis veteres, quia non competit bellũ niſi iuuentuti. Secundò patet quia dr̃, q̃ luxit pater eorum Ephraim multis diebus, ſi tamẽ deſcẽdiſſent iſti ab Ephraim per ſucceſſiones multas, non poſſet Ephraim ſuperuiuere ad hoc, vt lugeret mortẽ iſtorum, quia eſſet valde magnũ tempus, in quo tranſirẽt iſtę generationes, & tamẽ luxit eos, ergo vr̃, q̃ ſuperuiuebat, & cõſequenter omnes iſti erant filij eius immediati. Tertiò patet, quia dicitur, q̃ poſt mortem eorum Ephraim pater ipſorum ingreſſus eſt ad vxorem ſuã, quæ cõcepit, & peperit: ſi in iſti oẽs deriuati fuiſſent per diuerſas gnationes ab Ephraim, eſſet ipſe

Universidad de Deusto
Biblioteca

nimis senex: & dato quòd aliquo modo posset viuere, nō tamē posset gignere: genuit tñ, vt patet in litera: ergo non fuerunt isti per successiones ab eo derivati, sed fuerunt omnes filij eius.

Ad rationes in contrarium potest faciliter responderi. Ad primum cùm dicitur, ꝙ superfluè diceretur de quolibet illorum, quòd erat filius eius, quòd sufficiebat quòd ponerentur omnia nomina ipsorum, & tamen ponitur istud de quolibet. Dicendum, quòd non est superfluum, quia aliquando ponitur istud de quibusdam, qui sunt filij eiusdem viri, vt declaratum est supra 4. & 5.

Ad secundum dicēdum, quòd quanquam ponantur hic duo viri eiusdem nominis, s. Suthala, & Thahath, non sequitur, quòd deriuarentur isti per successionem, quia licet vt communiter non asuescamus, ꝙ idem pater habeat multos filios eiusdem nominis, aliquando tamen fit, sicut declaratum est supra 3.

Ad tertiam rationē, cùm dicitur, quòd de duobus istorum dicitur simul filius eius, & in alijs non, sed de quolibet eorum dicitur per se. Dicendum est, quòd causa breuitatis omisit in illis, quia ita fuerunt illi duo filij Ephraim, sicut cęteri. Ideo dicendum, ꝙ omnes isti fuerunt filij Ephraim, & inter se fratres, & non descenderunt ab eo per successiones diuersas.

Occiderunt autem eos viri Geth indigenę, quia descenderant, vt inuaderent possessiones eorum. Luxit igitur Ephraim pater eorum multis diebus, & venerūt fratres eius, vt consolarentur eum. Ingressusque est ad vxorem suam, quę concepit, & peperit filiū, & vocauit nomen eius Beria, eo quòd in malis domus eius ortus esset: filia autem eius fuit Sarra, quæ ædificauit Bethoron inferiorem, & superiorem, & Ozensara. Porro filius eius Rapha, & Reseph, & Thale: de quo natus est Thaam, qui genuit Laadam: huius quoque filius Ammiud, qui genuit Elisama, de quo ortus est Nun, qui habuit filium Iosue.

Occiderunt autem eos viri Geth indigenæ. Idest omnes isti filij Ephraim occisi fuerunt à Gethęis, qui erant indigenæ, idest naturales de terra. Dicitur autem indigena, idest inde genitus, s. genitus de terra illa, ī qua moratur. Et est sensus, ꝙ isti filij Ephraim descēderunt in terrā Gethęorum ad inuadendum possessiones eorum, & cùm Gethęi essent indigenæ, idest nati in terra illa, sciebant passus difficiles, & obseruauerūt filios Ephraim in aliquo loco tali, quem nesciebant filij Ephraim, & sic potuerunt eos occidere.

Aliquæ literę habent occiderunt eos viri Geth indignè, idest morte iniusta. Sed litera corrupta est, cū tam in Hebręo, q̄ in libris nostris correctis habeatur indigenę, siue habitatores, sed facilis est corruptio per defectum vnius literę. *Quia descenderant, vt inuaderent possessiones eorum.* Scilicet filij Ephraim descenderunt ad terram Gethęorum, vt acciperent possessiones illorū, & Gethęi tunc occiderūt eos, accipiendo ipsos in loco, in quo non erat defensio. *Luxit igitur Ephraim pater eorum multis diebus.* Perierunt autem oēs filij sui ferè, ideo dolebat nimis pro hoc, nec debebat consolari. Sic enim dicitur per Rachel. Iere. 31. s. Vox in Rama audita est ploratus & vlulatus Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. *Et venerunt fratres eius, vt consolarētur eum.* s. cū esset Ephraim in tanta calamitate propter mortem filiorum suorum, venerunt fratres sui ad eum, vt consolarentur ipsum in tanta calamitate, & consolatus est aliqualiter, procurauitque iam vt haberet alios filios. *Ingressusque est ad vxorem suam* Scilicet cognouit eam carnaliter. *Quæ concepit, & peperit filium & vocauit nomen eius Beria.* Istud nomen fuit impositum à patre propter dolorē mortis præteritorum filiorum. *Eo quòd in malis domus eius ortus esset.* Scilicet ideo vocatus est Beria à patre, quia ortus est in malis domus eius, idest tunc quando domus sua erat in aduersitatibus, & hoc erat cū filij sui mortui erant. Interpretatur autem Beria in malo, vel cum malo, quia be in Hebręo significat in vel cū, & raā significat malū, & sic dicitur iste in malo, idest cum malo genitus, quia tempore magnę aduersitatis domus suę natus est. *Filia autem eius fuit Sarra.* Scilicet filia Ephraim fuit Sarra, q̄ fuit mulier notabilis, ideo ponitur hic propter magnifica opera, quæ egit. *Quæ ædificauit Bethoron superiorem & inferiorem* Nomen ciuitatis est Bethoron: & fuit duplex Bethoron vna superior, & alia inferior, s. quia vna est in locis eminentibus, & alia in locis planis, & vtraque est in sorte Ephraim, vt patet Iosue 16 & 17. Et ista mulier ędificauit istas duas vrbes, nō quidem nouiter fundamenta faciendo, sed reędificando, quia illę vrbes fuerunt in terra Chanaan, antequam Israelitæ introirent in terram illam: nam ipsę ponuntur in diuisione sortiū, Iosue 16. quia in bello Israelitarum contra Chananæos ad capiendum vrbes illas multæ fuerunt diruptę vsque ad solū, quas oportuit restaurari per Israelitas habitantibus in istis vrbibus, & sic Sarra ędificauit, i. reparauit Bethoron superiorem & inferiorem. Sic patet, quia Iosue 11. dicitur, ꝙ omnes ciuitates, quas capiebant Israelitę, quæ non essent in loco forti, cremabantur, & diruebantur: quæ autem erant munitissimę, & in locis fortibus, non fuerunt combustæ, nec diruptę pręter vrbem Assor, quam flamma combussit, cum ergo ciuitates illas vellēt habitare Hebręi oportebat, ꝙ reędificarēt illas. Sic etiam fuit de duabus tribubus, & dimidia habitantibus in terra duorū regum Amorrhęorū. Nam postq̄ capta est illa terra, & vellent viri Ruben, & Gad, & dimidię tribus Manasse habitare vltra Iordanem, ad adiuuandū fratres suos, ędificauerūt vrbes in terra Galaad, & ita manifestū est, ꝙ illę vrbes, quas ipsi ędificauerunt iā ędificatę erāt, q̄ ædificauerūt Ataroth, & Dibon, & Aroer, & tñ istę ędificatę erant eo. cap. nam in illis habitabant Amorrhęi, anteq̄ venirent Israelitę in terram illam, Nu. 32. accipitur ergo ibi ędificare, p reficere ea, quæ aliqualiter destructa erant. *Et Ozensara.* Nomen ciuitatis est, quę appellata fuit ab ista muliere Sarra. *Porro filij eius Rapha, & Raseph, & Thale.* Isti tres erant filij Ephraim filij Ioseph, & fuerunt positi hic ad describendum progeniem Iosue. *De quo natus est Thaam.* Iste Thaam fuit filius Thabe, quia relatio fit ad immediata, & Thabe est immediatus. Thaam autē, & Thaath non sunt idem, quia vnus est prior alio. *Qui genuit Laadan.* Scilicet Thaan genuit Laadan, & iste est in stirpe Iosue. *Huius quoque filius Amiud.* Iste Amiud non est pater cuiusdam principis de filijs Israel, de quo habetur Nu. 7. nam prius fuit ille quam iste, vel ecōtrario, vel saltem non fuit iste de cognatione illa, de quia fuit ille princeps.

Genuit Elisama. Iste Elisama non est Helisa, de quo habetur supra 1. quia ille fuit pauco tpe post Noe: iste autē fuit post Iacob, & q̄q̄ aliqui noluerunt, ꝙ iste Elisama sit ille, de quo habetur Nume. 7. tamen ipse est, nā ibi dicitur Elisama filius Amiud, & sic dicitur hic.

Sic

Sic etiam dicitur Num. primo, & 2. licet aliqui contrarium velint, sicut supra dictum est.

De quo ortus est Nun. Iste Nun egressus est de Aegypto cum alijs Israelitis, & mortuus est in deserto, & etiam Elisama pater eius: nam Elisama fuit princeps filiorum Ephraim in exitu de Aegypto: Num. 1. & 2. & omnes qui numerati sunt à viginti annis & supra mortui sunt in deserto, vt patet Num. 14. & dicitur ibi, quòd Iosue, & Caleb soli euaserunt, vt patet eod. cap. & Nu. 26. ergo Nun, qui erat pater Iosue, & maior vicesimo anno, & Elisama auus eius mortui sunt in deserto.

Qui habuit filium Iosue. Scilicet Nun genuit Iosue: ideo vocatur semper Iosue filius Nun. Et iste fuit princeps in toto populo post mortem Moysi: nam ipse introduxit Israelitas in terram Chanaan, & quæsiuit eam de manibus Chananęorum, & per sortes diuisit, vt patet Num. 3. & 31. & Iosue 13. & propter ipsum introducitur hic ista numeratio genealogię suę, quia fuit princeps magnus.

Quis nam fuerit iste Ephraim qui supra nominatur.
Quæst. VIII.

QVAERITVR circa id quod supra dicitur, quòd Ephraim genuit omnes illos, qui supra nominantur, quis fuerit ille Ephraim, scilicet an fuit Ephraim filius Ioseph, à quo nominata est vna tribus, vel aliquis descendens de progenie eius. Quidam dicunt, quòd omnes isti fuerunt simul filij Ephraim, & quòd mortuo Ioseph viuente tamen Ephraim patre eorum, cum adhuc manerent Israelitę in Aegypto, isti voluerunt ire in terrā Chanaan, & ibi occisi sunt à Gethęis. Dicunt autem fuisse causam duplicem. Prima fuit, quia Ioseph moriens dixit. Visitabit vos Dominus post mortem meam, & ascendere vos faciet de terra ista, asportate vobiscum ossa mea: Gen. vlt. & sic isti intelligentes, quòd Deus dederat eis tempus iam ad descendendū de Aegypto, voluerunt ire in terram Chanaan, & portare secum ossa Ioseph. Secunda fuit, quia isti de tribu Ephraim erant viri superbi, eo quòd Iacob auus Ephraim præposuerat Ephraim ipsi Manasse in benedicendo, quamquam Manasse esset primogenitus: Gen. 48. ideo propter superbiam confidentes iuerunt ad terram Chanaan. Et dicunt isti, quòd iuerunt per terram Philisthinorum: nam sicut dicitur Exod. 13. via propinquissima de Aegypto ad terram Chanaan est per terram Philisthinorum, & via longior est per desertum: Deus tamen noluit Israelitas ducere per terram Philisthinorum, ne videntes contra se bella insurgere redirent in Aegyptum eod. cap. isti autem intrauerunt per terram Philisthinorum, & Gethęi insidiantes eis, occiderunt ipsos, & hoc quia voluerunt egredi de Aegypto ante tempus determinatum à Deo: nam Deus determinauerat annos quadringentos ad peregrinandum, cùm dixit. Quadringentis annis peregrinum erit semen tuū in terra non sua: Gen. 15. & tamen nunc nondum erāt completi anni quadringenti, sed deficiebant multi. Quod patet, quia isti quadringenti anni incęperunt computari à natiuitate Isaac, cum dixit Deus. Peregrinum erit semen tuum: Gen. 15. & tamen semen Abrahę non fuit cōputatum in alio filio, nisi in Isaac, vt patet Gen. 21. ca. In Isaac vocabitur tibi semen. Erat autem Isaac annorum sexaginta, quando genuit Iacob, Gen. 25. dein de Iacob erat annorum centum, & triginta, quando introiuit in Aegyptum, vt patet Gen. 47. cum dixit. Dies annorum vitæ meę centum, & triginta sunt pauci & mali, & non peruenerunt ad dies patrum meorum. & sic à natiuitate Isaac vsque ad introitū in Aegyptum fuerunt anni centum, & nonaginta, & deficiunt anni ducenti, & decem ad complendum quadringentos, vel ducenti, & quindecim secundùm veritatem, vt probatum est Gen. 15. Ephraim etiam erat annorum plus quam nouem, vt aliqui volunt, sed saltem esset trium, vel quatuor, quia genitus est in septē annis fertilitatis: Gen. 41. & quando descendit Iacob in Aegyptum iam erat tertius annus sterilitatis: Gen. 45. & sic à natiuitate Ephraim vsque ad exitum de Aegypto, quando complendi erant anni peregrinationis, restabant anni ducenti, & viginti ad minus, & tamen nullus poterat viuere tanto tēpore: ideo multo tempore ante exitum de Aegypto accideret istud. Huic autem consonat, quod in litera dicitur, scilicet, quòd Ephraim genuit Rapha, & Reseph, & Thabe, & inde computantur generationes per successionē, & in sexta generatione fuit Iosue, vt patet in litera, & tamen Iosue fuit de exeuntibus de Aegypto: nam ipse missus est in exploratorem de Cadesbarne, & erat tunc plus quam viginti annorum; nam ipse erat de computatis à viginti annis, vt supra vt patet eod. cap. 14. & 26. ideo oportet, quòd iste Ephraim esset ī Aegypto, & moreretur multo tempore ante exitum de Aegypto, quia aliàs nō possent esse tot generationes eius in exitu de Aegypto. Sed huic positioni multa aduersantur.

Vnum est, quod Nicolaus obijcit, scilicet quia dicitur hic, quòd Sarra filia Ephraim ædificauit Bethorō inferiorem & superiorem, & tamen non poterat ædificare, nisi iret in terram Chanaan, sed non poterat aliqua filia Ephraim illarum ire, quia à natiuitate Ephraim vsque ad exitum de Aegypto fuerūt anni ducenti, & viginti ad minus, vt supra probatum est, & ab exitu de Aegypto vsque ad introitum Chanaā fuerunt anni quadraginta: Exod. 16. & Deut. 10. & dein de prius quam possideretur terra Chanaan pacificè ab Israelitis, ad hoc, quòd diuideretur per sortes, transierunt septem anni vel plures, vt declaratum est Iosue 14. & magis patet hoc Eccl. 7. & tunc diuisa est terra per sortes, & potuerunt Israelitę ædificare vrbes, quas accipiebant in possessionem, & sic essent anni ducenti, & sexaginta septem ad minus à natiuitate Ephraim vsque ad tempus, quo ista mulier posset ædificare vrbem Bethoron, manifestum tamen est, quòd non poterat vsque ad tantum tempus viuere filia Ephraim, quia dato, quòd esset Ephraim octoginta, vel nonaginta annorum, manerent centum, & octoginta anni ad minus vsque ad tempus illud, & non poterat tanto tempore viuere aliquis vir, vel mulier tempore illo, quia ad plus, ad centum, & quadraginta annos & quasi extendebatur vita humana illo tempore, vt patet Exo. 6. nō ergo potuit esse ista filia Ephraim, sicut isti volunt.

Secundò patet, quia non erat verisimile, quòd isti soli de tribu Ephraim auderent ire in terram Chanaan, cum multi populi essent, contra quos pugnaturi erant, & ipsi soli non poterant occupare terram Chananęorum.

Tertiò patet, quia non est verisimile, quòd nondū adueniente tempore recedendi de Aegypto isti filij Ephraim recederent de Aegypto, cum nulli alij Israelitarum recederent, nec etiam pater suus Ephraim, sed adhuc manebat in terra Aegypti, cùm post mortem istorum alios filios genuerit in Aegypto, vt patet in litera.

Quartò patet, quia motiua istorum non sunt conuenientia, nec verisimilia: nam dicunt, quòd isti volebant ducere ossa Ioseph in terram Chanaan, quia dixerat Ioseph: Visitabit vos Deus, & tamen ista visita-

tio

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio nondum venerat, cùm Deus non iuberet adhuc Israelitis recedere de Aegypto, sed postea iussit tempore Moysi.

Quintò patet, quia isti dicunt, quòd faciebant hoc, quia dixerat Ioseph: Asportate vobiscum ossa mea, & tamen isti non asportabant ea, quia alias periissent ossa Ioseph in terra Philisthinorum, cùm isti mortui fuerint ibi, nec redierint in Aegyptum. Et tamen Moyses portauit ossa Ioseph in terra Chanaã de Aegypto, quando recesserunt Israelitę inde: ideo non portabant isti ea.

Sextò patet, quia non habebant intentionem portandi illa, sed solùm ibant ad inuadendum possessiones eorum, vt patet hic in litera.

Secunda positio aliorũ est, quòd isti filij Ephraim, qui descenderunt in terram Gethęorum fuerunt illi, qui iuerunt contra prohibitionem Moysi versus terram Chanaan, de quo Num. 14. nam tunc occisi sunt plurimi. Et dicunt, quòd postea Ephraim genuit istos, qui habentur hic. Sed ista positio non stat.

Primò quia isti, qui nunc descenderunt ad Gethęos erant solum filij Ephraim, & ipsi solum perierunt, vt patet ex litera, & tamen illi, qui contra mandatum Moysi conati sunt introire in terram Chanaan, non erant soli filij Ephraim, sed etiam totus populus: nam dicitur Num. 14. quòd populus voluit ascendere in terram Chanaan paratissimus ascendere ad locum, de quo Dominus locutus est, quia peccauimus, & Moyses prohibuit, & sequitur, quòd illi contenebrati ascenderunt in verticem montis, arca autem testamenti, & Moyses non recesserunt de castris, in quo innuitur, quòd ferè totus populus iuit in montem præter Moysen, & arcam: non ergo fuit tunc occisio istorum filiorum.

Secundò patet, quia hoc dato Ephraim viueret, & tamen hoc non potest stare, quia sequeretur, quòd esset iam plusquam ducentorum, & viginti duorum annorum: nam sicut supra probatum est, à natiuitate Ephraim vsque ad exitum Israelitarum de Aegypto fuerunt anni ducenti, & viginti, & tamen ista alcẽsio in montem contra mandatum Moysi: Num. 14. accidit secundo anno ab exitu de Aegypto, vt ibidem probatum est, non poterat tamen tanto tempore viuere Ephraim, quia nullus homo ad tãtam peruenie-
I bat ætatem, sed vix ad medietatem, sed Ioseph pater Ephraim centum, & decem annis solùm vixit: Genesis vlt.

Tertiò patet, quia sequeretur tunc, quòd Ephraim exiuisset de Aegypto, quando exierunt omnes Israelitę sub Moyse. Quod patet, quia dicitur, quòd post mortem istorum filiorum Ephraim venerũt fratres sui ad consolandum eum: ergo erat ipse vbi erãt fratres sui, & tamẽ nullus Israelitarum manebat in Aegypto, quando eduxit eos inde Moyses: ergo etiam ipse Ephraim egressus esset de Aegypto. Hoc tamen falsum est, quia in Aegypto mortuus est. Nam Exod. primo dicitur, quòd tota illa cognatio defuncta est
K prius quam inciperẽt Aegyptij opprimere Hebręos, & vocatur cognatio illa, scilicet qui ingressi sunt in Aegyptum cùm Iacob, & etiam illi qui nati erant de stirpe Iacob, antequam ipse descenderet in Aegyptũ: Ephraim tamen natus erat, antequam descenderet Iacob in Aegyptum: Gen. 41. & 48. ergo non solum nõ exiuit de Aegypto, sed etiam nõ vidit tempus, in quo affligebantur Israelitæ ab Aegyptijs.

Quartò patet, quia dato, quod egredereẽ Ephraim de Aegypto, non posset post mortem istorum filiorum suorum gignere, quia tunc esset ipse annorum ducentorum, & viginti duorum ad minus, in qua ęta-
te nullus hominum gignere potest, etiam si contingeret aliquid ad tantam peruenire, & tamen ipse Ephraim post mortem istorũ genuit alios filios: ideo non potuit esse quod isti dicunt.

Quintò patet, quia filij Ephraim, vt isti dicunt occisi sunt à Gethęis, & sic dicitur hic in litera, & tamen ipsi, qui contra mandatum Moysi voluerunt intrare in terram Chanaan, non occisi fuerunt à Gethęis, sed ab Amalecitis, & Chananęis, vt patet Num. 14. scilicet. Descenditque Amalecites, & Chananęus, qui habitabat in montibus, & percutiens persecutus est eos.

Sextò patet, quòd non stat, quia hic dicitur, quòd isti occisi sunt à Gethęis, quia descenderunt, vt inuaderent possessiones eorum, & tamen illi, de quibus Num. 14. non ibant ad inuadendum possessiones Gethęorum, sed solum ibant ad introeundum in terram Chanaan, vt obedirent Deo, sicut dicitur eodem cap. Parati sumus ascendere ad locum, de quo Dominus locutus est, quia peccauimus. Et tunc Moyses vetuit hoc. Et sequitur. At illi contenebrati ascenderunt in verticem montis. Ergo non ibant intentione occupandi possessiones Gethęorum: non ergo potest stare ista positio.

Tertia positio est, quam tenet Nicolaus, exclusis omnibus alijs, scilicet, quòd iste Ephraim, qui habuit filios istos, non fuerit Ephraim filius Ioseph, sed fuerit aliquis alius de eadem tribu, habitans in terra Chanaan, postquam venerũt Israelitę de Aegypto, & habuit istos filios, qui dicuntur hic. Ipsi autem ad ampliandum sortem suam descenderunt semel ad pugnandũ contra Gethęos, & cùm illi essent indigenę, ideest naturales de terra illa, & scirent vias, & loca difficilia, clauserunt filios Ephraim in aliquo difficili loco, & occiderunt eos. Iste etiam Ephraim habuit filiam Sarã, quæ hic dicitur, & illa ædificauit Bethoron superiorẽ & inferiorem. Et cùm arguitur, quòd hic ponitur progenies Iosue descendens ab isto Ephraim, & tamen Iosue exiuit de Aegypto cum alijs Israelitis. Respondet, quòd non est idem Ephraim, sed quòd illud superius intelligitur de Ephraim, qui natus est in terra Chanaan, & istud inferius intelligitur de Ephraim filio Ioseph, qui natus est in Aegypto.

Sed adhuc ista positio non est multum conueniẽs,
I vt probabitur immediatè.

Quarta positio sit, quòd iste Ephraim fuerit filius Ioseph, qui fuit caput tribus. Et ad hoc sunt multa verisimilia, potius quam ad aliquam aliam positionem.

Primum est, quia hic incipit enarrare Esdras de tribu Ephraim, & in principio narrationis progeniei cuiuslibet tribus ponitur caput ipsius tribus, & hic ponitur Ephraim in principio istius computationis: ergo oportet intelligi de Ephraim, qui erat, à quo tribus denominata est, & non de aliquo alio, quia ridiculum esset dici quòd computatio alicuius tribus inciperet ab aliquo, qui non esset caput tribus, cum nunquam in hoc libro factum sit.

Secundò patet, quia si iste Ephraim nõ esset caput tribus, sed aliquis de tribu illa, poneretur hic, quis erat pater eius, vt sciretur de quo dicebatur, quia propter hoc describuntur progenies, vt sciatur de quo liber viro, cuius filius sit, & tamen non ponitur de isto Ephraim: ergo oportet intelligi, quod ipse esset pater tribus istius.

Tertiò patet, enarrando filios istius, ponuntur aliqui de illis, qui fuerunt filij Ephraim, & habentur Num. 26. nam Subthala, qui est hic primus filius Ephraim, ponitur etiam ibi primus filius eius, & ab eo nominata est familia Subthalaitarum, & Bared, qui hic ponitur secundus, ponitur etiam secundus hic, à quo nominata

minata est familia Baheridarum, & Hahath, qui hic A ponitur tertius, ponitur etiam ibi tertius, & ab eo nominata est familia Hahanitarum: non ergo fuerunt isti filij alterius Ephraim, nisi illius, à quo nominata est tribus Ephraim.

Quartò patet, & efficacius, quia postquam dictũ est de isto Ephraim, quòd genuit alios filios post mortem priorum, sequitur. Porro filij eius Rapha, & Reseph, & deinde computantur sex generationes vsque ad Iosue per successionem ab Ephraim, & tamen Iosue egressus est de Aegypto cum Moyse, & erat plusquam viginti annorum, quando egressus est, vt patet, Num. 14. & 26. ergo ad hoc, quòd istę sex generationes fluerent, oporteret, quòd essent centum, & viginti anni ad minus, vel quasi, & sic iste Ephraim oportuit, quòd esset plusquam cẽtum, & viginti annis ante exitum de Aegypto, & sic non potuit esse alius, nisi ille, qui fuit filius Ioseph, & caput tribus istius. B

Dicendum autem, quòd modus istius occasionis fuit, non sicut dicebatur in prima positione, sed cùm habitarent Israelitę in Aegypto viuẽte Ephraim, antequam Aegyptij inciperẽt opprimere eos, habebat Ephraim filios istos, & habitabant filij Israel in terra Gessen, vt patet Gen. 46. & illa est in extremitate terræ Aegypti: nam propter hoc Ioseph petiuit illam à Pharaone ad habitationem fratrum suorum, vt ibi existentes non conuersarentur cum Aegyptijs, qui detestabantur pastores ouium, vt patet eodem capit. terra tamen Aegypti est coniuncta terrę Chanaan. C Quod patet, quia fluuius Aegypti ponitur terminus terræ Chanaan: Gen. 15. & Iosue 13. scilicet. Semini tuo dabo terram hanc, à fluuio Aegypti vsque ad flumen magnum Euphratem. Terra autem Philisthinorum est maximè meridiana in terra Chanaan. Quod patet, quia est ferè tota Philisthęa in sorte Iudę, & tamen sors Iudæ est terminus meridianus terrę Chanaan. Vtrunque patet Iosue 15. ideo per terram Philisthinorum erat transitus de terra Aegypti ad terram Chanęorum: Exod. 13. & sic Israelitę habitantes in extremo Aegypti, & Philisthini erant confines: ideo aliquando faciebant prędas adinuicem, & sic contigit, quòd filij Ephraim volentes ampliare terminos suos, descenderunt semel in terram Geth: nã Geth est quędam ciuitas vna de quinque metropoli- D bus terræ Philisthinorum, vt patet Iosue 13. & primo Reg. 6. Habitatores autem Geth clauserunt istos in aliquo loco, cùm ipsi non benè scirent introitus, & exitus terrę, sicut Gethęi, qui erant indigenę, ideest oriundi de terra illa, vt dicit litera, & occiderũt eos. Et non fuerũt isti multi viri, sed pauci de filijs Ephraim, & postea Ephraim genuit alios filios.

Sed obijcietur, quòd hoc non stet. Primò quia nõ videtur, quomodo filij Ephraim irent in terram Philisthinorum, quia non permitterent eis Aegyptij exire de terra: nam tempore Moysi, quamquam peterent à Pharaone, quòd permitteret eos ire ad sacrificandum, non permittebat quemquam eorum exire E de terra, sed potius patiebatur ipse, & tota Aegyptus mala multa, ne aliquem permitterent exire, vt patet Exod. 10.

Secundò arguitur, quia dicitur hic, quòd Sarra filia Ephraim ædificauit Bethoron inferiorem & superiorem, & tamen si fuerit iste Ephraim filius Ioseph, non potuit aliqua filia sua, vel filius ædificare Bethoron, quia istę vrbes sunt in terra Chanaan, vt patet Iosue 16. & tamen à natiuitate Manasse vsque ad tempus, quo Israelitę pacificè inceperunt possidere terrã Chanaan, trã sierunt anni ducenti, & sexaginta, & septem ad minus, vt declaratum fuit supra, & vsque ad tantum tempus non poterat viuere aliqua filia, vel filius Ephraim.

Ad primum dicendum, quòd verum est, q̃ cũ Israelitę cęperunt opprimi ab Aegyptijs, posuerũt Aegyptij magnas custodias super eos, ne fugerent de terra, & tunc non possent filij Ephraim ire ad faciendũ istum insultum contra Gethęos, & tamen istud factũ est antequam Aegyptij inciperent opprimere Israelitas. Quod patet, quia tunc viuebat Ephraim, & postea etiam vixit, & genuit filios, vt habetur in litera, & tamen viuente Ephraim non oppressi fuerunt Israelitę ab Aegyptijs, quia Exod. primo dicitur, quòd defuncta est tota illa cognatio Ioseph, & fratrum suorum, & surrexit postea rex nouus, qui ignorabat Ioseph, & ille incępit opprimere populum, ante hoc autem Israelitę erant liberi in Aegypto, & poterant ire quocunque vellent: ideo cùm tempore Ephraim duraret ista libertas, poterant filij sui descendere ad terram Gethęorum, ad pugnandum contra eos, & inuadendum possessiones eorum, nec impedirent eos ad hoc Aegyptij.

Ad secundum potest responderi tripliciter. Vno modo, quòd ista Sarra fuerit vere filia Ephraim, soror istorum, qui occisi sunt, & ipsa ædificauit Bethoron superiorem & inferiorem, & tamẽ quòd istę fuerint ciuitates in Aegypto, quamquam aliæ eiusdem nominis fuerint in terra Chanaan. Et istud est satis verisimile, quia Israelitę ædificauerunt aliquas vrbes in Aegypto, scilicet Phiton, & Rameses, Exo. primo, ita ista mulier, cùm esset potẽs, ædificare posset duas vrbes.

Secundo potest dici, quòd istę vrbes fuerint in terra Chanaan. Et hoc verisimilius est, quia Bethoron superius & inferius sunt duę vrbes in sorte Ephraim. Iosue 16. & tũc dicetur, quòd cùm terra Chanaan, & Aegyptus sint coniunctę, fortè Israelitę existentes in Aegypto dabant de filiabus suis vxores Chananęis, & recipiebant ab eis, cùm nondum esset hoc prohibitũ, sed postea fuit prohibitum per legem: Exod. 34. & Deut. 7. & sic ista filia Ephraim, cum esset mulier magni generis de principibus Israelitarum, daretur in coniugem alicui principi Chananęorum, & posset ędificare de nouo Bethoron superiorem & inferiorẽ. Et hoc est satis verisimile, quia istę duæ vrbes erant factę, quando Israelitę iuerunt in terram Chanaan, quia cùm diuideretur terra per sortes, istæ duę vrbes ceciderunt tribui Ephraim. Et patet hoc, quia Iosue 10. dicitur, quòd cum Iosue pugnaret contra quinq; reges, misit Dominus lapides de cœlo, cum essent in descensum Bethoron vsque ad Zecha, & sic iam erat vrbs Bethoron, quando Iosue iuit in terram Chanaan.

Tertio potest dici, quòd ista Sarra ædificauerit vrbem Bethoron, ideest reędificauerit vtramque Bethoron, quia istę duę vrbes ceciderunt in sorte Ephraim, & cum essent diruptę per bella, ista mulier, quę potens erat, reędificauit illas. Et tunc dicetur, quòd nõ accipitur ædificare propriè, sed pro refectione, quia prius erant ædificatę istæ vrbes, quam irent Israelitæ in terram Chanaan, vt probatum est. Etiam dicetur tunc, quòd ista Sarra non fuit filia Ephraim istius, de quo hic dicitur, quòd ista fuerit filia sua immediata, sed fuit filia sua, ideest de stirpe sua, sicut aliquãdo pronepotes dicuntur filij proauorum. Positio autem Nicolai non poterat stare, quia ipse vult, quòd intelligeretur primus illorum de quodam Ephraim, qui non fuit princeps tribus, sed fuit ortus de illa tribu, & q̃ filij sui essent isti, qui mortui fuerunt, & quãdo postea dicitur de generationibus, quæ continuantur vsque ad Iosue dicit, quòd intelligãtur de Ephraim, qui fuit caput tribus, & tamẽ istud est irrationabile, quia litera

ponit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponit hic vnicum Ephraim: ideo non poteſt fieri relatio ad illum, de quo nullo modo hic dicitur, quia iſtud eſt abuti omni ſcriptura. Potiſſimè quia ſupra dicitur de illo Ephraim: Ingreſſus eſt ad vxorem ſuã, & poſtea ſequitur: Porro filij eius Rapha, &c. & continuanturibi ſex generationes vſque ad Ioſue: ergo iſtemet eſt Ephraim, qui ſupra ponebatur, ſed iſte, ad quem refertur relatiuum, eſt Ephraim filius Ioſeph: ergo etiam iſte Ephraim, de quo in principio dicitur, eſt filius Ioſeph. Poſſet autem aliqualiter tolerari, & colorari poſitio Nicolai, ſi poneret hic bis Ephraim: nam quamquam eſſet idem, poſſemus cauillare, & dicere, quòd vnus erat caput tribus, & alius non. Tenẽda ergo eſt poſitio precedens.

Poſſeſſio autem eorum, & habitatio. Ideſt iſta loca, quę ſequũtur, erãt habitatio, & poſſeſſio filiorũ Ephraim in terra Chanaan.

Bethel, cum filiabus ſuis. Bethel eſt ciuitas quędam, quam tenuerunt filij Ephraim. Vocantur autem filię eius villæ paruulę, quæ erant in circuitu Bethel, & viculi, quia omnia iſta loca erant ſubiecta Bethel, & ideo vocantur filię, ſicut filius eſt ſubiectus patri. Et iſte modus loquendi eſt ſępe in Ioſue, & in alijs libris.

Et contra Orientem Noram. Noram eſt quædam ciuitas in ſorte Ephraim ad Orientalem partem eius, & vocatur Ioſue 16. Noarata, quia ſępe mutantur nomina propria in Hebręo, addendo vel diminuendo.

Ad occidentalem plagam Gazer. Gazer eſt quędam ciuitas ſortis Ephraim ad Occidentalem partem ſortis, ſic dicitur Ioſue 16. Deſcendit ad Occidentem iuxta terminum Ieflete vſque Gazer. Iſta ciuitas Gazer eſt in qua permiſerũt filij Ephraim habitare Chananęos, quamquam eſſet in ſorte ſua, vt eſſent tributarij eorum, Ioſue 16. & manſit in poteſtate Chananęorum ſemper vſque ad tempora Salomonis, & tunc Pharao rex Aegypti aſcendens in terram Iſrael, pugnauit cõtra vrbem Gazer, & cepit eam, & dedit in dotem filię ſuę tertio Reg. nono.

Et filiæ eius. Ideſt villę paruę, quæ vocantur filiæ Gazer. Et iã traditę fuerũt in poſſeſſionem Ephraim.

Sichem quoque cum filiabus ſuis. Iſta ciuitas erat vna de ciuitatibus refugij: Ioſue 20. Et tradita fuit Leuitis ad habitandum, Ioſue 21. & precedenti cap. & in iſta ſepulti ſunt omnes patriarchę, quorum oſſa de Aegypto adducta ſunt: Act. 7. In iſta enim vrbe filius regis Emor cepit Dinã filiam Iacob, & oppreſſit eam, tenuitque in domo patris ſui, propter quod ſequuta eſt mors Sichimitarum: Gen. 34. & loca in circuitu iſtius data ſunt Ephraitis.

Aſa cum filiabus eius. Iſta alia eſt ciuitas exiſtens in ſorte Ephraim.

An verum ſit, quòd Bethel fuerit in poſſeſſione Ephraim.
Quæſt. IX.

QVAERITVR, quomodo dicitur ſupra, ꝙ Bethel fuit in poſſeſſione Ephraim: nam Bethel fuit in ſorte Beniamin, vt patet Ioſue 18. Reſpõderi poteſt vno modo, quòd Bethel verè fuit in ſorte Beniamin, & non Ephraim & tamen Ephraitę tenuerunt eam ex permiſſione, Beniamitarum, quia ſorte etiam filij Beniamin tenuerunt aliqua loca terrę Ephraim, ſic etiam Ieruſalem pertinebat ad tribum Beniamin: Ioſue 18. & tamen viri Iuda habitauerunt in ſorte Beniamin in Ieruſalẽ, Ioſue 15. & Iud. primo, & hoc creditur fuiſſe ex permiſſione filiorum Beniamin. Alio modo poteſt dici, quòd duplex erat Bethel, & vna erat in tribu Beniamin, de qua Ioſue 18. & alia erat in ſorte Ephraim, & iſta eſt, de qua hic dicitur. Et quomodocunque ſit, dicendum, quòd illa Bethel, quæ eſt, in qua templum erat vnius vituli fabricati à Ieroboã, fuit iſta Bethel, quę erat in ſorte Ephraim, eo quòd rex Ieroboam erat de tribu Ephraim, & poſuit templum in ſorte tribus ſuę, & nõ poterat poni aliquis vitulus aureus per Ieroboam in Bethel, quę erat in ſorte Beniamin, dũ poſſideretur à filijs Beniamin, eo quòd filij Beniamin erant ſubiecti regno Iuda, & rex Iſrael non poſſet aliquid facere in locis poſſeſſis à filijs Beniamin. Et iſta ſecunda poſitio rationabilior eſt.

Iuxta filios quoque Manaſſe Bethſan, & filias eius, Thanach, & filias eius, Mageddo, & filias eius, Dor & filias eius, in his habitauerunt filij Ioſeph, filij Iſrael. Filij Azer, Ienna, & Ieſua, & Ieſſui, & Baria, & Sara ſoror eorum. Filij autem Baria, Heber, & Melchiel, ipſe eſt pater Barſaith. Heber autem genuit Iephlat, & Somer, & Hothã, & Suaa ſororem eorum. Filij Iephlat, Phoſech, & Chamaal, & Aſoth. Hi filij Iephlat. Porro filij Somer, Ahi, & Roaga, & Haba, & Arã. Filij autem Helem fratris eius, Supha, & Ienna, & Selles, & Amal. Filij Supha, Sue, Harnapher, & Sual, & Heri, & Iamra, Boſor, & Od, & Samma, & Saluſa, & Iethran, & Bera. Filij Iether, Iephone, & Phaſpha, & Ara. Filij autem Olla, Aree, et Hanel, et Reſia. Omnes hi filij Aſer, principes cognationum, electi atque fortiſsimi duces ducum: numerus autem eorum ætatis quæ apta eſſet ad bellũ, vigintiſex millia.

Iuxta filios quoque Manaſſe. Ideſt habuerunt filij Ephraim iuxta filios Manaſſe, ideſt in ſorte filiorum Manaſſe iſtas vrbes, quę ſequuntur: nam erant filij Manaſſe, & Ephraim quaſi mixti in ſortibus ſuis.

Bethſan, & filias eius. Iſta ciuitas Bethſan non videtur eſſe illa, in qua ſuſpenſa ſunt cadauera Saul, & filiorum ſuorum, quia illa erat in terra Philiſthinorum, vt patet primo Reg. vlt. Et tamen iſta erat in ſorte filiorum Manaſſe, & illi non habebant vrbes Philiſthinorum, ſed magis filij Iuda: ideo dicendum, quòd illa Bethſan erat in ſorte Iuda. Iſta autem erat alia ciuitas, quia frequenter eadem ciuitas habet multa nomina, & etiam multę ciuitates habent idem nomen.

Thanach, & filias eius. Iſta erat ciuitas magna, & vna de regalibus: nam rex iſtius occiſus fuit per Ioſue, vt patet Ioſue 22. & fuit in ſorte Manaſſe, licèt habitarent in ea filij Ephraim: ideo aliquando dicitur de iſta vrbe, quòd erat in ſorte Ephraim, & aliquando in ſorte Manaſſe. Patet, quia Ioſue 17. dicitur, quòd Thanach fuit hęreditas Manaſſe in tribu Iſſachar. Et Iudic. primo. Dicitur Manaſſe quoque non deleuit Bethſan, & Thanach, & ſic videtur, quòd pertinebat ad Manaſſe.

Mageddo. Iſta eſt ciuitas Manaſſe: Ioſue 17. & Iudic. primo. Et iſta eſt, apud quam occiſus fuit Ioſias rex, cum pugnare vellet contra Pharaonem regem Aegypti, & apud illam fecit planctum magnum pro Ioſia rex quidam nomine Adadremon, in cuius adiutorium venerat Ioſias, de hoc dicitur Zach. 12. Erit planctus magnus in Ieruſalem, ſicut planctus Adadremon in campo Mageddon. *Dor, & filias eius.* Dor eſt ciuitas magna, & vna de regalibus, quę habebat ſub ſe prouinciam magnam, de qua dicitur Ioſue duodecimo Rex Dor, & prouinciæ Dor vnus, & eſt iſta ciuitas in ſorte Manaſſe, vt patet Ioſue decimoſeptimo, & Iud. primo. *In his habitauerunt filij Ioſeph, filij Iſrael.* Sicet in his vrbibus habitauerũt filij Ioſeph, filij Iſrael, ſcilicet tam de tribu Ephraim, quam de dimidia tribu Manaſſe, cum omnes iſti eſſent filij Ioſeph. *Filij Iſrael.* Ideſt filij Iacob, ſcilicet quia Ioſeph fuit vnus de filijs Iacob. *Filij Aſer.* Hic ponitur ſextum ſcilicet de filijs Aſer, & ponuntur quatuor filij. *Ionna.* Iſte eſt primus, & vocatur Iamna, Numeri vigeſimoſexto. Et ob hoc nominatur familia Iamnitarum, quæ eſt prima in familijs Aſer, & Geneſis quadrageſimoſexto. nominatur Iabne, ſed idem eſt. *Et Ieſua.* Iſte vocatur Ieſſui: Numeri vigeſimoſexto, & Gen. quadrageſimoſexto, & ab hoc nominatur familia Ieſſuitarum: Numeri vigeſimoſexto. *Et Ieſſui.* Iſte vocatur Melchie: Numeri vigeſimoſexto, & Geneſ. 46. & nominatur ab hoc familia Melchietarum, vt aliqui volunt. Quamquam alij dicãt, quod iſta familia nominatur à Melchiel filio Beria, & nepote Aſer: Gen. 46. & iſtud veriſimilius eſt, & magis dicendum, quòd iſte Ieſſui eſt, qui Numeri vigeſimoſexto, vocatur Aſbel, & ab eo familia Asbelitarum. *Baria.* Iſte vocatur Baria Gen. 46. & vocatur Brie Numeri 26. & ab hoc familia Breitarum. *Et Sara ſoror eorum.* Nominatur hic Sara filia Aſer, quia ipſa fuit vna de deſcendentibus in Aegyptum cum Iacob auo ſuo: Geneſ. 46. Et alij volunt, quòd nominetur propter honorem Sarę vxoris Abrahę, vel fortè nominatur, quia fuit mulier famoſa tempore ſuo, & nominatur inter viros, ſicut alia Sara filia Ephraim, de qua ſupra in litera, quæ ædificauit vrbem Bethoron ſuperiorem, & inferiorem, & propter iſtas vrbes fuit famoſa, ita forte iſta Sara fecit aliquid famoſum,

Filij autem Baria. Iſte Baria erat primogenitus Aſer, ideo ponitur hic progenies eius. *Hebel, & Melchiel.* Iſti duo nati fuerunt in terra Chanaan antequam deſcenderet Iacob in Aegyptum, ideo ponuntur in numero deſcendentium cum Iacob: Geneſis quadrageſimoſexto. non eſt iſte Heber ille, de quo ſupra primo, quia ille fuit ante Abraham, iſte autem fuit de poſteris Iacob, & iſte nominatur Asbel: Num. 26. & ab eo familia Esbelitarum: nam ſępe mutantur nomina hominum, & locorum. Iſte Melchiel eſt à quo nominatur familia Melchielitarum: Numeri 26. & ſic familiæ tres in tribu Manaſſes nominãtur à filijs Aſer, & duę familię à nepotibus eius, & ſic interdum nominantur familię à nepotibus, ſicut patet in tribu Manaſſe Num. 26.

Ipſe eſt pater Barſaith. Scilicet Melchiel fuit pater Barſaithę, & iſte fuit aliquis vir famoſus.

Heber autem genuit Iephlat. Hic omittitur progenies Melchiel, quia ipſe erat minor, & ſolum fuit poſitus vnus filius eius, & ponitur progenies Heber, & omnes iſti tres ſunt fratres, quorum primus eſt Iephlat, & progenies eius ponitur inf.

Et Somer. Sic vocabatur Dominus montis Samariæ, qui vendidit montem Amri regi Iſrael ad ædificandum ibi vrbem, & ex nomine domini vrbis vocata eſt vrbs Samaria tertio Reg. decimoſexto, & tamen non eſt iſte ille Somer, quia ille fuit multo tempore poſt.

Et Orbon. Iſte videtur vocari ſecundùm quoſdam Helen, qui infra ponitur.

Et Suaa ſororem eorum. Iſta ponitur hic ex eadem cauſa ex qua ſupra ponebatur Sara, ſcilicet quia fuit mulier famoſa. *Filij autem Iephlat.* Iſte eſt filius Heber, & ponitur hic progenies eius.

Vhoſoch, & Chamaal, & Aſoph. Iſti tres erant fratres, & non ſunt viri famoſi, iſte tamen Aſoph non eſt Aſaph, de quo precedenti capitulo, quia ille eſt de tribu Leui, & princeps cantorum, iſte autem fuit de tribu Aſer, & etiam iſte fuit multo tempore ante illum. *Porro filij Somer.* Iſte eſt ſecundus filius Heber, & ponitur progenies eius.

Achi, & Roaga, & Iaba, & Aran. Iſti etiam incogniti ſunt, quia non fit mentio de eis in ſcriptura, non eſt iſte Aran, de quo habetur ſupra primo, quia ille eſt filius Sem, & nepos Noe, iſte autem fuit multo poſt, cum ſit de poſteris Iacob, etiam non eſt iſte Aran, de quo Gen. vndecimo, quia ille fuit frater Abrahę, qui mortuus eſt in terra Chaldęorum, iſte autem multo poſt Abraham fuit. *Filij autem Helen fratris eius.* Iſte Helen videtur eſſe, qui vocatur ſupra Othan, quia filios illorum fratrum ponit hic ſcriptura: nam iam poſuit de alijs duobus, ſcilicet de Iephlat, & Somer: ideo ponit hic de tertio, ſcilicet de Othan, & vocat eum alio nomine, ſicut ſępe in ſcriptura mutantur nomina, & patet hoc magis, ga dicitur hic fratris eius, quod refertur ad Somer, de quo ſupra dicebatur. *Supha, & Ienna, & Sebes, & Amal.* Nomina iſtorum quatuor incognita ſunt, licet temporibus fuerint famoſa, & ponuntur hic nomina iſta, quia omnes iſti fuerunt principes in tribu Aſer, vt patet infra in litera. *Filij Supha Sue Arapheth, & Sual, & Beiri, & Samra.* Iſte Supha eſt primogenitus Helen: ideo deſcribitur hic progenies eius, & primus filius ſuus vocatur Sue, quod eſt nomen viri, & non eſt adiectiuum, ſcilicet ſuus a, um: ſic enim vocabatur ille Chananęus, qui dedit filiam ſuam in vxorem Iudę: Gen. 28. ſic etiam vocabatur rex Aegypti, qui regnabat quando Oſeę rex Iſrael rebellauit contra Salmanaſar regem Aſſyriorum quarto Reg. 17. & vocatur ibi Sua, ſed idem eſt Sua, & Sue, quia mutantur literę in nominibus Hebręis: Sual eſt nomen viri hic, & aliquando eſt nomẽ regionis, de qua 1. Reg. 13. ſcilicet vnus cuneus pergebat contra viã Ephraim ad terram Sualti. Quamquã aliqui libri noſtri corrupti habeãt ibi ad terram Sual, *Boſor, & Odor.* Etiam iſti ſunt filij Supha, & eſt Boſor aliquando nomen vrbis, quæ eſt in ſorte Ruben, & fuit vna de ciuitatibus refugij, & eſt in ſolitudine. De hac Deut. quarto, & Ioſue 20. aliquando etiam accipitur pro vrbe illa, de qua erat Balaam ariolus, qui venit ad maledicendum Iſraelitis ſecunda Petri cap. 2. ſcilicet: Secuti ſunt viam Balaam, & Boſor. Hic autem accipitur pro nomine viri: Odor eſt nomen proprium viri, & non eſt latinum. *Et Samal.* Non eſt iſte ille, qui eſt frater Dauid. De quo ſupra ſecundo, quia ille fuit de tribu Iuda, & iſte de tribu Aſer. *Et Saluſa.* Non eſt idem Saluſa & Saliſa, quia Saliſa eſt nomen regionis, per quam tranſiuit Saul ad inquirendum aſinas patris ſui primo Reg. nono, Saluſa autem eſt nomen viri. *Et Ietra.* Non eſt iſte ille, de quo dicitur ſecundo Reg. 17. quòd accepit in vxorem Abigail filiam Iſai, & ſororem Dauid, & genuit ex ea Amaſa, quia ille fuit de alia tribu.

Et Bera. Non eſt iſte Bera, de quo ſupra quinto. nã ille fuit princeps in tribu Ruben, tempore quo Telgathphalaſar duxit captiuos in Aſſyrios viros de tribu Ruben, iſte autem eſt de tribu Aſer. Etiam iſte fuit aliquanto tempore ante illum. Etiam Bera non eſt Beria, de quo ſupra dicitur. *Filij Ether.* Iſte Ether non ponitur ſupra ſub iſto nomine, ſed credendum eſt, ꝙ ſit aliquis de ſuperioribus, quia progenies illorum computatur hic. *Iephone.* Non eſt iſte Iephone pater Caleb, quia ille fuit de tribu Iuda, vt patet ſupra quar-

Universidad de Deusto Biblioteca

to, & Iosue 14. Iste autem Iephone est de tribu Aser. F *Et Thaspha, & Ara.* Isti principes erant, sed incogniti sunt. *Filij autem Oola.* Est enim Oola nomen viri, aliquando tamen accipitur Oola pro meretrice quadã, & inducit quandam Metaphoram Deus de illa Ezech. 23. cum loquitur de duabus sororibus meretricibus, & vna vocabatur Oola, & alia Ooliba, & Oola significat regnum Israel, & Ooliba significat regnũ Iuda, hic autem pro viro accipitur. *Arech.* Est hic nomen viri, & tamen aliquando accipitur pro nomine cuiusdam saltus, in quo morabatur Dauid cum fugiebat à facie Saulis, primo Reg. vigesimosecundo. *Et Aniel, & Resia.* Nomina principum incognita. *Omnes hi filij Aser.* Scilicet supra nominati.

Principes cognationum electi. Scilicet omnes, qui ponuntur hic sunt principes cognationum, ideſt domo- G rum, quæ sunt particulares cognationes in tribu Aser. *Atque fortissimi duces ducum.* Ideſt isti erant duces ducum, quia erant magni principes, & alij principes erant eis subiecti, & hoc potissime intelligitur de illis, qui erant principes familiarum: nam in tribu Aser erant quinque familiæ, vt patet Numeri vigesimosexto, & in qualibet illarum erat vnus princeps, & cum in qualibet familia essent multæ domus, quæ sunt cognationes particulares, & in qualibet vnus dux, oportebat, quòd essent multi duces sub duce cuiuscunque familiæ, & sic quilibet istorum erant duces ducum. *Numerus autem eorum ætatis, quæ apta esset ad bellum viginti sex millia.* Ista summa fuit tempore Dauid quando computata fuit tota multitudo Israe- H litarum de omnibus tribubus, & fuerunt in tribu Aser isti, & ponuntur hic duces istarum familiarum, & domorum, quia tempore computationis illius erant duces super quamlibet domum, & familiam, per quos computabatur ipsa multitudo, & dicitur hic ætatis, quæ apta esset ad bellum, scilicet, quòd omnes isti numerati sunt in tali ætate in qua possent pugnare, quia non computabantur aliqui Israelitę nisi à viginti annis, & supra, eo quòd prius non transibant ad nomen, & numerum in populo, vt patet Exodi 30. & in tali ætate iam incipiebant esse apti ad bellum.

CAP. VIII.

BENIAMIN autem genuit Bale primogenitum suum Asbal secundum, Ahara tertium, Noaha quartum, & Rapha quintum.

DESCRIPTA in præcedentibus progenie multarum tribuum, de quibus dicendum fuit, hic agitur vltimo de tribu Beniamin, & diuiditur in duo, quia primo ponitur progenies Beniamin in generali, deinde descenditur in speciali ad progeniem Saulis regis Israel ibi. In K Gabaon autem.

An iste sit ordo continuatus ad præcedentia.
Quæst. I.

QVAERITVR circa primum, an sit ordo continuatus hic ad præcedentia.

Respondendum sicut supra, quòd non potest esse hic ordo continuatus, cum continuatio propria sit in historijs, hic autem non est historia aliqua. Posset etiam dici, quòd est aliquo modo recapitulatio, quia supra dictum est de Beniamin, deinde, quibusdam interpositis, subiunctum est de filijs Beniamin. Potest tamen aliquo modo hic esse ordo conueniens, quia in precedentibus dictum est de omnibus filijs Iacob enarrãdo progenies illorum, & quia Beniamin fuit filius vltimus, conueniens fuit dici de eo vltimo loco.

Quis ordo hic obseruatur. Quæst. II.

QVAERITVR vlterius quis obseruatur hic ordo cum supra immediate dictum fuerit de progenie Aser, & hic dicatur de progenie Beniamin: nam Aser non est ante Beniamin immediatus in ordine natiuitatis, cum Aser fuerit filius Lyę, & postea peperit Rachel filium suũ Ioseph: Geneſis trigesimo, & deinde magno tempore natus est Beniamin in terra Chanaan: Geneſis trigesimoquinto. Non est etiam ordo dignitatis, quia Aser non est dignior quam Beniamin, cum Beniamin sit natus ex Rachele vxore præcipua, & Aser natus fuerit ex Lya, quæ minus diligebatur. Etiam non fuit ordo cohabitationis, quia Aser, & Beniamin non habitauerunt simul, sed potius in sortibus nimis distantibus, vt patet Iosue decimonono. nam sors quinta, quę fuit nimis septẽtrionalis, fuit pro tribu Aser, & sors prima, quę fuit nimis meridiana fuit filiorum Beniamin, Iosue decimooctauo. Dicendum, quòd non fuit aliquis ordo prædictorum, sed magis est hic ordo recapitulationis: nam precedenti capitulo posita fuit progenies Beniamin ex quadam parte in loco ei conuenienti, & tamen non fuit tota progenies posita, hic autem suppletur id, quod ibi minus erat, & sit hoc precipuè propter Saulem, nam Saul fuit de tribu Beniamin, vt patet primo Reg. nono, & etiam hic in litera, & sic computatur progenies ipsius diligenter propter honorem ipsius, quia rex erat, & fuit primus de regibus Israel. Circa primum dicitur.

Beniamin autem genuit Bale primogenitum suum. Iste vocatur Bela precedenti capitulo, & Geneſis quadragesimosexto, & vocatur Bale Numeri vigesimosexto, & hic & ab hoc nominata est familia Baleitarum: Numeri vigesimosexto.

Asbal secundum. Iste fuit secundus in ordine natiI uitatis, & vocatur Asbel Geneſis quadragesimosexto, & ponitur ibi in tertio loco, quamquam fuerit secundus in ordine natiuitatis.

Et Ahara tertium. Iste est qui Boclora vocatur precedenti capitulo, vel Bethor Gen. 46.

Noaha quartum. Iste non ponitur sub eodem nomine Geneſis quadragesimosexto, nec Numeri vigesimosexto, nec precedenti capitulo, quia mutantur nomina istorum secundùm consuetudinem Hebraicam.

Et Rapha quintum. Iste etiam non vocatur sic Geneſis quadragesimosexto, nec Numeri vigesimosexto, quamquam ibi ponantur plures filij Beniamin, quam hic.

Quare hic ponuntur quinque filij Beniamin, & Gen. cap. quadragesimosexto ponuntur decem.
Quæst. III.

QVAERITVR quomodo ponuntur Genes. quadragesimosexto. decem filij Beniamin, & hic solum quinque.

Respondendum est quòd hic ponuntur quinque, sicut Numeri 26. vbi narrantur familię Beniamin. Et ratio huius est, quia hic describitur progenies derivata à Beniamin, & tamen non fuit derivata progenies ab eo per omnes filios suos, quia quique

que illorum mortui sunt sine liberis, vel fortè filij illorum postquam nati sunt perierunt sine liberis, & idem est. Et propter hoc cum Num. 26. describantur familiæ in singulis tribubus, non ponuntur nisi quinque familię Beniamin deriuatę à quinque filijs eius, & isti ponuntur hic quamquam non sub eisdem nominibus, cum multi sint viri habentes multa nomina, sicut sępe declaratum est, & aliquando vocantur vno nomine, & aliquando alio.

Fuerunt́que filij Bale Addar, & Gera, & Abiud, Abisue quoque, & Namã, & Ahoe, B sed & Gera, & Sephuphan, & Huran: Hi sunt filij Ahod principes cognationum habitantium in Gabaa, qui translati sunt in Manahath. Naaman autem & Achia, & Gera ipse trãstulit eos, & genuit Oza, & Abiud. Porro Saharaim genuit in regione Moab postquam dimisit Husim, & Bara vxores suas. Genuit autem de Hodes vxore sua Iobab, & Sebia, & Mosa, & Molchon: Iehus quoque, & Sechia, & Marma. Hi sunt filij eius principes in familijs suis. Mehusim ve- C rò genuit Ahitob, & Elphaal. Porro filij Elphaal Heber, & Misaan, & Samad: hic ædificauit Ono, & Lod, & filias eius. Baria autem, & Sama principes cognationum habitantium in Aialon.

Fuerunt́que filij Bale Addar. Hic describitur progenies primogeniti Beniamin, scilicet Bale, & fuit filius suus Addar. *Et Gera.* Aliqui dicunt de Hebręis, quòd iste Gera fuit pater illius Semei, qui maledixit Dauid: D nam ille vocabatur Semei filius Gera de filijs Iemini, ideſt Beniamin secundo Reg. sed hoc non potest stare, quia iste Semei fuit tempore Dauid, & sic pater suus Gera esset tunc, vel pauloante, & tamen iste Gera, de quo hic dicitur, non potuit esse tempore Dauid, quia iste fuit nepos Beniamin, & omnes filij Beniamin nati fuerunt ante descensum Iacob in Aegyptum: nam omnes decem filij Beniamin computantur inter descendentes in Aegyptum: Gen. 46. & sic nepos Beniamin nasceretur triginta, vel quadraginta annis post introitum in Aegyptum, & tamen Israelitę steterunt in Aegypto annis ducẽtis, & quindecim, vt probatum est Gen. 15. deinde ab exitu de Aegypto vsque ad introitum ędificationis templi Salomonis fuerunt anni quadringenti, & octoginta, & sic sũt simul anni septingenti demptis quinque, subtrahan- E tur autem ab istis anni, qui trãsierunt à tempore, quo maledixit Semei Dauid, & à tempore, quo viuebat Gera pater illius Semei vsque ad ædificationem templi Salomonis, & triginta, vel quadraginta anni ab introitu in Aegyptum vsque ad natiuitatem nepotum Beniamin, & erunt ad minus plusquam sexcenti anni, & tamen nullus hominum poterat tanto tempore viuere: ideo oportet, quòd esset alius Gera, qui maledixit Dauid, & iste precederet illum annis quasi sexcentis. Motiuum autem leuissimum est, quòd aliquis propter nominis identitatem credat esse rerum identitatem. *Et Abiud.* Non est iste, qui ponitur Matthęi primo in genealogia Christi, quia ille fuit de tribu Iuda, iste autem est de tribu Beniamin. *Abisue quo-* A *que.* Non est iste, de quo supra sexto, nam ille fuit de filijs Leui, & fuit quartus summus sacerdos, iste autẽ fuit de tribu Beniamin, in qua nullus sacerdos fuit. *Et Naman.* Aliquando est nomen fęminæ, quæ vocatur Noeman, vel Noema: Gen. 4. tamẽ hic accipitur pro viro. *Et Ahoe.* Nomen incognitum est. *Sed Gera, & Sephuphan, & Huran.* Iste Gera est etiam filius Bale filij Beniamin, de quo in litera dicitur, & sic habuit duos filios eiusdem nominis vel, sicut alij volunt, Gera nõ est filius Bale, ita quòd sit alius Gera ab illo suprapositо, sed sic ipsemet, & isti, qui sequuntur sicut filij eius, sed verius est quòd iste sit alius ab illo Gera, de quo supra dicitur, & sit frater eius. iste Huran, de quo hic dicitur est Hurai, de quo dicitur precedenti capitulo, quia ibi ponuntur filij Beniamin, & filij Bale, & ponuntur quinque, & mutantur ibi nomina, quia consuetudo Hebręa est sic, vnde nullus eorum vocatur ibi idem nomine, quo hic, & tamen necesse est dici, quòd aliqui istorum sint ijdem cum illis, qui ibi ponuntur, eo quòd illi sunt filij Bale, & isti sunt filij eiusdem Bale. *Hi sunt filij Ahod.* Iste vocatur alio nomine Aioth, vt quidam volunt, sed in hoc modicum differt. *Principes cognationum habitantium in Gabaa.* Aliqui volunt, quòd incipiat hic in speciali computari progenies Saulis, eo quòd dicitur hic de habitantibus in Gabaa, & tamen Saul fuit de vrbe illa. Vel potest dici, quòd incipit in illo versu ibi: Patriarchę. Vocantur autem principes cognationum, quia erant domini familiarum & domorum, quę sunt cognationes particulares. Fuerunt autem in Gabaa cognationes multę, quia fortè fuerũt ibi multę domus cognationum de tribu Beniamin, iste est Gabaa, in qua fuerunt viri, qui vexauerũt libidine nimia ipsam mulierem Leuitę, & occiderunt eam: Iud. 19. & propter hoc tota tribus Beniamin perijt tam viri, quam fęminæ præter sexcentos viros: Iud. 20. *Qui translati sunt in Manahath.* Ideſt transierunt in Sepulchrum: accipitur enim Manahath in Hebręo pro Sepulchro, & sic dicunt, quòd trãslati sunt in Sepulchrum, ideſt occisi sunt omnes, eo quòd in vrbe Gabaa omnes perierunt, & etiã omnes de tribu Beniamin propter mulierem Leuitę, vt dictum est. Sed dicendum est, quòd accipitur hic Manahath pro aliqua vrbe, ad quam transierunt filij Beniamin, quia cum prius habitarent in vrbe Gabaa trãsierunt ad vrbem Manahath ex aliqua causa, vel aliquis fortè illos illuc transtulit, & hoc magis significat litera, cùm dicat, quòd translati sunt in Manahath. *Noeman autem, & Achia, & Gera ipse transtulit eos.* Isti tres sunt tres de precedentibus filijs Bale, & dicitur, quòd isti transtulerunt eos, quia isti tres erant principes domorum, & transtulerunt omnes de cognationibus suis in Manahath. videtur tamẽ esse Manahath in terra Moab, qa dicitur inf. porro Saharaim genuit in regione Moab. Iste Achia est, qui vocatur Aquor sup. in litera, & idem est, quia talis mutatio fit in Hebręo, & non est iste Achia, de quo dicitur primo Reg. 14. quia ille erat sacerdos de progenie Heli eod. capit. iste Gera est, qui sup. ponebatur. *Et genuit Oza, & Abiud.* Scilicet iste Gera, de quo immediatè dicitur, quòd ipse genuit istos, vel potest intelligi de Noeman, qui est frater primus, & iste Abiud nõ est ille, de quo dicitur sup. in litera. *Porro Saharaim genuit in regione Moab.* Quia forte illuc transiuit ad habitandum, quando dicitur supra, quòd omnes isti translati fuerunt in Manahath postquam dimisit Husim, & Bara vxores suas, scilicet iste Gera habebat duas vxores Husim, & Bara, & dimisit illas repudiando eas, quia licitum erat Iudęis repudiare vxores, & tamen istud videtur fuisse factum antequam daretur lex, quia iste Gera erat nepos Beniamin, & tamen tempore nepotum eius nõ erat data lex,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta lex, quia isti in Aegypto mortui fuerunt eo quòd isti nati fuerũt pauco tempore post introitum in Aegyptũ, & tamen manserunt Hebręi in Aegypto annis ducentis.& quindecim, vt declaratum est Genes. 16. Husim est hic nomen mulieris,quamquã aliquando accipitur pro viro, vnde filius Dan vocabatur Husim: Gen.46. Bera etiam nomen mulieris est,& tamẽ aliquando est nomen viri, vt cùm dicitur Beera sup. quinto,& etiam Bera precedenti cap. Hic autem pro viro accipitur, dimisit autem istas duas vxores Gera, quia fornicatę fuerant, vel quia non erant ei gratę, & tamen pro quacunq; causa poterat vir dimittere vxorem in veteri testamento,vt declaratum est Deut.24. *Genuit autem de Hodes vxore sua Iobab.* Erat vxor quam habuit Gera postquam dimisit duas, quæ nominatę sunt,vel fortè antequam dimitteret illas. Iste Iobab non est Iob,vt aliqui putant,quia ille non fuit de stirpe Hebręorum,sed magis videtur fuisse de stirpe Idumęorum, de quo dictum est sup. primo aut aliquis illorum, quia multo tempore ante istum fuerunt. *Et Sebia,& Mosa,& Molchon.* Iste Molchon non est Moloch, quia Moloch est nomen idoli,nec Melchon, quia idem est,vt patet quarto Reg. 23. & infra 20. & iste Molchon ponitur precedenti cap. *Iehus quoque,& Sechia,& Marma.* Nomina virorum sunt, & aliqua ipsarum posita sunt precedenti cap.vbi narrabatur progenies Beniamin. *Hi sunt filij eius.* Potest referri ad Gera, de quo supra dicebatur, vel ad Neeman qui erat primus in illis tribus,qui transtulerunt omnes istos in Manahath. *Principes in familijs suis.* Idest omnes isti erant principes familiarum: nam hic non enarrantur nisi illi,qui erant principes familiarum,& domorum, alij autem viri simplices omittuntur. *Mehusim verò.* De isto Mehusim non ponitur cuius filius erat,sed satis potest dici secundùm regulam declaratam supra quarto, quòd est filius illius, qui immediatè precedit cũ non appareat aliud in scriptura. *Genuit Achitob.* Iste Achitob non est aliquis de illis,de quibus dicitur sup. sexto, quia omnes illi fuerunt de stirpe sacerdotum, iste autem est de tribu Beniamin. *Et Elphaal.* Iste Elphaal est princeps,sed incognitus sicut multi alij, qui ponuntur hic. *Porro filij Elphaal Heber.* Iste Heber non est ille,de quo dicitur precedenti capit.quia ille est de filijs Aser,iste autem de filijs Beniamin. Etiam non est iste,de quo dicitur supra primo, quia ille fuit ante Abraham multo tempore,iste autem fuit de posteris Abrahę. *Et Misaam, & Samath.* Nomina virorum sunt principum in tribu Beniamin, sed non sunt cognita, quia de eis nihil habetur in scriptura. Non est iste Semath ille,de quo habetur sequenti libro cap.24. quia ille erat Ammonita,& fuit pater illius,qui occidit regem Ioas in lectulo suo eod. cap. *Hic ædificauit Ono, & Lod.* Nomina sunt duarũ vrbium in sorte Beniamin, quamquam non ponuntur talia nomina in alio loco scripturę, quia Iosue 18. ponuntur omnes ciuitates Beniamin, & tamen non ponuntur inter eas istę, sed credendum est, quòd nominantur ibi alijs nominibus,vel quod magis tenendum est, istę vrbes non fuerunt à principio in sorte Beniamin, sed isti viri de tribu Beniamin considerunt illas, illę autem quę ponũtur in sorte Beniamin; Iosue 18.erant de illis vrbibus, quæ erant in terra quando Israelitę introierunt in terram Chanaan, & diuiserunt eam per sortes. *Et filias eius.* Vocantur filię villę,& quęcunque loca parua adjacentia in circuitu istarum ciuitatum.

Bara autem,& Sama principes cognationum. Idest principes domorum, quę sunt cognationes paruę: nam hic non ponuntur nisi nomina principum familiarũ.

Habitantium in Aialon. Idest istę cognationes habitabãt in vrbe Aialon, quę ab istis deriuatę sunt, vel quibus isti prȩerant tempore suo, quamquam non deriuatę essent ab istis,sed à prędecessoribus eorum. Ista est ciuitas,de qua dicitur Iosue 10.sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra vallem Aialon.

Quomodo isti duo hic nominati potuerunt esse principes habitantium in Aialon.
Quæst. IIII.

QVAERITVR quomodo poterant isti duo Bara, & Sama esse principes cognationum habitantium in Aialon, quia isti duo viri erant de tribu Beniamin: ideo cognationes, quibus isti præessent, essent in sorte Beniamin,& tamen Aialon non erat in sorte Beniamin, sed in sorte Dan, vt patet Iosue 19.

Respondendum vno modo, quòd quamquam dicatur Aialon fuisse in sorte Dan, vt patet Iosue 19. & tamen etiam fuit alia Aialon in sorte Beniamin,quia interdum ciuitas eiusdem nominis erat in vna tribu, & in alia,sic patet de Asor, quia erat vna Asor in tribu Iuda, Iosue 15. & alia in sorte Nephtali: Iosue 19. Sed obijcietur, quia Iosue 18.ponũtur omnes vrbes, quę erant in sorte Beniamin,quam illę,quę habentur Iosue 18.& vna illarum fuit Aialon, licet non nominetur ibi eodem nomine: sic enim est interdum de alijs ciuitatibus, quę multa nomina habent sicut est in Hebron,quę vocatur Hebron, & Chariatharbe,& Mambre.vt patet Gen. 23. & Iosue 14. Aliter potest dici, quòd ista Aialon erat in sorte Dan, & tamen isti duo viri fuerunt principes cognationum existẽtium in Aialon,quia fortè transierunt multi de viris Beniamin ad habitandum in sorte Dan:sic enim dicitur supra,quòd isti viri de tribu Beniamin habitabãt in Gabaa,& translati sunt in Manahath,quia Manahath est nomen alicuius regionis, & frequenter viri de vna tribu habitabant in sorte alterius: sic enim fuit de viris Iuda,qui habitauerunt in Ierusalem: Iosue 15. & Iosue primo, & tamen Ierusalem pertinebat ad sortem Beniamin Iosue 18.prima tamen solutio satis stat,postsimè ex hoc,quia quando Iosue dixit: Sol contra Gabaon ne mouearis,& luna contra vallem Aialon,erãt sol,& luna circa oppositionem, cùm vterque appareret super terram circa occasum solis,& tamen in oppositione,cùm sol, & luna sint in pũctis oppositis zodiaci,non declinat vnus magis ad Septentrionem,vel ad Meridiem,quam alius, & tñ sol apparebat in parte Occidentali iuxta Orientem apud vrbem Gabaon,& luna in parte Orientali in valle Aialon, ideo necesse est,ꝙ essent in opposito æqualiter declinando ad Meridiem,vel ad Septentrionem,& tñ sors Beniamin,in qua erat Aialon erat nimis meridiana, & sors Dan,in qua erat Aialon,erat maximè Septentrionalis,tñ sors Beniamin esset prima de septem à parte meridiana, & sors Dan esset vltima de septem procedendo versus Aquilonem Iosue 18.& 19. Ideo non conueniebat posset apparere sol contra Gabaon,& luna contra Aialon,nisi esset Gabaon in sorte Beniamin, sicut Gabaon. Vtrunque tamen potest saluari.

Hi fugauerũt habitatores Geth. Et Ahio, & Sesac, & Ierimoth, & Zabadia, & Arod, & Heder, Michael quoq; ,& Iespha, & Iohafilij Baria. Et Zabadia, & Mosollã, & Ezechi et Heber, et Iesamari, et Ieslia, et Iobab filij Elphaal, et Iacim, et Zechri, et Zaddi, et Elioenai, et Selethai, et Heliel, et Adaia, et Baraia,

& Samarat filij Semei. Et Iespha, & Heber,& Heliel, & Abdõ,& Zechri,& Hanã,et Hanania,& Ellam, & Anathothia,& Iephdaia, & Phanuel, filii Sesac, & Samsari, & Sophoria,et Otholia,et Iersia Elia,et Zechri filij Ieroan. Hi Patriarchę, et cognationum principes, qui habitauerunt in Ierusalem.

Hi fugauerunt habitatores Geth. Refertur istud ad Bara,& Sama,qui fuerunt principes cognationum Aialon. Sciẽdum aũt,ꝙ Geth est vna de quinque metropolibus terrę Philisthinorum, de qnibus Iosue 13.& primo Re. 6. in hac aũt ciuitate fuit rex Achis coram quo immutauit faciem suam Dauid, primo Reg.22. & postea venit ad habitandum cum eo in Geth,eod. lib.c.27.habitabãt autem Philisthini in Geth, & tamẽ pertinebat illa ciuitas ad terram Israel, quia tota terra Philisthinorum erat intra terram Chanaan, ideo conabantur Israelitę excludere de terra ipsos Philisthinos, & pugnauerunt semel contra Gethęos, & fugauerunt eos, fuit autem istud aliquod magnum bellũ, sed scriptura est hic nimis breuiloqua.

Et Ahio. Non sunt illa,quę sequunt nomina ciuitatum,sicut Geth,de qua immediatè dicebatur,sed sunt nomina virorum, qui fuerunt de stirpe Beniamin, & fuerunt principes cognationum, quę erant in Ahialon,sicut Bara,& Sama. Non est iste Ahio,de quo dicitur,2. Reg.6.quia ille erat de tribu Leui, cum esset sacerdos, vel Leuita:nam ipse,& frater suus Oza portauerunt arcam super plaustrum, & portabant eam, quando percussus fuit Oza:iste autem est de tribu Beniamin. *Et Sesac.* Non est iste Sesac, de quo habetur 3.Reg.14.quia ille fuit rex Aegypti, qui regnauit in Aegypto, qñ regnabat in Iuda Roboã filius Salomonis, & ipse abstulit thesauros domus Domini,& domus regis: nam ille fuit Aegyptius,iste autẽ est de tribu Beniamin: etiam non est iste Sesac, de quo aliqñ dr̃ in Ezechiele, & Ieremia rex Sesac bibet post illos, quia ille est quidam rex gentilis, qui non pertinebat ad filios Israel. *Et Ierimoth.* Aliqñ est Ierimoth nomen vrbis, quę fuit in sorte Iuda: Iosue 15.& ipsa fuit vna de ciuitatibus regalibus terrę Chanaan:nam regem eius expugnauerunt,& occiderunt Israelitę.Iosue 10. Aliqñ aũt est nomen viri,& sic accipitur hic,& etiam precedenti c.nam Ierimoth nomen viri est ibi de tribu Beniamin,& tñ non est iste,sed multo prior eo.

Et Zabadia,& Arod. Iste Arod non est Ared,de quo dr̃ præced.c.quia ille fuit de filijs Aser, iste aũt est de filijs Beniamin. *Et der.* Nõ est iste Etder primogenitus Iudę,ꝙ fuit malus, & occisus est à dño:Gen.38.& 46.iste aũt natus est multo tpe post introitũ in Aegyptũ,vt patet cõputando generationes intermedias inter istum,& Beniamin. *Michael quoque.* Non est iste aliquis de illis,qui habent.§.4.quia ille fuit de tribu Iuda, & iste de Beniamin. *Filij Baria.* De isto nõ apparet cuius filius sit, ideo secundum regulam datam supra 4. poterat dici, ꝙ iste esset filius Ioaa, tñ dicendũ est ſm quosdã,ꝙ fuit filius Beniamin.ſ.ꝙ iste sit ille, qui vocatur Beria, à quo nominatur familia Pærietarum. Sed hoc non stat, quia iste Bersa, vel Brie pertinet ad tribum Aser, & ibi est familia Beietarum.Nume.26. ideo oportet,ꝙ sit filius Ioaa, vel alterius de tribu Beniamin.*Zabadia.* Non est iste Zabadia,qui supra ponit, sed alius in eadem tribu Beniamin. *Et Mosollam.* Sępe ponitur istud nomen Mosollam supra,& tamen non coincidit iste cum aliquo superiorum, quia sunt de alijs tribubus. *Et Zeci.* Nomen principis est in tribu Beniamin, sicut omnia, quę ponuntur hic. *Et Heber.* Non est iste aliquis de supra positis:nam sępe ponitur istud nomen Heber,sed differunt, quia quidam sunt de aliis tribubus, alii vero ꝙꝙ fuerint de tribu Beniamin coincidunt cum isto. *Et Esamari,& Leslia.* Incognita nomina sunt, quia non reperimus de eis historias, & tñ sunt nomina principum. *Et Iobab.* Non est iste Iobab, de quo dr̃, ꝙ sit Iob,nec est qui supra ponitur, nec ille de quo hr̃ §.1. *Filii Helphaal.* Iste Helphaal videtur quibusdam esse ille,de quo dr̃ supra in litera,& ꝙ ponatur hic cognatio eius, sed non est verum,quia ibi ponuntur filii sui, & sic non est credendum,ꝙ repetatur hic de illo, nisi appareret manifestè. *Iacim.* Non est iste Iacim a quo deriuata est familia Iacinitarum, quia illa familia fuit in tribu Simeon: Num.26.. & vir ille Iacin est de filiis Simeon.Gen.46.& Nume. 26.aliqñ tñ Iacin est nomen columnæ vnius,quæ erat in templo,vt patet 3.Reg.7.cũ dicitur: Cumque statuisset columnam dextram vocauit eam Iacim,& erexit secundam, & vocauit eam nomine Booz. Idem patet seq.lib.4.cap.3.hic autem accipit̃ ꝑ nomine viri. *Et Zechri,& Zabdi.* Iste Zabdi non est ille, de quo hr̃ Iosue 7. quia ille fuit pater Achor, qui fuit saratus est de anathemate Iericho, & fuit de tribu Iuda eo.c. & §.2. *Et Elionai.* Non est iste Elionai, de quo hr̃ §.3. quia ille fuit de tribu Iuda, iste aũt de tribu Beniamin.

Et Selethai,& Hebiel. Nomina principum sunt in tribu Beniamin. *Et Aiada.* Aliqui nominantur sic in superioribus,& tñ iste differt ab omnibus illis, sic patet §.4.& 6. *Et Barasa,& Samarath.* Nomina principũ sunt, licet inusitata in scriptura, cum non sint historiæ de illis.

Filij Semei. De isto Semei non apparet cuius filius sit, sed potest dici, ꝙ sit filius Samarath, de quo immediate dr̃, Posset autem aliquis dicere, ꝙ iste sit Semei,qui maledixit Dauid, cum fugeret a facie Absalom.2.Reg.16. & ad hoc erit aliquis color, quia iste per multas generationes distat a Beniamin,ita vt satis potuerit esse tpe Dauid. *Iesphan.* Non est iste Iesphan, de quo supra dr̃, quia filij diuersorum patrum sunt, & litera distinguit eos hic. *Et Heber.* Sępe ponitur Heber in tribu ista,& in quibusdam aliis, ſ. in tribu Aser prȩced.ca. & tñ non est iste aliquis illorũ, de quo supra dr̃. *Et Heliel.* Non est iste Heliel,qui supra ponitur, sed ambo sunt de eadẽ tribu. *Et Abdon,& Zechri.* Nõ est iste Zechri,de quo hr̃ supra in litera, quia ille erat filius Elphaal,& iste est filius Semei. *Et Hanan.* Non est id,qđ Chanaan, quia Chanaan est filius Cham nepos Noe, cui maledixit ipse Noe:Gen.9.ſ.maledictus Chanaan,seruus erit fratrum suorum,& ille est,a quo nati sunt septem populi Chananæorum, de quibus Gen.10. *Et Anania.* Non est iste Ananias, qui confregit cathenas ligneas de collo Ieremiæ, dicẽs:sic cõfringam iugum Nabuchodonosor post duos annos dierum de collo omnium gentium. Et mortuus est propter hoc Ananias illo anno: Ierem.28.Multi etiã alii vocati sunt Ananias, sicut vnus de tribus pueris, qui fuerunt in fornace in Babylone: Daniel 3. sic etiã Ananias fuit qui baptizauit Paulum Act.9. *Et Elam.* Nomen incognitum est. *Et Anathothia & Iephdaia.* Nomina principum sunt inusitata in Sacra scriptura.

Et Phanuel. Aliquando Phanuel est nomen vrbis, vel castri,in qua erat magna turris, & in isto loco Gedeon petiuit panes a viris loci quando ibat persequendo Madianitas,& noluerunt dare irridentes eum, ꝓmisit ergo, ꝙ quando rediret de bello destrueret turrim ipsorum,& sic factũ est, quia destruxerũt turrim, & occidit habitatores loci: Iudi.8. Iste locus vocatus est Phanuel,quod interpretatur facies Domini, quia in ipso loco apparuit Angelus Iacob,& luctabatur cũ eo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo,& ipſe vocauit locum Phanuel, dicens vidi Domi F
num: Gene.32. Aliquando accipitur pro nomine viri,& ſic eſt hic.

Filij Seſac. Iſte Seſac fuit aliquis princeps magnus in ſorte Beniamin, & etiam filii ſui fuerunt principes. *Samari, & Sooria*. Nomina ſunt inuſitata in ſcriptura.

Et Otholia. Non eſt Atholia id, quod Otholia, quia Athalia eſt nomen fœminæ, quę regnauit ſex annis ſuper Iudam occiſo vniuerſo ſemine regio, & poſtea occiſa eſt mandato Ioiadę ſacerdotis.4. Regum 11.& ſequenti libro capitu.23. Hic autem Othalia eſt nomen viri.

Et Gerſia, & Elia. Non eſt iſte Elias propheta, quia il G
le non fuit de tribu Beniamin, ſed magis fuit de tribu Gad, vel Ruben: nam ipſe erat de vrbe Thebes, iō vocatur Thesbites,& dicitur, quòd erat de terra Galaad, & tamen viri Beniamin non habitabant in terra Galaad, ſed ſolum duæ tribus, & dimidia, vt patet Nume.32. & Deuter.3. & Ioſue 13.ideo non fuit ille. Patet de hoc 3.Reg.17. vbi dicitur Elias eſſe Thesbites de habitatoribus Galaad.

Item patet hoc, quia Elias fuit tēpore regis Achab. 3.Regum 17. vt patet, & 18. & tamen iſti qui ponuntur hic fuerunt multo tempore prius, ſcilicet ante tempora Saulis, ideo non potuit eſſe iſte idem cum illo.

Et Zechri. Iſte Zechri non eſt ille, de quo ſupra dicitur, quia ille vocatur filius Helphaal, iſte autem eſt filius Sechath. *Filij Eroan*. Ideſt omnes iſti erant filii Eroan. H

Hi Patriarchæ, & cognationum principes. Referūt ad omnes ſupra poſitos,& dicitur, quòd erant patriarchę, ideſt principes,& patres, ſcilicet non fuerūt hic nominati alii, niſi principes familiarum, & domorum, de aliis autem tacuit ſcriptura. Et dicitur, quòd hi ſunt patriarchæ, ideſt principes,& patres, vel patriarchæ, ideſt principes patrum, & ſunt principes cognationum accipiendo cognationem pro familia,& pro domo indifferenter, quia aliàs non poſſent eſſe tot principes cognationum, cum in tota tribu Beniamin nō I
ſint, niſi quinque familiæ: Nu.vigeſimoſexto: potiſſime, quia multi filii eiuſdem patris vocantur hic principes familiarum, & tamen non poſſunt eſſe principes familiarum, niſi qui ſint a diuerſis patribus,& hoc verum eſt in deſcendentibus a capite tribus, vel quaſi immediate, quia illi denominant diuerſas familias, licet non ſint a diuerſis patribus, & tamen poſtea in proceſſu generationis, neceſſe eſt principes diuerſarū familiarum eſſe a diuerſis patribus.

Qui habitauerunt in Ieruſalem. Ideſt omnes iſti habitauerunt in Ieruſalem, quia ibi fuerūt diuerſæ cognationes particulares, quæ ſunt domus, & principes illarum erant iſti, qui nominantur hic.

An verum ſit, quòd iſti fuerint principes cognationum, quę K
erant in Ieruſalem. *Quæſt. V.*

QVAERITVR quomodo poterant iſti, qui nominantur hic eſſe principes Ieruſalem, quia in Ieruſalem habitabant viri Iuda, Ioſue decimoquinto,& Iudi.1. & ideo neceſſe erat, quòd cognationes, quæ ibi habitarent eſſent de tribu Iuda.

Reſpondet Nicolaus, ꝙ viri Iuda,& Beniamin poſſederunt Ieruſalem quilibet iure ſuo: nam ſors diuiſit Beniamin, & Iudam, & cecidit linea per medium Ieruſalem, & medietas illius pertinuit ad tribum Iuda,& medietas ad Beniamin. Sed hoc non poteſt ſtare, ſicut declaratum eſt Ioſue 18.

Cap. VIII.

Aliter ergo dicet aliquis, quòd cognationes Beniamin erant in Ieruſalem, quia Beniamin habebat Ieruſalem in ſorte ſua: Ioſue decimo octauo, & ibi declaratum eſt.

Sed dicetur, quòd non ſtat, quia dato, quòd Ieruſalem pertineret ad ſortem Beniamin tenebant locum illum, ideo ipſorum eſſent cognationes,& non Beniamin.

Reſpondendum, quòd Ieruſalem vere fuit in ſorte Beniamin,& non in ſorte Iudæ, & tamen viri Beniamin conceſſerunt viris Iuda habitare in vrbe illa, & non habitauerunt ſoli viri Iuda, ſed etiam cum eis viri Beniamin, ſcilicet aliqua pars vrbis pertinebat ad Beniamin,& aliqua ad Iudam, quia mixti habitabant, & hoc patet Ioſue 25. vbi dicitur, quòd viri Iuda pugnauerunt contra habitatores Ieruſalem. Idem Iudicum 1.& etiam dicitur de viris Beniamin, quòd habitauerunt in Ieruſalem,& pugnauerunt contra Chananæum habitantem ibi,& hoc non poterat eſſe, niſi ſimul aliqui de viris Iuda, & aliq de viris Beniamin habitarent in Ieruſalem, & ſic potuerunt eſſe hic cognationes Beniamin, qui ſupra habetur.

In Gabaon autem habitauerunt Abigabaon, & nomen vxoris eius Maacha, filiuque eius primogenitus Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Nadab, Gedur quoque, & Ahio, & Zacher, & Macelloth. Et Macelloth genuit Samaa.

In Gabaon. Hic ponitur ſecundum, ſi de generatione Saulis in particulari, licet aliqui velint ſupra hoc incipere. dicitur.

In Gabaon autem habitauerunt. Scilicet omnes iſti, qui ſequuntur: poſitæ enim fuerunt cognationes Ieruſalē, hic autem ponuntur cognationes Beniamin, quę fuerunt in Gabaon. *Abigabaon*. Iſte fuit præcipuus de viris Beniamin in vrbe Gabaon, & Hebræi dicūt in Gabaon habitauit pater Gabaon, aui enim interpretatur pater, & Gabaon eſt nomen vrbis, ſ. pater vrbis Gabaon,& volunt, ꝙ iſte fuerit aliquis vir potēs, & quaſi de primis in vrbe Gabaon. Hiero. autem accepit Abigabaon pro nomine proprio viri, qui ibi habitauit. Vtrunque autem ſatis poteſt ſtare. *Et nomen vxoris eius Maacha*. Nō eſt iſta Maacha, quæ fuit vxor regis Abia. De his 3.Reg.15. & ſequen.lib.cap.11. Nec etiam eſt Maacha, de qua habetur prēced.c. quia vxor regis Roboā,& regis Abia fuit multo tempore poſt hāc, cum iſta Maacha fuerit ante Saulem, nec ēt iſta Maacha eſt, de qua hī prēced.c. ſ. ꝙ fuerit ſoror Machir, quia illa fuit de alia tribu,& fuit ēt multo tpe ante hoc, nec nitur tñ hic Maacha, quia fuit aliqua mulier famoſa in tribu Beniamin. *Filiuſque eius primogenitus Abdon*. Scilicet filius Abigabaon,& Maacha vxoris ſuæ, non ēt iſte Abdon, de quo habetur ſupra in litera, quia ille fuit filius Semei, iſte autem fuit primogenitus Abigabaon. Etiam ille fuit de cognationibus habitantibus in Ieruſalem, iſte autem fuit de cognationibus habitantibus in Gabaon. *Et Sur*. Aliquando eſt nomē regionis deſertæ in Arabia iuxta Aegyptū,& eſt Sur ea deſertum Cades. Sic enim patet Gen.16.ſ. Angelus Dñi inuenit Agar in ſolitudine, quæ eſt in via & in deſerto. Patet ēt Gen.15.ſ. Habitauit autem ab Eula vſq; Sur. Et iſtud eſt deſertum, per quod ambulauerunt Iſraelitæ tribus diebus non inuenientes aquā quādo exiuerunt de Aegypto: Exo.15.& ibi fuit maſſio, quæ vocatur Mara propter amaritudinem aquæ eod.c. Aliquando aūt eſt nomen viri, & ſic accipitur hic. *Et Cis*. Iſte Cis eſt pater Saulis.1.Regum 9.& 10.

Et Baal. Aliquando Baal eſt nomen idoli frequen- A
tati in ſcriptura, vt patet 3.Reg.16.& 18. & colebatur illud idolum nimis a rege Achab. Aliqñ autem accipitur pro nomine viri, & ſic eſt hic, ſic etiam quidam alius vocabatur Baal princeps in tribu Ruben ſupra 5. *Et Nadab*. Non eſt iſte Nadab rex Iſrael filius Ieroboam, qui occiſus fuit a Baaſa, cum regnaſſet pauco tpe.3.Reg.15 quia ille fuit de tribu Ephraim cum pater ſuus Ieroboam eſſet de tribu Ephraim.3. Reg.11. Secundo patet, ꝙ iſte fuit multo tpe ante illum: nam iſte fuit ante Saulem, vt patet hic, & tñ Saul fuit multo tpe ante Ieroboam, cum tempore Ieroboam fuerit diuiſum regnum. Alius etiā fuit Nadab filius Aaron, qui mortuus eſt prima die, qua fecit ſacrificium: B
Leuiti.10. ſed neuter illorum eſt, quia ille Nadab eſt de tribu Leui, iſte autem de tribu Beniamin, etiam fuit ille Nadab mortuus in deſerto Sinai, iſte autem fuit de habitantibus in Gabaon.

Gedor quoque. Aliquando Gedor eſt nomen viri, ſicut hic, aliqñ autem eſt nomen vrbis, vel regionis,& huius acceperunt filii Simeon pugnantes contra Chananæos ſupra 4. *Et Ahio*. Alius Ahio ponitur ſupra in litera, ſed differt ab iſto, quia ille fuit filius Elphaal, vel alicuius de prēcedentibus, iſte autem fuit habitator Gabaon,& fuit filius Abigabaon, alius autem fuit Ahio, de quo 3.Reg.6. ſed ille erat ſacerdos, vel Leuita: nam ipſe, & frater ſuus Oza portabant arcam ſuper plauſtrum, quando percuſſus eſt Oza, vt patet ibidem. Sed ille differt ab iſto, quia erat Leuita, iſte autē eſt de Beniamin. C

Et Zacher, & Macelloth. Multi vocantur ſic, vt patet ſeq.c. & in aliis locis, ſed iſte non eſt, de quo habetur ſeq.c. quia omnes de quibus ibi habetur, fuerunt poſt captiuitatem Babylonis, & iſti qui habentur hic fuerunt prius. *Et Macelloth genuit Samaa*. Iſte Samaa non eſt, de quo habeť ſupra 2. quia ille erat frater Dauid, nec de quo habetur ſupra in litera, nec aliquis de prēcedē tibus, quia illi pertinebant ad alias tribus.

An verum ſit, quòd iſti habitauerint in Gabaon.
Quæſt. VI.

QVAERITVR quomodo dī hic, ꝙ habitauerūt iſti in Gabaon, quia videtur, ꝙ habitauerunt in Gabaa: nā hic ponit pater Saulis,& tñ Saul habitauit in Gabaa, vt patet primo Reg.c.10. & 2.Regum c.21.

Aliquis dicet, ꝙ Gabaa,& Gabaon idem ſunt, nec differunt, niſi per finem dictionum, talis autem mutatio ſępe fit in Hebrēo. Dicendum tamē, ꝙ falſum eſt, quia Gabaa, & Gabaō ponuntur Ioſue 18. in vrbibus Beniamin,& ponuntur tanquam diuerſę, quod patet ex ſumma earū: nam ſi ponatur pro eadem non proueniet ſumma, quæ ibi ponitur.

Dicendum igitur, ꝙ diuerſæ vrbes fuerunt Gabaa, & Gabaon,& tñ potuit eſſe, ꝙ illi viri, qui habitauerunt prius in Gabaon, habitauerunt poſtea in Gabaa, E
quia interdum mutantur cognationes totaliter de loco ad locum, ſic patet ſupra, cum dī hi ſunt principes cognationum habitantium in Gabaon, qui translati ſunt in Manahath, ſicut igitur de Gabaa tranſierunt habitatores in Manahath, ita de aliis locis oportet, ꝙ tranſirent habitatores in Gabaa, & forte tranſierunt illuc habitatores Gabaon, & ſic cum tota cognatio Saulis habitaret prius in Gabaon, habitauit poſtea in Gabaa viuente ipſo Saule. Aliter poteſt dici, quòd dato, ꝙ omnes iſti, qui nominantur hic, habitauerint in Gabaon,& ibi fuerit fundamentum ſtirpis eorum, tamen cognatio Saulis tranſiuit ad habitandum in Gabaa. Et ſic Cis pater eius habitabat ibi.

Alph. Toſt. In lib. I. Paralip.

Habitauerunt que ex aduerſo fratrū ſuorum in Ieruſalem cum fratribus ſuis.

Habitauerunt que ex aduerſo fratrum ſuorum in Ieruſalem cum fratribus ſuis. Poteſt intelligi dupliciter, vno mō, ꝙ iſtę cognationes ſupra poſitæ habitauerunt in Ieruſalem cum fratribus ſuis, ideſt cum aliis cognationibus Beniamin, de quibus dictum eſt prius, ꝙ erant habitatores Ieruſalem,& dicitur, ꝙ erant ex aduerſo, ſ. quia cum eſſent iſtæ diuerſę cognationes habitauerunt in diuerſis locis vrbis, & quędam cognationes erant a fronte, vel ab oppoſito ad alias cognationes. Alio modo poteſt intelligi, ꝙ iſtę cognationes Beniamin habitauerunt ibi cum fratribus ſuis, ideſt cum viris Iuda, eo ꝙ viri Iuda habitabant in Ieruſalem,& etiam ſimul viri Beniamin, vt ſupra declaratum eſt,& viri Iuda vocabantur fratres virorum Beniamin, quia omnes Hebrei inter ſe vocantur fratres. Exo.21.& Deut. 15.& habitauerunt ex aduerſo, quia cum iſti eſſent viri diuerſarum tribuum non miſcebantur in habitando, ſed habitabant in diuerſis partibus vrbis.

Quomodo verum ſit, quòd iſti ex aduerſo fratrum ſuorum habitauerunt. *Quæſt. VII.*

QVAERITVR quomodo dicitur hic, ꝙ iſti habitauerunt ex aduerſo fratrum ſuorum in Ieruſalem: nam ſupra dī, ꝙ habitauerunt in Gabaon.

Aliquis forte dicet, ꝙ Ieruſalem, & Gabaon ſunt idem locus, quia frequenter idem locus habet multa noīa, ſicut pater in Hebrō, ꝙ vocat Hebrō, & Chariatharbe, & Mābre: Gen.23. & Ioſue 14. ita Ieruſalē ꝑt vocari Gabaon. Dicendū, ꝙ falſum eſt, quia Gabaon, & Ieruſalem ponuntur tanquam duæ vrbes in ſorte Beniamin, Ioſue 18. & ſi dicamus, ꝙ ſint diuerſa in nomine, & in re non, ſumma illa ciuitatum, quæ ibi ponitur, non poterit prouenire. Secundo patet, quia ſeq.lib.c.1. dicitur, ꝙ venit Salomon de Gabaon in Ieruſalem. Simile patet.3. Regum 3. ideo duo loca ſunt. Rñdendum aliter, ꝙ iſtę cognationes habitauerunt in Gabaon,& non in Ieruſalem, & dicuntur habitaſſe ex aduerſo fratrum ſuorum in Ieruſalem, ideſt habitauerunt in Gabaon, q̄ erat ex aduerſo Ieruſalem, & in D
Ieruſalem habitabant fratres ipſorum, ſ. alii viri de tribu Beniamin,& ſic illa determinatio in Ieruſalem nō refertur ad iſtud verbū habitauerūt, ſed ad quoddam participiū ſubintellectum, ſ. ex aduerſo fratrum ſuorum habitantium in Ieruſalem. Ita volunt quidā exponere, ſed non conuenit, quia dicitur habitauerunt ex aduerſo fratrum ſuorum in Ieruſalem cum fratribus ſuis,& tñ nō poterant habitare cum fratribus ſuis habitātibus in Ieruſalē, niſi ipſi habitarēt ēt in Ieruſalem. Si aūt diceretur ſolum habitauerunt ex aduerſo fratrum ſuorum in Ieruſalē, & non ſubderetur cum fratribus ſuis, poſſet colorari iſtud dictū,& tñ, qa in litera additur cum fratribus ſuis, non poſſet ſtare. Alio mō rñdendum eſt, ꝙ habitauerunt iſti in Ieruſalem, ſ. ꝙ hic narrant plures filii a Bigabaō, quorū quidā habitauerūt in Gabaō, & cognationes aliorū habitauerūt in Ieruſalē,& ſic primi ipſorū habitarēt in Gabaō, & vltimi habitarēt in Ieruſalem. Aliter ēt pōt dici, & melius, ꝙ habitauerūt oēs iſtę cognationes prius in Gabaō, deinde quædā ipſarum, vel oēs tranſierūt in Ieruſalē, ſicut oēs iſtę cognationes, quæ erant in Gabaa trāſierūt in Manahath, vt patet ſ. in līa, & iō poſtq̄ tranſierunt in Ieruſalem habitauerunt ibi cum fratribus ſuis, ideſt cum viris Iuda, vel fratribus ſuis, ideſt cum viris Beniamin, ſicut ſupra fuit expoſitum.

Ner autem genuit Cis, & Cis genuit Saul, Porro Saul genuit Ionathan.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ner autem genuit Cis. Iſte Ner fuit pater Cis, & auus Saulis, vt patet hic, & Cis genuit Saul, ſic patet primo Regum nono. & decimoquarto. fuit iſte Cis aliquis de vitis laudabilibus, & honorabilibus in tota tribu, vel familia ſua.

An verum ſit, quòd Ner genuerit Cis.
Quæſt. VIII.

QVAERITVR quomodo dicitur hic, quòd Ner genuit Cis, quia nõ videtur, quòd Ner genuit Cis, ſed magis genuerit Abner, ſic patet primo Regum cap. decimoquarto, ſ. Abner filius Ner.

Reſpondent quidam, quòd Ner nõ erat pater Cis, & tamen adoptauit eum, ſic tenet Nicolaus.

Sciendum autem, q̃ Cis pater Saulis, & Ner pater Abner fuerunt fratres, & Abner, & Saul fuerunt patrueles, ideſt filii duorum patrum, qui erant inter ſe ſtatres, & hoc patet 1. Reg.14. vbi ponit Abner filius Ner, & Ner filius Abiel, & eod.lib.ca.9. ponitur Saul filius Cis, & Cis filius Abiel, & ſic Cis, & Ner erant fratres ex eodem patre. cum ergo dicitur, q̃ Ner fuit pater Cis, dicit Nicolaus, q̃ fuit frater eius maior, & forte adoptauit eum, vel mortuo patre vtriuſque, ipſe Ner curam geſſit de Cis tanquam de filio ſuo, & ſic vocatur pater eius. Hoc tamen non videtur ſatis verifimile: nam patres adoptiui non ſunt patres, niſi per Metaphoram, & ideo tales locutiones non ſunt conſuetæ in Scriptura, niſi raro in locis, in quibus ſcriptura tolerat Metaphoram, ideo quantũ poſſumus cauere debemus, ne taliter ſcripturam exponamus, niſi in locis, in quibus excuſari non poteſt. Hic tñ poteſt dici aliter, & conuenienter, ſ. q̃ iſte Ner fuerit vere pater Cis. Quod patet, quia dicitur, q̃ genuit eum, & tamen ad patrem adoptiuum conuenit dici, q̃ ſit pater, ſed non dicitur, q̃ genuit. Etiam patet ſeq. cap. quia dicitur Ner autem genuit Cis, ideo videtur, q̃ ip ſe fuerit pater, quia aliàs ſcriptura non frequentaret talem modum loquendi in hiſtoriis, in quibus non competunt Metaphoræ. Dicendum tamen eſt, q̃ iſte Ner, & ille, qui fuit pater Abner, primo Reg.14. non ſunt idẽ, ſed iſte eſt pater illius, quia Ner, & Cis ſunt fratres, vt patet ibidem, & tunc dicendum, q̃ iſte Ner eſt Abiel, de quo dicitur 1. Reg.9. q̃ ſit pater Cis, & tamẽ hoc fit, quia idem vir habet multa nomina ſæpe, ſicut ſupra declaratũ eſt in plurimis. Sed adhuc obiicietur, quia ſupra in litera dicitur, q̃ Abigabaon habitauit in Gabaon, & nomen primogeniti eius Abdon, & Sur, & Cis, & tamen Abigabaon non eſt Ner, nec Abiel. Reſpondi poteſt multipliciter, vno mõ, ſicut ſupra dicebatur, ſ. q̃ idem vir habet multa nomina, & ſic vocabitur iſte pater Cis, Ner, Abiel, & Abigabaõ, quia ſic multi habent tria, vel quatuor nomina, ſicut Eſau vocatur Eſau Edom, & Seir, vt colligitur Gen. 25. & rex Ochozias vocatur Ochozias, & Achazias, & Ioathan, vt declaratum eſt. 4. Reg. 8. Secundo poteſt dici, q̃ iſte Cis, de quo hic dr̃, q̃ eſt filius Ner, non eſt ille Cis, de quo ſupra dicit̃, q̃ eſt filius Abigabaon, & ſic differrent Abigabaon, & Ner, quia non erant noĩa eiuſdem viri. Tertio poteſt dici, q̃ iſte Cis ſit ille, de quo ſupra dr̃, & ſit filius Abigabaon, & tamen Abigabaon non ſit nomen viri, ſicut vult Hieron. ſed ſicut volunt Hebræi dr̃ Abigabaon pater Gabaon, & ſic non eſt nomen ꝓprium illud, ſed aliud, ſ. Ner, vel Abiel, vel qc̃unq; nos voluerimus, quia tñ Hieronymus tenet, vt Bigabaon ſit nomen proprium, magis tenendi ſunt duo modi primi. *Porro Saul genuit Ionathan.* Propter iſtum ſcribitur totum iſtud capitulum, quia ipſe fuit primus rex Iſrael, a quo accepit magnũ honorem tribus Beniamin, ideo voluit diligenter deſcribere progeniem eius Eſdras, & ꝓp hoc, q̃q̃ tetigerit præceden. c. de tribu Beniamin, repetit hic de illa. Habuit autem Saul quatuor filios, qui nominantur hic, & tres illorum, qui erant viri fortiſſimi mortui ſunt in bello cum Saule, primo Reg. vlt. & infra 10. Quartus autem, qui non iuit ad bellum euaſit, & conſtitutus fuit poſt mortem Saulis in regem per Abner principem exercitus Saulis. 2. Reg. 2. iſte Ionathan primus filius Saulis fuit vir clariſſimus inter Hebræos, vir audacis animi, & cordis generoſi, ipſe ſolus cum armigero ſuo proceſſit cõtra caſtra Philiſthinorum, in qua erat innumerabilis multitudo, ſ. triginta millia curruum, & ſexcenta millia equitum, & reliquum vulgus, ſicut arena, quæ eſt in litore maris. 1. Reg. 13. & occidit viginti Philiſthinos in parua parte agri, & turbauit oĩa caſtra Philiſthinorum, & conuertit illa in fugam. 1. Reg. 14. Ipſe etiam fuit cordis generoſi, & clementiſſimi: nam cum vidit, q̃ Dauid percuſſerat Philiſthæum, & ferebat caput eius ad Saulem, anima eius colligata eſt animæ Dauid, & dilexit eum, ſicut animam ſuam, & iniuit fœdus cum illo, ſpoliauitque ſe Ionathas tunica, qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua veſtimenta ſua vſque ad gladiũ, & arcum ſuum, & vſque ad baltheũ. 1. Reg. 18. oppoſuitque ſe morti ſæpiſſime ꝓp Dauid ꝫ patrem ſuum Saulem, ita vt pater ſuus ſemel voluerit eum percutere lancea, primo Reg. 20. pp hoc igitur mortuo Ionathan Dauid fecit planctum inconſolabilem dicẽs: Doleo ſuper te frater mi Ionatha decore nimis, & amabilis ſup amorẽ mulierũ, ſicut mater amat vnicũ filium ſuum, ita te diligebam. & multa alia: De quibus 2. Reg. c. 1.

Et Melchiſue, & Aminadab, & Esbaal.

Et Melchiſue, & Aminadab, & Isbaal. Duo iſtorum ſ. Melchiſue, & Aminadab cum ipſo Ionathan mortui ſunt in bello ſimul cũ patre ſuo Saule, Isbaal autem non mortuus eſt. Iſti vocant̃ ſic c. ſeq. & tñ qui vocatur hic Aminadab vocat̃ Ieſiai. 1. Reg. 18. & qui vocatur Melchiſue, vocatur ibi Melchiſua, ſed idem eſt. Sciendum aũt, q̃ ibi ponũtur ſolum tres filii Saulis, hic aũt, & ſeq. c. ponuntur quatuor, quia tot fuerunt, & cum ibi ſubtricetur de quarto eorũ, qui vocat̃ Isbaal, rõ aũ ibi poſita eſt. Iſte qui vocat̃ hic Isbaal, & etiam ſeq. vocatur Isboſeth. 2. Reg. 2. c. & idem eſt, quia frequenter idem vir vocatur pluribus nominibus, ſicut dictũ eſt. Vel forte ſecundum Hebræos iſta nomina competunt ei ex eadem ſignificatione, quia Isbaal interpretatur vir Baal, ſiue vir idoli, Isboſeth interpretatur vir confuſionis, vel verecundiæ, quia idolum confuſio eſt, vel verecundia eius qui facit illud: magis tñ credendum eſt iſta nomina cõpetere ei a voluntate quadam pp aliquam cauſam, cum ſint noĩa impoſita a natiuitate, & potiſſime, quia nunquam legitur de Isboſeth q̃ coluerit idola, nec etiam tempore ſuo aliquis in Iſrael legitur coluiſſe idola, quia tempore Samuelis, antequam regnaret Saul, proiecerunt Iſraelitæ omnia idola ſua, & adhæſerunt Deo, ſuadente Samuele 1. Reg. 7. & poſtea non leguntur coluiſſe idola vſq; ad tempus Roboam filii Salomonis, 3. Reg. 14. licet Salomon prius propter vxores ſuas coleret idola de populo, tamen nullus legitur tunc coluiſſe. 3. Reg. 11.

Filius autem Ionathan Meribbaal. Non ponitur aliquis de cognatione Saulis, qui deſcẽderet ab iſtis quatuor filiis Saulis, niſi per Ionathan, ideo deſcribitur progenies eius ſolius, vel forte dato, q̃ alii filii Saulis habuerunt prolem, non curauit Eſdras deſcribere progeniem alicuius illorum, niſi Ionathæ, qui erat primogenitus & etiam magis inclytus inter fratres ſuos.

Quid iſtorum verius ſit. *Quæſt. IX.*

QVAERITVR quid iſtorum verius ſit. Reſpondetur, quòd vtraque eſt ſatis veriſimilis reſponſio: nam ſæpe in præcedentibus ponuntur quatuor, vel quinque filii alicuius, & non continuatur progenies per aliquem eorum, niſi per vnum, ita hic continuaretur per Ionathan.

Dicendum tamen, quòd veritas eſt, quòd nullus iſtorum quatuor filiorũ Saulis habebat aliquos filios, niſi Ionathan, & hoc, quia forte adhuc illi erant iuuenes, quando mortui ſunt in bello, vel dato, quòd non eſſent iuuenes, & habuiſſent filios, illi mortui erant: nam Isboſeth, qui erat quartus ipſorum, & regnauit poſt mortem Saulis erat annorum quadraginta quãdo regnare cœpit. primo Reg. 2. & ideo iam iſte poſſet habere filios.

Conſtat tamen, q̃ nullus iſtorum habebat quando mortuus eſt, quia quando Dauid cœpit regnare quæſiuit, an ſupereſſet aliquis de ſtirpe Saulis: nam dixit, putas ne eſt aliquis, qui remanſerit de domo Saul, vt faciam cum eo miſericordiam propter Ionathan? Et reſpondit quidam nomine Siba, ſupereſt filius Ionathę. 2. Reg. 9. & ſic non fuit repertus tunc aliquis de ſtirpe Saulis, niſi Miphiboſeth filius Ionathæ.

Aliquis forte diceret, q̃ plures inuenti ſunt, & tamen Dauid non curauit inquirere alios, qui non erãt de ſtirpe Ionathę.

Dicendum tamen, q̃ falſum eſt, quia poſtea regnãte Dauid Gabaonitæ petiuerunt, vt deleretur tota domus Saulis propter eos, & Deus hoc cõceſſit, & dicitur, q̃ pepercit Dauid Miphiboſeth filio Ionathæ, ne interficeretur propter iuſiurandum, quod erat inter Ionathan, & Dauid, & ſic non pepercit alicui de reliquis, & tamẽ inter omnes de progenie Saulis nullus fuit, niſi ſeptem quorum quinque erant filii Merob filiæ Saulis, & alii duo erant filii Saulis ex concubina ſua Reſpha 2. Reg. c. 21. Et ſic nullus ſupererat de progenie iſtorum quatuor filiorũ Saulis, niſi de progenie Ionathę: nam ſupererat tempore Dauid Miphiboſeth ſolus filius Ionathę, & nepos eius Micha. 2. Reg. 9. & ideo etiam ſi voluiſſet Eſdras deſcribere progeniem aliorum non potuiſſet. Sed dato quod quilibet aliorum habuiſſet prolem, forte nullus eorum, niſi Ionathę proles enarraſſet ſcriptura, quia iſte erat primogenitus, & dicitur.

Filius autem Ionathã Meribbaal, & Meribbaal genuit Micha, filii Micha, Phiton, & Melech, & Tharaa Ahaz, & Ahaz genuit Ioiada, & Ioiada genuit Alamoth, & Azmoth, & Zamri. Porro Zamri genuit Moſa, & Moſa genuit Banaa cuius filius fuit Rapha, de quo ortus eſt Elaſa, qui genuit Aſel. Porro Aſel ſex filii fuerunt his nominibus Ezricam, Bochru, Iſmahel, Saria, Obdiae tanam. Omnes hi filii Aſel, filii autem Eſech fratris eius Vlam primogenitus, & Iehus ſecundus, & Eliphalet tertius, fuerunt que filii Vlam viri robuſtiſſimi, & magno robore tẽdentes arcum, & multos habentes filios, ac nepotes vſque ad centũ quinquaginta. Omnes hi filii Beniamin.

Alph. Toſt. In lib. I. Paralip.

Filius Ionathan Meribbaal. Iſte vocatur Miphiboſeth 2. Reg. 9. & 16. & 19. & hic vocatur Meribbaal, qa idem vir ſæpe habet multa nomina, ſicut patet de Iſbaal, qui vocatur hic Isbaal, & tamẽ vocatur Isboſeth 2. Reg. 2.

Et Meribbaal genuit Micha. Iſte Micha erat paruulus filius Miphiboſeth, q nutriebatur in Iodebar, & iuſſit Dauid, quòd Siba ſeruus Miphiboſeth, & tota cognatio eius tolleret agros Miphiboſeth, & inde daret cibos Micha filio Miphiboſeth, ipſe autem Miphiboſeth comederet ſemper in menſa regis ſecundo Regum nono.

Filij Micha Phiton, & Melech, & Tharaa, & Ahaz. Phiton eſt nomen viri, vt patet hic, aliquando tamen eſt nomen vrbis, quæ erat in Aegypto, & ædificauerunt eam Iſraelitæ quando opprimebãt eos Aegyptii: Exo. 1. ſ. Aedificauerunt vrbes tabernaculorum Pharaoni Phitoin, & Rameſes. Melech apud Hebræos eſt nomen commune, & ſignificat regem, quamquam mutatur aliquid in nomine, hic tamen eſt nomen viri, aliquando autem Melech eſt nomen vxoris Eſau, vt patet Gen. 28. ſ. Duxit vxorem abſque his, quas prius habebat Melech filiam Iſmahel. Tharaa eſt aliquando nomen patris Abrahæ, interdum vocatur Tharaa, & interdum Thare, hic autem Tharaa eſt filius Micha. Ahaz eſt proprie nomen in forma Hebræa, pro quo latini conſueuerunt dicere Achaz.

Et Ahaz genuit Ioiada. Nõ eſt iſte Ioiada ille, qui fuit ſacerdos magnus, & fecit Ioas regẽ, & occidit Athaliam. 4. Reg. 11. & ſequenti libro capitu. vigeſimotertio, quia ille fuit de tribu Leui, iſte autem de tribu Beniamin.

Et Ioiada genuit Aſmoth. Raro ſunt iſta nomina vſitata in ſcriptura, quia non habentur de eis hiſtoriæ.

Et Aſmoth genuit Zamri. Non eſt iſte Zamri, qui occidit regem Iſrael nomine Heba cum eſſet in cõuiuio, & regnauit pro eo ſeptem diebus, & deinde combuſſit ſe cum palatio regis. 3. Reg. 16. quia iſte Zamri fuit de tribu Beniamin, ille autem nõ, quia viri Beniamin erãt de regno Iuda, iſte autem erat de regno Iſrael cum factus fuerit rex, & ante hoc erat princeps militiæ regis Iſrael, cum quo non manerent habitando aliqui de viris Beniamin, cum eſſent hoſtes eius propter regem Iuda.

Porro Zamri genuit Moſa. Non eſt iſte, de quo dicitur ſupra in litera, quia ille vocatur Mooſa, & iſte Moſa, & ille erat filius Heber, vel Noemã, iſte autem eſt filius Zamri.

Et Moſa genuit Banaa. Non eſt iſte Banaa, de quo dicitur 2. Reg. 4. Erant enim duo principes latronum, ſ. Banaa, & Rechab fratres, & occiderunt regem iacentem in lecto. Iſte autem Banaa multo tempore poſt fuit, quia illud accidit tempore Dauid, iſtud autẽ poſtea.

Cuius filius Raphaia. ſ. filius Banaa. Multi enim ſunt, qui vocant̃ Raphaia in præcedentibus, & tamen non coincidit iſte cum aliquo illorum, quia illi ſunt de aliis tribubus.

De quo ortus eſt Elaſa. Non eſt Elaſa id, quod Eliſa, quia Eliſa eſt filius Iauan pronepos Sem ſupra 1. Iſte autem fuit pluſquam mille annis poſt, ſ. paulo ante captiuitatem Babylonis, vt patet computando generationes medias ab ipſo Ionathan, qui fuit contemporaneus Dauid vſque ad iſtum Elaſa, & computando etiam tot generationes, vel quaſi deſcendendo a Dauid per lineam regiam.

Quæ genuit Aſel. Aſel aliquando eſt nomẽ commune apud Hebræos, & ſignificat nemus, vnde Geneſ. vigeſimoprimo, vbi dicit litera noſtra Abraham plã-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tauit nemus in Bersabe, in Hebræo dicitur plantauit F
Asel: hic autem accipitur pro nomine viri. *Porro Asel sex fuerunt filij his nominibus.* Fortè quilibet præcedentium habuit multos filios, & tamen non curauit Esdras ponere nomina illorum, sicut nomina filiorum istius, quia forte isti fuerunt excellentiores alijs, vel magis famosi cum fuerint pauloante tempus Esdræ.

Ezrichan. Nō est iste ille Ezrichan, de quo supra 3. quia ille fuit de tribu Iuda de stirpe Dauid. Iste autem fuit de tribu Beniamin.

Bochru. Etiam iste est frater Ezrichan, sed non alius, de quo habetur sequenti cap. quia ille erat Leuita, iste autem est de tribu Beniamin, & vocatur etiam Bochru sequenti cap. *Ismahel.* Non est iste Ismahel filius G
Abrahę, à quo descenderunt Ismahelitę, quia ille fuit multo tempore ante hunc. Etiam non est Ismahel tēpore captiuitatis Babylonicę, qui occidit Godoliam principem Iudæorum, quem reliquerant Chaldęi in terra, vt patet quarto Regum vltimo. & Ierem. 40. & 41. & tamen ille differt ab isto, quia fuit de tribu Iuda: nam dicitur ibidem, quòd fuit de semine regio, & tamen reges solum erant de tribu Iuda.

Obdia. Idem etiam ponitur sequenti cap. *Hanan.* Nō est iste ille Hanan, de quo dicitur supra primo. quia ille non fuit de progenie Israel, & ille fuit, qui inuenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinas patris H
sui Sebeon. *Omnes hi filij Asel.* Dicitur hoc ne intelligatur, quòd isti dependebant a se inuicem per successionem, sicut supra primo dicitur: Adā, Seth, Enos, Cayna, & nō sunt omnes fratres, sed quilibet est filius præcedentis se. *Filij autem Asech fratris eius.* Iste Asech fuit filius Elesa, & fuit frater Asel, ideo dicitur hic fratris eius, scilicet Asel cuius progenies descripta fuit.

Vlan primogenitus. Alius etiam vocatur Vlan precedenti ca. & tamen differt ab isto, quia non est in eadem tribu, & non est idem Vlan, quia Vlai est nomen castri, vel villę, apud quam vidit Daniel quandam visionem, vt patet Daniel 8. scilicet cum essem in Susis castro vidi me esse super portam Vlai.

Ieus secundo. Aliquando Iehus est nomen regionis: sic accipitur Iob primo, scilicet: Vir fuit in terra I
Hus nomine Iob, & vocatur regio ausitidis. Aliquādo autem est nomen viri, sicut hic, & etiam sic accipitur supra primo, & tamen ille, qui ibi ponitur, non est iste Iehus: de quo hic dicitur, quia ille fuit multo tempore ante, cum iste fuerit tempore captiuitatis Babylonicę, & quidam putant illum fuisse Iob, sicut dictum est.

Eliphales tertius. Iste Eliphales non est, qui vocatur supra Eliphalech, & fuit tertius filius Asech.

Fuerunt que filij Vlan viri robustissimi. Iste Vlan fuit primogenitus Asech, & ponuntur hic filij eius, nec extenditur generatio, nisi vsque ad filios suos. Et causa huius est, quia isti fuerunt contemporanei Esdrę post K
captiuitatem Babylonis.

Et magno robore tendentes arcum. Scilicet isti viri robusti, & potissimum exercitati circa arcum, & hoc habuerunt a patre suo Ionatha, nam ille fuit sagittator, qui se nimis exercebat in arte balistandi, & sic quando voluit ire ad occultandum Dauid in agro, misit puerum suum ferentē sagittas, & arcū, & per emissionem sagittarum dedit ei signum de latendo, vel apparendo, primo Regum 20. & Dauid laudauit ipsum Ionathan de arte sagittaria in planctu suo, scilicet: Sagitta Ionathę nunquam redijt retrorsum. Et gladius Saul non est reuersus inanis, secundo Regum primo.

Et multos habentes filios, & nepotes. Scilicet isti filij Vlan habuerunt multos filios, & nepotes, qui multiplicati fuerunt filij, & nepotes in hac progenie, nam interdum valde multiplicantur progenies, & inter-

dum nihil crescunt, sed potius minuuntur.

Centum, & quinquaginta. Scilicet omnes filij, & nepotes Vlan simul peruenerunt ad numerum centum, & quinquaginta. Aliqui autem dicunt centū, & quinquaginta millia, & referuntur ad totam tribum Beniamin, scilicet quòd in illa fuerunt centum, & quinquaginta hominum, & tamen hoc falsum est, quia litera nihil ponit de mille in Hebræo, neque in Latino: potissimè, quia tota ista litera refertur ad Vlan, de quo immediatè dicebatur, & tamen de stirpe illius non erāt tot viri cum solum haberet filios, & nepotes, & sic debet intelligi, quod erant centum, & quinquaginta: intelligendo de filijs Vlan: erant autem isti tēpore Esdrę. ideo posuit numerum omnium ipsorum. *Omnes hi filij Beniamin.* Istud refertur ad omnes supra positos, quia omnes erāt de tribu Beniamin in diuersis cognationibus.

CAP IX.

VNIVERSVS ergo Israel dinumeratus est, et summa eorū scripta est in libro Regum Israel, & Iuda: translatiq; sunt in Babylonē pp delictū suū.

DESCRIPTO in præcedentibus catalogo generationum, quæ fuerunt à Iacob vsque ad captiuitatem Babylonis, hic agitur de computatione, & summa Israelitarū post captiuitatem Babylonis, & diuiditur in tria, quia primo ponitur continuatio præcedentium: secundo executio presentium ibi. *Qui autem habitauerunt.* Tertio continuatio subsequentium ibi. *In Gabaon autem.*

An ista, quæ hic habentur ad præcedentia sint continuata.
Quæst. I.

QVAERITVR circa primum, an ea, quę habentē hic sint continuata ad præcedentia, & an sint facta immediate post illa. Respondendum, q̄ continuatio potest accipi dupliciter, vno modo, q̄ omnia, quę habentur hic fuerunt facta post precedentia, ita q̄ ea, quæ sunt prima hic fuerint post illa, quę sunt ibi vltima. Alio modo, q̄ ista sint post illa, s. q̄ vltima eorū, quę habentur hic, sint post vltima, quę habentē in precedentibus, q̄q̄ prima, quę habentur hic non fuerint post vltima, quæ sunt in precedētibus. Accipiēdo aūt primo mō dicendum, q̄ non est hic continuatio: nam aliqua habentē hic, quę fuerunt ante, quędam alia, quę habentur in præcedentibus: nam supra tertio ponuntur multę generationes, quę fuerunt post captiuitatem Babylonis: nam tempore Sedecię facta est illa captiuitas, & tñ post Sedeciā fuerunt ibi multę generationes positę: sic etiam fuit præcedenti c. Nam ibi ponuntur generationes continuatę vsque ad tempus Esdrę post captiuitatē Babylonis: hic aūt incipit litera agere de his, quę fuerunt in captiuitate Babylonis, iō aliqua eorum, quę habentur in superioribus repetuntur hic, & sic non est continuatio, accipiendo aūt secūdo mō, dicendum, q̄ est ordo continuatus, quia supra dicebat de generationibus, quarumlibet tribuū vsq; ad captiuitatem Babylonis, vel post, incipiendo à primordijs ipsarum tribuum: hic aūt agitur de ipsa captiuitate, & de eis, quę fuerunt post captiuitatem, & sic est ordo continuatus. Pro quo sciendū, q̄ post captiuitatē Babylonis redierūt in terram Chanaan ipsi Israelitę, qui captiui erant, & incęperunt habitare in diuersis locis, de quorum habitatione, & habitudine postquam redierunt, hic agitur, & fuit hoc rationabiliter factum, qa modus manēdi Israelitarū in terra post captiuitatē Babylonis fuit aliqualiter differens à mō se habēdi an-

te captiuitatem, ideo debuit aliquid tangi hic de isto modo. A

Circa primum dicitur. *Vniuersus ergo Israel dinumeratus est.* Istud ponitur hic per modum prologi respectu eorum, quæ infra habentur, s. q̄ ducti fuerunt in Babylonem, & dicitur vniuersus Israel, idest omnes duodecim tribus, vel vniuersus Israel, idest totum regnū Iuda, quia aliqñ accipitur Israel pro Iuda: sic enim dicuntur gesta aliquorum Regum Iuda, descripta esse in libris Regum Israel, sic patet de Iosaphat rege Iudę, scilicet: Reliqua gestorum Iosaphat scripta sunt in verbis Iehu, quę digessit in libro Regum Israel: sequenti lib. c. 20. & tñ Iosaphat de regibus Iuda erat, sic etiam eod. lib. 33. dicitur, q̄ reliqua gestorum Manasse cōtinentur in sermonibus Regum Israel, & tamen Manasse erat de regibus Iuda.

Et summa eorum scripta est in libro regum Israel, & Iuda. Scilicet in libro isto narrantur aliquæ generationes, & raræ, & tamen in lib. Regum Israel, & Iuda fuerunt scriptæ particulariter oēs generationes Iuda & Israel.

Translatique sunt in Babylonem propter delictum suum. Idest translati fuerunt de regno Iuda, & manserunt in Babylone septuaginta annis, sicut dixerat Ieremias, & postea redierunt in terram suam, Ierem. vigesimoquinto. & dicitur propter delictum suum, quia nimis peccauerunt Israelitæ ad hoc, quòd transferrentur, nam Deus mittebat eis prophetas continue, & non exaudiebant eos, & facta est plaga eorum insanabilis.

Quomodo fuerit facta ista numeratio, quæ hic dicitur.
Quæst. II.

QVAERITVR quomodo facta est ista numeratio, de qua hic dicitur, in qua numeratus est vniuersus Israel.

Respondent quidam, q̄ hoc factū est tempore regni Dauid: nam ipse fecit computari totū populum duodecim tribuum, qui subiectus erat regno suo, vt patet 2. Reg. c. vlt. & infra 21. & tunc vere computatus est totus Israel, quia oēs de duodecim tribubus numerati sunt. 2. Reg. vlt. Sed dicet aliquis, q̄ non intelligitur de ista computatione, quia hic dicitur, q̄ computatus est totus Israel, & translatus in Babylonem, & sic vr̄, q̄ post computationem illam in breui fuerit Babylonis captiuitas, quia alias non diceretur, q̄ numeratus est Israel, & translatus est in Babylonē. Dici potest duobus modis. vno modo, q̄ fuit ista numeratio facta in captiuitate Babylonis, i. pauloante q̄ trāsferrentur viri Iuda in Babylonem, & vocatur ista computatio totius Israel. Alio modo potest dici, q̄ istę fuerunt duæ computationes, vna fuit, quæ facta est in regno Iuda pauloante quam transferrentur in Babylonem Iudæi, secunda fuit, quæ ante hoc facta est, s. in omnibus tribubus Israel pauloante quā trāsferrentur in Assyrios. Aliter etiam potest dici, q̄ istæ numerationes nō fuerunt aliquę cōputationes factę de toto populo, ita q̄ totus populus congregaretur, & numeraretur, sicut factum est in deserto bis, viuente Moyse. Num. 1. & 26. sed fuit quædam descriptio historica, s. q̄ historiographi describentes gesta temporum, scribebant progeniem virorum illis temporibus secundum successiones suas, & sic in illis libris erant descriptæ omnes progenies Israelitarum.

An computatio ista vna, vel plures fuerit.
Quæst. III.

QVAERITVR vlterius de ista cōputatione, an fuit vna vel plures, & an fuerūt soli viri de regno Iu-

da computati, vel omnes de duodecim tribubus. A

Aliquis dicet, q̄ computati fuerūt omnes de duodecim tribubus. Primo, quia dicitur hic, vniuersus Israel dinumeratus est, & tamen regnum Iuda non vocatur Israel, & si aliquando vocetur Israel, non potest vocari totus Israel, sed pars quædam. Secundo patet, quia dicitur summa eorum descripta est in libro Regum Israel, & Iuda, & tamen si hic computarentur soli viri de regno Iuda, non poneretur summa eorum in libro Regum Iuda, & Israel, sed solum in libro Regum Iuda, oportet ergo, q̄ fuerint computati omnes Israelitæ. In contrarium videtur, q̄ computati fuerint omnes viri de Iuda, & solum isti. Et patet hoc, primo quia Esdras nō agebat hic principaliter, nisi de regno B
Iuda, potissime quia intēdebat describere statum eorum post reditum de captiuitate, & tamen decem tribus Israel nunquam redierunt de captiuitate, sed vsq; hodie permanent in terra Assyriorum, ergo fuerunt computati hic soli viri Iuda, qui redierunt de Babylone. Secundo patet, quia dicitur hic translatique sunt in Babylonem propter delictum suum, manifestum est tamē, q̄ ista captiuitas Babylonis solum fuit quātū ad regnum Iuda, quia viri de tribubus decē Israel in Assyrios translati fuerant, & non in Babylonem: nam Thelgatphalasar, & Salmanasar transtulerunt illos. 4. Reg. 15. & 17.

Respondendum, q̄ ista numeratio non intelligitur C
de omnibus duodecim tribubus, sicut supra dictum est, & ratio adhuc potissima est, quia Israelitæ habuerunt tres captiuitates. Prima fuit per Thelgatphalasar regem Assyriorum, qui transtulit duas tribus, & dimidiam, quæ erant in terra Galaad, & fere totam tribum Nephtali, de qua 4. Reg. 18. & supra 15. Alia fuit captiuitas facta per Salmanasar regem Assyriorum, & ista fuit maior, quia omnes tribus Israel, quæ relictæ fuerunt transtulit in Assyrios cum rege suo, ita vt iā non relinquerentur aliquæ tribus in terra, nec rex, nec fuit postea regnum Israel. 4. Reg. 17. & 18. & de istis captiuationibus, quæ fuerunt, ista fuit maior tam propter multitudinem captiuorum, quam propter durationē D
temporis, quia ista captiuitas durauit in ęternum. Captiuitas autem virorum de regno Iuda solum durauit annis septuaginta, vt patet Ierem. 25. Et tamen hic fit mentio de captiuitate Babylonis, & nō de aliqua duarum, ergo solum intēdit scriptura dicere de numeratione istarum gentium, quæ fuerunt in regno Iuda, tamen istę pertinuerunt solum ad captiuitatem Babylonis.

Dicendum tamen, quòd licet non fuerint computatæ omnes duodecim tribus Israel, tamen plures fuerunt computati quam viri de tribu Iuda, & Beniamin qui fuerunt in regno Iuda.

Pro quo sciendum, quòd Israelitæ, qui erant in decē tribubus translati sunt in Assyrios per Thelgathphalasar, & Salmanasar, & non mansit aliqua tribus E
integra in terra, nec tamen potuerunt Assyrii captiuare omnes Israelitas, sed multi effugerunt de manibus eorum, vnde sequenti lib. c. 34. fit mentio de filijs Ephraim, & Simeon, & Manasse, & Nephthali habitantibus in terra Chanaan tempore Iosiæ, & tamen fuit Iosias multo tempore post captiuationem factā per Assyrios quasi per octoginta annos, vel plus, quia illa captiuitas facta est in principio regni Ezechiæ, & ille regnauit annis viginti nouem, quarto Regum decimo octauo. & postea Manasse annis quinquaginta quinque, quarto Regum vigesimo. & Ammon annis duobus eod. ca. & Iosias plusquā duodecim annis antequā fieret id, qđ dicitur de reliquijs istarū tribuū sequenti libro capitul. 34. & non solum fuerunt aliqui de istis tribubus superstites, sed etiam de omni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus tribubus Israel. Dicendum est, q̃ aliqui superfuerunt, qui effugerũt manus Assyriorum, & hoc potuit esse dupliciter.

Vno modo, q̃ qñ Assyrii pugnauerunt contra Israelitas sub Salmanasar, non pugnauerunt contra omnes vrbes, & ideo aliquæ illarum manserunt intactæ. Secundo potest dici, & melius, quòd quando Salmanasar pugnabat cõtra Israelitas ad captiuandũ eos, plurimi ipsorum fugerunt de terra vidẽtes, quòd non possent se defendere, & manserunt in regnis, p̃pinquis quousque Salmanasar trãstulit de terra Israelitas, quos captiuauerat, tunc enim ipsi redierunt, & tenuerunt loca, in quibus prius habitabant. Sic enim fecerunt viri Iuda, nã quando Nabuchodonosor obsidebat Ierusalem tempore Sedeciæ, multi de regno Iuda fugerunt in terram Ammon, & Moab, & alias gentes vicinas, & post recessum Chaldęorum audiẽtes, quòd mansisset Godolias princeps terræ, redierũt omnes in terram Iuda, & collegerunt ibi vindemiam magnam Ierem. 40. De istis reliquiis apparet sequenti libro capitul. trigesimoquarto cum dicitur. Congregauerũt Leuitæ pecuniã de Manasse, & Ephraim ex vniuersis reliquiis Israel. Et sic videtur innuere, q̃ de omnibus tribubus Israel erant reliquiæ istæ. Israelitæ habitauerunt in ciuitatibus suis prioribus, & non fecerunt per se regnum, sed subiecerunt se regno Iuda, & sic erãt iam fere omnes tribus reductę ad regnũ Iuda, sicuta principio fuerãt, viuente Dauid, & Salomone, & sic manserunt vsque ad captiuitatem Babylonis. Quare autem non constituerunt super se regẽ istæ tribus, & quare subiecerunt se regno Iuda declaratum est 4. Reg. 23. & sic quando translati fuerunt viri de tribu Iuda, & Beniamin in Babylonem, translati fuerunt etiam cum eis viri de omnibus istis tribubus, & manserunt ibi per septuaginta annos, & postea cũ eisdem Iuda, & Beniamin redierunt de Babylone, & manserunt in terra vsque ad tempus Christi, & postea etiam per Romanos dispersi fuerunt. Isti autem omnes fuerunt simul computati cum tribu Iuda, & Beniamin antequam ducerentur in Babylonem, & sic verum est, quòd totus Israel fuit numeratus, & consonant rationes assignatæ pro vtraque parte. Ista autẽ computatio poterat fieri dupliciter, vno modo, quòd computarentur omnes de regno Iuda, scilicet tam viri Iuda, & Beniamin, quam aliarum tribuum, & assumeretur summa eorum, & describeretur in libro.

Alio modo potest intelligi, quòd in libro, in quo scribebantur historiæ temporum, ponerentur progenies omnium tribuum subiectarum regno Iuda per successiones suas, & continuaretur ista computatio vsque ad captiuitatẽ Babylonis, & sic esset scriptus totus populus in libro regum Iuda, & Israel.

Ad primam rationem cum dicitur, quòd vniuersus Israel dinumeratus est: conceditur, quòd nõ fuit numerata sola tribus Iudę, & Beniamin, & tamen nec fuit numeratio facta omnium duodecim tribuum, s. quandiu manebat regnum Israel, & non erant translati Israelitæ in Assyrios, quia de illo nihil intendit hic scriptura, sed totus Israel numeratus est, ideſt viri de omnibus tribubus, qui erant in regno Iuda, cum ibi manserint viri de omnibus tribubus, vt supra probatum est.

Ad secundam dicendum, quòd scripta fuit summa ista in libro regum Iuda, & Israel, non tamen intelligendo, quòd essent diuersi libri vnus Iuda, & alius Israel, in quibus describerentur ista, sed erat idem liber, quod patet, quia dicitur hic in libro, & ille erat vere liber regum Iuda, & tamen, quia isti dominabãtur regno Iudæ, & etiam omnibus tribubus Israel, quæ relictæ fuerant post captiuitatem Assyriorum, dicebantur reges Iuda, & Israel.

Ad primam rationem pro alia parte, cum dicitur, quòd Esdras non agebat hic principaliter, nisi de regno Iuda, ideo non ageret de tota summa Israelitarũ, dicendum quòd non agit hic de numeratione populi Israel, quæ numeratio fuerit antequã viri de regno Israel ducerentur in Assyrios, sed de toto Israel, quando subiectus erat toti Iudę regno, s. q̃ post captiuitatem factam per Assyrios reliquiæ manentes in terra subiecerunt se regno Iuda.

Ad secundam quando dicitur, quòd translati fuerunt in Babylonem, & hoc non potest competere, nisi viris de regno Iuda, dicendum quòd totus Israel translatus est in Babylonem, eo q̃ de omnibus tribubus erant iam aliquæ reliquiæ, quæ cum tribu Iuda, & Beniamin translatæ sunt in Babylonem.

Quis fuerit liber iste, in quo numerus Israelitarum scriptus est.
Quæst. IIII.

QVAERITVR vlterius qs fuit iste liber, in quo scriptus est iste numerus Israelitarum.

Aliqui respondent, quòd fuit quidam liber, qui non habetur nũc in sacra Scriptura, sicut nec liber Abdo prophetæ, nec Abiæ Silonitis, & aliorum multorum, de quibus fit mentio sequenti libro capitu. 12. & 13. & infra vltimo capitu. & istud tenent Hebræi.

Alii autem dicunt, quòd ista summa posita fuit in libro, in quo facta est computatio per Ioab: nam Ioab mandato Dauid computauit totum Israel. 2. Reg. vlt. & redegit in scriptis, & ibi mãsit summa, & istud tenet Nicolaus. Sed ista positio non est satis rationabilis. Primo, quia dicitur hic, quòd vniuersus Israel dinumeratus est, translatique sunt in Babylonem, in quo innuitur, quòd paulo post numerationem translati sunt, vel quia illi, qui numerati sunt translati fuerunt, & tamen qui computati sunt tempore Dauid non fuerunt translati in Babylonem, nec etiam quidquam eorum, quia a computatione facta sub Dauid vsque ad captiuitatem factam in Babylone fuerunt anni multi, quot nullus hominum viuere potuit: nã facta est computatio circa finem regni Dauid, & sic forte supererant duo, vel tres anni de regno eius, deinde Salomon regnauit annis quadraginta. 3. Reg. 11. Roboam decem, & septem annis eod. lib. c. 14. Abia autem tribus eod. lib. cap. 15. Asa autem annis quadraginta vno eod. ca. Iosaphat autem annis vigintiquinque eo. lib. c. vlt. Ioram annis 8. 4. Reg. 8. Ochozias anno vno eod. c. Athalia annis sex. 4. Reg. 11. & sequenti lib. ca. 22. Ioas annis quadraginta. 4. Reg. 12. Amasias annis vigintinouem eod. lib. c. 14. Azarias annis quinquaginta duobus eod. lib. c. 15. Ioathan annis decem, & sex eod. c. Achaz annis totidem eod. lib. ca. 16. Ezechias annis viginti nouem eod. lib. c. 18. Manasses annis quinquagintaquinque eod. lib. c. 21. Ammon annis duobus eod. capitu. Iosias annis triginta vno eod. libro cap. 22. Ioachaz tribus mensibus eod. lib. ca. 23. Ioachin annis vndecim eod. ca. & 24. alius Ioachin tribus mensibus, & decem diebus eod. c. & sequenti lib. cap. vltim. Sedecias annis vndecim. 4. Reg. 24. & 25. & tunc fuit captiuitas Babylonis, & tamen isti anni aggregati sunt simul quadringenti triginta sex, nullus tamen hominum poterat tanto tempore viuere, potissime, quia omnes numerati erant iam supra viginti annos, ideo nullus illorum potuit duci in Babylonem, & sic oportet intelligi de alia numeratione, cum dicatur hic de istis numeratis, quòd translati sunt in Babylonem. Secundo patet, quia dicitur hic,

hic, quòd vniuersus Israel dinumeratus est: Summa eorum descripta est in libro Regum Iuda, & Israel, & tamen summa illorum quos numerauit Ioab nõ fuit scripta in libro. Quod patet infra 27. scilicet Ioab filius Saruię cęperat numerare. Et sequitur. Iccirco numerus eorum, qui fuerant recensiti non est relatus in Fastos regis. Ergo non fuit illa summa scripta in libro Regum Iuda nec Israel, & tamen ista summa tota descripta est, ergo alia numeratio fuit. Tertiò patet, quia in computatione, de qua hic dicitur descriptus, & numeratus fuit totus Israel, & tamen in computatione Ioab non fuit totus Israel numeratus. Patet hoc, quia dicitur hic vniuersus Israel numeratus est. Et infra vigesimoseptimo dicitur. Ioab filius Saruię cęperat numerare, nec cõpleuit, ga super hoc ira dñi irruerat in Israel: non ergo potest esse ista numeratio, quę facta est sub Dauid, nec descripta fuit in libro illo quẽ Ioab scripsit tunc.

Sed dicendum est, quòd scripta fuit ista summa in quodam libro, qui vocabatur liber Regum Iuda, & Regum Israel: a principio nõ erat vnus liber, sed duo, eo quòd erant duo regna, & in libro Regum Iuda scribebantur omnia gesta particularia Regum Iuda. In libro autem Regum Israel scribebantur omnia gesta Regum Israel: nunc autem erat vnus liber Regum Iuda, & Israel, eo quòd Iuda, & Israel erant vnum regnum: nam reliquię, quæ manserunt de omnibus tribubus subiecerunt se regno Iuda, vt præcedenti quæstione declaratum est, & ideo cum describerentur ibi gesta Regum, & populi sui, erat liber ille Regum Iuda, & Israel. Considerandum vlterius, quòd iste liber nunquam fuit de sacra Scriptura, vt patet 2. ad Timo. 3. scilicet: Omnis enim scriptura diuinitus spirata vtilis est ad docendum ad arguendum, & corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.

Rationes autem magis in fundamento positę sunt tertio Regum quarto, quare iste liber, & quidam alij, qui allegantur in sacra Scriptura, non fuerunt positi in scriptura, sicut alij libri, sed erant isti duo libri purè historici, & facti a prophetis, & verissimi, ideo in magna auctoritate habebantur, & allegantur in Scriptura sacra tanquam eorum auctoritas firmissima sit. Isti libri habebant completè omnes generationes, ideo Esdras remittit ad illos, siquis curiosus ea, quæ hic desunt, in eis inquirere velit: ex hoc etiam patet contra id, quod plurimi tenent, quòd libri Regum Iuda, & Israel, qui sępe allegatur in tertio, & quarto Regum fit iste liber Paralipo. Nam hic allegatur liber Regũ Iuda, & Israel, ergo non est iste, de quo magis declaratum est tertio Regum cap. 14.

Qui autem habitauerunt primi in possessionibus, & in vrbibus suis Israel, & sacerdotes, & Leuitę, & Nathinnæi commorati sunt in Ierusalem, de filijs Iuda.

Qui autem. Hic ponitur secundum, s. præsentiũ executio, & diuiditur in duo, quia primo ponitur de omnibus tribubus in generali, secũdo de sacerdotibus in speciali, ibi. *De sacerdotibus autem.* Circa primum dicit. *Qui autem habitauerunt primi in possessionibus, & in vrbibus suis.* Ideſt isti, qui sequuntur fuerunt primi, qui habitauerunt in possessionibus suis in reditu de Babilone. Et dicitur in vrbibus, & in possessionibus, quia quidam habitabant in vrbibus, & alij vero in agrijs, vel in ruribus, vbi erant possessiones suę, & ob hoc dicebantur habitare in possessionibus. *Israel, & sacerdotes, & Leuitæ, & Nathinnæi commorati sunt in Ierusalem.* Per Israel intelligitur totus populus de omnibus tribubus cum in reditu de Babylone fuerint viri de omnibus tribubus, sicut supra declaratũ est. Sacerdotes, & Leuitę sunt de tribu Leui, quę est extra omnes duodecim tribus Israel, & etiam isti ducti sunt in Babylonem, quia Leuitę, & sacerdotes semper fuerunt in regno Iuda propter templum Domini, quod erat in Ierusalem. Immo cum Leuitę, & sacerdotes habitarent in vrbibus diuersis per sortes tribuum Israel, quando Ieroboam rex Israel fabricauit vitulos aureos, & constituit sacerdotes de extremis populi. 3. Re. 12. & 13. fugerunt omnes sacerdotes, & Leuitę de vrbibus suis, quas habebant in terra decem tribuum, & venerunt in terram Iuda, & ibi morati sunt: sequenti libro c. 11. & manserunt ibi semper, ideo tempore captiuitatis Babylonicę ipsi ducti sunt illuc cum cęteris. Nam & quidam summus sacerdos, scilicet Iosedech filius Saraię ductus est illuc supra 6. c. Alius autem summus sacerdos, scilicet Saraias pater eius occisus fuit coram Nabuchodonosor in Reblata. 4. Regum vltimo, & Iere. vltimo. Fuerunt autem isti reducti de Babylone cũ cęteris, & habitauerũt in Ierusalem. Nathinnęi autem dicuntur esse quidam ministri templi, qui non sunt Leuitę, nec sacerdotes, nec etiam populares de Israel, sed ministrant templo, & isti sunt Gabaonitę: nam Iosue, & totus populus reduxerunt eos in seruitutem æternam templi ad portandum aquas, & cędendum ligna: Iosue 9. Et isti etiam ducti sunt in Babylonem cũ alijs Israelitis, & postea reducti fuerunt, & vocantur iã Nathinnęi in libro isto, & in libro Esdræ, cum in libris Regum, & Iosue vocarentur Gabaonitę, & Gabaonita nomen gentis, & patrię est, Nathinnęus autem nomen ministerij, & habitauerũt omnes isti in Ierusalẽ, & in alijs ciuitatibus terrę, & etiam dispersi per agros, & rura.

Quæ sit intentio eorum, quæ hic ponuntur.
Quæst. V.

QVAERITVR quę est intentio eorum, quę ponuntur in hoc capitulo, cũ agatur simul hic de sacerdotibus, & Leuitis, & reliquis popularibus. Respondendum, q̃ aliqui putant intentionem huius esse agere de generationibus populi post reditum de Babylone: nam sicut in præcedentibus actum est de generationibus Israelitarũ vsq; ad captiuitatem Babylonis, ita hic continuari debuit de ipsis post reditum de Babylone vsque ad tempora Esdrę: nam Esdras fuit in Babylone & redijt inde, & vixit aliquot annis post reditum de Babylone, vt patet per libros, quos descripsit, & in illo tempore fuerunt aliquæ generationes, & status populi, & ista debuerũt enarrari per Esdram. Dicendum q̃ hic non est similitudo ad ea, quę fiebant in alijs capitulis præcedẽtibus, quia ibi describebatur progenies cuiuscunque tribus per se. Hic autem nõ agitur, sed de omnibus mixtim sic dicitur. Secundo dicendum, q̃ non sit aliquid simile hic præcedentibus, quia in illis narrabantur generationes tribuum: hic autem non describuntur aliquæ progenies, nisi in fine capituli, vbi ponitur progenies Saulis, quæ enarrata fuerat præcedenti cap. Sed dicendum, quòd ponitur hic status populi post reditum de Babilone, & non computantur hic aliquę generationes, sed solum declarantur aliqua de statu populi post reditum, & præcipuè agitur de Leuitis. Et sciendum, quòd eorum, qui redierunt de Babylone quidam habitauerunt in Ierusalem, alij vero in alijs vrbibus, & agris, & hic agitur solum de statu illorum, qui manserunt in Ierusalem, & sic dr̃ hic, q̃ isti Israelitæ sacerdotes, Leuitę, & Nathinnæi cõmorati sunt in Ierusalem.

Quare

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare agitur specialiter de habitantibus ibi. Quæst. VI.

QVAERITVR vlterius, cur agitur specialiter de habitantibus ibi, vel quomodo fuerunt aliqui habitantes ibi, & alij non.

Respondendum est, quòd Esdras pręponit istud ad declarationem quarundam historiarum, quę ponentur in primo, & secundo libro Esdræ, scilicet de ędificatione templi, & vrbis, & de bellis, quę habuerũt Israelitę propter ędificationem templi, & vrbis, de q- bus etiam patet in libro Neemię. Omnia tamen ista facta sunt in habitatoribus Ierusalem, scilicet contra vrbem illam, & in ipsa, & sic debuit de habitatoribus eius fieri mentio. De alijs autem non oportebat. Pro quo considerandum, quòd Cyrus rex Persarũ, & Medorum, qui dedit licentiam Iudæis redeundi in Ierusalem, non dedit propter aliud, nisi vt ædificarent templum domini, quod destructum fuerat, vt patet primo Esdrę primo, & sic principaliter venerunt in Ierusalẽ ad ędificationem templi, non tamen omnes habitauerunt in Ierusalem, sed plurimi habitabant in alijs vrbibus, & in agris, sicut supra dicitur, scilicet: Qui aũt habitauerunt primi in possessionibns, & in vrbibus suis. Idem etiam patet primo Esdræ secundo.

Sciendum autem, ꝙ multi Iudęorum recusabant habitare in Ierusalem: primo, quia multi eorum, qui nunc redibant de captiuitate fuerant prius in terra Iuda, vt patet primo Esdrę 3. cum dicitur, ꝙ plurimi de sacerdotibus, & Leuitis, qui viderunt templum prius, cum fundatum esset, & hoc templum in oculis eorũ flebant voce magna, & multi vociferantes in lętitia eleuabant vocem. Et isti desiderabãt manere in locis, in quibus prius fuerant, ideo nolebant esse in Ierusalẽ. Secundum erat, quòd si plurimi habitarent in Ierusalem non esset eis tanta abundantia omnium rerum, sicut si morarentur per diuersa loca, ideo volebant habitare extra Ierusalem. Tertium erat, quia habitantes in Ierusalem maioribus laboribus grauabantur quantum ad ędificationem templi, & vrbis, quam illi, qui morabantur extra Ierusalem. Quartum, & præcipuũ erat, quòd illi, qui morabantur in Ierusalem erant infestos habentes hostes, & erãt odiosi omnibus gentibus in circuitu, & mouebantur multa bella contra illos ne ædificarent vrbem, sicut patet primo Esdrę 4. cum Samaritani scripserunt Arthaxersi regi: ne permitteret ædificari vrbem, quia sequerentur inde magna scandala, & ille prohibuit. Et aliquando erant ædificãtes Iudæi murum Ierusalem, & Samatitani ex insidijs surgebant ad occidendum Hebræos, ideo ipsi cũ ædificarent, erant accincti gladijs, & vna pars ædificabat, & alia pars armata erat in circuitu propter hostes, vt patet Neemiæ 3. Istos autem labores multi fugiebãt, ideo determinatum est communi decreto, quòd decima pars totius populi, qui venerat de Babylone habitaret in Ierusalem, & alię nouem partes dispersę per vrbes. Post hoc vero adhuc multi de populo ex deuotione obtulerunt se ad manendum in Ierusalem, quamquam non tenerentur sorte. Nam licet decima pars manere deberet ex decreto communi, nõ tamẽ determinatum est electione, vel mandato, quòd manerent, sed sorte hoc factũ est, & tunc supra illos, quos sors tenebat multi se obtulerunt sponte, & populus totus benedixit istis, quia faciebant aliquod opus perfectionis, vt patet Neemiæ 11. De istis autem manentibus ibi agitur hic, & quia quidam erant de populo, alij vero de sacerdotibus, & Leuitis, & alij de ministris templi, qui erant Nathinnæi, siue Gabaonitę: dicit hic de omnibus illis: prępcipue tamen de sacerdotibus, & Leuitis desiguando aliqua officia eorum, & habitudinem principatus in ministrando.

Cap.IX.

De filiis Iuda, & de filijs Beniamin. De filijs quoque Ephraim, & Manasse.

Et de filijs Beniamin. Isti fuerũt prępcipui redeuntes de captiuitate Babylonis: nam licet de alijs tribubus redierint aliqui, tamen plures erant isti, eo quòd erant istæ duæ tribus integrę. Alię vero erant partes quędã, vel reliquię. Etiam istę erant, quę verè pertinebant ad regnum Iuda, quę fuerant semper sub illo, alię autem sero redierunt. Et intelligitur hoc solum de illis, qui habitauerunt in Ierusalem, & non de omnibus, qui redierunt in terram Iudęę.

De filijs quoque Ephraim, & Manasse. Non est intelligẽdum, ꝙ de istis solis tribubus redierint aliqui in Ierusalem, & in terram Iuda, sed etiam de omnibus tribubus Israel, quia de omnibus illis fuerunt aliqui residui post captiuitatem Assyriorum, vt declaratum est supra.

An verum sit, quòd de filijs Ephraim, & Manasse habitauerint aliqui in Ierusalem post reditum de Babylone. Quæst. VII.

QVAERITVR quomodo dicitur hic, quòd de filijs Ephraim, & Manasse habitauerũt aliqui in Ierusalem post reditum de Babylone: nam omnes tribus regni Israel ductę sunt in Assyrios per Telgathphalasar, & Salmanasar reges Assyriorum. 4. Regum 15. & 17. ideo non manserunt, nisi duæ tribus regni Iuda, scilicet Iuda, & Beniamin, & isti duci potuerunt in Babylonem, & inde redire.

Respõdendum est, ꝙ de filijs Ephraim, & Manasse, & etiam Zabulon, & Nepthali, & aliorum tribuum redierunt aliqui de captiuitate Babylonis. Hoc autem fuit, quia Assyrij captiuauerunt decem tribus Israel, sed non potuerunt omnes ipsos de singulis tribubus captiuare, sed aliqui effugiebant manus eorum, & isti manserunt in terra post illam captiuationem, & vnitę sunt regno Iuda, & cum venisset Nabuchodonosor cõtra Sedeciam de omnibus istis duxit aliquos in Babylonem: cum in terra non dimiserit, nisi pauperes agricolas, & vinitores. 4. Regum vltimo, & Iere. 40. & sic oportet, quòd de singulis tribubus Israel ducerentur aliquæ in Babylonem, & inde reducerentur ipsi, vel alij de stirpe illorum, & multi ipsorum habitauerunt in Ierusalem, de quo magis dictum est supra, & de illis dicitur hic.

Quomodo filij Ephraim, & Manasse potuerunt habitare in Ierusalem. Quæst. VIII.

QVAERITVR vlterius quomodo isti filij Ephraim, & Manasse potuerunt habitare in Ierusalẽ, quia quælibet tribus habebat sortẽ sibi distinctam, sicut distinxit Iosue a principio, & ita iussit Deus postea manere, scilicet ne trãsiret possessio de tribu in tribum, vel de familia in familiam: Nu. vltimo. Respondendum, ꝙ a principio quilibet tribus habuit sibi sortem specialem, & tamen a principio mãsit distinctio ista, & postea nõ, quia postea decem tribus pro maiori parte ductæ sunt in Assyrios, & manserunt reliquiæ quædam de omnibus tribubus, & terra ipsarum non mansit eis, sed acceperunt eam Samaritani, quos duxit Salmanasar de terra Assyriorum, ideo coacti sunt ipsi, qui manserunt habitare in locis extra suas sortes, & sic manserunt vsque ad captiuitatem Babylonis, post captiuitatem etiam non potuerũt viri de istis tribubus redire in loca sua, sed necesse erat, quod manerent in locis aliarum tribuum, cum

loca sua occuparẽtur à Samaritanis, & ideo nihil magis differebat, ꝙ habitarent tunc in Ierusalem, quam in quocunque alio loco terrę Iuda, & Beniamin, cum nullus locus illarum sortium pertineret ad istas tribus. Dicendum tamen, quòd Ephraim, & Manasse habitauerunt in Ierusalem post reditum de Babylone: non quidem tanquam hoc concederetur eis ex priuilegio, sed magis fiebat ex necessitate: nam fuit diuisus totus populus in decem partes, & decima pars redeuntium de Babylone habitauit in Ierusalem, vt patet Neemi. 11. Et quia aliqui de tribu Manasse, & Ephraim fuerũt de ista parte decima, habitauerunt etiam in Ierusalem cum alijs de tribu Iuda, & Beniamin. Item non solum non fuit aliquod priuilegium, quod cõcederetur istis habitare in Ierusalem, sed potius fuit eis magna laus, quia illi, qui sponte se obtulerunt ad habitandum in Ierusalem, a toto populo laudati sunt, vt patet Neemi. 11. scilicet Benedixit autem populus omnibus viris, q se sponte obtulerant, vt habitarent in Ierusalẽ, & hoc, quia faciebant opus perfectionis. Et sic non fuit contra ius, quòd filij Ephraim, & Manasse habitarent in Ierusalem.

Othei filius Amiud, filij Amrai, filij Omrai, filij Bonni. De filijs Phares filij Iuda, & de Siloni Asaia primogenitus, & filij eius. De filijs autem Zera, Iehuel, & fratres eorum sexcenti nonaginta.

Othei filius Amiud, filij Amrai filij Bonni. Isti fuerunt de stirpe Iuda, & Beniamin, Manasse, & Ephraim, sicut supra dicitur, & tamen non constat, de qua illarum determinate fuerint. Iste Amiud, de quo hic dicitur non est ille Amiud, qui fuit princeps in tribu Ephraim, vt patet Numer. primo, & de hoc supra 7. nam ille fuit in Aegypto ante introitum in desertum: nam filius suus Elisalua fuit princeps in exitu de Aegypto, vt patet Nume. primo, & 7.

De filijs Phares filij Iuda. Iste Phares fuit vnus de illis duobus, quos genuit Iudas ex Thamar nuru sua, vt patet, Gen. 38. & de ista stirpe venit Dauid, & etiam venit Christus, vt patet supra 2. & Ruth 4. & Matth. primo. *Et de Siloni.* Iste Siloni est aliquis vir nobilis in tribu Iuda.

Asaia primogenitus. Intelligendum est, quòd iste Siloni fuit aliquis vir de familia Phares, & tamen non ponitur progenies sua supra, & ab illa descendit Asaia primogenitus eius, & de progenie istius fuerunt aliq nunc habitantes in Ierusalem.

Et filij eius. Idest filij Asaia, qui fuit primogenitus Siloni, habitauerunt nunc in Ierusalem. *De filijs autem Zara.* Iste Zara est, qui vocatur alio nomine Zare, & fuit frater Phares genitus à Iuda, & fuit iste Zare, qui habuit in digito suo filum ligatum, & propter illud vocatus est Zare, aliàs Zarã, idest splendens, vel oriẽs, quia filum splendebat, Gen. 38. & de familia istius fuerunt nunc habitantes aliqui in Ierusalem, & fuerunt, qui nominantur hic. *Iehuel, & fratres eorum sexcenti.* Idest habitauit Iehuel in Ierusalem, & fratres sui, idest cognati, & ipse cum cognatis suis, & filij Phares simul fuerunt sexcenti, & nonaginta.

Qui nam fuerunt isti, qui hic nominantur. Quæst. IX.

QVAERITVR qui fuerunt isti, qui nominantur hic, & qũo ponitur tam paruus numerus eorũ. Respondendum, quòd isti fuerunt illi, qui ponuntur primo Esdrę 2. nam ibi ponit de regressu de Babylone, & dicitur in principio capituli: Hi sunt filij prouincię, qui ascenderunt de captiuitate, & reuersi sunt in Ierusalem, & Iuda, vnusquisque in ciuitatem suam. Et ponuntur ibi numeri, & nomina eorum, & postea in fine cap. dicitur: Habitauerunt ergo sacerdotes, & Leuitę, & de populo, & cantores, & ianitores, & Nathinnæi in vrbibus suis, vniuersusque Israel in ciuitatibus suis, ita etiam dicitur hic, quòd isti sunt, qui habitauerunt primi in possessionibus, & in vrbibus suis, Israel, & sacerdotes, Leuitę, & Nathinnæi. Cum autem quęritur quomodo ponuntur hic tam pauci, dicendũ quòd valde plures ponuntur Esdrę primo cap. 2. nam ibi ponuntur multę summę particulares, & ex omnibus resultat summa populi, scilicet quadraginta duorum millium trecẽtorum, & sexaginta, vt patet ibidẽ: hic autem sunt paucissimi. Respondendum est secũdum Nicolaum, & alios tripliciter, vno modo, quòd scriptura aliquando ponit totam summam redeuntiũ de Babylone, & aliquando partem illius, & hic dicũt, quòd posuit Esdras partem summę istius, & primo Esdrę 2. ponitur summa, ideo maior est illa, quam ista. Secundo modo dicitur, quòd in Hebræo sunt aliqui viri habentes multa nomina, & aliquando nominant vno eorum, & aliquando alio. Patet hoc in multis, vt in Esau, & Ochozia, & plurimis, ita hic cum interdũ mutentur nomina, idem nomẽ, quòd ponitur in vno loco scripturę nõ ponitur in alio. Tertius modus est, quia dato, quòd aliquis non habeat multa nomina, idem tamen nomen poterit multipliciter mutari a principio, vel à fine, & sic eadem persona videbuntur esse multę. Primus modus est aliqualiter conueniens, quia potest esse, quòd hic ponatur minor summa, quã prima Esdrę 2. licet ijdem viri sint illi, qui ponuntur hic, & ibi, duo modi sequentes non conueniunt hic, quia illi competũt solum pro diuersitate nominis, & ꝙ non ponantur eadem nomina hic, & ibi, sed non cõpetunt pro diuersitate summę. Et hoc etiam nõ stat, quia non ponuntur primo Esdræ 2. solum tot nomina, quot hic: nam si ibi ponerentur tot, dato ꝙ essent alia hic, & ibi, posset stare, & tamẽ ponuntur ibi multa & hic pauca. Dicendũ igitur, ꝙ illi, qui ponuntur primo Esdræ secundo, sunt illi, qui ponuntur hic, & tamen non ponitur hic tanta summa, sicut ibi, nec etiã eadem nomina, & hoc propter duo, vel tria. Primò, quia potest dici, quòd hic ponuntur soli principes, & tamen primo Esdræ secundo, ponuntur omnes, tam principes, quàm subiecti principibus. Et hoc patet, quia ibi ponuntur quadraginta duo millia, & plus: hic autem ponuntur paucissimi, quia fortè mille, vel pauciores poterant esse principes omnium illorum. Secũdò potest dici, quòd hic solum ponitur de illis, qui habitauerunt in Ierusalem, nam non omnes, qui redierunt de Babylone habitauerunt in Ierusalem, sed quidam eorum: nam totus populus fuit diuisus in decem partes, & vna illarum habitauit in Ierusalem, & aliqui de alijs, qui se sponte obtulerunt ad habitandũ ibi: Neemię 11. Et tamẽ omnes, qui redierunt de Babylone, erãt quadraginta duo millia trecenti sexaginta: exceptis seruis, & ancillis: primo Esdrę secundo, ideo poterit hic esse decima pars illorum cum eis, quorum summa hic ponitur, & cum alijs quorum summa nõ habetur hic. Tertio potest dici, quòd scriptura aliquando vult ponere summam maiorem, & aliquando minorem, & hic posuit minorem summã, quam primo Esdrę secundo, sicut dicit Nicolaus, & tamen iste modus tertius minus verisimilis est, quam duo præcedentes. Nam scriptura non facit varietatem eiusdem rei in diuersis locis, nisi propter aliquam rationem, & sic tenebitur aliquis de duobus præcedentibus modis.

Porro

Universidad de Deusto
Biblioteca

Porro de filijs Beniamin Salo filius Mosollam filij Odoia filij Asana, & Iobania filius Ieroham, & Ela filius Ozi filij Mochori, & Mosollam filius Saphatię filij Rahuel filij Iebaniæ, & fratres eorũ per familias suas nongentiquinquagintasex. Omnes hi principes cognationum per domos patrum suorum. De sacerdotibus autem Ioiada Ioiarib, & Iachin, Azarias quoque filius Helcię.

Porro de filijs Beniamin. Hic ponitur, qui fuerunt nũc habitatores in Ierusalem de filijs Beniamin, cum supra positum sit de filijs Iuda, & Manasse, & Ephraim.

Salo filius Mosollam. Iste Mosollam non est, qui infra ponitur: nam ibi ponuntur multi, quorum quidam sunt de filijs Leui, & alij de filijs Beniamin, & tamẽ à quolibet illorum differt iste Mosollam, & non venit iste Mosollam ad habitandum in Ierusalem, sed mortuus est in Babylone, & filius eius Salo venit ad habitandum in Ierusalem. Aliàs potius diceretur de Mosollam, quòd de filijs Beniamin ipse venit, quã quòd venit Salo filius eius.

Filij Odoia. Non est iste, de quo infra dicitur, quia ille est de tribu Leui, nec est de quo dicit supra quarto, quia ille est de filijs Iudę: iste autem est de filijs Beniamin. *Filij Asana.* Scilicet Odoia fuit filius Asana.

Et Iobania filius Ieroan. De quo Ieroan dictum est prędecedenti cap. sed non est iste de quo hic dicitur: iste Iobania non pertinet ad genus Mosollam, ita quòd ipse fuerit in linea illa, sed fuit contemporaneus Salo filio Mosollam, & ambo venerunt ad habitandum in Ierusalem. Iste Salo non est Salon, de quo supra dicit, quia ille est de tribu Iuda de filijs Phares, iste autẽ fuit de filijs Beniamin.

Et Ela filius Ozi. Iste Ela venit etiam ad habitandũ in Ierusalem cum prædictis, & non est iste Ela, de quo dicitur tertio Regum decimosexto, quia ille fuit rex Israel filius Basaa, & fuit tempore Asa regis Iuda: iste autem non fuit de tribu illa, quia iste fuit de tribu Beniamin: ille autem fuit de tribu Issachar, quia Ela fuit filius Basaa tertio Regum decimosexto, & Basaa fuit de tribu Issachar tertio Regũ decimoquinto. iste Ozi non est ille de quo dicitur supra sexto, quia ille fuit de progenie Aaron: iste autem fuit de progenie Beniamin. Et ille fuit primus, qui in stirpe Eleazari priuatus est summo sacerdotio, vt ibidem declaratum est. Etiã iste Ozi non est Ozi, de quo dicitur Nume. vigesimosexto, quia ille fuit filius Gad à quo nominata est familia Ozinitarum. Etiam iste Ela non est, qui fuit pater Oseę vltimi regis Israel, quarto Regum decimoquinto & decimoseptimo, quia ille non potuit esse de stirpe Beniamin, cum esset rex Israel, & tribus Beniamin pertinebat ad regnum Iuda.

Filij Mochori. Potest hoc intelligi, q̃ Ozi erat filius Mochori, vel quòd filij Mochori venerunt ad habitãdum in Ierusalem, sed primum est verum.

Et Mosollam filius Saphatiæ. Mosollam est, qui venit ad habitandum in Ierusalem, & non est iste Mosollã, de quo supra dicitur, quia ille fuit filius Odoia: iste autem filius Saphatię. iste Saphatias non est ille, de quo dicitur supra tertio, & secundo Regum tertio, quia ille fuit quintus filius Dauid de tribu Iuda: iste autem fuit de filijs Beniamin, vt patet ibidem.

Et hi filij Rahuel. Scilicet iste Saphatias est filius Rahuel: aliquando enim ipse pater Iethro vocat Rahuel, vel Rahuel, vt patet Nume. decimo, & Exo. secundo, & tertio, & tamen nõ est idem iste, & ille. *Filij Iebaniæ.* Non est iste Iobania, de quo supra dicitur, quia ille est filius Ieroan, iste autem non.

Et fratres eorum per familias suas. Scilicet isti fuerunt pręcipui de filijs Beniamin, qui venerunt nunc ad habitandum in Ierusalem, & cum eis venerunt alij de familijs suis, qui vocantur fratres eorum. Et dicitur per familias suas, ideſt per diuersas cognationes. Erant nõgenti quinquaginta sex, sicut hic dicitur, & isti erant viri præcipui inter alios, quia multi alij erant cum istis: tamen non nominantur, nec computantur, eo quòd illi non fuerunt pręcipui, sicut isti.

Omnes hi principes cognationum suarum. Potest referri ad quẽlibet de istis nominatis, scilicet, quòd ipsi erant principes familiarum, siue domorum, & tunc alij, qui subticentur vsque ad summã, quæ ponitur hic, erunt de illis familijs, licet non sint principes. Alio modo potest intelligi, quòd isti omnes, siue nominati, siue non nominati vsque ad summam istam fuerunt filij Beniamin, & fuerũt principes familiarum, vel cognationum, & tunc habebitur vna de duabus expositionibus, quam supra dedimus in respõsione ad quęstionem præcedentem, scilicet quòd omnes isti quorum summa ponitur hic, fuerunt principes, & illi quorum summa ponitur primo Esdrę secundo, fuerunt tam principes, quam subditi, ideo ponatur ibi maior numerus, quam hic.

Per domos patrum suorum. Ideſt quilibet istorum erat princeps alicuius familię in domo patris sui, scilicet quia à prędecessoribus cuiuslibet istorum nominata erat aliqua familia, & in illa erat princeps vnus istorũ, & sic de omnibus.

De sacerdotibus autem. Hic ponitur secundum huius partis, in quo agitur in speciali de sacerdotibus, & Leuitis, & magis agitur hic de eis, quã de omnibus alijs simul, & fortè causa huius est duplex. Prima quia status sacerdotum, & Leuitarum erat pręcipuus, quam reliqui populi, cum isti essent ministri Dei, & alij non. Secunda causa est, quia Esdras erat Leuita, vel sacerdos, vt aliqui volunt, ideo voluit potius agere de illis, qui pertinebant ad progeniem suam, & secundum veritatem ipse erat de progenie sacerdotum magnorum, vt patet primo Esdrę septimo, & dicitur.

De sacerdotibus autem Ioiada Ioiarib, & Iachin. Isti fuerunt sacerdotes pręcipui, qui de captiuitate redierunt ad habitandum in Ierusalem. & non est iste Ioiada ille, de quo dicitur quarto Regum vndecimo, qui constituit Ioas in regem, quia ille morruus est tempore Ioas regis, vt patet quarto Regum duodecimo, & sequenti libro capi. decimoquarto, & sic non potuit vsque ad captiuitatem Babylonis viuere, iste autem redijt post captiuitatem Babylonis in terrã Iuda. Etã iste non est Ioarib, qui fuit vnus de principibus vigintiquatuor sortium: nam tempore Dauid fuerunt sacerdotes diuisi per vigintiquatuor sortes, & prima sors illarum fuit Ioiarib, vt patet infra 34. iste Iachin non est ille, de quo habetur Nume. vigesimosexto, qui ille fuit filius Simeon, & ab eo nominata est familia Iechinitarum. Iste autem fuit de tribu Leui.

Azarias quoque filius Helciæ. Iste Azarias fuit ẽt sacerdos, qui venit in Ierusalem de captiuitate Babylonis, & non est iste Azarias aliquis, de quo habetur supra sexto, vbi ponuntur multi huius nominis: nam vltimus illorum, qui fuit propinquior captiuitati Babylonis, fuit Azarias pater Saraię, vt patet ibidem, & tamen ille mortuus fuit antequam esset captiuitas Babylonis, quia filius suus Saraias erat summus sacerdos, quando facta est captiuatio, & ipse occisus est a Nabuchodonosor in Reblata, quarto Regum vltimo, ideo non poterat ille ire in Babylonem, & postea redire, vt ministraret in templo Domini post reditum de Babylone: potissimè, quia Iosedech filius istius Azarię translatus est in Babylonẽ, & non redijt, sed Iosue filius eius venit de Babylone, & ministrauit in Ierusalem, vt patet primo Esdræ tertio, vocatur autem iste Azarias filius Elcię, & fuit Elcias iste alius ab illo, de quo dicitur supra sexto, quia ille fuit pater Azarię, & auus Saraię, qui occisus est tẽpore Nabuchodonosor, & iste fuit sacerdos tempore Iosię regis, quarto Regum vigesimosecundo. Hoc volunt quidam. Alij autem volunt contrarium, scilicet quod iste Azarias fuit filius Elcię, qui ministrauit tempore Iosię, & sit pater Saraiæ, qui occisus est, & motiuum huius est valde conueniens, quia iste Azarias vocatur supra sexto filius Elcię, sicut hic, & Elcias vocatur hic filius Sellum, qui vocatur Mosollam, & Mosollam vocatur hic filius Sadoc, & etiam Sellum vocatur filius Sadoc supra sexto, & Sadoc dicitur, filius Achitob, supra sexto, & hic vocetur filius Meraioth, & idem erit. Si tamen teneatur positio ista, videntur duę difficultates. Prima est, quia non videtur quomodo Azarias potuerit redire de Babylone ad ministrandum in Ierusalem, quia Azarias fuit pater Saraię, & ministrauit in summo sacerdotio ante ipsum, sed ille, qui incipiebat ministrare, semper ministrabat vsque ad mortem, ideo prius moreret Azarias, quam inciperet ministrare Saraias, & tamen Saraias erat summus sacerdos tempore, quo fuit captiuitas Babylonis, primo Regum vltimo. Ideo non poterat Azarias tunc viuere, & a fortiori non poterat redire de Babylone ad ministrandum in Ierusalem. Itẽ patet, quia dato, quòd iste Azarias non moreretur illico, vt inciperet ministrare Saraias, ipse tamen ministraret ante eum, & deinde Saraias tempore captiuitatis Babylonicę esset ad minus pluſquam viginti annorum Azarias, quando inciperet ministrare, quia nõ poterant aliqui fungi sacerdotio in ętate parua: cum & ipsi Leuitę, qui erant in minoribus officijs non possent consecrari in Leuitas ante annum vicesimũquintum, vel tricesimum, Nume. quarto, & octauo: a fortiori igit summi sacerdotes, qui erant maioris auctoritatis nõ ministrarent in ętate paruula, esset igitur saltem viginti annorum, quando inciperet ministrare, & postea filius suus Saraias ministrauit ante captiuitatẽ Babylonis, quarto Regum vltimo, & etiam ille esset viginti annorum ad minus, & tunc Azarias esset pluſquam quadragiuta annorum, & postea Iosedech nepos suus ductus est in Babylonem, & ille erat iam vir, quia sic fit mẽtio de illo, sicut de vito supra sexto. Et sic etiam esset iste ad minus viginti annorum, quãdo duceretur in Babylonem, & cõsequenter Azarias esset tunc sexagita annorum ad minus, & postea durauit captiuitas Babylonis per septuaginta annos: Iere. vigesimoquinto, qui sunt centum, & triginta anni, iõ quando rediret Azarias in Ierusalem, esset ad minus tot annorum, nullus tamen hominum ad tantam ętatẽ poterat peruenire illo tempore, & sic dicit Iosephus 9. Antiqui. quòd post Moysen nullus legitur vixisse annis centum, & triginta, nisi Ioiada sacerdos de quo habetur sequenti lib. capi. 24. Item difficultas est, quia nõ potest videri, quomodo Azarias esset in linea summorum sacerdotum, & ipse nõ ministraret ante filios suos, vel forte ministraret, & cessaret ab administratione, & deinde per annos plus, quam septuaginta reinciperet ministrare.

Item non stat, quia tunc Azarias summus sacerdos duceretur in Babylonẽ, & diceretur de eo, quod trãslatus esset in Babylonem, & non diceretur de aliquo alio summo sacerdote, cum non essent duo summi sacerdotes simul, & tamen istud dicitur solum de Iosedech: supra sexto, scilicet: Porro Iosedech egressus

est, quando transtulit Dominus Iudam, & Ierusalem per manus Nabuchodonosor. Ergo iste Azarias pater Saraię non fuit translatus in Babylonem, nec inde redijt.

Secunda difficultas est, quia non sunt hic eædem generationes omnino istorum, qui ponuntur supra sexto, nam ibi Elcias vocatur filius Sellum, hic autem vocatur filius Mosollã. Item Sadoc vocatur ibi filius Achitob: hic autem vocatur filius Meraioth.

Dicendum igitur videtur, sicut prius dicebatur, q̃ iste Azarias non fuit pater Saraiæ, sed ille mortuus est multo tempore ante captiuitatem Babylonis, iste autem natus est in Babylone, & postea venit Ierusalem.

Filij Mosollam, filij Sadoc, filij Meraioth, filij Achitob pontifex domus Dei.

Filij Mosollam. Nec est ille, qui sic vocatur supra sexto, quia ille fuit Leuita, & iste est sacerdos.

Filij Sadoc. Non est iste aliquis de illis, qui vocantur Sadoc supra sexto, quia illi fuerunt sacerdotes multo tempore ante captiuitatem Babylonis: iste autem fuit in ipsa captiuitate, vel pauloante.

Filij Meraioth. Nõ est iste, qui sic vocatur supra sexto, quia ille fuit ante Dauid, vt ibi declaratum est, iste autem multo post.

Filij Achitob. Iste Achitob nõ est aliquis de illis, qui vocati sunt sic supra sexto, quia vnus illorum fuit de stirpe Eleazari, alius autem fuit de stirpe Ithamar, scilicet Achitob pater Achimelech, de quo dicitur primo Regum vigesimosecundo, quia illi fuerunt multo tempore ante istum.

Pontifex domus Dei. Ideſt iste fuit pontifex, siue summus sacerdos in templo.

Quis nam fuerit iste summus sacerdos.
Quæst. X.

QVAERITVR circa hoc quis fuit iste summus sacerdos, & quando fuit.

Respondendum, quòd litera nostra videtur significare, quòd Azarias fuerit pontifex: eo quòd pontifex non potest determinare, vel denominare aliquem istorum pręter Azariam, quia ipse ponitur in recto, & omnes alij ponuntur in genitiuo. Sed tantum stat difficultas quomodo potuerit Azarias esse pontifex, quia in reditu de Babylone Iosue filius Iosedech fuit summus sacerdos, qui vocatur alio nomine Iesus Iosedech, vt patet primo Esdrę tertio, & Aggęi primo, & secundo. Iste autem Azarias non potest esse idem cum illo, quia ille fuit filius Iosedech, iste autem fuit filius Elcię.

Item non potest dici, quòd fuerit filius eius: nã aliquis fortè hoc assereret, sed falsum est, quia post Iosue filium Iosedech non fuit pontifex Azarias in Ierusalem, sed Eliasib, vt ait Iosephus 10. Antiquita. Et declaratum fuit supra 6. in quęstione de omnibus summis sacerdotibus. Dicendum tamen, q̃ istud potest dupliciter poni vno modo, quòd Azarias fuerit summus sacerdos, & quòd fuerit Iesus Iosedech, qui reuersus est de Babylone, & primus ministrauit post reditum, & cum dicitur, quòd iste differt ab illo, sicut supra producitur. Dicendum quòd idem est, licet vocetur diuersis nominibus, quia sępe consuetum est, q̃ idem homo diuersis nominibus appelletur, & idem est de patre, & auis eius, quia etiam illi habebunt multa nomina, & nominabuntur hic aliter, quam in alijs locis. Secundo dici potest, quòd iste pontifex nõ fuit Azarias, sed Achitob, & quòd fuit pontifex ante captiuitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

priuitatem Babylonis multo tempore, & tũc etit sen- F
sus, quòd iste Azarias descendit de progenie istorum
sacerdotum, qui nominantur hic, & terminatur pro-
genies in Achitob, quia ipse fuit vir magnę dignita-
tis: nam cęteri erant sacerdotes simplices, Achitob
autẽ fuit pontifex, & hoc satis stat, quia si aliquis sum-
mus sacerdos haberet multos filios per quemlibet il-
lorum posset deriuari vna linea progeniei, & tamen
per vnicum filium deriuaretur linea summi sacerdo-
tis, & ideo Azarias descendit per omnes istas genera-
tiones à sacerdotibus minotibus vsque ad Achitob, q
fuit sacerdos magnus, & non curauit scriptura magis
continuare progeniem eius, quia cum sciretur, quòd
ille fuerat summus sacerdos, etiam sciretur de omni- G
bus prędcedentibus patribus suis, quòd fuissent summi
sacerdotes, & ista positio est multum rationabilis. Si
tamen velimus tenere aliam, possumus. Et cum obij-
citur, quòd hic ponitur pontifex in recto, & non po-
test referri ad aliquem alium, nisi ad Azariam, qui est
in recto: dicendum, quòd potest suppleri, scilicet pon-
tifex domus Dei, ideſt & ille fuit pōtifex domus Dei,
licet talis modus suppletionis non multum conue-
niat Latinitati.

Porro Adaias filius Ieroam filij Phasur, fi- H
lij Melchiæ, & Maasai filius Adiel filij Iezra
filii Mosollā filij Mosollamith filij Emer:
fratres quoque eorum principes per familias
suas mille septingenti sexaginta fortissimi
robore ad faciendum opus ministerij in do-
mo Dei. De Leuitis autẽ Semeia filius Hassub
& filij Ezricam, filij Hasebia de filijs Merari.
Bachachar quoque carpentarius, & Galal, &
Mathamia filius Micha, filij Zechri, filij
Azaph, & Obdia filius Semeię, filij Galal fi-
lij Idithum, & Barachia filius Aza, filij Elca- I
na, qui habitauit in atrijs Nehophati. Ianito-
res autem Sellum, et Achub, et Thelmon, et
Ahimam, et frater eorum Sellum princeps
vsque ad illud tẽpus, in porta regis ad Orię-
tem obseruabant per vices suas de filiis Leui.
Sellum vero filius Core filii Abiasaph, filii
Core cum fratribus suis, et domo patris sui.
Hi sunt Coritæ super opera ministerii custo-
des vestibulorum tabernaculi, et familiæ eo-
rum per vices castrorum Domini custodien
tes introitum. Phynees autem filius Eleazar K
erat dux eorum coram Domino.

Porro Adaias. Hic ponuntur Leuitæ, qui venerunt in Ierusalem de Babylone, & vnus princeps eorum fuit Adaias, & iste non est aliquis eorum, qui supra nominati sunt, quia in alijs tribubus illi ponuntur.

Filius Ieroan. Non est iste Ieroan, de quo supra secundo, quamquam ille fuit Leuita, quia iste fuit post captiuitatem Babylonis: ille autem fuit ante tempora Dauid, cum fuerit annus Samuelis prophetæ supra sexto. De isto Ieroan, qui hic ponitur dicendum, quòd mortuus fuerit in Babylone, & filius suus rediit, vel pauco tempore fortè ante captiuitatem Babylonis

mortuus est in terra Iuda. *Filij Phasor.* Iste Phasor nō est Phasur, de quo dicitur Hiere.20. scilicet. Et ostendit Phasur filius Eminer. Nam ille fuit sacerdos, vt patet ibidem, iste autem fuit Leuita.

Filij Melchia. Iste autẽ fuit aliquis Leuita prȩcipuus tempore suo, & propter hoc generatio Adaia solum extenditur vsque ad ipsum.

Et Maasia. Iste Maasia Leuita est, sed non fuit ille, qui ponitur supra 6. quia omnes illi fuerunt ante tempus Dauid, & iste fuit post captiuitatem Babylonis.

Filius Adiel. Iste etiam Adiel non est, de quo supra 6. propter eandem causam, quia isti sunt multum posteriores ad illos. Etiam non est ille, de quo supra 5. qui ille non est de tribu Leuitarum, & iste sic.

Filij Iechra. Nomen inusitatum est, & differt Ietra, & Iechra, siue Ietrahaan, quia sępe illud nomen supra ponitur.

Filij Mosollam. Non est iste Mosollam aliquis eorū, qui supra ponuntur, quia illi sunt de alijs tribubns, scilicet de Beniamin, iste autem est de Leui. Etiam non est ille, de quo prȩcedenti c. quia eodem modo ille est de tribu Beniamin.

Filij Mosollamoth. Non est nomen vsitatum in scriptura. *Filij Emer.* Non est iste Emer de quo Iere.20. quia ille fuit sacerdos, iste autem fuit Leuita.

Fratres quoque eorum. Scilicet non solum isti nominati hic de Leuitis redierūt, sed etiam fratres eorum, ideſt alij de eadem familia, vel cognatione, & non ponuntur hic, nisi duo principes in omnibus his, scilicet Adaias, & Maasias, quia cæteri non sunt principes, qui venerint in Ierusalem, sed sunt filij eorum isti, & illi mortui sunt ante reditum de Babylone.

Principes per familias suas. Ideſt isti duo habuerunt fratres alios, ideſt cognatos in eadem familia Leuitarum, & illi fuerunt principes familiarum, ideſt cognationum particularium: nam familię propriè sumptę non erant, nisi tres in tota tribu Leui, scilicet Ierson-tarum, Meraritarum, Caathitarum, Leui.3. & de Meraritis nihil dicitur hic, sed infra.

Mille septingenti sexaginta. Omnes isti erant Leuitæ, qui venerunt ad habitandum in Ierusalem, & fuerūt subiecti illis principibus familiarum, de quibus hic dicitur, vel potest intelligi, quòd omnes fuerint principes familiarum, ideſt cognationum paruarum, & tamen essent tunc valde paruæ cognationes, cū tot essent principes cognationum.

Fortissimi robore. Erant omnes iuuenes in ętate robusta, in qua poterant exercere ministeria sacerdotalia, vel Leuitica quantumcunque grauia.

Ad faciendum opus ministerij in domo Dei. Potest intelligi de Leuitis, vel de sacerdotibus, quia sicut supra dicebatur, & est positio multorum, omnes isti sunt Leuitę: potest tamen dici, quòd sint sacerdotes: cum infra dicatur, de Leuitis autem Semeia: in quo innuitur, q isti, qui hic ponuntur non sunt Leuitæ: satis tamē potest intelligi de Leuitis, & tunc accipientur Leuitę infra specialiter pro aliqua familia Leuitarum, & siue accipiantur, vt sacerdotes, vel Leuitę conuenit eis, quod hic dicitur, scilicet quòd ministrarent in domo Dei: nam Leuitę licet non ministrarent faciendo sacrificia, ministrabant tamen in custodia portarum, & thesaurorum, & aliarum rerum: de quibus infra in litera, & infra vigesimotertio, & vigesimoquinto, & vigesimosexto: sacerdotes autem ministrabāt in domo Dei, & adhuc magis propriè, quia ipsi faciebant sacrificia, & introibant in templum proprie dictum ad ponendum thymiama super altare, & ad panes propositionis conficiendos, & ad omnia alia ministeria Sanctuarij, quia ipsi proprie ministrabant: Leuitę autem non dicebantur proprie ministrare in templo, sed magis subministrare sacerdotibus. *De Leuitis autem Semeia filius Assub.* Scilicet illi, de quibus dictū est supra, erant sacerdotes: isti autem sunt Leuitę, & venerunt in Ierusalem de Babylone: isti principes familiarum, qui habentur hic: si autem velimus intelligere, quòd etiam prȩcedentes sunt Leuitę, intelligitur, quod hic dicitur de Leuitis, ideſt de quadam familia Leuitarum speciali. Iste Semeia, de quo hic dicitur non est ille, de quo habetur sequenti libro cap. duodecimo, quia ille fuit tempore Roboam filij Salomonis, vt patet ibidē, iste autem fuit tempore captiuitatis Babylonis.

Et filij Ezrichan. Iste Ezrichan non est ille, de quo supra tertio, quia ille fuit filius Iuda: iste autem de tribu Leui. Etiam non est ille, de quo prȩcedenti capi. quia ipse fuit filius Beniamin, iste autem de tribu Leui. Et dicitur, quòd filij Ezricham redierunt in Ierusalem, & ipse non redijt, quia alias non diceretur de filiis Ezricham, non tamen fuerunt posita nomina eorum, sed patris sui, quia fortè ille fuit famosior, quam filij sui.

Filij Asobim. Scilicet Ezricham fuit filius Asobim, & non extenditur generatio vlterius, quia fortè alij non fuerunt viri famosi, vel non oportuit extēdi plus ad enarrandū generationem, quia sufficiebat istud ad differentiam istius Ezricham ab alijs inueniendam.

De filij Merari. Merari fuit vnus de filijs Leui: supra 6. & ab eo nominata est familia Meraritarum, Numer. tertio, & quarto, & de ista familia venerunt in Ierusalem isti, qui sequuntur.

Bacachar quoque carpentarius. Iste fuit vnus de redeūtibus de Babylone de stirpe, Meraritarū, & nō vocatur carpentarius, quasi ipse carpentarius esset, quia Leuitæ non exercebant huiusmodi officia manualia, sed in domo Domini ministrabāt iuxta ministeria sua, & ista officia per laicos exercebantur: vocatur autē carpentarius ex cognomine, sic multi habent cognomina, quę nihil attinent quantum ad rem significatam eis, sed imponuntur ad placitum, sicut nomina propria. Aliter potest vocari iste carpentarius, licet non esset, quia in domo Domini dirigebat carpentarios in opere, vel prȩerat eis iubendo quid facerent, & istud est satis rationabile: nam post reditum de Babylone cœperunt Israelitę ędificare templum Domini, & ibi fortè iste prȩesset carpentarijs: nam Leuitis cōmittebatur, quòd essent prȩpositi operum: sic enim fuit tēpore Iosię, quando ipse fecit restaurari templum: nam Sabath, & Abdias erāt prȩpositi operum de filijs Merari. Zacharias autē, & Mosollam erant de filijs Caath: sequenti libro capi. trigesimoquarto, & ita iste tunc esset prȩpositus carpentariorum.

Et Galal. Nō est iste Galal filius Obed, qui pugnauit cōtra Sichem, de quo Iudicum nono, qa ille fuit multo tempore ante istum plus, quam sexcentis annis, vt patet computando tempora Iudicum, & Regum inter mediorum.

Et Mathania filius Micha. Iste fuit alius de redeuntibus, & non est iste Mathanias, de quo quarto Regum vigesimoquarto, quia ille est filius Iosiæ, qui postea vocatus est Sedecias: iste autem est Leuita. Etiam iste Micha, de quo prȩcedenti capi. quia ille fuit filios Miphiboseth, & nepos Ionathæ de tribu Beniamin, vt etiam infra patet. Iste autem est de filijs Leui.

Filij Zechri. Scilicet Micha est filius Zechri, & tamē non est iste Zechri, de quo prȩcedenti capi. quia ille fuit de filijs Beniamin, & iste de Leuitis.

Filij Asaph. Non est iste Asaph de quo supra sexto, quia ille fuit vnus de principibus cantorum tempore Dauid eod. capi. & infra vigesimoquinto: nam a tempore Dauid vsque post captiuitatem Babylonis transierunt tot anni, quot viuere non potuerunt istę pau-

cę generationes, scilicet tres, quę ponuntur inter Ma- A
chaniam, & Asaph: nam plures fuerunt, quam anni
quingenti, cum supra declaratum sit in quadam quę-
stione, quòd a tempore, quo Dauid computauit po-
pulum vsque ad captiuitatem Babylonis fuerunt an-
ni ad minus quadringenti rriginta, & sex, quibus ad-
dantur septuaginta anni, quibus durauit captiuitas Ba-
bylonis, erunt plus, quam quingenti anni, & tamē nō
poterant isti tanto tpe viuere, scilicet Zechri, & Mi-
cha, & Mathanaias, qui faciunt tres generationes, quæ
non possunt durare trecentis annis, sed intelligendū
est, quòd iste Asaph fuit alius ab illo, & fuit multo tē-
pore post.

Et Obdia filius Semeiæ. Iste Obdia fuit alius Leuita re- B
diens de captiuitate Babylonis, & non est iste Obdia,
de quo prȩcedenti capi. nec de quo infra in litera, quia
ille est Obdia de filijs Beniamin, iste autem est de filijs
Leuitarū: iste Semeias, de quo hic, non est ille, de quo
supra in litera, nec etiam de quo sequenti libro ca. 12.
quia ille fuit multo tempore ante istum, sicut dictum
est supra.

Filij Galal filij Idithun. Iste Galal non est, de quo supra dictum est, quia ille Galal fuit vnus de redeūtibus
in Ierusalem post captiuitatem: iste autem non, sed
fuit auus cuiusdam de redeuntibus. Et etiam iste non
est ille, de quo Iudicum nono, quia multo tempore
prius fuit. Etiam iste Idithun, de quo hic dicitur non
est ille, de quo infra vigesimoquinto, quia ille fuit tē-
pore Dauid princeps cantorum, & tamen non poterant esse tam paucę generationes inter Idithun, & istū
Obdiam pronepotem eius, cum fuerint plus quam
quingenti anni inter Dauid, & reditum de Babylone:
in quo tempore multæ generationes essent, sed fuit
alius Idithun multo tempore post illum, quia idem
nomen sępe est multorum virorum.

Et Barachia filius Asa. Iste Barachia etiam fuit vnus C
de Leuitis redeuntibus, & non iste est Barachias, de
quo Christus loquitur Matth. 23. quia ille fuit sacerdos
cum occisus sit inter templum, & altare, iste autē fuit
Leuita, vt patet hic, iste Asa nō est ille, de quo supra
tertio, quia ille fuit rex Iuda: iste autem fuit Leuita.

Filij Elcana. Iste Elcana non est aliquis de illis, qui D
habētur supra 6. quia vltimus illorū fuit Elcana pater
Samuelis, & tamē etiam de illo manifestum est, q nō
potuit esse iste Elcana, quia inter illum, & istū necesse
est fuisse multos annos, qa à diebus illius Elcana vsq;
ad reditum de Babylone essent anni plus, quam sexcēti, vt patet prȩsupponendo computationem supra factam, s q à fine regni Dauid vsque ad reditum de Babylone fuerunt plus, quam quingenti, & tamen Dauid regnauit quadraginta annis. 2. Reg. 5. & Saul regnauit totidem ante hoc computando tempora Samuelis cum illo, Act. 13. & antequā inciperet computari principat? sub Samuele, necesse esset, q Elcana esset plusq̄ quadraginta annorum, quia filius suus Samuel non inciperet gubernare populum antequam
esset annorum viginti, & his simul sumptis erūt plus, E
q̄ sexcenti, & viginti anni à natiuitate Elcana vsque ad
reditum de Babylone, & in tanto tempore multæ generationes tranſeunt, ideo non potuit iste esse pater
Samuelis.

Qui habitauit in atrijs Nethophati. Potest referri ad Barachiā, scilicet quòd ille habitauit in atrijs Nethophati, ideſt post reditum de captiuitate fabricato templo
habitauit iste Barachias in atrijs Nethophati, ideſt in
quibusdam exedris, vel domibus, quæ erant in atrio
templi, & vocabantur Nethophati ab aliquo viro sic
nominato, vel potest Nethophati esse nomen loci sic
accipiē infra 11. & 2. Re. 23. cū dr. Eled Nethophatites,
& Marianethophatites, s. de vrbe Nethophati, & sic

habitauit

habitauit iſte in atrijs Nethophati, ideſt in domibus vr bis Nethophati: nam Leuitę habitabant per diuerſa loca, & poterat eſſe, quòd iſte habitaret in Nethophati, vel poteſt referri ad Elcana, qui fuit ante captiuitatem Babylonis, & potuit habitare in vrbe Nethophati.

Ianitores autem. Hic ponuntur quædam miniſteria Leuitarum, & vnum erat, quòd eſſent ianitores templi: nam diuiſit Dauid ianitores, ſicut habetur infra vigeſimoſexto.

Sellum. Iſte fuit princeps ianitorũ, quia erat in porta præcipua templi, ſcilicet in porta apud domum regis, quę eſt orientalis, & nõ eſt iſte Sellum, de quo dicitur ſupra tertio, quia ille fuit vnus de filijs Ioſię: Simile patet Iere. vigeſimoſecundo, etiam non fuit Sellum, de quo ſupra ſexto, quia ille fuit de familia ſummorum ſacerdotum, iſte autem fuit de Leuitis, & ille fuit multo tempore ante iſtum.

Et Achub, & Thelmon. Nomina inuſitata ſunt: fuerunt tamen iſti principes ianitorum.

Et Achyman. Non eſt iſte Achymaas, de quo ſupra ſexto, & ſecundo Regum quinto decimoſeptimo, & decimooctauo, quia ille fuit ſummus ſacerdos filius Sadoc, iſte autem fuit Leuita: etiam ille fuit multo tẽpore ante iſtum, ſcilicet pluſquam quingentis annis.

Et frater eorum Sellum. Iſte Sellum eſt de quo ſupradictum eſt, & vocatur frater iſtorum trium, & iſte fuit inter ipſos maior.

Princeps vſque ad illud tempus in porta regis. Siclicet fuit Sellum princeps inter alios ianitores, & vſque ad tempus iſtud obſeruabat domum Domini ad portã orientalem, & dicitur in porta regis, non quidem, quòd tẽplum tempore Eſdręhaberet aliquam portam, quòd eſſet porta regis, cum poſt reditum de captiuitate nõ fuerit aliquis rex vſque ad Ioannem Hircanum, & Ariſtobolum filium eius, qui fuerũt de ſtirpe Machabęorum multo poſt Eſdram, ſed vocabatur porta regis, quia retinuit nomen primum. Nam antequã ducerẽtur Iſraelitę in Babylonẽ erat palatiũ regis apud templum & erat quędam porta atrij templi, per quam intrabatur in domum regis: de iſta porta habẽt quarto Regum 11. ſcilicet. Tertia pars veſtrum introeat Sabbatho, & obſeruet excubitũ domus regis. Et idem ſequenti lib. cap. vigeſimotertio, nunc autem cum fabricatum eſt templum, quod deſtructum erat, facta eſt porta vna in loco, in quo erat prius porta regis, & vocata eſt porta regis, ſicut prior.

Ad orientem obſeruabant per vices ſuas. Scilicet iſti quatuor principes obſeruabant ad portam orientalem: nam licet Sellum eſſet princeps reſpectu omnium, tamen adhuc alij tres erant principes Leuitarum ianitorum, & omnes cuſtodiebant portam orientalem templi, ſed erant diſtincti per vices, & ſicut erant quatuor principes erant quatuor ſortes ianitorum, & ſeruiebant per quatuor tempora miniſtrando in cuſtodia portarum, ſic enim cantores erant diuiſi per viginti quatuor ſortes, ſeu vices infra 25.

De filijs Leui. Scilicet omnes iſti erant Leuitę, & etiã illi, qui ſequuntur. *Sellum vero filius Core.* Iſte Core fuit, qui perijt abſorptus à terra, quia ſurrexit cõtra Moyſen, & Aaron, & cum ipſe eſſet malus, filij ſui valde boni, & Deus miraculum fecit ad liberationem ipſorum, ne abſorberentur à terra. Nu. 26. & ob hoc magnam laudem habent in ſcriptura. Non eſt intelligẽdum, q̃ iſte Sellum fuerit filius Core immediatus, qa iſte Sellum miniſtrauit in templo poſt reditũ de Babylone, vt patet hic, & tamẽ Core fuit tempore Moyſi in deſerto, & fuerunt, quaſi mille anni inter tempus, quo ſurrexit ille Core contra Moyſen, & tempus redeundi de Babylone, vt patet colligẽdo annos quin-

F gentos, & plus, qui fuerunt a morte Dauid vſque ad reditum de Babylone, vt ſupra declaratum eſt, & annos quadringentos, & octoginta, qui fuerunt ab exitu de Aegypto vſque ad principium regni Salomonis, 3. Re. 6. & ſic ſunt, quaſi mille anni, in quibus multę generationes tranſirent.

Filij Abiaſaph. Iſte eſt alius Leuita, nec eſt pater Core, qui ſurrexit contra Moyſen, quia pater illius fuit Iſaar: Numer. decimoſexto, ſed poteſt accipi ſecundum quoſdam, quòd iſte Core non ſit ille, qui ſurrexit contra Moyſen, & tunc dicetur, quòd iſte Sellum fuit filius immediatus Core, & nepos Abiaſaph, & ſatis rationabile eſt. Tenendo tamen, quòd iſte Core G fuerit, qui ſurrexit contra Moyſen dicetur, q̃ non fuit Abiaſaph pater eius, & etiam, quòd dictio filij nõ ponitur in genitiuo, ſed eſt nominatiuus pluralis, & eſt ſenſus, quòd etiam filij Abiaſaph fuerunt in reditu de Babylone.

Filij Core cum fratribus ſuis, & domo patris ſui. Hic accipitur Core pro illo, qui ſurrexit contra Moyſen, nam poſteri ſui fuerũt miniſtri in templo poſt reditum de Babylone, & dicitur cum fratribus ſuis, ſcilicet cum alijs venientibus de alia cognatione, & cum domo patris ſui, ideſt cum tota familia Core, quę vocatur domus, vel poteſt accipi domus pro cognatione, quę H minor eſt, quam familia.

Hi ſunt Coritæ ſuper opera miniſterij. Scilicet iſti ſupradicti ſunt Coritę, ideſt familia Coritarum, & dicuntur ſuper opera miniſterij, ſcilicet quia poſiti erant ad miniſtrãdum domino in Sanctuario in cuſtodia portarum, ſicut infra dicitur. *Cuſtodes veſtibulorum tabernaculi.* Vocatur veſtibulum pars quędam, quę eſt ante portã domus, & illam cuſtodiebant Coritę, quia multę portę erant in templo, & in veſtibulis earum manebant iſti Coritę cuſtodientes. *Et familiæ eorum per vices.* Scilicet familia Coritarum habebat ſub ſe particulares familias, quia quęlibet cognatio poterat diuidi per minores cognationes, & quęlibet illarũ vocatur hic largè familia, vel poſſunt vocari familię ipſę ſortes Coritarum: nam cognatio erat magna, & diuiſa eſt in multas partes, vt illę partes per tempora, & vices miniſtrarent, & quęlibet illarum vocabatur vna familia.

Caſtrorum Domini cuſtodientes introitum. Ideſt Coritę cuſtodiebant introitum templi, & vocatur templum caſtra Domini: vel caſtrum, quia factum erat ad modum caſtri propter loci fortitudinem: vnde & aliquando vocatur turris in ſcriptura: ſic enim Michęas vocat illam dicens eſſe turrem nebuloſam, vel turrem gregis.

Phinees autẽ filius Eleazar erat dux eorum coram Domino. Ideſt iſte Phinees erat princeps omnium Coritarum coram Domino, ideſt in miniſtrando Domino.

Quis nam fuerit iſte Phinees.
Quæſt. XI.

K QVAERITVR de iſto Phinees, quis erat. Quidam reſpondent, quòd fuit Phinees ſummus ſacerdos, quod patet, quia dicitur, q̃ fuit filius Eleazar, & tamen Phinees ſummus ſacerdos filius Eleazari fuit ſupra ſexto. Nicolaus autem tenet contrarium, dicens, quòd fuit alius, & hoc probat dupliciter. Primo, quia multum tẽpus fuit inter Phinees ſummum ſacerdotem, & interreditum de Babylone, quia Phinees fuit in exitu de Aegypto, cum ipſe occiderit in deſerto Zambri principę tribus Simeon coeuntem cum Madianitide: Numer. vigeſimoquinto & tamen ab exitu de Aegypto vſque ad reditum de Babylone fuerunt, quaſi mille anni, vt ſupra declaratum eſt.

Secundo

Secundo patet, quia Phinees filius Eleazari erat Sa A
terdos, iſte autẽ erat Leuita, cùm eſſet princeps Coritarum, poteſt tamẽ teneri, q̃ fuerit iſte Phinees filius Eleazari ſummi Sacerdotis, & tunc non eſt ſenſus, q̃ iſte Phinees fuerit poſt reditum de Babylone, & principaretur Coritis, ſed q̃ deſcendentes ab eo principarentur Coritis, & ſic accipitur perſona non pro perſona, ſed dignitate. Ad rationem primam dicendum, q̃ illa militat, ſi fortè teneremus quòd Phinees filius Eleazari viueret nunc, cum Iudęi redirent de Babylone, quia iſtud non poterat eſſe, ſed dicimus, q̃ accipitur Phinees pro Sacerdotibus ſuis. Ad ſecundum dicendum, q̃ non erat iſte Phinees Leuita, ſed ſummus Sacerdos, & cum dicitur, q̃ erat Leuita, eo quòd prę- B
erat Leuitis. Dicendum, quòd non ſtat, quia ipſi Leuitę habebant principes de familijs ſuis, & ſuper eos erant Sacerdotes principes, ſicut patet de ordinatione Leuitarum a principio: nam Ithamar filius Aaron erat princeps duarum familiarum Leuiticarũ, & Eleazar erat princeps omnium principum Leuitarum, vt patet Nu. 3. & tamen tam Eleazar, quàm Ithamar erant Sacerdotes, & ſic Sacerdotes prę ſunt Leuitis, licet non immediatè. Dicendum tamen, quòd licet iſtud poſſet defendi, rationabilius eſt tamen dici, q̃ iſte Phinees non fuerit ſummus Sacerdos nepos Aaron, ſed fuerit aliquis Leuita de familia Coritarum, qui cum cęteris redijt de Babylone, & fuit princeps omniũ, & ratio huius eſt, quia dicitur hic, quòd Phinees erat dux eorum coram Domino, in quo ſignifi C
catur actuale miniſteriũ, & tñ non poterat actualiter miniſtrare ille Phinees tempore reditus de Babylone, ideo non accipitur pro eo. Secundò patet, quia accipitur hic non pro perſona, ſed pro dignitate Sacerdotali, quæ erat in domo Phinees, non diceretur de Phinees, ſed magis de Aaron: nam ipſe fuit primus ſummus Sacerdos: ideo nomen dignitatis ſignificabatur ex perſona eius potius quàm ex perſona alicuius Põtificis poſterioris, ſicut tota natura humana ſignificatur nomine Adam, & non alicuius alterius viri: & tamen dicitur hic de Phinees: ergo accipitur pro perſona, & non pro dignitate Sacerdotali. Tertiò patet, quia ſi acciperetur pro dignitate Sacerdotali non ſolum Phynees eſſet dux Coreitarum, ſed etiam omnium Leuitarum: nam omnes Leuitę erant ſub potęſtate ſummi Sacerdotis, vt patet Nume. 3. & 8. & 18. ideo non diceretur dux Coreitarum, & tamen dicitur dux eorum: ergo non erat ſummus Sacerdos, ſed aliquis Leuita, qui vocaretur Phinees, & fuit in captiuitate Babylonis, & vocatur filius Eleazar: non quidem illius, qui fuit filius Aaron, ſed alterius, qui ſic vocaretur in familia Coritarum in Hebrẽo dicitur.

Primo Dominus erat cum eo. Et intelligunt Hebrei de Eleazaro filio Aaron, & de Phinees filio ſuo. ſ. q̃ prius fuit Deus cum eo, quia a principio fuit bonus, ſcilicet, quando occidit Zambri principem tribus Simeonis coeuntem cum Madianitide Num. 25. nam tunc Deus promiſit ei Sacerdotium ſempiternum, eodem cap. Sed poſtea dicunt, q̃ Deus receſſit ab eo propter aliqua peccata. Intelligendo tamen ſic, non eſt aliqua ſententia in his verbis, quia diceretur, quòd Phinees filius Eleazar erat talis cum quo Dominus a principio fuiſſet, ſed iſtud non erat ad propoſitum alicuius ſententię ſuperioris, vel inferioris: ideo litera noſtra intellexit, q̃ Phinees filius Eleazar erat princeps iſtorum coram Domino, & hoc ſatis colligitur ex verbis literę Hebraicę: nam vbi ponitur primus in Hebrẽo, litera noſtra ponit ducem, quia qui primus eſt, dux eſt eorũ, quorum eſt primus: & vbi dicitur, q̃ Deus erat cum eo, dicit litera noſtra, quòd erat co-

Alph. Toſt. in lib. I. Paralip.

ram Deo dux iſte, ſcilicet, quòd in operibus, quæ faciebant coram Domino miniſtrando iſte Phinees erat dux eorum.

Porro Zacharias filius Moſollamia, ianitor portæ tabernaculi teſtimonij. Omnes hi electi in oſtiarios per portas, ducenti duodecim, & deſcripti in villis proprijs quos conſtituerunt Dauid, & Samuel videns in fide ſua tam ipſos, quàm filios eorum.

Porro Zacharias filius Moſollam. Iſte Zacharias erat Leuita, & differt ab illo Zacharia, de quo habetur, quarto Regum decimoquinto, quia ille fuit rex Iſrael de filijs Iheu: iſte autem fuit Leuita poſt captiuitatem Babylonis, & ſic fuit multo tempore poſt illum. Etiam non fuit iſte Zacharias filius Ioiade, quia ille fuit tempore regis Ioas, & ab eo occiſus eſt ſequenti lib. cap. 24. iſte autem fuit multo tempore poſt reges Iſrael, & Iuda. Etiam ille fuit Sacerdos, ſcilicet, filius ſummi Sacerdotis, iſte autem fuit Leuita. Etiam iſte Moſollam non eſt aliquis de prędecentibus.

Ianitor portæ Tabernaculi teſtimonij. Non erant alij ianitores in porta Tabernaculi, niſi iſte. Pro quo ſciẽdum, quòd Tabernaculum teſtimonij vocabatur Tabernaculum, quod fecit Moyſes in deſerto, in quo erat Arca. Et vocabatur ſic, quia intra illud erat teſti- C
monium, ideſt, ipſa Arca cõtinens tabulas, in quibus erat lex, & illæ erant teſtimonium contra Iſraelitas, iſtud autem teſtimonium tabernaculi ceſſauit poſtquam fabricatum eſt templum Salomonis, ſicut declaratum eſt. 3. Regum 6. & tamen ipſa pars interior templi, quæ erat clauſa parietibus per gyrum, & inſu per vocabulo trito vocabatur tabernaculum teſtimonij, quia ibi erat arca cuſtodita, ſicut in priori tabernaculo Moyſi, & in iſto tabernaculo erat, nunc vnica porta, ſcilicet, ad partem Orientalem eius, reliquę aũt partes non habebant portam, ſicut patet 3. Reg. 6. & apud portam illam erat iſte ianitor, erat autẽ alia pars templi, quę vocabatur exterior, in quam intrabant Sacerdotes, & Leuitæ ad miniſtrandum, & populares ad orandum, & iſta vocatur atrium, quæ ſolum habebat parietes in circuitu, & non tectum, & in iſta erant multę portę per quatuor ventos mundi, & ibi erant multi Leuitę cuſtodientes, & de iſtis dicitur infra, q̃ erant diſpoſiti oſtiarij per quatuor ventos cœli. Erat autem honorabilior cuſtos, qui cuſtodiebat portam tabernaculi ſiue templi interioris, eo quòd illa erat venerabilior. *Omnes hi electi in oſtiarios per portas.* Ideſt, omnes ſupra poſiti fuerunt electi poſt reditũ de Babylone, vt eſſent oſtiarij, & quidã erant in portis atrij, qui erant exteriores, alij verò in portis tabernaculi, ſcilicet, in porta vnica, quæ erat interior, & fuit facta iſta electio per populum, vel per Sacerdotes, qui habebant adminiſtrationem ſuper Leuitas, vt ſupra dictum eſt. *Ducenti, & duodecim.* Quamquàm hic non exprimantur nomina omnium iſtorum, tamen expri- E
mitur ſaltẽ numerus, ſcilicet, quòd omnes iſti ſimul tam ianitores portarum exteriorum, quàm interiorũ erant ducenti, & duodecim. *Deſcripti in villis proprijs.* Ideſt aſſignati erant per villas ſuas, ſcilicet, quòd quamquàm habitarent, vt communiter in Ieruſalẽ, tamen non erat ibi habitatio eorum, ſed habebant loca, quæ aſſignata fuerant eis a principio in habitationes, & ibi manebant toto tempore, quo non miniſtrabant, & cum veniret tempus ſuum, vt miniſtrarent, veniebant in Ieruſalem ad templum, & quia manſio ſua immobilis non erat in Ieruſalem, ſed in

P alijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

alijs locis nominabantur capita eorum per alias vr- F
bes, & non per Ieruſalem. Iſti aſſumpti fuerant ianitores tempore Dauid, ſcilicet, quòd ab eo tempore incęperat iſte ordo, ſecundum quem nunc iſti miniſtrabant.

Quos conſtituerunt Dauid, & Samuel videns. Ideſt cõſtituti ſunt in ianitores per Dauid, & Samuelem, qui vocatur videns, ideſt, Propheta, quia temporibus ſuis ſic vocabatur Propheta, primo Regum nono. & non eſt ſenſus, quòd Samuel, & Dauid inſtituiſſent iſtos, quia non potuiſſent tanto tempore viuere, ſed eſt ſenſus, quòd Samuel, & Dauid inſtituerunt ordinem miniſtrandi iſtorum Leuitarum, qui durabat etiam in iſtis, qui nunc miniſtrabant, quamquam multa tempora media intercidiſſent. G

In fide ſua. Poteſt intelligi dupliciter, vno modo referendo ad Dauid, & Samuelem, ſcilicet, quòd ipſi in fide ſua, ideſt, in deuotione ſua ſtatuerunt iſtum ordinem: nam fuerunt valde zelantiſſimi circa cultum Dei, & deſiderantes illum ampliare, & ad hoc fecerunt ordinationes Sacerdotum, & Leuitarum. Secundò poteſt intelligi referendo ad iſtos Leuitas, ſcilicet, quòd inſtituti ſunt in fide ſua, ideſt, iſtituti ſunt ad miniſtrandum ſecundum fidem ſuam ita quòd non petatur ab eis ratio miniſtrationis: ſic enim dicitur tertio Regum duodecimo, & quarto Regum vigeſimoſecundo, de præpoſitis operum, quòd non fiebat ſibi ratio expenſarum, ſed in fide pecuniam tractabant, ideſt, committebatur fidelitati ſuę. H

An verum ſit, quòd Dauid, & Samuel conſtituerint Leuitas iſtos. Quæſt. XII.

QVAERITVR Quomodo Dauid, & Samuel conſtituerunt Leuitas iſtos, vt miniſtrarent: nam videtur impoſſibile, quia iſtud inſtitutum eſt in fine regni Dauid, quando iã erat ſenex, & plenus dierum, vt patet infra vigeſimo tertio, & tamen tunc mortuus erat Samuel, vt patet primo Regum vigeſimoquinto. ideo non conſtituerunt ambo iſtam miniſtrationem. Aliquis dicet, quòd Dauid, & Samuel conſtituerunt iſtam miniſtrationem a principio, poſtea verò mortuo Samuele Dauid promulgauit eam, cum iam eſſet mortuus Samuel. I

Sed dicendum, quòd non ſtat, quia Dauid non poterat cõſtituere iſta antequam eſſet rex: & tamen nũquam fuit rex Iudę, nec Iſrael viuente Samuele, quia Samuel mortuus eſt, quando Dauid fugiebat a facie Saulis, primo Regum vigeſimoquinto. ideo nunquam conſtituerunt ambo iſtud. Nicolaus autem dicit, quòd non conſtituerunt Samuel, & Dauid iſtud, ſed Samuel dedit doctrinam Dauid qualiter deberet iſtud conſtituere. Sed iſtud non ſtat omnino, quia qui ſuadet alteri aliquid conſtituere non conſtituit illud, & ſic non diceretur, quòd Dauid, & Samuel conſtituerunt, ſed quòd Dauid conſtituit. Secundò patet, quia etiam non videtur hoc, quòd Samuel aliquando cõſuluerit Dauid facere iſta, & hoc videtur propter duo. Primò, quia Dauid recepit omnia iſta a Deo reuelante tam ea, quę iuſſit fieri in templo, quàm ordinationes Sacerdotum, & Leuitarum, vt patet infra 28. omnia venerunt ſcripta ad me manu Domini, vt intelligerem vniuerſa opera exemplaris, ideo non opus erat vt quiſquam hominum eum doceret, cùm Deus eum perfectę doceret. Secũdo patet, quia nõ videtur aliquod tempus, in quo Samuel conuenienter docere poſſet Dauid iſta, eo ꝙ mortuus eſt Samuel, cum adhuc nondum eſſet rex Dauid, ſed profugus ambularet a facie Saulis, & Samuel non auderet communicare Dauid ne incurreret ſuſpitionem aliquam, quam conciperet cõtra eũ Saul. Sicut patet quando Deus miſit eum ad vngendum Dauid in Bethlehem, non audebat ire illuc, dicens; audiet enim Saul, & interficiet me, primo Regum decimoſexto. K

Dicendum ergo videtur, quòd Dauid non habuit conſilium ad hoc a Samuele; nec etiam ambo ſimul ſtauerunt alquando quidquam ſuper hoc, quia nunquam fuerunt ſimul in aliquo tempore, in quo poſſent conſtituere, ſed intelligitur copulatiuè, & non copulatim, ſcilicet Dauid, & Samuel conſtituerunt. i. Samuel prius per ſe conſtituit aliquid circa ordinem Leuitarum, & Sacerdotum, & poſtea etiam Dauid ſtatuit alia circa idem, & tunc ſtat verum de vtroque quòd conſtituit iſtud, licet ambo non conſtituerint ſimul. & iſtud rationabile eſt valde: nam de Dauid non eſt dubium quoniam ipſe per ſe ſine Samuele conſtituerit multa circa Sacerdotes, & Leuitas infra vigeſimotertio, & vſque ad finem libri: de Samuele autem ſatis eſt veriſimile, quia ipſe erat Propheta Domini, & per hoc ſciebat quid Deus vellet. Etiam erat princeps populi, quia erat iudex, & tempore ſuo nemo alius principabatur in Iſrael, & ſic poſſet facere quidquid vellet, & non ſolum dum ipſe ſolus erat iudex poterat ſtatuere hoc, ſed etiam tempore Saulis poterat illud facere, quia Saul quãdo fuit bonus obediuit Samueli in omnibus tamquam patri, vt ſatis colligitur primo Regum a ca. nono, vſque ad decimũquintũ. Item patet efficacius, quia infra vigeſimoſexto, habetur quomodo Samuel, & Saul cõſtituerint Leuitas theſaurarios in tẽplo Domini, & per manus eorum conſecrauerint theſauros Domino cum dicitur. Hęc autem vniuerſa ſanctificauit Samuel videns, & Saul filius Cis, & Abner filius Ner, & Ioab filius Saruiæ. Sicut ergo Samuel, & Saul diſpoſuerunt Leuitas in theſaurarios, ita diſponerent de eis ianitores, & quædam alia officia licet nihil iſtorum factum fuerit plenè vſquequo Dauid illa inſtituit, de quibus late infra vigeſimotertio vſq; ad finem libri. L

Tam ipſos quàm filios eorum. Ideſt non ſolum Dauid, & Samuel ſtatuerunt, quòd illi Leuitę, qui erant tempore ipſorum miniſtrarent in his officijs, ſed etiam quòd omnes poſteriorum miniſtrarent in eiſdem, vt non oporteret quotidie circa hoc fieri nouam ordinationem. Et fiebat hoc in veteri teſtamento vbi officia Sacerdotalia, & Leuitica, conſequebantur progeniem, quia licebat Sacerdotibus, & Leuitis habere vxores, & cum filij legitimi eſſent ex honeſto matrimonio procreati, iuſtum erat, ꝙ ipſi ſuccederent in honoribus patrum: nunc autem ſecus eſt, quia Sacerdotibus, & alijs viris Eccleſiaſticis non licet habere vxores, ideo ſi aliquando filios habuerunt illegitimi ſunt, & ob id indigni ſunt, vt in paternis dignitatibus ſuccedant, cum etiam in ſęcularibus dignitatibus ipſi illegitimi locum ſuccedendi non habeant, & ſic poſt reditum de Babylone cęperunt illi miniſtrare in domo Domini in omnibus officijs, quorum patres, & aui miniſtrauerant prius in eiſdem, & ob hoc dicitur, ꝙ ordinatum fuit tam de patribus, quàm de filijs ſcilicet per omnes ſucceſſiones. M

In oſtiis domus Domini, et in Tabernaculo vicibus ſuis. Per quatuor ventos erant oſtiarii, ideſt, ad Orientem, et ad Occidentem, et ad Aquilonem, et ad Auſtrũ. Fratres aũt eorũ in viculis morabantur, et veniebãt in Sabbathis ſuis de tempore vſq; ad temp⁹. His

His quatuor Leuitis creditus erat omnis numerus ianitorum, & erant ſuper exedras, & theſauros domus Domini. Per gyrum quo que templi Domini morabantur in cuſtodijs ſuis, vt cum tempus fuiſſet ipſi mane aperirent fores. De eorum grege erant, & ſuper vaſa miniſterij: ad numerum enim, & inferebantur vaſa, & offerebantur. De ipſis et qui credita habebant vtenſilia Sanctuarij, præerant ſimilæ, et vino, et oleo. et thuri, et aromatibus. A

In oſtijs domus Domini, & in Tabernaculo. Poteſt intelligi dupliciter: vno modo, quòd quidam erant Leuitæ miniſtrantes in cuſtodia portarum atrij, in quo erant multæ portę, & alij Leuitę erant cuſtodientes portam vnicam Tabernaculi, quę erat porta interior, & tunc dicebantur aliqui miniſtrare in oſtijs domus Domini, ideſt, in oſtijs atrij, & alij in Taberna culo, ideſt in oſtio Tabernaculi, quod vnum erat. Secundò poteſt intelligi, quòd quidam Leuitæ erãt oſtiarij, ſiue in portis exterioribus, ſiue in interiori, & omnes iſti habebant vnum officium, ſcilicet, ianitorum, & de iſtis dicitur: In oſtijs domus Domini, ideſt, quòd ſeruiebant in cuſtodia portarum totis domus Domini. Alij Leuitę habebant alia miniſteria, ſicut cantores, qui continuè laudabant Dominum in templo, & iſti erant diuiſi per vigintiquatuor ſortes infra vigeſimoquarto: & de iſtis dicitur, quòd miniſtrabant in Tabernaculo, ſcilicet, in atrio, nam nõ intrabant Leuitæ in Tabernaculum interius, vbi erat ſancta Sanctorum, ſed ſolus ſummus Sacerdos, etiã non introibant in partem Tabernaculi priorem, vbi erat altare Thymiamatum, & candelabrum, & menſa propoſitionis, ſed Sacerdotes minores introibant illuc ad miniſtrandum, de quo ad Hebrę. nono. Leuitę autem ſolum introibant in atrium, & ibi cantabãt, quia tamen iſti non manebant in portis cuſtodientes ſicut ianitores, ſed intra atrium canebant, dicebantur miniſtrare in Tabernaculo. Et quamquam vtraque expoſitio ſit conueniens, ſecunda eſt melior. B

Vicibus ſuis. Ideſt, miniſtrabant per vices, & tempora ſua: nam erant diſtributi per familias, & ſortes, & vna familia miniſtrabat vna hebdomada, & alia ſequenti hebdomada, & ſic continuabatur miniſterium inter Leuitas, ſicut dicitur intra fratres eorum veniebant in Sabbathis ſuis de tempore vſque ad tempus.

Per quatuor ventos erant oſtiarij. Ideſt, erant oſtiarij diſpoſiti per portas reſpicientes ad quatuor ventos cœli, & dicitur de quatuor ventis ad ſignificandum totum circuitum Sanctuarij: nam ad quamcunque partem mundi reſpiciamus neceſſe eſt, quòd vertamur ad aliquem ventum, ideſt, ad partem, de qua ſolet flare aliquis ventus. Intelligendum autem, ꝙ eſt hoc verum de portis atrij, quia atrium templi, quod circundabatur muro, & non habebat tectum habebat portas per omnes partes ſuas, vt populus liberius intraret, & tamen in Tabernaculo non erat niſi vna porta ad partem Orientalem, vt colligitur tertio Regum ſexto. ideo iſti ianitores, de quibus hic dicitur erant ianitores atrij. C

Ideſt ad Orientem, & Occidentem, & ad Aquilonem, & ad Auſtrum. Nominat hic quatuor partes mundi oppoſitas a quibus flant quatuor venti, quos Cardines appellamus, ſcilicet, ab Oriente Subſolanus, & ab Occidente Fauonius, & a Meridie Auſter, & a Septẽtrione Aquilo. Alij autem octo ſunt collaterales iſtorum quatuor, quia quilibet illorum habet duos collaterales, & ſic efficiuntur duodecim venti flantes a duodecim cardinibus mundi. Nos tamen quatuor illorum communius appellamus, quàm alios, quia alij non ſunt tam cogniti apud vulgus, ideo de eis non eſt aliqua mentio hic. D

Fratres autem eorum in viculis morabantur. Scilicet alij Leuitę fratres iſtorum Coreitarum, qui erant eis ſimiles in officijs, morabantur in viculis, ſcilicet, per diuerſa loca in circuitu Ieruſalem, & iſtud commune erat omnibus Leuitis a principio, quia habitarent in diuerſis tribubus: Ioſue vigeſimoprimo. & ſupra ſexto. Nunc quoque poſt reditum de Babylone factum eſt etiam hoc: nam habitabant diſperſi per loca ſicut prius: prętер illos, qui nunc in Ieruſalem habitabant ad replendum vrbem propter cauſam ſupradictam.

Et veniebant in Sabbathis ſuis. Ideſt, veniebant in Sabbathis ad miniſtrandum: omnis enim miniſtratio incipiebat in Sabbatho, & finiebat in alio Sabbatho. Pro quo ſciẽdum, quòd iſtud fuit generale tam apud Sacerdotes, quàm apud Leuitas, quòd ipſi miniſtrarent de Sabbatho in Sabbathum: iſtud non fuit tempore Moyſi, quia ipſe ſolum ſtatuit de officijs, quæ pertinebant ad Leuitas, & quæ ad Sacerdotes: tamen non ſtatuit an deberent miniſtrare ſimul, vel per ſucceſſionem: Dauid autem inſtituit iſtud, diſtinxit enim Sacerdotes per vigintiquatuor ſortes infra 24. & miniſtrabant eo ordine, quo ibi habentur, ſcilicet, ſecunda poſt primam, & tertia poſt ſecundam, & quælibet miniſtrabat vna hebdomada incipiens in Sabbatho, & finiebat in die veneris ſequenti, & in eadem die venit tota illa ſors Sacerdotum, cui competebat miniſtratio ſequenti hebdomada in Ieruſalem, & miniſtrabat in Sabbatho, & in tota hebdomada ſequenti, & recedebant ad loca ſua illi, qui miniſtrauerant præcedenti hebdomada, & ſic ſuccedebant ibi omnes vigeſimoquarto ſortes Sacerdotũ, & illa ſors, quę nũc miniſtraret non miniſtrabat vſque ad vigintiquatuor hebdomadas, quæ faciunt dimidium annum ferè, & tanto tempore quieſcebat quælibet ſors Sacerdotalis in loco ſuo, & denuo redibat ad miniſtrandum. Idem modus erat in Leuitis cantoribus: nam diſtincti erãt per vigintiquatuor ſortes, ſicut Sacerdotes infra vigeſimoquinto: ideo quælibet ſors ſeruiebat per vnã hebdomadam, & poſt vigintiquatuor hebdomadas iterum ſeruiebat. De oſtiarijs autem, & alijs Leuitis habentibus officia dicendum eſt, quòd diuiſi etiam erant per ſortes, vt patet ſupra in litera: & tamen quot erant ſortes eorum non apparet, ſicut de cantoribus: ideo etiam ipſi miniſtrabant per hebdomadas, ſicut cantores incipientes in Sabbathis, & finiebat in eiſdem. De iſta adminiſtratione de Sabbatho in Sabbathum habetur quarto Regum vndecimo, ſcilicet. Tertia pars veſtrum introeat Sabbatho, & obſeruet excubias domus regis. Tertia autem pars ſit ad portam Seir, & tertia pars ad portam, quę eſt poſt habitaculum ſcutariorum, & cuſtodietis excubias domus Meſſa. Duæ vero partes ex vobis omnes egredientes Sabbatho. Et ſic dicuntur intrare Sabbatho, qui veniebant nouiter ad miniſtrandum Sabbatho: dicuntur egredi Sabbatho, qui die Sabbathi expleta miniſtratione ſua recedebant de templo, idem patet ſequenti lib. c. 23. ſcilicet, tertia pars veſtrũ qui veniunt ad Sabbathum Sacerdotum, & Leuitarũ, & ianitorũ erit in portis. Et ſic patet, ꝙ oẽs miniſtrationes Sanctuarij, tã Sacerdotum, ꝙ Leuitarũ incipiebant Sabbatho, & finiebant Sabbatho. *De tẽpore vſque ad tempus.* Ideſt iſtud fiebat per diuerſitatem tẽporum, E

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia de longo tempore ad longum tempus veniebat F
ministratio cuilibet sorti Sacerdotum, & Leuitarũ,
quia de Sacerdotibus, qui nunc ministrabat nõ debe
bat ministrare vsq; ad vigintiquatuor hebdomadas,
& ita erat de cantoribus, de alijs autem Leuitis nõ ap
paret quantum tempus haberent inter ministratio-
nem, & ministrationem, eo quòd nesciretur quot
erant sortes ipsorum. *His quatuor Leuitis creditus erat om-
nis numerus ianitorum.* Ideſt, His quatuor Leuitis su-
pra nominatis erant crediti, ideſt commendati,
vel dati omnes alijs ianitores, quia isti quatuor erant
principes illorum, & isti sunt Sellũ, & Acub, & Thel-
mon, & Achiman, vt patet supra in litera.

Et erant custodientes exedras, & thesauros domus Domini.
Ideſt isti ianitores non solum custodiebant portas tẽ G
pli, vt non introiret aliquis immundus, vel cui nõ cõ-
peteret introire, sed etiam custodiebant exedras, ideſt
quasdam paruas domos: istę enim erant in circuitu tẽ
pli intra atrium, & in eis erant thesauri templi, & ve-
stes Sacerdotum, & Leuitarum, cũ quibus ministra-
tio fieri debebat, & etiam in domibus illis morabantẽ
Sacerdotes, & Leuitę eo tempore, quo ministrare
debebant: istas aurem exedras, & thesauros reondi-
tos in eis custodiebant isti ianitores, quia sicut quidã
volunt, ijdem erant ianitores, & custodes thesaurorũ
sed an hoc verum sit infra 25. declarabitur.

*Per gyrum quoque templi Domini morabantur in custodijs
suis.* Ponitur locus habitationis istorum ostiariorũ, H
& dicitur, quòd habitabant per gyrum templi. ſ. intra
atrium in quibusdam domibus, quę coniunctę erant
muro templi per circuitum, & illę vocantur exedrę:
& in eis manebant per noctem, vt clauderent portas
templi a parte interiori, & quando opus esset illas ape
rirent in aurora, & dicitur in custodijs suis. i. in domi-
bus assignatis custodibus ad manendum, & illę vocã-
tur exedrę, vel dicitur in custodijs, quia habitabant in
tra atrium templi permanentes semper in custodijs,
ideſt, in actu custodiendi. *Vt cum tempus fuisset ipsi mane
aperirent fores.* Ista est causa quare morabantur custo
des intra atrium. ſ. quia si morarentur extra, non pos-
sent venire tam promptè ad aperiendum ostia tem-
pli quocũque tempore opus esset aperiri, sicut si ma- I
nerent in templo, potissime, quia necesse erat aliquos
manere semper per noctem intra templum, eo quòd
Sacerdotes faciebant quotidie sacrificium matutinũ
& vespertinum, quia istud erat iuge, vt patet Exo. 29.
& Num. 28. Sacrificium tamen vespertinum incipie
bat cremari ab occasu Solis, & durabat tota nocte vs
que ad ortum Solis, vt patet Leuit. 6. ideo oportebat
Sacerdotes ibi esse tota nocte ad disponendum sacri-
ficia ista in altari. In Hebræo dicitur, quolibet mane,
quolibet mane ipsi super clauem. Et est sententia de
curtata, & barbara, & dicitur bis quolibet mane, ad
significandum continuitatem, & loco huius litera no
stra plenè posuit, vt cum tempus esset, ipsi mane ape-
rirent fores. Et satis significat hoc litera Hebraica, sci
licet, ipsi super clauem, ideſt, ipsi habebant potestatẽ, K
& officium aperiendi quolibet mane, & quolibet ma
ne, ideſt, in tempore, & potissimè dicitur de mane, qa
portę aperiebantur in aurora, per diem autem non
claudebantur.

De horum genere erant, & super vasa ministerij. Ideſt nõ
solum Coritę custodiebant portas, sed etiam de gene
re eorum erant aliqui, qui custodiebant vasa minis-
terij. Considerandum est, quòd in templo erant ma-
gni thesauri auri, & argenti, & lapidum precioſorum
ad fabricandum vasa pro ministerio Domini, & etiã
ad emẽdum de thesauris, id quod opportunum esset
templo Domini. Alia autem erant in templo Do-
mini, quæ non propriè erant thesauri, cum non esset
massa auri, & argenti, vel aliarum rerum precioſarũ,
sed erant vasa fabricata ad quotidianam ministratio-
nem in templo. Prima vocabantur thesauri domus
Domini, & secunda non. Prima etiam custodieban
tur in locis magis secretis, quia non oportebat ea ad
ministrandum educi. Secunda autem non erant in
tam secreta custodia cum deberent prędari ad quoti
dianã administrationem: & de istis dicitur hic, quòd
quidam de genere ianitorum tenebant ea, & non ap
paret ex hoc an ianitores custodirent thesauros, qui
quàm appareat, quòd de genere ipsorum erant, scili-
cet, de genere Coritarum, & sic potest stare, quòd nõ
essent ijdem thesaurarij, & ianitores.

*Ad numerum enim inferebantur vasa, & offerebantur de
ipsis.* Ponit modum, quo isti thesaurarij se habebant
circa administrationem officij sui in istis vasis, scili-
cet, quòd ad numerum recipiebant ea, & ad nume-
rum offerebant. Quando enim aliqua vasa a summo
Sacerdote nouiter dabantur istis thesaurarijs, recipie-
bant ea ad numerum, & tenebantur dare rationem
de illis summo Sacerdoti, quomodocunque peterẽ
& etiam ipsi quomodocunque dabant illa Sacerdoti
bus ad ministrandum dabant ad numerum, vt tene-
rentur Sacerdotes reducere eis eadem vasa: quando
enim thesaurarij recipiebant a summo Sacerdote de-
cebantur vasa inferre, quando verò dabant ea thesau
rarij Sacerdotibus ad ministrandum, dicebantur of-
ferri.

Et qui credita habebant vtensilia Sanctuarij. Ideſt the
saurarij, qui habebant commendata vasa Sanctuarij,
vocantur vtensilia ab utẽdo quęcunque ad vsum pe-
tinent, & ideo omnia supellectilia vocantur vtensi-
lia, quia ad vsum pertinent, & maxime competit
hoc vasis.

Præerant similæ. Ponitur quid pertinebat ad offi-
cium thesaurariorum, scilicet, nõ solum custodiebat
ipsi vasa aurea, & argentea, & ęnea, quę pertinebant
ad ministrationem Sanctuarij, sed etiam custodie-
bant similam, ideſt, farinam, & oleum, & vinum, &
thus, & aromata. Nam oportebat ista esse in tem-
plo ad quotidianam ministrationem, & ab aliquo cu
stodiri debebant, & non competebat hoc alicui ma
gis quàm thesaurario.

*Ad quid ea, quæ hic ponuntur pro templo Domini
erant. Quæst. XIII.*

QVAERITVR Ad quid erant ista, quæ ponũ
tur hic pro templo Domini.

Respondendum est, quòd ista quinque
erant necessaria ad ministrationes Sacerdo
tales. Erant enim ministrationes multæ, quę decla
ratę sunt Numeri decimooctauo. potissima autem
ipsarum erat oblatio sacrificiorum, & ad istam requi
rebantur multa: primum erat ipsę carnes, quę offere
bantur: nam occidebantur aliqua animalia, & crema
bantur supra altare secundum partem, vel totalite
secundum modos diuersos sacrificij, scilicet, holo
causti, & hostiæ pacificę, & pro peccato, de quo
rum cęremonijs habetur Leui. primo, & tertio, &
& 5. & 7. istud autem nõ pertinebat ad thesaurarios,
scilicet, custodire animalia, quę offerenda erant, qui
ista custodiebantur in agris. Secundum erat pani
nens ad sacrificia, quod vocabatur libamentum, id
cum omni sacrificio pacifico, & cum holocausto de
bamentum dandum erat: Numeri decimoquinto.
Istud autem libamentum continebat quinque, scili
cet, similam, vinum, & oleum, & sal, & thus. Tria pri
ma dabant cum mẽsura: nam in maioribus sacrificijs
ponebatur plus de istis, & in minoribus minus, vt

patet Numeri 15. de duobus secundis, scilicet, thure, A
sale, ponebantur ad voluntatem offerentium: nam
cum de istis parum dandum esset, non erat numerus,
nec mensura, de his duobus patet Leuit. 2. Hæc au-
tem omnia necesse erat seruari in Sanctuario, cùm
esset quotidianus vsus sacrificiorum, ideo thesaura-
rij ista seruare debebant, sicut, & ipsi quotidie dabant
vasa Sacerdotibus ad ministrandum, ita & simul da-
rent similam, vinum, oleum, & thus, & sal, sine qui-
bus non poterant ministrare. Nihil tamen dictum
est hic de sale, quia fortè Scriptura non curauit, & ta-
mẽ sal erat maximè necessarium in omni sacrificio,
vnde alia libamenta non dabantur in omnibus sacri-
ficijs: sal autem ponebatur in omnibus: sic patet Le-
ui. 2. scilicet. Non auferes sal fœderis Dei tui de sacri- B
ficio tuo, in omni oblatione offeres sal. Erat autem
alia ministratio Sacerdotum ponendo panes super
mensam propositionis de Sabbatho in Sabbathum,
vt patet infra in litera; & Leuit. vigesimoquarto. Et
fiebant panes illi de simila, quorum modum posui-
mus Leuit. vigesimoquarto. Et ob hoc oportebat,
quòd Sacerdotes haberent similam, de qua confice-
rent illos, & istam tenebant thesaurarij templi. Alia
ministratio erat componere quotidie lucernas in cã
delabro bis in die, scilicet, in mane, & vespere: Exodi
trigesimo. & hoc fiebat ponendo oleum in vasis lam
padum, & locando lichnum, ideo ad hoc thesaurarij
custodire debebant multum de oleo.

Alia ministratio erat Sacerdotum, scilicet, quòd C
ponerent quotidie incensum super altare thymiama
tum mane, & vespere: Exodi trigesimo. Et ad hoc
oportebat, quòd multa aromata custodirentur in tẽ-
plo, de quibus cremarentur in altare, vel vt ex illis
cum alijs speciebus fieret thymiama: nam thymia-
ma componebatur ex multis, & omnia illa vocan-
tur generaliter aromata. De pondere autem illo-
rum, & modo confectionis habetur Exodi trigesi-
mo. etiam ponebant Sacerdotes super panes propo-
sitionis thus, vt declaratum est Exodi vigesimoquin-
to, & Leui. vigesimosexto. & ad hoc oportebat, quòd
multum thus haberent thesaurarij templi, & istud
etiam intelligebatur nomine aromatum. Ponuntur
autem hic quinque, & tamen sunt sex, quia subtice-
tur sal, & quędam eorum sunt ad multas ministratio D
nes, alia vero ad vnicam: nam simila ad duas mini-
strationes erat, scilicet, vt de ea poneretur in quoli-
bet sacrificio holocausti, & pacifico: Numeri decimo
quinto. Secundum erat, vt de ea formarentur pa-
nes propositionis a Sacerdotibus: Leuit. vigesimo-
quarto. oleum autem erat ad ministrationes duas.
Prima erat in sacrificijs: nam ponebatur oleum cum
quocunque holocausto, & hostia pacifica: Numeri
decimoquinto. secunda erat in collocatione, & dispo
sitione candelabri, cum Sacerdotes quotidie infunde
rent oleum in lampades. Tertia ministratio erat, li-
cet rara, ad conficiendum vnguentum, quod vocatur
oleum vnctionis, quo vngebatur summus Sacerdos, E
& reges, & vasa Sanctuarij antequam applicarentur
sacrę administrationi. Sic enim iussit Deus a princi
pio totum Tabernaculum, & omnia vasa eius vngi,
& sic factum est, vt patet Exodi trigesimoprimo, &
quadragesimo, & septimo. Nume. Vinum autem ad
vnicam ministrationem necessarium erat, quia solũ
de illo ponebatur in sacrificijs. Numeri decimo-
quinto, potest etiam esse alia ministratio olei, & simi
lę quæ quodammodo reducitur ad prædictas, scilicet
quod faciebant lagana, & coliridas, & alia genera pa-
num frixorum in sartagine, de quibus Leuit. secũdo,
& septimo. de his etiam dicitur infra in litera, quòd
Sellus erat pater Mathathię Coritę, qui erat princeps

Alph. Tost. in lib. I. Paralip.

corum, quę frigebantur in sartagine. Oleum etiam
ad eandem ministrationem erat, quia simila frigeba-
tur in oleo, & sic cuilibet istorum respondebant mul
ti vsus. Aromata autem erant necessaria ad multas
ministrationes, prima erat ad hoc, quòd cremaretur
in sacrificio thus, & cum ipsis carnibus, vt tolleret
malum odorem, & ideo in omni sacrificio offerebã-
tur thus, nisi fuisset sacrificium ignominiosum, sicut
erat illud quod fiebat ad ostensionem veritatis Zelo-
typi: Numeri quinto. Secunda erat, vt poneretur,
& maneret semper thus super panes propositionis
in mensa, vt patet Leuit. vigesimoquarto. Tertia erat
ad hoc, quòd poneretur in confectione thymiama-
tis, quia ibi erant multę species, de quibus erat thus:
Exodi trigesimo. Quarta erat ad conficiendum oleũ
vnctionis, quia illud fiebat ex varijs aromatibus, vt pa
tet eodem capitu. omnia ergo ista custodienda erant
in templo a thesaurarijs pro istis ministrationibus.
Sed obijcietur, quòd istud nõ erat necessarium, quia
quandocunque aliquis offerebat sacrificium, ipse etiã
offerebat libamenta, scilicet, vinum, oleum, & similã,
in mensura certa: Numeri decimoquinto. ipse etiam
offerebat simul sal, & thus, Leui. 2.

Respondendum, quòd sicut supra dictum est ea,
quæ ponuntur hic non solum proficiũt ad sacrificia,
sed etiam ad multa alia, ideo licet aliquo modo ipsi
populares darent ea, quę necessaria erãt in sacrificijs,
quando offerebant: illa tamen non darentur pro alijs
ministrationibus, quia ipsi nullam aliarum faciebãt;
ideo pro illis necesse erat seruari ista in Sanctuario, sci
licet, pro panibus propositionis, pro necessitate lucer
narum, pro oblatione thymiamatis in altari, & pro cõ
fectione olei vnctionis, & thymiamatum.

Aliter adhuc dicendum, qꝰ etiam populares non
prouidebant sufficienter in his pro sacrificijs: nam sa-
crificia erant duplicia, quędam erant spontanea, &
alia erant ex necessitate. Spontanea fiebant a populo,
& in his ipsi populares dabant omnia necessaria: alia
autem erãt sacrificia ex necessitate, & ista adhuc erãt
duplicia, quædam erant sine temporis determinatio-
ne, alia autem in temporibus determinatis. Prima
dabantur a populo, & illa non oportebat per Sacerdo
tes recipere, quę necessaria erant: sic erat de sacrificijs
pro peccato secundum diuersos modos: Leui. 4. & 5.
& sacrificia ad emundationem, sicut sacrificia pro pa
rientibus: Leui. 12. & pro emundatione leprosorum:
Leui. 14. & pro emundatione fluentium semine, &
mulierum fluentium sanguine extra tempora men-
struorum: Leuit. decimoquinto. ad hæc omnia tene
bantur populares quando talia peccata, & delicta fie
rent, vel tales emundationes inciderent, & tamen
nõ erat tempus certum, in quo ista fieri deberent: cũ
per accidens esset, quòd aliquis incideret in tales
immunditias, quibus deberet mundari per sacrifi-
cia.

Alia erant sacrificia necessaria & determinati tem-
poris, & istorum quædam erant iugia, scilicet, sacri
ficium matutinum, & vespertinum, quę quotidie
offerebantur in vespere, & in mane: alia erant, quæ
offerebantur certis diebus, sicut sacrificia Sabbatho-
rum, & Kalendarum, & Phase, Azymorum, & Pente
costes, Clangoris, & Expiationis, & Tabernaculorũ,
de quibus Numeri vigesimooctauo, & vigesimono-
no. & in his quamquam offerrentur aliqua sacrificia
spontanea, quæ essent similia istis, nunquam cessabãt
ista, vt patet ibidem, & tamen ista non fiebant a popu
lo, sed de expẽsis templi, ideo oportebat, quòd etiam
pro istis sacrificijs, quę multa erant Sacerdotes habe-
rent recondita in templo omnia necessaria, & ista cu
stodiebantur a thesaurarijs.

Filij autem Sacerdotum vnguenta ex aro matibus conficiebant. Et Mathathias Leuites primogenitus Sellum Coritæ, præfectus erat eorum, quæ in sartagine frigebantur. Porro de filijs Caath fratribus eorum, super panes erant propositionis, vt semper nouos per singula Sabbatha præpararent.

Filij autem Sacerdotum. Hic ponitur vnum officium Sacerdotum, scilicet, conficere vnguentum ex aromatibus, nam Leuitę, qui erant thesaurarij, custodirent omnia, quę supra dicta sunt: non faciebant ipsi aliquid de eis, sed Sacerdotes faciebant omnia hæc, ideo ipsi accipiebant ista aromata, & miscebant ea in pondere, & proportione, de quibus Exo. 30. & conficiebant inde oleum vnctionis, quod vocatur hic vnguentum. Etiam conficiebant Thymiama, quod erat alterius modi, scilicet, tamquam puluis minutissimus. Exo. 30.

Vnguenta ex aromatibus conficiebant. Aromata vocantur large omnes illę species odoriferę, ex quibus fiebat mixtio, vt fieret inde oleum vnctionis, vel thimiama, quia omnium istorum confectio pertinebat ad Sacerdotes, & hoc erat propter dignitatem istorum, & non licebat alicui hominum facere vnguentum talis compositionis, vt eo vngeretur, nec tale thimiama, vt eius odore frueretur sub pœna mortis: vt patet Exo. 30. & ista etiam videbatur alia causa, quare solis Sacerdotibus licebat conficere thimiamata, & vnguenta, scilicet, ne alij assuefacerent se ad faciendum talem compositionem, & aliquando pro seipsis facerent, vt patet Exo. 30. in sententia: nam ea quę homo frequenter facere solet faciliter inclinatur ad faciendum: & sic si ista facerent populares, interdum postea vellent pro se facere.

Et Mathathias Leuites. Non est iste Mathathias pater Machabęorum, quia ille multo tempore post istū fuit, quia iste fuit in reditu de Babylone, Machabęi autem fuerunt plusquam per trecentos annos postea, vt colligitur per Iosephum 10. & 11. & 12. Antiqui. Etiam quia iste Mathathias fuit Leuites, ideſt, de officio Leuitarum: Mathathias autem pater Machabęorum fuit Sacerdos: nam tres filij sui, scilicet, Iudas, Ionathas, & Simeon, successiuè fuerunt Sacerdotes, vt patet per processum primi Machabęorum.

Primogenitus Sellum Coritæ. Iste Sellum erat ille, de quo supra dictum est, quòd fuit filius Core, & quia iste Mathathias fuit primogenitus patris sui Sellum fuit princeps inter fratres suos.

Præfectus erat eorum, quæ in sartagine frigebantur. Ideſt habebat curam de omnibus illis, quæ frigebantur in sartagine ad necessitates templi. Pro quo sciendum, quòd in Sanctuario fiebant diuersa genera panum ad offerendum cum sacrificijs: nam fiebant lagana oleo lita, etiam fiebant coliridę, quę erāt frixę in oleo & etiam panes de simila perfundebantur oleo: Leui. 2. & 7. & istud fiebat potissime in sacrificijs pacificis: Leui. 7. & quando populares offerebant ista sacrificia dabant cum eis istos panes frixos: Leui. 7. quia tamen interdum debebant fieri sacrificia de sumptibus templi, & pro eis erant necessaria varia genera panum frixorum: oportebat, quòd Sacerdotes, vel Leuitę frigerent ista in sartagine, & ad faciendum ista erat positus princeps Mathathias Corita.

Porro de filijs Caath fratribus eorum super panes erant propositionis. Vocantur filij Caath omnes Leuitæ, qui erant de stirpe Caath prętер Coritas: nam de stirpe Caath descendit Aaron de cuius progenie fuerunt Sacerdotes, & isti non computantur inter Leuitas: descenderunt etiam prætер Sacerdotes quatuor familię, scilicet, Amramitarum: Iessaritarum, Ozielitarum, Hebronitarum: Num. 3. & oēs isti erant Leuitę simplices, & isti erāt super panes propositionis. i. habebant curam de illis: vocātur autem panes propositionis, quia proponebant corā Dño: nā erat quędā mensa aurea intra templum ante sancta Sanctorum, vbi Deus habitare dicebatur, & super mensam illam erant semper duodecim panes magni in memoriam duodecim filiorum Israel: Leui. vigesimoquarto: & quia ponebantur ibi quasi coram Domino vocantur panes propositionis: Hebręi autem vocāt illos panes facierum, & dicunt, quòd istud erat, quia illi panes ex vtraque parte habebant eandem faciem, quia non erant facti in clybano, in quo pars inferior adureretur, vel contraheret nigredinem, sed erant facti in quibusdam vasis de ferro, sicut fiunt hostię, & sic contrahebant eandem faciem ex vtraque parte, sed falsum est, vt probatum fuit Leui. vigesimoquarto, & primo Regum 21. sed vocantur panes facierum, ideſt, faciei, quia coram facie Domini semper sunt in mensa propositionis, & istud est quod accepit litera nostra vocando panes propositionis, scilicet, quia proponuntur coram facie Dei.

Vt semper nouos per singula Sabbatha præpararent. Ideſt ad officium istorum pertinebat hoc. Modus autem erat, quòd qualibet die veneris ad vesperum coquebantur isti panes propositionis, qui semper erant duodecim, & in eodem die ad vesperum, vel in aurora diei Sabbathi ponebantur recentes super mensam propositionis, & manebant ibi per septem dies vsque ad diem veneris sequentem, & ponebantur tunc, ponebanturque in mensa propositionis, & auferebātur duodecim panes priores, qui iam erant duri, & illi pertinebant ad cibos Sacerdotum, vt patet Leui. vigesimoquarto, & iste modus fiebat per omnia Sabbatha. Erant autem illi panes tam sacri, vt non liceret alicui comedere de illis, nisi Sacerdotibus, vt patet Matth. 12. & Mar. 2. & Luc. 6. & tamen in necessitate nimia Abimelech Sacerdos dedit de illis ipsi Dauid fugienti a facie Saulis primo Regum vigesimoprimo. de cęremonijs autem istorum panum, & de omnibus quę eos tangunt declaratum est satis Leui. 24. & 1. Regum 21.

An verum sit, quòd Mathathias Corita præesset ijs quæ frigebantur in sartagine. Quæst. XIIII.

QVAERITVR Quomodo dicitur hic, quòd Mathathias Corita præerat ijs quę frigebantur in sartagine, & quòd filij Caath habebant curam de panibus propositionis: nā omnia ista pertinebant ad Sacerdotes: patet de panibus propositionis, vbi iubetur, quòd Aaron, & filij sui coquant illos: de ijs autem quę frigebātur in sartagine patet infra 23. Respondendum, quòd circa panes propositionis, & ea quę frigebantur in sartagine considerabantur duo: primum erat, quòd materialia eorum in templo seruarentur. Secundum erat, q̄ panes formarentur, vel q̄ in sartagine frigerentur. Primum istorum pertinebat ad Leuitas, quia ipsi erant thesaurarij: de hoc dī supra in litera, q̄ qui credita habebant vtensilia Sanctuarij prędrant similę, & vinoleo, & thuri, & aromatibus. Secundū pertinebat ad Sacerdotes: de hoc patet infra 23. s. Sacerdotes autem super panes propositionis, & ad similę sacrificium, & ad lagana, & azyma, & sartaginem, & ad torrendum, & super omne pondus, atque mensuram, scilicet, Sacerdotes erant super panes propositionis, quia ipsi

ipsi conficiebant eos, & coquebant, vt postea ponerent in mensa propositionis, etiam erant super sacrificium similę, ideſt, habebant curam de oblatione, quæ fiebat de simila, quia ipsi debebant accipere de illa quantum oportebat, & coquere, vel frigere, vel sic offerre, sicut requirebant cęremonię. erant etiam super lagana, quia lagana sunt quędam genera panum, quæ offerebantur cum sacrificijs, de quibus declaratum est Leui. secundo, & septimo. ista lagana coquebant, vel frigebant Sacerdotes: etiam ipsi erant super Azyma, quia ad eos pertinebat facere panes Azymos, qui interdum necessarij erant pro sacrificijs, vt patet Leui. septimo. etiam erant super omne pondus, & mensuram, ideſt, ad eos pertinebat accipere de quolibet libamento certam mensuram, sicut habetur Numeri 15. etiam accipiebant pondus certum de aromatibus, & alijs rebus ad compositionem thymiamathis, & oleum vnctionis: erant etiam super sartaginem, ideſt, ipsi frigebant omnia, quę in sartagine frigenda erant: erant etiam ad torrendum, quia torrere debebant in clybano, vel in craticula interdum panes, sicut habetur Leui. 2. omnia ergo hæc ad Sacerdotes pertinebant, & Leuitę non poterant se intromittere de aliquo istorum, cum autem dicitur hic, quòd Mathatias Corita erat princeps eorum, quę in sartagine frigebantur: non est sensus, quòd ipse frigeret illa, vel Leuitę, qui erant sub potestate sua, sed Sacerdotes hoc faciebant: & tamen habebat ipse curam omnium, quæ frigebantur in sartagine, quia debebat dare similam determinato tempore, & oleum ad frigendum quātum necessarium esset de quolibet, & istud erat ministerium, quia cum multi Leuitę essent thesaurarij quibusdam committebatur simila, & oleum ad faciendum inde panes frixos, & etiam ipsi habebant vasa, in quibus hæc fierēt, & offerebant omnia parata Sacerdotibus, quando ipsi deberēt frigere aliquid in sartagine, & Mathathias Corita habebat curam pręcipuam de istis, ideo dicebatur prefectus eorum, quę frigebantur in sartagine, alij thesaurarij tenebant similam necessariam ad faciendum panes propositionis, & alios panes, qui in clybano, vel craticula torrebantur Leui. 2. & isti erant filij Caath, scilicet, Leuitę, qui erant Ebronitę, Ozielitę, Amramitę, Gessaaritę autem erant ipsi. Coritę, ad quos pertinebant quę frigebantur in sartagine. Et cùm dicitur hic, quòd filij Caath erant super panes propositionis, vt semper nouos præpararent: est sensus, quòd dabant similam, & omnia necessaria ad hoc, quòd præpararentur, & tamen ipsi non pręparabant illos, sed Sacerdotes,

Hi sunt principes cantorum per familias Leuitarum, qui in exedris morabantur, vt die ac nocte iugiter suo ministerio deseruirent.

Hi sunt principes cantorum. Hic non ostenditur quid demonstretur, & tamen debet intelligi de Leuitis, & specialiter de Caathitis, de quibus dictum est: nam de omnibus familijs Leuitarum erant aliqui cantores, vt patet supra 6. nam de familia Caath erat Heman, de familia Gerson erat Asaph, de familia Merari erat Ethan.

Per familias Leuitarum. Scilicet. Quia, in qualibet familia erat vnus princeps cantorum, sicut supra dictū est domus paruę in circuitu laterum tēpli intra clauſtram atrij templi, in quibus morabantur Sacerdotes, & Leuitę, & etiam erant thesauri templi, vt patet

Alph. Tost. in lib. I. Paralip.

supra. Non erant tamen ibi omnes Sacerdotes, & Leuitę, sed illi soli, qui ministrare debebant tempore suo, sicut semper erat vna sors de viginti quatuor sortibus Sacerdotum in ministerio, & vna sors Cantorum, & alia ianitorum, & alia officialium quorumcūque templi, & cum isti expleuissent hebdomadam ministrationis suę egrediebantur de exedris templi, & ibant ad habitandum in ciuitatibus suis, & alij, qui ministraturi erant sequenti hebdomada morabātur in exedris, & sic semper erant ibi aliqui habitantes: hoc autem conferebat Sacerdotibus, & Leuitis ad magnam munditiam dupliciter, vno modo, quia nō poterant pollui cum vxoribus, cum non liceret eis egredi de Sanctuario tempore, quo ministrabant, & vxoribus suis non liceret intrare ad eos, & sic non miscebantur eis: nam si miscerentur efficerentur immundi, & non liceret eis offerre sacrificia, vel ministrare in aliquo genere ministrationis. Alio modo non polluebantur immunditijs, scilicet, communibus, quę solent accidere per contactum, nam existentibus eis in templo, non accidebat, quòd tangerēt aliquid, in quo polluerentur.

Ita vt die, & nocte iugiter in suo ministerio deseruirent. Ista est causa, quare morabantur per noctem in exedris, scilicet, quia ministrare debebant in templo per noctem, & tamen si non manerent in exedris, non possent ministrare in die, & nocte: ergo oportebat, quòd haberent domos exedrarum intra atrium templi, in quibus manerent quando ministrabant.

An verum sit, quòd isti ministrauerint per dies, & noctem. Quæst. XV.

QVAERITVR Quomodo est verum, quòd isti ministrabant per diem, & noctem, ideo oportebat, quòd manerent in exedris.

Respondendum, quòd istud refertur tam ad Sacerdotes, quàm ad Leuitas, quia de omnibus verum est, quòd ministrabant die ac nocte in suis officijs. De Sacerdotibus patet, quia ad eos pertinebat offerre sacrificia, cremare thymiama, & parare lucernas. Duo autem istorum non exigebant, quòd Sacerdotes manerent intra templum per noctem, quia adolere thymiama, & disponere lucernas candelabri fiebat bis in die, scilicet, in aurora, & in vespere, & eodem tempore fiebat vtrunque, & Sacerdos, qui faciebat vnum, faciebat aliud, vt patet, Exodi trigesimo. & sic non fiebat per noctem aliquid horum: sacrificia tamen fiebant per noctem. Pro quo sciendum quòd quædam erant sacrificia, quę fiebant a populo siue ex necessitate siue sponte, & alia fiebant de sumptibus templi, vt declaratum est supra in quadā quæstione. Prima istorum fiebant semper per diem, & communiter ante prandium, post meridiem autē iam transierat hora sacrificiorū, sicut declaratum est. tertio Regum decimooctauo, vbi dicitur. Postquam transit meridies, & illis prophetantibus venerat tempus, quo sacrificium offerri solet. Sic etiam patet quarto Regum tertio, scilicet. Factum est mane quando sacrificium offerri solet. Alia sunt sacrificia de sumptibus templi, & ista sunt duplicia. Prima sunt, quæ non fiunt quotidie, sed in festiuitatibus Sabbathorum, Kalendarum, Phase, Azymorum, Pentecostes, Expiationis, Clangoris, & Tabernaculorum, & omnia ista offerebātur ante meridiem, vel in meridie, sicut alia communia sacrificia. Secunda erant sacrificia iugia, & ista distinguebantur in matutinum, & vespertinum: maturinum fiebat oriente Sole, & de isto dicitur quarto Regum tertio. Factum est igitur mane quando sacrificiū offerri solet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacrificium vespertinum offerebatur in occasu Solis: erat enim vnus agnus anniculus, q in quolibet vespere immolabatur, & sacerdos diuidebat illū in frusta, & minutatim ponebat super altare ad cremandum, vt sic duraret tota nocte crematio illius: sic patet Leuit.6. scilicet. Hæc est lex holocausti, crematio in altari tota nocte vsque mane. Oportebat autem sacerdotem esse pręsentem, qui poneret frusta tim carnes super altare per totam noctem: ideo sacerdotes necessario morabantur intra atrium templi in exedris. De Leuitis autem ministrantibus idem modus erat. Patet de ianitoribus: nam ianitores debebant claudere ianuas, & aperire quocunque tempore opus esset, ideo manere debebant in atrio in exedris, sicut dicitur supra per gyrum templi morabantur in custodijs suis, vt cum tempus fuisset ipsi mane aperirent fores. De thesaurarijs autem idem patet, & hoc propter duo; primo, quia necesse erat, quòd ad bonam custodiam thesaurorum templi, quę eis commissa erat, ipsi manerent in exedris, vbi erant thesauri.

Secundò patet hoc, quia ipsi thesaurarij habebant vasa quotidianę ministrationis, sicut supra dicitur. s. de eorum gñe erant super vasa ministerij, & isti p noctem ministrabant sacerdotes in sacrificijs, & indigebant istis vasis: ideo oportebat, quòd essent thesaurarij in templo per noctem ad dādum omnia ista. Etiā ipsi habebant vestes, quibus sacerdotes vtebantur in ministrando, habebāt etiam similam, & oleum, & vinum, & thus, & aromata, & omnia necessaria ad sacrificia, vt patet supra: ideo vt darent ea sacerdotibus, p sacrificio, quod faciebant per noctem, oportebat q manerent ipsi in templo. De cantoribus etiam dicē dum est, quòd morabātur in exedris, & ministrabāt die ac nocte, quia ipsi cantabant laudes coram Domino: & hoc maxime quando fiebant sacrificia. Et quia per noctem faciebant sacrificium, sicut per diem, cantabant Leuitę per noctem, sicut per diem, & sic omnes ministri Leuitarum, & Sacerdotum per diem, & noctem ministrabant coram Domino, & ideo oportebat, quòd omnes morarentur in exedris tempore ministrationis suę.

An propter puritatem deberent isti in Sanctuario morari. Quæst. XVI.

QVAERITVR Vlterius de alia causa habitationis in exedris, scilicet, propter puritatem, quę requirebatur in ministratione, vt supra tangebatur, an propter puritatem istam deberent morari in Sanctuario.

Respondendum est, quòd sicut morabantur sacerdotes, & Leuitę in templo tempore ministrationis suę propter necessitatem ministrationis, vt declaratum est præcedenti quęstione: ita etiam morabantur ibi propter puritatem. In quo pręsupponendum, quòd nullus incurrens aliquam immunditiam de legalibus poterat ministrare coram Domino, immo etiam non poterat accedere ad templum, aut ad aliquam rem sacram, & si accederent morerentur, vt patet Leui.15. immunditię autem multiplices erant secundum legem, de quibus Leui.11. & vsque ad 21. & Nume.5. & 19. & in multis locis omnes istas non poterat aliquis euitare faciliter, si communicaret cū alijs hominibus in locis prophanis: Ideo vt nihil posset impedire ministrationem sacerdotum, & Leuitarum, manebant semper in Sanctuario tempore ministrationis, vt sic non incurrerent immunditiam. Patet enim hoc de sacerdotibus: nam tempore, quo cō secrati sunt Aaaron, & filij sui, iussit Deus, vt non exirent per septem dies de Sanctuario: Leui.8. & etiam tempore illo non licebat eis bibere vinum: Leui.10. Potissimum autem in quo possent Sacerdotes, & Leuitę pollui, si non manerent in templo tempore ministrationis, erat commisceri vxoribus suis, & tamen qui commiscebantur illis erant immundi vsque ad vesperum, & lauabant carnem suam: Leuit.15. & sic die illo iam non poterant ministrare. Cum autem vxores suę non possent accedere ad eos, quia non introibant ad exedras ipsorum, non poterant pollui in hoc. Etiam non poterant pollui in contactu aliarum rerum, quia in templo non erat aliquid immūdum: nam non erant ibi mortui, nec ossa mortuorum, nec etiam carnes immundę, vel mulieres menstruatæ, vel viri fluētes semine, vel alia huiusmodi, in quibus homines poterant pollui. Et sic vix aut nullo modo poterant pollui Sacerdotes, vel Leuitę: nisi ipsi vellent se sponte polluere. Hoc autem verum est, nisi ex quibusdam nimis excogitatis, vtpote circa pollutionem carnis: nam licet in templo Sacerdotes, & Leuitę non possent commisceri vxoribus vel alijs, ita vt polluerentur: tamen poterant pollui somnio nocturno, & tunc oportebat eos cessare a ministratione, & exire extra templum, & vrbem vsque post occasum Solis sequentis diei, vt patet Deuteronom. vigesimotertio, scilicet. Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra, & non reuertetur priusquam ad vesperum lauetur aqua, & post Solis occasum regredietur in castra. Sic enim aliquando contigit Sacerdotibus, & Leuitis, & cessauerunt a ministratione. Considerandum tamen, quòd cum ista esset immunditia vnius diei solum: expleto illo, qui immundus erat redibat de extra castra, & introibat in templum, & ministrabat sequenti die. & non solum accidebat hoc in Sacerdotibus Minoribus, & Leuitis, sed etiam in Sacerdotibus magnis interdum. Sic enim fuit de quodam Sacerdote nomine Matthias, qui fuit Sacerdos magnus tempore Christi post natiuitatem suam, & ante mortem regnante Herode in Iudęa, & ille in die expiationis, quę est decima die Septembris secundum Hebręos facturus erat omnes cęremonias diei illius: quia non licebat alicui nisi Sacerdoti magno celebrare cę remonias illius diei: Leui.16. nocte autem præcedenti visum est isti Matthię se cuidam mulieri commisceri: & sic pollutus est somnio: vnde non potuit sequenti die ministrare, & quia non poterat aliquis illo die ministrare nisi summus Sacerdos, constitutus fuit Ioseph Elimi filius cognatus Matthiæ in summum Sacerdotem, & in illa die solum functus est summo Sacerdotio, & iste fuit summus Sacerdos, qui pauciori tempore durauit in Sacerdotio: de hoc Iosephus decimoseptimo Antiqui. Alio modo poterant pollui Sacerdotes, & Leuitę per contactum rei immundę, scilicet, ossium mortuorum, & similium rerum, quia aliqui poterant nescientibus ipsis proijcere ossa mortuorum intra templū, & omnes, qui intus essent polluerentur: sic etiam factum est sub Christo viuente: nam Samaritani inuidentes Iudęis voluerunt polluere templum istorum, & cum instaret festum Azymorum, & Phase, quod per septē dies agitur, consuetudo erat aperiri portam templi ex media nocte, & tunc Samaritani quidam occulte Ierosolymam venientes per omnes porticus templi, & per totum phanum ossa mortuorum proiecerūt, & sic polluti fuerunt omnes Iudæi intrantes templū per septem dies, & non potuit festum Azymorum celebrari, vt ait Iosephus 18. Antiqui. Ista tñ rarissima erāt, iō Sacerdotes, vel Leuitę existētes in templo vix pollui poterāt: si aūt essent extra templum vix poterant

rant sine pollutione manere, & sic conueniens erat, quòd tempore ministrationis suę manerent in templo tam Sacerdotes quàm Leuitę, & expleta ministratione recedebant in domos suas. Sic patet de patre beati Ioannis Baptistę Lucę ptimo, scilicet, & factum est, vt impleti sunt dies officij eius abijt in domum suam, quasi dicat toto tempore ministrationis suæ non recedebat de templo.

Capita Leuitarum per familias suas principes manserunt in Ierusalem.

Capita Leuitarum per familias suas. Idest capita Leuitarum manserunt in Ierusalem. Et dicitur per familias suas, quia quælibet familia Leuitarum habebat vnum caput, siue principem, & omnes isti manserūt nunc in Ierusalem. *Et principes permanserunt nunc in Ierusalem.* Scilicet principes populi: nam per capita intelliguntur principes Sacerdotum, & Leuitarum: per principes autem intelliguntur ipsi principes tribuū populi. Omnes autem isti manserunt nunc in Ierusalem.

Quomodo omnes principes Leuitarum in Ierusalem manserint. Quæst. XVII.

QVAERITVR quomodo manserunt omnes principes Leuitarum in Ierusalem, quia Leuitæ habebant habitationes per diuersa loca terræ Israel: sicut patet supra 6. & Iosue 21. non ergo manere debebant omnes in Ierusalem. Respondendum, quòd Leuitæ tempore pacis manebant diuisi per loca sua, sicut a principio eis fuerant distincta: nunc tamen erat tempus belli, & laboris. De labore patet, quia ędificandum erat templum, & muri Ierusalem destructi restaurandi, ideo opus erat plures esse ibi quàm alio tempore. De bellis patet, quia Samaritæ insidiebantur Hebræis, quia construebant muros vrbis, & templum, & oportebat eis repugnare, vnde ædificantes vrbem erant accincti gladijs, & medietas faciebat opus, & alia medietas tenebat arma, vt patet Neemi.3. ad hoc autem erāt necessarij multi viri bellatores, ideo principes omnium Leuitarum manserunt nunc in Ierusalem: licet non manserunt ibi omnes Leuitæ Sacerdotes, sed erant ibi plurimi eorum: sic etiam de alijs popularibus multi manebant ad defensionem vrbis, & hoc fuit solum, dum durauit iste insultus, & ædificatum fuit templum, & ciuitas, postea verò Leuitæ redierunt ad habitandum in locis suis, & veniebant ad ministrandum de tempore in tempus, vt patet supra in litera.

An verum sit quod omnes principes populi in Ierusalem manserint. Quæst. XVIII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd omnes principes, scilicet, principes populi manserunt in Ierusalem: nam videtur, quòd non manserit nisi decima pars eorum, quia Neemi.11. dicitur, quòd posita est sors: & decima pars populi mansit in Ierusalem, nouem vero partes in ciuitatib⁹. Respondendum est, quòd sicut dictum est pręcedenti quęstione: ciuitas Ierusalem erat magna, & indigebat multis habitatoribus tam propter bella, quàm propter opera, & ad hoc decima pars populi sorte accepta est, vt habitaret in Ierusalem, & hoc, quia expediebat manere principes propter bella, sicut dicitur Neemi.11. Habitauerunt principes populi in Ierusalem. Optimates absque sorte in medio populi habitabant, reliqua vero plebs misit sortem, vt tollerent vnam partem de decem, qui habitaturi essent in Ierusalem, & sic principes sponte se obtulerunt ad morandum ibi sine sorte, & sors decimę partis solum fuit de popularibus.

In Gabaon autem commorati sunt pater Gabaon Iahiel, & nomen vxoris eius Maacha. Filius primogenitus eius Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Ner, & Nadab: Gedor quoque, & Achio, & Zacarias, & Macelloth. Porrò Macelloth genuit Semaan. Isti habitauerunt è regione fratrum suorum in Ierusalem cum fratribus suis. Ner autem genuit Cis, & Cis genuit Saul, & Saul genuit Ionathan, & Melchisue, & Abinadab, & Esbaal. Filius autem Ionathan Miribbaal, et Miribbaal genuit Micha. Porro filij Micha, Phiton, et Melech, et Taraa, et Aham. Ahā autem genuit Iara, et Iara genuit Alamath, et Azmoth, et Zamri. Zamri autem genuit Mosa; Mosa vero genuit Baana: cuius filius Raphaia genuit Elasa, de quo ortus est Asel. Porro Asel sex filios habuit his nominibus: Ezricam Bochru Ismahel Saria Obdia, Anā, hi filij Asel.

In Gabaon. Hic ponitur tertium principale huius. capi. scilicet, sequentium continuatio, & repetitur hic progenies Saulis, sicut posita fuerat prędicenti. c.

Quare hic ponitur progenies Saulis. Quæst. XIX.

QVAERITVR quare ponitur hic progenies Saulis, cùm supra posita fuerit in progenie Beniamin. Aliquis dicet, quòd hoc fuit ad supplendum aliquid, quod forte deficiebat. Sed dicēdum, quòd non stat, & hoc propter duo. Primo, quia progenies Saulis est in tribu Beniamin, & de tribu Beniamin dictum fuerat supra. 7. cum alijs, & quia ibi non fuerat plene descripta tota progenies, fuit posita iterum præcedenti capitu. latè progenies Beniamiņ, & ibi enarrata est pgenies Saulis plenè vsque ad captiuitatem Babylonis, & post, scilicet vsque ad tempus, quando Esdras scripsit librum istum: ideo non oportebat, quòd replicaretur progenies illa. Secundo patet, quia non potest poni ista replicatio ad addendum, quia non additur hic q̄dquā, immo plures generationes ponuntur præcedenti ca. quàm hic, vt patet inspiciendo vtrumque. Dicendū ergo, quòd ista replicatio facta est propter continuationem, & illa, quæ habetur prędicenti capitu. facta est propter additionem. Patet de illa, quia supra. 7. dictum fuerat de pogenie Beniamin, & quia non fuerat plene dictum, replicatum est præcedenti cap. hic autem vult continuare Esdras ea, quæ dicuntur hic ad ea, quæ sequūtur. Nam in libro isto duo principaliter intendebantur. Primum erat enarrare generationes continuando illas, quę non fuerant in alijs libris continuatæ. Secundo est historias temporum omissas ponere, & alibi positas repetendo supplere. Primum iam expletum est, quia omnium duodecim

Universidad de Deusto
Biblioteca

cim tribuum progenies descriptæ sunt: nunc autem restat secundum, scilicet temporum historias supplere, & istud vult incipere Esdras a regno Saulis a morte eius, & ad hoc vult facere continuationem, & quia dicturus est de morte Saulis vult hic ponere immediatè ante illud de progenie eius. Sed adhuc obijcietur, quòd fecit hoc Esdras superfluè, quia tunc frustra fuit, quòd precedenti cap. poneret istam progeniem, quia satis esset, quòd poneretur hic.

Respondendum, quòd melius sic factum fuit, q̃ quòd semel poneret tantum: & patet hoc, quia precedenti capi. continuabat Esdras lineas tribuum, & agebat ibi de tribu Beniamin, quæ erat vltima, ideo debuit describere ibi id, quod pertinebat ad illam progeniem, & quia progenies Saul erat in tribu Beniamin, decuit quòd ibi describeretur progenies Saulis: postea autem interposuit de statu Hebræorum post reditum de Babylone, & si nunc non repeteret progeniem Saulis, non videretur continuatio istius literæ sequentis cum præcedenti: ideo debuit hic iterum poni progenies Saulis, & subticuit hic Esdras quosdam, quos posuerat supra, quia non intendit hic agere de progenie Saulis ad enarrandum ea principaliter: sed magis, vt videatur continuatio literę, & dicitur. *In Gabaon autem commorati sunt pater Gabaon.* Ponitur hic de loco habitationis progeniei Saulis: nam hoc fuit in Gabaon: postea autem fuit Gabaa vbi habitabat Saul. Sed quomodo hoc stet, declaratum est præcedenti cap. in quadam quæstione, & dicitur, q̃ in Gabaon moratus est pater Gabaon, & non ponit nomen eius. Erat enim iste princeps magnus in tribu Beniamin, & vocabatur pater Gabaon, quia ipse erat dominus vrbis Gabaon, vel quia erat princeps, & caput cognationum habitantium ibi, vtpote si descendebat ipse per lineam primogenitorum tribus Beniamin, vel illius familiæ, qnæ habitabat in Gabaõ. Ex hoc patet, quòd non erat Abigabaon, de quo dicitur præcedenti cap. nomen proprium viri, quia sequeretur tunc, quòd hic etiam deberet dici Abigabaon, & tamen posuit tamquàm nomen commune, dicens pater Gabaon, & tamen in Hebræo tam hic q̃ precedenti capitu. dicitur Abigabaon, & forte non curauit Esdras ponere nomen istius patris Gabaon, quia fortè erat tam famosus vir, quòd dicendo Gabaon pater, etiam si nihil aliud diceretur intelligeretur quis erat ille. Etiam Heronymus aliquo modo se correxit hic, dicens pater Gabaon cum dixisset, præcedenti capitu. Abigabaon: melius tamen dixisset, si voluisset, vbique, pater Gabaon. *Iahiel.* Istud erat nomen istius patris Gabaon, & ista fuit causa quare Hieronymus posuit hic pater Gabaon, & precedenti cap. dixit Abigabaon, quia ibi solum ponebatur Abigabaon in Hebræo, & poterat esse nomen proprium, vel commune: hic autem Abigabaon Iahiel: ex quo apparet, quòd Iahiel erat nomen proprium illius, & Abigabaon, & duo nomina, scilicet, pater Gabaon, ita quòd iste Iahiel esset pater Gabaon.

Et nomen vxoris eius Maacha. Fuit mulier famosa, & nominatur hic, sicut viri, & tamen non fuit ista Maacha vxor Roboam mater Abiæ, nec etiam alia Maacha vxor Abiæ, & mater Asa de quibus 3. Reg. 15. & sequenti lib. cap. 11. Et hoc probatum est precedenti capitu. *Filius quoque eius primogenitus Abdon.* Iste Abdon fuit inter filios Iahiel princeps, & primogenitus, & non est ille de quo dicitur præcedenti cap. ante progeniem Saulis. Ibi enim ponitur duplex Abdon, & vnus est idem cum isto, & primus differt ab isto.

Et Sur. Aliquando est nomen terræ, vt declaratũ est precedenti cap. & aliquando est nomen viri, sicut hic. *Et Cis.* Sic vocabatur pater Saulis, sed an iste Cis sit pater Saulis, vel alius, cùm bis fiat hic mentiõ de Cis, declaratum est præcedenti c. *Et Baal.* Aliquãdo est nomen viri, hic autem accipitur pro nomine viri. *Et Ner.* Sic vocabatur Abner princeps militiæ Saulis, & erat Ner frater Cis, vt dicitur hic, quãquàm infra dicitur, quòd Ner est pater Cis.

Et Nadab. Non est iste Nadab rex Israel filius Ieroboam, quia multo tempore prius fuit iste, quàm ille, cum iste fuerit ante omnes reges Iuda, & Israel, & ille fuerit secundus rex Israel post diuisionem regni. Etiam non est iste Nadab primogenitus Aaron, quia ille fuit multo tempore prius, & mortuus est in deserto, & fuit de tribu Leui: iste autem de tribu Beniamin. *Gedor quoque.* Aliquando est Gedor nomẽ loci, & aliquando nomen viri, hic autem accipitur pro viro. *Et Haio.* Non est iste ille Haio, cuius frater erat Oza, qui percussus est a Domino tempore Dauid, quando portabatur arca de domo Aminadab in vrbem Ierusalem 2. Reg. 6. & infra 13. quia ille fuit de tribu Leui, iste autem de tribu Beniamin.

Et Zacharias. Iste est, qui vocatur Zacher præcedẽti cap. & idem est, & non est Zacharias, qui fuit rex Israel 4. Reg. 14. & 15. quia ille fuit multo tẽpore post istum: nec etiam fuit iste Zacharias, de quo dicitur supra in litera, quia ille est de tribu Leui: iste autem de tribu Beniamin, & ille erat filius Mosollam, iste autẽ est filius Iahiel. *Et Macelloth.* Raro ponuntur talia nomina. *Porro Maccelloth genuit Samaa.* Iste Samaa nõ est frater Dauid, de quo supra 2. quia ille erat filius Isai de tribu Iuda, iste autem est de tribu Beniamin.

Isti habitabant è regione fratrum suorum in Ierusalem cum fratribus suis. Idest habitabant ex aduerso, scilicet, isti de prædictis cognationibus, scilicet, filij Iahiel, & descendentes ab eis habitaueruntin Ierusalem è regio, ne fratrum suorum, ideſt, ex aduerso, quia in Ierusalẽ habitabant alij de tribu Beniamin, qui erant fratres istorum, vel intelligitur de filijs Iuda: quia illi erant fratres filiorum Beniamin, cum omnes Iudæi inter se dicantur fratres, & habitabant viri Iuda in Ierusalem, & cum eis simul habitabant isti viri de tribu Beniamin: quomodo autem in Ierusalem, quæ erat ciuitas habitata a viris Iuda potuerunt habitare filij Beniamin, declaratum est precedenti capitu. in quadam quæstione.

Ner autem genuit Cis. Iste Ner est, qui vocatur alio nomine Iahiel: nam pater Cis non fuit Ner pater Aboner: quia iste Ner fuit frater Cis, vt patet primum Reg. 14. sed accipitur hic Ner pro Iahiel, qui vocatur hic pater Gabaon, & precedenti cap. vocatur Abigabaõ, ipse est, qui vocatur Abiel primo Reg. 9. sed idem vir habet sæpe multa nomina, ideo ille vocatur aliquando Iahiel, & aliquando Abiel, & aliquando Ner.

Et Cis genuit Saul. Non legitur an habuerit Cis alios filios. Fuit autem Saul vir corpore magnus super omnes filios Israel: nam ab humero, & sursum excedebat omnes de populo, vt patet primo Reg. 10. & ipse fuit primus regum Hebrçorum.

Et Saul genuit Ionathan. Quatuor genuit, qui habentur hic, quorũ tres mortui sunt, & vnus regnauit post patrem. Iste Ionathas fuit primogenitus Saulis, & excellentior inter omnes filios eius. de cuius laudibus dictum est precedenti capitu.

Et Melchisue. Iste vocatur aliquando Melchisua, vt patet primo Reg. 14. *Et Aminadab.* Iste vocatur Iesui primo Reg. 14. & tamen precedenti capitu. vocatur Aminadab, sicut hic.

Isbaal. Iste est, qui vocatur alio nomine Isbosech 2. Reg. 2. & vocatur precedenti cap. Isbaal, & idem est.

Filios autem Ionathan Meribaal. Iste Meribaal est Miphiboseth

phiboseth filius Ionathę 2. Reg. 9. & vocatur Meribaal precedenti cap. Erat autem iste claudus vtroque pede. 2. Reg. 4. & factum fuit istud, quia cum mortuus fuisset Ionathas in bello, & mater sua timens fugeret audito de morte Ionathę, cecidit paruulus in terram, & factus est claudus vtroque pede. 2. Reg. 4.

Et Meribaal genuit Micha. Iste Micha erat filius paruulus Miphiboseth: cui seruiebat tota cognatio Sibę: dum Miphiboseth comederet in mensa Dauid. 2. Reg. 9. *Porro filij Micha Phiton.* Aliquando est Phiton nomen ciuitatis in Aegypto, quam ædificauerũt Israelitæ, dum tenerentur captiui. Exod. primo. Aliquando autem est nomen commune significans dęmonem familiarem respondentem inquisitionibus: & aliquando accipitur pro habente talem spiritum, de hoc primo Reg. 28. scilicet, Est mulier habens Pythonem in Endor, & Deutero. 18 dicitur, quòd nemo sit, qui Pythones consulat: hic autem accipitur pro viro. *Et Melech.* Aliquando autem est nomen fœminę. Sic enim vocabatur vxor Esau filia Ismahelis soror Nabaioth: Gen. 28. hic autem accipitur pro viro: aliquando autem est nomen commune in Hebræo, & significat regem.

Et Thara. Non est iste Thare pater Abrahæ. Gen. 11. quia ille aliquando vocatur Thare, & aliquando Thara: nam ille fuit plusquam mille annis ante istũ, vt patet computando tempora media, scilicet, Thare erat annorum septuaginta quando genuit Abraham: Gen. 11. & postea vixit Abraham annis centum antequam gigneret Isaac: Gen. 17. & 18. Deinde fuerunt anni quadringenti, & quinque vsque ad exitum de Aegypto, quibus peregrinatum est semen Abrahæ, vt probatum est Gen. 15. licet ibi dicatur, quòd fuerint quadringẽti, & postea fuerunt ab exitu de Aegypto vsque ad ædificationem templi Salomonis anni quadringenti octoginta. 3. Reg. 6. qui sunt simul anni mille, & quinque, & ipso tempore nasceretur iste Thara, vel post aliquantulum, quia quando Dauid regnabat in Ierusalem erat Micha paruulus, cùm fecit Dauid vocari ad se Miphiboseth patrem eius. 2. Re. 9. & ideo in principio regni Salomonis, quando cępit ædificari templum, vel paulopost posset Micha habere omnes istos filios.

Ahaz autem genuit Iara. De isto Ahaz non dicitur hic cuius filius sit, & tamen dicendum est, quòd fuit filius Micha, quia precedenti cap. sic dicitur, & tamẽ hic propter breuitatem, & quia iam ibi dictum fuerat, non curauit Esdras repetere. Secundò patet per regulam probatam supra 4. scilicet, quòd quando ponitur hic nomen alicuius, & non dicitur cuius filius ille sit, intelligendum est, quòd fuit filius eius, qui precedit se, nisi contrarium constet ex alio loco Scripturæ. *Et Iara genuit Alamath.* Iste Iara vocatur precedenti capitu. Ioiada, quia est binomius, & tamen non est ille Ioiada: de quo 4. Reg. 11. & 12. quia ille fuit Sacerdos magnus de tribu Leui: iste autem fuit de tribu Beniamin. Iste Alamath est, qui vocatur Azmoth precedenti cap. nam ibi dicitur, quòd Ioiada genuit Azmoth, & tamen ille, qui vocatur ibi Ioiada vocatur hic Iara.

Et Azmoth, & Zamri. Non est sensus, quòd Iara genuit Alamath, & Azmoth, & Zamri, & q̃ isti tres sint fratres, sed est sensus Iara genuit Azmoth, siue Alamath, & Alamath genuit Zamri, & causa breuitatis subticetur verbum, sicut supra primo dicitur: Adam, Seth, Enos, Cainam, Malaleel, & in quolibet intelligitur, quòd genuit alium, vel quòd fuit pater eius. Sed adhuc est hic alia difficultas, quia ponitur Alamath, & Azmoth, & non sunt isti duo viri. quorum vnus genuerit alterum, vel fuerit pater eius, sed est idem vir. Quod patet præcedenti capitu. nam ibi describitur tota ista generatio, & non ponitur Alamath distinctus ab Azmoth, quia ibi dicitur Ahaz genuit Ioiada, & Ioiada genuit Azmoth, & Azmoth genuit Zamri, & sic sunt tres generationes ab Ahaz vsque ad Zamri: si autem Alamath, & Zamri sint duo viri, erunt quatuor generationes, quod est contra illud: ideo tenendum est, quòd Alamath, & Azmoth sunt idem: si tamen aliquis tenere vellet, quòd sint quatuor generationes, poterit dicere, quòd ibi Scriptura subticuit vnam, & eam expressit hic, & vtrunque potest stare.

Et Zamri genuit Mooza. Non est iste Zamri, qui regnauit in Israel septem diebus, & combussit se cum palatio regis 3. Reg. 16. & probatum est precedenti capitu.

Mooza vero genuit Baana. Non est iste Baana vnus de duobus latronibus Berothitis, qui occiderunt regem Isboseth in lecto suo. 2. Reg. 4. nam ille fuit multo ante istum.

Cuius filius Raphai. Iste vocatur Raphaia precedenti ca. & idem est, quia in nominibus proprijs Hebręis sæpe fit additio, vel subtractio ex parte principij, vel finis, vt sæpe dictum est.

Genuit Helisa. Non est iste Helisa, de quo supra primo, quia ille fuit filius Iauã, & nepos Iaphet, & ab eo nominatę sunt quædam insulę Helisa. Ezechi. 27. scilicet, Hiacynth⁹, & purpurã de insulis Helisa facta sunt operimentum tuum, quia ille Helisa fuit ante istum plusquam mille, & ducentis annis, vt patet presupponendo computationem annorum inter Thare, & Thara supra positum, & addendo annos, qui fuerunt inter Helisa, & Thare: Genes. 11. & annos, qui verisimiliter poterant esse inter Thare, & Helisa.

De quo ortus est Hesel. Iste Hesel fuit in captiuitate Babylonis, vel quasi parum ante tempora Esdrę.

Porro Hesel sex filios habuit his nominibus. Exprimit Esdras omnes sex filios istius Hesel, quia fuit propinquus temporibus suis, & isti omnes erant viri famosi.

Ezricham. Iste est primus, & non est ille, de quo habetur supra 3. quia ille fuit de filijs Iuda: iste autem fuit de filijs Beniamin.

Bochru. Alius est, qui vocatur Bochri, sed differt ab isto. *Ismahel.* Vnus fuit fillus Abrahę: Genes. 16. & alius Ismahel filius Nathanię. 4. Regum vlti. & Iere. 40. & alius Ismahel de filijs Simeon supra 4. & ab omnibus his differt iste, quia illi fuerunt de alijs tribubus. Primus enim fuit ante omnes tribus Israel cum nondum esset natus Iacob a quo descenderunt Israelitę, & iste fuit de tribu Beniamin. Secundus fuit de filijs Iudæ cum esset de semine regio. 4. Regum vlti. Tertius fuit de filijs Simeon supra 4. & iste de Beniamin. *Saria.* Non est idem Saria, & Saraia, quia Saraia fuit summus Sacerdos, qui occisus fuit coram Nabuchodonosor in Reblata tempore captiuitatis Babylonicę. 4. Reg. vlti. & ponitur inter summos Sacerdotes supra 6. iste autem fuit de tribu Beniamin. *Obdia.* Iste ponitur precedenti cap. *Anan.* Non est iste qui fuit filius Sebeõ, q̃ inuenit aquas calidas in solitudine, cùm pasceret asinas patris suis: Genes. 36. & supra primo, quia ille fuit de genere Horræorum, qui non sunt Israelitę: nec de filijs Abrahæ: iste autem fuit de filijs Beniamin, qui sunt Israelitę.

Hi filij Asel. Idest, omnes supra positi sunt filij Asel, qui fuerunt viri famosi tempore suo, & subticẽtur hic filij Asech, qui fuit frater eius, & habuit filios, & nepotes multos, scilicet, centum, & quinquaginta, vt patet præcedenti capituli. Non enim curauit Esdras hic repetere, cùm supra posuisset.

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. X.

PHILISTHIIM aũt pugnabant contra Israel, fugeruntque filij Israel Palæſthinos, & ceciderunt vulnerati in mõte Gelboe. Cumque appropinquaſſent Philiſthęi perſequẽtes Saul, & filios eius percuſſerũt Ionathã, & Abinadab, & Melchiſua filios Saul. Et aggrauatum eſt prælium contra Saul: inuenerũtque eum ſagittarij, & vulnerauerũt iaculis. Et dixit Saul ad armigerum ſuum. Euagina gladium tuum, & interfice me, ne fortè veniant incircunciſi iſti, & illudant mihi. Noluit autem armiger eius hoc facere timore perterritus. Arripuit ergo Saul enſem, & irruit in eum. Quod cum vidiſſet armiger eius videlicet mortuum eſſe Saul: irruit etiã ipſe in gladium ſuum, & mortuus eſt.

DICEBATVR in p̃cedẽtibus, q̃ in libro iſto tãgunt duo principaliter, primũ eſt de progenierũ cõtinuatione, qa in alijs libris omiſſę fuerãt multæ pgenies enarratæ, iõ hiſtoriæ efficiebant obſcuræ. In iſto aũt libro pgenies omniũ tribuũ enarrando continuat, vt nulla hiſtoria pp defectum continuationis progenierum reperiatur difficilis. Secundum eſt de ſuppletione hiſtoriarum, quia in multis locis hiſtorię omnino omiſſæ ſunt: in alijs verò leuiter tactæ, ita vt intellectum legentibus dubium redderent: in iſto autem libro omnia ſupplẽtur. Et quia de primo iſtorum, ſcilicet, de progenierũ enarratione iam plenè dictum eſt, ponitur hic ſecundum, ſcilicet, de ſuppletione hiſtoriarũ omiſſarum. Et quia in libro iſto principalis intentio erat de Dauid, quòd fuit famoſior, & Deo acceptabilior inter omnes reges, agitur hic de eo, & diuiditur in tria. Primò ponitur eius in regem diuina electio, ſecundò a populo ſolennis facta vnctio, ſequenti cap. tertiò Regum gubernatio infra 13. Circa primum ponuntur quatuor: nam fuit electio Dauid per reprobationẽ Saulis, cum Saul eſſet prius rex quàm aſſumeretur Dauid, & ille eſſet malus, ideo priuatus eſt regno, & traditus eſt in manus Philiſthinorum, vt occidere tur, & primo ponitur Saulis, & filiorum ſuorum occiſio: ſecundò occiſorum villificatio, ibi.

Die igitur altero. Tertiò villificatorum honorabilis tumulatio, ibi. *Hoc cum audiſſent.* Quartò ad Dauid regni facta translatio, ibi. *Mortuus eſt ergo.*

An ea, quæ hic habentur, ordinem habeant ad præcedentia. Quæſt. I.

QVAERITVR circa primum an ea, quę habentur hic fuerint facta immediate poſt præcedentia, vel ſit ordo mutatus.

Reſpondendum, quòd non potuit hic eſſe propriè continuatio, quia continuatio eſt, ppriè in hiſtorijs, in quibus vna pars præcedit naturaliter alteram, & ponitur ante illam, ſupra verò non ponẽbãtur aliquæ hiſtoriæ principaliter, ſed enarrationes generationum: hic aũt ponuntur hiſtoriæ, ideo non põt eſſe propria p̃tinuatio, qa nec illud eſt ante iſtud, nec iſtud eſt ante illud, ſed eſt aliqualis cõtinuatio, quia ſ. cõputauit Eſdras progenies omniũ tribuum, & finuit in pgenie Saulis, qui eſt de tribu Beniamin, ideò hic ſubdit de hiſtorijs pertinentibus ad Saulem, ſcilicet, de morte eius, & eſt iſta continuatio non ſecundum partes temporis, ſed ſecundum ſimilitudinem rei, de qua agitur cum actum ſit de progenie Saulis, & hic agitur de morte eius, & iſta fuit cauſa, quare in fine p̃cedentis cap. agitur de progenie Saulis, de qua dictum fuerat ſupra 8. & repetitur ibi, vt continuetur iſta hiſtoria ad præcedentem, quia alias non poſſet continuari. Circa primum dicitur.

Philiſthijm autem pugnabant contra Iſrael. Iſta pugna fuit vltima, quam habuit Saul contra Philiſthinos. Sæpe enim contra eos pugnauit, & obtinuit, vt colligitur ex proceſſu primi libri Regum. Nunc autem vltimo pugnauit contra eos in monte Gelboe, & occiſus eſt ab eis: primo Reg. cap. vlti.

Fugeruntque viri Iſrael palæſtinos. Mox enim, vt conuenerunt in bellum Iſraelitæ cũ Philiſthinis, timuerunt Iſraelitæ, & fugerunt a facie Philiſthinorum, Deus enim incutiebat eis timorem, vt fugerent, & maneret ſolus Saul, & occideretur: nam ſi totus populus vellet pugnare, oportebat eſſe vnum de duobus, ſcilicet, quòd aut Philiſthini non poſſent ſuperare Iſraelitas, & fugerent a facie ipſorum, vel Iſraelitę occiderentur a Philiſthinis. Neutrum tamen Deus nolebat. Nam nolebat, quòd fugerent Philiſthini a facie Hebræorum, quia ſic nõ occideretur Saul, & ſi Deus intendebat occidere Saulem in hoc bello propter iniquitates ſuas, vt patet infra in litera, ſcilicet, mortuus eſt ergo Saul propter iniquitates ſuas, eo q̃ præuaricaſſet mandatum Domini, & ob hoc Deus noluit reſpondere ei in iſto bello per Sacerdotes, nec per Prophetas, nec per ſomnia: primo Reg. 28. ideo Saul conſuluit Phitoniſſam, & illa etiam reſpondit, quòd occideretur in bello: voluit ergo Deus, quòd Philiſthini ſuperarent Iſraelitas. Rurſus autem nolebat Deus, quòd Iſraelitæ perirent manibus Philiſthinorum: nam non erat iratus toti populo, ſed regi, qui malus erat, & ad hoc debuit conuertere populum in fugam, vt pauci morerentur, & facere, quòd maneret Saul, & filij ſui in bello, vt ipſi occiderentur, & ſic fugerent Iſraelitę Palæſthinos. Vocantur autem Palæſthini ipſi Philiſthini, & in hoc accedimus ad modũ pronunciandi Hebraicum, quia vbi nos dicimus Philiſthijm dicunt Hebræi Phelęſthim, & melius dicitur Phelęſthinus, quàm Philiſthinus: licet ex alia ratione melius dicamus Philiſthinus, eo quòd litera prima apud Hebræos in hoc nomine relaxatur in ſonoritate, & magis ponit ph, quàm pro p ſola, & iſto modo loquuntur Græci, & etiam Poetæ Latinorum vocantes terram illam Palęſthinam: ſic ait Ouidius libro de Arte amandi, ſcilicet.

Terra Palæſthinæ ſeptimo culta viro.

Ideſt terra Philiſthinorum culta fuit, ideſt, habita a viro ſeptimo, ideſt, a Iudæo: nam Iudęi vocantur ſeptimi, quia ſeptimum diem colunt, & ſeptimum annum remiſſionis in quo terram non exercent.

Et ceciderunt vulnerati in monte Gelboe. Bellum commiſſum fuit in monte Gelboe: primo Reg. 28. & 31. & ibi mortui ſunt multi de Iſraelitis, & iſtud fuit in fuga: nam in acie pauci occiſi ſunt, quia illico conuerſi fuerunt in fugam, & in monte iſto mortuus eſt Saul, & filij ſui. Eſt autem mons Gelboe in ſorte Iudę circa vrbem, quæ vocatur Iezrael. Quod patet, quia primo Reg. 28. dicitur, quòd caſtrametati ſunt in mõte Gelboe, & tamen primo Reg. 29. dicitur, quòd caſtrametatus eſt Iſrael ſuper fontem, quæ erat in Iezrahel, & ſic fons Iezrahel & mõs Gelboe, ppe ſunt, vel vnũ eſt in alio: ob hoc aũt mons iſte maledictus fuit a Dauid, dicente: Mõtes Gelboe, nec ros, nec pluuiæ veniant ſuper vos, nec ſint ibi agri primitiarum, quia ibi abiectus eſt clypeus fortium 2. Reg. primo.

Cumque appropinquaſſent Philiſthæi. Poſtquam fugerunt Iſraelitæ ſerui Saulis, manſit Saul cum filijs ſuis in bello, & cum paucis de domeſticis ſuis, qui omnes viriliter decertantes cum tanta Philiſthinorum multitudine occiſi ſunt. Vocantur autem iſti Philiſthęi, & Philiſthini, & Palæſthini, quod idem eſt.

Perſequentes Saul, & filios eius. Habebat Saul quatuor filios, ſcilicet, Ionathan, Aminadab, Melchiſua, & Iſboſeth, ſiue Isbaal: tres primi iſtorum venerunt ad bellum cũ patre ſuo Saule, & mortui ſunt ibi. Quartus verò Iſboſeth non venit in bellum, ideo non fuit occiſus, ſed conſtitutus eſt in regem ſuper Iſrael per Abner principem militiæ Saulis, & dicitur perſequẽtes Saul, & filios eius, quia fugientibus Iſraelitis in primordio non manſerunt aliqui, qui eſſent bellatores niſi Saul, & filij ſui, & iſtos inceperunt perſequi Philiſthini.

Percuſſerunt Ionathan, & Aminadab, & Melchiſua filios Saul. Iſti tres occiſi ſunt, quia viriliter pugnabant, & potiſſime Ionathas, qui erat vir fortiſſimus, & iſti tres erant maiores filij Saulis, vt creditur, & mortui ſunt, alius verò minor, vel ignauior manſit in domo, & nõ fuit occiſus. De iſtis tribus filijs Saulis, quare occiſi in bello, cùm ipſi non peccaſſent, ſed pater eorum Saul: declaratum eſt primo Reg. vlti. vbi multa dubia ſoluta ſunt, quæ ſpectant ad iſtud capitulum: nam ea, quę ponuntur hic, ponuntur ibi.

Et aggrauatum eſt prælium contra Saul. Scilicet, mortuis filijs ſuis non manebat aliquis in bello niſi ipſe, & pauci de familiaribus in circuitu eius, ideo totum bellum aggrauatum eſt ſuper eum, quia ſemel venerũt Philiſthini ad percutiendum eum. Sciendum tamen, quòd q̃q̃ omnes Philiſthini venerũt ꝺ eũ, nõ cognouerunt eum eſſe regem, quia aliàs illico rapuiſſent eum, & fortè conarentur ipſum accipere viuentem, ſicut ipſe timebat, & tamen non tenuerunt eum viuentem nec mortuum eadem die, ſed ſequenti die, cùm Philiſthini detraherent ſpolia occiſorum inuenerunt Saulem, & filios eius occubuiſſe in bello. Itẽ patet hoc, quia dicitur inuenerunt Saulem. Si enim ipſi cognouiſſent Saulem, quando occiderunt eum non diceretur, quòd inuenerunt ipſum occubuiſſe, quia antequam occũberet cognoſcerent eum, & fortè Deus voluit facere, quòd Philiſthini non cognoſcerent Saulem, & filios eius antequam occiderẽtur, ne conarentur eos viuentes accipere, quod ſi fieret redũdaret in magnum dedecus Iſrael. Sic enim dixit Saul ad armigerum ſuum, euagina gladium tuum, & interfice me: ne forte veniant incircunciſi iſti, & interficiant me illudentes mihi.

Inuenerunt que eum ſagittarij. Ideſt non potuit Saul abſcõdere ſe a ſagittarijs, ſed inuenerunt eum, & percuſſerunt, cum iam ipſe eſſet de extremis belli, & fugere nollet.

Et vulneraverunt eum iaculis. Ideſt percuſſerunt ſagittis, quia ſagitta vocatur iaculum a iaciendo in Hebræo dicitur.

Inclinatus eſt ſagittis. Ideſt inclinatus eſt ad terram, vel ad mortem præ vulneribus ſagittarum. De Saule autem an peccauerit veniendo ad iſtud bellum, cum ſciret ſe ibi occidendum, & an teneretur venire, quãquàm ſciret hoc, cum Deus diſpoſuiſſet de eo, quòd moreretur, & cur non fugit de bello, cum vidit ſuper ſe totum põdus belli aggrauari, & an peccaret ſi fugeret, & cur non dixit Saul filijs ſuis, quòd recederent de bello, ne morerentur cum ſciret eos morituros ſi ibi manerent, & an peccaret ſi illud eis reuelaret, & an deſperauit Saul committens ſe bello, in quo ſciebat ſe non poſſe euadere, & multa alia dubia declarata ſunt ſatis primo Reg. vlti.

Et dixit Saul ad armigerum ſuum. Iſte erat quidam, qui portabat arma Saulis coram eo: ita erat modus antiquorum nobilium bellatorum, ſcilicet, quòd eſſent armigeri coram eis, qui portarent ſemper arma ipſorum vſque ad locum belli, & quando oporteret darent eis arma ad pugnandũ, ſic dicitur primo Reg. 14. de Ionatha, qui ſolus cum armigero ſuo tranſiuit ad caſtra Philiſthinorum, & turbauit illa: occiditque viginti viros, & reliquos in fugam conuertit. Omnibus autem alijs fugientibus adhuc manebat iſte armiger Saulis apud eum, & ſic locutus eſt nunc ad ipſum de occiſione ſua.

Euagina gladium tuum, & interfice me. Timebat Saul mortem, quam putabat iam ſe non poſſe euadere, quia Deus p̃nunciauerat eam: etiam, quia ipſe videbat iam ſe poſitum in manibus hoſtium, & ne occiderent eum hoſtes voluit occidi ab alio. Ipſe tameu nolebat ſe occidere: ideo petebat ab armigero, quòd occideret eum. An Saul peccauerit petendo, quòd occideret eum armiger ſuus, & an magis peccaret ſi ipſe ſe occideret, quàm ſi faceret ſe occidere per armigerum ſuum, & an habuit iuſtam cauſam petendi ab armigero, quòd eum occideret propter Philiſthinos inſtantes: declaratum eſt primo Reg. vlti.

Ne fortè veniant incircunciſi iſti. Iſtud dixit Saul propter duo: primo ad reprobationem Philiſthinorum. Secundo ad confirmationem dicti ſui. De primo patet, nam Iſraelitæ omnes erant circunciſi, & habebãt pro magno opprobrio, quòd aliquis eſſet incircunciſus, & quia omnes Philiſthini erant incircunciſi, maxima offenſa, & vituperium, quod eis ſe inferre poſſe putabant Iſraelitę, erat, quòd vocarẽt eos incircunciſos. Sic enim patet ex verbis patris, & matris Samſonis ad eum: nam cum ipſe peteret vxorem Philiſthinam ſibi dari, dixerunt pater, & mater. Nunquid non eſt mulier in filiabus fratrum tuorum, quia vis accipere vxorẽ de Philiſtijm, qui incircunciſi ſunt? Iudi. decimoquarto. Sic etiam Ionathas loquens ad armigerũ ſuum, ait. Veni tranſeamus ad ſtationem incircunciſorum horum. primo Regum decimoquarto, & Dauid cum vellet maledicere Philiſthæo ait. Quis eſt enim Philiſthęus hic incircunciſus? Et iterum. Quis eſt iſte Philiſthęus incircunciſus, qui auſus eſt maledicere exercitui Dei viuentis? primo Regũ 17. ideo Saul volens maledicere hoſtibus ſuis non putauit ſe poſſe dicere grauius, quàm vocare eum incircunciſum. Secundum erat ad confirmationem dicti ſui, quia volebat Saul, quòd armiger ſuus occideret eũ, & hoc erat, quia magna vilipenſio erat, quòd occideretur rex Iſrael ab hominibus tam turpibus, & ad ſignificandum eorum turpitudinem, & contempti bilitatem vocauit eos incircunciſos: nam tanto erat ſua mors magis iniurioſa, & contemptibilis, quanto occideretur ab hominibus contemptibilioribus, & huiuſmodi erant Philiſthini, quia erãt incircũciſi: ideo dixit, ne veniant incircunciſi.

Et illudant mihi. Primo Regum vltimo. dicitur: Interficiãt me illudentes mihi, & iſta eſt ſententia magis completa, quia Saul non ſolum timebat illudi, ſed etiam occidi. Putabat enim quòd Philiſthini ca perent eum viuentem, & primo inferrent ei mille opprobria: deinde etiã occiderent eum: intolerabilior tamen ſibi erat illuſio quàm mors, cùm ipſe eſſet rex Iſraelitarum: timebat autem hoc Saul ſatis rationabiliter, quòd apparebat ex duobus. Primo ex eo, quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd ante hoc fecerant:nam acceperunt viuentem Samsonem Philisthini, & abstulerunt oculos eius & cogebant eum trahere lapidem molarem, sicut asinum, & in festiuitatibus suis faciebant eum coram se venire,& ludere sicut insanum, vt patet Iudi. decimosexto. Secundò patet ex eo,quòd postea fecerunt Philisthini:nam non inuenerunt Saulem, & filios eius viuentes, sed cum mortuos reperijssent, absciderunt caput Saulis,& miserũt illud per totam terram Philisthinorum,vt annunciaretur in templis, & populis ista victoria,& demum affixum fuit caput ipsum in templo Dagon,cadauer autem eius,& filiorum suorum ducta fuerunt in Bethsan vrbem Philisthinorum,& ibi suspensa sunt de muro:infra in litera,& primo Regum vltimo.Si ergo ista fecerunt viri Philisthinorum super Saulem, & filios eius mortuos:quanto magis fecissẽt si eos viuentes tenere potuissent?rectè ergo credebat Saul,quòd si Philisthini superuenirent,occiderent eum illudentes ei.

Noluit ergo armiger eius ei hoc facere. Ideſt noluit occidere eum quamquàm iuberet.

Timore perterritus. Primo Regum vlti.dicitur. Nimio enim fuerat timore perterritus, quasi dicat,cum Saul dixit ei,quòd occideret ipsum:apparuit ei ista res grauissima, quia nõ poterat maius malum pati Saul, & cum diligeret eum armiger suus, audito hoc stupuit nimis,nec remanserunt in eo vires:ideo licèt vellet occidere Saulem,non posset:& tamen dato,quòd posset,noluisset occidere eum. An peccauit Saul dicendo armigero suo,quòd occideret eum,& an peccauerit armiger, quia non occidit ipsum, declaratũ est primo Regum vltimo.

Arripuit igitur Saul ensem, & irruit super eum. Vidit Saul, quòd Philisthini appropinquabant, & non poterat euadere, & armiger suus nolebat eum occidere,ideo occidit seipsum. An vero Saul fuerit vir animosus se occidendo, vt ab hostibus nõ villificaret,& illuderetur,vel fuerit pusillanimis,declaratum est primo Regum vltimo.

Quod cum vidisset armiger eius videlicet esse mortuum Saul. Noluerat armiger suus occidere eum quamquàm Saul iubebat,eo quòd diligebat nimis eum,& putabat aliquo modo posse euadere:nunc autẽ cùm Saul se occidisset,ipse quoque exosus vitam suam occidit se.Noluit enim superuiuere regi Sauli.

Irruit etiam ipse super gladium suum. Irruere super gladium est,quòd quis ponat manubrium gladij in terra,& mucronem in pectore: & sic perforetur venter. Potest autẽ aliquis seipsum percutere gladio, vt moriatur,& tamen non est illud irruere super gladium, sed solum quando ponitur extremitas gladij in terra,& extremitas in ventre,& impellit se quis super eum,vt infigatur.

Et mortuus est. Fuit enim vulnus magnum, ideo mortuus est illico.An peccauerit iste Armiger Saulis occidendo se mortuo Saule: declaratum est primo Regum vltimo.

Quare armiger Saulis se occidit.
Quæst. II.

QVAERITVR de isto armigero Saulis quare se occidit.

Respondent quidam Hebrei, quòd iste armiger Saulis fuit Doeg, Idumeus, qui erat nimis acceptus Sauli: nam erat primus inter seruos eius:primo Regum vigesimosecundo, & iste offenderat nimis Dauid accusans eum apud Saulem, & etiam accusauit Abimelech Sacerdorem magnum, qui dedit panes,& gladium Dauid,& propter hoc occisus est ipse Abimelech cum octogintaquinque Sacerdotibus de domo sua, & ciuitas Nobe destructa est vsque ad pecora, & hæc omnia fecit Doeg: nam cum nullus de seruis Saulis vellet occidere Sacerdotes ad mandatum Saulis,ipse Doeg solus occidit omnes illos: primo Regum vigesimosecundo. propter hæc omnia timebat nimis Doeg ipsum Dauid:credebat tamen, quòd mortuo Saule illico regnaret Dauid:ideo,ne,si viueret,pateretur pœnas grauissimas ab eo,voluit se potius occidere in bello. Ista positio videtur quibusdam satis rationabilis, nihil tamen de hoc constat.

Alio modo potest dici, quòd fecit hoc armiger Saulis ex nimia dilectione:nam noluit occidere Saulẽ quamquàm ille iuberet, eo quòd diligebat eum; ideo cum mortuus esset nunc Saul,noluit superuiuere ipse, quia iam nullum bonum superesse censebat mortuo illo:quem maximè diligebat. Sic enim fuit de Anchise Troiano patre Aeneæ:nã cũ Aeneas destructa Troia discurrentibus Græcis per vrbem, vellet capere patrem Anchisem, & ducere eum in Italiam, recusabat hoc Anchises dicẽs se nolle viuere postquam Troia iam deleta erat:sic pater per Virgilium 2.Aeneidos,scilicet.

Absit,vt excisa posim superuiuere Troia.
Talia perstabat memorans fixusque manebat.

Sic etiam apud quasdam gentes barbarorum est etiã cum quis habens plures vxores moritur,ea quę ab illo maxime diligebatur,vel,quæ se magis ab illo diligi putabat,cum eo moriente simul se ignem mittit,& sic idem ignis vtrumque cremat. Tertiò modo potest dici,quòd eadem causa impulit armigerum Saulis, quę impulit Saulem ad occidendum se, scilicet, ne illuderetur a Philisthinis. Vidit enim iam instare ille armiger Philisthinos, & sciebat, quòd nequaquã poterat euadere: ideo voluit se occidere, in quo consequebatur has vtilitates.Prima erat,quòd leuius pateretur quàm si occideretur ab hostibus:nam si incideret in manus hostium,inferrent ei vulnera grauiori ma:ipse autem leuiter se occidit.Secunda erat,quia si Philisthini caperent eum viuentẽ illuderent ei, cum esset vir honorabilis familiaris valde regi, & etiam illuderent Sauli iam mortuo coram ipso, & hoc iste molestum haberet tam pro se quàm pro Saule, ideo potius voluit se occidere quàm mortem a Philisthinis spectare.

Interijt ergo Saul,& tres filij eius,& omnis domus illius pariter concidit. Quod cũ vidissent viri Israel,qui habitabant in campestribus, fugerunt, & Saul, & filijs eius mortuis dereliquerunt vrbes suas, & huc illucque dispersi sunt: veneruntque Philisthijm,& habitauerunt in eis. Die igitur altero detrahentes Philisthijm spolia cæsorũ, inuenerunt Saul, & filios eius iacentes in monte Gelboe.Cumque spoliassent eum,& amputassent caput, armisque nudassent.

Interijt ergo Saul. Ista est summa prędictorum, scilicet mortuus est ĩ die illa Saul,& tres filij eius,scilicet, illi tres,qui supra nominati sunt:nam quartus eorum Isboseth non fuit in bellum: ideo non fuit mortuus.

Et omnis domus illius pariter concidit. Dicitur concidisse tota domus Saulis, quia non manserunt aliqui de familiaribus eius,qui eum nimis diligebant: nam ibi omnes mortui sunt. Vel dicitur hoc propter filios,quia domus significat cognationem, & cognatio tota Saulis cecidit nunc, quia isti tres filij Saulis, qui mortui sunt in bello erant viri strenui, & bellatores, in quibus seruanda erat posteritas Saulis,& regnum; quia tamen illi mortui sunt,& non mansit nisi Isboseth,qui fuit ignauus ad regnandum,& post modicũ occisus est, dicitur tunc tota domus eius perijsse:magis tamen intelligitur de filijs,& familiaribus, & reliquis de cognatione Saulis morientibus in bello, quia primo Regum vltimo.dicitur mortuus est ergo Saul, & tres filij eius armiger illius, & vniuersi viri eius in die illa pariter, ideo viri Saulis vocantur domus eius, quæ concidit.

Quod cum vidissent viri Israel, qui habitabant in campestribus. Hic ponitur dispositio facta in Israelitis ex morte Saulis, & filiorum eius. Pro quo considerandum est, quòd istud bellum factum fuit in sorte Iudæ in monte Gelboe circa vrbem Iezrahel, & erat locus prope terram Philisthinorum,est autem terra illa aliqualiter montuosa,sed non omnino,& illi, qui habitabant in terra illa de Israelitis timentes Philisthinos, qui propinqui erant, quòd occiderent eos,fugerunt de locis suis ad alias vrbes Israel, quæ distantiores essent a locis Philisthinorum,& sic dicitur, quòd cum vidissent viri Israel,scilicet, quòd mortuus erat Saul, & filij sui:& dicitur, qui habitabant in campestribus, ideſt,in terra campestri, quę est aliqualiter montuosa,& aliqualiter plana,vnde distinguuntur tres modi terrarum in Scriptura,scilicet, montuosa, alia plana, alia campestris, & campestris est media in caliditate inter vtranque, de hoc colligitur Iosue 11.ista terra campestris est regio aliquantulum magna in sorte Iudæ, in qua sunt aliquæ vrbes, vt patet Iosue 15. & sunt quatuordecim,& sunt istæ vrbes ad partem meridianam terræ Israel iuxta terram Philisthinorum, ideo fugerunt omnes de illis vrbibus, vt patet primo Regum vltimo,scilicet,(Videntes viri Israel, qui erãt trans vallem, & trans Iordanem, quòd fugerent viri Israelitę, & mortuus est Saul, reliquerunt ciuitates suas,& fugerunt.)

Et Saul, & filijs suis mortuis dereliquerunt vrbes suas. Ideſt cum vidissent,quòd Saul,& filij sui mortui erãt, & etiam fugerant, Israelitę reliquerunt vrbes campestres in quibus manebant.

Et huc illucque dispersi sunt. Ideſt dispersi sunt per alias vrbes terræ Israel euntes ad habitandum in diuersis locis, cùm dimississent vrbes suas timore Philisthinorum.

Veneruntque Philisthini, & habitauerun in eis. Erant vrbes istę campestres propinquę terræ Philisthinorũ, ideo Philisthini videntes vrbes vacuas habitauerunt in eis,& tenuerunt eas vsquequo Dauid regnauit aliquanto tempore, & faciens multa bella contra Philisthinos abstulit eis loca,in quibus morabantur, & tulit frenum tributi de manu ipsorum, vt patet secũdo Regum octauo,& infra dicimooctauo.

Die igitur. Hic ponitur Secundum huius capitu. scilicet,Saulis,& filiorum suorum mortuorum vilificatio:nam Philisthini exercuerunt super eos ignominiosa,& dicitur.

Die igitur altero. Refertur ad diem, quo factum est bellum,& mortuus est Saul,& filij sui:nam in eodem die quieuerunt Philisthini post bellum,& manserunt in castris:sequenti autem die incęperũt tollere spolia occisorum,& tunc factum est hoc.

Detrahentes Philisthijm spolia occisorum. Corruerant enim aliqui in bello,quorum plurimi fugiendo fuerant occisi,& nunc iuerunt Philisthini ad tollendum omnia spolia ipsorum,scilicet,arma,& vestes. *Inuenerunt Saul,& filios eius iacentes in monte Gelboe*. Cognouerũt enim eos,quia forte habebant aliqua insignia regalia, per quæ cognoscerentur: nam apparatus ipsorum esset excellentior, quàm reliquorum, vel forte multi Philisthinorum sępe viderunt Saulem,& filios eius, & nunc cognouerunt eos mortuos, & dicitur, quòd inuenerunt eos in monte Gelboe, quia ibi factum fuerat bellum,& licet aliqui de fugentibus corruerunt extra montem Gelboe, tamen Saul, & filij sui,qui non fugerant, corruerunt in loco belli.

Cumque spoliassent eum. Scilicet,Saulem.Spoliauerũt enim eum armis,quæ miserunt per terram Philisthinorum,vt viderentur, & postea consecrauerunt ea in templo Astaroth,vt ibi semper manerent, vt patet infra in litera,& primo Regum vltimo. Aliqui dicunt, quòd spoliauerunt eum regalibus insignijs, & tamen falsum est,quia antequam venirent Philisthini ad tollendum spolia,inuenis Amalecita inueniens Saulem semimortuum abstulit ei coronam,& armillam,quę erant regalia insignia,tulitque ea ad Dauid manentẽ tunc in Siceleg.2.Regum primo.

Et amputassent caput. Non amputauerunt capita filiorum Saulis,sed solius Saulis, vt patet hic, eo quòd Saul rex erat, & dehonoratio summa illius sufficiebat.Alia autem causa assignata est primo Regum vltimo,quare abscissum est caput Saulis,& nõ filiorum suorum.

Armisque nudassent. Habebat enim Saul arma pulchra,qualia regem habere decebat: ideo abstulerunt illa.

An verum sit quòd nunc Saul haberet arma.
Quæst. III.

QVAERITVR quomodo poterat nunc habere Saul arma,quia in bello,quod fecit contra Philisthinos non est repertus ensis,vel lãcea in manu totius populi nisi in manu Saulis,& Ionathę filiorum eius:1.Re.13. ideo non videt, qꝓ posset habere alia arma nisi gladium,vel lanceam.

Respondendum,quòd Saul tũc habebat arma pulchra,& nõ solum ipse,sed etiam quilibet de populo, qui venerat in bellum.Et cùm dicitur,qꝓ non est inuẽtus gladius,& lancea in manu totius populi. Respondendum est,qꝓ illud fuit in principio regni Saulis, qñ nouiter cepit pugnare contra Philisthinos,nam tunc erant sexcenti viri cum eo,& nullus habebat gladiũ, nec lanceam,nisi ipse,& filius suus Ionathas: eo.cap. & tamen postea habuit multa bella Saul contra Philisthinos,& contra alias gentes,in quibus potuit habere arma multa:namtunc pugnauit contra Philisthinos,& erant in exercitu illo triginta millia curruum, & sexcenti millia equitum,& reliquum vulgus,sicut arena,quę est in litore maris plurima:primo Reg.13. & totus ille exercitus fugit a facie Israel turbatus, & occisi sunt plurimi,& acceperunt Israelilę multa arma:primo Reg.14.iterum etiam pugnauit Saul contra Philisthinos quando Dauid occidit Goliath Gethęum,& tunc etiam multa arma ceperunt Israelitę: primo Regum decimoseptimo. Multa quoque alia bella fecit Saul contra gentes plurimas,& obtinuit arma multa,& diuitias: primo Regum 14.scilicet, Et Saul confirmato regno super Israel pugnabat per circuitum aduersus omnes inimicos eius contra Moab, & filios Ammon,& Edom,& reges Soba,& quocunque se verteret, superabat. Potuit ergo colligere arma multa ex his bellis,& cum istud fuerit vltimum bellum quod fecit totus populus eius,poterat esse bene armatus.

Miserunt

Miserunt in terram suam, vt circunferretur, & ostenderetur idolorum templis, & populis. Arma autem eius consecrauerunt in phano dei sui.

Miserunt in terram suam. Scilicet Philisthini miserunt caput illud in terram suam, vt circũferretur per terram. Etiam miserunt arma, & tamen non fuerũt circunducta per terram Philisthinorum, sicut caput, sed posita fuerunt in templo Astaroth.

Vt circunferretur. Ideſt, vt duceretur per totam terram Philisthinorum.

Et ostenderetur idolorum templis & populis. Ostendeba tur caput illud per totam terram Philisthinorum ad magnam lętitiam populi, quia hostis suus maximus Saul iam pericrat, & ostendebatur in populis ad signi ficandum lætitiam habitatorum terræ, & magnam excellentiam pugnatorum, & ostendebatur in templis idolorum ad laudem ipsorum, & ad significandum, quòd virtute deorum suorum obtinuerãt victoriam illam. Sic enim fuit quando tenuerunt Samsonem viuentem: nam obtulerunt hostias magnificas Deo suo Dagon, & cum epularentur, dicebãt. Tradidit Deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras: Iudi. 16. Quomodo autem Philisthini poterant existimare, quòd consequebantur victoriam per Deos suos, cùm aliquando illi non potuissent resistere Deo Hebręorum, & quid in hoc opinabant Philisthini, declaratum est primo Reg vlti.

Arma autem eius consecrauerunt in phano Dei sui. Iste Deus erat Astaroth, qui vocatur Deus Philisthinorũ, quia fortè erat specialiter Deus quantum ad aliqua, sicut dicitur primo Reg. vlti. Posuerunt arma eius in templo Astaroth, & consecrauerunt illa, scilicet, assignauerunt ea ad hoc, quòd semper essent in templo Astaroth, & quidquid ponitur ad cultum Dei offerendo dicitur consecrari Deo, & sic fuit de istis armis. Consuetudo erat enim apud antiquos tam Hebræos, quàm Gentiles pro rebus magnificè gestis in bello ponere aliqua insignia armorum in templo Dei, vel idolorum. De Iudæis patet, quia quando Dauid occidit Philisthæum abstulit ei gladium, & arma, & posuit ipsum gladium in templo Domini apud Ephod. primo Reg. 21. & etiam 18. De Gentilibus autem patet hi c: nam isti Philisthini posuerunt arma in templo Astaroth, & etiam caput in templo Dagon.

Propter quid Philisthini posuerunt arma Saulis in templo Astaroth. Quæst. IIII.

QVAERITVR ad quid posuerunt Philisthini arma Saulis in templo Astaroth. Respõdendum, quòd vna ratio fuit ad laudem idolorum, vt attribuerent eis victoriam, quam acceperant: sicut Iudæi attribuebant victorias suas Deo vero, licet in hoc errarent Philisthini, quia dij sui non habebant aliquam virtutem ad dandum eis victoriam, cum non essent dij, sed dæmonia. Secunda causa erat, quia locus erat publicus: nam volebant Philisthini, quòd ista victoria tam præclara maneret ad æternam memoriam in terra sua, istud autem esset per arma, scilicet, quòd manerẽt arma in loco in quo possent videri a populo: nullus tamen erat locus magis publicus, quam templum Astaroth, ad quem cõueniebant omnes Philisthini ad aliquas festiuitates, ideo conuenienter ibi poni potuerunt. Tertia causa fuit ad ostendendum aliquid admirandum de victoria habita contra Saulem, & hoc propter magnitudinẽ eius: nam erat vir staturæ giganteæ, quia excedebat totum populum ab humero, & sursum, vt patet primo Regum decimoseptimo. arma autem eis admiranda erant iuxta magnitudinem suam, ideo posuerunt ea ad memoriam æternam, vt populus videns arma admiraretur hostis sui magnitudinem, & sic magis laudaret victoriam de eo habitam.

Et caput affixerunt in templo Dagon: Hæc cum audissent viri Iabes Galaad omnia, scilicet, quæ Philisthijm fecerant super Saul, consurrexerunt singuli virorum fortium, & tulerunt cadauera Saul, & filiorum eius, attuleruntque ea in Iabes, & sepelierunt ossa eorum subter quercum, quę erat in Iabes.

Et caput affixerunt in templo Dagon. Istud fuit solum de capite Saulis: nam capita filiorum eius abscissa nõ fuerunt: fuit autem istud caput affixum in templo Dagon, quia Dagon erat deus magnus Philisthinorum, quod patet, quia quando tenuerunt Philistihni Samsonem obtulerunt magnificas hostias deo suo Dagon, & dixerunt tradidit Deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras: Iudi. decimosexto. Etiam in templo istius Dagon fuit posita Arca Fœderis Dei Israel, quando Philisthini tulerunt eam de manibus Iudęorum in bello: primo Regum quinto. Considerandum de illo capite Saulis, quod affixum est in templo Dagon, quòd non seruatum fuit in æternum ibi, sicut arma in templo Astaroth, eo quòd illa poterant seruari, & caput non: nisi forte dicatur, quòd detractę sunt medullę, & sola ossa cranei seruata sunt, & sic poterat magno tempore teneri affixum in templo Dagon ad perpetuam memoriam, sicut fuit de armis in templo Astaroth. Quare autem Philisthini affixerunt arma in templo Astaroth, & caput in templo Dagon, & non affixerunt ambo in eodem templo, & quare in templo Bezebub, qui erat deus famosus Philisthinorum, vt patet quarto Regum primo, non fuit posita alicuid, declaratum est primo Regum vltimo.

Hæc cum audissent. Hic ponitur tertium huius capitu. scilicet, vilificatorum honorabilis tumulatio: nam postquam corpora Saulis, & filiorum suorum in terra Philistinorum passa sunt ignominias honorata fuerunt a viris Iabes, qui illa sepelierunt solemniter, & dicitur hoc cum audissent secundum literam istam deberet inferri ad mortem Saulis, & filiorum suorum, & tunc non esset verum, quòd propter hoc, quòd audirent Philisthini mortem Saulis, & filiorum suorum irent ad accipiendum cadauera eorum de terra Philisthinorũ, sed debet subintelligi illud quod habetur primo Regum vltimo, scilicet, quòd Philisthini tulerunt cadauera Saulis, & filiorum suorum, & suspenderunt ea de muro Bethsan, quæ est ciuitas Philisthinorum, & audientes viri Iabes istud iuerunt in Bethsan, & tulerunt inde cadauera illa. Sic enim exponit ista litera: cum inquit dicitur, cùm audissent viri Iabes Galaad omnia, quæ Philisthijm fecerant super Saul: vocantur viri Iabes Galaad a quadam vrbe, quæ est in terra Galaad sorte duarum tribuum, & dimidiæ vltra Iordanem, & illa vocatur Iabes. Semel enim ista ciuitas deleta fuerat per Israelitas, quando totus Israel aggregatus est ad pugnandum contra tribum Beniamin propter habitatores Gabaa: nam tunc viri Iabes non venerunt in congregatione illa, & reliqui Israelitę irati propter hoc decreuerunt, quòd occiderentur omnes, qui erant in vrbe Iabes tam magni, quam paruuli, viri & fęminæ pręter puellas virgines, & inuentę sunt quadringentę in vrbe, reliqui autem occisi sunt: Iudic. vltimo, nunc autem isti viri Iabes fuerunt glorioſi impendentes Sauli tale beneficium, quale nulli de Israelitis impenderunt. Et istud fuit, quia Saul specialiter benefecerat viris Iabes cum Nadas rex Ammon vellet omnibus illis auferre oculos dextros, & tunc Saul pugnans contra Ammonitas fugauit eos, & liberauit viros Iabes.

Omnia igitur, quæ Philisthijm fecerant super Saul. Scilicet audierunt quomodo Philisthini occiderant Saulem, & filios eius, & suspenderunt corpora eorum in muro Bethsan. Nam tunc incitati sunt ad eundum illuc, vt furarentur inde illa cadauera, & redderent Sauli gratiam pro gratia.

Consurrexerunt singuli virorum fortium. Sponte isti iuerunt: nam nullus eis iussit, nec suasit, sed ipsi consilio habito iuerunt, & surrexerunt ad hoc omnes viri fortes, qui erant ad pugnandum.

Et tulerunt cadauera Saul, & filiorum eius. Ista cadauera pendebant in muro Bethsan. Nam sicut villificauerant Philisthini Saulem caput suum mittendo per totam terram Philisthinorum, & postea affigendo in templo Dagon, ita & villificauerunt cadauer Saulis, & filiorum suorũ, suspendendo illa in muro Bethsan cum intentione, quòd manerent ibi aliquanto tempore, & fortè postea intendebant tradere illa canibus, vel facere aliqua ludibria eis, vt quòd dimitterent illa insepulta.

Attuleruntque ea in Iabes. Ambulauerunt isti tota nocte vsque ad vrbem Bethsan, & acceperunt inde cadauera pendentia in muro Bethsan, vel in platea Bethsan, quod idem est, sicut declaratum est primo Reg. vlt.

Et sepelierunt ossa eorum subter quercum, quæ erat in Iabes. Ista erat aliqua magna quercus in Iabes, & sub illa tanquam in loco famoso sepulti fuerunt Saul, & tres filij eius, manserunt autem cadauera eorum ibi, vsque ad tempus magnum præteritum de regno Dauid quando facta est fames in terra, & ipse, oraculo Domini occidit septem viros de stirpe Saulis in vindictam sanguinis Gabaonitarum. Illos enim reliquit in patibulis vsquequo stillauit super eos imber, & tunc iussit deponi, & sepeliri in Gabaa, vbi erat sepulchrum Aui eorum Cis. Et tunc Dauid tulit ossa Saulis, & filiorum eius de Iabes, & sepeliuit illa in Gabaa, scilicet in latere montis, vbi erat sepulchrum Cis patris Saulis, & ibi manserunt postea omnes tumulati. De hoc 2. Reg. 21.

An isti sepulti fuerunt in nemore Iabes. Quæst. V.

QVAERITVR quomodo dicitur hic, quòd sepulti sunt in nemore Iabes.

Respondendum, quòd verè isti sepulti sunt in nemore Iabes, & tamẽ ibi erat quędam quercus valde magna, & famosa, & sub illa sepulti sunt isti, & factum est hoc ad solemnitatem, quia voluerunt viri Iabes facere sepulchrum honorabile Sauli, & filijs suis, & ad hoc elegerunt locum honorabilem, non erat tamen in illo nemore aliquis locus tam famosus sicut sub illa quercu magna: ideo ibi sepulti sunt, erant autem in terra Chanaan magnæ quercus, & ilices, sicut patet de ilice Mambre, sub qua habitauit Abraham, vt patet Geneſis decimooctauo. Quercus etiam magnæ erant, & fortes in terra illa, vnde in scriptura quercus famosę sunt, sic patet Amos secundo. Ego exterminaui à facie eorum Amorrhęum, cuius altitudo cedrorum altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus. Et in alijs locis ipsę quercus laudantur quasi magnæ. Sic enim in Iabes Galaad poterat esse aliqua famosissima quercus, sub qua sepelirentur isti. Sed objicietur, quòd non potuerint sepeliri in nemore, quia dicitur hic, & sepelierunt ossa eorum subter quercum, quæ erat in Iabes: ergo intra vrbem erat quercus, nemus tamen non erat in vrbe.

Respondendum, quòd quercus ista non erat in vrbe Iabes, sed in nemore extra vrbem, & cum dicitur, quòd erat in Iabes intelligitur de territorio, quia sic multa dicuntur fieri in aliqua vrbe, si fiunt in territorio eius, sicut dicitur Iosue quinto, in litera Hebręa, quòd cum esset Iosue in Iericho apparuit ei Angelus Domini euaginatum habens gladium, & tamen constat, quòd non erat Iosue in vrbe Iericho, quia nondum eã ceperant Israelitę, sed postea ceperunt Iosue decimosexto. patet etiam in litera nostra, quę dicit ibi, cum esset Iosue in agro Iericho, ita hic. Apparet autem istud adhuc, quia Israelitę non sepelierant aliquos in vrbe sed extra, eo quòd quicunque tangeret sepulchrum contrahebat immunditiam, & ideo volebant Hebręi fugere eam quantum possent ne impedirentur accedere ad Sanctuarium, & ad alias res sacras, ideo nullo modo ponerent sepulchra in vrbibus, vbi erat magna conuersatio hominum, & possent faciliter pollui: extra vrbem autem in locis separatis non erat occasio ad pollutionem, ideo fierent sepulchra.

Item patet hoc Numeri decimonono, cùm dicitur, si quis in agro tetigerit cadauer occisi hominis, vel sepulchrum, in quo innuit, quòd sepulchra in agro erant, fuit autem speciale in Dauid, qui pro se, & successoribus suis regibus Iuda fecit sepulchra in castro montis Sion in quodam loco separato regalis palatij, & ibi sepeliebantur omnes reges Iuda: nam de quolibet dicitur dormiuit cùm patribus suis, & sepultus est in ciuitate Dauid, vt patet tertio Regum 14. & 15. & per totum tertium, & quartum librum Regũ. Considerandum autem, quòd cum isti viri Iabes tantam misericordiam exercuissent cum Saule, & filijs suis, Dauid cum cepit regnare misit eis ad reddẽdum gratias multas promittens, quòd ipse retribueret eis pro hoc beneficio secundo Regum secundo. De cadaueribus autem istorum an combusti fuerint, sicut dicitur primo Regum vltimo, vel forte manserint intacta, quia dicitur secundo Reg. 21. quòd Dauid transtulit ossa istorum Iabes in vrbem Gabaa, & non possent ossa transferri si combusta fuissent cadauera, declaratum est primo Reg. vlt.

Et ieiunauerunt septem diebus. Mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas, eo quòd prævaricatus sit mandatum Domini, quod præceperat, & non custodierit illud.

Et ieiunauerunt septem diebus. Scilicet postquam sepelierunt illa, ieiunauerunt septem diebus ad cęremonias funeris Saulis solemniter explendas. Dauid aũt audita morte ista planxit nimis, & tamen nõ ieiunauit nisi vna die, vt patet 2. Reg. 1. quare aũt ieiunauerunt pro mortuis viri Iabes, & ad quid profuit istud ieiuniũ mortuis, & an ad aliquid profuerit, & quare ieiunauerunt septem diebus, & non pluribus, nec pauciorib⁹ solum, & quare cum isti ieiunauerint septem

Universidad de Deusto
Biblioteca

diebus: Dauid & viri ſui non ieiunauerunt niſi vna die, & de quibuſdam alijs dubijs circa iſta, & totam hiſtoriam iſtius capituli, declaratum eſt ſatis primo Regum vltimo. *Mortuus eſt.* Hic ponitur quartum huius capituli, ſcilicet regni translatio: nam fuit trãslatum de Saule ad Dauid, vt patet in litera, & hoc fuit propter iniquitates Saulis, quia peccauit nimis, & dicitur.

Mortuus eſt igitur Saul propter iniquitates ſuas. Scilicet mortuus eſt per manus Philiſthinorum, vt ſupra in litera patet, & dicitur, propter iniquitates ſuas intelligendo, quòd mortuus eſt tali morte propter iniquitates: nam ſi accipiamus mortem abſolute, non moritur aliquis propter iniquitatẽ, quia etiam ſi nullam haberet iniquitatem moreretur: nã nõ eſt mors iam propter peccata noſtra, ſed propter legẽ à Deo datam: nam peccauit Adam, & Deus dedit legẽ de morte futura propter peccatum illius in omnes homines: ſic.n. dicitur, q̃ per peccatum introducta fuit mors, vt patet Sap.1. de iſto ſtatuto loquitur Apoſtolus ad Hebr. 9. Statutum eſt de vno quoque homine ſemel mori, ſed verum eſt, q̃ mortem eſſe amaram, vel repentinam aut huiuſmodi prouenit ex peccato, & ita fuit in Saule: nam non fuiſſet traditus manibus Philiſthinorum, niſi peccauiſſet nimis, & ob hoc etiã antequam occideretur, Deus puniebat eum nolendo ei reſpondere per prophetas, nec per ſacerdotes, nec per ſomnia primo Reg.28. *Eo quòd præuaricaſſet mãdatum Domini, quod præceperat ei.* Intelligitur de præcepto pugnandi contra Amalecitas, & nõ parcendi alicui, & non tenuit iſtud præceptum Saul, quia non occidit regem Amalec, nec etiam pecora primo Reg. 15. *Et non cuſtodierit illud.* Idem eſt præuaricari illud, vel non cuſtodire, quia præuaricari eſt tranſgredi, & tamen poſſunt differre, ſcilicet, quòd accipiatur præuaricari pro facere contrarium, & eſt aliquid poſitiuum, non cuſtodire autem ſola negatio eſt, & quamquam non cuſtodire abſolute præceptum non ſit peccatum, tamen non cuſtodire illud tempore, & loco debitis peccatum eſt, & ſic intelligitur hic.

Quæ nam fuerint iniquitates Saulis. *Quæſt. VI.*

QVAERITVR, quę fuerunt iniquitates Saulis, propter quas mortuus eſt. Reſpondendum eſt, quòd non poteſt nobis patere de omnibus peccatis eius: nam poſtquam ſemel cępit eſſe malus, nunquam ad bonum redijt, ſed fuit tanquam obſtinatus. Sunt tamen quædam peccata eius manifeſtata de quibus agitur in ſcriptura.

Prima iniquitas eſt, quia iuſſit ei Samuel, quòd nõ offerret vſquequo veniret in Galgalam, ſed expectaret ibi ſeptem diebus, & antequam omnino complerentur iſti dies, Saul obtulit ſacrificium non expectato Samuele primo Reg. 13. & propter hoc peccauit nimis, & Samuel increpuit eum dicens: Stulte egiſti, non cuſtodiſti mandatum Domini, quod ſi non egiſſes iam nunc præparaſſet Dominus regnum tuum ſuper Iſrael, ſed nequaquam vltra conſurget.

Secundum peccatum fuit, quia Deus iuſſit Sauli, q̃ occideret omnes Amalecitas vſque ad pecora nemini parcens, ipſe autem pepercit regi Amalec, & omnibus gregib⁹ optimis, & ob hoc dixit ei Samuel: Scidit hodie Deus à te regnum Iſrael, & tradidit illud ꝓximo tuo meliori te, & ibi dixit, quòd non parceret ei Deus nec flecteretur pœnitentia primo Reg.15. Tertium peccatum fuit inuidia, quam concepit Saul cõtra Dauid, & odium iniuſtum cum deſiderio occidẽdi eum primo Reg.18. Quartum peccatum fuit multiplex perſecutio eius, in qua toties peccauit quoties eum perſecutus eſt. Nam primo conatus eſt eũ percutere lancea, cum pſalleret coram eo, quando à dæmone arripiebatur 1.Reg.18. Iterum etiam conatus eſt eum occidere pſallentem, ſed lancea non tetigit eum 1. Reg. 19. Iterum etiam perſequutus eſt eum iuſſitq́ue circundari domum eius, & capi ipſum arg. duci ad mortem, ſed liberatus eſt per Michol vxorẽ ſuam eodem capit. Multę etiã alię perſecutiones eius fuerunt contra Dauid, de quibus à capit. 19. vſque ad 27. primi libri, in quibus grauiter peccauit Saul. Quintum peccatum fuit, quia fuit Saul periurus: nam ipſe iurauit, vel promiſit Dauid, quòd iam non noceret ei, & confeſſus eſt iniquitatem ſuam, & tamen poſtea perſecutus eſt eum primo Regum vigeſimoquarto, & vigeſimoſexto. Sextum peccatum fuit Saulis, quia perſecutus fuit iniuſte amicos Dauid: nam & filium ſuimet Ionatham percutere voluit lancea, quia reſpondebat pro Dauid ſecundo Regum vigeſimo. Septimum peccatum fuit, quia ſacerdotes Domini iniuſte occidit, & vrbem Nobe deleuit deſtruens paruulos, & magnos, & etiam pecora, cum nihil mali meruiſſent primo Regum vigeſimoſecũdo, ſed ſolum propter odium Dauid factum eſt hoc. Octauum peccatum fuit, quia non ſperauit in Domino, quando debuit ire ad bellum Philiſthinorum, ſed quæſiuit extraordinaria remedia, de hoc dicitur hic, q̃ non ſperauit in Domino, & ſicut laus eſt alicui regi bono, q̃ ſperauerit in Domino, ſicut patet de Ezech. 4. Reg. 18. ita peccatum eſt de aliquo, quòd non ſperauerit in eo, & ſic dicitur hic de Saule, quòd nõ ſperauit in Domino. Nonum peccatum eius fuit, quòd conſuluit pythoniſſam: nam Deus prohibuerat in lege conſului pythones Deut. 18. & iuſſerat occidi habentes tales ſpiritus Leu. 20. Ipſe quoque Saul occiderat illos primo Reg. 18. & tamen incidit in eãdem culpam videns ad conſulendum pythoniſſam eodem capit. de iſtis iniquitatibus etiam declaratum eſt eod. cap.

An mortuus fuerit propter omnes iſtas iniquitates. *Quæſt. VII.*

QVAERITVR vlterius, cum fecerit Saul omnes iſtas iniquitates, an propter omnes illas mortuus fuerit.

Reſpondendum, q̃ vno modo poteſt intelligi, q̃ mortuus fuerit propter omnes iſtas, ideſt, q̃ quęlibet iſtarum meruerit mortem Saulis. Alio modo, quòd omnes iſtę ſimul aggrauauerint ſentẽtiam quę deberet dari contra Saulem, ita quòd propter omnes ſimul ſumptas mortuus fuerit Saul, & non moreretur pro vnica, vel pro paucis ſolum, tertio modo poteſt accipi, quòd Deus imputauerit Saulmortem propter iſtas ſimul, quamquam mereretur ex vna ipſarum, vel paucis, vel quòd Deus intulerit ei mortem non propter quamcunque ipſarum, ſed propter aliquas ſpecialiter, quamquam per quamlibet earum per ſe meruerit.

Reſpondendum eſt, quòd primus modus ſatis eſt verus, ſcilicet quòd propter quamcunque iniquitatem iſtarum Saul meruit mortem, nam quęlibet earum erat tam grauis, quòd erat morte digna, & tamen q̃ pro qualibet iſtarum per ſe Deus infligeret mortem, quam intulit Sauli, non poteſt ſtare, quia vel inferret pro omnibus ſimul, vel pro quibuſdam per ſe, vel pro vnica, vel pro qualibet tamẽ per ſe occidi eſt impoſſibile, cum vnica fuit occiſio. De ſecundo modo dicendum, quòd non poteſt ſtare, quia Saul meruit per quamlibet iſtarum iniquitatum mortem, & non oportuit, quòd omnes iſtas cõmitteret ad hoc q̃ occideretur, quia etiam ſi vnam, vel duas omiſiſſet nihilominus occideretur. Dicendum ergo tertio modo, quòd Saul commiſit omnes iniquitates ſupra poſitas, & etiam multas alias, quę non ſunt ſcriptæ, & tamen non fuit punitus pro omnibus illis, quia quædam illarum fuerunt, quas etiam ſi commiſiſſet non fuiſſet occiſus, nec ablatum fuiſſet regnum ſuũ, ſic patet de prima iniquitate in non expectando Samuelem primo Regum decimotertio: nam quamquam Samuel dixit, quòd iam non conſurgeret regnum eius, tamen ſi non commiſiſſet poſtea iniquitatem non occidendo omnes Amalecitas, nec pecora, nõ priuaſſet eum Deus regno, quia poſtquam peccauit in hoc dixit ei Samuel. Scidit Deus à te regnũ Iſrael hodie primo Reg. decimoquinto. Ex quo patet, quòd pro priori peccato non ſciſſum fuerat. Patet etiam quia poſt iſtud peccatum ſecundum iuſſit Deus Samueli, quòd vngeret Dauid in regẽ tãquam iam priuatus eſſet Saul regno, & poſt primum peccatum non fecit hoc: ideo non videtur, quòd propter illud Deus non occiſurus erat Saulem, nec ablaturus ei regnum, niſi peccaſſet poſtea.

Item patet hoc ex litera, quia dicitur hic mortuus eſt Saul propter iniquitates ſuas, eo quòd prœuaricaſſet mandatum Domini, & non cuſtodiuit illud, & deinde dicitur, & inſuper pythoniſſam conſuluerit: ergo videtur, quòd iſtud nõ fuit de illis peccatis, propter quę mortuus eſt Saul, & ablatum eſt ei regnum.

Item patet, quia quãdo Deus induxit Philiſthinos contra Saulem ad vltimum bellum, in quo mortuus eſt, intendebat occidere eum, & tamen nondum cõſuluerat pythoniſſam, ſed poſtea conſuluit. Quod patet, quia quando Philiſthini congregati ſunt contra Saulem, perterritus eſt nimis pluſquam alijs vicibus, quando exiturus erat ad bellum ſecundo Reg. vigeſimooctauo. Et hoc erat, quia iam Deus deſeruerat eum. Etiam patet, quia conſuluit tunc Saul Dominum per ſacerdotes, & per Prophetas, & tamẽ noluit ei dare reſponſum, & ſolebat alijs vicibus dare, ideo apparet, quòd propoſuerat eum occidere, tamẽ poſt hoc conſuluit pythoniſſam: nam cum Deus nullo modo reſpondere vellet, quęſiuit, an eſſet aliqua pythoniſſa per quam poſſet interrogare eodem capitulo: non ergo fuit iſtud peccatum de illis, propter quę priuatus eſt Saul regno, & occiſus eſt à Philiſthinis. Dicendum ergo, quòd quamquam poſſet teneri, quòd multę iniquitates fuerũt Saulis, propter quas occiſus eſt, & ſi non propter omnes, quas fecit, cùm dicatur hic mortuus eſt Saul propter iniquitates ſuas, tamen rationabilius videtur dicendum, quòd mortuus fuerit propter vnicam iniquitatem, & propter illam regno priuatus ſit, ſcilicet quia non obediuit Domino quando miſit eum ad occidendum Amalecitas, & tamẽ occidit omnes, ſed reliquit regem, & pecora, & hoc videtur hic ſignari cum dicitur, eo quòd prœuaricaſſet mandatum Domini, quod præceperat ei, nec cuſtodiret illud. Et iſtud eſt mandatum de occidendo omnes Amalecitas, quia Saul in omnibus iſtis peccatis non tranſgreſſus eſt aliquod mandatum Dei ſpecialiter ſibi datum, niſi in bello contra Amalec.

Item patet hoc, quia poſt illud peccatum illico Deus fecit vngi Dauid in regem primo Regum decimoſexto, & tamen non feciſſet eum vngi, niſi omnino eſſet priuatus Saul, & poſteritas ſua iure regni, & ſic, quamquam poſtea fecerit multa alia peccata, tamen non fuit pro illis priuatus iure regni, nec etiã pro illo occiſus eſt, etiam ſi quodlibet illorũ per ſe mereretur priuationem regni, & mortem.

Sed inſuper etiam pythoniſſam conſuluerit, nec ſperauerit in Domino, propter quod interfecit eum, & tranſtulit regnũm eius ad Dauid filium Iſai.

Sed inſuper pythoniſſam etiam conſuluerit. Super omnia peccata ſua, per quę mortem merebat addidit iſtud, quòd pythoniſſam conſuluit, & iſtud erat graue peccatum, quia in lege vetitum erat Deuteronomij decimooctauo, ne quis conſuleret augures, vel quemcunque modum diuinationis exerceret, & ipſi habentes ſpiritus pythonicos iubebantur occidi, vt patet Leuit. vigeſimo. Item Saul fuerat valde zelator contra pythones, quia ipſe abſtulerat de terra omnes ariolos, & magos, & habentes pythones primo Regum vigeſimooctauo. Quòd ergo incideret ipſe in illud, quod damnabat, reprehenſibile valde erat. *Nec ſperauit in Domino.* Ideſt non habuit ſpem in Deo, quòd daret ſibi auxilium contra Philiſthinos: ideo magis timuit hac vice, quam omnibus alijs in bello, vt patet primo Regum vigeſimooctauo. Vel dicitur, non ſperauit in Domino, ſcilicet quòd recurrit ad dęmones, cum conſuluerit pythonem, & tamen Deus, licet nõ reſponderet ei per ſacerdotes, nec per Prophetas, nec per ſomnia, non debebat recurrere ad dęmones, ſed exponere ſe auxilio Dei faciendo quantum poterat humano. *Propter quod interfecit eum.* Ideſt quia ſpreuit mandatum eius contra Amalecitas, & inſuper cõſuluit pythoniſſam, & fecit alia mala. Et dicitur interfecit eum, ideſt, tradidit eum interficiendum hoſtibus, & idem eſt, quòd Deus aliquem per ſe occidat, vel quòd alteri occidendum tradat: ſic enim dicitur tradere aliquos in manus aliorum, eo quòd procurat, quòd per eos occidantur, ſicut eſt in homicidijs caſualibus. Nam tunc dicitur, quòd Deus tradidit eos, qui occiduntur in manus occidentium: Exod. vigeſimoprimo. *Et tranſtulit regnum eius ad Dauid filium Iſai.* Ideſt tranſtulit ius regni, quia fecit eum vngi viuente Saule, & per hoc dedit ei ius regnandi, & abſtulit Sauli, vel intelligitur de ipſo regno quantum ad poſſeſſionem, quia Deus fecit, quòd moreretur breuiter Saul, & poſt mortem eius illico fecit vngi iterum Dauid in regem, & regnum Iuda fuit ſub eo. Deinde mortuo Isboſeth filio Saulis ſecundo Regum quarto. factus eſt Dauid rex ſuper totum Iſrael ſecundo Regũ quinto, & tunc ceſſauit totaliter regnum in progenie Saulis, & fuit ſemper in progenie Dauid vſq; ad captiuitatem Babylonis. Multa autem dubia pertinent ad iſtud capitulum, quę ſubticui hic, eo quòd ſatis late declarata ſunt illa ſecundo Reg vigeſimooctauo, & trigeſimoprimo.

CAP. XI.

CONGREGATVS eſt igitur omnis Iſrael ad Dauid in Hebron, dicens: Os tuum ſumus, & caro tua.

DESCRIPTA in præcedentibus Dauid ad regnum electione, hic agitur de eius vnctione, quia per vnctionem reges fiebant, & diuiditur in tria, quia primo ponitur prędicta vnctio: ſecundò Iebuſęorum debellatio, ibi. *Abijt quoque.* Tertiò principum Dauid enarratio, ibi. *Hi principes.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

An hic sit ordo continuatus ad præcedentia.
Quæst. I.

QVAERITVR, an ea, quæ habentur hic habent ordinem continuatum ad præcedentia, vel est aliqua mutatio, & an fuerint ista immediatè post illa, vel interiecto aliquanto tempore.

Respondendum ad primum, quòd hic est ordo continuus, quia supra agebatur de electione Dauid in regem, per quam à Deo electus est, & translatum fuit regnum in ipsum quantum ad ius, hic autem agitur de ipsa reali traditione regni, quę facta est per istã vnctionem, ideo necesse est fuisse illa ante ista.

Ad secundum dicendum, quòd ista non fuerunt immediatè post illa, quia supra agitur de morte Saulis, & de translatione regni in Dauid, quod fuit quando viri Iuda assumpserunt Dauid in regem super tribum illam mortuo Saule, & fuit istud septem annis, & dimidio ante vnctionem istam, de qua hic dicitur. Quod patet, quia tot annis regnauit Dauid in Hebron super tribum Iuda 2. Reg. 5.

Circa primum dicitur. *Congregatus est igitur omnis Israel ad Dauid.* Ista congregatio fuit cùm regnasset iam Dauid septem annis, & dimidio in Hebron mortuo Isboseth filio Saulis: nam prius solã tribus Iuda sequebatur Dauid tunc, & congregatę fuerunt omnes tribus ad Dauid, & fecerunt eum regem super Israel, de quo magis latè patet seq. cap.

In Hebron. Ista est ciuitas in sorte Iudę, quę vocatur Hebron, & Chariatharbe, & Mambre, vt patet Gen. 23. & Iosue decimoquarto, & decimoquinto. In ista vrbe sepultus fuit Adam, vt patet Iosue 14. scilicet: Maximus Adam inter Enachim situs est. Idest sepultus in Hebron inter Enachim, idest, inter gigantes, qui ibi morabantur, ibi etiam sepultus est Abraham, Isaac, & Iacob, & tres vxores eorum, Genesis quadragesimonono. erat ista ciuitas metropolis in tota sorte Iudę, ideo quando Dauid regnabat super tribum Iuda sedes regni erat in Hebron secundo Regum secundo, & ibi genuit filios sex, secundo Reg. tertio, ista congregatio facta est à Dauid in Hebrõ, quia ibi erat sedes regni sui quando totus Israel voluit eum sibi regem facere, dicentes: Os tuum sumus, & caro tua. Istud dixerunt Israelitę ad probandum intentionem suam esse iustam, quia per hoc probabatur, quòd cõueniens erat eum fieri regem super Israel, & est sensus, nos sumus os tuum, & caro tua, quia sumus de ossibus tuis, & de carne tua, nam sumus omnes de eadem progenie.

Quoties, quomodo, & quando vnctus fuerit Dauid in regem.
Quæst. II.

QVAERITVR de ista congregatione, & vnctione Dauid quam fecerunt tunc Israelitę quando fuit, & quoties, & quomodo vnctus est.

Respondendum, quòd Dauid vnctus fuit ter in regem: primò cum adhuc esset paruulus pascens gregem: nam tunc vnxit eum Samuel viuente Saule, & fuit ista vnctio in Bethlehem occultè in domo Isai. primo Regum decimosexto, & per istam non fuit assecutus aliquod regnum quantum ad possessionem, sed solum quantum ad aliquod ius, vt declaratum est eodem capitulo. Secunda vnctio fuit post mortem Saulis: nam illico, vt mortuus est Saul consuluit dominum Dauid an ascenderet ad aliquam de ciuitatibus Iuda, & ascendit de Siceleg, quę erat in terra Philisthinorum in Hebron, quæ erat in sorte Iudę, & ibi illico vnctus est in regem ab omnibus viris Iuda secundo Regum secundo. Ista vnctio facta est in Hebron, & fuit publicè. Per eam acquisiuit Dauid possessionem regni super tribum Iuda. Tertia vnctio fuit, quando Dauid fuit in Hebron post mortem Isboseth filij Saulis, & omnes tribus Israel congregatę venerunt ad Dauid in Hebron, & vnxerunt eum in regem. Erat autem tunc Dauid annorum triginta septem, & dimidio, quia quando vnctus est rex super Iudam erat annorum triginta secundo Regum quinto, & tamen postea annis septem, & dimidio constitutus est rex super totum Israel: nam totidem annis regnauit in Hebron, vt patet eodem capitulo. Et etiam dicitur ibidem, quòd Dauid erat triginta annorum quando factus est rex, & quadraginta annis regnauit, scilicet septem, & dimidio in Hebron, & triginta tribus in Ierusalem. Quantę autem erat ætatis Dauid prima vice, quando vnctus est per Samuelem, non apparet, declaratum tamen fuit de hoc primo Reg. cap. 16.

De cęremonijs, & oleo, quo vnctus fuit Dauid, & à quibus personis. *Quæst. III.*

QVAERITVR vlterius de istis tribus vicibus, quibus vnctus est Dauid, quo oleo vnctus est, & quæ cęremoniæ obseruatæ fuerunt, & à quibus personis vnctus est.

Respondendum ad primum, quòd vnctio regum debebat fieri regulariter de oleo sacro, sic enim patet de Salomone: nam ipse vnctus est oleo ducto de tabernaculo Domini, tamen oleum tabernaculi sacrum erat, de hoc tertiò Regum primo. poterat tamen fieri in oleo communi ista vnctio, quia non erat istud necessarium. De oleo autem, quo prima vice vnctus est Dauid magis credendum est, quòd fuerit commune, quam sacrum. De hoc declaratum est primo Regum decimosexto. De secunda vnctione quæ facta est, quando Dauid assumptus est in regem super Iudam potest dici, quòd facta fuit in oleo sacro, vel in communi. Quòd fuerit in oleo communi patet, quia tunc Dauid assumebatur solum in regem super Iuda, & alię tribus Israel erant sub Isbosethi filio Saulis, erantque ista duo regna inter se pugnantia tunc: nam facta est longa concertatio inter domum Dauid, qui erat rex in Hebron, & inter domum Saulis, idest inter seruos Isbosethi filij Saulis: ideo non permitterent filij Israel, quòd serui Dauid acciperent aliquid de tabernaculo, quod erat reconditum in terra ipsorum, scilicet in Gabaon, quę pertinebat ad tribum Beniamin. De hoc declaratum est primo Regum septimo, & tamen oleum sacrum erat in tabernaculo, quia inde accepit illud Sadoc sacerdos, quando vnxit Salomonem tertio Regum primo, ideo non potuit illa vice vngi oleo sacro. Quòd autem tunc potuerit vngi oleo sacro patet, quia tunc Abiathar summus sacerdos erat cum Dauid, & fuit cum eo omnibus diebus, ex quo occisi sunt sacerdotes Nobe per Saulem primo Regum vigesimosecundo, & fuit postea cum eo in omnibus laboribus suis vsque ad mortem tertio Reg. secundo, & sic erat nunc cum illo, & tamen ille erat summus sacerdos, & poterat conficere oleum sacrum, quia ad filios sacerdotũ pertinebat istud sup. 9. & ista erat res, pro qua licitè poterat fieri oleum sacrum, ideo satis verisimile esset, q̃ conficeret tunc oleum, & illud seruaret ad vnctionem Dauid. De hoc declaratum est secundo Reg. 2. De tertia vnctione dicendum videtur, quòd facta fuerit in oleo sacro: nam tunc Dauid assumptus est in regem à toto populo, & poterat dici fine impedimento oleum de Sanctuario: ideo credendum est, quòd ductũ fuerit, & ille vnctus fuerit oleo sacro, si tamen aliquis velit dicere, quòd vnctus fuerit oleo communi, non est insistendum contra eum, cũ non possit patere secundùm necessitatem quid verum sit.

Per quos istæ vnctiones factæ fuerunt.
Quæst. IIII.

QVAERITVR de secundo, scilicet per quos factæ sunt istę vnctiones. Respondendum est de prima, quòd facta est per Samuelẽ, qui vnxit Dauid in medio fratrum suorum primo Reg. decimosexto, & infra vigesimooctauo. De secunda non apparet per quem facta fuerit: nam secundo Reg. secundo dicitur, quòd viri Iuda venerunt in Hebron, & vnxerunt ibi Dauid, & tamẽ istud intelligitur de populo congregato ad honorem vnctionis, quia vnctio est sicut coronatio regis, & illa debet fieri cum magna solemnitate, vnctio tamen per vnicam personam facta est, sed de ista non apparet, quę esset. Dicendum tamen, quòd esset aliquis sacerdos, quia officium istud pertinebat ad sacerdotes, sicut aliç ministrationes sacrę, sicut dicitur quarto Regum vndecimo, & sequenti libro capitulo vigesimotertio, scilicet: Vnxit quoque regem Ioiada pontifex, & filij eius. Et quia ista vnctio erat maximę venerationis fieret semper per sacerdotem maximi honoris, & ille erat summus sacerdos: ideo per eum fieret, & quia Abiathar erat summus sacerdos Dauid secundo Regum octauo, & vigesimo, & semper cum illo fuit, vt declaratum est præcedenti quæstione, ipse vngeret eum nunc, & istud asserendum videtur.

De tertia vnctione dicendum, quòd non patet manifestè per quem facta fuerit, & tamen fuit facta per aliquem de summis sacerdotibus ex ratione supra assignata, erant tamen duo summi sacerdotes Dauid isto tempore: nam ab occisione Abimelech sacerdotis summi primo Regum vigesimosecundo. fuerunt simul duo summi sacerdotes: nam Sadoc factus est sacerdos magnus per Saulem, vt declaratum est supra sexto, Abiathar autem illico, vt confugit ad Dauid habitus est ab eo pro summo sacerdote. Nam gerebat officium summi sacerdotis, quia consulebat Dominum in rationali & Ephod, & tamen consulere Dominum, & indui istis vestibus pertinebat ad summum sacerdotem, quia vestis præcipua summi sacerdotis, qua nunquam vtebatur aliquis de minoribus, fuit rationale & Ephod, vt patet Exodi vigesimooctauo. Et tamen Abiathar vtebatur istis sępe, & consulebat in eis Dominum primo Regum vigesimotertio, & trigesimo, & sic gerebat officium summi sacerdotis, & toto tempore quo vixit Saul, quamquam Abiathar esset summus sacerdos, & Sadoc, tamen Abiathar solus erat sacerdos Dauid, & Sadoc erat sacerdos totius Israel, mortuo autem Saule & viuente Isboseth filio eius Sadoc erat sacerdos in toto Israel, & Abiathar solum in tribu Iuda, & apud Dauid. Ideo isto tempore non erat dubium, si Dauid vngeretur, an vngeretur per Abiathar, vel Sadoc, eo quod Sadoc nullo modo pertinebat ad Dauid, & tamen postquam totus Israel venit ad Dauid, vt vngeret eum, etiam Sadoc cępit pertinere ad Dauid, & fuit sacerdos eius, sic patet secundo Regum octauo, & vigesimo, vbi Sadoc, & Abiathar ponuntur sacerdotes Dauid, & sic poterat dubitari, an vngeretur per Abiathar, vel per Sadoc, & quemlibet eorum ponamus, satis est conuenienter factum.

Quæ cęremoniæ in vnctione Dauid obseruabantur.
Quæst. V.

QVAERITVR de tertio, scilicet quæ cęremoniæ obseruatæ fuerunt in vnctione Dauid.

Respondendum, quòd in vnctionibus regum seruabantur septem, vel octo cęremoniæ, quæ positę fuerunt quarto Regum nono, & istę semper seruabantur nisi conditio temporis, vel loci, in quo fiebat vnctio, aliquid prohiberet, sicut fuit in ipso Iehu eodem capitulo, qui vnctus fuit in bello, & non erat ibi locus ad seruandum omnes istas cęremonias, nec seruatę fuerunt, sed quædam illarum, vt ibidem declaratum est, nunc tamen vnctio Dauid facta est solemniter conueniente toto populo, & non fuit aliquod impedimentum, quia nullus aduersabatur magis, de quo sequenti capitulo, ideo credendum est, quòd omnes cęremonię obseruatę fuerint in Dauid.

Heri quoque, & nudius tertius cum adhuc regnaret Saul, tu eras, qui educebas, et introducebas Israel. Tibi enim dixit Dominus Deus tuus: Tu pasces populum meũ Israel, et tu eris princeps super eum. Venerunt ergo omnes maiores natu Israel ad regem in Hebron, et inijt Dauid cum eis fœdus coram Domino, vnxeruntque eum regem super Israel iuxta sermonem Domini, quem locutus est in manu Samuel.

Heri quoque, & nudius tertius. Ponitur hic alia ratio, quare Israelitę acceperunt Dauid in regem, scilicet quia ipse solebat pugnare pro Israel eo tempore, quo viuebat Saul. Et dicitur heri, & nudius tertius, idest ab ab aliquanto tempore ante hoc, & est modus loquendi vulgatus, per quem significamus aliquantum tempus sicut dicitur, si bos cornupeta fuerit ab heri, & nudius tertius: Exod. 21. idest ab aliquanto tempore, & tamen fm propriam significationem non significat nisi tres dies, quia nudius est aduerbium, & significat absolute tempus, & limitatur cum ista additione primus, & secundus. *Cum adhuc regnaret Saul, tu eras, qui educebas, & introducebas Israel.* Idest non solum mereris regnum ex nunc, sed ex maiori tempore, quia non solũ nunc tu defendis Israel, sed etiam viuente Saule tu faciebas omnia bella pro Israel: nam quãdo occidit Goliath Gethęum constituit eum Saul principem super viros belli, & acceptus erat in conspectu totius populi, & faciebat multa bella contra Philisthinos 1. Reg. 18. & ibi dicitur, quòd omnis Israel, & Iuda diligebat Dauid: ipse.n. ingrediebatur, & egrediebat ante eos. Et dr̃, tu educebas, vel introducebas Israel, s. tu introducebas Israel in terrã Philisthinorũ ad pugnandum p̃ illos, & ẽt tu reducebas de bello, qa tu eras dux, & sic dr̃ 2. Reg. 5. tu eras educens, & reducens Israel. *Tibi n. dixit Dominus Deus tuus.* Idest de te dixit hoc: nã Deus nõ locutus fuit Dauid, sed prophetis, q̃ denũciauerũt Dauid, q̃ futurus esset rex super Israel. *Tu pasces populũ meum Israel.* Idest tu reges illũ: rex .n. est sicut pastor, q̃ curam habet de gregibus, ita ẽt ipse curam habet de subditis, & ideo Arist. vocauit regem pastorem 8. Ethi. Rex appel laſ. paſtor.
corum, & allegat ad hoc auctoritatem Homeri in iliade, qui Agamemnonem patrem, & pastorem populorum appellauit, vel potest dici istud ad quãdam translationem frequentatam in scriptura, scilicet, quia Dauid ante hoc erat pastor ouium, & Deus trãstulit eum, vt esset pastor hominum, vt officiũ, vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtatus, ad quem quis mutatur habeat nomen præce- F
dentis: ſic enim fuit de Petro, & Andrea, qui erant piſcatores, & Chriſtus vocauit eos, vt eſſent paſtores hominum, vt patet Matthæi quarto, & Luc. quinto, ſcilicet: Vidit Ieſus duos fratres Simonem, & Andream: (erant enim piſcatores) & ait illis, venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum. Sic & de Dauid, qui erat paſtor ouium, dictum eſt paſtor hominum Pſalm. ſeptuageſimoſeptimo, ſcilicet; Et elegit Dauid ſeruum ſuum, ſubſtulit eum de gregibus ouium, & de poſt fętantes accepit eum, paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſrael hæreditatem ſuam.

Et tu eris princeps ſuper eum. Idem eſt, quòd tu paſces, ſed paſcere eſt nomen per appropriationem conueniens, eſſe autem principem conuenit ad lite- G
ram, & ſic dicitur ſecundo Regum quinto, tu paſces populum meum Iſrael, & tu eris dux ſuper Iſrael.

Venerunt ergo omnes maiores natu Iſrael ad regem in Hebron. Repetitio eſt ſententiæ præcedentis, ſcilicet congregatus eſt omnis Iſrael ad Dauid, & dicitur, quòd venerunt maiores natu, ideſt ſeniores, qui erant maiores natiuitate, ideſt numero annorum alijs hominibus, & ad iſtos propriè pertinebat venire, eo quòd iſti repreſentabant totum populum, cum eſſent maioris auctoritatis, quam cęteri, & ſequenti capitulo ponitur qui erant principes, qui venerunt de qualibet tribu ad vnctionem Dauid, & quot fuerunt, qui venerunt cum illis de eiſdem tribubus. H

Et iniit Dauid cum eis fœdus. Iſtud fuit quantum ad legem regni, quia iurauit Dauid aliquid obſeruare populo, & populus iurauit aliquid obſeruare regi, & iſta capitula iurata vocabantur fędus, vel lex regni. Ex conſtitutione Saulis in regem facta fuit quædam compoſitio inter eum, & populum, & illam ſcripſit Samuel in libro, & recitauit coram toto populo, & poſtea poſuit eam coram Domino, vt patet primo Regum decimo, & ſic ſolet fieri quandocunque aliqui nouiter conſtituuntur in reges, quia inter eos, & populum fiunt aliquæ compoſitiones, quę vtrinque debeant obſeruari.

Coram Domino. Dicitur fieri coram Domino, quod publicè fit, vel magis dicitur fieri coram Domino, I
quod fit ſub inuocatione nominis Dei dato, quòd illi, qui hoc faciunt, ſint in loco ſecreto, vel ſoli ſint, ſic patet de Ionatha, & Dauid, qui in ſylua inierunt fędus, vt nullus hoc ſciret, & tamen dicuntur illud feciſſe coram Domino primo Regum vigeſimotertio. Etiam iterum Dauid, & Ionathas ſoli erant in agro, & dicebantur ibi loqui coram Domino, vt patet primo Regum vigeſimo, & ſic cum in iſto fœdere intercederent iuramenta, quæ fiebant ad confirmationem, & illa erant per inuocationem nominis Domini, dicebatur iſtud fędus fieri coram Domino.

Vnxeruntque eum regem ſuper Iſrael. Ideſt ſuper totum Iſrael, quia omnes tribus venerunt ad conſentiendum vnctioni, prius autem vnctus erat ſolum ſu- K
per Iudam.

Iuxta ſermonem Domini, quem locutus eſt in manu Samuel. Ideſt factum eſt iſtud ſicut Deus prędixerat per Samuelem, iſtud fuit prænunciatum in verbis, & in rebus, quando Samuel vnxit Dauid in regem primo Regum decimoſexto, & ex hoc patet, quòd fuit vnctio illa per Samuelem facta, ad hoc, quòd Dauid regnaret ſuper totum Iſrael, & non ſuper ſolum Iudam, quamquam prius regnaret in ſola tribu Iudę, deinde ſuper totum Iſrael. Et patet hoc quia Dauid vnctus eſt in regem, eo quòd Saul reprobatus fuit, & ſic ſubſtitutus fuit in locum eius, &

Cap. XI.

tamen Saul erat rex ſuper totum, ideo Dauid vngi debebat in regem ſuper totum Iſrael.

Quare omnes tribus Iſrael fuerunt congregata ad Dauid in Hebron.
Quæſt. VI.

QVAERITVR quare omnes tribus Iſrael congregatę fuerunt ad Dauid in Hebron, vt vngerent eum.

Reſpondendum eſt, quòd Saul fuit primus rex Iſrael, qui electus eſt à Deo, vt eſſet rex: ideo Iſraelitę quamdiu vixit tenuerunt eum in regem, licet malus eſſet. De filijs autem eius poſt mortem ſuam non manſit aliquis niſi Isboſeth, & illum acceperunt in regem tanquam legitimè ſuccedentem omnes Iſraelitę pręter tribum Iuda, quę tenuit Dauid in regem mortuo Saule, durauit autem regnum Isboſeth ſuper vndecim tribus Iſrael, quaſi tanto tempore ſicut regnum Dauid ſuper Hebron, deinde mortuo Isboſeth manſerunt aliquanto tempore omnes vndecim tribus Iſrael ſine rege, & tunc deliberauerunt venire ad Dauid, vt vngerent eum in regem, & motę fuerunt ad hoc propter duo vel tria. Primum eſt, quia ipſi conſiderabant, quòd in progenie Saulis nullus eſſet, qui poſſet ei legitimè ſuccedere: nam filij ſui omnes mortui erant, & tres in bello mortui ſunt, prędicti capitulo, & quartus occiſus fuit à latronibus cùm regnaret, niſi loquamur de filijs ex concubina: nam habebat duos filios Saul, qui adhuc viuebant, & erant filij Reſpha concubinę eius ſecundo Regum vigeſimoprimo. Iſtos enim duos ſuſpendit poſtea Dauid per ternos Gabaonitis eodem capitulo: iſti autem ſuccedere nō poterant in regno, quia erant illegitimi, non habebat etiam Saul nepotes, qui ſuccederent, niſi quinque filios filię ſuę Merob, quos ſuſceperat ab Adriel Molathite ſecundo Regum vigeſimoprimo, quos ſuſpendit poſtea Dauid petētibus Gabaonitis, ſed etiam iſtis non competebat ſucceſſio, quia erant nepotes ex filia, & filia non ſuccedebat in iure regni: ideo nec filij eius, potiſſimè quia in veteri teſtamento nunquam filię ſuccedebant exiſtente aliquo filio: Numeri vigeſimoſeptimo, & ſic erat hic, quia habebat Saul vnum nepotem ex filio, ſcilicet Miphiboſeth filium Ionathe, & ad illum pertinebat directè ſucceſſio, eo quòd erat filius primogeniti Saulis, ſcilicet filius Ionathę, & tamen iſte ſuccedere non debuit, nec populus voluit, quia erat deformis, cùm eſſet claudus vtróque pede ſecundo Regum quarto, & nono, & ſic non erat aliquis in ſtirpe Saulis niſi iſti, vt probatum fuit ſup. octauo, & tamen iſtis non debebatur ſucceſſio: ideo cogitabant Iſraelitę, quem conſtituerent in regem, & per hoc habuerunt occaſionem ad vngendum Dauid. Secundum fuit ipſa diuina denunciatio, quia Deus denunciauit Dauid per prophetas, quòd futurus eſſet rex ſuper Iſrael, & vnctus eſt per Samuelē ad hoc, & iſtud cognoſcebant Iſraelitę: ideo volebant obedire diuinę iuſſioni vngendo eum. Tertium fuit ipſa probitas Dauid: nam erat vir ſtrenuus in bellis poterat defendere Iſraelitas ab hoſtibus potius, quam quicunque alius conſtitueretur in regem, quod patebat ex pręterita experientia: ideo voluerunt conſtituere eum potius, q̄ alium. Quartum fuit, quia forte Iſraelitę timuerunt: nam dum viueret Isboſeth erat pugna inter domū Dauid, & Isboſeth, & Dauid in omnibus proſperabatur, domus Isboſeth autem diminuebatur in omnibus, ideo à fortiori cum nullū regē haberent, & eſsēt ſicut oues ſine paſtore, poterat facilius Dauid impugnare oēs tribus Iſrael, & ſubijcere eas ſibi, & premerentur ab eo, quia ſponte non ſe ſubiecerant. A
Voluerunt ergo dum Dauid adhuc nulla mouebat bella, ſponte venire ad eum, & conſtituere illum ſibi regem.

De rationibus, quas allegauerunt Iſraelitæ ad Dauid, an fuerint conuenientes. *Quæſt. VII.*

QVAERITVR vlterius de rationibus, quas Iſraelitæ allegauerunt, quòd Dauid deberet eſſe rex eorum, an illę ſint conuenientes.

Reſpondendum, quòd allegauerunt hic tres rationes. Prima fuit, quia dixerunt caro tua, & os tuum ſumus, in qua probant ex conſanguinitate, quòd competeret ille eis in regem. Secunda fuit he- B
ri quoque, & nudius tertius, in qua inducunt, quòd propter magna beneficia, quæ Dauid contulit Iſraelitis, conueniens erat, quòd eum regem facerent, ſcilicet quia ſemper pugnauerat pro eis contra hoſtes etiam tempore Saulis, & nullus alius in toto Iſrael erat, qui laboraſſet tantum pro toto populo: ideo nullus erat, qui de bono communi magis deberet præmiari, & tamen honor regalis eſt bonum à communitate impenſum, quia rex non eſt vnius, vel aliquorum ſpecialium, vel vnius communitatis, totius aut multarum, ideo non debebat aliquis conſtitui rex niſi Dauid. Tertia ratio fuit ex diuina diſpo- C
ſitione, quia Deus diſpoſuerat, quòd Dauid regnaret ſuper totum Iſrael, & prænunciauerat hoc per Samuelem, ideo nullum alium accipi licebat in regem. Conſiderandum autem, quòd hic ſunt tres rationes allegatę à populo ad oſtendendum, quòd ipſi non veniebant ad vngendum Dauid in regem tanquam timerent ſe inuitos ei ſubijciendos, niſi ſe ſponte ſubijcerent, & quia appareret eos propter timorem egiſſe niſi aliquam rationem huius facti oſtenderint, poſuerunt tres rationes, per quas oſtendunt ſe rationabiliter inductos ad accipiendum Dauid in regem. Sciendum autem, quòd iſtæ tres rationes non probant idem, ſed probant tria diuerſa. D
Prima ratio probat, quòd poterat licitè Dauid accipi in regem. Secunda probat, quòd honeſtum, & iuſtum erat. Tertia probat, quòd neceſſarium illud erat. De primo patet: nam Dauid quamquam eſſet bonus, & contuliſſet multa beneficia Hebręis, non poterant eum in regem conſtituere licitè, niſi eſſet de genere Hebręorum, ſic patet Deuteronomij decimoſeptimo, ſcilicet: Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non ſit frater tuus. Ideo dixerunt os tuum ſumus, & caro tua, ideſt de genere tuo ſumus cum ſimus ex eadem carne, & ex eodem oſſe: ideo poſſumus te licitè regem conſtituere. Si autem aliquis diceret, quòd per hoc probabāt, quòd deberent ipſum accipere in regem, falſum eſt, quia iſtud competit cuicunque alteri in Deo: nam omnes tribus Iſrael poterant dicere cuicunque Iſraelitæ E
os tuum ſumus, & caro tua. De ſecunda ratione patet, nam iſta probat duo: primum, quòd iuſtius erat Dauid regem fieri ex natura retributionis, quam alium. Secundum, quòd vtilius erat populo ex natura gubernationis. De primo iſtorum patet, quia non erat aliquis in toto Iſrael, qui tanta beneficia contuliſſet Iſraelitis, ſicut Dauid, & cum honor regius datus à communitate alicui poteſt eſſe præmium bonorum operum impenſorum communitati, vt patet quinto, & octauo Ethicorum, iuſtius erat retribui Dauid iſtum honorem, quam cuicunque alij. De ſecundo patet, quia vtilius erat populo ex natura gubernationis: nam non erat aliquis in toto regno Iſrael, de quo crederetur, quòd magis poſ-

ſet defendere Iſraelitas ab hoſtibus, quam de Dauid, & iſtud erat maximè neceſſarium propter quotidiana bella, quę habebant Iſraelitę cum Philiſthinis, & cum alijs gentibus propinquis: ideo vtilius erat toti regno Iſrael, quòd Dauid regnaret, quam quiſquam alius de populo, vtraque pars iſtarum patet ex eadem litera cum dicitur, heri quoque, & nudius tertius cū adhuc viueret Saul tu educebas, & introducebas Iſrael, ideſt non ſolum poſtquam mortuus fuit Saul tu defendiſti regnum Iſrael ab hoſtibus, ſed etiam antequam moreretur tu educebas, vel introducebas Iſrael, ideſt tu regebas populum quantum ad omnia bella, ideo pro tantis beneficijs tam diuturnis iuſtum eſt, vt tibi regalem honorem impendamus, & iſte eſt primus modus. Poteſt intelligi de ſecundo, ſcilicet heri, & nudius tertius, cum adhuc viueret Saul tu educebas, vel introducebas Iſrael, ideſt non ſolum poſtquam mortuus fuit Saul, nō eſt aliquis, qui tam proſperè defendere nouerit populum ſicut tu, ſed etiam, viuente Saule, nullus erat ſimilis tibi, nec etiam ipſe Saul, quia tu educebas, & introducebas tunc Iſrael. Conſiderandum autem, quòd iſta ratio etiam non probat, quòd debitum erat ipſi Dauid regnum, quia dato, quòd gubernaret populum melius, quam omnes de terra, & maiora beneficia impendiſſet, non erat regnum ſibi tradendum, ſed alicui alteri ius regnandi competebat, ſed ſolum probat, quòd erat iuſtum, & vtile regnum tradi Dauid. Tertia ratio eſt prophetica reuelatio, ſiue diuina determinatio: nam Deus dixerat tu paſces populum Iſrael meum, & eris princeps ſuper illum, & tamen Deus habet omnia iura regnorum terrę, & poteſt illa dare cui voluerit, & auferre cui voluerit: Dan. quarto, ſcilicet: Donec ſcias quòd altiſſimus dominatur in regno hominum, & cuicunque voluerit dabit illud. Sed hoc conſtabat Iſraelitis ex verbo Samuelis, ideo neceſſarium erat, quod tribueretur regnum Dauid.

Vbi habentur ea, quæ hic ſcripta ſunt, ſcilicet tu paſces populum meum, &c. *Quæſt. VIII.*

QVAERITVR vlterius vbi dicta ſunt ea, quæ habentur hic, ſcilicet tu paſces populum meum Iſrael, & tu eris princeps ſuper eum.

Reſpondendum eſt, quòd non reperitur aliquis locus, in quo iſta verba ſic formaliter dicta fuerint, ſed ſatis eſt, quod hic dicitur, quòd dicta fuerint, quia conſtat ex hoc, quòd aliquando, & alicubi dicta ſunt, licet nos neſciamus, vbi vel quomodo, & ſic eſt de multis alijs. Aliter autem videtur dicēdum, quòd Deus dixit iſta verba de Dauid per Samuelem primo Reg. decimoquinto, vel decimoſexto, vel decimotertio. nam Samuel locutus eſt in locis iſtis de Dauid dixit enim primo Reg. decimotertio, ad Saulem: Nequaquam regnum tuum vltra conſurget, quę ſuit enim Deus virum iuxta cor ſuum, & præcepit ei, vt eſſet dux ſuper populum ſuum. Et illud intelligebatur de Dauid, conuenit autem ſatis illa litera iſti, quia hic dicitur tu paſces populum meum Iſrael, & eris princeps ſuper illum, ibi autem dicitur & præcepit ei, vt eſſet dux ſuper populum ſuum, vel poteſt intelligi, quod dictum fuit primo Regum decimoquinto, per Samuelem, quia ibi dixit Samuel ad Saulem: Scidit Deus regnum Iſrael à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Et intelligebatur de Dauid, & fortè quando illa verba dicta ſunt addidit Samuel alia de Dauid, vel poteſt intelligi, quod dictum fuerit primo Reg. 16. quia ibi habetur de vnctione Dauid in regem, & veriſimile eſt, q̄ multa loquerē Samuel Saul, licet ibi ſcripta non ſint, vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

poteſt intelligi, quòd dicta fuerint hic primo Reg. F vigeſimooctauo, cum dixit Samuel ſurgens à mortuis: Faciet tibi Dominus ſicut loquutus eſt in manu mea, & ſcindet regnum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid. Dicendum tamen, quòd in quocunque loco iſtorum intelligantur dicta fuiſſe hæc verba, non reperiuntur omnino ad literam ſicut hic, & tamen magis conſonant cum eis, quæ habentur primo Regum decimotertio, quam cum quibuſcunque alijs. modus tamen eſt eorum, qui allegãt, quòd non ſemper allegent quantum ad verba, ſed magis quantum ad ſententiam, & etiam quidam allegant plures partes ſententiæ, & alij minores, & ſic videntur eſſe multa, & eſt idem. Patet hoc, quia aliter allegauit iſtud Abner, & aliter populus: nam Abner uoluit probare per ſermonem Domini, quòd totum G regnum Iſrael deberet tranſire ad Dauid, & ait, hæc faciat Deus Abner, & hæc addat ei, ſi quomodo iurauit Dominus Dauid ſic faciam cum eo, vt transferatur regnum de domo Saul, & eleuetur thronus Dauid ſuper Iſrael, & ſuper Iudam, ſecundo Regum tertio. populus autem allegauit idem dictum Dei aliter, ſcilicet tibi dixit Deus, tu paſces populum meum Iſrael, & eris dux ſuper eum. Similis modus eſt ſemper allegandi Chriſti, & Apoſtolorum, in nouo teſtamento, in quo allegant ſemper auctoritates veteris teſtamenti non quantum ad literam, ſed quantum ad ſenſum.

An Iſraelitæ tenebantur mortuo Isboſeth accipere Dauid in regem. *Quæſt.* *VIII.* H

QVAERITVR vlterius an tenebantur nunc Iſraelitę accipere Dauid in regem mortuo Isboſeth. Dicendum videtur, quòd ſic, quia Dauid à Deo vnctus fuerat in regem, & promiſerat ei Deus regnum Iſrael, ideo tenebantur Iſraelitę ſibi dare illud, cum Deus poſſit auferre, & dare cuicunque voluerit iura regnorum. Confirmatur hoc magis, quia Iſraelitę tenebantur obedire Deo, ſed ipſi ſciebant, quòd Deus promiſerat regnũ Dauid, quia ipſi hoc confeſſi ſunt, ſcilicet tibi dixit Dominus, tu paſces populum meum Iſrael, ideo ſi darent illud alicui alteri, peccarent agentes contra conſcientiam. I

Item patet, quia non ſolum Deus promiſerat iſtud regnum Dauid, ſed etiam realiter illud tradiderat vngendo eum per Samuelem Prophetam primo Reg. decimoſexto, & de hoc conſtabat Iſraelitis, quia ipſi ſciebant iſtam vnctionem fuiſſe factam, cùm manifeſtatum fuerit poſt mortem Samuelis, ideo tenebantur eum accipere in regem.

Item confirmatur magis, quia Deus limitauerat tempus, in quo iſtud impleri deberet. Nam dato, quòd feciſſet Deus vngi Dauid in regem, ſi nihil aliud feciſſet, aut dixiſſet, non conſtaret, quando volebat, quòd regnaret Dauid, nec tenebantur Iſraelitæ accipere eum in regem, ſi manerent aliqui ſucceſ- K ſores Saulis, & tamen Deus determinauit plura nũc, quia dixit Samuel ad Saulem, ſcidit Deus regnum Iſrael à te hodie, & tradidit illud proximo tuo Dauid primo Regum vigeſimooctauo. ergo oportebat, quòd poſt mortem Saulis regnum traderetur Dauid, potiſſimè cùm nunc non maneret aliquis ſucceſſor Saulis. De priori vice quãdo traditum eſt regnum Isboſeth mortuo Saule. An peccauerit populus in hoc, declaratum fuit primo Regum ſecundo, & tamen dato, quòd ibi non peccaret populus, peccaret hic, quia tunc habebat aliquem colorem ad non accipiendum Dauid in regem, eo quòd tunc erat vnus de filijs Saulis, qui videbatur poſſe legitimè ſuccedere. Nunc autem nullus filius eius erat, niſi illegitimus, nec etiam nepos, cui competeret ſucceſſio, ideo ſi traderẽt alteri extraneo, de quo nihil Deus locutus fuiſſet, nec eſſet de ſtirpe Saulis, peccarent grauiter. Dicendum etiam, quòd Dauid habebat ius ad pugnã dum contra Iſraelitas, & ſubijciendum eos ſibi, vt tenerent eum in regem, ſi ipſi nollent, ſicut poteſt Dominus agere bellum contra ſubditos ſuos, vel vaſallos, ſi volunt eum ſine cauſa iuſtiſſima excludere de dominio ſuo, & tamen Dauid non curauit pugnare contra Iſraelitas, ſed expectabat ſemper quòd ipſi ſpõte conuerterentur ad eum, nam potius ipſe horrebat fundere ſanguinem Iſraelitarum, vt dominaretur eis quam dominari vellet effuſo ſanguine eorũ. & ideo toto tempore regni Isboſeth non curauit Dauid agere magna bella, vt reduceret ad ſe regnum, ſed bella erant inter Ioab principem militiæ Dauid, & Abner principem militiæ Isboſeth pro alijs rebus minoribus. Et etiam mortuo Isboſeth, cum populus nullum haberet regem, Dauid non commiſit bellum contra populum, vt ſubijceret illum ſibi, quod facile potuiſſet, ſed expectauit, quòd populus per ſe rediret ad eum, & ſic factum eſt, vt patet hic, & ſecundo Reg. 5.

De fœdere facto inter Dauid, & Iſrael, & de ceremonijs illius. *Quæſt.* *IX.*

QVAERITVR vlterius de iſto fœdere, quod factum eſt hic inter Dauid, & Iſrael quomodo factum eſt, & quę erant cęremonię illius. Reſpondendum, quod fœdus erat quidam modus contractus nimis validi, in quo erat promiſſio ex altera parte, vel ex vtraque ad faciendũ aliquid, & iſta promiſſio firmabatur iuramento, & vt eſſet ad huc firmior, fiebant aliæ cęremonię, ſcilicet, quòd occidebantur animalia, & diuidebantur in duas partes, ſcilicet quodlibet animal in duas medietates, & iſtę erant altrinſecus poſitę, ita vt inter eas eſſet tranſitus, & illi qui faciebant fœdus inter ſe, tranſibant per medium illarum diuiſionum, & ſignificabant per hoc, quòd quicunque fœdus fraudaret, vel violaret, diuideretur in duas partes ſicut illa animalia. Vel fiebat alio modo, quòd occiſis, ſcilicet animalibus accipiebatur de ſanguine eorum, & aſpergebantur ipſi, qui faciebant fœdus, & per hoc ſignificabatur, quòd ſanguis eorum effundendus eſſet, qui violarent fœdus, ſicut ſanguis eorum animalium fundebatur. Iſtę cęremonię obſeruatę fuerunt nunc, quamquam non fiat hic expreſſa mentio de illis. Satis eſt enim dici, quòd factum eſt fœdus, nam non poterat fieri fœdus, niſi cęremoniæ iſtæ obſeruarentur. De primo modo faciendi fœdus patet Geneſis decimoquinto, nam ſic fecit Deus fœdus cum Abraham, ſic etiam fecit fœdus populus tempore regis Ezechię cum Domino: Ierem. trigeſimoquarto. De ſecundo modo patet Exod. vigeſimoquarto. nam tale fœdus fuit inter Deum, & populum in datione legis. De iſtis fœderibus magis dictum eſt primo Reg. 18. & Ioſue vlt. & 4. Reg. 23.

Abijt quoque Dauid, & omnis Iſrael in Ieruſalem. Hæc eſt Iebus, vbi erant Iebuſæi habitatores terræ.

Abijt quoque. Hic ponitur ſecundum huius capitis, ſ. Iebuſęorum debellatio. Nam pugnauit Dauid cõtra Iebuſęos, qui habitabãt in Ieruſalẽ, & cepit fortilicium, ſcilicet

ſcilicet caſtrum montis Syon. & dicitur. *Abijt quoque Dauid, & omnis Iſrael in Ieruſalem.* Intelligendum eſt, quòd Dauid ante hoc erat rex Iuda ſolum, non ideo imminebat ſibi cura de his, quæ pertinebant ad totũ Iſrael, ſed ad ſolum regnum Iuda, nunc autem, quia factus eſt rex ſuper totum Iſrael, volebat diſponere de his, quæ pertinebant ad totum regnum, & quia Ieruſalẽ erat ciuitas præcipua in tota terra Iſrael, & apta ad hoc, quòd eſſet metropolis regni: voluit in primis pugnare ad capiendum illam vrbem, vt faceret ibi ſedem regni, & dicitur quòd abijt in Ieruſalem, ſcilicet, quia nũc quando vnctus eſt, erat in Hebron, vbi prius regnabat quando erat rex ſuper ſolam tribum Iudę. ſupra in litera. Et dicitur quòd omnis Iſrael iuit cum eo, ideſt plurimi de Iſrael congregati fuerãt B de omnibus tribubus Iſrael viri plurimi ad vngendũ Dauid in regem ſupra in litera, & illico vt fuit vnctus venerunt cum eo de Hebron in Ieruſalem illi, qui venerant ad vngendum eum in regem.

Hæc eſt Iebus. Ideſt iſta ciuitas Ieruſalem eſt, quæ vocatur alio nomine Iebus, & forte vocabatur ſic à Iebuſęis habitantibus in ea, ſicut hic dicitur.

Vbi erant Iebuſæi habitatores terræ. Iebuſæi erãt vna de ſeptem gentibus terræ Chanaan, & tenebant iſti Ieruſalem, & alia loca propinqua. Sic dicitur Ioſue 15. ſcilicet, non potuerunt filij Iuda delere Iebuſęum habitatorem Ieruſalem, & cum iſta eſſet magna gens, nõ ſolum tenebat vrbem Ieruſalem, ſed etiam alia loca vicina. Quod patet, quia dicitur hic, vbi erant Iebuſæi habitatores terrę, ideſt terræ, quę erat in circuitu C Ieruſalem, nam ſi de ſola vrbe Ieruſalem intelligeretur, ſolum diceretur vbi erant Iebuſęi, & tamen non diceretur habitatores terrę, quia iſtud eſſet ſuperfluũ. Sed obijcietur quomodo Dauid iuit nunc ad pugnandum contra Ieruſalem, quia iam illa capta fuerat multis temporibus: nam Ioſue occidit regem Ieruſalem, vt patet Ioſue 10. deinde mortuo Ioſue illico pugnauerunt viri Iuda contra habitatores Ieruſalem, & occiderunt illos, Iudic. 1. Filij quoque Beniamin pugnauerunt contra eos, eod. cap.

Reſpõdendum eſt, quòd Ieruſalem capta fuit poſt mortem Ioſue per filios Iuda & Beniamin, & tamen ſolum fuit capta pars vrbis, quæ plana erat, & fuerunt expulſi Iebuſęi de illa: fortilitium tamẽ vrbis, ſcilicet, D caſtrum montis Sion non potuit capi, ibi autem manſerunt Iebuſęi vſque ad tempora Dauid, quando fuit factus rex ſuper totum Iſrael. Et hoc colligitur Ioſue decimoquinto, cùm dicitur: Iebuſęum autem habitatorem Ieruſalem non potuerunt filij Iuda delere, ſed habitauit Iebuſęus cum filijs Iuda in Ieruſalem. Idem patet Iud. 1. de filijs Beniamin pugnãtibus contra Ieruſalem. Dauid autem nunc pugnauit contra caſtrum ad capiendum illud. Quod ſatis patet, nam tempore Saulis quando pugnauit Dauid contra Philiſthæum attulit caput eius in Ieruſalem, primo Reg. 17. ergo erat tunc Ieruſalem pertinens ad Iſraelitas, ſed fortalitium manebat in poteſtate Iebuſęorum, & nunc Dauid accepit illud & habitauit ibi. Fluxerunt autem multi anni inter captionem vrbis, & caſtri: nam fuerunt ab exitu de Aegypto vſque ad ædificationem templi Salomonis anni quadringenti, & octoginta. 3. Reg. 6. de quibus ſubtrahantur tres anni, quibus regnauerat Salomon, quando cęperat ędificare templum, eod. cap. & triginta tres anni, quibus regnauit Dauid ſuper totũ Iſrael. 2. Reg. 5. & 3. Reg. 2. & tamen in principio regni huius cepit Dauid caſtrum mõtis Sion in Ieruſalem, ſubtrahantur etiã anni quadraginta ab exitu de Aegypto vſque ad introitũ in terram Chanaan, & ſubtrahantur anni, quibus dominatus eſt Ioſue poſtquam introiuit in terram Chanaan, quos Ioſephus vult eſſe vigintiſex, manebunt anni trecenti octoginta & octo, quia ſubtrahuntur de eis nonaginta duo, tanto tempore manſerunt Iebuſæi in caſtro montis Sion poſtquam capta eſt Ieruſalem. De iſtis Iebuſęis, qui erant in Ieruſalem quomodo potuerunt manere ibi tanto tempore poſt captam vrbem, & an viri Iuda non poſſent eos inde expellere de facto vel de iure, & quomodo poterant tot annis incluſi in caſtro procurare ſibi neceſſaria ad vitam, declaratum eſt Ioſue 15. A

Dixeruntque qui habitabant in Iebus ad Dauid. Non ingredieris huc. Porro Dauid cepit arcem Sion, quæ eſt ciuitas Dauid. Dixitque. Omnis qui percuſſerit Iebuſæum in primis: erit princeps, & dux. Aſcendit igitur primus Ioab filius Saruię, & factus eſt princeps.

Dixeruntque habitatores Iebus ad Dauid. Non ingredieris huc. Scilicet illi, qui habitabant in caſtro montis Sion dixerunt hoc ad Dauid: nam in parte plana ciuitatis nullus de Iebuſæis habitabat, ſed Iſraelitę: & dixerũt Iebuſæi. Non ingredieris huc per modum irriſionis, quia confidentes de fortitudine loci non timebant, quòd Dauid poſſet illuc intrare, & iſta habẽtur magis. 2. Reg. 5. cum dicitur: Nõ ingredieris huc niſi abſtuleris cęcos, & claudos odiẽtes animam Dauid, & iccirco in prouerbio dicitur: cęcus, & claudus non intrabunt in templum. De iſtis cęcis, & claudis qui erant, & quomodo oderãt animam Dauid, & dicebant non ingredietur huc Dauid, declaratũ eſt ſatis eod. cap.

Porro Dauid cepit arcem Sion. Ex hoc patet quod ſupra dicebatur, ſcilicet, quòd non pugnauit nunc Dauid contra totam Ieruſalem, ſed ſolum contra fortilitiũ vrbis, quia aliàs diceretur, quòd cepiſſet vrbem, dicit tamen ſolum, quòd cepit arcem Sion, & iſta eſt caſtrum vrbis, & non eſt intelligendum, quòd ſit vnica turris, ſed multę erant: vocatur tamen turris ſingulariter, quia totum caſtrum erat tam forte ex omni parte, quòd videbatur vna turris, vel totum eſſe turris; erat tamen ſatis magnæ latitudinis, nam ibi habitabant multi Iebuſæi, & habitauerãt quaſi per quadringentos annos poſt vrbem captã, vt ſupra dictum eſt. Vocatur autem turris Sion, quia mõs ille, in quo erat iſtud caſtrum vocabatur Siõ, vel alio nomine Moria, vt patet ſequenti lib. cap. 3.

Quæ eſt ciuitas Dauid. Iſtud caſtrum montis Sion vocatum eſt ciuitas Dauid. Aliqui enim errant circa hoc dicentes, quòd ciuitas Dauid vocatur tota Ieruſalem, quia ipſe habitauit in ea, & hic dicitur, quòd cepit Iebus, & illa fuit ciuitas Dauid. Sed falſum eſt, quia ipſe non cepit totam vrbem. Alij putant quòd ciuitas Dauid ſit Bethlehem, quia de illa erat oriũdus E Dauid, & aliquando vocatur ciuitas vel caſtrũ eius: ſic patet Ioã. 7. ſcilicet, Scriptura dicit, quia ex ſemine Dauid ſecundum carnem, & de Bethlehem caſtello, vbi erat Dauid, venit Chriſtus. Et vtrunque eſt falſum, quia ciuitas Dauid vocata eſt illa, quam ipſe nũc cepit, & tamen non cepit Bethlehem, nec Ieruſalem ſed caſtrum mõtis Sion, quod erat in Ieruſalem, ideo illud vocatum eſt nunc ciuitas Dauid, & ibi ipſe habitauit, & ibi conſtructum fuit poſtea templum per Salomonem, & ibi Dauid fecit quendam locum ſegregatum ab humana cõuerſatione in quodam horto pro ſepulchris regum, & fecit ſepulchrum valde magnum, in quo ſepelirentur omnes reges de ſtirpe

ſua,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sua, ideo dicitur de quolibet rege de tribu Iuda, quòd sepultus est in ciuitate Dauid: nisi de quibusdam valde malis, de quo declaratum est 4.Reg.21.

Dixitque omnis, qui percusserit Iebusæum in primis. Nolebat Dauid committere alicui de viris suis soli bellum contra Iebusæos, quia nullus posset solus prœualere contra eos, sed voluit omnes incitare fortiter ad pugnandum, & ad hoc proposuit præmium, dicens: Qui percusserit Iebusæum in primis, s. percusserit aliquos de existentibus in turribus illius castri. Sic enim Caleb pugnans contra Chariathsepher dixit, qui percusserit Chariathsepher, dabo ei Axam filiam meam vxorem, scilicet, qui incepit percutere vrbem Iosue 15. & Iudic.1. *Erit princeps & dux.* Idest erit princeps exercitus. Magnum enim præmium promittebat Dauid percutienti Iebusæos, quia faciebat illum principem super omnes bellatores Israel, & sic erat dominus secundus post Dauid, & ob hoc omnes desiderabant nimis pugnare fortiter contra Iebusæos: quia præmium erat magnum.

Ascendit igitur primus Ioab filius Saruiæ. Scilicet iste ascendit primus in castrum montis Sion, & percussit aliquos de Iebusæis. Erat enim Ioab vnus de viris fortissimis Dauid, & erat magni cordis, fecitque bella grauissima pro Dauid, vt colligitur ex processu secundi libri Regum. Fuit autem Saruia mater Ioab, & soror Dauid: nam Dauid habuit duas sorores, s. Saruiã, & Abigail. Peperit autem Saruia tres filios viros fortes, & famosissimos, s. Ioab, Asael, & Abisai. Abigail autem peperit Amasam, qui fuit princeps exercitus Absaloni cõtra Dauid. 2.Reg.17. & postea fuit princeps militiæ Dauid, & occisus fuit dolosè à Ioab: de de hoc 2.Reg.19. & 20. De istis duabus sororibus, & filijs earum patet supra 2. dicitur etiam de Ioab quandocunque nominatur quòd fuit filius Saruiæ ad significandum, quòd erat de progenie Dauid: cum Saruia esset soror Dauid.

Et factus est princeps. Scilicet principes belli, nam semper fuit Ioab princeps belli viuẽte Dauid vsque quo eum deposuit de honore propter mortem Absaloni. 2. Reg.19. & 20. & tamen tunc Ioab contra voluntatem Dauid vsurpauit sibi principatum belli occidens dolose Amasam, quem Dauid principem instituerat. 2.Reg.20. & postea semper tenuit principatum militiæ vsque ad mortem Dauid, & ante mortem eius ipse fuit partialis cum Adonia ad cõstituendum eum in regem contra voluntatem Dauid. 3.Regum primo. & Dauid moriens iussit Salomoni filio suo, quòd occideret eum, eodem lib. cap. 2. & sic factum est.

An Ioab, quia accepit vrbem Sion, factus fuerit princeps. Quæst. X.

QVAERITVR quomodo dicitur hic, q̃ Ioab factus est nunc princeps, quia cepit vrbem Sion: nam videtur, quòd non potest stare, quia ipse erat princeps ante hoc. Tempore enim, quo Dauid regnauit in Hebron super Iudam erat Ioab princeps exercitus eius, vt patet. 2.Reg.3.

Respondendum est, quòd prius erat princeps, & tamen etiam nunc factus est princeps, & potest hoc intelligi, quia fortè a principio fuerat sibi traditus principatus sponte, & poterat eum Dauid amouere à principatu, & quemcunque alium instituere quandocunque vellet, eo quòd principatus competebat ei ex gratia: nunc autem datus est sibi principatus propter merita, & ex pacto, ideo tenebat iam illum iure suo, & sic dicebatur nunc factus princeps, scilicet, iure suo, cum prius esset princeps ex concessione Dauid. Potest intelligi aliter, scilicet, quòd fuerit factus princeps Ioab ante hoc, & tamen non erat confirmatus: nunc autem fuit confirmatus: & confirmatio principem est, sicut principem fieri: cum interdum per cõfirmationem tribuatur ius nouum, quod prius non erat. Tertio modo potest dici, & melius, quòd Ioab erat princeps exercitus Dauid ante hoc cum regnaret in Iuda, nunc autem incipiebat esse rex totius Israel, ideo si Ioab maneret nũc princeps militiæ eius, sicut prius, conferebatur ei de nouo aliquid, & quantum ad hoc potuit poni in præmium cuicunque percutienti primò Iebusæos: nec præiudicabatur Ioab, quia non auferebatur ei ius antiquum. Nam forte dato quòd alius percussisset prius Iebusæos non cessaret Ioab esse princeps supra exercitum totius Israel, super quem non erat prius princeps ipse Ioab, quia tamen Ioab erat vir nimis desiderans honorẽ, & erat cordis acerrimi, etiam quia videbatur sibi dedecus fieri si alius iam inciperet esse maior illo sub Dauid: cum ante hoc nullus fuisset, pugnauit durissimè, vt primus percuteret Iebusæos, & sic factum est.

Habitauit autem Dauid in arce, & iccirco appellata est ciuitas Dauid: ædificauitq; vrbem in circuitu a Mello vsque ad gyrum. Ioab autem reliqua vrbis extruxit. Proficiebatque Dauid vadens & crescens, & Dominus exercituum erat cum eo. Hi principes virorum fortium Dauid, qui adiuuerunt eum vt rex fieret super omnem Israel iuxta verbum Domini, quod locutus est ad Israel, & iste numerus robustorum Dauid. Iesbaam filius Achamoni princeps inter triginta. Iste leuauit hastam suam super trecentos vulneratos vna vice.

Habitauit autem Dauid in arce. Idest in castro montis Sion, quę vocatur arx, siue turris propter causam superius dictam. Ista habitatio fuit illico, vt cepit castrum, & tunc non habebat ibi Dauid constructa palatia, sed habitauit, vt potuit. Pauco autem tempore post misit Hiram rex Tyri ad Dauid artifices, & ligna cedrina, & ædificauerũt ei domum magnam in monte Sion, vt patet infra 14. & 2.Reg.5.

Et iccirco appellata est ciuitas Dauid. Idest quia habitauit ibi Dauid appellata est ciuitas Dauid. Duæ.n. fuerunt causæ, quare sic vocaretur. Prima fuit, quia David cepit eam, vt patet supra: Secunda, quia habitauit ibi, vt hic dicitur.

Ædificauitque vrbem in circuitu. Intelligitur hoc de vrbe montis Sion, quia castrum illud erat paruum, & Dauid ampliauit illud: & dicitur, quòd ædificauit vrbem in circuitu, idest fecit muros in circuitu castri montis Sion ad occupandum maius spacium. Vel potest intelligi de muris ipsius vrbis exterioris, scilicet, Ierusalẽ, quia forte erat illa malè murata, & David refecit partem illam, quæ destructa erat, vel ruinę proxima, sed melius intelligitur primo modo, vt patet. 2.Reg.5. scilicet, ædificauit per gyrum a Mello, & intrinsecus.

A mello vsque ad gyrum. Multi errant in hoc nomine putantes, quòd sit vna dictio à Mello, & tamen falsum est, quia sunt duæ, nam a est præpositio: Mello est ablatiuus, & est Mello nomen cuiusdam voraginis magnæ, quę erat apud castrum montis Sion, & ab illo loco incepit Dauid facere muros vsque ad gyrũ, idest vsque ad muros antiquos claudendo magnum spacium muro quod prius clausum non erat, & hoc, vt maioris capacitatis esset ciuitas Sion.

Ioab autem reliqua vrbis extruxit. Scilicet manebant adhuc aliquę pertes vrbis montis Sion reficiendę, & illos extruxit Ioab, vel forte magis erant loca ista sine muro, & Ioab fecit aliquam partẽ muri in illis vsque ad locum, vbi inceperat ædificare Dauid.

Proficiebatque Dauid vadens, & crescens. Istud intelligitur de Dauid postquã fuit factus rex Israel, nam quotidie augebatur honor suus, & magnitudo potestatis, ideo dicebatur proficere, scilicet in omnibus, quæ incipiebat, & dicebatur vadens, s. semper ad maiora bona, & crescens, scilicet, in magnitudine honoris, & potentię, sic etiam dicitur 2.Reg.3. Dauid proficiens, & semper seipso robustior: domus autem Saul decrescens quotidie. Sed illud intelligitur de habitudine regni Iuda, quando Dauid erat rex Iuda solum, & Isboseth rex totius Israel: nam crescebat quotidie Dauid, & decrescebat Isboseth. Istud autem intelligitur de statu Dauid postquam erat rex Israel, & comparatur ad alios reges gentilium, qui erant in circuitu terrę Israel, nam ipse quotidie crescebat plus in honore, & diuitijs quàm alij reges vicini.

Et dominus exercituum erat cum eo. Istud erat, quòd faciebat tantum Dauid crescere, quia Deus erat cum eo, scilicet, adiuuans eum in omnibus, ad quę manũ mittebat. Sic enim erat, quando Dauid institutus fuit princeps belli à Saule, quia in omnibus, ad quæ mittebat eum Saul, prudenter se agebat, & dominus erat cum eo, primo Reg.18. Potissimè quia Deus promiserat Dauid, quòd exaltaret nomen eius nimis. 2.Regum 7. & in omnibus bellis, ad quę manum mittebat prosperabatur, quia Deus custodiebat eum, ne incideret in manus hostium. 2.Reg.8. seruauit Dominus Dauid in omnibus, ad quæcunque profectus est. Circa omnia autem, quæ habentur in tota litera præcedenti huius cap. fuerunt multa dubia, quorum plurima subticentur hic, & declarata sunt. 2.Reg.5.

Hi principes. Hic ponitur tertium huius cap. siue principum, siue virorum fortium Dauid enarratio, & ponitur hic de istis, quia supra actum est quomodo Dauid fuit rex Iuda, & postea Israel, & quia isti viri fortes, qui erant cum eo, adiuuerunt illum ad omnia hęc, ponuntur hic nomina eorum, postquã dictum fuit de regno Dauid. & fuit iustum nomina istorum poni in sacra scriptura propter admirandam eorum fortitudinem, quia egerunt opera nimis magnifica, & ista fecerunt in fauorem Dauid adiuuãdo eum ad acquirendum regnum, quod Deus ei promiserat: sicut dicitur in litera, & quia fuerunt in hoc ministri Dei iustum fuit laudes eorum, & nomina poni in sacra scriptura. Secundum fuit, quia scriptura sacra est ad instructionem nostram, vt pater 2.ad Tim.3. scilicet, Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Sic enim instruimur per magnifica opera istorum virorum fortium, quia sicut illi exposuerunt se sępissime ad mortem pro Dauid, vt fauerent iustitiæ: ita & nos contra omnem hominem pro iustitia viriliter decertare debemus, vel saltem sicut isti corporaliter pugnauerunt, & fecerũt opera magnifica, ita & nos saltem pugnare debemus contrà carnis, & dęmonis, & sęculi tentamenta, & ista est causa, quam reddunt sancti quare libri Machabæorum legantur in Ecclesia, cum sola bella contineant, & dicuntur quòd fuit propter similitudinem belli spiritualis ad corporale, & dicitur.

Hi principes virorum fortium Dauid. Istud potest intelligi dupliciter. Vno modo quòd isti tres primi, qui se quuntur, fuerunt principes virorum fortium Dauid, quia viri fortes eius fuerunt triginta, vel quasi, & quia nulli peruenerunt ad fortitudinem istorum trium primorum, dicebantur isti esse principes omnium virorum fortium. Alio modo potest intelligi, quòd referatur hoc ad omnes viros fortes, qui infra nominantur, & dicetur, quòd hi sunt principes virorum fortium Dauid, scilicet, quia Dauid habuit multos alios viros fortes præter istos triginta, vel quasi: & tamen illi non erant tam excellentes sicut isti, ideo non fuerunt expressa nomina illorum, sed istorum, eo quòd isti erant principes illorum in fortitudine, & etiam erant principes illorum in potestate, quia Dauid subiecerat illos istis, & omnes isti erant duces militum, licet Ioab esset dux totius militię.

Quia adiuuerunt eum, vt rex fieret super totum Israel. Propter hoc ponuntur nomina eorum hic, scilicet, quia adiuuerunt Dauid in opere iustissimo, & erant tanquam ministri Dei. Omnes isti erant cum Dauid antequam fieret rex Israel cum adhuc regnaret in Iuda, & ideo dicitur quòd adiuuerunt eum, vt fieret rex, & non solum erant cum eo quando erat rex Iudę, sed etiam in deserto, quando fugiebat à facie Saulis, comitabantur eum adiuuantes illum contra omnem hominem. Nam de quibusdã ipsorũ exprimitur hic, quòd fecerint aliqua gesta magnifica antequam Dauid esset rex, vt patet in litera.

Iuxta verbum Domini, quod locutus est ad Israel. Idest adiuuerunt isti Dauid, vt esset rex secundum quòd Deus prędixerat eum futurum esse regem, & hoc dixit ad totum Israel.

Intelligendum est, quòd Deus non locutus fuit toti Israel, sed locutus fuit Samueli de toto Israel, dicẽs: quòd totus Israel acciperet eum in regem. Vel locutus fuit ad Samuelem, vt ipse denunciaret hoc toti Israel. Sic enim Deus dicitur loqui ad aliquem mediantibus prophetis.

Et iste numerus robustorum Dauid. Hoc potest intelligi de omnibus infra sequentibus, qui exprimuntur in litera, & non debet istud exponi dupliciter sicut præcedens litera, quia illa videbatur magis competere tribus primis, qui erant principes inter omnes fortes, sed hic vocantur robusti, & competit hoc omnibus triginta, vel pluribus hic nominatis.

Iesbaam filius Achamoni princeps inter triginta. Iste fuit primus de viris fortibus Dauid, & ponitur primus, non quidem, quia prius cum eo habitauerit quàm alij, sed quia fuit maior viribus, & magnitudine gestorum cęteris viris fortibus Dauid, vt patet ex eo quòd dicitur hic de illo, & 2.Regum 23. nam nõ enarratur tanta fortitudo de aliquo, sicut de isto, vt patet hic, & secundo Regum 23. Dicendum autem quòd nomina ista virorum fortium, qui ponuntur hic, habentur etiam secundo Regum 23. & ibi est magna difficultas circa istum primum principem, quia ibi dicitur: Sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres vbi dicitur hic Iesbaam filius Achamoni, & aliqui intelligunt, quòd ille erat Dauid, quia dicitur sedens in cathedra: & tamen nullus sedebat in cathedra nisi Dauid, qui erat Rex: etiam quia dicitur sapientissimus, & hoc pertinet ad Dauid, quia erat propheta: iste autem vir primus de fortibus Dauid non erat sapientissimus, sed solum bellator. Etiam quia dicitur, quòd erat tenerrimus ligni vermiculus, & hoc pertinebat ad Dauid, quod non videtur pertinere ad viros bellatores robustissimos. Sed probatum est quòd non poterat hoc intelligi de Dauid, quia hic ponuntur nomina fortium Dauid, & ille fuit primus, ideo

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non fuit ipse Dauid, sed aliquis de viris suis, diuersitas autem procedit non ex litera hebraica, quia eędem ferè dictiones habentur hic in Hebręo, quæ secundo Regum 23. & tamē sunt multę dictiones in Hebręo, quæ possunt accipi tanquam nomina propria, vel tanquam communia. Accipiendo autem nomina, quæ ponuntur hic, & secūdo Regum vigesimotertio pro communibus erit sensus ille, quem ponit Hieronymus secundo Regum vigesimotertio, scilicet sedens in cathedra sapientissimus. Accipiendo autem vt propria, erit sensus, qui habetur hic, scilicet, Iesbaam filius Achamoni: de hoc autem satis declaratum est. secundo Regum 23. & concluſum, quòd ista litera nostra est conueniens veritati hebraicę: & illa, quæ habetur secundo Regum 23. non satis conuenit. Iste Iesbaam fuit princeps non solum inter omnes viros fortes, sed etiam inter tres primos, qui erāt fortissimi: ideo aliquando dicitur de eo quod erat princeps inter tres, ideſt inter tres primos fortes: quorum ipse erat vnus, & aliquādo dicitur, quòd erat princeps inter triginta, sicut hic comparādo ad omnes viros fortes Dauid: nam si erat princeps respectu ipsorum trium fortissimorum, à fortiori esset princeps respectu cæterorum, qui erant minores istis tribus.

Iste leuauit hastam suam super trecentos vulneratos vna vice. Ponitur hic fortitudo magna istius Iesbaam & est, quòd vna vice leuauit hastam suam super trecentos vulneratos, ideſt vna vice in bello ipse solus occidit trecentos viros hasta sua. Et non est intelligendum, quòd leuauit hastam suam super trecentos vulneratos, scilicet, quòd isti iam vulnerati essent, vel occisi, quia tunc nullius fortitudinis bellicę erat leuare hastam super istos, quia quilibet puer paruulus poterat facere istud, sed est sensus, quòd leuauit hastam suam cōtra trecentos, & omnes occidit, quia pro eodem accipiuntur hic vulnerati, & occisi. Etiam dicitur vna vice ad ostendendum magnitudinem fortitudinis, nam si in diuersis vicibus hoc fecisset non videbatur magnæ virtutis, quia poterat qualibet vice occidere vnum, & hoc quilibet homo etiam paruæ fortitudinis facere poterat, sed occidit eos vna vice, ideſt vno bello, & istud fuit magnę fortitudinis, quòd contra trecentos vnicus prævaleret.

De controuersia, quæ habetur hic, & in 2. Reg. cap. 23. Quæst. XI.

QVAERITVR circa hoc, quomodo dī hic, q leuauit hastam suam super trecentos, quia secundo Regum 23. dicitur, quòd leuauit hastam super octingentos, scilicet, qui interfecit octingentos, impetu vno.

Aliquis dicet, quòd occidit vna vice trecentos, & deinde multis vicibus cōpleuit vsque ad numerum octingentorum. Sed istud non stat, primò quia sicut dicitur hic, quòd leuauit hastam suam super trecentos vna vice, ita dicitur secundo Regum 23. quòd interfecit octingentos impetu vno. Secundo patet, quia ponuntur ibi, & hic ista ad ostendendum laudes maximas istius Iesbaam, & tamen, quòd in diuersis vicibus ipse occideret quingentos viros, qui sunt residui vltra trecentos, quos occidit vna vice, non erat magna fortitudo, quia multi alij fortiores erant, ideo oportet, quòd intelligatur, quòd vna vice occiderit octingentos.

Aliquis dicet, quòd occidit iste Iesbaam octingentos vna vice, sicut dicitur secundo Regum vigesimotertio. & tamē hic ponitur minor summa, ideo contingit, quòd ponantur trecenti. Sic enim fit sæpe quando eadem res enarratur frequenter in scriptura, nam non ponitur eadem summa vtrobique, sic patet in numeratione populi, quam iussit fieri Dauid: nam ponitur summa eius secundo Regum vltimo, & etiā ponitur infra vigesimoprimo. & tamen non est vtrobique æqualis.

Respondendum est, quòd hoc nō potest stare propter duo. Primo, quia si ibi poneretur tota summa: hic autem poneretur pars eius, scilicet, trecenti viri si nulla alia causa esset, posset dici eadē ratione, quòd iste pcussit quatuor viros vna vice, & istud nihil erat: ideo oportet, quòd aliqua alia causa sit, quare non ponatur hic talis summa sicut ibi. Secundò patet, quia iste liber est suppletiuus omnium aliorum, vt declaratum est in prologo primo, ideo oportet, quòd hic ponantur semper plura quàm alibi, vel saltem æqualis summa, quia suppletio augmentum dicit. Patet hoc, quia secundo Regum vltimo, ponitur summa numerati populi per Dauid, & ibi est valde minor quàm hic, ideo sic deberet fieri, quòd summa, quæ habetur secūdo Regum vigesimotertio. deberet esse minor quàm ea, quæ habetur hic, & tamen è contrario accidit.

Dicendum igitur, quòd ista summa, quæ habetur hic non est pars illius, quę habetur secundo Regum 23. licet illa sit maior, quàm ista, quod patet, quia cū iste liber sit suppletiuus nō enarraret id quod in alijs libris dictum est, nisi aliquid addere intenderet, & tamen hic non additur, sed minuitur. Sed dicendum quòd est ista distincta summa ab illa, eo quòd iste Iesbaam fecit duo bella famosissima: vnum fuit in quo occidit octingentos viros impetu vno, & quia istud fuit maximum, positum fuit secundo Reg. 23. aliud autem fuit, in quo occidit trecētos viros impetu vno: & istud fuit minus quàm primum: & fuit satis famosum, ideo cum non fuisset positum, 2. Reg. 23. voluit scriptura illud supplere hic, & posuit trecentos viros. Cum autem obijcitur, quòd ponitur hic minor summa quàm 2. Reg. 23. dicēdum, quòd si ista pertineret ad illam poneretur hic maior, vel saltem æqualis, & tamen non est ista pars illius, sed fuit quędam alia distincta ab illa, quæ fuit minor. Dicitur de isto, quod fuit princeps inter triginta, ideſt inter omnes robustos Dauid, qui vocantur triginta, quanquam plures fuerint, vt patet infra in litera, & 2. Reg. 23.

Et post eum Eleazar filius patrui eius Ahohites, qui erat inter tres potentes. Iste fuit cum Dauid in Pheodomim quādo Philisthijm congregati sunt ad locum illum in prælium. Et erat ager regionis illius plenus hordeo.

Et post eum Eleazar filius patrui eius. Iste fuit secundus de fortibus Dauid, & erat fortior omnibus sequentibus, sed erat minor quam Iesbaam. Iste Eleazar non erat filius Aaron, quia ille fuit multo tempore ante hoc, quia ille factus est sacerdos in deserto, Exo. 29. & Leui. 8. & mortuus est quasi eo tempore quo Iosue, vt patet Iosue vltimo. Iste autem fuit tēpore Dauid, & dicitur iste filius patrui Iesbaam, scilicet, quòd Iesbaam & Eleazar erāt filij duorum fratrum. In Hebręo dicitur. *Filius Dodo.* Et Dodo potest esse nomen proprium, vel commune: si autem sit commune significat patruum eius, & sic accepit litera nostra. Si autem sit proprium, debet dici filius Dodo: & sic accipiūt Hebręi: & eadem diuersitas est, secundo Regum 23. & Iudicum 10. & in omnibus his locis, & similibus litera nostra ponit patruum eius: Hebręi autem interdum ponunt, vt nomen proprium & in-

& interdum vt commune. *Ahohites.* Istud est nomen denominatum de loco, scilicet, Ahohites, ideſt de vrbe Ahohi, sed 2. Reg. 23. ponitur Ahohi: & alii qui intelligunt quòd sit nomē proprium viri, s. quòd filius patrui eius Ahohi, ideſt, q vocabatur sic patruus eius: & tamen non accipitur nisi pro loco, qui dicitur Ahohi, ideſt filius patrui eius, qui erat de vrbe Ahohi, & hoc magis significatur hic cum dicitur Ahohites. *Qui erat inter tres potentes.* Iste Eleazar erat inter tres potentes, scilicet secundus de tribus primis potentibus: nam erant multi ternarij virorum fortium, vt declaratum fuit 2. Reg. 23. *Iste fuit cum Dauid in Apheſdomim.* Est Apheſdomim nomē loci, in quo conuenerunt Philisthini ad bellum contra Dauid, & pugnauit iste contra multos. *Quando Philisthijm congregati sunt ad locum illum in prælium.* Dauid erat in Apheſdomim, & congregati sunt Philisthini illuc in bellum, siue congregati fuerint contra Dauid, siue contra habitatores loci illius, sed 2. Reg. 23. ponitur plus de litera, scilicet, qui erat cum Dauid, quando exprobrauerunt Philisthini, & cōgregati sunt illuc in prælium, & est sensus quòd cum maneret Dauid in aliquo loco Philisthini miserūt ad exprobrandum ei, scilicet, q dicerēt ei, quòd erat vir timidus & ineptus non audens pugnare cum eis, & hoc dicebant vt incitarent eum ad pugnam, sicut Goliath per quadraginta dies maledicebat quotidie Israelitis, quia nullus audebat cum eo inire singulare certamē, primo Reg. 17. & tamen Dauid abstulit istud opprobriū de Israel pugnando contra Goliath: ita nūc Philisthini cupiebant pugnare contra Dauid, & vt incitarent eum exprobrabant ei, & tunc conuenerunt ad locum, in quo erat Dauid ad bellum. De isto bello an factum fuerit, cūm fugeret Dauid à facie Saulis, vel postquam factus est rex Iuda, declaratum est. 2. Reg. 23.

Et erat ager regionis illius plenus hordeo. Philisthini veniebant ad destruendum illum agrum, & populus nō poterat defendere illum quia fugit. Iste autem defendit agrum ab hostibus, & erat ager plenus hordei, scilicet prope tempus messis. Sed obijcietur, quia secundo Regum vigesimotertio dicitur erat quippe ager ibi plenus lente. Dicendum quòd erant duo agri simul, vnus plenus lente, & alius plenus hordeo, & isti hostes volebant destruere vtrunque agrum: defendit autem eum iste vir. Vel aliter intelligitur, scilicet, quod idem ager quandam partem lentis habebat, & quandam Hordei. Quomodocunque autē intelligatur, quia secundo Regum 23. solùm dictum fuerat de lente, voluit hic supplere scriptura de hordeo.

Fugerat populus à facie Philisthinorum. Hi steterunt in medio agri, & defenderunt eum. Cumque percussissent Philisthæos dedit Dominus salutem magnam populo suo.

Fugeratque populus à facie Philisthinorum. Intelligendū est, quòd in isto bello non erat Dauid, quia tunc esset sibi magna ignominia, quòd ipse fugeret cū reliquo populo, & iste solus vir resisteret hostibus, & fugaret eos, sed est sensus quòd iste vir erat cum alijs de loco illo, & quanquam illi fuerunt in bellum non fuit illuc Dauid, & tunc fugiente populo iste pugnauit contra hostes. *Hic steterit in medio agri.* Veniebant Philisthini ex vtraque parte ad vastandum agrum, & ipse stetit in medio eius vt defenderet eum ab omnibus.

Et defendit eum. Scilicet resistit Philisthinis, & non potuerunt ipsi vastare agrum quanquam ad hoc decidissent. *Cumque percussisset Philistæos.* Scilicet ipse solus percussit eos, quia iam totus populus fugerat a facie Philisthinorum, vt patet in litera.

Dedit Dominus salutem magnam populo suo. Ideſt dedit magnam liberationem per manum istius: nam cum populus fugeret a facie Philisthinorum, ipsi poterant occidere multos in fuga, & postea vastarēt omnes agros regionis istius, & oīa ista impediuit Eleazar, sed 2. Reg. 23. ponitur latius istud factum, s. quòd Philisthini congregati sunt in prelium in Apheſdomim, & viri Israel ascenderunt contra illos: steritque iste Eleazar in medio agri, & percussit Philisthęos do nec obrigescęret manus eius cum gladio, & fecit Dominus salutem magnam in die illa: populusque, qui fugerat reuersus est ad cęsorum spolia, s. postquam populus fugiēs vidit quòd solus Eleazar superauerat hostes, reuersi sunt ad tollendum multitudinem spoliorum virorū occisorum ab Eleazar, & ista fuit magna gloria Eleazar, quòd ipse solus occideret hostes omnes, a quibus totus populus fugiebat.

Descenderunt autem tres. Posuit supra de tribus viris fortibus in speciali de quolibet loquendo: nunc autē ponit vnum factum laudabile, quod omnes tres fecerunt, s. portādo aquam de cisterna Bethlehem. Sciendum autem quòd quanquam hic fiat mentio de tribus, qui fecerunt hoc magnificum opus tāquam omnes tres supra positi fuerint, non fuit tamen supradictum nisi de duobus, & tertius omittitur, qui tamen ponitur. 2. Reg. 23.

Quare superius fuerunt solum positi duo, & hic fit mentio de tribus, qui fecerunt mirabilia. Quæst. XII.

QVAERITVR quare cum fuerint isti tres viri potēres, fit hic mētio de tribus, & non fuerūt positi supra nisi duo. Respondebit aliquis, quòd hoc factū est, quia primus istorum triū erat Dauid sicut videtur colligi. 2. Reg. 23. s. Sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres, & istud comperit Dauid, qui fuit primus. Sed dicendū quòd non stat, quia dicitur hic, quòd isti tres viri descenderunt in Bethlehem ad hauriēdum aquam pro Dauid, & ipse noluit eam bibere, dicens: nunquid sanguinē istorum bibam? ergo non erat aliquis ipse de eumbus. Secundo patet, quia iste, qui ponitur hic secundus. s. Eleazar, ponitur secundus. 2. Reg. 23. & postea ponitur alius, qui vocatur Sema, de quo nulla mentio fit hic expresse, ideo oportet, quòd sit ibi tertius vir, qui hic non ponitur. Tertio patet ex illis, quæ dicuntur de istis viris, quia ista, quæ dicuntur hic de Iesbaā dicuntur. 2. Reg. 23. de illo, qui sedebat in cathedrā: ergo ille erat Iesbaam: etiam ea, quæ dicuntur hic de Eleazar dicuntur ibi de eodem, & tamen ea, quę habentur ibi de tertio, scilicet, Sema non ponuntur hic, nec etiam dicuntur de aliquo infra posito: ergo necesse est, quòd ille subticeatur.

Aliquis dicet quòd verum est, quòd subticetur, & causa huius taciturnitatis est, quia iste tertius non fecit per se aliquod opus magnificū, sed cum alijs duobus, cùm descendit in Bethlehem pro aqua, & ideo quando fit mentio de alijs duobus, per se non fit mentio de isto, cum autem fit mentio de quodam facto communi, nominantur tres, vt subintelligatur iste.

Sed dicendum quòd istud non stat, quia iste non vocaretur de tribus primis fortissimis nisi fecisset aliquid excellētius quam omnes alij, qui erant post istū, & tamen multi post istum fecerunt aliqua gesta magnifica. Secundo patet, quia 2. Reg. 23. ponuntur gesta istius.

Pro quo considerandum, quòd multa erant gesta istius, & Eleazari facientes eadem, quæ etiam interdum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum nos diximus referentes aliorum positionem. F
Dicendum tamen, quod fuerunt gesta istius, & illius distincta, & Eleazar, de quo supra dictum est fuit ille, qui solus stetit, & percussit Philistihinos donec obrigesceret manus eius cum gladio, & populus fugiens vidit occisos hostes ab Eleazar, & reuersus est ad detrahenda spolia cęsorum. Tertius autem fortissimus erat Sema de Arari, qui fuit quando congregati sunt Philisthini ad destruendum agrum terrę Israel, & ipse stetit in medio agri solus, quia totus populus fugerat, & defendit populum ab hostibus, & agrũ. 2. Reg. 23. & tamen propter similitudinem aliqui faciunt idem esse, sed falsum est.

De controuersia circa ea, quæ hic dicuntur, & 2. Reg. 25. cap. scilicet de Eleazar, & Sema. Quæst. XIII.

QVAERITVR vlterius quomodo potest stare istud, qa id quod dicitur de Eleazar hic, s. ꝙ defendit agrum plenum hordei: dicitur de Sema. 2. Reg. 23.

Aliquis dicet, quòd idem sunt, sed falsum est, quia ibi ponuntur tanquam duo, quia Eleazar dicitur esse secundus, & post eum dicitur esse Sema de Arari. Sed dicendum est, quòd isti fuerunt duo: potuit tamen quilibet eorũ facere simile ei, quod alius fecit, quanquam ambo non agerent simul, nec in eodem tempore. Ideo satis stat, quòd vnus defenderit agrum & etiam alius diuersis vicibus, & temporibus.

Secundo potest dici, quòd sicut Eleazar, & Sema non sunt idem vir, ita nec sunt gesta eadẽ vtriusque, & istud verum est. Quod patet, quia de Sema dicitur. 2. Regum 23. quòd defendit agrum plenum lente: hic autem dicitur, quòd defendit agrũ plenum hordeo, ideo non est idem bellum. Secundò patet, quia de Eleazar dicitur hic, quòd defendit agrũ, & etiam dicitur. 2. Regum 23. quòd conuertit Philisthęos in fugam, & populus, qui fugerat redijt ad cęsorum spolia, & non dicitur hoc de Sema, eod. cap. non sunt ergo idem vir, nec idem factum.

Sed tunc dicetur, quomodo ponitur hic istud factum Eleazar? I

Respondendum est, quòd hoc fit, quia Eleazar fecit duo gesta magnifica. Vnum fuit, quòd ipse pugnauit semel contra multos Philisthinos in acie, non tamen ad defendendum aliquem agrum, & tunc populus, qui erat cum eo fugit, mansitque ipse solus, & pugnans occidit multos Philisthinorum, & populus videns stragem, rediit ad tollenda cęsorum spolia. Alius fuit quòd iste Eleazar semel pugnauit contra Philisthinos, nam ipsi volebant vastare agros: eratq; quidam ager plenus hordeo, & stans in medio defendit eum ab hostibus, & fugit populus, & tamen non redijt tunc ad tollenda cęsorum spolia, & sic fuit istud secundum factum minus primo, ideo de alio dicitur 2. Reg. 23. & de isto dr̃ hic per modum supplementi.

Respõsio autem ad dubium principale de Sema, & Eleazar patet ex hoc. Pro quo magis considerandum quòd hic erant tres viri fortissimi Dauid, & quia liber Regum est liber principalis, in quo debent ista poni, debuerunt ibi isti tres viri, & gesta cuiuslibet illorum poni, & sic factũ est: nam de omnibus tribus dicitur singillatim. Considerandum tamen quòd isti tres se habent sic, quòd quilibet eorum fecit aliquid speciale, & omnes tres fecerunt aliquid commune. Ipsum autem commune ponitur tam hic quam ibi. De specialibus autem sciendum, quòd duo illorum fecerunt singillatim multa opera magnifica: vnus autem Sema fecit vnicum opus singillatim, ideo secundo Regum vigesimotertio, ponitur de quolibet eorum vnum opus magnificentius, quod egerit. Iesbaam autem fecit opus maximum, quòd occiderit octingentos viros vno impetu, & istud ponitur secundo Regum 23. & subticetur aliud, & quia liber iste est suppletiuus, suppleuit illud, & ponitur hic de occisione trecentorum vna vice. Similiter Eleazar fecit duo opera, scilicet, primum quod fugiente populo solus percussit hostes, quousque manus obrigesceret cum gladio, & deinde populus redijt ad tollenda spolia cęsorum, & istud erat maximum, & ponitur secundo Regum 23. subticetur autem aliud de defensione agri pleni hordeo, & istud suppletur hic, quanquam minus esset. Sema autem solum habuit illum actum magnificum, qui habetur 2. Reg. 23. ideo G cum scriptura eum ibi semel posuerit, noluit repetere hic Esdras, & ista est causa, quare quanquam sint tres isti viri fortes non ponuntur hic nisi duo, quia ponuntur hic ad supplendum ea, quæ habentur minus secundo Regum 23. & tamen ibi nihil deest de factis Sema, ideo non oportuit hic aliquid repeti de illo, sicut de alijs duobus. Item per istum modum possumus respondere, quãdo dicitur hic, quòd ager erat plenus hordeo, & 2. Reg. 23. dicitur, quòd erat plenus lente. Dicemus enim quòd non est diuersitas, quia ager plenus hordeo, de quo fit hic mentio, est defensus ab Eleazar, qui fuit secundus de fortibus: ager autem plenus lẽte fuit defensus à Sema, qui erat tertius de fortibus. 2. Reg. 23. patet igitur quòd non subticetur hic Sema, tanquam nihil egerit magnificum, sed ex causa dicta. Et dicitur.

Descẽderunt autem tres de triginta principibus ad petram, in qua erat Dauid ad speluncam Odollam, quando Philisthijm fuerant castrametati in valle Raphaim. Porro Dauid erat in Pręsidio, & statio Philisthinorum in Bethlehem. Desiderauit igitur Dauid aquam, & dixit: O si quis daret mihi aquam de cisterna Bethlehem, quæ est in porta. Tres ergo isti per media castra Philisthinorum perrexerunt, & hauserunt aquã de cisterna Bethlehem, quæ erat in porta, & attulerunt ad Dauid, vt biberet. Qui noluit, sed magis libauit illã Domino, dicens: Absit vt in conspectu Dei mei hoc faciam, & sanguinem istorum virorum bibam, quia in periculo animarum suarum attulerunt mihi aquam. Et ob hanc causam noluit bibere. K
Hæc fecerunt tres robustissimi.

Descenderunt autem tres de triginta principibus. Non erant isti de numero triginta virorum, sed erant principes triginta virorum, quia si computentur omnes, plures prouenient quàm triginta, vt patet infra in lectera, & 2. Reg. 23. *Ad petram, in qua erat Dauid.* Ista petra erat aliqua magna rupes cauata, quæ erat in deserto, in qua sterit Dauid, quando fugit à facie Saulis, & erat in sorte Iudę. *Ad speluncam Odollam.* Cauatura alius petræ vocatur spelunca Odollam, & fugit illic Dauid, quia locus ille erat valde secretus, nec poterat scire Saul, vbi esset: etiã quia locus ille erat valde defensabilis propter naturalem situm, & si subito irruerẽt aliqui hostes super Dauid posset se tueri. Primum tamen

tamen magis intendebat, quia nolebat Dauid magis A
obsideri in aliquo loco quãtumcunque munito, quia saltem fame caperetur. Vocatur autem ista spelunca Odollam, quia erat apud quandam vrbem nomine Odollam, & est Odollam in sorte Iudæ, Iosue 15. erat etiam ista ciuitas vna de ciuitatibus regalibus cuius regem occiderunt Iosue, & Israelitę, Iosue 15. ista ciuitas est, de qua accepit Iudas filius Iacob vxorem: nam dicitur quòd diuertit ad virum Odollamitem, Gen. 38. Sciendum autem, quòd istud factum est in principio fugę Dauid à facie Saulis, nam cum primo fugit, nec ferret gladium venit ad Abimelech sacerdotem in Nobe summum, accepitque ab eo panes, & gladium Goliath, 1. Reg. 21. Inde fugit in terram Philisthinorum ad regem Achis in vrbem Geth: putans ꝙ non cognosceretur ibi euaderetque, sed cognitus est, fingens insaniam euasit, eod. cap. & deinde rediit in terram Israel ad speluncam Odollam, & audierunt cognati eius, & multi alij viri de oppressis ęre alieno, & amaro animo, & facti sunt quasi quadringenti, primo Reg. 22. & tunc descenderũt isti tres viri fortissimi ad Dauid: fuerunt que cum eo in omnibus aduersitatibus suis, redierũtque in terram Iuda cum illo mortuo Saule, 2. Reg. 2.

Quãdo Philisthijm fuerant castrametati in valle Raphaim. Istud non refertur ad tempus, quo isti venerunt ad Dauid, sed ad tempus, quo iuerunt pro aqua in Bethlehem, quia tunc erant Philisthini in valle Raphaim. Potest intelligi, ꝙ erat etiam Philisthinorũ exercitus C
tunc in Raphaim valle, cum isti descenderunt ad Dauid: & tamen primum melius est. Vocatur vallis Raphaim vallis gigantum. Sic enim dicitur, ꝙ castra Philisthinorum erant tunc in valle gigantum. 2. Reg. 23. nam Raphaim in Hebræo significat gigantes, sicut dicitur, quòd solus quippe Og restiterat de stirpe gigantum, Deut. 3. & tamen Iosue 12. dicitur, quòd fuit de reliquis Raphaim: est autem ista vallis Raphaim in termino sortis Iudę, & Beniamin, ideo Iosue 15. dicitur, ꝙ transit sors Iudę in summitate vallis Raphaim, & de tribu Beniamin idẽ dicitur Iosue 18.

Porro Dauid erat in præsidio. Istud prędium est illud, de quo dicitur primo Reg. 22. s. mãserunt cunctis diebus apud eum, cum quibus Dauid mansit in prędio.

Et statio Philisthinorum in Bethlehem. Idest erant castra Philisthinorum in Bethlehem, s. iuxta vrbẽ Bethlehem, nam intra vrbem non poterant locari castra: dicitur tamen aliquid esse in aliqua vrbe quod est in territorio illius, sicut patet de Iericho: Iosue 5. quia dicitur in Hebręo, quòd Iosue erat in Iericho quando apparuit ei Angelus: & tamen non erat intra vrbem, sed in agro, vt patet in litera nostra. Etiam quia nondum ceperant Israelitę Iericho, vt patet ibidem, & seq. cap. sed dicetur, ꝙ ista litera non potest stare, quia dicitur, ꝙ erant castrametati Philisthijm in valle Raphaim, & illico dicitur, quòd erat statio Philisthinorum in Bethlehem. Aliquis volet forte hoc saluare per aliquam improprietatem terminorum, sed non potest stare, quia idem ponitur 2. Reg. 23. Dicendum igitur, quòd dupliciter potest saluari: vno modo quòd vallis Raphaim, & Bethlehem sunt simul, vtpote si illa vallis tãgit territorium Bethlehem, quia tũc staret statio Philisthinorum partim in Bethlehẽ, idest in territorio eius, & partim in valle Raphaim: & ideo in vtroque per se dicebantur esse Philisthini. Secundo potest dici, & melius quòd castrametari & habere stationem differũt, quia habere stationem est vbi extat populus ad bellum ordinatus, & non habẽt ibi tentoria sua, quia bellatores nunquam pugnant manentes in castris, sed exeuntes, quia caperẽtur ibi, & potius impedirentur ad pugnandum: locus autem fixionis castrorum est vbi ponuntur omnia victualia, & sarcinę exercitus, & iste locus semper distat à loco pugnæ, vt colligitur 1. Reg. 17. & sic castra Philisthinorum, idest tentoria, & sarcinæ erant in Bethlehem, scilicet apud Bethlehem: statio autem, idest apparatus bellicus erat in valle Raphaim aliqualiter distans a loco castrorum, & tamen non multum distabat, quia vallis Raphaim transit inter Ierusalem, & Bethlehem: & est Bethlehem ad partem meridianam, & Ierusalem ad Aquilonẽ, vt colligitur Iosue 15. & 18. & ibi probatum est. Et tamen Ierusalem non distat à Bethlehem nisi duabus paruis leucis, vt patet in libro de Situ terrę sanctę. Ergo non multum distat vallis Raphaim à Bethlehem, & sic poterat esse statio in Bethlehem, & castra in valle Raphaim. B

Desiderauit ergo Dauid. Scilicet desiderauit aquam, vt patet in litera. *Et dixit: O si quis daret mihi aquam de cisterna Bethlehem.* Magnum desiderium fuit, quia fortè habebat malam aquam, vel nullam, vt infra declarabitur, & fuerat ipse nutritus in vrbe Bethlehẽ. 1. Re. 16. *Quæ est in porta.* Hoc dicitur ad differentiam, quia multę cisternę essent in Bethlehem, nam tota ciuitas Bethlehem non poterat habere sufficientiam aquæ ex vna cisterna: erant ergo multæ: melior tamẽ omnibus erat, quæ erat in porta vrbis, ideo expresse dixit, quæ erat in porta. *Tres ergo isti.* Scilicet Iesbaam, Eleazar, Sema, qui erant viri tres primi fortissimi descenderunt, nemine eis iubente aut suadente vt satisfacerent desiderio Dauid.

Per media castra Philisthinorum perrexerunt. In hoc designatur periculum magnum, quia ad eundum ad portam Bethlehem non poterãt transire nisi per media castra Philisthinorum, cùm illa essent iuxta Bethlehem, & in hoc apparet animositas istorũ, & robur nimium, quia non timuerunt transire per media castra hostium, vbi erant multa millia bellatorum.

Et hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, quæ erat in porta. Multę cisternæ erant in Bethlehem, quia vna non poterat toti populo ciuitatis sufficere, sed missi fuerãt isti tres viri solum ad cisternã, quæ erat in porta, quia aqua eius erat sanior, & dulcior cæteris, & ob hoc de illa solum hauserunt aquam. Et dicitur, quæ erat in porta, idest apud portã, & potest intelligi, quòd erat extra vrbem apud portam vel intra vrbem.

Et attulerunt ad Dauid, vt biberet. Isti tres viri eundo, & redeundo transierunt per castra Philisthinorum, sed videtes Philisthini tantam animositatem eorum non ausi sunt tangere illos. *Qui noluit.* Scilicet noluit Dauid bibere aquam istam, quanquam isti tres viri ad hoc attulissent eam: & causa ponitur in litera.

Sed magis libauit illam Domino. Idest obtulit eam in sacrificio, sicut si offerret carnes animalium. *Dicens absit, vt in conspectu Dei mei hoc faciam.* Quasi dicat illicitum videtur, quòd ego faciam istud corã Domino, idest Deo vidente, quasi dicat, quòd cum ipse videat istud, reputaret mihi ad malum, si biberem istã aquã. *Et sanguinem istorum virorum bibam.* Quasi dicat: Absit vt bibam sanguinem virorum: nam bibendo istam aquã, videbatur bibere sanguinẽ virorũ, quia isti tres viri exposuerant sanguinẽ suũ, & aiam suam, vt afferrent aquam. *Quia in periculo animarum suarum attulerunt mihi aquam.* Idest cum periculo animarum. Et accipit in pro cum, iuxta illud Gen. 32. s. In baculo meo transiui Iordanem, idest cum baculo. *Et ob hanc causam noluit bibere.* Scilicet ista causa videbatur sibi sufficiẽs ad non bibendum. *Hoc fecerunt tres viri robustissimi.* Scilicet tres primi, nam erant triginta viri fortes in exercitu Dauid, & alij tres fortiores eis: & alij tres fortissimi inter omnes, & isti sunt qui primo nominantur, & secundo Reg. 23. s. Iesbaam, & Eleazar, & Sema. E

An

Universidad de Deusto
Biblioteca

An Dauid desiderauerit aquam propter necessitatem, vel delectationem. Quæst. XIIII.

QVAERITVR circa istos tres viros, & Dauid: & primo quomodo Dauid desiderauit aquã, scilicet propter necessitatem, vel propter delectationem.

Aliquis dicet, ꝙ propter necessitatem, quia hostes conuenerant contra Dauid, vt patet in litera, & sic videbatur Dauid quasi obsessus: contingit tamen obsessos in ciuitatibus interdum carere aqua.

Dicendum tamen quòd Dauid non desiderauit aquam ex necessitate, quia aliam aquam habebat in loco, vbi erat: sed desiderauit propter delitias, s. quòd nutritus erat in Bethlehem, & concupiuit aquam illam pluſquam aquam aliarum regionum. Item patet hoc, quia sicut communiter asseritur, Dauid erat nunc in Ierusalem, & ibi habebat aquam, quia nõ est verisimile, quòd in tota vrbe nulla aqua esset. Secundo patet, quia si Dauid propter necessitatem istam aquam desideraret, non solum ipse, sed etiam totus exercitus siti periret, & non posset manere in loco, & ante hoc mutauissent castra, ne deficeret aqua, & tamen non mutauerant, ideo habebant aquam. Tertiò patet, quia si Dauid propter necessitaten desiderasset non magis curasset de aqua, quæ erat in Bethlehem quam in quocunque alio loco, & tamen specialiter desiderauit aquam Bethlehem, ideo propter delitias hoc fecit. Confirmatur istud, quia non poterant aliqui ire pro aqua in Bethlehem nisi transirẽt per medium castrorum hostilium, vt patet hic, & 2. Reg. 23. & ad alia loca poterat Dauid mittere pro aqua, ita vt non transirent portantes eam per castra hostium, & tamen desiderauit aquam, quę erat in cisterna Bethlehem, quę non poterat afferri, nisi transeũdo per medium hostium: ergo desiderauit ex delitijs. Quarto patet, quia si desideraret ex necessitate non magis curaret habere aquam de vna cisterna Bethlehem quã de alia, & tamen desiderauit specialiter de aqua cisternę, quę erat ad portam, vt patet in litera, ideo desiderauit ex delitijs. Idem vult Iosephus 7. Antiqui. dicẽs: Dauid itaque socijs ait: bonam aquam habemus in regione nostra: & præcipue laudabat eam, quę erat in puteo iuxta portam: mirabaturque si esset qui ex ea poculum ei prẽberet quod magis optaret, quam si quis ei magnam pecuniam ad tẽpus præsens offerret.

Cap. 12.

Si peccauerit Dauid desiderando aquam de cisterna Bethlehem. Quæst. XV.

QVAERITVR vlterius an Dauid peccauit desiderando aquam de cisterna Bethlehem.

Aliquis dicet quòd sic, quia concupiuit illam, quæ nõ poterat haberi sine periculo animarum: exponere tamen animam subditorum pro sola delectatione domini, peccatum graue est.

Secundò patet, quia Dauid reprehendit se de hoc, quod fecerat nolens bibere aquam, dicens: Absit vt in conspectu Dei hoc faciam, & sanguinem virorum istorum bibam.

Respondendum quòd Dauid non peccauit desiderando aquam, quia per solum desiderium non sequebatur aliquod inconueniens, quia aqua illa secundum se non erat illicita ad potum. Etiam Dauid non voluit habere illam cum periculo alicuius, nam non est putãdum, quòd ipse iusserit illis tribus viris fortissimis quòd irent in Bethlehem pro aqua, sed ipse erat cum viris suis, & dixit: O si quis mihi daret aquam de cisterna, quę est in Bethlehem in porta, & tũc isti tres viri putantes se nimis placituros Dauid si afferrent aquam: exposuerunt se periculo, vt afferrent illam, & tamen Dauid nesciebat an illuc iuissent. Vnde sciendum, quòd si Dauid iussisset illis viris ire pro aqua, peccasset. Vel si dixisset verba ista coram viris suis, vt inclinaret animos aliquorum ad eundum, vel si sciret quod ibant aliqui illuc, & nõ prohiberet, quia istis tribus modis ipse exponeret viros suos morti, vt delectaretur bibendo aquam: nihil tamen istorum fuit, sed Dauid protulit ista verba desiderij putans, quòd nullo modo haberi poterat id, quod desiderabat: sicut interdum desideramus impossibilia nobis, scilicet esse impassibiles, vel immortales: & gaudemus proferendo talia verba desiderij, licet sciamus illud nobis esse impossibile. Deinde cum illi tres viri attulerunt aquam, miratus est Dauid, ideo bibere noluit, & sic non peccauit desiderando aquam, sicut si desiderasset eam, & tamen nullus illuc iuisset pro ea.

Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd peccatum esset exponere viros aliquos periculo, vt afferrent aquam, & tamẽ Dauid neminem exposuit, vt dictum est, sed solum desiderauit.

Ad secundam dicendum, quòd Dauid non redarguit se quasi male egisset mittẽdo viros pro aqua, sed coercuit se ne biberet aquam sic allatam, nam & si non fuisset peccatum in mittendo, erat quasi peccatum, vel inhonestum, & irreuerentia bibendo illam aquam, vt infra declarabitur.

Quod genus sacrificij erat istud, de quo hic dicitur, quòd Dauid libauit istam aquam in conspectu Domini. Quæst. XVI.

QVAERITVR vlterius quomodo libauit Dauid istam aquam in conspectu Domini, & ꝙ genus sacrificij erat hic.

Respondendum, quòd tria erant genera sacrificiorum, s. holocaustum, hostia pacifica, & victima pro peccato, vt patet Leuit. 1. & 3. & 4. Ista tamen tria sacrificia erant de animalium carnibus, vt patet ibidẽ. Aqua autem vel panis aut quæcunque alia res non poterat offerri in sacrificium: aliquando tamen istę res offerebantur tanquam præparatoria sacrificiorũ, quæ vocantur libamenta, & sic offerebantur farina, & vinum, & sal, & thus, & oleum, vt patet Leuit. 2. & Num. 25. sed isto modo nõ poterat offerri aqua, quia non computatur inter libamenta. Hieronymus autem super locum istum, & etiã Scholastica historia, dicunt, quòd ex hoc patet, vinum, quod ponebatur in sacrificio Domini, aqua mixtum esse: & inducitur sic, quia non legitur, quòd Deus iuberet offerri aliquando aquam in sacrificio, nunc tamen Dauid obtulit eam, ideo non apparet quomodo offerretur, nisi mixto vino quod offerebatur in sacrificio. Dicendũ quòd an vino sacrificij poneretur aqua non constat, cum nõ habeatur ex aliquo loco scripturę, sed potius videtur dicendum, quòd non misceretur aqua, quia sacrificium consistit in cęremonijs, & Deus iubebat Hebręis, quòd nullam cęremoniam facerent in cultu suo, nisi quæ in lege scripta esset, Deuteronomij duodecimo, scilicet, Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas quidquam, nec minuas. Et tamen non scriptum erat in lege, de aqua ponenda in sacrificio, ideo videtur, quòd non misceretur. Dato tamen, quòd misceretur aqua vino non probatur ex loco isto, sicut vult Hieronymus, & Historia scholastica, quia istud concluderet si nullo modo posset aqua offerri Domino, nisi mixta vino, nam poterat aqua per se offerri effundendo illam coram Domino. Sic enim fecit Samuel quando totus Israel congregatus est ad eum in Masphath: nam tũc hauserunt aquam, & effuderunt coram Domino, & ieiunauerunt, & tamen manifestum est, quòd illa erat aqua pura, quia nihil ibi aliud oblatum est, vt patet primo Regum septimo. Nec obstat de agno, quem ibi obtulit Samuel: quia illud postea fuit, vt patet ex litera, poterat etiam offerri alio modo aqua ad aspergendum carnes sacrificiorum, vt patet secundo Machabæorum primo, scilicet, Et iussit eos haurire aquã, & auferre sibi, & sacrificia, quę imposita erant iussit sacerdos Neemias aspergi aqua. Dicendum ergo videtur, quòd ista aqua fuit effusa coram Domino per modum oblationis, & forte diffundebatur per cornua altaris, sicut sanguis animalium oblatorum, vel saltem ad basim eius, vt patet Leuitici 1. & 3. & 4.

Cur Dauid non biberit aquam istam, postquam sibi allata fuerit. Quæst. XVII.

QVAERITVR vlterius, quare Dauid non bibit istam aquam, postquam sibi allata est, cum nimis concupiuisset eam, antequam afferretur.

Respondendum, quòd fecit hoc Dauid primo in reuerentiam Dei: nam illi tres viri attulerunt aquam per medium hostium, & videbatur hoc nullo modo possibile, nisi Deus voluisset specialiter seruare eos incutiendo timorem hostibus, ne insurgerent in illos, & ob hoc dignum erat, vt Deo offerretur, cum ipse deberet gratias, & laudes referre pro hoc beneficio, quod specialiter ipsi Dauid contulisset. Secundum erat ad subiugandum desiderium proprium: nam desideraverat Dauid nimis aquam istam, & nunc cum haberet, libenter biberet eam: voluit tamen coercere desiderium suum ad virtutis exercitium: quia magnum opus virtutis est in conspectu, & præsentia rei delectabilis coercere passionem, ideo propter istud periculum admonet Aristoteles secundo Ethicorum, Ne faciamus iudicium de eligibili in præsentia rei delectabilis, sed absente ea, & ponit exemplum de iudicio Troianorum, quando educebatur Helena in concilium. Tertium fuit ad exaltandum, & laudandum opus magnificum istorum trium virorum. Fecerant enim rem toto sæculo admirandam, cum soli tres per medium castrorum hostilium bis confidentes transirent. Noluit ergo Dauid, quòd totus labor eorum seruiret delectationi suæ, quia tunc opus perfectissimũ, ordinaretur ad finem minus perfectum, quod est contra conditionem operationis humanæ, quia finis semper est melior his, quæ sunt ad finem, vt patet primo Ethicorum, cap. primo. Voluit ergo ordinare actum istum ad finem optimũ, & quia non est maior aliquis, quàm cultus Dei: ordinauit illum ad cultum Dei effundẽdo aquam in sacrificium, ideo libauit illam Domino, & sic non solum tres viri fecerunt actum admirandum, irrumpendo per castra hostium, sed etiam Dauid fecit opus laudabile aquam nimis concupitam non bibendo, sed Domino in sacrificio effundendo.

Si Dauid bibisset aquam illam, an peccasset. Quæst. XVIII.

QVAERITVR vlterius, an Dauid peccasset, si bibisset aquam illam, quam tulerunt tres viri.

Aliquis dicet, quòd sic, quia ipse dixit, absit vt in conspectu Dei mei hoc faciam, & sanguinem istorum virorum bibam: bibere tamen sanguinem virorum peccatum est. Etiam non dixisset absit, vt hoc faciam, nisi malum esset illud fieri.

Respondendum, quòd non peccaret faciendo istud. Quod patet, quia si peccaret bibendo aquam illam, aut hoc esset, quia illicitum erat bibere aquam, vtpote si esset interdicta ei, vel quia illicite eam habuisset. Primum non stat, quia aqua illa non erat interdicta ad bibendum, sicut nec aliqua alia aqua. Secundum etiam non stat, quia non habuit eam illicite, cum ipse non iussisset, nec procurasset, vt aliquis exponeret se periculo, vt haberet illam aquam, vt supra declaratum est, ideo postquam oblata est ei, poterat licite bibere: noluit tamen bibere propter tres causas supra positas, potissime, quia videbatur committi quædam irreuerentia, si aquam cum tanto labore habitam quasi potum communem bibere vellet, ideo effudit illam coram Domino. Ad rationem in contrarium dicendum, quòd bibere sanguinem virorum poterat dupliciter intelligi: vno modo, quòd ipse iuberet viris exponere sanguinem suum periculo, vt haberet aquam pro ipso: alio modo, quòd ipse biberet aquam, pro qua illi sanguinem exposuerãt, quamquam Dauid non iussisset. Accipiendo primo modo, peccatum erat bibere sanguinem virorum, non quidem principaliter in bibendo, sed in iubendo. Accipiendo secundo modo non erat peccatum, & sic fuit hic, immo quocunque modo acciperetur, non videbatur peccatum esse in bibendo, sed erat peccatum in iubendo, vel procurando quòd aliqui se exponerent ad mortem pro illa aqua. Et quando Dauid dixit: Absit vt bibam sanguinem, non intellexit per hoc quòd erat peccatum bibere aquam, quam tulerunt viri, sed erat quædam irreuerentia, scilicet, quòd rem cum tanto labore acquisitam in vsus suos leuissimos expenderet, quia videbatur quædam irreuerentia, ideo dixit: absit hoc a me: nam non solum Dauid nolebat committere peccatum, sed etiam nec irreuerentiam, aut saltem diminuere magnitudinem operis illorum trium virorum, quod fieret si ipse aquam oblatam ei biberet, ideo libauit illam Domino, & sic fecit opus supererogationis: potuisset tamen licite illam bibere.

Abisai quoque frater Ioab ipse erat princeps trium, & ipse leuauit hastam suam contra trecentos vulneratos, & ipse erat inter tres nominatissimus, inter tres secundos inclytus, & princeps eorum. Veruntamen vsque ad tres primos non peruenerat Banaia filius Ioiadæ, viri robustissimi, qui multa opera perpetrarat de Cabseel, ipse percussit duos Arihel Moab. Et ipse descendit, & interfecit leonem in media cisterna tempore niuis, & ipse percussit virum Ægyptium: cuius statura erat quinque cubitorum, & habebat lanceam, vt liciatorium texentium. Descendit igitur ad eum cum virga, & rapuit hastam, quam tenebat manu, & interfecit eum hasta sua. Hæc fecit Banaia filius Ioiadæ, qui erat inter tres robustos nominatissimus, inter triginta primus.

Abisai quoque. Hic ponitur secundus ternarius virorum fortium: nam tres primi viri erant fortissimi super omnes, scilicet, Iesbaam, Eleazar, & Sema. Tres secundi erant valde fortes, sed minus, quàm primi tres, & istorum trium princeps erat Abisai, de

Universidad de Deusto
Biblioteca

de quo hic dicitur. Deinde erant triginta viri fortes F in exercitu, sed minus quàm isti. *Frater Ioab.* Tres fratres erant, scilicet, Ioab, Abisai, & Asael, & mater eorum erat Saruia soror Dauid, vt patet supra 2. & Abisai erat fortior istorum, & ponitur hic in secundo ternario virorum. Erat iste Abisai interdum dux in bellis Dauid. Nam Ioab erat dux vnius partis militum, & ipse alterius, vt fuit in bello contra Ammonitas, vt patet 2. Regum decimo. Fuit etiam dux in bello contra Idumæos: & occidit decem, & octo millia virorum, vt patet 2. Regum 8. & infra 18. ipse erat princeps trium, ideſt, erat fortissimus in secundo ternario, & ipse erat vnus de isto ternario. Secundus erat Banaias. Secundus vero non nominatur hic. *Et ipse leuauit hastam suam contra trecentos vulneratos.* Non est G intelligendum, quòd essent trecenti viri vulnerati ab alijs: & ipse leuaret hastam contra eos ad pugnandum, quia ista non erat magna virilitas, quia faciliter poterant occidi homines iam vulnerati. Sic enim fuit de Leui, & Simeon filijs Iacob, qui occiderunt omnes habitatores vrbis Sichem, quæ erat ciuitas regalis, cum ipsi essent vulnerati per circuncisionem, quam triduo ante acceperant, Genes. trigesimoquarto, sed est sensus, quòd iste leuauit hastam suam ad pugnandum contra trecentos viros, & vulnerauit eos, atque occidit, sic patet 2. Regum vigesimotertio, scilicet, ipse est qui leuauit hastam suam contra trecentos, quos interfecit. *Et ipse erat inter tres nominatissimus.* Scilicet, Inter tres de secundo ternario, quia non erat de primo. *Inter tres secundos inclytus.* Tres primi erant, qui supra nominati sunt, & non erat de illis Abisai, sed de secundis tribus, & inter eos erat inclytus, ideſt, famosus.

Et princeps eorum. Scilicet, In fortitudine, qui erat fortior eis, sed non in potestate, quia non erant subiecti ei, sed solum ipsi Ioab, qui erat princeps belli, vt patet supra in litera, & sic erat de omnibus fortibus alijs: nam Vrias Hethæus, qui erat vnus de triginta fortibus, vt patet infra in litera, & 2. Regum vigesimotertio, vocauit Ioab dominum suum, quia erat princeps belli, 2. Regum vndecimo. *Veruntamen vsque ad tres primos non peruenerat.* Hoc dicitur, quia dictum fuit de Abisai, quòd erat inclytus inter tres secundos, I & princeps eorum, & sic putaret aliquis, quòd erat tam fortis, sicut quis de tribus primis, ideo dicitur, quòd ad tres primos non peruenerat, ideſt, non erat æqualis alicui eorum in fortitudine.

Banaias filius Ioiadæ. Iste est secundus in secundo ternario, & fuit iste vir famosus, de istis tamen viris magis dictum est, 2. Regum vigesimotertio. Ideo hic breuiter dicetur. Aliqui putant Ioiadam patrem Banaiæ fuisse summum sacerdotem, qui vocabatur Ioiada, vt patet 4. Regum vndecimo, & duodecimo, & sequenti cap. vigesimotertio, & vigesimoquarto: & ideo dicit, quòd Banaias fuit sacerdos, sed istud improbatum est, 2. Regum vigesimotertio. *Viri robustissimi.* Scilicet, Ioiada pater Banaiæ fuit robustissimus, & sic filius eius K Banaias fuit robustus, & ob hoc non est tam admirandum, quòd a patribus robustis nascantur filij fortes.

Qui multa opera perpetrarat. Scilicet, Multa opera fortia fecerat Ioiada. Et sic dicitur 2. Regum vigesimotertio, quòd erat vir magnorum operum, & idem est.

De Cabseel. Nomen ciuitatis est in sorte Iudæ, & est prima, quæ ponitur in sorte Iudæ a Meridie versus terram Idumæorum, vt patet Iosue decimoquinto, & de illa ciuitate erat Banaias.

Ipse percussit duos ariel Moab. Aliqui accipiunt ariel pro nomine proprio, alij accipiunt appellatiue, & ratio diuersitatis est, quia ariel in Hebræo significat leonem, & sic accipitur 2. Regum vigesimotertio, vbi ponitur ista litera, & dicitur ipse percussit duos leones Moab, aliquando dicitur vt nomen proprium ciuitatis, Isaiæ 29. Væ Ariel, Ariel ciuitas, quam expugnauit Dauid: vnde Hebræi dubitant circa hoc, quia aliqui volunt, quòd fuerint isti duo leones veri, quos occiderit Banaias in terra Moab. Alij volunt, quòd fuerint duo milites fortes in terra Moab, qui vocabantur leones propter fortitudinem, & ferocitatem, sicut Christus vocatur leo de tribu Iuda, propter fortitudinem, quia nullus potest ei resistere, Apocalyp. 5. & propter hoc Hieronymus variat in translatione nostra, quia eadem res enunciatur hic, & 2. Regum vigesimotertio, & tamen ibi accepit ariel pro leone, & hic accepit, vt nomen proprium: Quidquid tamen sit, in Hebræo semper ponitur ariel, & videtur dicendum, quòd debeat hic poni ariel, vt nomen appellatiuum pro leone, & tamen differentia est, quia potest accipi pro leone proprie, vel appropriate pro homine forti.

Et ipse descendit, & interfecit leonem in media cisterna tempore niuis. Istud fuit opus magnificum Banaiæ, quia occidit leonem in cisterna, & dicitur, quòd erat tempore niuis, quod aliqui inducunt ad significandum facilitatem occidendi, scilicet, quia in diebus niuis leo erat frigore gelidus, & non poterat resistere Banaiæ, sed istud non stat, quia scriptura narrat istud factum ad laudem Banaiæ, & tamen intelligendo sic, magis diminueretur gloria operis sui. Sed dicendum, quòd dicitur in diebus niuis, ad significandum quomodo H poterat esse leo in cisterna, & dicitur, quòd erat in diebus niuis, scilicet, quia erat os alicuius cisternæ opertum niue, & leo non videns incidit in cisternam, & Banaias audiuit leonem rugientem, & descendit in puteum, & baculo, quem portabat in manu leonem occidit, vt ait Iosephus septimo Antiquitatum, de leonibus autem Moab, quos vocauit hic scriptura Ariel, dicit Iosephus ibidem, quòd fuerunt viri insignes in terra Moab, & Banaias prouocatus ab eis virtute sua interfecit eos.

Et ipse percussit virum Aegyptium. Istud est aliud opus magnificum Banaiæ: fuit autem iste vir Aegyptius magnitudine, & robore admirandus, vt patet hic, sed vbi occiderit eum, scilicet, in Aegypto, vel in terra Israel, non apparet: Dicit tamen Iosephus septimo Antiquitatum, quòd iste Aegyptius prouocauit Banaiam ad bellum, eratque Banaias inermis, & Aegyptius armatus, abstulitque ei iaculum, & arma, & propria lancea occidit eum.

Cuius statura erat quinque cubitorum. Istud ponitur ad significandum magnitudinem corporis, quia communiter nullus vir ad tantam magnitudinem peruenit, sed omnes sunt infra quatuor cubitos: Goliath tamen cum quo pugnauit Dauid erat sex cubitorum, & vnius palmi, primo Regum decimoseptimo.

Et habebat lanceam, vt liciatorium texentium. Istud ponitur ad significandum magnum robur viri, scilicet, quia portabat lanceam tantæ grossitiei, vt liciatorium texentium: similiter etiam dicitur de Goliath, 1. Regum 17. & 2. Regum 21. vocatur liciatorium quædam axis textorum, super quam tela reuoluitur, & est magnæ grossitiei: descendit igitur ad eum cum virga, scilicet, descendit ad locum certaminis, quia vir Aegyptius prouocauerat Banaiam ad bellum, & assignauerat locum, in quo pugnarent, & Banaias descendit ad eum habens solum virgam paruulam in manu sua, & hoc dicitur ad significandum robur, & animositatem Banaiæ, qui non formidauit inermis cum viro forti, & armato pugnare. *Et rapuit hastam, quam tenebat manu.* Scilicet, Extorsit eam viribus de manu Aegypti. *Et interfecit eum hasta sua.* Scilicet, Postquam extorsit hastam, percussit illum, & occidit armis suis. Sic etiam fuit de Dauid,

Dauid, qui extorsit gladium de manu Goliath, post- A quàm percussit eum lapide, & sic iugulauit eum, 1. Regum 17. *Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ.* Scilicet, Ista tria opera magnifica, quæ enarrata sunt, & multa alia, quæ non scribuntur, quia sacra scriptura est breuiloqua.

Qui erat inter tres robustissimos nominatissimos. Intelligitur de robustissimis secundi ordinis, quia non erat de primo ternario. Et vocantur isti robustissimi large, quia accipitur hic robustissimus, ideſt, valde robustus. Alij tamen tres erant robustiores istis, qui proprie vocantur robustissimi. Etiam vocatur iste Banaias nominatissimus inter tres, ideſt, valde famosus, sed non erat famosior inter eos, quia Abisai erat famosior, & fortior, & ponitur primus in isto ternario, & etiam vocatur princeps inter istos, vt patet in litera, & sic habetur 2. Regum 23. vbi isti tres non vocantur robustissimi, sed solum robusti, & Banaias non dicitur nominatissimus, sed nominatus solum inter tres. *Et inter triginta primus.* Isti triginta erant fortes in exercitu Dauid, & erant præter duos ternarios virorum, de quibus supra diximus, & erant minus fortes isti triginta, quàm quilibet illorum, & tamen erãt fortiores, quàm quilibet de reliquo exercitu, ideo isti erant nominati nominibus suis, & isti ponuntur hic in catalogo fortium, & 2. Regum 23.

Sed dicet aliquis, quomodo erat Banaias inter triginta primus, quia ipse erat vnus de triginta. Illi enim infra nominantur, sed erat vnus de secundo ternario.

Dicendum, quòd Banaias non erat primus inter tri- C ginta, ita quòd esset vnus eorum primus in ordine, sed dicitur primus inter triginta, ideſt, excellentior omnibus triginta virís: de quorum numero ipse non erat, & hoc dicitur, quia ipse non erat fortior aliquo de supra nominatis, ideo vt comparetur alicui in fortitudine dictum est, quòd erat primus inter triginta, ideſt, fortior illis. Sed 2. Regum 23. refertur istud ad omnes tres de secundo ternario, & dicitur qui erant inter triginta nobiliores, ideſt, quilibet istorum trium erat nobilior, ideſt, famosior in robore, quàm reliqui triginta viri.

Veruntamen vsque ad tres non peruenerat. Posuit autem eum Dauid ad auriculam D suam. Porro fortissimi viri in exercitu Asael frater Ioab, & Elchanam filius patrui eius de Bethlehem, Sammoth Arodites, Helles Phalonites, Ira filius Acces Thecuites, Abiezer Anathotites, Sobbochai Husatites, Ilai Ahohites, Mahrai Netophatites, Heled filius Baana Netophatites, Ethai filius Ribai de Gabaath filiorum Beniamin, Banaia Pharatonites, Hurai de torrente Gaas, Abiel Arabathites, Azmoth Bauramites, Eliaba Salabo- E nites, filij Assem Gezonites, Ionathan filius Sagę Aratithes, Ahiam filius Sachar Araritthes, Eliphal filius Vr, Hepher Meheratites, Ahia Phelonites, Hesro Carmelites, Naharai filius Azbai, Ioel frater Nathan, Mibaar filius Agarai, Selec Ammonites, Naharai Berothites, armiger Ioab filij Saruiæ, Ira Iethreus, Gareb Iethreus, Vrias Hethæus, Zabbab filius Oholi, Adina filius Siza Rubenites, princeps Rubenitarum, & cum eo triginta: Hanan filius Maacha, & Iosaphat Mathanites, Ozia Astharothites, Samma, & Iehiel filij Hothan Arorites, Iedihel filius Samri, & Ioha frater eius Thosaites, Elihel Mahumites, & Ieribai, & Iosoia filij Elnaen, & Iethma Moabites, Elihel, & Obed, & Iasiel de Masobia.

Veruntamen vsque ad tres non peruenerat. Scilicet, Non peruenit ad tres, qui erant in primo ternario: quia illi erant robustiores omnibus, nec etiam peruenit vsque ad Abisai, quia ipse erat famosior in isto secundo ternario, vt patet in litera.

Posuit autem eum Dauid ad auriculam suam. Ideſt, Fecit eum secretarium suum: nam loquebatur ei secretè ad aurem, sic patet secundo Regum vigesimotertio, scilicet, Fecit eum sibi Dauid auricularium a secreto. hoc fuit, quia erat vir fortis, & probus. Et non solum hoc, sed etiam fecit eum principem super legiones Celethi, & Phelethi, 2. Regum 8. & 20. & infra 18. erat autem iste magnus principatus: Tempore autem Salomonis factus est Banaias princeps exercitus loco Ioab, quia ipse occidit Ioab, vt patet 3. Regum 2.

Porro fortissimi viri in exercitu. Scilicet, Isti, qui sequuntur sunt viri fortissimi in toto exercitu Dauid, & sunt triginta: non tamen sunt fortiores aliquo de præcedentibus, sed minores illis sex viris de duobus ternarijs, qui supra nominati sunt: ideo non vocantur fortissimi simpliciter, sed fortissimi in exercitu: sex autem supra positi non dicuntur fortissimi de exercitu, nec computantur in eo, sed per se numerantur, & distinguuntur per duos ternarios.

Asael frater Ioab. Iste erat primus inter triginta, & erat de numero eorum. Iste est Asael, quem occidit Abner dux Israel in bello, & erat velocior cursor inter omnes Israelitas, sicut capræ, quæ morantur in montibus, 2. Regum 2.

Et Elcanam filius patrui eius. Iste Elcanam, & Asael erant fratrueles, scilicet, filij duorum fratrum, & erant ambo consobrini Dauid, quia Asael erat filius Saruiæ, sororis Dauid, supra 2. & Elchanam erat filius alicuius de fratribus Dauid.

De Bethlehem. Ideſt, Asael, & Elchanam erant de Bethlehem, quia pater Dauid erat de Bethlehem, 1. Regum 16. & 17. Sed isti erant nepotes eius, vt dictum est. *Samoth Ararithes.* Iste vocatur Semaa, 2. Regum 23. & vocatur Ararithes, ideſt, de vrbe Arari, eodem cap. sæpe tamen in Hebræo variantur nomina propria in fine, vel in principio, vt supra 2. & 4. declaratum est. *Helles Phalonites.* Iste non vocatur sic, 2. Regum 23. sed Helas de Phelti, sed ad idem redit, vt tamen dictum est multa istorum nominum proprio- rum variantur a parte finis, vel principij.

Iras filius eius. Iste vocatur Ira, 2. Regum 23. & dicitur Ira filius Aces de Thecua: sic vocatur pastor Iudæ, qui ibat cum eo ad tondendas oues, & cum quo misit agnum ad meretricem, quæ erat in biuio, vt patet Genesis trigesimosexto.

Aces Thecuites. Iste erat pater præcedentis, vt dictum est, quia tamen filius erat fortior nominatur prius, quàm pater suus. *Abiazer Anothites.* Ideſt, De vrbe Anathot: est ista ciuitas parua parum distans a Ierusalem, vt patet in quodam prologo Hieronymi super Ieremiam: & de ista vrbe fuit Ieremias, vt patet Ieremiæ primo, scilicet, Verba Ieremiæ filij Elchiæ de sacerdotibus, qui fuerunt in Anathot.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sobocai Sotites. Iſte vocatur Mobonai de Vſati: ſed F idem eſt, quia ſæpe idem vir, & idem locus habent multa nomina in ſcriptura. *Iſui Ahohites.* Iſte vocatur Seleniachovtes, & idem eſt, ſed variatur nomen, vt dictum fuit. *Marari Nethophatites.* Iſte vocatur Macharai, 2. Regum vigeſimotertio. *Heled filius Baana Nethophatites.* Ideſt, De vrbe Nethophati, & exprimitur hic iſtud nomen viri: non quòd iſte Banaa eſſet de iſtis viris fortibus: ſed quia fuit vir famoſus tempore ſuo: nam non exprimuntur hic patres aliorum, niſi raro. *Ethai filius Ribai de Galaad.* Iſte Ethai creditur a quibuſdam fuiſſe Ethai, qui venit ad Dauid, & erat de terra Geth, & fugit cum eo de Ieruſalem, 2. Regum decimoquinto, & ipſe fuit vnus de principibus tribus in bello contra Abſalom, eodem li- G bro, cap. 18. & ſatis eſt veriſimile: Et dicitur de Galaad, ideſt, de vrbe Galaad, vel de terra Galaad: & tamen 2. Regum 23. dicitur de Iebeth, & idem eſt: Erat autem iſte ſecundum veritatem de vrbe Geth, 2. Regum 15. & 18. & tamen eadem vrbs habet multa nomina, ſcilicet, quòd aliquando vocetur Geth, & aliquando Iebeeth, & aliquando Galaad, ſicut Ieruſalem vocatur Salem, & Ieruſalem, & Helia, & Luza, & Bethel, vt declaratum eſt Geneſ. 12. & 28. *Filiorum Beniamin.* Ideſt, Ciuitas Galaad, de qua erat Ethai, erat in ſorte filiorum Beniamin. Et dicitur hoc, quia alia terra Galaad erat in ſorte duarum tribuum, & dimidiæ, ſcilicet, Ruben, & Gad, & dimidiæ Manaſſe, Numeri 32.

Baram Pharathonites. Iſte vocatur Banai Anfratho- H nites, 2. Regum 23. & idem eſt, ſed mutantur nomina, vt dictum eſt. *Viri de torrente Gaas.* Aliqui intelligunt, quòd viri de torrente Gaas erant etiam de triginta viris fortibus, & tamen non exprimuntur hic nomina eorum, ſed hoc non ſtat, quia ſi aliqui præter iſtos eſſent viri de torrente Gaas, eſſent viri fortes Dauid multo plures, quàm triginta, & tamen ſcriptura intendit enarrare viros fortes Dauid triginta ſolum, præter ſex, qui erant in duobus ternarijs, & erant famoſiſſimi. Secundo patet, quia iſti viri fortes differebant a reliquo exercitu, quia erant fortiores omnibus alijs, ideo ſcriptura poſuit nomina eorum expreſſe, & non poſuit nomina aliorum de exercitu, & tamen ſi viri de tor- I rente Gaas eſſent aliqui præter eos, qui exprimuntur hic, non haberentur nomina eorum expreſſe, & ſic non differrent a reliquo exercitu, quod falſum eſt, ideo oportet quòd iſti viri de torrente Gaas ſint aliqui de immediate præcedentibus, vel de immediate ſequentibus: Vel poteſt eſſe, quòd ſit aliquis vnus vir de torrente Gaas, cuius nomen non ponitur hic, ſed per hoc, quod dicitur de torrente Gaas, ſciebatur quis eſſet. Et iſtud concordat literæ, quæ habetur 2. Regum 23. vbi dicitur Dai de torrente Gaas, & eſt nomen viri. *Abial Arabatites.* Iſte vocatur Abialbon, 2. Regum 33. ſed idem eſt. *Azmoth Baraanites.* Iſte vocatur Aſmaneth de Beroni, 2. Regum 23. & idem eſt. *Eliaba Salaonites.* Iſte vocatur Eliaba de Solboni, 2. Regum 23. K *Filij Aſon Geſonites.* Ideſt, Filij iſtius fuerunt viri fortes de fortibus Dauid, & exprimuntur nomina eorum, 2. Regum 23. ſcilicet, Ionathan, & Aram. *Ionathan filius Saga.* Non eſt iſte Ionathas filius Saulis, quia ille non potuit eſſe de viris fortibus Dauid, quia mortuus fuit, antequàm Dauid regnaret. Item patet, quia iſte Ionathan vocatur filius Saga, & ille fuit filius Achar.

Filius Achar Aratites. Ponitur hic nomen patris iſtius, quia fuit vir famoſus, & vocatur Aratites de vrbe Arar. *Eliphal filius Vraphel Meruchatites.* Iſte vocatur Eliphelech, 2. Regum vigeſimotertio. *Haia Pelonites.* Iſte vocatur Haiam filius Saræ Arorithes, 2. Regum vigeſimotertio. *Afrai Carmelites.* Iſte vocatur Ephraim de Carmelo, 2. Regum vigeſimotertio.

Nooras filius Aſdi. Iſte non habet aliquod nomen, quod ſimiletur ei, 2. Regum 23. Quantacunq; tamen diuerſitas ſit in nominibus, conſtat, quòd eadem ſunt, quæ dicuntur hic, & ibi: quia vtrobique enarrat ſcriptura nomina virorum fortium Dauid, ſed multi viri ſunt binomij, & trinomij. *Ioel frater Nathan.* Iſte Nathan videtur fuiſſe Propheta Nathan, qui tempore ſuo fuit vir famoſus, & nimis familiaris Dauid, Eccleſiaſtici 47. & veriſimile eſt, quòd frater eius eſſet de viris fortibus Dauid. *Mabar filius Agarai.* Iſte eſt, qui vocatur Boni de Gadi, 2. Regum 23. *Selech Ammonites.* Aliqui putant iſtum eſſe de terra Ammonitarum, ſed falſum eſt: erat autem de quadam vrbe Iſrael, quæ vocabatur Ammoni: ſic dicitur 2. Regum 23. Seleth de Ammoni. *Nootari Berotithes Armiger Ioab filij Saruiæ.* Iſte vocatur Naarai Berotithes, ideſt, de vrbe Beroth, 2. Regum vigeſimotertio, & vocatur armiger Ioab, quia Ioab filius Saruię erat princeps exercitus totius Iſrael, & habebat armigeros ſeruientes ſibi, qui ferebant arma eius coram eo in bello, & iſte erat vnus illorum. *Hiras Getreus.* Non eſt iſte Hiras, de quo ſupra habetur, quia ille erat Thecuites, vt patet in litera: iſte vocatur Hira Gethreites, 2. Regum vigeſimotertio. *Gareth Gethreus.* Iſte erat de eodem loco, ideo dicitur 2. Regum vigeſimotertio. Gareth, & ipſe Gethrites. *Vrias Hethæus.* Iſte eſt maritus Bethſabee, quem fecit occidi Dauid in bello, ne cognoſceretur adulterium eius cum Bethſabee, 2. Regum vndecimo, & iſte eſt vltimus de viris fortibus Dauid, vt patet 2. Regum vigeſimotertio, iſti autem, qui ſequuntur vſq; ad principium ſequentis capitu. fuerunt aliqui viri fortes, ſed non ſunt tam fortes, ſicut triginta iam deſcripti: ideo non poſiti fuerunt in catalogo virorum fortium, 2. Regum vigeſimotertio Eſdras tamen, qui recapitulauit omnia illa geſta in iſtis libris addidit quoſdam ſuper triginta fortes, qui tamen non fuerunt tam fortes, ſicut prædicti, & ſunt illi, qui ſequuntur. *Iaddai filius Oli.* Iſte putatur fuiſſe de tribu Ruben, ſicut ſequentes.

Adina filius Semgar. Non eſt iſte Sangar, qui fuit Iudex Iſrael, & occidit ſexcentos de Philiſthinis in vno mere, Iudicum 3. Quia ille multo tempore fuit ante iſtum. *Rubenites princeps Rubenitarum.* Ideſt, Iſte Adina erat de tribu Ruben, & erat princeps omnium Rubenitarum, ſcilicet, quia erat ipſe maior in tota tribu Ruben, & deſcendebat per lineam primogenitorum, vel erat princeps Rubenitarum, ſcilicet, omnium Rubenitarum, qui erant in exercitu Dauid.

Et cum eo triginta. Scilicet, Ipſe erat princeps triginta virorum. *Anam filius Maacha.* Iſti qui ponuntur hic, creduntur a quibuſdam eſſe triginta viri, qui erant cum Adina Rubenita, & tunc dicendum eſſet, quòd non ponuntur hic omnes, ſed ſubintelliguntur multi. Aliter poteſt dici, & melius, quòd iſti qui ponuntur hic, ſunt alij viri fortes præter illos, qui erant cum Adina. Maacha aliquando eſt nomen fœminæ, & illa fuit mater Roboam Regis Iuda, & etiam fuit alia Maacha vxor Roboam. De hac 3. Regum 15. & ſequenti libro, cap. 11. Hic autem Maacha eſt nomen viri, quia in progeniebus raro nominantur matres, ſed ſemper patres, niſi interdum propter maiorem dignitatem matrum, vel propter fauorem aliquarum perſonarum, ſicut Ioab dicitur eſſe filius Saruiæ, & illa eſt mater ſua, vt patet ſupra 2. & nunquam exprimitur nomen patris ſui: hoc autem fit in fauorem Dauid, quia Saruia mater Ioab erat ſoror Dauid: pater autem Ioab non erat de cognatione Dauid, ideo propter honorem Dauid, potius exprimitur nomen matris Saruiæ, ſcilicet, quàm patris eius, in alijs autem rariſſime reperitur, vel quaſi nunquam, ideo dicendum, q Maacha eſt

eſt nomen patris, nec eſt inconueniens idem nomen A eſſe viri, & fœminæ, ſicut aliquando contingit in noſtro idiomate. *Et Ioſaphat Mathanites.* Non eſt iſte Ioſaphat, qui fuit Rex Iſrael, & ponitur in genealogia Saluatoris, quia ille non fuit de viris fortibus Dauid tempore. *Ozias Aſtharothites.* Nec etiam iſte eſt Ozias Rex Iuda, qui fuit percuſſus lepra in fronte, quarto Regum decimoquinto. Quia ille fuit multo tempore poſt Dauid, ſed quidam alius vir de vrbe Aſtharoth, qui non erat de genere Regali, nec de tribu Iuda, ſed de aliqua de duabus tribubus, & dimidia. Quod patet, quia Aſtharoth erat ciuitas præcipua Regis Og: vnde ipſe dicitur regnaſſe in Aſtharoth, vt patet Ioſue duodecimo, & decimotertio. Et tamen tota terra Regni Og, & Sehon, data fuit in poſſeſſionem duarum tri- B buum, & dimidiæ, vt patet Deuteronom. 2. & 3. & Ioſue decimotertio. *Sema, & Iael filij Bethan Arcerithæ.* Iſte Sema nō eſt ille, qui fuit frater Dauid, ſupra 2. cap. quia iſte eſt filius Bethan. Alius vero erat filius Iſai. *Lediel filius Samri.* Omnes iſti videntur fuiſſe Rubenitæ, & cum Adina principe Rubenitarum, de quo ſupra dicitur. *Et Ioa frater eius Thoſaites.* Ideſt, Frater Lediel: nam ambo erant de viris fortibus Dauid. *Heliel Manithes.* Ideſt, De vrbe Mana, vel Manaim. *Geribai, & Ioſia filij Elnaae.* Iſte Ioſias non eſt ille, qui fuit Rex Iuda, quia ille fuit multo tempore poſt Dauid: omnes autem iſti fuerunt tempore Dauid. *Iethma Moabites.* Ideſt, De terra Moab, forte enim fuit iſte de progenie Moabitarum, & poſtea conuerſus eſt ad Iu- C daiſmum: Vel vocatur ſic, quia habitauit, aut negociatus eſt aliquando in terra Moab. *Heliel, & Obed, & Ioſiel de Moſabathi.* Iſti erant de eadem origine, & coincidunt cum multis alijs in nomine, qui fuerunt ante Dauid, & poſtea, & tamen neceſſe eſt iſtos fuiſſe diſtinctos ab omnibus illis in perſona, & tempore.

CAP. XII.

ETI quoque venerunt ad Dauid in Siceleg, cum adhuc fugeret Saul filium Cis.

IN præcedentibus deſcripti ſunt adiutores Dauid magis principales, hic ſubiunguntur adiutores minus principales, & diuiditur in duo, quia primo ponuntur adiutores Dauid in Saulis perſecutione. Secundo in Regni adeptione, ibi. *Iſte quoque eſt numerus.*

An iſte ſit ordo continuatus ad præcedentia.
Quæſt. I.

QVAERITVR circa primum, an ea, quæ habentur hic, habeant ordinem cōtinuatum ad præcedentia, & an ſint facta immediate poſt illa, vel interpoſito aliquo tempore.

Reſpondendum, quòd non eſt hic ordo continuus: nam ea, quæ habentur præcedenti cap. non fuerunt prius, quàm iſta: nam præcedenti cap. ponuntur duo, ſcilicet, de Regno Dauid in Ieruſalem, & de numero virorum fortium eius: hic autem agitur de alijs duobus, ſcilicet, de viris, qui venerunt ad Dauid cum fugeret a facie Saulis, & de exercitu, qui venit ad vngendum eum de omnibus tribubus in Regem ſuper Iſrael, & tamen prius fuit perſecutio Dauid a Saule, de qua habetur hic: quàm conſtitutio eius in Regem ſuper Iſrael, de qua præcedenti cap. & priuſquàm haberet Dauid omnes viros fortes, quorum catalogus ponitur præcedenti capitulo. Prius enim fuit con-

gregatio virorum Iſrael de ſingulis tribubus ad vngendum Dauid in Regem, de quo habetur hic, quàm vnctio ipſa, & pugna contra Ieruſalem, de qua habetur precedenti cap. vt ſatis patet ibi, & ſecūdo Regum quinto. Dicendum tamen, quòd ea, quæ habentur in hoc cap. inducta ſunt quaſi incidentaliter ad declarationem præcedentium, quia in fine præcedentis capituli agebatur de viris fortibus Dauid, qui adiuuerunt eum in omnibus laboribus ſuis: hic autem occaſione illorum agitur de multis alijs, qui adiuuerunt eum in fuga ſua a facie Saulis, & in aſſecutione Regni, & ponuntur hic per modum ſupplentionis: quia in libris Regum nihil de iſtis dictum fuerat, & patet iſta ratio, & continuatio ex principio capitu. quia dicitur: Hi quoque venerunt ad Dauid in Siceleg, cum adhuc fugeret Saul. Cum autem quæritur, an inter iſta, & illa aliquod tempus interciderit, vel fuerint iſta immediate facta poſt illa: ablata eſt quæſtio ex prædictis, cum dicamus, quod ea, quæ habentur præcedenti cap. non fuerunt ante iſta, ſed poſt. Circa primum dicitur.

Hi quoque venerunt etiam ad Dauid. Iſta eſt continuatio literæ huius ad præcedentem, ſcilicet, ſicut illi, qui habentur præcedenti capitu. fuerunt viri fortes, qui adiuuerūt Dauid in omnibus laboribus ſuis, ita etiam iſti, de quibus habetur hic, fuerunt qui venerunt in auxilium eius, & propter hoc agitur hic de omnibus ſimul.

In Siceleg. Ciuitas eſt in terra Philiſthinorum de Regno Geth. Erat enim Geth ciuitas Regalis, ſcilicet, metropolis Regni, in qua regnabat Achis, & cum fugiſſet Dauid ad illum in Geth orauit ne maneret ibi ſimul cum Rege in ciuitate regali, quia eſſet onerоſus ei, ſed daretur ſibi locus ad habitandum, & tunc Achis dedit ei regni ſui vrbem Siceleg, in qua habitaret, & eſſet ſua, vt patet primo Regum vigeſimoſeptimo. Iſta ciuitas in diuiſione terræ cecidit in parte Simeon, vt patet Ioſue decimonono, & tamen nunquàm poſſeſſa eſt a filijs Iſrael vſque ad tempora Dauid, ſed ſemper erat in poteſtate Philiſthinorum, & Achis dedit eam Dauid: cepitque ex illo tempore eſſe ciuitas Regum Iuda, quamquam prius eſſet filiorum D Simeon, vt patet primo Regum vigeſimoſeptimo. Et ibi ſatis declaratū eſt. Iſta ciuitas erat, quam combuſſerunt Amalecitæ, & rapuerunt vxores Dauid, & omnia, quæ ad eum pertinebant, 1. Regum 30. & in litera.

Cum adhuc fugeret Saul filium Cis. Ideſt, Iſti venerunt ad eum, quando fugiebat a facie Saulis: fuit enim Cis pater Saulis, primo Regum nono. Et dicitur hoc ad differentiam quorundam, de quibus præcedenti cap. quia quidam de fortibus Dauid, de quibus ibi habetur, venerunt ad Dauid, poſtquàm ipſe cepit regnare. Iſti autem, qui ponuntur in principio, ſcilicet, venerunt ad eum, cum eſſet in Siceleg, ſcilicet, multo prius. Alij autem venerunt ad Dauid, quando erat in deſerto terræ Iuda abſconditus a facie Saulis: alij autem venerunt, quando redibat Dauid de bello Philiſthinorum contra Saulem in Siceleg, & alij venerunt, quando Dauid vnctus eſt in Regem ſuper totum Iſrael, & de omnibus habetur infra in litera, ideo de ſingulis aſſignatur, quo tempore venerint ad auxiliandum.

Quomodo intelligatur aduentus iſtorum, de quo hic dicitur. *Quæſt. II.*

QVAERITVR ad declarationem iſtorum, quæ dicuntur hic de diuerſis temporibus aduentus virorum ad Dauid, quomodo intelligatur, quia tota litera fundatur ſuper hoc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respondendum, quòd Dauid erat gener Saulis: acceperat enim Michol filiam eius in vxorem, primo Regum decimooctauo. Saul autem inuidit eum propter cantum mulierum, scilicet, percussit Saul mille, & Dauid decem millia, eodem cap. Conatus est etiam sæpe Saul occidere Dauid, missa lancea ad eum, eodem cap. & cap. decimonono. Postea etiam per insidias conabatur eum occidere, quousque necesse fuit, vt fugeret Dauid a facie eius, consilio Ionathæ, eodem libro, cap. vigesimo. Et fugit ad Regem Achis in vrbem Geth putans, quòd ibi posset euadere, quòd non cognosceretur, non ibat in habitu simplici: cognitus tamen fuit a seruis Regis, & dixerunt: iste est Dauid, de quo canebant in choro dicentes, Saul percussit mille. Timuit ergo Dauid, & mutauit vultum suum fingens se insanire, & defluebant saliuæ per barbam eius, & impingebat in parietes, quem cum vidisset Rex Achis, putans quòd esset vere insanus, dixit: Quid introduxistis istum ad me? An desunt nobis furiosi? primo Regum vigesimoprimo. Tunc Dauid dimissus a seruis Regis Achis, fugit rediens in terram Iuda, & latuit in deserto in spelunca Odollam, & misit aliquem nunciare fratribus suis, & cognationi suæ, quòd ibi lateret, venitque ad eum tota domus patris sui, & omnes viri, qui erant in angustia constituti ære alieno, & amaro animo, & factus est princeps eorum: fuerunt-que cum eo quasi quadringenti viri, primo Regum vigesimosecundo. Et isti sunt, de quibus habetur infra in litera de tribu Gad vndecim principes, qui venerunt ad eum, quando latebat in deserto, tunc etiam venerunt multi de filijs Iudæ, & Beniamin, quos timuit Dauid, putans, quòd venirent ad insidiandum ei, & tunc Abisai, qui erat consobrinus Dauid, locutus est tanquàm princeps illorum, dicens: Tui sumus, ò Dauid, pax tibi, & pax adiutoribus tuis: susceptique eos Dauid, & constituit principes turmæ. Post hæc autem cognouit Saul, quòd Dauid lateret in deserto Ared, & occidit octoginta, & quinq; sacerdotes propter eum, primo Regum vigesimosecundo. Ante hoc tamen, cum venissent omnes quadringenti viri ad Dauid in speluncam Odollam, recessit inde cum eis in terram Moab, & commendauit patrem suum, & matrem Regi Moab, & ipse mansit in quodam præsidio terræ Moab, deinde Propheta Gad dixit ad eum: Noli manere in præsidio, sed vade in terram Iuda, & tunc venit in saltum Ared, & ibi cognouit Saul de eo, eodem cap. Interim autem cum occideret Saul sacerdotes, manebat Dauid in saltu Ared, & venerunt ad eum viri de vrbe Ceila, vt adiuuarent eos contra Philisthinos, qui diripiebant areas, & iuit illuc Dauid, primo Regum vigesimotertio. Inter hæc tamen conuenerunt alij ducenti viri ad Dauid: nam quando erat in spelunca Odollam, solum habebat quadringentos, primo Regum vigesimosecũdo. Sed cum iuit in Ceilam, habebat quasi sexcentos viros, eodem lib. cap. 23. & isti ducenti erãt partim de vndecim principibus de tribu Gad, & partim de viris Iuda, & Beniamin, qui venerunt ad Dauid cum Abisai: nam nulli alij hoc tempore leguntur venisse ad Dauid, vt patet hic in litera: eripuit autẽ Dauid vrbem Ceilæ, & areas eius de manu Philisthinorum, & mansit ibi quandiu fuit nunciatum Sauli, & cognito Dauid, quòd vellet illuc descendere Saul ad capiendum eum, fugit in desertum, & vagabatur quasi incertus, latuitque in solitudine: Ziphæi autem iuerunt ad Saulem, dicentes, quòd traderent ei Dauid, & persecutus est eum in deserto: cinxitq; eum in modum coronæ apud petram diuidentem. Soluit tamen Saul obsidionem audito, quòd Philisthini infudissent se super terram, 1. Regum 23. Iterum post hoc latuit Dauid in locis occultissimis montis Engadi, & persecutus est eum Saul, & ibi abscidit Dauid oram chlamydis Saulis in spelunca, in qua purgabat aluum; cessauitq; Saul pietate motus persequi Dauid, primo Regum vigesimoquarto. Tunc autem Dauid, & viri sui descenderunt ad desertum Carmeli, & morabantur ibi, acciditque illud, quod legitur de Nabal Carmelo, primo Regũ vigesimoquinto. Et cepit Danid mulierem eius in vxorem, 2. cap. Post hæc vero descendit Dauid ad desertum Ziph, & iterum Ziphæi venerunt ad Saulem, dicentes ei, quòd lateret ibi Dauid: iuitq; illuc Saul cum tribus millibus virorum, & cum dormiret totus exercitus, descendit Dauid cum Abisai in castra, & accepit lanceam, quę erat ad caput Saulis, & vas aquę, & recedens postea clamauit: doluitque Saul, quòd persequeretur iniuste Dauid, primo Regũ vigesimosexto. Timuit autem tũc Dauid, quòd cum sæpe persequeretur eum Saul, aliquando incideret in manus eius, ideo deliberauit fugere in terram Philisthinorum, & iuit ad Regem Achis in vrbem Geth, recepitque eum benigne, & dedit ei vrbem Siceleg ad habitandum, mansitque ibi Dauid quatuor mensibus: nam post illos factum est bellum Philisthinorum contra Saulem, in quo mortuus est Saul, primo Regum vltimo, & tunc rediit Dauid in terram Iuda. Sed dum maneret in Siceleg, confluxerunt ad eum multi viri de cognatis Saulis, scilicet, isti, qui habentur hic in principio cap. vsque ad illum versum: Sed de Gadi transfugerunt ad Dauid. Ideo dicitur hic, hi quoque venerunt ad Dauid in Siceleg, deinde autem cum Philisthini mouerent bellum contra Saulem, Achis Rex Geth duxit secum Dauid in bellum, putans, quòd adiuuaret fideliter Philisthinos contra Saulem, sed non placuit satrapis Philisthinorum, & iusserũt, quòd rediret in Siceleg, primo Regum decimonono. Dum autem rediret de bello in Siceleg, venerunt ad eum multi viri de tribu Manasse, & isti adiuuerunt eum in bello contra latrunculos Amalecitas, qui succederant Siceleg infra in litera in versu illo: Porro de Manasse transfugerunt vsque ad illum locum: iste quoque est numerus exercitus: post hæc autem mortuo Saule, mansit Dauid in Siceleg, planxitque ibi eum, & Ionathan aliquot diebus, secundo Regum primo. Et deinde consuluit Dominum si ascenderet in terram Iuda, & iussit, quòd ascenderet in Hebron, & ibi vnctus est in Regem super tribum Iuda, secundo Regum secundo cap. Erat autem tunc Isboseth filius Saul Rex super vndecim tribus Israel: fuitq; longum bellum inter domum Dauid, & domum Isboseth, eodem libro, cap. secundo, & tertio. Durauitque hoc spere per septem annos, & dimidium, quibus regnauit Israel per Iudam, & dum hæc fierẽt, multi de tribubus Israel videntes, quòd Deus faueret Dauid, veniebant in auxilium eius, & sic quotidie efficiebatur principatus eius maior, & copiosior exercitus, & ad hoc intelligitur hic, quod habetur infra, scilicet, sed per singulos dies veniebant ad Dauid ad auxiliandum ei, vsq; dum fieret grandis numerus, quasi exercitus Dei. Post hæc mortuo Isboseth Rege Israel, cum regnasset Dauid septem annis, & dimidio, super Iudam in Hebron: voluerunt omnes Israelitæ constituere eum in Regem super totum Israel, & congregati sunt de omnibus tribubus Israel viri multi ad vnctionem istam, & ponitur hic numerus virorum, de qualibet tribu, & illud incipit ab illo versu. Iste quoque est numerus exercitus vsque ad finem capituli, & per istud potest haberi sententia totius capituli de diuersis temporibus conueniendi principes ad Dauid.

Qui erant fortissimi, & egregij pugnatores, tendentes arcum, & vtraque manu fundis

fundis saxa iacientes, & dirigentes sagittas: de fratribus Saul ex tribu Beniamin. Princeps Ahiezer, & Ioas filij Samaa, Gabaathites, & Iazihel, & Phalet filij Azmoth, & Baracha, & Iehu Anathotites, Samaias quoque Gabaonites fortissimus inter triginta, & super triginta; Ieremias, & Ieheziel, & Iohanam, & Iezabad Gaderothites, & Eluzai, & Ierimuth, & Baalia, & Samaria, & Saphatia Aruphites. Elcana, & Iesia, & Azehirehel, & Ioezer, & Iesbaam de Caram, Ioela quoque, & Zabadia filij Ieroam de Gedor. Sed, & de Gaddi transfugerunt ad Dauid, cum lateret in deserto viri robustissimi, & pugnatores optimi, tenentes clypeum, & hastam: facies eorum quasi facies leonis, & veloces quasi capreæ in montibus. Ezer princeps, Obdias secundus, Eliab tertius, Masmana quartus, Ieremias quintus, Ethi sextus, Eliel septimus, Iohanam octauus, Elzebad nonus, Ieremias decimus, Machbanai vndecimus. Hi de filijs Gad principes exercitus: nouissimus, centum millibus præerat, & maximus mille. Isti sunt, qui transierunt Iordanem mense primo, quando inundare consueuit super ripas suas, & omnes fugauerunt, qui morabantur in vallibus ad Orientalem plagam, & Occidentalem. Venerunt autem, & de Beniamin, & de Iuda ad præsidium, in quo morabatur Dauid. Egressusque est Dauid obuiam eis, & ait: Si pacificè venistis ad me, vt auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis: si autem insidiamini mihi pro aduersarijs meis, cum ego iniquitatem in manibus non habeam, videat Deus patrum nostrorum, & iudicet. Spiritus vero Domini induit Amasai principem inter triginta, & ait: Tui sumus, o Dauid, & tecum fili Isai, Pax, pax tibi, & pax adiutoribus tuis: te enim adiuuat Deus tuus. Suscepit ergo eos Dauid, & constituit principes turmæ.

Qui erant fortissimi, & egregij pugnatores. Scilicet, Omnes isti, qui sequuntur, erant viri fortissimi, scilicet, in robore, & animositate: nam cum isti venirent in auxilium Dauid, & esset tunc Dauid in aduersitatibus, quia erat adhuc profugus a facie Saulis, & erat quotidie in bellis: nam non procurabat victum, nisi de bello, & præda, primo Regum vigesimoseptimo. Non expediebat alicui venire ad eum, nisi esset vir fortis, & exercitatus in bello: dicuntur etiam isti egregij pugnatores, ideſt, qui optime nouerant artem bellicam, & propter exercitationem erant audaciores effecti: nam Aristoteles tertio Ethicorum, cap. de fortitudine, ponit quinque modos fortitudinis, & vnus est de fortitudine militari, quæ est confidentia accepta ex exercitio bellico: nam quia multa sunt ignauia belli, vt ait Aristoteles eodem cap. Et ista non timent exercitati in bello scientes, quòd ignauia sint: timent tamen illa, quæ non sunt exercitati nescientes, quòd sint ignauia, ideo ad perfectum vsum fortitudinis bellicæ non solum requiritur, quòd aliquis sit robustus corpore, & animosus: sed etiam quòd sit in bello exercitatus, & ista duo significantur hic cum dicitur fortissimi, & egregij pugnatores.

Tendentes arcum. Ideſt, Vtentes arte balistaria, quia isti tendunt arcum ad iaciendum sagittas.

Et vtraque manu fundis saxa iacientes. Erant isti ambedextri, quia vtraque manu æqualiter vtebantur vt dextra. Et ista est magna virtus belli ad releuationem laborum, vt possit esse vtraque manus, tanquàm dextra, & sic durauit robur bellicum diu sagittatione, quod non fit in alijs hominibus: ideo Plato in ordinatione suæ politicæ legis tradidit, quòd homines per exercitium fierent ambidextri: quia aliàs vna manus erat vtilis, & alia inutilis, vt patet secundo Politicorum, cap. vltimo. Hoc autem conuenit soli homini, quòd possit esse ambidexter: in alijs autem animalibus nunquam reperitur, vt ait Aristoteles secundo libro de Animalibus. Erat autem hoc consuetum inter Israelitas, quòd per exercitium fierent ambidextri: vt patet de istis, & etiam de omnibus viris tribus Beniamin dicitur, & potissime de viris Gabaa, quòd erant viri fortissimi ita siniſtra, vt dextra præliantes Iudicum vigesimo.

Et dirigentes sagittas. Scilicet, Erant balistarij. Ponitur hic duplex ars balistaria, scilicet, quædam in illis, qui vtuntur arcu, qui sola manu extenditur. Alij vero vtuntur balistis, qui aliter curuantur, & fortiora iacula emittunt. Primum tangitur, cum dicitur tendentes arcum. Secundum, cum dicitur, dirigentes sagittas, vel potest totum pertinere ad idem, ita quòd vnum sit expositio alterius.

De fratribus Saul. Ideſt, De cognatis eius, quasi dicat, licet Saul esset inimicus Dauid, tamen cognati eius adiuuabant Dauid. *Ex tribu Beniamin.* Ideſt, Erant isti de tribu Beniamin. Nam Saul de eadem tribu erat, vt patet primo Regum 9. Et intelligitur hoc de omnibus istis, qui ponuntur vsque ad illum versum, sed de Gadi transfugerunt ad Dauid. *Princeps Ahiezer.* Scilicet, Princeps omnium istorum, qui transfugerunt ad Dauid de cognatione Saulis fuit Ahiezer.

Et Ioas filius Samaa. Potest intelligi, quòd omnes isti, qui ponuntur hic erant principes alicuius partis exercitus, & tamen primus erat Ahiezer, & maior. Aliter potest intelligi, quòd solus Ahiezer erat princeps omnium virorum, qui venerunt nunc ad Dauid de cognatione Saulis, & tunc dicetur, quòd omnes isti, qui ponuntur hic erant subiecti Ahiezer.

Gabaatides. Ideſt, De vrbe Gabaa: ista est quædam ciuitas in sorte Beniamin, Iosue decimooctauo, & in ista accidit illud facinus de vxore Leuitæ, quæ vexata est in libidine, & mortua est, Iudicum decimonono, & vigesimo. De ista ciuitate erat Saul, & in ea habitabat, vt patet primo Regum decimo, & decimotertio, & sic isti, qui erant de cognatione Saulis, erant de Gabaa. *Et Iaziel, & Phalet:* Differt iste ab illo, de quo habetur supra primo, quia ille fuit filius Heber, & in diebus eius diuisa est terra: ideoque vocatus est Phalet, quod interpretatur diuisio, scilicet, cum prius esset terra labij vnius, diuisa est p multa idiomata, Gen. 10. & 11. & supra 1. Iste autẽ Phalet fuit multo post, s. tpe

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dauid. *Filij Azmoth.* Non est iste Azmoth, de quo F præcedenti cap. quia ille ponitur in catalogo virorum fortium Dauid, vt patet ibi 2. Regum 23. Isti autem, qui ponuntur hic sunt distincti ab illis, vt patet in principio cap. scilicet, hi quoque venerunt ad Dauid in Siceleg. *Et Baracha, & Iehu Anathotites.* Iste Baracha est, qui vocatur Barachias, & Iehu nomen visitatum erat apud Hebræos, sicut quodcunque aliud nomen, & vocatur Anathotites a quadam vrbe.

Samaias quoque Gabaonites. Quidam Propheta vocabatur Semeias temporibus Salomonis, & Roboam, & iste scripsit opera Roboam prima, & nouissima: & ille est. quem misit Deus ad Roboam, & viros Iuda, & Beniamin, ne pugnarent contra decem tribus Israel pro diuisione Regni, sequenti libro, cap. 12. Et G tamen differt iste Semeias ab illo. Vocatur Gabaonites, idest, de vrbe Gabaon, quæ erat in sorte Beniamin, Iosue decimooctauo. In ista ciuitate fuit templum, scilicet, tabernaculum Moysi tempore Saulis, & Dauid: nam quando Saul occidit sacerdotes, & destruxit ciuitatem Nobe, in qua erat tabernaculum: transtulit illud in vrbem Gabaon, vt declaratum est supra 6. Fuit autem ibi toto tempore eius, & deinde tempore Dauid: nam ipse constituit ibi Sadoc summum sacerdotem, & alios sacerdotes, & Leuitas, ministrantes cum eo, infra 16. & etiam tempore Salomonis erat ibi tabernaculum: nam ipse ascendit illuc ad offerendum hostias Domino super altare, quod erat ibi, vt patet 3. Regum 3. & sequenti lib. cap. 1. *Fortissimus inter triginta.* H Scilicet, Samaias, & non est sensus quòd erat fortissimus inter triginta, qui ponuntur in catalogo virorum fortium Dauid, præcedenti capitu. quia isti distincti sunt ab illis: sed est sensus, quòd iste erat princeps super triginta viros fortes, & inter omnes illos ipse erat fortior, & hoc significat litera sequens, scilicet.

Et super triginta. Ideſt, Erat princeps super triginta viros, & erat fortior omnibus illis.

Ieremias. Non est iste Ieremias Propheta, quia ille fuit sacerdos, vt patet Ieremiæ primo. Iste autem fuit de tribu Beniamin, vt patet hic: Etiam, quia iste fuit multo tempore ante illum, scilicet, plusquam ducentis annis; nam ille fuit tempore Regis Iosiæ pauco I tempore ante captiuitatem Babylonis, immo ipse erat in terra, quando capti sunt Iudæi per Babylonios, vt patet Ieremiæ 39. & 40. & iste fuit tempore Saulis, & Dauid.

Et Iezimel, & Iohanam. Non est iste Iohanam, qui fuit vnus de principibus, qui venerunt ad Godoliam præpositum terræ Iudæ post captiuitatem Babylonis, & vocatur Iohanam filius Chareæ. 4. Regum vltimo cap. quia ille multo tempore fuit post istum.

Et Zedah Gadarotites. Sic nominatur a quadam vrbe, quæ dicitur Gadara. *Eluzai, & Ierimuth.* Aliquando est Ierimuth nomen viri, sicut hic: aliquando autem est nomen vrbis, quæ dicitur Ierimoth, vel Ierimuth: & erat in sorte Iudæ, Iosue decimoquin- K to. Occidit autem Regem eius Iosue in die, qua stetit Sol, cum alijs quatuor Regibus latentibus in spelunca, Iosue decimo, & duodecimo.

Et Baalia, & Samaria, & Saphatia Aruphites. Nomina sunt raro vsitata in scriptura.

Elcana. Sic vocabatur pater Samuelis, sed differt iste ab illo, quia iste erat de genere Leuitarum, vt patet supra, Genes. Iste autem erat de tribu Beniamin, vt patet hic: cæteri autem hic nominati raro habent similia nomina in scriptura.

Quare veniebant ad Dauid, vt adiuuarent eum, qui erant de stirpe Saulis. Quæst. III.

QVAERITVR circa ea, quæ dicuntur hic, quare isti, qui erant de stirpe Saulis veniebant ad Dauid, vt adiuuarent eum contra Saulem. Respondendum, quòd vna causa est, quia multi istorum erant zelatores iustitiæ: videbant autem, q Saul iniuste persequebatur Dauid, ideo volebant ei auxiliari cupientes propter veritatem iustitiæ, familiaritatem destruere, vt patet primo Ethicorum, & sic veniebant ad adiuuandum eum contra Saulem. Alia causa est, quia multi videbant Deum esse cum Dauid: quia adiuuabat eum in omnibus, ad quæ extendebat manum, & sic scientes, quòd prævaliturus esset contra Saulem veniebant in auxilium eius, sic patet infra in litera de illis, qui venerunt de Iuda, & de Beniamin ad Dauid, loco quorum dixit Abisai ad Dauid: pax tibi, & pax adiutoribus tuis: te enim adiuuat Dominus Deus tuus, & sicut illi videbant, quòd Deus adiuuabat Dauid, ita, & reliqui: Istud autem videbant in multis, in quibus Deus specialiter adiuuabat Dauid, de quibus infra dicetur. Tertia causa est, quia Deus volebat Dauid deducere ad statum regalem, & quia multa ante hoc passurus erat a Saule, & adiutoribus eius, voluit ei dare fautores, & ad hoc fecit, quòd multi sponte mouerentur ad veniendum in adiutorium Dauid. Secunda causa tamen est magis communis: nam etiam sic erat inter Gentiles respectu Hebræorum, quia quando videbant, quòd Deus eis fauebat, veniebant ad faciendum fœdera cum eis, sic fuit de Abimelech Rege Geraræ, qui venit ad Isaac, vt faceret fœdus cum illo: & dixit Isaac ad Regem Geraræ, & seruos suos: Quid venistis ad me hominem, quem odistis, & expulistis a vobis? Qui responderunt: Vidimus tecum esse Dominum, & iccirco diximus, sit iuramentum inter nos, & iniamus fœdus, vt non facias nobis quidquam mali, Genesis vigesimosexto, & tamen Isaac erat vir simplex paruæ potestatis, & subiecit se ei Rex Geraræ, quia vidit Dominum esse cum illo, sic etiam quamquam Dauid esset vir paruæ potestatis comparatus Sauli, qui erat dominus totius Regni Israel, tamen quia videbatur Deus velle adiuuare Dauid in omnibus, confluebant isti ad Dauid.

Quare Dauid voluit recipere istos de stirpe Saulis. Quæst. IIII.

QVAERITVR vlterius, quomodo Dauid voluit recipere aliquem istorum ad se, & confidere eis, quia isti erant de cognatione Saulis, cum vocentur hic fratres eius, & Saul persequebatur Dauid ad mortem. Verisimiliter ergo præsumere debebat, quòd isti veniebant ad capiendum eum, vt traderent in manus Saulis, sicut Ziphæi venerunt bis ad explorandum loca deserti, vbi erat Dauid, & nunciauerunt Sauli de eo: venitque Saul ad capiendum illum, primo Regum vigesimotertio, & vigesimosexto.

Respondendum verum esse, quòd satis rationabiliter Dauid præsumere poterat, quòd isti insidiabantur, & non deberet eos recipere: recepit tamen, quia certificatus est per aliquem modum de fide illorum, & de bona intentione, & satis verisimile est, quòd dubitauerit de fide illorum a principio: nam quando venerunt in adiutorium eius viri de tribu Iuda cum Abisai, dubitauit de fide illorum, & dixit: Si pacifice venistis ad me, vt auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis. Si autem insidiamini mihi pro aduersarijs meis, cùm ego iniquitatem in manibus A non habeam, videat Deus patrum nostrorum, & iudicet: vt patet infra in litera, a fortiori ergo dubitaret de fide istorum, cùm isti essent de genere Saulis: sed credendum est, quòd per aliquem modum accepit certitudinem de fide illorum. Primus modus esse poterat, quòd Dauid dubitaret a principio de fide istorum, & postea loqueretur cum eis, & interpositis aliquibus tractatibus, vel iuramentis confideret eis: sic enim fuit de viris Iuda, de quibus nũc dictum est: nam non credebat eis, quòd venirent in fauorem suum, & locutus est, si pacificè venistis &c. vt patet supra, & tunc respondit Abisai loco omnium dicens: Tui sumus o Dauid, & tecum fili Isai: pax ibi, & pax adiutoribus tuis, & tunc suscepit eos Dauid, & constituit B illos principes turmæ, quia per ista verba, & alia, quæ subticentur certificatus fuerat de fide ipsorum, vt patet in litera: sic etiã fieret de istis cognatis Saulis, quòd interponeret cum eis aliqua pacta ad certitudinem. Secundus modus esse potest, scilicet, quòd Dauid certificaretur per aliquem Prophetam, quòd isti viri veniebant bono corde ad eum: nã aliqui Prophetę erant cum Dauid eo tempore, quo fugiebat a facie Saulis: patet de Propheta Gad, qui erat cum illo, quando erat in terra Moab, & dixit ei: noli manere in præsidio, sed proficiscere, & vade in terram Iuda, & tunc venit in saltum Ared primo Regum 22. Ita nunc esset aliquis Propheta, scilicet, Gad, vel Nathan, qui erat nimis familiaris Dauid, & ille certificaret eum ex parte Dei C de fide istorum. Tertius modus esse poterat, scilicet, quòd Deus moueret cor Dauid ad credendum, quòd isti veniebant verè in fauorem eius, & satis verisimile est, scilicet, quòd sicut mouebat corda istorum ad veniendum, vt auxiliaretur Dauid, ita moueret cor eius ad confidendum, quòd verè intendebant ei fauere.

An isti viri, & alij, qui venerunt ad auxiliandum Dauid, peccauerint. Quæst. V.

QVAERITVR vlterius an isti viri, qui venerunt nunc ad auxiliandum Dauid, & alij de quibus infra, peccauerint in hoc. Aliquis dicet, quòd sic, quia isti fauebant ad mouendum seditionẽ D in regno, quod malum est: ergo peccabant. Apparet hoc, quia Dauid erat hostis Saulis regis, & isti ibant in auxilium Dauid, & sic auderet ipse pugnare contra Saulem propter fauorem istorum, & fieret seditio in regno: si tamen isti adiuuarent Dauid, non posset ipse mouere bellum contra Saulem.

Aliquis dicet, quòd Dauid erat bonus vir, & non mouebat aliquas seditiones: ideo quamquam isti venirent in auxilium eius, non peccabant, quia non præstabant ei patrocinium ad malum. Sed hoc non stat, quia istud dependebat ex voluntate Dauid, ipsi enim subijciebant se ei ad fauorem suum in omnibus. Si igitur Dauid vellet fauere eorum superbiens aliqua mala facere, sequeretur peccatum ex fauore eorum: E ideo quantum ad ipsos non differebat, an Dauid esset bonus, vel malus, quia ipsi committebant totum suum fauorem Dauid. Respondendum, quòd isti non peccauerunt, veniendo in auxilium Dauid, eo quòd non faciebant aliquod malum, nec mouebantur iniusto motiuo. Videbant enim, quòd Dauid fouebat causam iustissimam, & quòd Saul iniustissimè persequeretur eum ad mortem interdum per insidias: vt patet primo Regum 18. & 19. & interdum verò frangendo iuramẽta præterita de securitate eodem lib. cap. 23. & 25. ideo in iniuria publica, quæ erat de facto poterant eum omnes adiuuare de facto. Alia causa erat, quia Dauid non erat sicut persona priuata, sed sicut rex: nam dato, quòd Saul possideret Regnum de facto, tamen omnes sciebant, quòd ius pertinebat ad Dauid, eo quòd Deus repulerat Saulem, quando dixit ei Samuel: Scidit Deus Regnum Israel a te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te primo Regum 15. sciebant etiam, quòd Deus fecisset vngi Dauid in regem per Samuelem, & ipse successurus esset Sauli eodem lib. cap. 16. Saul autem nitebatur occidere Dauid, & sic volebat agere contra dispositionem Dei de successione regni, ideo Israelitæ poterãt licitè adiuuare Dauid contra Saulẽ in ista manifesta iniuria, quã ei volebat inferre. Tertia causa est, quia Deus mouebat istos ad auxiliandum Dauid, & tamen quando aliquis mouetur a Deo, non peccat in his, quæ agit: licet videatur agere contra legem, quia qui a Deo mouetur, solutus est legibus: Secunda ad Corin. 3. Vbi spiritus Domini, ibi libertas. Confirmãtur autem ista maximè, quia non solum mouebantur ad auxiliandũ Dauid illi, qui erant de cognatione sua: sed etiam illi, qui erant fratres Saulis hostis sui, vt patet hic, quod non poterat fieri nisi valde esset iniusta causa Saulis, qa in pari causa turpitudinis potius adiuuarent cognatum suum. Sed aliquis obijciet, quòd non mouebantur bono animo isti, qui veniebant ad Dauid, sed magis animo prædandi, vt ex præda viuerent, & ditarentur, quia primo Regum 22. dicitur Quod congregati sunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo: isti tamen nõ mouentur nisi ad prædandum, cùm nihil habeant: & propter hoc desiderant bella: ideo peccabant. Dici potest vno modo, quòd isti prosequebantur bonam causam, si autem prosequerentur bono, vel malo animo in potestate eorum erat: nam poterant hoc bono animo consequi, ideo nihil ad nos attinet de hoc iudicare, cum constet eorum opus bonum esse. Aliter potest dici, quòd non solum bonam causam, sed etiã bono animo isti prosequebantur. Quod patet quia dixerunt tui sumus ò Dauid, te enim adiuuat dominus Deus tuus, ideſt, Deus adiuuat te: nos volumus fauere tibi. Cùm verò obijcitur, quòd venerunt in auxilium Dauid viri constituti in angustia: dici potest, quòd isti non venerunt, vt prædarentur, sed vt adiuuarent Dauid, & tamẽ venerunt isti potius quàm alij, quia maiorem causam habebant isti ad veniendum quàm alij, scilicet, quia præter bonum, quòd procurarent Dauid, adiuuando eum, procurarent etiam sibi ipsis bonum, quia facilius sic viuerent, quàm manentes in terra. Aliter potest dici, quòd isti veniebãt ad prosequendum vtilitatem suam, adiuuando Dauid, & tamen intendebant eam prosequi honestè, scilicet, quòd illi, qui erant oppressi ære alieno, non grauarentur a creditoribus suis, cùm soluere non possent: nam etiam Deus iubebat, quòd non grauarent Israelitæ debitores suos Deute. 15. & Leui. 25. illi verò, qui erant constituti in paupertate, ita vt vix haberent vnde viuerent, intendebant acquirere cum Dauid victum de præda, & in hoc non peccarent, quia Dauid mouebat bellum contra illas gentes, contra quas licitè poterat mouere, scilicet, contra hostes Iudæorum: vnde, & ipse Dauid de nullo sustentabatur, nisi de præda toto tempore, quo fuit in terra Philisthinorum, primo Regum 27. & tamen non imputatur hoc Dauid ad peccatum, & scriptura enarrans peccata eius, non enarrauit istud inter illa: sic ergo ministri Dauid non peccarent in præda, quamquam inde viuerent, & ditarentur. *Sed, & de Gadi.* Positi fuerũt supra adiutores Dauid, qui fuerunt de cognatis Saulis de tribu Beniamin: hic autem ponuntur adiutores eius, qui fuerunt de tribu Gad vsque ad partem illam, venerunt autem, & de Beniamin, & dicitur de Gadi, ideſt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideſt, de Gad, ſcilicet, de tribu Gad, quia in nominibus F
Hebræis ſæpe fit mutatio addendo, vel ſubtrahendo
in principio aut in fine, & ſæpe dictum eſt ſupra 2. &
4. cap. *Transfugerunt ad Dauid.* Dicuntur transfugere,
quia propriè transfuga eſt, qui de vno exercitu fugiens
vadit ad exercitum hoſtium, vel quocunque vadit in
adiutorium hoſtium, ita videbatur de iſtis, quia iſti
erant de Regno Saulis: Dauid autem erat hoſtis eius,
& ipſi veniebant in auxilium Dauid, ideo dicebantur
tranſire ad hoſtes ſiue transfugere.

Cùm lateret in deſerto. Scilicet, Poſtquàm fugerat a
facie Dauid. Et erat abſconditus in deſerto: nã mul-
to tempore latuit in deſerto Iuda, ſcilicet, antequam
inciperet Saul eum inquirere, & poſtquàm inquiſiuit
quouſque deſcendit in terram Philiſthinorum ad re- G
gem Geth, de quo primo Regum 22. vſque ad 27.
ſcilicet, *Viri fortiſſimi.* Robore, & animoſitate. *Et
pugnatores optimi.* Scilicet, Exercitati nimis in bello,
& per hoc habentes magnam cõfidentiam in pugnã-
do. *Tenentes clypeum, & haſtam.* Modus bellandi iſto-
rum erat in clypeo, & haſta: nam ſicut ſuperiores,
qui venerant ad Dauid pugnabant in arcu, & funda:
ita iſti pugnabant in clypeo, & haſta.

Facies eorum quaſi facies leonis. Iſtud ponitur ad ma-
gnam laudem iſtorum, in bello: nam erant viri valde
animoſi, ſicut leones, & facies eorum erant ſicut leo-
nis, ſcilicet, quia non formidabant aduentum alicu-
ius pugnantis, quia ſic faciebat leo inter omnes be-
ſtias, Prouerb. 30. ſcilicet, Leo fortiſſimus beſtiarum: H
ad nullius pauebat occurſum. *Et velociores quaſi capreæ
in montibus.* Iſta etiam eſt magna virtus belli ad proſe-
quendum hoſtes fugientes, vel ad fugiendum quando
oportuerit, & ſignificatur maxima velocitas in cur-
ſu per hoc, quòd capreis comparantur: nam capra eſt
animal velociſſimum, & ſic ſcriptura, cùm voluiſſet
nimiam velocitatem Aſael deſcribere in curſu, dixit,
Porro Aſael curſor velociſſimus fuit quaſi vnus ex ca-
preis, quæ morantur in ſyluis 2. Regum 2. cap. erant
autem filij Gad in bello laudabiles inter omnes Iſrae-
litas, & ideo potius in Antiquis Prophetis laudatur
Gad de bello quam aliqua alia tribus: ſic patet in be-
nedictione Iacob ſup filios ſuos Gen. 49. ſcilicet, Gad I
accinctus præliabitur ante eum, & ipſe accingetur
retrorſum. Hic etiam Moyſes in benedictione, qua
benedixit ſingulis tribubus Iſrael: nam laudauit Gad
de fortitudine belli, ſcilicet, Benedictio in latitudine
Gad quaſi leo requieuit, cepitque brachium, & ver-
ticem, ideſt, in vno ictu abſcidit brachium cum capite.
Erat autem tribus Gad in terra duarum tribuum, &
dimidiæ vltra Iordanem, & inde venerunt in auxilium
Dauid, & ideo dicitur infra, quòd tranſirent Iorda-
nem menſe primo, quando conſueuit inundare ſuper
ripas ſuas. *Ezer princeps.* Hic ponuntur vndecim prin-
cipes, qui venerunt de tribu Gad, & exprimuntur no-
mina eorum, & ponuntur per ordinem ſecundum
maioritatem in principatu, & dicitur. Ezer princeps. K
Ideſt, primus princeps, & deinde ponuntur alij: ſub-
diti autem iſtorum non nominantur hic, ſed dicitur,
quòd minimus eorũ præerat centum viris: maximus
autem præerat mille. *Eliab.* Sic vocabatur quidam
de nepotibus Ruben, qui fuit in ſeditione Core con-
tra Moyſen, & Aaron in deſerto: Numeri 16.

Maſmaa. Sic vocabatur quidam de duodecim filijs
Iſmahelis Geneſ. 15. *Ieremias.* Non eſt iſte Ieremias,
qui fuit Propheta, quia multo poſt hoc fuit: nec eſt
Ieremias, de quo habetur ſupra in litera, quia nomen
iſtud multis conueniebat. *Berith.* Aliquando eſt no-
men viri, vt hic, & aliquando nomen idoli ſicut pa-
tet in legenda beati Bartholomæi, vbi dicitur de idolo
Aſtharoth, & Berith: ſic etiam patet Iudicum 9. vbi
dicitur, quòd in vrbe Sichem erat phanũ Baal berith,
& Baal eſt nomen commune idoli: Berith autem eſt
nomen ſpeciale. *Iohanan.* Non eſt iſte de quo habe-
tur ſupra in litera, quia iſte erat de tribu Gad, & ille
de tribu Beniamin. Etiam non eſt iſte Iohanan filius
Core, de quo 4. Regum vltimo cap. quia multo poſt
hoc fuit princeps exercitus. *Nouiſſimus centum milita-
bus præerat.* Ideſt, Minimus eorum in poteſtate præ-
erat militibus. *Et maximus mille.* Scilicet, Maximus
poteſtate. De intermedijs autem dicendũ eſt, quòd
præeſſent medio modo, ſcilicet, quingentis, vel ſex-
centis, & ſecundum alias habitudines inter centum,
& mille.

Quomodo duces de tribu Gad ad Dauid venerunt.
Quæſt. VI.

QVAERITVR quomodo venerunt iſti duces de
tribu Gad ad Dauid. Aliquis dicet, quòd ve-
nerunt tempore, quo Dauid erat in de-
ſerto, quia dicitur in litera, quòd venerunt ad Dauid,
cùm lateret in deſerto. Aliquis autem dicet in con-
trarium, quòd venerunt ad eum, quãdo erat rex: quod
patet, quia dicitur hic, quòd minimus iſtorum prin-
cipum præerat centum viris: maximus autem præerat
mille viris: ideo iſti ſoli haberent ſecum pluſquàm
tria millia virorum ad minus: Dauid tamen nunquam
habuit tot viros in deſerto, quia ad plus habuit ſexcen-
tos: nam quando ipſe erat in Ceila habebat quaſi ſex-
centos viros primo Regum 23. poſtea etiam quando
voluit Dauid delere domum Nabal Carmeli habebat
ſexcentos viros eodem lib. cap. 25. & quando deſcen-
dit in terram Philiſthinorum habebat etiam ſexcen-
tos viros eodem lib. cap. 27. Et iam exiuerat de deſer-
to, ergo videtur, quòd nondum venerant ad eum iſti
principes de tribu Gad. Et hoc tenet Nicolaus pro-
pter rationem aſſignatam. Sed iſta poſitio nullo mo-
do ſtat, quia in litera dicitur, quòd iſti venerunt ad
eum cum adhuc lateret in deſerto, & tamẽ poſtquàm
fuit rex nunquam latuit in deſerto, vt patet ex proceſſu
totius ſecundi Regni, quia nullus erat propter cuius
timorem lateret, ideo neceſſe eſt, quòd fuerit iſtud
viuente Saule antequam Dauid efficeretur rex, quia
tunc fugiens a facie eius, latebat in deſertis, vt patet
primo Regum cap. 22. vſque ad 27. Cum autem obij-
citur, quòd iſti principes habebant pluſquàm tria mil-
lia virorum, & tamen Dauid non habebat tunc vltra
ſexcentos viros: dicendum, quòd verum eſt, quòd
iſti præerant pluſquam tribus millibus virorum, &
tamen non habebant eos ſecum quando venerunt ad
Dauid, & iſtud ſatis veriſimile eſt, quia Dauid erat
hoſtis Saulis, & quicunque adiuuaret eum, efficieba-
tur hoſtis Saulis: ideo plurimi de militibus iſtorum
timore Saulis noluerunt ſequi dominos ſuos eundo
ad adiuuandum Dauid, & ſic fere non habuerunt iſti
vltra trecentos viros ſecum: nam iſti cum omnibus
cognatis Dauid vix peruenerunt ad quadringentos vi-
ros, vt declarabitur ſequenti quæſtione: ſcriptura tamẽ
enarrauit hic magnitudinem principatus iſtorũ pro-
pter honorem Dauid, vt ſignificaretur, q̃ valde magni
viri veniebant ad adiuuandum eum. Nicolaus autem
videns non poſſe euadere iſtam rationem, tenet con-
tra literam, quam nec ipſe ſaluat, nec poſſet ſaluare
tenendo ſententiam ſuam.

*In qua parte deſerti erat Dauid, quando Duces de tribu
Gad venerunt ad eum.* *Quæſt. VII.*

QVAERITVR vlterius dato, quòd iſti viri con-
uenerint ad Dauid, quando erat in deſerto, quo
tempore

tempore venerunt, vel in qua parte deſerti tunc erat A
Dauid. Reſpondendum, quòd iſti viri venerunt eo
tempore, quo Dauid erat in ſpelunca Odollam, quan-
do primo redijt quaſi ſolus de terra Philiſthinorum
fugiens a facie regis Achis. Quod patet, quia ad Da-
uid conuenerunt quadringenti viri a principio fugæ
ſuæ: quando erat in ſpelunca Odollam primo Regum
22. Alij autem ducenti conuenerunt ad ipſum, dum
eſſet in præſidio in terra Moab. Quod patet, quia
quando conuenerunt quadringenti viri ad Dauid in
ſpelunca Odollam, non legitur ipſum habuiſſe ali-
quos ſecum primo Regum 22. Deinde fugit in ter-
ram Moab, & manſit in præſidio, & poſtea iuit in ſal-
tum Ared eodem cap. deinde in Ceilam eodem lib.
cap. 23. Et quando fuit in Ceila, habebat ſexcentos B
viros eodem cap. nec habuit poſtea aliquos, quia
quando deſcendit in terram Philiſthinorum ſolum
habebat ſexcentos primo Regum 27. Ideo ſolum cõ-
uenerunt viri ad Dauid in duobus locis, ſcilicet, in ſpe-
lunca Odollam, & in præſidio terræ Moab, & ſaltu
Ared, & tamen in Odollam conuenerant quadrin-
genti: ideo in præſidio conuenerunt ducenti, & tamen
illi, de quibus infra dicitur, ſcilicet, viri Iuda, & Be-
niamin conuenerunt ad Dauid, dum eſſet in præſidio:
vt patet infra in litera: ergo videtur, quòd iſti vndecim
principes conuenerunt ad eum, dum eſſet in ſpelunca
Odollam, alioquin omnes conueniſſent iſti ad eum
dum eſſet in præſidio, & tunc ſequeretur aliquod,
quod videtur inconueniens, ſcilicet, quòd omnes iſti C
vndecim principes de tribu Gad cum omnibus illis,
qui venerunt de tribu Iuda, & Beniamin non eſſent
vltra ducentos viros, & etiam non diceretur hic quo-
modo conuenerint ad Dauid, vel vnde illi quadrin-
genti viri, qui conuenerũt in ſpelunca Odollam. Item
patet hoc aliqualiter ex ordine literæ, quia poſt iſtos
ponitur de viris Iuda, & Beniamin qui conuenerunt
ad Dauid in præſidio infra in litera, & tamen ante hoc
conuenerant illi, qui venerunt ad eum in ſpelunca
Odollam primo Regum 22. ergo videtur, quòd iſti
duces venerint ad Dauid in ſpeluncam Odollam. Item
patet hoc magis ex litera, quia, vt ſupra probatum eſt,
non conuenerunt viri ad Dauid antequam deſcende-
ret ad terram Philiſthinorum niſi in ſpelunca Odollã, D
& in Præſidio, & in deſerto Ared, & tamen iſti duces
non conuenerunt ad Dauid, dum eſſet in Præſidio:
quia dicitur hic, quòd venerunt quando Dauid late-
bat in deſerto, ideo conuenerunt in ſpelunca Odol-
lam, & in deſerto Ared: ſed non conuenerunt in de-
ſerto Ared, quia dicitur hic, quòd venerunt quando
latebat Dauid in deſerto, & tamen quando fuit in de-
ſerto Ared non latebat: ſed potius dicitur, quòd ap-
paruit, vt patet primo Regum 22. Ergo fuit quando
erat in ſpelunca Odollam: nam ibi vere latuit. Item
patet hoc, quia in deſerto Odollam legitur conueniſſe
aliquos, ideo magis credendum eſt, quòd conuene-
runt in deſerto Odollam, quàm in deſerto Ared.

Iſti ſunt qui tranſierunt Iordanem. Scilicet, Iſti vnde- E
cim principes de tribu Gad. Dicit Nicolaus, quòd
hoc ponitur ad ſignificandum animoſitatem eorum,
quia tranſierunt quando inundabat. Aliqui putant,
quòd iſtud fuit quando venerunt ad auxiliandum Da-
uid, ſed non eſt verum: vt infra dicitur. Iordanis eſt
de magnis fluuijs terræ Iudæ, & eſt in parte Orientali
terræ Chanaan diuidens illam ab alijs regionibus: Nu-
meri 24. *Menſe primo.* Scilicet, In Martio: nam apud
Hebræos principium menſium eſt in Martio: vt de-
claratum eſt Exo. 12. *Quando inundare conſueuit ſuper ri-
pas ſuas.* Ideſt, quando conſueuit creſcere aqua Iorda-
nis, ita vt exeat ſuper ripas ſuas, ſcilicet, quòd non ca-
piatur in alueo, & iſtud conſuetum eſt fieri ſemel in
quolibet anno in menſe primo. *Et omnes fugauerunt,
qui morabantur in vallibus.* Scilicet, Iſti proceſſerunt ad
pugnandum contra habitatores Iordanis, & occide-
runt omnes habitantes in vallibus apud Iordanem. Et
intelligendum, quòd iſti erant aliqui gentiles, qui
reſidui fuerant in terra apud Iordanem, & iſti pugna-
uerunt contra eos, vt poſſiderent terram eorum, quæ
debita erat Iudæis, *Ad orientalem plagam, & Occidenta-
lem.* Scilicet, Ad omnem partem illarum vallium.

Pro quo ſciendum, quòd Iordanis eſt fluuius qui
labitur in terra Iudæa per quandam magnam vallem,
quæ Aulon appellatur, vt patet in libro de Situ terræ
Sanctæ, & ibi eſt terra fertilior, & delectabilior, quàm
ſit in tota regione Chanaan: ideo multi habitabant
in illa valle, & quidam ad partem orientalem Iorda-
nis, alij verò ad occidentalem: iſti autem tranſierunt
Iordanem eo tempore, quo inundabat, & occiderunt
habitatores vallium,

Quomodo fuerit iſtorum tranſitus. *Quæſt. VIII.*

QVAERITVR quomodo fuit tranſitus iſtorum,
& ad quid tranſierunt Iordanem, & non eſt in-
telligendum, quòd tranſierunt menſe
primo anni, quia iſte fuit tranſitus multo tempore an-
tequam venirent ad Dauid, vel multo tempore poſt,
vel tunc quando venerunt.

Aliquis dicet, quòd venerunt quando ad Dauid
conuenerunt, vt auxiliarentur ei: Sed iſtud non ſtat,
quia ſi iſti eſſent de tribu Gad, ſicut litera dicit, mani-
feſtum erat, quòd debebant tranſire Iordanem ad hoc,
quòd venirent, vt auxiliarentur Dauid, quia tribus
Gad habebat ſortem ſuam extra Iordanem ad orien-
tem in terra duarum tribuum, & dimidiæ. Dauid au-
tem latebat in deſerto Odollam, quod eſt in ſorte Iu-
dæ, & ob hoc eſt ad occidentalem partem Iordanis,
cum Iordanis ſit terminus orientalis totius terræ Cha-
naan: Numeri 34. & ſors Iudæ ſit in terra Chanaan,
& in illa ſit deſertum Odollam: Ioſue 15. Sed dicen-
dum, quòd iſti principes tranſierunt Iordanem alio
tempore, quàm quando venerunt ad auxiliandum
Dauid, ſiue illud fuerit prius, ſiue poſtea: nam iſta
vice, de qua hic dicitur tranſierunt ad pugnandum;
cum dicatur, quòd occiderunt omnes habitatores val-
lium: nunc autem non tranſibant ad pugnandum con
tra aliquos habitatores terræ, ſed ad auxiliandum Da-
uid, nec eſt credendum, quòd ipſi tunc vellent vaca-
re huic bello, quia intentio eorum erat veniendi ad
auxiliandum Dauid. Dicendum tamen hic eſt, quòd
ponitur iſtud bellum, quamquam non pertineat ad
ea, quæ dicuntur de Dauid, voluit tamen ſcriptura ex-
primere laudes iſtorum, ſcilicet, quòd eſſent viri for-
tes, & bellicoſi, quaſi ipſi fuerunt, qui pugnauerunt
contra habitatores vallium Iordanis, & occiderunt
eos, & fugauerunt alios.

*Quare ſpecialiter fit mentio de tranſitu eorum, quando Iordanis
inundare conſueuit.* *Quæſt. IX.* E

QVAERITVR vlterius quare ſpecialiter dicitur,
quòd tranſierunt quando Iordanis inundare
conſueuit ſuper ripas ſuas. Reſpondet Nico-
laus, quòd iſtud eſt ad ſignificandum animoſitatem
eorum, ſcilicet, quia anſi ſunt tali tempore tranſire
Iordanem: nam tunc difficillimum eſt tranſire illum
propter multitudinem aquarum.

Dicendum tamen, quòd hoc ponitur ad ſignifican-
dum opportunitatem belli, ſcilicet, quòd faciliter iſti
potuiſſent occidere omnes habitatoros vallium, eo
quòd eſſent inſperati, nihil cogitantes de bello: nam
quando

Universidad de Deusto
Biblioteca

quando Iordanis non inundat potest transuadari, si- F cut dicitur Iudicum 3. scilicet, Duxit eos ad vada, quæ transmittunt in terram Moab. Quando autem inundat non potest transuadari, eo quòd replet, & etiam exit ripas suas, & cum non habeat pontes, securi sunt tunc illi, qui habitant ad vnam partem, quòd illi, qui habitant ex alia parte eius, non transibunt ad eos, quia habent tunc Iordanem pro muro, & ideo isti viri de tribu Gad transierunt quando Iordanis inundabat ad hoc, quòd inuenirent hostes suos securos non timentes bellum, & sic eos faciliter cęderunt: fuit tamen magna virilitas, quòd isti exponerent se ad transeundum Iordanem tali tempore, quo nullus eorum transire auderet.

Quomodo dicitur quando Iordanis inundare consueuit. Quæst. X.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic quando Iordanis consueuit inundare super ripas suas. Respondendum est, quòd Iordanis quolibet anno inundat nimis, ita vt exeat ripas suas, & occupet circa adiacentem terram planam, & hoc fit infallibiliter quolibet anno, & ob hoc dicitur hic quando inundare consueuit, scilicet, quòd ista inundatio, quæ fuit quando transierunt isti, non fuit casu, sed consuetum est quolibet anno illam fieri, Fit etiam tempore determinato anni, scilicet, semper in primo mense anni: hoc significatur hic cum dicitur: transierunt Iordanem mense primo quando inundare consueuit. Item patet hoc Iosue 3. cum dicitur: Iordanis autem ripas aluei sui tempore messis impleuerat, scilicet, quando transierunt Israelitæ per Iordanem, & diuisus est: nam tunc erat mensis primus. Quod patet, quia dicitur tempore messis, & tamen messis incipit inter Hebræos post medietatem mensis primi: nam non poterant Hebræi mittere falcem in segetem vsque ad diem, quo offerebāt Domino manipulum spicarum: Leui. 23. & ex illa die incipiebant metere: illud tamen erat die 16. mensis primi: vt patet eodem cap. & ibi declaratum est: erat ergo tunc mensis primus quando inundabat Iordanis, quia erat principium messis. Secundo patet, quia Israelitę die, I qua transierunt Iordanem castrametati sunt in Galgalis: Iosue 4. & ibi fecerant Phase die 14. mensis primi: Iosue 5. ergo in mense primo transierunt ante diem quartam decimam, & tamen inundabat tunc Iordanis: ergo in mense primo est inundatio eius. Item patet hoc Ecclesiast. 24. scilicet, Qui adimplet quasi Euphrates sensum: qui quasi Iordanis multiplicat in tempore messis. Ergo consuetum est Iordani in tempore messis multiplicare aquas suas.

Vnde prouenit quòd inundatio Iordanis sit tempore messis. Quæst. XI.

QVAERITVR vlterius cum inundatio ista sem- K per proueniat in Iordane tempore messis, vnde hoc prouenit: nam si fuisset aliqua inūdatio specialis, quasi casu, non poterat dari causa realiter se habens: sed ex aliquo accidenti venisset, quia tamen quolibet anno accidit, necesse est dari aliquam causam semper manentem.

Aliquis dicet, quòd accidat istud ex multitudine imbrium: nam sic multa alia flumina inundant. Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia imbres non accidunt quolibet anno realiter: ideo licet aliquo anno euenirent, & inundaret Iordanis, tamen non fieret quolibet anno. Item dato, quòd quolibet anno imbres essent in terra illa: tamen non semper accidérent in diebus messis, scilicet, mense primo, & tamen iste inundationes semper fiunt mense primo, vt precedenti quæstione declaratum est: ergo non fit ex imbribus. Tertiò patet, quia si fieret inundatio propter imbres in terra illa, non magis fieret in Iordane quàm in alijs fluminibus terræ Chanaan, sed omnia flumina inundarent, & tamen de Iordane dicitur specialiter Ecclesiast. 24. quòd inundabat in diebus messis, & non de aliquo alio fluuio terræ Chanaan: ergo non fit propter imbres. Quarto patet efficacius, quòd nullo modo posset fieri propter imbres, quia non solum non fiunt imbres quolibet anno tempore messis in terra illa, sed etiam nunquam fiunt, & habetur pro miraculo vel quasi, quòd aliquando in diebus messis G imber eueniat: sic patet primo Regum 12. Quando voluit Samuel probare, quòd filij Israel peccauissent petendo regem: nam dixit: Nunquid non messis tritici est hodie? inuocabo dominum, & dabit voces, & pluuias, & scietis, quia grande malum feciſtis vobis in conspectu Domini: petentes super vos regem. Et tamen non esset signum sufficiens ad ostendendum hic descensus pluuiarum, si in mense illo consueuissent interdum venire pluuiæ: ergo nunquā tempore messis descendunt pluuiæ, & sic non fit inundatio propter imbres. Aliquis dicet, quòd fit inundatio propter aquas resolutas ex niuibus: nam licet terra Chanaan sit magis calida quàm ista cum sit in tertio, & quarto clymate, tamen ibi niues aliquando sunt, sic patet H precedenti cap. & 2. Regum 23. scilicet, quòd Banaias descendit, & interfecit leonem in media cisterna tempore niuis. Sed istud non stat, quia si aquę resoluerentur ex niuibus, cum niues non eueniant regulariter in quolibet anno, potissimè in terra tam calida, non fieret inundatio quolibet anno, sed rarò, & tamē quolibet anno fit ista inundatio, vt dictum est precedenti quæstone, ergo non fit ex casu niuis. Secundò patet, quia si fieret propter niues cadentes in terram, non semper fieret eodem tempore, quia niues non semper accidunt eodem tempore, & tamen fit ista inundatio semper tempore messis mense primo, vt dictum est: ergo non fuit propter niues. Tertiò patet, quia si fieret propter niues cadentes in terrā Chanaan, non fieret ista inundatio tempore messis, sed magis fieret in hyeme, quia niues illo tempore cadunt, & illico resoluuntur, & tamen nunquam accidit ista inundatio in hyeme, sed tēpore messis, ergo non fit propter niues cadentes. Quartò patet, quia si fieret propter niues isto modo, non solum esset inundatio Iordanis, sed etiam aliorum fluminum terræ Chanaan, cum per totam terram contingeret ningere, & tamen non inundant alia flumina, sed Iordanis solum, vt supra dictum est, ergo non fit propter niues sic cadentes. Dicendum, quòd inundatio Iordanis non fit propter imbres, nec propter niues cadentes super faciem terræ Chanaan, sed fit propter niues existentes in monte Libano. Pro quo sciendum, quòd Libanus est magnus mons, & altissimus in to- sic & ta terra Chanaan, & ideo semper sunt niues in illo, & ista est causa, quare vocatur Libanus, quia in Hebræo Libanus siue Lebani interpretatur candidum, scilicet, quia ille mons semper est candidus propter colorem niuium ibi existentium. Ad radices autem Libani nascitur Iordanis, quia sunt ibi duo fontes, quorum vnus vocatur Ior, & alius Dan, & post aliquantulum terræ tractum in vnum confluunt, & efficiunt flumen Iordanis, vt patet in libro de Situ terræ Sanctæ. niues autem, quæ sunt in monte Libano in hyeme non liquefiunt propter frigus constringens, ideo non resoluuntur inde aquæ ad faciendum inundationem: incipiente autem vere, scilicet, primo mense, qui est Martius,

tius, & est principium messis propter calorem temporis, liquefiunt niues Libani pro maiori parte, & aquæ defluentes ad radices Libani incidunt in flumē Iordanis: ideo necesse est, quòd tunc inundet: ex hoc autem sequitur, quòd nullo alio tempore anni inundet Iordanis nisi in mense primo, quia non potest prius inundare, eo quòd ante tempus illud propter frigus hyemis constringens non potest resolui nix in aquam. Si autem aliquis dicat, quòd ante tempus illud possunt resolui niues, quia terra illa est nimis calida, quod satis apparet, cùm illo tempore, quo Iordanis inundat iam sint segetes maturæ, & colligantur: istud tamen non fit ex forti calore: ideo sufficiet calor ad liquefaciendum niues, qui sufficit ad maturandum segetes. Dicendum, quòd in terra plana ante tempus messis magnus calor est: ita vt sufficiat maturare segetes, & tamen in locis altissimis nondum est aliquis calor, sicut super montem Libanum: ideo nondum incipiunt niues liquefieri, nisi inceperit tempus messis. Quod autem post tempus messis non posset fieri inundatio, patet, quia tempore messis resoluuntur niues Libani, qui resolui possunt, & postea in toto anno nihil resoluitur, dato, quòd eueniat maior calor: vel si est aliqua resolutio est tam parua, ita vt non confluat inde quantitas notabilis aquæ, quæ requiritur ad faciendum inundationem, ideo nullo alio tempore Iordanis potest inūdare. Ex hoc etiam sequitur quare alia flumina terræ Chanaan non inundent, s. quia Iordanis solus nascitur ad radices Libani, & ipse solus recipit aquas resolutas ex niuibus: nam licet per diuersas partes montis resoluantur aquæ, & fluant per diuersos torrentes, tamen omnes confluunt in vallem subiectam Libano, & quia Iordanis labitur per illam vallem, necesse est omnes aquas resolutas de niuibus Libani recipi in Iordane, & sic ipse solus inundat in tota terra Chanaan. Sed aliquis volet proteruire dicens, quòd non sint semper niues in Libano, ex quibus fiat ista resolutio, & inundatio Iordanis: sed sit aliqua alia causa. Dicendum ergo, quòd in Libano semper sunt niues, de quibus fiat resolutio, vt patet Ieremiæ decimooctauo, scilicet, Nunquid deficiet de petra agri nix Libani: aut auelli possunt erumpentes aquæ D frigidæ, & defluentes? Quasi dicat non. Cum ergo non deficiat, potest fieri resolutio quolibet tempore ex illis niuibus iam dicto, & sic quolibet anno erit inundatio.

Venerunt autem. Hic ponitur aduentus aliorum ad adiutorium Dauid de tribu Iuda, & Beniamin, qui venerunt ad eum, quando erat in præsidio. *De Beniamin, & Iuda.* Viri de tribu Beniamin venerunt nunc cum viris de tribu Iuda, quia Saul erat inimicus Dauid, & ille erat de tribu Beniamin: ideo Dauid rationabiliter haberet exosos, & suspectos omnes de tribu Beniamin: viri autem Iuda erant de progenie Dauid: ideo viri Beniamin venerunt cum viris Iuda, vt propter eos Dauid non haberet suspectos ipsos, quia E illi poterant testificari de eis, quòd bono animo venirent ad adiuuandum Dauid.

Ad Præsidium, in quo morabatur Dauid. Ex hoc appa- ret, quo tempore venerunt isti ad Dauid, scilicet, quando manebat in præsidio. Est enim præsidium quoddam castrum in terra Moab, in quo mansit Dauid aliquanto tempore: nam postquàm Dauid fugiens a facie regis Achis, stetit in spelunca Odollam, & congregauit eos ad se quadringentos viros, & recessit in terram Moab, & commendauit patrem, & matrem regi Moab, ipse verò cum viris suis habitauit in præsidio quod erat quodā castrum terræ Moab, & ibi fuit toto tempore quo mansit in terra Moab, 1. Regum 22. & dum ibi maneret, venerunt in auxilium A eius isti viri, de quibus hic dicitur.

Egressusque est Dauid obuiam eis. Fecit hoc Dauid propter duo. Primò vt honoraret eos, cùm ipsi venerunt ad adiuuandum eum. Secundò vt componeret cum eis fœdera, & sciret qua intentione veniebant ad eum, prius quàm reciperet secum in arce.

Et ait si pacificè venistis ad me, vt auxiliemini mihi. Idest, Si venistis animo pacifico, ita vt velitis habere pacem mecum, & auxiliari mihi. *Cor meum iungatur vobis.* Idest, Iungetur, scilicet, do vobis fidem, quòd si vos venistis pacificè ad me, cor meum iungetur vobis, quia cordialiter vos diligam, & ego quoque vobis auxiliabor. Vel dicitur cor meum iungatur vobis, idest, volo, B quòd iungatur per modum pacti, quia sicut isti dabant fidem Dauid de adiuuando eum, ita etiam ipse dabat fidem de defendendo illos, quia ipsi quoque recurrebant ad eum, quia indigebant defensore, quia plurimi istorum confugientium ad eum erant viri constituti in angustijs, & oppressi ære alieno, & amaro animo primo Regum 22. Quod autem ipse promitteret securitatem, & defensionem confugientibus ad se, patet de Abiathar, qui fugit ad Dauid, & dixit ei Dauid: mane mecum, ne timeas, siquis quæsierit animam tuam, quæret etiam animam meam, mecumque saluaberis, eodem cap.

Si autem insidiamini mihi. Idest, Si venistis ad me, fingentes vos esse adiutores, & tamen intenditis me C occidere, vel tradere in manus Saulis. *Pro aduersarijs meis.* Idest, loco aduersariorum meorum, scilicet, quòd facitis hoc tanquam aduersarij, vel pro aduersarijs meis, idest, facitis, vt complaceatis aduersarijs meis: vel quia illi vobis mandauerunt, & vos vultis exequi. *Cum ego iniquitatem in manibus non habeam.* Idest, Si ego feciſſem aliquod malum contra Saulem, iustum esset, quòd ipse manifestè, vel occulte aut per fraudes, siue qualitercunque quæreret me ad mortem, & vos vice eius poteratis istud exequi: tamen ego non feci aliquam iniquitatem, ideo valde iniustum esset, quòd vos per istam fraudem velletis me tradere in manus Saulis, vt me occidat. Et dixit cum ego iniquitatem in manibus non habeam, idest, cum D nullum peccatum fecerim contra Saulem: nam quia manus est organum maxime operatiuum, omnes operationes nostræ, siue bonæ, siue malę dicuntur esse in manibus.

Videat Deus patrum nostrorum, & iudicet. Idest, Ego oro, quòd ipse respiciat ad tantam iniquitatem, & iudicet, idest, puniat intendentes malum: ecce quàm blande, & dulciter loquebatur Dauid ad capiendum corda virorum, quæ nondum cognouerat: nam poterat ipse dicere, si autem insidiamini mihi, ego delebo vos, quia maioris potestatis erat Dauid tunc quā isti, qui veniebant ad eum, vt declarabitur sequenti quæstione, quia tamen responsio mollis frangit iram, & sermo durus suscitat furorem. Prouer. 15. Voluit blande loqui, & dixit: videat Deus patrum nostrorum, E eo quòd ille erat verus Deus, nec putabat alium esse Deum, qui posset punire iniquos: etiam quia quandocunque aliqui iurabant, vel imprecabantur aliquid semper nominabant Deos suos, & si aliquando duo de diuersis gentibus aliquid inter se iurabant, inuocabant Deos vtriusque: sic enim fuit inter Iacob, & Laban socerum suum quando inierunt fœdus in monte Galaad. Nam Laban inuocauit Deum Nachor, & Iacob Deum Abraham, & Isaac: Genes. 31. Dauid autem, & isti viri, qui veniebant ad eum, erant de eadem gente, ideo inuocauerunt eundem Deum, scilicet, Deum patrum suorum.

Spiritus vero induit Abisai. Idest, Spiritus Domini

sine

Universidad de Deusto
Biblioteca

sine audacia impulit Abisai ad loquendum ista, quæ F
sequuntur, & dicitur, quòd induit eum, ideſt, venit
ſuper ipſum, vel poſſedit eum.

Sciendum, quòd iſte Abiſai erat frater Ioab, & Aſa-
el filius Saruiæ ſororis Dauid, vt patet 2. Regum 2. &
ſupra 2. cap.

Principem inter triginta. Aliqui exiſtimant, quòd ve-
niebant nunc triginta viri de Iuda, & Beniamin ad
Dauid, & princeps illorum erat Abiſai, ideo vocatur
hic princeps inter triginta: ſed iſtud non eſt ſatis veri-
ſimile, quia credendum eſt, quòd plures eſſent iſti
quàm triginta, cum tam de tribu Iuda, quàm de tri-
bu Beniamin venerunt, nunc venerint aliqui ad Da-
uid. Sed dicendum, quòd vocatur princeps inter tri-
ginta, ideſt, inter triginta viros, qui ſunt in catalogo G
fortium Dauid: nam præcedenti cap. & 2. Regum 23.
ponuntur nomina fortium Dauid, & inter illos poni-
tur Abiſai: non eſt tamen ipſe vnus de triginta forti-
bus, ſed eſt primus de ſecundo ternario fortium. Nam
fortiſſimi inter viros Dauid erant ſex, qui diſtingue-
bantur per duos ternarios, & in ſecundo ternario erat
princeps Abiſai, & poſt iſtos erant triginta viri in vno
ordine, & illi erant minus fortes quàm ſex primi, qui
erant in duobus ternarijs, dicitur tamen Abiſai prin-
ceps inter triginta, ideſt, princeps ſuper triginta in
fortitudine, quia fortior erat quolibet de illis triginta:
ſic enim dicitur præcedenti cap. quòd Banaias erat in-
ter triginta primus, & tamen manifeſtum eſt, quòd
non erat de numero illorum triginta, cum eſſet ſecun- H
dus in ſecundo ternario fortium, vt patet ibidem: ſed
erat primus inter triginta, ideſt, fortior omnibus tri-
ginta in robore: iſte Abiſai vocatur hic in Hebræo
Amaſai, ſed idem eſt, quia vt dictum eſt præcedenti
cap. & hic ſæpe idem homo eſt multinomius, ſicut
idem locus.

Et ait tui ſumus ò Dauid. Ideſt, non credas, quòd veni-
mus, vt inſidiemur tibi: ſed tui ſumus, ideſt, volumus
eſſe tui. *Et tecum fili Iſai.* Repetitio eiuſdem ſenten-
tiæ eſt ad exaggerandum: nam idem eſt Dauid, quod
filius Iſai cum Dauid eſſet filius Iſai primo Regum 16,
& 17. licet vocetur interdum pater Dauid Ieſſe, quod
idem eſt: Iſaiæ 11. & Matth. primo, competit autem
iſte modus hominibus paſſionatis, ſiue ad iram, ſiue I
ad gaudium. Et hoc propter magnitudinem paſſio-
nis deſiderant nimis exprimere, quod intendunt, &
quod non ſufficit ad eandem rem ſemel dici, vtun-
tur ſynonymis ad repetendum ſæpe eandem ſenten-
tiam per diuerſa verba idem ſignificantia. Sic enim
quando decem tribus voluerunt recedere de domo
Dauid, diuidendo Regnum Roboam, dixerunt. Quæ
nobis pars in Dauid, & quæ hæreditas in filio Iſai? Re-
uertere Iſrael in tabernacula tua 3. Regum 12. ſic etiã
quãdo Siba voluit auertere totũ Iſrael a Dauid clanxit
buccina, & dixit: non eſt nobis pars in Dauid, nec
hæreditas in filio Iſai, 2. Regum 20. & in illis duobus
locis dictum fuit propter magnitudinem iræ: hic au-
tem dictum fuit propter magnitudinem gaudij, & K
affectionis, quam habebant iſti viri ad Dauid.

Pax, pax tibi. Duplicatio ſermonis eſt ad nimis ex-
primendum propter magnum deſiderium, quod ha-
bebant iſti viri de bono Dauid.

Et pax adiutoribus tuis. Scilicet, Omnibus viris, qui
tecum ſunt ad adiuuandum te: nam tunc erant qua-
dringenti viri cum Dauid. Quod patet, quia Dauid
dum eſſet in ſpelunca Odollam, collegit ad ſe qua-
dringẽtos viros: perrexitque in terram Moab, & man-
ſit ibi cum eis in præſidio primo Regum 22. & tamen
iſti viri Iuda, & Beniamin, de quibus hic dicitur, ve-
nerunt ad Dauid, quando erat in præſidio, vt patet in
litera; ergo habebat tunc Dauid quadringentos vi-
ros, qui erant adiutores ſui. *Te enim adiuuat dominus
Deus tuus.* Ideſt, quia Deus te adiuuat, nos volumus
te adiuuare, & hoc dicebant ad ſignificandum, quòd
iuſte agerent adiuuando eum, cum Deus faueret illi,
& tamen non faueret ſi non eſſet cauſa eius iuſta.

Suſcepit ergo eos Dauid. Suſcepit benigne, tanquam
amicos, & defenſores, & introduxit ſecum in præſi-
dium, in quo morabatur.

Et conſtituit principes turmæ. Non eſt intelligendum,
quòd conſtituit omnes iſtos, qui nunc venerunt prin-
cipes turmæ, ſed aliquos eorum, qui erant excellen-
tiores, ſicut Abiſai, & poteſt intelligi de turma, quæ
nunc venit ad Dauid, quia multi erant tam de tribu
Iuda quàm de tribu Beniamin, ſcilicet, quòd conſti-
tuit nouiter principes in illa turma, quia quando ali-
qui debent pugnare, vel prædari neceſſe eſt, quòd ſit
multitudo ordinata per duces ſuos, & turmas: alio-
quin multi faciliter perirent, & delerentur a paucis,
vel poteſt intelligi de turma, quam habebat prius Da-
uid: nam habebat quadringentos viros, quos colle-
gerat ad ſe quando erat in ſpelunca Odollam primo
Regum 22. & poterat nunc conſtituere aliquos de vi-
ris Iuda, & Beniamin, qui veniebant ad eum principes
ſuper illam turmam: ſed ſenſus eſt primus melior, quia
veriſimile eſt, quòd viri quadringenti, qui prius vene-
rant ad eum, iam eſſent diſtincti per principes ſuos:
potiſſime, quia ante hoc venerant ad Dauid vndecim
principes de tribu Gad, vt patet in litera, & illi acci-
perent principatum ſuper turmam.

Quare Dauid de fide, & intentione iſtorum dubitauit. Quæſt. XII.

QVAERITVR circa prædicta, quare Dauid du-
bitauit de fide, & intentione iſtorum, qui ve-
niebant ad eum de Iuda, & Beniamin, &
ideo voluit ſcire intentionem eorum, prius quam ſu-
ſciperet eos, & tamen non dubitauit de fide fratrum
Saulis, qui venerunt ad eum, vt patet ſupra in litera:
nec quæſiuit ab eis, qua intentione venirent, & tamen
magis dubitandum erat de fide illorum, quàm iſto-
rum, cum illi eſſent cognati Saulis.

Reſpondendum eſt eſſe verum, quòd Dauid ratio-
nabilius deberet dubitare de fide illorum, quàm iſto-
rum propter cauſam dictam, & ſic dubitauit. Quæ-
ſtio autem præſupponit falſum, & fundatur ſecun-
dum intentionem quorundam, qui putant, quòd
Dauid non dubitauerit de fide illorum, & hoc, quia
in litera nihil dicitur. Sed iſtud motiuum nullum eſt
cum multa fiant, quæ non ſcribuntur: potiſſime cum
ratio dictet, quòd magis debuiſſet Dauid ſuſpicari cõ-
tra illos, quàm contra iſtos: poteſt tamen dici tripli-
citer, vno modo, quòd Dauid dubitauit nimis de in-
tentione illorum, & tamen ablatum fuit dubium eius
per aliquem Prophetam, cum ſæpe Prophetæ loque-
rentur ei, cum fugeret a facie Saulis, vt ſupra dictum
eſt, vel forte cognouit hoc quærendo a domino re-
ſponſum per ſummum ſacerdotem: nam Dauid ha-
bebat ſecum Abiathar in iſta fuga, & iſte erat filius
ſummi ſacerdotis, ſcilicet, Achimelech, & quan-
do Dauid dubitabat de aliquo induebatur Abiathar
Ephod, & quærebat a Domino, & illico reſponde-
bat: ſic enim fuit quando erat in Ceila, & quæſiuit
an Saul deſcenderet ad capiendum ipſum, & quan-
do erat in Siceleg iterum conſuluit dominum an per-
ſequeretur latrunculos, & comprehenderet eos pri-
mo Regum 23. & 30.

Secundò poteſt dici, quòd Dauid dubitauit de fide
iſtorum, & etiam exiuit eis obuiam ſicut nunc viris
Iuda, & Beniamin: firmauitque cum eis pactum: tã-

men nihil de hoc dicitur, & forte iſtud eſt, quia da- A
to, quòd ſcriptura non exprimeret, ſatis per ſe in-
telligi poterat, quia non erat veriſimile, quòd co-
gnatos Saulis inimici ſui ſuſciperet in ſocietatem non
inquirendo prius quomodo venirent ad ipſum, nec
firmando aliqua pacta cum eis: etiam hoc poterat
intelligi, dato quòd non ſcriberetur, quia cum Da-
uid nollet ſuſcipere viros Iuda, qui erant de tribu ſua,
niſi ponendo prius pacta cum eis, a fortiori nollet re-
cipere illos, qui erant conſanguinei hoſtis ſui, niſi
cognita prius voluntate eorum, & præſcita aliqua
ſecuritate.

Tertio modo poteſt dici, quòd Dauid non dubi-
tauerit de fide illorum, ideo non petiuit aliquam ſe-
curitatem, dubitauit tamen de fide virorum Iuda, B
& Beniamin, de quibus rationabiliter minus dubi-
tari debebat. Ratio autem diuerſitatis eſt, quia vi-
ri Iuda, & Beniamin venerunt ad Dauid in loco, in
quo ipſe poterat timere Saulem, & ſeruos eius, ſci-
licet, quia erat tunc in terra Iſrael: ideo potuit eſſe,
quòd viri de tribu Iuda, qui erant de cognatione Da-
uid, conuenirent cum Saule, quòd traderent Da-
uid in manus eius, vt acciperent ab eo aliquid: vel
ſaltem haberent eum gratum, ſicut fuit de Ziphæis,
qui venerunt bis ad Saulem, & oſtenderunt ei locum,
in quo latebat Dauid, vt eum gratificarent ſibi, pri-
mo Regum 23. & 26. Et tamen Ziphæi erunt de tri- C
bu Iuda, de qua erat Dauid: nam ciuitas Ziph eſt in
ſorte Iudæ: Ioſue 15. Timere ergo debuit ratione-
biliter Dauid, quando venerunt ad eum iſti viri Iu-
da, & Beniamin, & debuit, quærere ſecuritatem:
quando autem venerunt ad eum fratres Saulis, non
debuit timere nec petere ſecuritatem, quia illi ve-
nerunt ad eum in tali loco, in quo non poterant ſi-
bi nocere, ſcilicet, in terra Philiſthinorum: nam
iam erat Dauid in Siceleg quando venerunt ad eum
fratres Saulis, & quia Siceleg erat in terra Philiſthi-
norum non timebat Dauid Saulem: patet hoc in prin-
cipio capituli, ſcilicet, hi quoque venerunt ad Da-
uid in Siceleg de fratribus Saulis. Dauid autem in
Siceleg exiſtens non timebat Saulem, qui erat in ter-
ra Philiſthinorum, primo Regum vigeſimoſecun-
dõ, immo iſta fuit cauſa, quare Dauid fugit in terram D
Philiſthinorum: nam dixit in corde ſuo aliquando
incidam vno die in manus Saul, nonne melius eſt,
vt fugiam, & ſaluer in terra Philiſthinorum, vt de-
ſperet Saul, ceſſetque me, quærere in cunctis fini-
bus Iſrael? Et cum ibi eſſet venerunt ad eum cogna-
ti Saulis, ideo non erat vlla cauſa petendi ſecurita-
tem ab eis, cum non timeret ibi Dauid Saulem. Si
tamen iſti cognati Saulis veniſſent ad Dauid, dum
manebat in terra Iſrael quæſiuiſſet ab eis ſecuritatem,
& maiorem quidem, quàm nunc quæſiuit a viris Iu-
da, & Beniamin.

Quomodo Dauid auſus ſit exire obuiam ad loquendum, cum non ſciret, qua intentione ad eum veniebant. Quæſt. XIII. E

QVAERITVR vlterius cum Dauid nondum ſci-
ret, qua intentione veniebant ad eum viri Iu-
da, & Beniamin, quomodo auſus eſt eis
exire obuiam ad loquendum.

Reſpondendum eſt, quòd Dauid non timebat eos
quamquam vellent ei nocere, quia plures viros ipſe
tunc habebat quàm erant iſti, qui veniebant ad eum:
nam ipſe habebat quadringentos viros: ipſi autem,
qui veniebant non excedebant ducentos, quod pa-
tet, quia Dauid erat in præſidio quando venerunt ad
eum iſti viri Iuda, & Beniamin, vt patet in litera,
& tamen ipſe collegerat prius quadringentos viros, A
dum eſſet in ſpelunca Odollam, & inde perrexit in
terram Moab: manſitque in præſidio, primo Regum
vigeſimoſecundo: habebat ergo quadringentos viros,
quando erat in præſidio. Quod autem iſti, qui venerunt
nunc, non excederent ducentos patet, quia Dauid ſu-
ſcepit iſtos, vt patet in litera, & tamen quandiu man-
ſit in terra Iſrael non habuit pluſquam ſexcentos vi-
ros, primo Regum 23. & 25. cum vero deſcendit in
terram Philiſthinorum habebat etiam ſolum ſexcen-
tos eodem libro, capitu. vigeſimoſeptimo: ideo non
poterant iſti eſſe plures, quàm ſexcenti. Dauid er-
go timebat iſtos, dato quòd vellent ei malum infer-
re, ideo ſecurus exiuit obuiam eis ad ſciendum quid
intenderent.

Sed tunc dicetur ad quid ergo Dauid exiuit obuiam
illis ad loquendum ſibi, quia poterat loqui eis reci-
piendo eos in præſidio.

Dicendum, quòd Dauid exiuit obuiam iſtis, quia
neſciebat quid intenderent, & ſi reciperet eos in præ-
ſidio, confideret eis cum poneret eos in domo ſua,
non tamen expediebat, quòd confideret eis quouſ-
que ſciret intentionem eorum, quia alias timeret,
quòd aliquod malum intenderent: ideo expediuit,
quòd Dauid exiret obuiam eis.

Quare Abiſai locutus eſt potius ad Dauid, quàm aliquis alius. Quæſt. XIIII. C

QVAERITVR vlterius quare Abiſai potius lo-
cutus eſt ad Dauid, quàm aliquis alius. Re-
ſpondetur ad hoc tripliciter: vno modo,
quòd hoc factum eſt magis ad reddendum ſecurum
Dauid: nam Dauid ſuſpicabatur contra iſtos, vt pa-
tet ex verbis ſuis, ſcilicet, Si autem inſidiamini mi-
hi &c. Ideo voluerant ipſi pacificare eum melius, quo
poterant: venerant autem ideo viri Beniamin cum
viris Iuda, vt propter illos, qui erant magis cognati
Dauid, auferretur ſuſpitio de eis: quanto ergo aliqui
eſſent magis cognati Dauid, tanto per eos magis tol-
leretur ſuſpitio: non erat tamen aliquis tam cogna-
tus Dauid, inter omnes iſtos ſicut Abiſai: nam ipſe
erat filius ſororis Dauid ſecundo Regum, & ſupra ſe-
cundo, Ideo ipſe potius debuit loqui quàm quiſquam
aliorum, quia magis accepta eſſent verba eius Dauid,
& magis crederet ei.

Secundo poteſt dici, quòd hoc factum eſt, quia
quando ſermo dirigitur ad multos tanquam ad vni-
uerſitatem, qui inter omnes honorabilior eſt, re-
ſpondere debet, & tamen inter omnes iſtos Abiſai
erat honorabilior, cùm ipſe eſſet filius ſororis Dauid,
etiam quia erat princeps inter triginta, ideo ipſe de-
buit reſpondere.

Tertio poteſt dici, quòd hoc factum eſt, quia ſpi-
ritus mouit Abiſai: nam ſi ſpiritus accipiatur pro ſpi-
ritu Dei manifeſtum eſt, quòd Abiſai ſolus deberet
reſpondere, quia ipſum ſolum tangebat ſpiritus Do-
mini, cum dicatur hic Spiritus verò induit Abiſai prin-
cipem inter triginta: ſi autem accipiatur pro audacia
eodem modo dicendum eſt, quòd ipſe fuit audacior
ceteris, ſcilicet, quòd magis pulſauit eum audacia,
quàm alios, quia forte alij conſpecto Dauid præ ve-
recundia, vel timore non audebant loqui: iſtum au-
tem induit audacia, ideo ipſe primus locutus eſt.

Quiſnam fuerit iſte ſpiritus, de quo hic fit mentio. Quæſt. XV.

QVAERITVR vlterius quis fuit iſte ſpiritus, de
quo hic dicitur, quòd induit Abiſai. Aliqui
dicunt,

dicunt, quòd fuit spiritus propheticus, quia iste est, qui vocatur magis spiritus in scriptura: sed istud non stat, quia spiritus propheticus est ad reuelandum aliquid occultum, scilicet, futurum, vel quomodocunque aliter incognitum quod non possit sciri, nisi supranaturaliter: hic tamen Abisai non reuelauit aliquid futurum, vel aliquod incognitum, sed dixit, quòd ipse, & socij sui volebant esse adiutores Dauid: ideo non fuit spiritus propheticus. Aliquis autem dicet, quòd vocatur spiritus, ideſt, quædam volitio a Deo inspirata, scilicet, quòd Deus mouit voluntatem Abisai, vt responderet hoc, scilicet, tui sumus ò Dauid.

Sed dicendum, quòd licet hoc satis posset stare: tamen non est aliquod motiuum ad dicendum, quòd ista volitio fuerit a Deo inspirata. Ratio huius est, quia tunc vocaretur spiritus Domini, & tamen vocatur spiritus absolute: ideo non apparet; quòd fuerit aliquid a Deo inspiratum. Dicendum tamen, quòd spiritus proprie in scriptura accipitur pro flatu ventorum, quia spirare idem est quod flare: sic patet Genes. primo. Spiritus Domini ferebatur super aquas. Ideſt, ventus a Deo missus flabat super aquas, & illud. Spiritus procellarum pars calicis eorum, ideſt, impetus venti. Psalmo 9. Accipitur tamen per transumptionem spiritus pro quacunque re mouente seipsam, sicut ventus habet principium motus in seipso, & quia quæcunque res viuens habet principium motus, dicitur ipsa esse spiritus, vel habere spiritum, & sic potissimè operationes animæ suæ vocantur spiritus, & inspirationes Dei factæ in nobis vocantur spiritus, & quia immutatio intellectus nostri ad prophetizandum est quædam inspiratio, vocatur spiritus Domini, primo Regum 10. scilicet, insiliet in te spiritus Domini, & prophetabis, & mutaberis in virum alterum. Motus etiam causatus in anima nostra a Deo ad faciendum quodcunque, vocatur spiritus, primo Regum 11. Scilicet, Spiritus Domini insilijt in Saul, cum audisset verba nuntiorum Iabes. Et accipitur spiritus ibi pro quodam impetu iracundiæ, vel confidentiæ, quo diuisit boues in frusta, & iussit, quòd omnes de Israel sequerentur eum in bello sub interminatione similis pœnę, eodem capitu. quando tamen motus cordis, siue animę nostræ non est a Deo vocatur spiritus, sed nõ Dei: sic patet 3. Regum 22. Scilicet, Stetit spiritus, & ait: ego decipiam. Et vocatur ibi spiritus dæmon, qui iuit ad decipiendum regem Achab: sic enim dicitur. Quiescite ab homine cuius spiritus in naribus eius est. Ideſt, Ira: Isa. 2. Et tamen hic accipitur spiritus absolute, ideo videtur, quòd accipiatur pro spiritu hominis, ideſt, pro audacia, vel fortitudine, quam homo potest concipere, & non pro audacia specialiter missa a Deo, & sic dicetur, quòd cum Abisai esset vir nobilis ante alios concepit audaciam ad respondendum Dauid, & iste fuit spiritus, qui induit eum, non tamen est inconueniens, sed satis verisimile, quòd Deus moueret eum ad dicendum ista, qa Deus dirigebat specialiter negocia Dauid, & sic dirigeret Abisai ad loquendum, quia ista locutio pertinebat ad honorem Dauid cum per hoc securus redderetur, & acciperet subiectos adiutores sibi.

In quo nam viderat Abisai Deum adiuuare Dauid.
Quæst. XVI.

QVAERITVR vlterius quomodo dixit Abisai ad Dauid: te enim adiuuat dominus Deus tuus, & in quo videbat ipse, quòd Deus adiuuabat Dauid. Dicendum, quòd istud dixit Abisai ad iustificandum intentionem suam, scilicet, quòd ipse, & socij sui veniebant ad adiuuandum Dauid, quia videbant, quòd Deus adiuuabat eum, & iustum erat, quòd ipsi adiuuarent illum, quem Deus adiuuabat, quia per hoc apparebat, quòd fouebat iustam causam. Videbant autem Abisai, & socij sui, quòd Deus adiuuabat Dauid in multis, quia, vt aliqui volunt, viderant quomodo Deus liberauerat eum miraculose de obsidione, quam fecerat ei Saul, quando cingebat eum in modum coronæ apud petram diuidentem, primo Regum 23. Viderunt etiam quomodo Deus tradidit Saulem in manus Dauid in spelunca montis Engadi, eodem lib. cap. 24. Viderunt etiam quomodo iterum tradidit Saulem in manus eius in deserto Ziph, quando Dauid inuenit Saulem dormientem, & accepit lanceam, quæ erat ad caput eius, potueratque eum occidere, sed noluit, eodem lib. cap. 26. Et sic per alia infortunia, quæ ostendebat ei apparebat, quòd volebat eum adiuuare. Dicendum tamẽ, quòd istud non stat, quia nihil istorum, quę isti dicunt, adhuc ostenderat Deus Dauid: nam isti viri venerunt ad Dauid, dum esset in præsidio, vt patet hic: & tamen tunc nihil istorum fuerat, quia Dauid stetit in præsidio, deinde in deserto Ared, primo Regum 22. Et postea in Ceila, & deinde in deserto Ziph, eodem lib. cap. 23. Et ibi liberauit eum Deus de obsidione illa, qua cingebat eum Saul in modum coronæ, eodem cap. & postea fuit in deserto Engadi, & ibi tradidit Deus Saulem in manus eius, eodem lib. cap. 24. Et postea in deserto Ziph, eodem lib. cap. 26. Dicendum ergo, quòd per hoc non potuerunt scire, an Deus adiuuaret Dauid, quia nondum ista fuerant.

Sed sciendum, quòd cognoscitur Deus esse cum aliquo, vel adiuuare eum, quandocunque facit aliquid speciale pro eo intelligendo negocia eius, quod non facit pro cęteris: sic enim rex Gerarę cognouit Deum esse cum Isaac, quia in breui tempore fecit eũ diuitem, & quando serebat, terra dabat centuplum: Genes. 26. scilicet, Vidimus dominum esse tecum, idcirco diximus sit iuramentum inter nos. Sic etiam Putiphar dominus Ioseph, cognouit Dominum esse cum illo, quia omnia negocia eius prospera faciebat. Genes. 39. Scilicet, Fuit Dominus cum Ioseph, & erat vir in cunctis prospere agens, habitauitque in domo domini sui, qui optime nouerat Dominum esse cum eo, & omnia, quæ gereret ab eo dirigi in manibus illius. Ita erat de Dauid, quia Deus dirigebat negocia eius mirabiliter, quod omnibus notum erat: nam ipse adhuc puer, & inermis pugnauit contra Goliath de stirpe gigantea, occiditque eum gladio suo, primo Reg. 17. postquàm etiã factus est princeps belli sub Saule in omnibus prospere agebat, & occidebat multos Philisthinorum sine periculo suo, eodem lib. capitu. 18. Bis etiam Saul conatus est percutere Dauid lancea, & Deus liberauit eum, eodem capitu. & capitu. 19. iterum etiam conatus est tenere cum vallando domum suam, & Deus liberauit eum industria vxoris suæ, eodem lib. cap. 19. iterum etiam cùm Saul mitteret ad capiendum Dauid, qui erat cum Samuele in Ramatha, Deus fecit viros Saul prophetare, & quamquam starent coram eis Dauid, nõ tenebãt eum, & cum misissẽt secundos, & tertios nuntios, omnes prophetauerunt, & postea etiam ipse Saul personaliter vadens ad tenendum ipsum coactus est a Deo prophetare die, & nocte nudus coram Samuele, eodem capitu. & multa alia similia fecerat Deus pro Dauid, in quibus manifeste ostendebatur adiutorium Dei. Hæc autem omnia iam viderant isti viri, qui nunc venerunt ad Dauid, quia ista facta sunt, dum manseret Dauid cum Saule, & tamen isti viri venerunt ad Dauid postquàm fugit a facie Saulis: hæc omnia patent ex ordine primi libri Regum.

Porro

Porro de Manasse transfugerunt ad Dauid, quando veniebat cum Philisthijm aduersus Saul, vt pugnaret, & non dimicauit cum eis, quia inito consilio remiserunt eum principes Philisthinorum dicentes. Periculo capitis nostri reuertetur ad dominum suum Saul. Quando igitur reuersus est in Siceleg, transfugerunt ad eum de Manasse Ednas, & Iozabad, & Iediel, & Michael, & Ednas, & Iozabad, & Eliu, & Salati, principes militum in Manasse. Hi præbuerunt auxilium Dauid aduersus latrunculos. Omnes enim erant viri fortissimi, & facti sunt principes in exercitu.

Porrò de Manasse. Hic agitur de viris, qui venerunt in auxilium Dauid de tribu Manasse.

Transfugerunt ad Dauid. Propriè dicuntur transfugere, quia transfuga est, qui transit ad exercitum hostilem, sic autem fuit de istis, quia Dauid erat hostis Saulis, & isti erant subditi Saulis, ideo cum venirent in adiutorium Dauid dicebantur transfugere. Sciendum autem quòd tribus Manasse erat diuisa in duas medietates, quia medietas eius accepit possessionem cum tribu Gad, & Ruben ad Orientem Iordanis in terra duorum Regum Amorrhęorum: Deutero. 3. & Iosue 13. Alia autem medietas accepit possessionem cum nouem tribubus in terra Chanaam ad Occidentalem partem Iordanis, Iosue 17. Nunc autem non constat, de qua medietate Manasse essent isti auxiliatores, qui nunc venerunt ad Dauid, vel an essent de vtraque medietate.

Quando veniebat cum Philisthijm, vt aduersum Saul pugnaret. Quotidie veniebant de Israel aliqui adiutores ad Dauid, quia semper apparebat magis iustitia eius, & iniquitas Saulis, isti aũt de Manasse fuerunt nouissimi, qui venerunt ad Dauid cum esset profugus a facie Saulis: nam venerunt qñ Dauid ibat ad pugnãdũ cõ Saulem in adiutorium Philisthinorum: postquam enim fugit Dauid a facie Saulis multo tẽpore latuit, & vagatus est per deserta terrę Israel. 1. Reg. 22. vsque ad 27. deinde descendit in terram Philisthinorum, & mansit ibi cum rege Achis quatuor mensibus. eo. lib. cap. 27. & tunc motum est bellum inter Saulem, & Philisthinos, & cum irent omnes reges Philisthinorum illuc, rex Achis ducebat secum Dauid ad adiuuandum Philisthinos. 1. Reg. 28. & 29. post hoc autẽ non mansit Dauid in terra Philisthinorum decem diebus, quia tunc mortuus est Saul, & redijt illico Dauid in terram Iuda, vt declaratum est supra, & sic nulli alij post istos venerunt ad Dauid in auxilium cõ Saulem. Et dñr hic qñ veniebat cum Philisthijm, vt aduersum Saul pugnaret, non tñ per hoc apparet, cp Dauid habebat intentionem pugnandi cõ Saulem, & Israeli tas, sed fortè potius habebat intentionem vertendi se super Philisthinos: ipse tamen ostendebat, cp habere intentionem pugnandi contra Saulem, & nimis conquestus est, quia Philisthijm habuerunt suspitionem cõ ipsum, & fecerunt ipsum redire de bello, 1. Reg. 2. *Et non dimicauit cum eis.* Ideſt, non adiuuit eos ad dimicandum contra Saulem. *Quia inito consilio remiserunt eum principes Philisthinorum.* Isti principes erãt quinque reges Philisthinorum: nam diuisa erat tota terra Philisthinorum per quinque ciuitates, quæ erant Metropoles. s. Accaron, Gaza, Ascalõ, Azotus, Geth, & multę alię vrbes erant sub istis quinque, & principes istarum Metropolium vocantur aliquando reges, & aliquando satrapę, vt patet Iosue 13. & primo Reg. 6. vnus istorum erat Achis rex Geth, cum quo erat Dauid, & duxit eum ad bellum confidens, quòd adiuuaret eum fideliter. Alij autem principes Philisthinorum videntes Dauid in acie scandalizati sunt dicentes, quid sibi volunt Hebrei isti? reuertatur vir, & sedeat in loco, in quo constituisti eum, & non descendat nobiscum in prelium, ne fiat nobis aduersarius cum preliari cęperimus. Quomodo enim placare potest aliter dominum suum, nisi in capitibus nostris? 1. Regum 29. & tunc Achis remisit Dauid in Siceleg. *Dicentes periculo capitis nostri reuertetur ad dominum suum Saul.* Ideſt, cum periculo nostro reuertetur, quasi dicat, ipse occidet aliquos de nobis in bello, & tunc reuertetur ad dominum suum, nec redibit quousque aliquod malum nobis inferat. De Dauid autem quando fuit in bellum cum rege Achis an intenderet pugnare contra Israelitas, vel contra Philisthinos, aut quid intenderet agere, & si pugnaret contra Philisthinos, an peccaret, & etiam si pugnaret contra Israelitas an male ageret, declaratum est. 1. Re. 29.

Quando ergo reuersus est in Siceleg. Scilicet, de bello redijt in Siceleg: nam principes Philisthinorum dixerunt reuertatur vir, & sedeat in loco, in quo constituisti eum, & tunc redijt die tertio in Siceleg. 1. Regum 29.

Transfugerunt ad eum de Manasse. Scilicet, isti nouẽ principes de tribu Manasse, qui exprimuntur hic, trãsfugerunt ad Dauid: nam licet viderunt isti bellum Philisthinorum motum esse contra Saulem, potius voluerunt descendere in terram Philisthinorum ad adiuuandum Dauid, quàm adiuuare Saulem, vel forte quando isti descenderunt nondum inceptum erat bellũ, sed primum verisimilius est, quia isti obuiauerunt Dauid cum iam redirent de bello, sicut dicit litera. *Principes militum in Manasse.* Scilicet, omnes isti nouem erant principes militum, de subditis autem suis nulla fit mentio.

Hi præbuerunt auxilium Dauid aduersum latrunculos. Scilicet, contra latrunculos Amalecitas. Nam interim, vt Dauid iuit cum Achis ad bellum venerunt Amalecitę, & irruerunt super vrbem Siceleg, rapueruntq; omnia, quæ in ea erant, scilicet, vxores Dauid, & virorum suorum, & filios, & filias, atque substantiam, & abeuntes vrbem succenderunt: cùm verò redijt Dauid in Siceleg reperijt vrbem combustam, & tunc secutus est latrunculos, & reperijt eos in agro, occiditq; illos, & in isto bello auxilium præbuerunt Dauid isti principes, qui venerunt de Manasse.

Omnes enim erant viri fortissimi. Redditiuum causæ est, scilicet, poterunt præbere auxilium omnes viri fortissimi. Vel reddit causam inferioris dicti, scilicet, quòd facti sunt principes in exercitu, & hoc quia erant viri fortissimi.

Et facti sunt principes in exercitu suo. Quia erant viri honorabiles, & libenter confugerant ad eum.

Quo tempore isti nouem principes ad Dauid fugerunt. *Quæst. XVII.*

QVAERITVR Quo tempore confugerunt ad Dauid isti nouem principes de tribu Manasse, & omnes illi fratres Saulis, de quibus dicitur in principio cap. Respondẽdum quòd fratres Saulis confugerunt ad Dauid, quando erat in Siceleg ante bellum, in quo mortuus est: isti vero

Universidad de Deusto
Biblioteca

vero principes Manasse confugerunt ad Dauid quã- F
do redibat de bello in Siceleg, sicut dicitur in litera.

Sed dicetur, quòd hoc non potest stare, quia Dauid habebat sexcentos viros quando descendit ad regem Achis in terram Philisthinorum. primo Regũ vigesimoseptimo. & tamen qnando pugnauit contra latrunculos, qui succẽderant Siceleg, solum habebat sexcentos viros, & quadringentos eorum duxit in bellum, ducentos vero dimisit ad torrentem Besor, qui non potuerunt sequi exercitum, primo Regum trigesimo, ergo non venerunt aliqui viri ad Dauid dum erat in Siceleg, quia tunc plures quàm sexcenti fuissent cum eo, quando pugnauit contra latrunculos.

Aliquis forte dicet, quòd Dauid solum habuit sex G
centos viros in illa pugna, quia quamquàm venerũt ad eum fratres Saulis, de quibus dicitur in principio cap. tamen forte non suscepit eos, quia erant sibi nimis suspecti propter cognationem Saul.

Sed hoc non potest stare, quia si Dauid non suscepisset illos, Scriptura non diceret quomodo hic trãsfugerunt ad Dauid in Siceleg, quia frustra erat, quòd venirent ad eum si non susciperet eos.

Item non est verisimile, quòd Dauid non susciperet illos cum sponte venirent ad adiuuandum eum, nec erat verisimile, quòd propter suspitionem eos expelleret, quia erat iam Dauid in terra Philistinorũ, in qua non timebat Saulem, quia non poterat tradi in manus eius.

Aliquis ergo dicet aliter, scilicet, quòd Dauid susce- H
pit istos, & non fuerunt tamen cum eo in bello cõtra Amalecitas, sed soli sexcenti viri, qui descenderant cũ Dauid in terram Philisthinorum adiuuerunt eum in isto bello. Sed istud non stat, quia nullo modo est verisimile, quòd omnes isti viri transfugissent ad adiuuandum eum, & tamen quòd postea non adiuuarent illum in isto bello tam periculoso ad recuperandum filios, & vxores, & totam substantiam quam perdiderat: potissimè quia de illis sexcentis viris, quos habebat Dauid multi præ fatigatione non potuerunt descendere in bellum, sed manserunt lassi ad torrẽtem Besor. 1. Regum 30. Cum ergo esset defectus bellato- I
rum, isti qui venerant de fratribus Saulis, & de principibus Manasse, adiuuarent Dauid in hoc bello.

Item falsum est istud, quia licet posset hoc aliquo modo sustineri quantum ad cognatos Saulis, de quibus in princip. cap. tamen non potest stare quantum ad principes, qui venerunt de Manasse, quia de illis dicitur hic, quòd præbuerunt auxilium Dauid contra latrunculos. Dicendum ergo quòd Dauid habebat sexcentos viros, vel quasi quãdo descendit in terram Philisthinorum: nam aliquando dicitur quòd habebat sexcentos, & aliquando quasi sexcentos, quia 1. Reg. 23. dicitur quòd erant quasi sexcenti viri, & eod. lib. cap. 25. & 27. dicitur qꝫ erant sexcenti, & illi fuerũt antequam venirent fratres Saulis, de quibus supra in principio literę, & etiam antequam venirent nouem K
principes Manasse, de quibus hic dicitur, postea verò venerunt isti, & adiuuerunt Dauid in bello contra Amalecitas, manseruntque semper cum eo, & quando dicitur, quòd erant sexcenti viri cum Dauid in bello contra Amalecitas, dicendum quòd isti etiam cõputantur ibi, quia tamen erant pauci non faciebant quantitatem notabilem super sexcentos viros, & ẽt ibi computantur cum sexcentis viris, & cum dicitur hic, quòd erant principes de Manasse, non est intelligendum, quòd quilibet eorum præesset multis viris: nam ipsi cum paucis viris, vel quasi soli venerunt ad Dauid, & alij, qbus ipsi præerant, noluerunt venire, qa fortè timebant Saulem, sicut dictum fuit supra de vi-

decim principibus de tribu Gad, quorum minimus præerat centum viris, & maximus præerat mille viris, & tamen quando venerunt ad Dauid non habebant omnes simul quadringentos viros, vt supra in quæstione declaratum est.

Sed & per singulos dies veniebant ad Dauid ad auxiliandum ei, vsque dum fieret grãdis numerus, quasi exercitus Dei.

Sed & per singulos dies veniebant ad Dauid. Idest non solum venerunt isti, qui supra nominati sunt ad Dauid, sed etiam multi alij: nam per singulos dies ad eum veniebant aliqui auxiliatores, de istis tamen qui supra positi sunt, facta fuit specialis mentio, eo quòd erant viri nimis honorabiles, & quia veniebant multi simul.

Ad auxiliandum ei. Videbant enim quòd Saul, & sui sequaces persequebantur eum iniustè: ideo zelo iustitię veniebant ad auxiliandum ei.

Vsque dum fieret grandis numerus. Idest tanta erat cõgregatio quotidiana, quòd peruenit exercitus Dauid ad valde magnum numerum.

Quasi exercitus Dei. Potest dupliciter intelligi, vno modo quòd erat iste exercitus magnus, sicut exercitus Dei, quia exercitus eius magnus est Iob vigesimo quinto, scilicet, Nunquid est numerus militũ eius? quasi dicat, non, quia sunt multi milites. Et sunt milites Dei omnes Angeli eius, qui a sicut miles est ad exequendum præceptum ducis, ita & Angeli exequuntur præceptum Dei, & vocantur ministri eius ad Hebræos 1. s. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi. Sic etiam Psalm. 103. dicitur, Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem, & vocantur ministri sui Angeli eius. Potest aliter intelligi quòd erat exercitus Dauid grandis quasi exercitus Dei, idest, a Deo congregatus, scilicet, ea quæ a Deo fiunt sunt perfecta, quia Dei perfecta sunt opera: Deuteron. 32. & quia iste exercitus erat valde magnus, & bene ordinatus, videbatur quòd a Deo congregatus esset. Vel vocatur iste quasi exercitus Dei, quia apparebat manifestè, quòd Deus congregabat illum: nam Dauid non habebat diuitias quas daret venientibus ad se, vt alliceret aliquos ad veniendum ad se, &, quod maius est, non mittebat ipse ad vocandum eos, sed ipsi sponte veniebant, licet essent cognati Saulis, ideo videtur, quòd non mouebantur aliquo motiuo humano, sed Deus mouebat illos ad veniendum, & sic exercitus erat Dei.

Quando fuerit istud, quod hic dicitur. *Quæst. XVIII.*

QVAERITVR vlterius, quando fuit istud quod dicitur hic. Aliquis dicet, qꝫ fuit, qñ Dauid erat in deserto. s. qꝫ quotidie veniebant ad eũ multi de tota terra Israel. Sed dicendũ qꝫ hoc nõ stat, qa dic hic, vsq; dum fieret grandis numerus, quasi exercitus Dei, & tñ nũquã Dauid habuit in deserto tñ numerũ exercitus, quia non fuerunt viri sui vltra sexcẽtos, tot enim fuerunt, quando descendit in terram Philisthinorum. 1. Regum 27. Etiam tot fuerunt postquã redijt de terra illa in terram Iuda cum iã esset rex. 2. Reg. 15. Oportet igit, qꝫ intelligat de alio tpe postquã factus est Dauid. s. rex. Nã postquã mortuus est Saul redijt Dauid in Hebron, & factus est ibi rex sup Iudã regnauitq; septem annis, & dimidio. 2. Reg. 2. & 3. Et hoc tempore multi de vndecim tribubus, qui erant subditi Isboseth veniebant ad Dauid in Hebron, vt auxiliarentur ei, & quotidie sic crescebat exercitus eius, & decrescebat exercitus Isboseth. 2. Regum 3. scilicet. Facta est longa concertatio inter domum Saul, & inter domum Dauid: Dauid proficiens, & semper seipso robustior: domus autem Saul decrescens quotidie. Et in tantum peruenit, vt etiam Abner princeps exercitus Isboseth veniret ad Dauid, vt traderet ei totum regnum Israel eodem capitulo, & ista congregatio quotidiana durauit semper vsque quo mortui sunt fautores domus Saulis, scilicet, Abner, & Isboseth, & tunc totus Israel conuenit ad Dauid in Hebron, & constituit eum in regem super omnes tribus, secundo Regum quinto. Iste sensus conuenit valde ordini literę, quia supra positum est de omnibus, qui venerunt ad Dauid dum lateret in deserto, & etiam dum esset in Siceleg, & infra ponitur de congregatione omnium tribuum ad vngendum Dauid in regem super totum Israel: Istud autem quod est intermedium oportet, quòd intelligatur de tempore medio, & istud fuit tempus, quo regnauit Dauid in Hebron: nam illico, vt redijt Dauid de Siceleg in terram Iuda, factus est rex in Hebron super tribum Iuda. 2. Reg. 1. & 2. cap.

Iste quoque est numerus principum exercitus, qui venerunt ad Dauid, cum esset in Hebron, vt transferrent regnum Saul ad eũ iuxta verbum Domini. Filij Iuda portantes clypeum, & hastam sex millia octingenti expediti ad prælium.

Iste quoque. Hic ponitur secundum huius cap. scilicet, de auxiliatoribus Dauid in regni adeptione: nã ponuntur hic omnes viri, qui conuenerunt de singulis tribubus ad vngendum Dauid in regem super totum Israel, & dicitur.

Iste quoque est numerus exercitus principum, qui venerunt ad Dauid. Scilicet, hic describitur numerus exercitus & principum de singulis tribubus, qui venerunt ad Dauid.

Cum esset in Hebron. Est Hebron ciuitas in sorte Iudę Iosue 15. Et est de famosioribus illius sortis, fuit autem data specialiter in sortem Caleb principi de tribu Iuda Iosue decimoquarto. Et ipse deleuit ex ea tres gigantes eodem libro, ca. decimoquinto. Postea vero data est Sacerdotibus in sortem, vt in ea habitarent, eodem libro, cap. vigesimoprimo. & supra decimoquarto. Ibi etiam Abraham, Isaac, & Iacob cum tribus vxoribus suis sepulti fuerunt Genesis 49. Ad hanc ciuitatem prius ascendit Dauid quàm ad aliquã aliam mortuo Saul quando redijt de terra Philisthinorum, & ibi constitutus est in regem, secundo Remidio regnans solum super tribum Iuda dum Isboseth regnaret super vndecim tribus Israel, secundo Regum quinto. Et ibi genuit filios sex. 2. 3. & supra 3. capit. Ibi autem manebat post mortem Isboseth, & tunc conuenerunt omnes Israelitę ad constituẽdum eum in regem super totum Israel.

Vt transferrent regnum Saul ad eum. Scilicet, vt facerent eum regem super totum Israel, quia tamen Saul fuerat ante hoc primus rex super totum Israel, videbatur regnum debitum filijs eius post mortem, quia nunc Dauid vngebatur in regem super totum Israel dicebatur transferri regnum Saulis ad Dauid.

Iuxta verbum Domini. Non debet intelligi iuxta verbum Domini, ideſt, sicut Deus præcepit, quia Deus non præceperat Israelitis, quòd constituerent Dauid in regem, sed dicitur iuxta verbum Domini, ideſt, sicut prędixit Deus. Nam ipse pronunciauit, quòd regnum Saulis transferendum esset ad Dauid, primo Regum decimoquinto, cùm dixit Samuel: Scidit regnum Israel a te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Et ponitur istud ad significandum iustam translationem regni, scilicet, quòd non fuerunt Israelitę moti propter aliquem fauorem ad faciendum hoc, nec grauauerunt posteros Saulis auferendo eis regnum, quia Dei voluntate factum est, quę satis manifesta apparebat per Prophetam, cùm Deus iussisset Samueli, vt vngeret eum in regem, & vnxit illum, primo Regum decimosexto. A

Filij Iuda. Hic ponitur de singulis tribubus, quot viri veniebant ad vnctionem Dauid, & primo ponuntur de tribu Iuda, quia ipsa erat dignior inter omnes tribus, potissime nunc, cum esset rex de tribu illa.

Portantes clypeum & hastam. Idest, viri armati, qui vtebantur clypeo, & hasta: licet enim ista vnctio Dauid facta fuerit in pace, tamen non veniebant ad eam nisi viri pugnatores portantes arma, vt sic appareret decus exercitus. B

Sex millia & triginta. Computando duces, & milites, quamquàm in aliquibus tribubus computantur per se duces, & per se milites, vt patet infra.

Expediti ad prælium. Idest omnes isti.

Quare tam pauci de tribu Iuda venerunt ad vnctionem Dauid. *Quæst. XIX.*

QVAERITVR Quomodo de tribu Iuda venerunt tam pauci ad vnctionem Dauid, scilicet, ex milia: nam de quibusdam alijs tribubus veniebãt quadraginta millia, & vltra, vt patet in litera, tribus tamen Iuda erat maior omnibus, ita vt plures pugnatores essent in hac tribu qꝫ in quacũque alia. Patet de duabus numerationibus Israelitarum factis in deserto, scilicet, secundo anno ab exitu de Aegypto, & anno quadragesimo: nam in quacũque illarum fuit valde maior numerus virorum de tribu Iuda quàm de quacunque alia tribu: Numeri primo, & vigesimosexto. C

Aliquis fortè dicet, qꝫ iste tribus mittebant nunc viros de seipsis ad vnctionem regis ex mandato eius, & quia rex paucos iussit ire de hac tribu, quamquàm esset maior alijs, pauci iuerunt. Sed istud non stat, quia Dauid non iussit Israelitis, qꝫ venirent ad vngendum eum, quia ipse solus erat rex super tribum Iuda, & nemo iussit Israelitis venire ad vngendum eum, sed ipsi non habentes aliquem regem conuenerunt inter se, vt vngerent Dauid in regem, & tũc congregati sunt omnes ad vngendum eum, & illi qui ibant de aliqua tribu ad istam vnctionem, ibant nomine totius tribus, nec compellebatur aliquis ire, sed ibant quot volebant: vnde quęlibet tribus conabatur mittere viros multos, & honorabiles, vt appareret honorabilior in oculis Dauid, & acquireret maiorem fauorem a rege nouo. Aliter ergo dicet aliquis, qꝫ quamquàm in tribu Iuda essent multi viri plures quàm in quacunque alia tribu, non curauerunt venire ad istam vnctionem, quia fortè non gaudebant nimis de hac vnctione, vel contemnebant regem nouiter vnctum. Dicẽdum qꝫ nõ stat hoc, quia potius viri de tribu Iuda gaudebant magis de ista vnctione quàm viri aliarum tribuũ, & hoc pp duo. Primo qa acquirebat eis magn° honor, cũ Dauid, q erat de gñe ipsorũ, fieret rex sup totũ Israel, & ipsi erãt valde accepti illi. Secũdo qa p hoc cessabat labor eorũ nimius, & quotidiana pericula: nã qñ Dauid erat rex sup solã tribũ Iuda, & Isboseth super vndecim tribus Israel, erat continuũ bellũ inter ambo regna, & necesse erat, quòd ex vtroque D E

Universidad de Deusto
Biblioteca

multi conuerent: nunc autem translato toto regno in Dauid, nullum esset bellum, sicut prius, ideo gauderent. Nec etiam dici potest, q̃ tribus Iuda contemneret regem, quia ipsa est, quę maximè honorabat eum, & ipsa sola secuta fuit eum per septem annos, & dimidium pugnando contra reliquas tribus, secundo Regum quinto.

Aliquis autem dicet aliter, scilicet, quòd venerunt pauci de tribu Iuda, quia licet ista tribus aliàs erat maior numero omnibus alijs, tamen tunc parua erat, quia interdum aliquę progenies crescunt, & interdũ minuuntur, & sic non potuit mittere tribus Iuda plures viros quàm alia tribus.

Sed dicendum, quòd istud nõ stat, quia ista tribus erat nunc maior, quàm quęcunque alia: immo maior quàm tres, vel quatuor. Quod patet in numeratione quam iussit fieri Dauid: nam de sola tribu Iuda fuerunt quingenta millia virorum pugnatorum, & de omnibus alijs vndecim simul sumptis fuerunt nõ gẽta millia virorũ. 2. Re. vlt. Siue mille millia, & cẽtũ, & centũ millia. infra 21. Patet ẽt hoc, quia q̃ñ Dauid regnabat sup̃ solã tribũ Iuda, ipse pugnabat c̃ oẽs tribus Israel, si tñ nõ esset magnę multitudinis nõ posset c̃ oẽs pugnare. Dicẽdũ ergo aliter q̃ de ista tribu fuerũt plures viri in vnctione Dauid q̃ de quacunq; alia tribu, & tñ ponuntur solum sex millia, quia iste est numerus corũ, qui venerunt ad hoc, q̃ interessent vnctioni, & tñ ante hoc magna pars tribus Iuda erat cum Dauid, quia totus exercitus eius, qui erat cum eo in Hebron erat de viris Iuda, & isti non computantur inter uenientes, quia isti ante hoc manebant semper cum Dauid: ẽt præter istos fere tota tribus Iuda erat occupata parando cibos, & congregando de diuersis partibus regni, pro ista magna festiuitate vnctionis Dauid: nam conuenerunt plusquam ducenti millia virorum, vt patet in litera: ideo illi non poterant venire ad festiuitatem assistendo, & sic nõ misit tribus Iuda nisi tex millia virorum, inter quos non computantur illi, qui erant ante hoc cum Dauid in curia, & ẽt illi, qui dispergebantur per totam terram, vt congregarent cibos pro hac solennitate.

De filijs Simeon virorum fortissimorum ad pugnandum, septem millia centum. De filijs Leui, quatuor millia sexcenti.

De filijs Simeon. Computatur post Iudam tribus Simeon nõ secundum ordinem natiuitatis, quia prior fuit Ruben, nec secundum ordinem dignitatis, quia digniores sunt Beniamin, & Ephraim, sed secundum ordinem sortis, scilicet, quia tribus Simeon accepit sortem suam intra sortem tribus Iuda Iosue 19.

Virorum fortissimorum ad pugnandum. Non est intelligendum, quòd omnes isti essent viri valde electi in robore, sicut signat istud nomen fortissimus, sed vocantur viri fortissimi omnes, qui sunt in ętate virili, ita vt possint ad bella procedere, & iste est modus loquendi sacrę Scripturę, sic patet secundo Regum vltimo, scilicet, inuenta sunt de Israel nongenta millia virorum fortium, qui educerent gladium, & sic omnes educere potentes gladium ad pugnandum, vocantur viri fortes.

Sex millia, & centum. Ista tribus parua erat in numero, nec erat aliqua minor: nam in numeratione facta in deserto anno quadragesimo ab exitu de Aegypto fuerunt solum vigintiduo millia virorum in hac tribu. Numeri vigesimosexto. Et propter hoc ista tribus accepit minimã sortem inter omnes tribus Israel: vnde non accepit aliquam sortem separatam, sed de sorte Iuda abscissa est quędam pars, & tradita fuit tribui Simeonis in sortem Iosue 19. Misit ergo paucos viros nunc. Alia etiam fuit causa huius paucitatis, q̃ viri de tribu Simeon erant occupati quęrendo, & congregando cibos pro ista solennitate, sicut viri de tribu Iuda. Nam infra dicitur, quòd viri Iuda parauerunt cibos pro venientibus ad solẽnitatem, & in hoc adiuuerunt eos omnes alię tribus propinquę vsque ad tribum Issachar, & tamen nulla tribus erat magis coniuncta viris Iuda quàm tribus Simeon, cum possessio sua sit in medio sortis Iudę Iosue 19. ideo viri de tribu Simeon nimis occuparentur circa istam congregationem, ideo non possent mittere multos ad solennitatem.

De filijs Leui. Hic ponitur quot venirent de tribu Leui ad istam solennitatem, & ponitur tribus Leui post tribum Simeonis secundum ordinem natiuitatis, quia Leui natus est post Simeonem. Genes. 29.

Quatuor millia sexcenti. Cognatio Leuitarum erat parua, ideo pauci venerunt: nam in alijs tribubus erat multo plures quàm in ista tribu: nam in alijs computabantur viri a viginti annis, & supra: Numeri primo, & vigesimosexto. Qui verò minor erat non computabatur, in progenie autem Leuitarum computabantur ab vno mense, & supra, & tamen Leuitę erant semper pauciores: nam bis numerati sunt sic, & non peruenerunt ad vigintitria millia. Numeri 3. & 26. Et tamen aliq̃ tribus erant, in quibus fiebat computatio ab anno vicesimo, & reperiebantur septuaginta millia, vel quasi, vt patet ibidem.

Quomodo hic ponitur cognatio Leuitarum. Quæst. XX.

QVAERITVR Quomodo ponitur hic cognatio Leuitarum tanquam vna de tribubus, q̃ nõ computatur inter tribus: nam duodecim sunt tribus Israel, & tamen si cognatio Leuitarum esset tribus, essent tredecim, quia filij Ioseph habuerunt duas tribus, scilicet, Ephraim, & Manasse.

Respondendum est, quòd Leuitę erant filij Iacob, & quia singuli filij Iacob constituebant tribum Leui, constitueret vnam tribum: Deus tamen elegit Leuitas in partem suam, volens quòd ministrarent sibi, & voluit q̃ essẽt separati a reliquo populo, nec esset q̃ populi, nec etiam computarentur cum populo, vt de quando Deus iussit, quòd acciperetur summa omnium virorum Israel, dixit, quòd non computaretur Leuitę inter eos. i. tribum Leui noli numerare, nec ponas summam eorum cum filijs Israel, sed constitue eos super tabernaculum testimonij: Numeri primo. Iussit etiam Deus, quòd non haberent Leuitę aliquam partem hęreditatis cum alijs Israelitis, quia ipse volebat esse hęreditas illorum: Num. 18. & Deut. 18. & Iosue 13. Distinctio autem tribuum erat propter distinctionem sortium in terra promissionis. i. q̃ quilibet tribus haberet vnam sortem, fuerunt autem aliquatę duodecim sortes, & inter illas nulla fuit data Leuitis, ideo ipsi non computabantur tanquam vna tribus. Sciendum tamen, q̃ aliquando Leuitę intelliguntur nomine duodecim tribuum, & aliquando non: nam si id, de quo agitur, sit pertinens ad aliquam vtilitatem sęcularem, vel ad aliqua onera non intelliguntur Leuitæ nomine duodecim tribuum: si autem id, de quo agitur, pertineat ad cultum Dei, qui communis erat, intelliguntur Leuitę nomine duodecim tribuum. Prima pars patet, quia vtilitas sęcularis est habere possessionem, & tamen quando dicitur, quòd singulis tribubus, & familijs dabantur possessiones, non intelliguntur Leuitę nomine tribuum, quia ipsi non sortiuntur aliquam sortem possessionis. De oneribus patet, quia pertinet ad onera sęcularia ire ad bellum, & soluere tributa, & tunc nomine tribuum non intelliguntur Leuitę, vt si dicatur, quòd omnes tribus Israel pugnauerunt, non est sensus, quòd Leuitę pugnauerunt, quod patet, quia quando computabatur totus populus per turmas suas, scilicet, qui erant potentes ad bellum, iussit Deus, quòd non computarẽtur Leuitę cum eis. Num. primo. Secunda particula patet, quia si aliquid pertinebat ad Deum, & dicebatur, quòd totus Israel, vel omnes tribus deberent facere illud, intelligebantur etiam Leuitę, quia cultus Dei communis erat omnibus, sic patet Deutero. 27. vbi iussit Deus, quòd sex tribus benedicerent obseruantibus legem, & sex tribus maledicerent violantibus eam, & ponitur ibi vna de tribubus Leui. eod. ca. sic etiam cum beatus Ioannes ageret de conuersione sęculi designati per duodecim tribus Israel ad Christum, posuit tribum Leui vnam de duodecim tribubus: Apocap. 7. eo quòd conuersio ad Christum, de qua ibi agitur, pertinet ad cultum Dei. Hic autem non erat aliquod onus sęculare, nec aliqua vtilitas, sed erat conuenire ad solẽnitatem vnctionis regis, & rex erat omnibus communis tam Leuitis, quàm sęculatribus: ideo ponuntur hic Leuitę inter alias tribus.

Quomodo assignantur duodecim tribus cum Leuitæ computati fuerint vna tribus. *Quæst. XXI.*

QVAERITVR Vlterius cum aliquando Leuitę computentur inter tribus, & aliquando non, quando computati fuerint vna tribus, quomodo assignabuntur duodecim tribus Israel, nam siue computetur Leui, vt tribus, siue non, nunquam ponuntur nisi duodecim tribus, ideo oportebit vnam tribum tolli, vel duas tribus copulari in vnam.

Respõdendum est, quòd semper sunt solum duodecim tribus, & istę debebant propriè computari per duodecim filios Iacob, de quibus ablatus est Leui, & manebant vndecim tribus, diuisa fuit autem cognatio Ioseph in duas tribus per duos filios Ioseph, scilicet, Manasse, & Ephraim, qui acceperunt duas sortes ex speciali priuilegio. Gene. 48. Et aliàs tota cognatio Ioseph erat vna tribus, ideo si interdum computetur Leui: Dicendum est, quòd tribus Ioseph erit vna, & copulabuntur tribus Manasse, & Ephraim, nec vocabitur tunc tribus Ephraim, & Manasse, sed tribus Ioseph: sic enim patet Deuteronom. 27. in benedictione, & maledictione obseruantium, & violantium legem: nã non nominatur ibi Manasse, aut Ephraim, sed Ioseph. Si tamen interdum debebat nominari Ephraim, vel Manasse, vel si princeps cuiuslibet tribus deberet agere aliquid, & deberet esse vnus princeps pro tribu Ioseph, dubium esset an illud deberet agere princeps de tribu Ephraim, vel de tribu Manasse. Aliquis dicet, quòd princeps de tribu Manasse deberet hoc agere, quia Manasse erat primogenitus Ioseph, & ad eum pertinebat iste honor. Dicendum tamen est, quòd pertineret ad principem tribus Ephraim, quia ista tribus erat maioris dignitatis quod significauit Iacob: nam quãdo Ioseph applicuit istos duos pueros Manasse, & Ephraim auo corũ Iacob, vt imponeret eis manus, & benediceret, posuit Manassem ad dextram, & Ephraim ad sinistram: Iacob autem transuersauit manus, & posuit dextram super Ephraim, & sinistram super Manasse, Ioseph autem dixit, non ita conuenit pater, quia iste est primogenitus, pone dextram tuam super caput eius, qui renuẽsait, scio fili mi, & iste quidem erit in populo, & multiplicabitur, sed frater eius minor erit maior illo, & semen illius crescet in gentes: Genes. quadragesimo octauo. Et semper fuit tribus Ephraim maioris honoris quàm Manasse: nam quando in deserto diuisæ fuerunt duodecim tribus per quatuor vexilla datum est vnum vexillum Ephraim, & nullum Manasse, sed potius tribus Manasse fuit sub vexillo trib⁹ Ephraim. Numeri secundo. Etiam in dedicatione Tabernaculi Moysi quando singuli principes tribuum obtulerunt munera sua singulis diebus, princeps tribus Ephraim obtulit priusquam princeps tribus Manasse, vt patet Numeri septimo. Dicendum etiam quòd si aliquando nominetur tribus Ioseph, & oporteat intelligi solum vnam tribum, scilicet, Manasse, vel Ephraim, intelligetur tribus Ephraim, sic patet Apoc. septimo, vbi exprimitur tribus Manasse, & postea exprimitur tribus Ioseph, per quam non potest intelligi ibi, nisi Ephraim, & tamen non legitur alicubi, q̃ nominata tribu Ioseph, intelligatur solum tribus Ephraim: est tamen quædam difficultas in eodem capitu. quia cum beatus Ioannes dicat ibi se nominare duodecim tribus Israel, nominauit Leui, & Ioseph, & Manasse, & non nominauit Dan. Cur tamen hoc factum fuerit, vel quomodo sufficienter nominantur duodecim tribus Israel non nominato Dan, ibidem declarabitur.

Ioiada quoque princeps de stirpe Aaron, & cum eo tria millia septingenti. Sadoc etiam puer egregiæ indolis, & domus patris eius principes vigintiduo.

Ioiada quoque princeps de stirpe Aaron. Iste Ioiada venit etiam ad istam solennitatem, & nominatur specialiter, quia erat princeps in stirpe illa, vt hic dicitur: non tamen erat Sacerdos magnus, vt infra declarabitur in quadam quæstione de hoc.

Et cum eo tria millia septingenti. Isti sunt præter quatuor millia, & sexcentos Leuitas, de quibus supra dicitur, quia illi fuerunt in alia congregatione. Iste autem cum esset princeps habuit secum aliam specialem multitudinem, scilicet, tria millia, & sexcentos.

Sadoc etiam puer egregiæ indolis. Iste etiam fuit Sacerdos, & venit ad vnctionem Dauid: nominatur autem specialiter, quia fuit de magnis principibus cognationis Leuitarum: nam erat iste Sadoc, qui fuit summus Sacerdos, vt multi arbitrantur: de hoc tamen infra dicetur in quadam quęstione. Et dicitur egregię indolis, quia quamquàm esset in ęta te puerili habebat virtutes viriles, & per hoc erat signum, quòd quando esset vir, esset magnæ virtutis: nam ex studijs suis cognoscitur puer.

Et domus patris eius. Idest tota domus siue familia venit cum illo, quia iste Sadoc erat princeps in cognatione sua.

Principes vigintiduo. Scilicet cum Sadoc veniebãt vigintiduo principes, qui omnes erant minores Sadoc, quia erant de domo patris eius.

Quis fuerit iste Ioiada, de quo fit mentio.
Quæst. XXII.

QVAERITVR De isto Ioiada, de quo hic dicitur, quis erat. Aliqui. n. dicunt, quòd iste erat Ioiada summus Sacerdos, qui fuit tempore regis Ioas, & constituit Ioas in regem, occiditq; Athaliam reginam. 4. Reg. 11. & sequenti lib. capitu. 23. & 24. Et istud apparet, quia fit hic mẽtio specialis de eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

inter Sacerdotes. Et etiam dicitur, quòd erat princeps, & tamen princeps Sacerdotum est ille, qui est summus Sacerdos.

Sed objicietur, quòd non possit stare, quia non viueret tãto tempore, vt posset pertingere ad dies regis Ioram, qui fuit multo post hoc.

Aliquis dicet, quòd sic, quia iste fuit longæuus nimis, nam vixit centũ annis & triginta sequenti lib. ca. 24. Et dicit de eo Iosephus 9. Antiqui. Quia post Moysen non fuit repertus aliquis, qui viueret centum, & triginta annis, nisi iste Ioiada.

Dicendum tamen, quòd dato, quòd vixerit tanto tempore, nõ potuit peruenire ad annos regis Ioram, quod patet, quia oportebat ad hoc, quòd viueret plus quam ducentis annis, sed non peruenit ad eos. Patet G hoc discurrendo tempora media, nam esset iste Ioiada ad minus vigintiquinque annorum, vel plus isto tempore, quando venit ad vnctionem Dauid, cum ponatur hic tamquam vir, & princeps, & non nominetur puer, sicut Sadoc. Deinde regnauit Dauid triginta tribus annis super totum Israel post istam vnctionem, secundo Regum 5. & tertio Regum secundo. Deinde Salomon 40. annis. 3. Regum vndecimo. deinde Roboam 17. annis. eodem lib. capitu. 14. postea Abia tribus annis. eodem lib. cap. 15. deinde Assa 41. annis. eodem cap. postea Iosaphat vigintique annis. eodem lib. cap. vlti. postea Ioram annis 8. vt patet 4. Regum 8. cap. deinde Ochozias anno vno, eod. ca. & postea vixit adhuc Ioiada plusquam ad 23. annum regni Ioas: nam in tempore illo fiebat constructio sar H tatectorum templi ad mandatum eius, quarto Regũ duodecimo. Sed colligendo istos annos sunt quasi ducenti, & decem: ideo non potuit Ioiada tanto tempore viuere, & consequenter ille Ioiada, qui erat tẽpore regis Ioram summus Sacerdos non est iste, qui venit nunc ad vnctionem Dauid, sed aliquis alius Sacerdos: ille autem Ioiada non poterat esse natus hoc tempore, sed multo post natus fuit, scilicet, regnante Salomone, quasi anno vicesimo regni eius, vt patet per eandem computationem, quam supra fecimus, scilicet, tollendo omnes annos priores quousque maneant solum centum, & triginta quibus vixit Ioiada. I

Quis fuerit summus Sacerdos tempore Ioas regis.
Quæst. XXIII.

QVAERITVR Vlterius cum iste Ioiada non fuit ille summus Sacerdos, qui fuit tempore regis Ioas, an fuerit aliquis summus Sacerdos tempore isto, vel quis fuit. Aliquis dicet quòd fuit summus Sacerdos Ioiada, quia dicitur hic Ioiada princeps de domo Aaron: princeps tamen in domo Aaron erat summus Sacerdos, qui vocatur princeps, & maximus inter fratres suos: Leui. vigesimoprimo. Etiam patet hoc, quia cum isto iuerunt tria millia, & septingenti de filijs Aaron, & sic videtur, quòd erat honorabilissimus in tota tribu Leuitarum, sed istud competit summo Sacerdoti, ideo ipse K erat summus Sacerdos.

Respondendum, quòd non erat iste Ioiada tunc summus Sacerdos. Quod patet, quia summus Sacerdos erat semper vnicus, scilicet, ille, qui veniebat per lineam primogenituræ ab ipso Aaron, vt colligitur Leui. 21. fuerunt tamẽ tempore Dauid, & Saulis duo summi Sacerdotes propter discordiam, & nullus istorum fuit Ioiada, ideo nunquam fuit summus Sacerdos. Patet hoc, quia regnãte Saule erat Achimelech summus Sacerdos, qui ministrabat coram Domino in Tabernaculo, quod erat in vrbe Nobe. 1. Reg. 21. Et istum occidit Saul cum omnibus cognatis suis, & F deleuit totam vrbem propter Dauid. eod. lib. cap. 22. Et tunc transtulit Saul Sanctuarium de Nobe in Gabaon, & constituit ibi summum Sacerdotem de stirpe Eleazar. scilicet Sadoc, vt declaratum est supra. ideo mortuo Saul habebat Dauid duos summos Sacerdotes. s. Sadoc, & Abiathar. 2. Reg. 8. & 20. & infra 18. Habebat autem Abiathar in summum Sacerdotẽ, quia erat filius Achimelech summi Sacerdotis, 1. Regum 22. Et maximè quia fuerat cum eo in omnibus laboribus, quos sustinuit Dauid 3. Reg. 2. & insuper quia Dauid erat ei obligatus nimis, cum propter eum deleta fuisset tota domus patris eius. 1. Reg. 22. cùm dixit Dauid: ego sum reus omnium animarũ patris tui, & propter hoc debebat ei dare fauorem, vt maneret in honore suo, & sic fecit, quia ipse fecit & toto tẽpore suo Abiathar esset summus Sacerdos, & etiam paulo antequam moreretur cum ordinaret cultum Domini, constituit duos principes Sacerdotum, scilicet Abiathar, & Sadoc, infra 24. cap. Sadoc autem fuit Sacerdos, quia cõstitutus erat Sacerdos magnus post Saulem occiso Achimelich. Et Dauid non ausus est auferre illi summum Sacerdotium, cùm iuste pertineret ad eum, quia ipse erat de linea primogeniti domus Eleazari, & ad istam domum pertinebat summum Sacerdotium, sed ad tempus ablatum est, quãdo datum est Heli summo Sacerdoti, & durauit vsq; ad Achimelech, nam illi erant de domo Ithamar, & non pertinebat ad eos secundum legem Sacerdotij, & insuper Deus prædixerat, & Sacerdotium auferretur de domo Heli, & transiret ad aliam domum, in qua semper maneret primo Reg. 2. De his magis declaratum est. 3. Reg. 2. Manserunt ergo isti duo summi Sacerdotes tempore Dauid, & tamen postea Salomon abstulit summum Sacerdotium ab Abiathar, & fecit, quòd solus Sadoc esse summus Sacerdos. 3. Regum 2. non potuit ergo Ioiada esse summus Sacerdos tempore Dauid, aut Saulis, cum isti duo fuerint summi Sacerdotes, nec videbatur aliqua causa, quare fieret summus Sacerdos. Sed aliquis dicet, quòd forte iste Ioiada constitutus fuit Sacerdos, per Samuelẽ occiso Achimelech, & mansit Sacerdos tempore Dauid, & postea mortuo ipso successit ei Sadoc, & tunc dicet, quòd Sadoc non erat tunc summus Sacerdos quando Dauid vnctus est super totum Israel in regẽ, sed istud non stat, quia si moreretur Ioiada summus Sacerdos constitutus per Saulem non faceret Dauid quòd succederet ei alius, quia ipse habebat alium summum Sacerdotem viuentem, scilicet, Abiathar, & non curaret constituere duos summos Sacerdotes cum lex solum disposuisset de vno, & tamen tempore Dauid erant semper simul duo summi Sacerdotes, scilicet, Sadoc, & Abiathar, vt probatum est, ergo iam erat summus Sacerdos Sadoc, quando vnctus fuit Dauid. Item patet istud, quia immediatè legitur de Sadoc, & esset summus Sacerdos, nam Dauid reduxit arcam Domini in Ierusalem in domum suam, & constituit ibi Leuitas, & Sacerdotes ad ministrandum, & alios Sacerdotes, & Leuitas constituit in Gabaon, vbi erat templum, in quo iussit Dauid, vt Sadoc esset tamquam summus Sacerdos, & alij summi Sacerdotes ministrarent sub eo. infra 16. Et tñ si Ioiada fuisset summ' Sacerdos tpe vnctionis Dauid, ipsum cõstituisset Dauid summum Sacerdotem in Gabaõ, & non Sadoc. Dicendum ergo, quòd iste Ioiada non fuit summus Sacerdos: fuit tamen quidam princeps magnus inter Sacerdotes tempore suo, quia forte erat de progenie summorum Sacerdotum, & propter hoc nominatur hic expresè, & erant cum eo tria millia, & septingenti viri.

An iste Sadoc sit ille, qui fuit summus Sacerdos cum Abiathar tempore Dauid. Quæst. XXIIII.

QVAERITVR Vlterius an iste Sadoc, de quo hic dicitur fuit ille, qui erat summus Sacerdos cum Abiathar tempore Dauid.

Aliquis dicet, quòd sic, quia dicitur hic, quòd erat magnus princeps, scilicet, quia venerunt cum eo vigintiduo principes de domo patris eius, & iste erat magnus honor, ideo videtur quòd ipse erat summus Sacerdos. Item patet hoc, quia fit hic specialis mentio de eo, & tamen non fieret mentio nisi esset honoratissimus in tribu Aaron, quod pertinet ad summum Sacerdotem.

Dicendum, quòd nõ apparet manifestè an iste Sadoc esset summus Sacerdos, & causa huius est, quia dicitur hic, quòd erat puer egregię indolis, & tamen si esset puer non posset ministrare, nec esse summus Sacerdos, vel saltem ministraret alius pro eo quousque veniret ad ętatem, in qua esset potens ministrare, & tamen de Sadoc videtur quòd erat iam vir, cum iam esset summus Sacerdos, ideo quòd non esset iste Sadoc. Satis tamen potest dici, quòd esset iste, quia si non esset valde puer poterat ministrare, & sic esset summus Sacerdos, si pertinebat ad eum ex conditione generis sui, ideo potest hic teneri quodcunque.

De filijs autem Beniamin fratribus Saul, tria millia, magna enim pars eorum adhuc sequebatur domum Saul.

De filijs autem Beniamin fratribus Saul. Ponuntur illi, qui venerunt ad vnctionem Dauid de tribu Beniamin, & vocantur filij Beniamin fratres Saulis, quia erat Saul de ista tribu, primo Regum nono. Et omnes de eadem tribu vocantur fratres: nam etiam omnes Hebræi inter se vocantur fratres: Deuteronom. decimoquinto.

Tria millia. Pauci venerunt de hac tribu, & pauciores quidem quàm de quacunque alia, & ratio huius fuit duplex. Prima, quia multi de ista tribu discurrebant ad congregandum cibos pro ista solennitate: D nam tribus Israel omnes, quę erant iuxta tribum Iudę vsque ad Issachar adiuuabant in hoc viros Iuda, vt patet infra in litera: tribus tamen Beniamin coniuncta est sorti Iudę, quia latus Aquilonare Iudę, & latus Metidianum Beniamin sunt idem, vt patet Iosue decimoquinto, & decimooctauo, quia eadem loca ponuntur in latere vtriusque sortis. Secunda causa fuit, quia tribus Beniamin non erat bene contenta, quòd Dauid vngeretur in regem super totum Israel, eo q̃ ante hoc Saul erat rex super totum Israel, qui erat de tribu Beniamin, & nunc quoq; multi de illa tribu fauebant domui Saulis, vt de illa fieret rex, vt dicitur in litera: ideo pauci voluerunt venire de hac tribu.

Magna enim pars eorum adhuc sequebatur domum Saul. Idest multi de ista tribu sequebantur domum Saulis, E scilicet, quia volebant, quòd non cessaret regnum de illa domo, ideo nolebant venire ad vngendum Dauid in regem, quem putabant hostem illius domus.

Quid intendebant facere isti de tribu Beniamin.
Quæst. XXV.

QVAERITVR Quomodo dicebantur isti sequi domum Saulis, & quid intendebant facere?

Respondendum, q̃ cum ante hoc regnum fuisset in domo Saulis, & per hoc tota tribus Beniamin esset

A honorata nimis, volebant viri de hac tribu, q̃ maneret semper regnum in domo ista, & ideo intendebãt constituere aliquem in regem de posteritate Saulis.

Sciendum tamen, q̃ nõ manebat aliquis filius Saulis, qui posset succedere, sed manebant nepotes, manebãt namque solum octo viri de domo Saulis, quod patet, quia quando Gabaonitę petiuerunt, vt daretur sibi tota domus Saul ad delendum eam, dicitur quòd Dauid eripuit solum Miphiboseth, & sic omnes alij occisi sunt. 2. Regum 21. & tamen non fuerunt occisi nisi septem viri: ergo videtur, q̃ solum octo viri manebant. Erant autem duo istorum filij Saulis ex concubina nomine Respha: ideo non poterant succedere, quia in dignitate regali non succedunt illegitimi, erant autem quinque nepotes Saulis. s. filij Merob filiæ Saulis, & Adrielis Mozathithę. eod. cap. & ad istos B non pertinebat successio directè, quia sicut mater eorũ non poterat succedere in regno, ita nec ipsi poterant succedere iure matris. Isti autem septem fuerũt, qui postea suspensi sunt ad petitionem Gabaonitarũ. eodem cap. Alij autem filij Saulis non reliquerant filios nisi solus Ionathas, qui erat primogenitus Saulis, cùm ponatur primus inter filios eius semper, vt patet primo Regum 14. & supra 8. & 9. Et ad istum pertinebat successio iure primogenituræ, sed mortuus est in bello, 1. Regum vltimo. Mansit autem vnus filius eius, scilicet, Miphiboseth, qui erat claudus vtroque pede. 2. Regum 4. & 9. Et ad istum directè pertinebat successio regni: plurimi autem de tribu Beniamin C intendebant istum constituere in regem, vel saltem filiũ eius Micha, qui nõ erat claudus, sicut pater suus. primo Regum nono. Ideo spem habentes de hoc noluerunt ire ad vnctionem Dauid, quia tamen Dauid fuit valde bonus, omnes postea consenserunt in eum, vt esset rex, & cessaret contentio filiorum Beniamin.

Porrò de filijs Ephraim viginti millia octingenti, fortissimi robore, viri nominati in cognationibus suis, et ex dimidia tribu Manasse decem, et octo millia singuli per nomina sua, venerunt, et constituerunt regem Dauid. De filijs quoq; Issachar viri eruditi, qui nouerant singula tempora ad præcipiendum quid facere deberet Israel, principes ducenti: Omnis autem reliqua tribus eorum consilium sequebatur.

Porrò de filijs Ephraim. Ista est alia tribus de filijs Ioseph, & fuit valde honorata inter Israelitas, quia de quatuor vexillis deserti ipsa habuit vnum Num. 2. de hac etiam tribu fuerunt omnes reges Israel facta diuisione regni tempore Roboam: nam primus eorum. s. Ieroboam fuit de ista tribu. 3. Reg. 11. Et consequenter alij, vel plurimi ipsorum. *Viginti millia octingenti.* De ista tribu iuerunt multi ad vnctionem Dauid, eo quòd non erant multi ipsorum occupati congregando cibos pro ista solennitate, sicut erant occupati viri de alijs tribubus supra positis, eo quòd sortes illarum tribuum erant magis coniunctę sorti Iudæ, & quia ad tribum Iuda principaliter pertinebat congregare necessaria pro ista solennitate, cum fieret in Hebron, quę est ciuitas tribus Iudæ, quæ erant magis propinquæ, adiuuabant magis tribum Iudæ. *Fortissimi robore.* Idest, fortes pugnatores: erant enim viri de tribu Ephraim animosi

valde,& ſuperbi pluſquam viri aliarum tribuũ,quod patet ex multis ſcandalis,quę fecerunt ipſi, & nullũ fecit aliqua de alijs tribubus:patet enim hoc de Gedeone:ipſe enim erat iudex Iſrael,& erat de tribu Manaſſe: pugnauitque contra Madianitas: & habuit mirabilem victoriam Iud.6.& 7.Soli autem viri de tribu Ephraim ſuperbierunt, quia non vocauit eos, & clamabant contra Gedeonem,& dicitur, quòd Iurgantes fortiter erant, & prope vim inferentes, Gedeon autem non potuit compeſcere iram ipſorum, niſi verbis blandis humiliando ſe, & exaltando illos, dicens: quid enim tale facere potuit quale vos feciſtis, nonne melior eſt racemus Ephraim vindemijs Abiezer?in manus veſtras tradidit Dominus principes Madian Oreb,& Zeb.Cum locutus eſſet iſtud requieuit ſpiritus eorum, quo inflabantur contra eum.Iudi.8. Iterum etiam cum Iephte Galadites pugnauiſſet contra Ammonitas,& non iuiſſent illuc viri Ephraim,habita victoria mirabili inuiderunt filij Ephraim Iephte, & dixerunt: Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon vocare nos noluiſti, vt pergeremus tecum? ideo incendemus domum tuam.voluerunt ergo tũc Ephraitę pugnare contra Iephte: ipſe vero occidit quadragintaduo millia de eis Iudi.12.

Viri nomin tti in cognationibus ſuis. Scilicet omnes iſti viri Ephraim, qui venerunt ad vnctionem Dauid erant viri generoſi, & nominati in cognationibus ſuis.

Et ex dimidia parte tribus Manaſſe. Hic ponitur, quot venerint de tribu Manaſſe ad vnctionem iſtã. Et ſciendum eſt, ꝙ ſola tribus Manaſſe erat diuiſa in duas medietates, vt ſupra dictum eſt, & vna habitabat ad Orientalem partem Iordanis in terra duorum regum Amorrhęorum:alia vero citra Iordanem ad Occidentem apud ſortem Ephraim, hic autem dicitur de medietate illa,quę erat citra Iordanem,& ideo ponitur poſt Ephraim:de alia autem medietate, quæ erat vltra Iordanem infra ponitur numerus venientium de illa ad vnctionem iſtam cum tribu Ruben, & Gad.

Decem,& octo millia. Quamquàm eſſet ſolum medietas tribus,tamen miſit decem,& octo millia virorum ad iſtam vnctionem, quia pauci occupabantur de iſta tribu, quęrendo,& congregando cibos pro ſolennitate iſtius vnctionis, ſicut occupabantur de quibuſdam alijs tribubus.

Singuli per nomina ſua. Ideſt, omnes iſti erant congregati,& deſcripti nominatim,qui erant viri de quibus fiebat mentio in tribu ſua.

Venerunt, vt conſtituerent Regem Dauid. Scilicet, ad vnctionem ſupradictam: nam omnes tribus Iſrael cõuenerant in hac ſententia, quòd vngerent Dauid in Regem.

De filijs quoque Iſſachar. Hic ponitur, quot venerũt de tribu Iſſachar, & multi venerunt de hac tribu, qa non fuerunt aliqui de iſta tribu occupati in prępara-
tione,& congregatione ciborum pro ſolennitate, ſicut de alijs tribubus.Quia infra dicitur,quòd omnes, qui erant de alijs tribubus vſque ad Iſſachar adiuuerunt fratres ſuos de tribu Iuda,& ſic qui erant de tribu Iſſachar non adiuuerunt eos.

Eruditi viri,qui nouerant ſingula tempora. Aliqui putant iſtos fuiſſe Aſtrologos, qui cognoſcerent tempora:& tamen falſum eſt, vt infra dicetur ſequenti quęſtione.

Ad præcipiendum quid facere deberet Iſrael. Erant nimis prudentes,& quia ad ſapientem pertinet ordinare, teſte Ariſtotele,iſti diſponebant de ſingulis temporibus quid deberet facere Iſrael in illis,& totus populus ſequebatur conſilium eorum,quia erant viri valde prudentes, & magnæ auctoritatis in toto Iſrael. *Principes ducenti.* Ponitur hic numerus principum,ſed non ponitur numerus virorum, qui veniebant cum eis,ſed ſatis innuitur, quòd deberent eſſe multi principũ ſubditi, cùm eſſent tot principes:omnis autem alia tribus eorum conſilia ſequebatur, ſcilicet,tota tribus Iſſachar, & ideo iſti erant tamquam patres,& principes.

Quomodo principes iſti ducenti omnia tempora ſcirent ad prącipiendum Iſrael. Quæſt. XXVI.

QVAERITVR Quomodo dicuntur iſti ducenti principes ſcire omnia tempora ad prącipiendum Iſrael. Aliqui volunt,quòd iſti erant viri inſtructi in lege,& per hoc ſciebãt prącipere populo quid facere deberet, & etiam omnia tempora,in quibus fieri deberet quidquid ad cultum Dei pertinebat.Et de hoc exponunt illud, quod habetur Gen.49.ſ.Iſſachar aſinus accubans inter terminos vidit requiem, quòd eſſet bona.ſ.requiem in ſtudio legis. Quia ad ſtudium requiritur quietatio animę,& etiam corporis,& in quieſcendo anima fit prudens,& ſapiens.7.Phyſico.Sed iſtud non ſtat,quia litera non poteſt intelligi de quiete ſtudij, ſed magis de quiete, quę eſt in terra propria non diſcurrendo hinc, & inde,put quies opponitur peregrinationi,& patet hoc ex litera,quia in benedictione Zabulon dixerat Iacob.Zabulon in litore maris habitauit, & in ſtatione nauium pertingens vſque ad Sidonem, & per hoc innuitur,quòd viri de tribu Zabulon diſcurrerent per mare afferendo,& portãdo merces, quia de hoc ſolent viuere illi, qui morantur in litore maris,& quia ſubditur immediatè benedictio Iſſachar, crederet aliquis, quòd ſic nauigaret Iſſachar,ſicut Zabulon:ideo dixit Iacob,quòd non,ſed quòd quieſceret in terra ſua,ſcilicet,Iſſachar aſinus fortis, ſcilicet, quòd ſicut aſinus eſt animal pigrum valde, ita & tribus Iſſachar erat valde pigra,quia cum habiteret iuxta mare non diſcurrebat in nauigijs ad negociandũ, & dicitur Accubans inter terminos,ideſt,tacens, & non diſcurrens, quamquàm eſſet iuxta terminos maris:vidit requiem quòd eſſet bona, & terram, quòd optima,ideſt,vidit quòd bonum erat quieſcere in terra ſua non diſcurrendo per mare exponendo ſe diuerſis periculis,potiſſime quia terra erat optima, ideſt, fertilis ad hoc, quòd poſſet ſufficienter ſuſtentari de fructibus eius.Secundo patet, quia non eſt veriſimile,quòd tanta eſſet vacatio virorum de tribu Iſſachar in ſtudio legis:nam nunquam reperitur in aliquo loco Scripturę de aliqua tali vacatione.Item patet hoc, quia non pertinebat talis vacatio ad aliquam de tribubus Iſrael,quia populus erat ſic ordinatus, quia tota tribus Leui vacabat cultui Dei, & ſtudio ſacrę Scripturę,eo quòd non occupabatur alicui agriculturæ, vel militię, immo dato, quòd vellent occupari non poterant, quia Deus iuſſerat, quòd Sacerdotibus,& Leuitis darentur vrbes ſine territorijs, ita vt non haberent locum ad plantandum vineas, nec ad ſerendũ agros,ſed ſolum dabantur eis parua ſuburbana apud vrbes ad alendum peccora ſua in eis. Numeri trigeſimoquinto.& Ioſue decimotertio.Et hoc erat,quia de decimis,& alijs iuribus Sanctuarij ſuſtentari debebant Sacerdotes,& Leuitæ:Numeri 18. & Ioſue 13. non habentes ergo,in quo occuparentur vacabãt ſtudio Sacrę Scripturę,populares autẽ de omnibus duo decim tribubus Iſrael vacabãt agriculturę,& militiæ, & non ſtudio legis, quia tota tribus Leuitarum ſtudebat pro eis, & ob hoc Deus obligabat Sacerdotes, & Leuitas ad reſpondendum de omnibus dubijs legis, vt patet Aggæi 2. ſcilicet, Interroga Sacerdotes legem. Et Malachię 2.dicitur. Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius,quia Angelus Domini exercituũ eſt. Tertio patet,quia dato,quòd viri de tribu Iſſachar vacarent nimis ſtudio legis: tamen non pertineret ad eos prącipere aliquid populo de his, quæ pertinebant ad legẽ, quia iſtud erat de officio Sacerdotum,& Leuitarum, & nulli licebat intromittere ſe de his, quę pertinebãt ad Sacerdotes, & Leuitas ſub pęna mortis, vt patet Num.primo, & 3.& 16.& 18.Quartò patet, quia dato,quòd iſtud eſſet verum, tamen non conuenit litteræ,quia hic non agitur de obſeruatione cultus Dei, ſed de illis,quę pertinebant ad populum quantum ad bellum,& pacem,& reliquum ſtatum populi. Quod patet, quia dicitur, quòd conſilijs eorum obediebat aliqua tribus Iſſachar: ſi tamen iſti eſſent periti circa legem non ſequeretur populus conſilium eorum, ſed prąceptum, quia ea,quæ de lege erant pertinebãt ad prąceptum,& non ad conſilium. ideo non erant iſti eruditi circa legem, ſed circa negocia deliberatiua,quæ cadunt ſub conſilio,& iſta pertinent ad diſpoſitionem,& regimen populi.

Aliqui ergo dicunt aliter, quòd iſti erant eruditi circam Aſtrologiam,& ſciebant tempora quibus pugnandum eſſet, & quibus quieſcendum, & ſic quantum ad omnes alias res: nam iſta, vel ſciunt Aſtrologi,vel conantur ea ſcire.

Dicendum tamen, quòd iſtud non ſtat, quia iſta ſcientia eſt ſuperſtitioſa, & dato,quòd interdum poſſet aliquid ſciri,licet cum multis dubijs, peccatum tamen eſſet talia inquirere,& erat iſtud nimis prohibitũ Hebræis:ſic patet Iere.10.ſcilicet,Iuxta vias gentium nolite diſcere, & a ſignis cęli nolite metuere, quę timent gentes.Et quando aliqui per Aſtrologiam conantur inquirere,an pugandum ſit,vel non, & ſic de alijs,metuunt ſigna cęli, ideo peccatum eſt talia inquiri ad dirigendum operationes humanas per hęc, non ergo laudarentur in Scriptura tales ſapientes, ſed potius vituperarẽtur, & interdiceretur ars eorum,& tamen iſti laudantur hic nimis, & populus ſequebatur conſilium eorum, ideo non erat peritia ſua circa Aſtrologiam. Nec obſtat, quia dicitur hic, quòd iſti ſciebant tempora ad prącipiendum quid facere deberent filij Iſrael: nam non intelligitur de temporibus inquiſitis per Aſtrologiam,ſed de temporibus inquiſitis conſilio humano ad faciendum iſtud, vel illud.

Dicendum ergo, quòd iſti erant viri eruditi, ſcilicet,in prudentia.Nam propter experientiam rerum, & ſubtilitatem ingenij erant acuti in cõſilijs, & ideo ſciebant de ſingulis rebus diſponere quando eſſent agendę,& quomodo,& totus Iſrael ſequebatur iſtos in conſilijs.Ideo dicebantur ipſi ſcire tempora ad prącipiendum populo quid ageret.

Porro de Zabulon,qui egrediebantur ad prælium, & ſtabant in acie inſtructi armis bellicis, quinquaginta millia venerunt in auxilium,non in corde duplici.

Porro de Zabulon. Hic ponuntur illi, qui venerunt de tribu Zabulon ad vnctionem Dauid.

Qui egrediebantur ad prælium, & ſtabant in acie inſtructi armis bellicis. Ideſt omnes iſti, qui venerunt de tribu Zabulon erant de illis, qui egrediebantur ad prælũ: nam non erant pueri,vel ſenes, ſed viri, qui poterant ad bellum egredi,& qui poterant ſtare in acie inſtructi armis bellicis. *Quinquaginta millia.* De iſta tribu venerunt multi eo,quòd erat magna tribus,& deſiderabat complacere Dauid,ſicut apparet ex litera: ideo venerunt quot potuerunt.

Non in corde duplici. Ideſt veniebant cum vero corde,quia diligebant Dauid:ideo ex toto corde volebãt adiuuare eum ad hoc, quòd fieret rex.

Propter quid hic dicitur,quòd viri Zabulon venerunt ad Dauid non in corde duplici. Quæſt. XXVII.

QVAERITVR Qũo dicitur, quòd venerũt viri Zabulon ad Dauid,& non in corde duplici:nam ad hoc nihil agebat duplicitas,vel ſimplicitas cordis, cùm totus Iſrael vellet vngere Dauid in regem?

Reſpondendum, quòd iſtud ponitur ad deſignandum, quòd quamquàm totus Iſrael conueniret ad Dauid in Hebron,quòd aliqui poterant venire magis ad impediendum vnctionem Dauid,quàm ad procurandum eam,vt ſi aliqui non diligerent Dauid venirent cum alijs Iſraelitis ad hoc, quòd impedirent. Quia dato,quòd plurimi intenderent vngere Dauid in regem,alij irent ad perturbandum hoc per modos ſubtiles,vt ſi perſuaderent alijs, quòd peterent a Dauid ante vnctionem ſuam aliquam conditionem grauem,quam forte ipſe non acceptaret, & per hoc diſcordaret populus ab eo, & vngerent aliquem in regem: ſic enim fuit quando conuenit totus populus Iſrael in Sichem ad vngendum Roboam in regem, & petiuerunt ab eo,quòd minueret tributum ,quem impoſuerat pater ſuus,ipſe verò noluit,& per hoc facta eſt diuiſio regni 3.Reg.12. Quòd autem aliqui eſſent intendentes perturbare vnctionem Dauid, patet ſaltem de viris Beniamin,quia dicitur ſupra, quòd magna pars eorum ſequebatur adhuc domum Saulis,manifeſtum eſt igitur, quòd illi procurarent per ſe,& per amicos ſuos impediri vnctionem Dauid,vt rediret ad domum Saulis regnum, vel maneret in illa.Patet etiam hoc,quia dicitur hic, quòd viri Zabulon venerunt nunc in auxilium Dauid,& tñ non erat auxilium ad aliquid aliud,niſi vt vngeretur in regem: ergo videtur,quòd præſumatur, quòd aliqui vellent impedire vnctionem Dauid, quia aliàs non indigeret aliquo auxilo,& ſicut dicitur, quòd venerunt iſti, & non in duplici corde,ſed in vero corde ad præbendũ auxilium Dauid, ſi aliquis vellet impedire iſtam vnctionem, quòd pugnarent contra eum,& propter hoc veniebant armati.

Et de Nephtali principes mille, & cum eis inſtructi clypeo,et haſta,triginta et ſeptẽ millia. De Dan etiam prępărati ad prælĩũ, vigintiocto millia ſexcenti. Et de Aſer egredientes ad pugnam,& in acie prouocantes, quadraginta millia. Trans Iordanem autem de filijs Ruben, & de Gad, & dimidia parte tribus Manaſſe inſtructi armis bellicis, centum viginti millia. Omnes iſti viri bellatores expediti ad pugnandum corde perfecto venerunt in Hebron, vt conſtituerent regem Dauid ſuper vniuerſum Iſrael. Sed & omnes reliqui ex Iſrael vno corde erant, vt rex fieret Dauid. Fueruntque ibi apud Dauid tribus diebus comedentes, & bibentes.

bibentes. Præparauerant enim eis fratres F
ſui. Sed,& qui iuxta eos erant vſque ad Iſſachar,& Zabolon,& Nephtali, afferebant panes in aſinis,& camelis,& mulis,& bob⁹ ad veſcendum,farinam palatas, vuam paſſam,vinum,oleum,boues, arietes ad omnẽ copiam:gaudium quippe erat in Iſrael.

Et de Nephthali principes mille. Ponitur hic numerus virorum Nephthali,qui venerunt. Et ponitur numerus tam principum quam ſubditorum,& hoc eſt ſpeciale, quia in alijs tribubus ibant principes cum alia multitudine ad vnctionem Dauid,& non ponitur nu G
merus principum eo,quòd erant pauci principes. Et tamen hic,quia fuerunt multi principes ſimul,expreſſus eſt numerus eorum: ſic etiam fuit in tribu Iſſachar,in qua fuerunt ducenti principes, vt patet ſupra in litera.

Et cum eis inſtructi clypeo, & haſta trigintaocto millia. Omnes iſti ibant inſtructi armis,quia timebãt, quòd aliqui impedirent vnctionem Dauid, & illi pugnarẽt contra ipſos,ſicut dicebatur ſupra de viris Zabulon.

De Dan etiam præparati ad prælium. Hic ponitur numerus virorum Dan, & dicitur,quòd erant præparati ad prelium, ſcilicet,accincti armis propter cauſam dictam.

Vigintiocto millia, & ſeptingenti. Quælibet enim tri- H
bus mittebat multos, & quia tamen quædam erant paruæ,mittebant paucos.

Et de Aſer egredientes ad pugnam, & in acie prouocantes. Iſte eſt numerus virorum Aſer. Et dicitur egredientes ad pugnam,ſcilicet,quòd omnes iſti, qui iuerunt de tribu Aſer erant viri, qui poterant ire ad bellum. Et dicitur prouocantes in acie,ideſt, qui poterant ſtare in acie,& prouocare alios ad bellandum.

Viginti millia. Pauciores fuerũt de iſta tribu, quàm de immediate poſitis,eo quòd erat minor in multitudine pro tunc quàm prædictę.

Trans Iordanem autem. Hic ponitur de numero virorum,qui venerãt de duabus tribubus,& dimidia,& dicitur trans Iordanem,quia iſtæ duæ tribus, & dimidia habitabant ad orientalem partem Iordanis in ter- I
ra duorum regum Amorrhæorum.

De filijs Ruben,& Gad,& dimidia parte tribus Manaſſe. Iſtæ duæ tribus,& dimidia tenebant terram vltra Iordanem,& computantur tanquam vna tribus, & ponitur numerus,ſiue ſumma vna omnium ipſorum,ſicut ſit de qualibet tribu per ſe. fuit autem data iſta terra iſtis duabus tribubus, & dimidię per Moyſem antequam tranſirent Iordanem, & ſubijcerent ſibi terram Chananęorum,& iſtud fuit, quia terra illa vltra Iordanem erat nimis paſcualis,& iſtæ duæ tribus, & dimidia habebant infinitam ſubſtantiam in pecoribus & iumentis:ideo petiuerunt iſtam terrã ſibi dari tamquam ſibi conuenientem Num.32.

Inſtructi armis bellicis. Ideſt omnes veniebant ar- K
mati ex cauſa ſupra aſſignata.

Centum, & viginti millia. Quælibet iſtarum tribuũ erat magnę multitudinis, ideo venit magna ſumma militum de eis.

Omnes iſti viri bellatores. Refertur ad omnes viros de omnibus tribubus,qui ſupra ponuntur. Et dicitur, quòd erant omnes bellatores, ideſt, exercitati ad bellum.

Et expediti ad pugnam. Ideſt omnes veniebant accincti armis,ſicut parati ad pugnam.

Cùm corde perfecto venerunt. Ideſt cum recta intentione, quia quilibet eorum volebat, quòd Dauid vngeretur in regem, & nullus intendebat impedire. Vocatur autem cor perfectum, quandocunque aliquis in toto corde ſuo aliquid vult, & non claudicat in duas partes.

In Hebron. Iſte eſt locus in terra Iuda, in quo prius regnabat Dauid,& ibi manebat quando conuenerunt omnes Iſraelitæ ad vngendum eum.

Sed, & omnes reliqui ex Iſrael. Scilicet, qui manſerũt in vrbibus. De qualibet. n. tribu venerũt aliqui ad vngẽdũ Dauid, & multi alij mãſerunt in vrbibus,qui nõ venerunt ad iſtam vnctionẽ. De venientibus autẽ dictum fuit ſupra,quòd veniebant in corde perfecto ad adiuuandũ Dauid,vt fieret rex, ideo etiam dicitur hic de manentibus in vrbibus, quòd illi habebant intentionem, vt Dauid fieret rex.

Vno corde erant,vt Dauid fieret rex ſuper vniuerſum Iſrael. Iſtud erat in omnibus Iſraelitis, quia ipſi non habebant regem,& oportebat, quòd aliquem acciperent, quia non poterat aliàs populus gubernari,& tunc neſciebant aliquem ad hoc aptiorem quam Dauid, eo quòd Deus prænunciauerat de eo, quòd futurus eſſet rex,& inſuper erat vir bellator, qui viuente Saul optimè faciebat bella Iſraelitarum contra Philiſthinos,& inſuper, quia ipſe erat vir benignus valde,& cõpatiens ſubditis, & melius ab eo tractarẽtur, quàm ab aliquo alio. Iſtas cauſas expreſſerunt Iſraelitæ quãdo loquuti ſunt nunc ad Dauid in Hebron ſuper vnctione ſua. *Fuerunt que ibi apud Dauid tribus diebus.* Tot diebus durauerunt ceremoniæ, & lętitia vnctionis: nam ibi loqueretur populus ad regem,& faceret cum eo aliqua pacta de modo regendi regnum. Nam quandocunque aſſumebatur aliquis in regem fiebat lex regni,ideſt,quedam compoſitio de modo regendi: ſic patet in electione Saulis:nam dicitur, quòd Samuel loquutus eſt ad populum legem regni, & ſcripſit in libro,& repoſuit coram Domino primo Reg. 10. Ita fieret nunc,& in quocunque alio rege.

Comedentes, & bibentes. Scilicet, illis tribus diebus comederunt, & biberunt ſolenniter propter gaudiũ vnctionis regis: faciebat enim Dauid expenſas omni populo. *Præparauerant enim ei fratres ſui.* Declaratur quomodo potuerunt tot viri conuenientes in Hebron habere cibos pro tribus diebus, quia erant vltra trecenta millia,vt patet in litera,& dicitur,quod hoc fuit,quia fratres ſui, ideſt, viri de tribu Iuda præparauerant eis:ſciuerant enim per aliquot dies prius aduentum eorum: ideo congregauerunt illos de tota terra pro illis diebus. Et vocantur viri Iuda fratres eorum,ſcilicet, omnium virorum Iſrael, qui conuenerunt ad iſtam vnctionem. & quamquàm dicatur hic,quòd fratres eorum,ſcilicet, viri Iuda parauerũt, intelligẽdum eſt,quòd Dauid faceret iſtas expenſas: cum omnes Iſraelitæ conuenirent propter ſolam cauſam eius,ſcilicet,vt eum vngerẽt. Confirmatur hoc, quia quando Dauid portauit arcam Domini in domum ſuam,& conuenerunt plurimi de Iſrael ad illã ſolẽnitatẽ oĩbus illis dedit cibos,vt patet 2.Reg.6.& infra 15. A fortiori ergo nunc cum ſolum procurauit cauſa ſua faceret expenſas toti populo, qui conuenerat. *Sed & qui iuxta eos erant.* Ideſt non ſolum viri Iuda parauerunt cibos Iſraelitis venientibus ad iſtam ſolennitatem,ſed etiam aliæ tribus,quæ erant iuxta tribum Iuda adiuuabant illos ad ꝯgregandum cibos. *Vſque ad Iſſachar, & Zabulon, & Nephtali.* Ideſt omnes tribus, quæ erant ꝓiũctę tribui Iudæ vſque ad tribũ Iſſachar, & Zabulon,& Nephtali adiuuerunt viros Iuda,& Iſſe- erant tribus Beniamin,& Simeon,& Ephraim,& Manaſſe, quæ ſunt magis coniunctæ tribui Iudæ,& iſtæ nominatæ, vt patet Ioſue 15.& vſque ad 20. vbi ponitur ſitus omnium ſortium terræ promiſſionis.

Afferebant.

Afferebant panes. Scilicet,quæcunque neceſſaria ad A
victum, & maximè panes. Et intelligitur de coctis, quia infra ponitur farina. Non eſt autem intelligendum,quòd omnes iſtæ tribus ferrent cibos,& darent eos gratis,ſed ferebãt, & vendebant,& tamen in hoc adhuc faciebant gratiam,quia copiam dabant victualium in Hebron,quę aliter haberi non poterant.

In aſinis,& camelis,& mulis,& bobus. Omnia iſta ſunt animalia apta ad ferendum onus. Abundant autem cameli in terra illa,ſicut oues, vel vaccę in alijs regionibus,vnde de Iob, qui habitauit in terra illa, dicitur quòd fuit poſſeſſio eius ſeptem millia ouium, & tria millia camelorum, vt patet Iob primo.

Farinam. Scilicet, ad formandum panes. *Palatas.* Scilicet maſſam de ficubus, quæ redacta eſt in modũ B
caſei, & illa maſſa comprimitur inter tabulas: ideo vocantur palatæ a palis inter quos comprimuntur, ſic dicitur 2.Reg.16.ſ.Cum cẽtum maſſis palatarum, & duobus vtribus vini. Abundant autem ficus maxime in terra Iudæorum: ideo formabantur in maſſas in modum caſeorum, & ſeruabantur ad victum, ſicut caſei de lacte,& alia victualia. Et propter hoc quãdo aliqui volebant prouidere alijs de multis victualibus inter alia ferebãt maſſas de ficubus:ſic dicitur primo Reg.25. de Abigail,quæ tulit ad Dauid ducentos panes,& duos vtres vini,& quinque arietes coctos,& quinque ſata polentę, & centum ligaturas vuę paſſæ, & ducentas maſſas caricarum,ideſt, ficuum:ſic etiam 2.Reg.16. dicitur de Siba, quòd occurrit Dauid cum C
duobus aſinis,qui erant onerati ducentis panibus, & centum ligaturis vuæ paſſę, & centum maſſis palatarum,ideſt,caſeorum de ficubus, & ſic nunc ferebantur etiam palate ad prouiſionem victus.

Vuam paſſam. Conſuetudo erat in terra Chanaã facere multas vuas paſſas,& ex illis accipiunt partem victus, ideo qui volũt alicui prouidere de victualibus in terra illa cum ceteris dant ſibi vuam paſſam, ſunt autem diſtinctę iſtæ vuæ per ligaturas, ideo dicitur primo Reg.25.quòd Abigail obtulit Dauid centum ligaturas vuæ paſſę, & Siba obtulit totidem ligaturas 2.Reg.26.

Vinum. ad potum. *Oleum.* Ad condimentum D
ciborum.

Boues arietes. Adducebantur,vt occiderentur. Et idem intelligendum eſt de omnibus alijs generibus pecorum,& volatilium, quæ pro tempore haberi poterant.

Ad omnem copiam. Ideſt omnia iſta dabantur in magna copia, eo quòd de tota terra in circuitu congregabantur cibi in Hebron,vt patet ſupra.

Gaudium quippe erat in Iſrael. Iſtud eſt redditiuũ cauſæ quantum ad omnia ſuperiora, ſcilicet, quòd iſti cibi in omnibus generibus habebantur in magna copia, eo quòd erat gaudium in Iſrael, ſcilicet, quia gaudebant omnes Iſraelitæ, quòd vngeretur Dauid in regem,& ideo procurabant,vt benefieret, & ſine impedimento, quia quilibet diligenter ſe habet circa ea, in quibus gaudet: nam facientes ex gaudio faciunt, ſicut agentes ex habitu: illi tamen faciunt promptè, ita facientes delectabiliter. Aliter poteſt intelligi, ſcilicet, quòd adducebantur victualia in magna copia, quia erat gaudium in Iſrael, ideſt, quia homines quando ſunt in gaudio comedũt, & bibunt abundantius, quàm aliàs, & quia viri Iuda, & alij vicini eorum cognoſcentes gaudium iſtud, ſciuerunt, quòd oportebat colligi multos cibos, ideo collegerunt in magna copia propter gaudium.

CAP. XIII.

IENIIT autem conſilium Dauid cum tribunis, & centurionibus, & vniuerſis principibus, & ait ad omnem cœtum Iſrael: Si placet vobis,& a Domino Deo noſtro egrediatur ſermo,quem loquor: mittamus ad fratres noſtros reliquos in vniuerſas regiones Iſrael,& ad Sacerdotes,& Leuitas,qui habitant in ſuburbanis vrbium, vt congregentur ad nos, & reducamus arcam Dei noſtri ad nos. Non enim requiſiuimus eam in diebus Saul.

DICTO in præcedentibus de Dauid in regẽ vnctione, hic agitur de eius regni diſpoſitione:& eſt ordo conueniens, quia prius vngendus erat in regem, quàm diſponeret in regno aliquid. & quia tunc homo rectè ſe habet quando prius reſpicit ad ea, quæ Dei ſunt, quàm ad illa,quæ ſunt neceſſitatis humanæ iuxta illud: Quærite primum regnum Dei, deinde cętera adijcientur vobis Matth.6. ideo Dauid in principio regni ſui prius ſe intromiſit de diuino cultu, & deinde de temporali apparatu. Circa diuinum cultum ſe habuit tripliciter. Primò in arcę reportatione: ſecundo in templi ædificatione infra 17.ſcilicet, quia diſpoſuit ædificare templum Domino:tertiò in diuini cultus ampliatione infra 23.ſcilicet,quia ordinauit officia Sacerdotũ, & Leuitarum. Miſcentur autem inter hęc aliqua pertinentia ad ſęcularia ſcilicet,bella eius, vt ſequenti ca. & infra 18.& vſque ad 22. Prima in duas, quia primo arcę portatio incepta interrumpitur: ſecundò iterũ incipit,& conſummatur infra 15. Prima in duas, quia primò agitur de Dauid qualiter prudenter ſe habuit in diuinis:ſecundo qualiter prudenter, & viriliter ſe habuit in humanis ſequenti capitu. Prima in duas, quia primo ponitur arcę portatio incepta: ſecundò occaſio propter quam fuit interrupta, ibi. *Cùm autem peruenijſſent.*

An ea, quæ hic habentur ſint continuata ad præcedentia. Quæſt. I.

QVAERITVR Circa primum an ea,quæ habentur hic,habeant ordinem continuatum ad præcedentia,& an fuerint facta immediate poſt illa, vel interiecto aliquanto tempore: Reſpondẽdum, quòd hic eſt ordo conueniens: nam præcedenti cap. ponebantur duo, primum de congregatione multorum virorum ad Dauid,quando ipſe erat profugus a facie Saulis, ſecundum eſt de congregatione multorum virorum ad vngendum eum in regem ſuper totum Iſrael,& reſpectu amborum eſt rectus ordo. De primo patet, quia illud fuit antequam Dauid eſſet rex viuente Saule: iſtud autem fuit mortuo Saule poſtquam Dauid factus eſt rex ſuper totum Iſrael, quia tũc fecit afferri arca de Cariathiarim,vt patet hic. De ſecundo patet,quia illud eſt de vnctione Dauid in regem ſuper totum Iſrael,iſtud autem fuit poſt vnctionem,quia prius ipſe vnctus eſt, quàm adminiſtraret, & tamen fuit quędam adminiſtratio congregatio populi ad ferendum arcam de Cariathiarim:ideo ordo rectus eſt. Cum autem quęritur an ea, quæ habentur

Universidad de Deusto
Biblioteca

bẽtur hic, fuerint immediate post superiora, vel iterjecto aliquanto tempore, dicendum, quòd non apparet de quantitate temporis, quod fuit inter vnctionem suam, & portationem arcæ, satis enim videtur, quòd modicum tempus interciderit inter vtrumque, de quo declaratum est 2.Reg.6.in principio. Circa primum dicitur.

Iniit autem consilium Dauid. Intẽdebat Dauid ampliare cultum Dei reducendo arcam Domini de Cariathiarim in alium locum honorabiliorem, & quamquàm hoc esset bonum, nec oporteret multum deliberari, quantum ad hoc noluit facere sine consilio populi.

Cũ tribunis, & centurionibus, & vniuersis principibus. Per istos intelliguntur omnes principes populi, & cum illis voluit Dauid deliberare super hoc, quia dispositio regiminis non pertinebat ad multitudinem popularem, sed ad principes. Vocantur autem principes constituti super mille, centuriones verò principes cõstituti super centum.

Et ait ad vniuersum cœtum filiorum Israel. Intelligendum est, quòd prius Dauid iniit cõsilium in secreto, cum principibus, & illi approbauerunt sententiam regis, deinde congregata ad se tota multitudine, quę erat in curia sua proposuit illis id, quod concordauerat cũ principibus, & præposuit per modum deliberationis, vt si fortè aliquid aliud iudicarent illi, quibus nunc proponebatur. Vel potest intelligi, quòd solum proposuit hoc Dauid semel centurionibus, & tribunis, & tunc deliberauerunt super hoc, nec fuit postea propositum multitudini, & tamen dicitur. Ait Dauid ad vniuersum cœtum filiorum Israel, idest, ad omnes principes Israelitarum: nam principes continent in virtute populum: ideo quando aliquid faciunt principes populi, dicitur illud facere totus populus, & sic Dauid cum loqueretur nunc ad omnes principes Israel, dicebatur loqui ad totum Israel. Et cum dicitur hic ad vniuersum cœtum Israel quomodocunque accipiatur, nõ potest intelligi, quòd ad omnes viros Dei Israel vocaretur: nam ipse dixit nunc, quòd bonum erat, quòd vocarentur omnes filij Israel, qui non erãt præsentes, sed dicitur ad vniuersum cœtum Israel, idest, ad multos de Israelitis, quia sic consueuit loqui Scriptura ponendo omnes pro multis.

Si placet vobis. Quamquàm bonum esset istud op⁹, nolebat illud agere Dauid sine voluntate populi, vel saltem volebat inducere populum, vt placeret ei, ideo dixit si placet vobis.

Et a Domino Deo nostro egreditur sermo quem loquor. Idest si ab eo egreditur sermo iste, faciemus illum, quia bonum est, quòd obediamus Deo, & dixit hoc, vt non putaret populus, quòd faciebat propter Dauid, sed propter Deum.

Mittamus ad fratres nostros reliquos. Loquebatur Dauid istud ad multitudinem, quia sibi erat præsens, & tamen, quia multi ad hoc erant absentes de Israelitis, dixit, quòd mitteret ad vocandum reliquos, scilicet, absentes.

In vniuersas regiones Israel. Idest mittamus ad omnes tribus Israel, & sortes possessionum, vt omnes veniant. accipiuntur hic omnes regiones Israel pro solis laicis, & non intelliguntur Leuitæ, vt patet, quia dicitur ad vniuersas regiones Israel, & ad Sacerdotes, & Leuitas, qui habitant in suburbanis, & tamen si intelligerentur Leuitæ nomine regionum Israel, non fieret ista expressio. Ratio huius est, quia hic dicit litera de regionibus, idest, de sortibus terrarum, & tamen Leuitæ non habebant aliquam sortem terræ, quia solum erat diuisa tota terra promissionis in duodecim sortes pro duodecim tribubus laicorum, de quibus non erant Leuitę: ideo oportuit, quòd postquam exprimerentur vniuersæ regiones Israel, adhuc exprimerentur Sacerdotes, & Leuitæ.

Et ad Sacerdotes, & Leuitas. Idest etiam vocentur Sacerdotes, & Leuitæ, isti namque principaliter venire debebant ad istam arcæ portationem, vt infra declarabitur in quadam quæstione.

Sciendum autem, quòd Leuita accipitur dupliciter, scilicet, pro nomine cognationis, & pro nomine officij. Accipiendo primo modo Leuita significat totam tribum Leui, & tunc Sacerdotes sunt Leuitæ: cũ omnes Sacerdotes sint de stirpe Leui. Accipiendo secundo modo Leuita significat quendam gradum minorum ministrorum: nam omnes de cognatione Leui erant ministri Sanctuarij, vt patet Num. primo, & tamen diuidebantur in duas partes, quia quibusdã committebatur ministrare in altari, & in alijs maioribus ministerijs, & isti vocantur Sacerdotes, fuit autẽ istud commissum Aaron, & filius eius. Num.3.& 16. & 18. Ideo omnes descendentes de stirpe Aaron erãt Sacerdotes, & illi soli erant Sacerdotes, reliqui autem de cognatione Leui acceperunt alia ministeria minora, quòd portarent tabernaculum de loco ad locũ, quando mouendum esset, & figerent illud in loco suo, quando standum esset, & alia ministeria similia, vt patet Num.3.& 4. Omnes autem isti ministri minores vocabantur Leuitæ nomine generali, & accipiendo isto modo nomine Leuitarum non accipiuntur Sacerdotes, sed exprimuntur vtrique, & hic accipitur hic. *Qui habitant in suburbanis vrbium.* Non solum habitabant in suburbanis, sed etiam in vrbibus, tamen per hoc intelligitur de vtrisque. Expressum est enim de eo, quod minus videbatur, vt intelligeretur illud, quod magis videbatur.

Pro quo Sciendum, quòd Leuitę non acceperunt aliquam sortem terræ, sicut aliæ tribus, quia Deus iuserat, quòd non acciperent Numeri 18. & Iosue 13. eo, quòd Deus futurus esset eis in sortem, & hæreditatem, vt patet ibi, sed solum datæ sunt vrbes ad habitandum, & illæ non fuerunt simul in aliqua parte terræ promissionis, sed erant dispersę per omnes sortes, quia quælibet tribus dabat aliquas vrbes Leuitis, & sic erant dispersi per totum Israel, & cum istis vrbibus non dabãtur eis territoria ipsarum, in quibus possent habere agros, & vineas, quia Deus volebat, quòd Leuitæ non haberent agros nec vineas nec vacarẽt agriculturæ, dabantur tamen eis quædam spacia in circuitu cuiuslibet vrbis, scilicet, duorum millium passuum ad hoc, quòd possent ibi pascere pecora sua, & iumenta, quæ proueniebant eis ex decimis, & ista spacia vocabantur suburbana vrbium, quia erant sub vrbe, idest, iuxta vrbem posita. in istis suburbanis faciebant interdum Leuitæ alios viculos, in quibus habitarẽt, erat tamen habitatio sua potissima in vrbibus. Dixit tamen nunc Dauid, quòd vocarentur Leuitę, qui habitabant in suburbanis, vt nulli viderentur omissi ita de habitantibus in vrbibus, quàm in alijs locis.

Vt congregentur ad nos. Scilicet, vt veniant in Ierusalem, vbi nũc erat Dauid: nam quando Dauid erat rex super solam tribum Iuda habitabat in Hebron: cum verò factus est rex super totum Israel habitauit semper in Ierusalem, ideo dicitur regnasse septem annis, & dimidio in Hebron, & trigintatribus annis in Ierusalem 2.Reg.5. Nunc autem iam cęperat esse rex super totum Israel, qũ istud dixit: ideo in Ierusalem morabatur, & patet hoc maxime, quia ipse volebat ducere arcam in domum suam, & tamen infra dr, quòd noluit eam mittere in ciuitatem Dauid, quia Dis per cusserat Ozam. Et tamen ciuitas Dauid vocatur castrum Sion, quod est in terra Ierusalẽ, vt patet 2.Re.5.

Ergo

Ergo in Ierusalem habitabat quando voluit congregare Israelitas nunc, & illuc omnes venturi erant.

Et reducamus arcam Domini Dei nostri ad nos. Arca Domini erat nunc in Cariathiarim in domo Aminadab, & Dauid volebat, quòd reduceretur inde in Ierusalem.

Non enim requisiuimus eam in diebus Saul. Idest non requisiuimus eam ad portandum ipsam toto tempore Saulis. Ideo iustum est, quòd nunc requiramus eam ducendo illam ad locum honorabiliorem.

Quid nam facere intendebat Dauid vocans ad se omnes Israelitas. Quæst. II.

QVAERITVR Quid intendebat Dauid facere, cum vocaret omnes Israelitas ad se. Respondeudum, quòd Dauid erat vir valde deicola, sicut ait Iosephus 7.Antiqui. & desiderabat nimis ampliare cultum Dei, & quia arca Dei erat res maximę venerationis in toto veteri testamento, voluit illam Dauid nimis honorare, & tamen nunc non erat in loco honorabili, cũ esset in domo Aminadab in Gabaa: ideo volebat eam reducere ad locum honorabiliorem, & ad hoc parauerat ei locum in domo sua, vt ibi maneret honorabiliter, & ministrarẽt corã ea, sicut factum est infra 15.& 16. Pro hoc tamen considerandum est, quòd arca Domini debebat esse in tabernaculo in loco secretissimo eius, qui vocabatur Sancta sanctorũ. Exo.26.& Leui.16.& ad Hebrę.9. Et semper fuit ibi vsque ad tempora Heli summi Sacerdotis. Interdum tamen quando Israelitæ ibant ad bellum, educebant arcam de loco suo, & portabant secum ad bellũ, vt in præsentia eius Deus auxiliaretur eis. Sic enim factum est in diebus Heli in bello, quod fuit cõtra Philisthinos: nam duo filij Heli iussu populi portauerunt arcam in castra, & victi sunt atque fugati Israelitæ, mãsitq; arca in castris, & capta est a Philisthinis, & ducta in terrã suã. 1.Re.4. Fuit ibi septẽ mensibus: nam cũ conarentur tenere eam Philisthini Deus immittebat quoddam genus magnæ pestis super vrbem quamcũque in quam arca intraret, & sic nullus Philisthinorũ volebat eam tenere in vrbe sua eodem lib.ca.5. Tandem coacti sunt, vt cessaret pestis, remittere eam ad Israelitas, & venit arca in Bethsames oppidum Israelitarum eodem lib.cap.6. Et tunc viri de vrbe Cariathiarim propria auctoritate non congregato Israel tulerunt eam in Bethsames in Cariathiarim, & locauerunt ipsam in domo cuiusdã nomine Aminadab, qui erat Sacerdos, vt custodiret eam eodem lib.ca.7. Non tamen erat ibi nimis honorabiliter, quia non fuerat ibi posita nisi in custodiam, & nõ ad hoc, quòd fierent coram ea aliquæ cęremoniæ: ideo desiderauit portare illam ad locum honorabiliorem, vbi possent ei fieri cęremoniæ, scilicet, quòd Leuitæ, & Sacerdotes facerent cęremonias aliquas coram ipsa, sicut infra 16.& infra declarabitur in quadam quæstione.

Hoc quod Dauid volebat, cùm esset per se bonum, quare vocauit principes ad consilium. Quæst. III.

QVAERITVR vlterius, cùm istud quod Dauid nunc volebat, esset per se bonum, & non indiget aliqua deliberatione, quare vocauit principes ad consilium: an deberet reduci arca de loco in quo erat ad alium.

Respondendum, quòd hoc fecit Dauid propter multa: primum erat, quia Dauid fortè nesciebat an in mutatione arcæ posset accidere aliquod peccatũ, vtpote si Deo erat acceptus locus ille, in quo nunc erat arca, & nolebat, quòd ad alium mutaretur, ideo voluit ad hoc habere consilium. Secundum fuit, quia Dauid volebat mutare arcam de Cariathiarim in domum suam, & fortè aliqui Israelitæ reputarent ad præiudicium, quòd moueretur arca de loco, in quo erat, quia in terra ipsorum erat, & propter eam fortè putabant se aliqua bona habere: potissimè, quia Dauid volebat illam quasi sibi appropriare cum transferret eam ad domum suam, ideo noluit agere sine consensu populi. Tertium fuit, quia Dauid volebat facere istam translationem honorabiliter, & non poterat hoc fieri nisi totus populus concurreret ad faciẽdum eam, & quia hoc videbatur aggrauatorium, scilicet, quòd populus conuocaretur ad istam translationem, & tamen non consuleretur, prius an fieri deberet: ideo prius consilium habuit cum principibus. Quartum fuit, quia Dauid voluit se habere nimis prudenter, & benignè cum subditis suis. Quando enim princeps superbus est, vult sibi arrogare omnẽ potestatem, & imperium, & nullius consilium sequi, & molestus subditis suis. Quia ergo nunc Dauid rex nouus erat, & videri nolebat arrogare sibi aliquid, & superbire, noluit tantam rem agere proprio cõsilio, sed requisiuit consensum populi. Quintum fuit, quia Dauid volebat, quòd fieret solenniter ista translatio, & quòd totus populus gauderet in illa. Quando tamen aliquid agimus non ex propria intentione, sed ex imperio alterius, & necessitate, non gaudemus: cũ verò proprio arbitrio agimus gaudemus, & quia populus promptè istud ageret, & delectabiliter si daretur sibi aliquis honor, ideo voluit Dauid ponere populum in consilio an deberet fieri translatio, & per hoc reputabant sibi honorem datum, & cum gaudio omnes istud egerunt.

De quibusdam nominibus, quæ dixit Dauid scilicet, placet vobis, & a Domino egreditur sermo iste. Quæst. IIII.

QVAERITVR Vlterius quomodo dixit hic Dauid si placet vobis, & a Domino egreditur sermo quem loquor, quia dicebat, quòd mitterent ad vocandum fratres suos, vt trãsferretur arca. si sermo iste egrediebatur a Domino non oportebat ad hoc sciri an sermo iste egrederetur a Domino, & istud non videtur quomodo posset sciri. Respondendum est, quòd Dauid ad persuadendum, quòd fieret istud dixit si sermo, quem ego loquor egreditur a Domino, idest si ipse me mouit ad loquẽdum hoc, & placet ei, quòd fiat istud mittamus ad vocandum fratres nostros, poterat autem sciri an sermo iste egrederetur a Domino per hoc, quod dixit Dauid, scilicet, si placet vobis, quasi dicat, Si istud quod ego dico, placuerit vobis, signum est, quòd sermo iste egreditur a Domino. Et probatio est, quia quòd magnæ multitudini populi dicatur aliquid, & omnes vno corde veniant in vnam sententiam non videtur posse fieri nisi a Domino, quia commune est, quòd tot sensus sint, quot capita sunt, cum ad diuersitatem corporum sequatur diuersitas animorum. Quòd autem multitudo nõ discordet videtur esse ab aliquo principio superiori, scilicet, a Deo, qui reducit omnes in concordiam: nam sicut ad eum pertinet facere concordiam in sublimibus suis: Iob vigesimoquinto, ita etiam pertinet facere concordiam in terris, & sic dixit Dauid, quòd si placeret populo facere hoc, signum erat quòd Deus mouerat ipsum ad loquendum istum sermonem. istis signis vtebantur nimis Iudei ad cognoscendum voluntatem, & opera Dei, sic patet de Eliezer seruo Abrahę, qui posuit signum ad sciendum, an Deus direxerat viam

eius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius. Quod prima puella, a qua peteret aquam, daret ei aquam,& camelis suis Geneſ.vigeſimoquarto. & sic factum est,& putauit per hoc Eliezer viam suã directam fuisse a Domino: & istud signum erat satis rationabile ad inuestigandum istud occultum, quia non proueniebat hoc a casu, sed orauit Dominum sub cõditione, scilicet,quòd si vellet innuere ei,quòd direxerat viam eius,quòd ostenderet ei hoc signum, scilicet,quòd prima puella,a qua peteret aquam, daret ei,& camelis suis, & erat istud signũ rationabile, quia erat difficile.Nam non videbatur, quòd aliqua puella ad prima verba peregrinis sine vlla prece, & precio vellet haurire aquam pro decem camelis,potissimè, quia iam erat vespere, & puella desiderabat velociter redire in vrbem. Geneſ.vigesimoquarto. Quia ergo puella aliqua istud vellet,videtur quòd nõ poterat fieri nisi a Deo inclinante eam specialiter ad volendum hoc,& quia Eliezer istud precatus fuerat, vt per hoc ostenderet viam suam esse directam,manifestum signum erat,quòd Deus direxerat viam eius. Sic etiam Ionathas filius Saulis cupiens ascendere in castra Philisthinorum ad pugnandum voluit accipere a Deo signum,an vinceret,vel non, & ad hoc orauit,vt si Deus facturus erat pro eo, quòd quando appareret in conspectu Philisthinorum dicerent ei Philisthini: ascẽdite ad nos,si autem Deus nollebat tradere illos in manus eius,quòd Philisthini dicerent, Manete donec transeamus ad vos, & sic Ionathas iuit in castra Philisthinorum cum armigero suo,& cum apparuisset coram illis dixerunt ascendite ad nos, & ostendemus vobis rem, tunc vero Ionathas cognouit,quòd Deus vellet tradere Philisthinos in manus eius, & irruit in aciem, turbauitque illos, & occidit multos primo Regum decimoquarto.sic autem erat nunc de Dauid.Nam difficile erat, quòd totus populus concordaret in eodem verbo, ideo si omnes concordarent, signum erat, quòd a Deo egrediebatur sermo.

Quis nam erant centuriones,& tribuni, cum quibus Dauid de translatione arcæ deliberauit. Quæst. V.

QVAERITVR Vlterius, qui erant isti tribuni,& centuriones,cum quibus Dauid nunc deliberauit de translatione arcę. Aliquis dicet, quòd isti fuerunt tribuni, & centuriones,qui cõstituti fuerunt in deserto,& cõtinuatus fuit ordo eorum vsque ad tempus istud.Nam cum Moyses solus non posset totum populum regere iudicando causas singulorum,consilio Iethro diuisit totum populum per decanos quinquagenarios, centuriones,& tribunos,qui populum regerent iudicando in paruis causis:Exod.18.& mansit populus,vt isti volunt,semper distinctus per centuriones, & tribunos, & isti erant nunc principes tempore Dauid.

Sed dicendum, quòd non stat, quia distinctio illa per istos principes facta est ad dandum eis iurisdictionem in causis paruis, & tamen post exitum de deserto non iudicauerunt ipsi,sed erat domus consilij,quæ habebat septuaginta iudices,& erat ipsa maior curia, ad quam vltimo deuoluebantur causæ per appellationem,erant etiam minores iudices,qui constituebantur in singulis locis.Erat enim in quolibet loco saltẽ vnus iudex de ipso loco, & cuilibet istorum dabantur duo Leuitæ tamquam assessores, eo quòd isti erant periti in lege,& sic definiebantur omnes causæ,vt ait Ioseph.4.Antiqu.& declaratum est Nu.11.& Deuteronom.18.ideo non manerent nunc illi tribuni, & centuriones,qui prius erant.

Item patet hoc,quia non poterat ille ordo connire aliquo modo populo existenti in terra Israel,sed solum populo existenti in deserto, & causa huius est, qa in deserto totus populus erat simul quasi vnus populus, ideo poterant diuidi per centuriones,tribunos,& decanos,& tamen dum essent in terra promissionis habitabant diuisi per diuersa loca, & esset aliquis locus,qui non posset habere tribunum propter paucitatem virorum, nec centurionẽ, nec quinquagenarium,etiam interdum maneret magna pars populi sine iudice, quæ non posset distingui tali modo, vtpote si in aliquo populo essent 18.viri, ibi non poterant esse decani duo, quia decani præerant decem viris.Etiam non sufficiebat vnus decanus, quia vnus solus decem viris præerat, ideo maneret magna pars populi non distincta per iudices. Etiã in deserto subijciebantur singuli viri decanis, & quinque decani vni quinquagenario, & duo quinquagenarij centurioni vni,& decem centuriones vni tribuno, & omnes tribuni immediate ipsi Moysi, vt declaratum est. Exod.18.nunc tamen si aliquis locus esset quadraginta virorum, haberet quatuor decanos, & illi non essent subiecti alicui quinquagenario, ita esset de quinquagenarijs respectu centurionum,& de centurionibus respectu tribunorum,ergo non erat populus distinctus isto modo.

Sed dicendum est, quòd ista distinctio centurionum,& tribunorum solum erat in exercitu, habebat autem Dauid ordinatum exercitum suum, & illum distinxerat per centuriones,& tribunos,& alios principes minores,& isti erant maiores in regno suo,& in curia,ideo cum istis iniuit consilium. Reliquus autẽ populus,qui non erat ascriptus militiæ non erat distinctus per centuriones,& tribunos,sed habebat iudices suos super se,sicut supra dictum est.

Quare Dauid congregare fecit totum populum. Quæst. VI.

QAERITVR Vlterius ad quid fecit Dauid congregare totum populum in translatione arcę. Dicendum,quòd propter multa. Primò propter honorem,quia Dauid volebat solennizare nimis istã translationem,& hoc non poterat fieri nisi totus populus congregaretur, ideo voluit congregare totum populum.Secundum fuit,vt non putaret populus se esse contentum: nam si non vocaretur populus, & Dauid cum seruis suis faceret istam translationem, putaret populus se contemni,& esset hoc molestum, Dauid autem volebat se habere benigne cum subditis suis,& ideo illos voluit vocare omnes, non tamen est intelligendum, quòd vocarentur sub necessitate, sed inuitabãtur venire ad illam solemnitatem, veniebant autem,qui volebant, & reliqui manebant in vrbibus suis.Tertiũ fuit ad tollendũ quãdam opinionẽ, quæ erat causa discordiæ inter Israelitas.s.q aliqui putarent Deum pertinere ad se solos, & non ad alios. Nam si solus Dauid cum seruis suis transferret arcã in domũ suam: putaret totus populus, quòd Dauid existimabat Deum ad se solum pertinere, cùm arcã eius ipse solus transferret. Hoc tamen erat scandalosum,ideo voluit, quòd totus populus congregaretur ad portandum arcam, & sic crederent, quòd ad omnes pertinebat Deus:nam in lege facta sunt aliqua ad tollendum istam opinionem : Deus enim iusserat, quòd quilibet transiens ad numerum, scilicet, in anno vicesimo ætatis suæ daret dimidium sicli Deo pro anima sua, & quia si aliquis daret magis, putaret se magis pertinere ad Deum, vel esset per hoc honorabilior in populo ad cuius numerum transibat,iussit Deus,quòd diuites non possent dare plusquam dimidium sicli,& pauperes non possent dare minus.Exo. trigesimo.Hoc etiam faciebat interdum populus: nã quando diuisa est terra promissionis per sortes,& terra vltra Iordanem data est duabus tribubus, & dimidiæ,& terra citra Iordanem data est nouem tribubus, & dimidiæ,collocatum est templum in terra nouem tribuum,& dimidiæ,& quia Iordanis diuidebat vtrãque terram,ita vt viderentur esse duo regna, vel duo populi, viri de duabus tribubus, & dimidia, feceunt altare nimiæ magnitudinis apud Iordanem, vt si aliquãdo post multa tẽpore viri de nouem tribubus,& dimidia,dicerent ad viros de duabus tribubus, & dimidia, quòd Deus Israel non pertinebat ad eos, nec tẽplũ eius, & cęremonię, quia Deus posuerat Iordanem tamquam terminum ad distinguendum populum suum ab alijs gentibus, possent respondere viri de duabus tribubus,& dimidia,quòd ipsi pertinebant ad Deum Israel,& probarent istud per altare magnũ, quòd constructum esset ab antiquo apud Iordanem in terra ipsorum ad honorem Dei Israel: Iosue 22.Et sic voluit Dauid, quòd populus non colligeret opinionem istam scandalosam ex opere suo, ideo vocauit omnes ad translationem arcæ.

Quare Leuitæ, & Sacerdotes fuerunt specialiter vocati. Quæst. VII.

QVAERITVR vlterius quare Dauid fecit vocari specialiter Leuitas,& Sacerdotes.

Respondendum est,quòd fuit propter multa. Primum est propter omnes illas causas,propter quas vocatus est reliquus populus,& præcipue ne viderentur contẽni, potissimè cum ipsi essent ministri Dei. Secundum est,quia dato,quòd deberent vocari Leuitę non sufficiebat generalis vocatio, sed requirebatur specialis,& hoc,quia nomine totius Israel non intelligebantur Leuitæ cum hic vocarentur omnes tribus Israel,& cognatio Leuitarum non est aliqua de duodecim tribubus Israel, vt precedenti capitu. declaratum est. Tertium fuit propter specialem necessitatem,quia magis necessarij erant Sacerdotes, & Leuitæ in translatione arcæ, quàm reliqui de populo, & ista necessitas erat in tribus. Primo in portatione arcæ:nam non poterat portari arca ab aliquo nisi a Leuitis,quia alias quicunque accederet ad illam, moreretur.Num.primo, & non solum non poterant eam portare populares, sed etiam nec quilibet Leuita: nã erant distincti Leuitę per tres familias,scilicet,Caathitas, Meraritas, Gersonitas, & ad solos Caathitas pertinebat portare arcam: Nume.3.& 4.Secundum erat propter solemnitatem melodiarum: nam quando portabatur arca debebant cantari coram illa laudes Domini, & tamen istud non pertinebat nisi ad Leuitas,quia quidam de ipsis erant cantores, & pertinebat ad eos facere Psalmos infra 25.vnde, & in ista portatione arcæ facti sunt aliqui Psalmi per Asaph principem cantorum,& fratres eius, & illi ponuntur 1. decimosexto.Tertium erat propter sacrificia: nam cum portaretur arca immolabantur coram ea anima lia:nam cum illi, qui portabant arcam transiuissent sex passus, immolabantur septem tauri, & sex arietes secundo Regum sexto,& infra decimoquinto. sacrificia tamen non poterant fieri nisi per Sacerdotes, quia aliàs, qui faceret, moreretur. Nume.3.& 16.& 18.Ideo oportuit,quòd specialiter vocarentur Sacerdotes,& Leuitæ ad istam translationem.

Quare Leuitæ vocati non venerunt. Quæst. VIII.

QVAERITVR vlterius cum nunc congregati essent omnes Israelitæ,& vocati Leuitæ non venerunt: sic enim patet infra 15.cum dxit Dauid, quia non eratis præsentes a principio percussit nos Deus,nunc ergo sanctificamini,& afferte arcam:ergo videtur,quòd nunc non fuerunt in portatione arcæ, quæ prima fuit,sed solum in secunda,quæ fuit de domo Obededom in domum Dauid.

Responderi potest dupliciter, vno modo, quòd Leuitæ vocati non venerunt ad portationem istam arcæ, quia non potuerunt, vel propter aliquam aliam causam,sed solum populus. Et istud satis concordat literæ isti, quia quamquàm fiat hic mentio, quòd vocati fuerunt Leuitæ, tamen non fit mentio, quòd venerint, & fit mentio de popularibus.

Secundò potest dici, quòd Leuitæ vocati venerunt ad istam translationem, & tamen non fecerunt cęremonias portationis, & propter hoc fuit peccatum:sic autem intelligitur quod dicitur infra 15.scilicet,quia non eratis a principio prędentes, percussit nos Dominus,ideſt,quamquàm essetis prælentes localiter tamen non eratis præsentes ministrando, & hoc sufficiebat ad hoc quòd Deus percuteret Israel. Primus tamen modus magis concordat literæ, quia infra 15.dicitur, quòd Dauid dixit illicitum est, vt a quocunque portetur arca Dei nisi a Leuitis,quos elegit Dominus ad portandum eam.Et ob hoc dixit eis, vos estis principes familiarum Leuitarum, sanctificamini,& afferte arcam Domini:nam a principio,quia non eratis præsentes percussit nos Deus.

Quare in diebus Saulis non requisierant arcam Domini. Quæst. IX.

QVAERITVR vlterius quare dixit hic Dauid, quòd in diebus Saulis non requisierant arcam Domini.

Respondendum est, quòd arca Domini a multis diebus erat extra Sanctuarium, & locus suus erat in sanctuario intra Sancta sanctorum, nunc autẽ manebat in Gabaa in domo Abinadab, & non erat ibi in magno honore, ideo videbatur negligenter se habuisse Saul circa illam, & totus populus tempore suo.Nam debuerat Saul facere vnum de duobus, scilicet,quòd portaret arcam Domini in sanctuarium, vbi erat locus suus, vel poneret eam in alio loco honorabiliori,vbi fierent coram ea aliquæ cęremoniæ: nam in Gabaa in domo Abinadab non fiebant aliquæ cęremonię coram arca, sed solum erat inuoluta operimentis suis,& custodiebatur ibi:sic patet primo Reg.7.cùm dicitur,quòd posuerunt arcam in domo Abinadab,& sanctificauerunt Eleazarum filium eius ad custodiendum eam, nunc autem Dauid voluit eã transferre ad locum honorabiliorem.

An Saul & populus suus peccauerit non locando arcam in alio loco honorabiliori. Quæst. X.

QVAERITVR vlterius an peccauit Saul, & populus tempore suo, quia non requisiuerunt arcam ad mutandum eã de Cariatharim.

Respondendum, quòd si peccauisset Saul aut populus hoc fieret propter vnum de duobus, scilicet, quia non reducta fuit arca in sanctuarium, vel quia non fuit posita in alio loco honorabiliori. De primo dicendum, quòd non peccabat Saul, nec quisquam in hoc,quia Deus licet assignasset Sancta sanctorum,

vt

vt esset locus arcæ Exo.16.& Leui.16.& ad Hebræ.9. non fuit hoc sub necessitate, ita vt contrarium faciendo,peccaretur. Quod patet, quia aliquando arca educebatur de sanctuario, & portabatur ad bellum, sicut fuit tempore Heli primo Regum 4.& iterum tempore Saulis portata est in castra eodem lib.capi. 14.Sic ergo licebat educi eam de Sancta sanctorum: ita licebat, quòd maneret extra in quocunque loco, dum tamen esset locus mundus,& honestus, hoc tamen differebat, quia quando erat arca intra Sancta-sanctorum erat discooperta:cum verò educeretur de loco ipso operiebatur velamentis suis per Sacerdotes,ne videretur nuda ab aliquo homine, quia moreretur etiam si esset Leuita: Nume.4.& non discoopriebatur quousque iterum reponeretur in sanctuario,vbicunque ergo esset alibi, necesse erat esse velatam,& sic erat in Cariathiarim in domo Abinadab, & hoc obseruato poterat ipsa licite esse in quocunque loco honesto:sic patet de Bethsamitis:nam quando venit arca de terra Philisthinorum disponebant eam tenere apud se,& tenuissent nisi accidisset casus grauis, scilicet, quòd perierunt plusquam quinquaginta millia,quia viderunt illam primo Regum 6. Paret hoc etiam de viris Cariathiarim, vt portarent ad se arcam Domini, & illi portauerunt, & tenuerunt apud se eodem lib.capitu.7.Et sic tam Bethsamitæ, quàm viri Cariathiarim putabant licitè teneri arcam in Cariathiarim, & sic non peccauit Saul nec populus tenendo arcam extra sanctuarium illo tempore. Si autem quæratur quantum ad secundum dicendum, quòd si secundum legem cautum esset, quòd coram arca fierent aliquæ ministrationes, peccauisset Saul, & populus non ponendo arcam in loco venerabili,& quòd ante illam essent Leuitę, & Sacerdotes ministrantes,lex tamen nihil istorum determinauerat, ideo non apparebat manifestè, quòd erat peccatum in non ponendo eam in loco honorabiliori.Dicendum tamen, quòd videtur fuisse quædam irreuerentia in hoc,scilicet, quòd Saul toto tempore regni sui non poneret eam in loco honorabiliori cum habuisset ad hoc opportunitatem : nam regnauit annis quadraginta,vt patet capitu.13.Et in illis fuit magno tempore in pace:poterat ergo honorabiliter transferre arcam ad alium locum,& de hac irreuerētia accusat tempora eius Dauid,dicens,non enim requisiuimus eam in diebus Saul,quasi dicat, male fecimus in hoc, & tamen non voluit dicere non requisiuit eam Saul, ne videretur accusare specialiter Saulem, quia per hoc videretur Dauid malum animum habere ad eum,cum fuisset hostis eius,& ipse nunc accusaret illum, ideo retorsit culpam in totum populum, & non in Saulem,quamquàm ille maxime erat culpabilis.

Quare Dauid non dixit de tempore Samuelis.
Quæst. XI.

QVAERITVR vlterius quare non dixit Dauid de tempore Samuelis:nam Samuel fuit iudex super Israel antequam regnaret Saul. nam quando capta est arca a Philisthinis iudicabat Heli summus Sacerdos terram Israel, & ipse erat tunc tamquam Dominus, sed cum audiuit, quòd capta esset arca a Philisthinis, corruit de sella, & mortuus est.Post eum autem Samuel iudicauit Israel annis viginti,vel plus, vt probatum est primo Reg.7. Et tempore suo reducta fuit arca de terra Philisthinorum in terram Israel cum solum manserit septem mensibus in terra Philisthinorum primo Regum 6. Ipse tamen non posuit eam in sanctuario, nec fecit ponī in loco honorabiliori, vt fierent coram illa alię quæ ceremoniæ. Dicendum,quòd Dauid non auctus fuit accusare tempora Samuelis, sed solum Saulis propter multa. Primò, quia dum Samuel iudicauit Israel fuerunt bella multa,& Israelitæ non erant bene liberi de potestate Philisthinorum:nam tunc erat statio Philisthinorum in terra Israel ad recipiendum tributa,vt patet primo Regum 10.& 12. Et ibi declaratum est,& opprimebantur tunc nimis Israelitæ a Philisthinis,quia cogebantur non habere aliquem fabrū ferrarium in tota terra Israel, sed quicunque vellet parare ligonem, vel vomerem, vel alia instrumenta agriculturæ cogebatur descendere in terram Philisthinorum eodem lib.c.13.Intantum, q̄ in principio regni Saulis cum vellet pugnare Saul contra Philisthinos, non fuit aliquis gladius aut lancea in manu cuiusquam nisi in manu Saulis,& filij sui Ionathę.e.c. Et sic non habuit Samuel opportunitatem in tempore,quo fuit iudex ad faciendum hoc:habuit tamen Saul tempore suo:ideo accusata sunt tempora Saulis, & nō Samuelis. Secundum fuit, q̄ Samuel erat Prophera maximus tpe suo,& credebat Dauid, q̄ si sciuisset Deo acceptum esse, q̄ mutaret arcā mutauisset illam, & ēt putauit, q̄ fortè aliq̄ reuelationem habuit Samuel de nō mutando arcam de Cariathiarim, & pp hoc non mutauit eā. Nā istud est cōmune in prophetis, q̄ oīa, quæ faciunt excusantur a nobis, eo q̄ putamus, q̄ instinctu Dei egerint, cū De⁹ eis loquat. Sic patet de Samuele, qui fecit sacrificiū extra templū,& cōstruxit altare in Ramatha,& in Masphat,& in Galgala.1.Re.7. & 10. & 11.Et Dauid fecit sacrificiū in area Iebusæi 2.Reg.vlt.& infra 21.& Elias fecit sacrificiū in mōte Carmelo 3.Re.18.& iñ Deus iusserat, q̄ sub pęna mortis nullus faceret sacrificiū nisi sup altare, quod erat ad ostiū tabernaculi.Leui 17.& Deut. 12.& Iosue. 22.sed isti excusant a nobis, ga erant prophetæ,& dicimus, q̄ Dei instinctu fecerūt. Tertiū est, quia Dauid voluit istā culpam retorquere in populū, scilicet,in eos,qui tūc erant,& nō in antiquos, ga magis honestum est, q̄ quis seipsum arguat, q̄ alios,& isti, qui nunc erant viri tpe Dauid erāt pueri tpe Samuelis,vel nondum erant nati,& sic de eo, q̄ nunc factum est non poterat eis imponi aliqua culpa, & in tpe Saulis qui pauloante fuerat,omnes isti, qui erant nunc,erant viri,& attinebat ad eos aliquid de dispositione regni,erant igit̄ in culpa, quia tempore Saulis non requisiuerunt arcam, & ideo tempora eius arguenda sunt.

Quare non redarguit Dauid tempora Isboseth.
Quæst. XII.

QVAERITVR vlterius quare Dauid non redarguit tempora Isboseth,sicut redarguit tempora Saulis.Nā magis modernus fuit Isboseth,quàm Saul, & sic propter causam dictam prędcedenti quæstione populus magis erat arguendus, quòd tempore Isboseth non transtulerit arcam, quàm tempore Saulis. Respondendum,quòd Dauid nihil dixit de temporibus Isboseth propter multa. Primo,quia pōt intelligi tempus Isboseth per tempus Saulis,ita vt tam regnū Saulis, quàm Isboseth computetur sub diebus Saulis,eo quòd Isboseth erat successor Saulis, & successor,& ille, cui succedit fictione iuris reputantur eadē persona,& sic dicetur, q̄ Dauid etiā redarguit populum, q̄ in diebus Isboseth fuerit negligēs circa arcā, & tamen non expressit aliquid de Isboseth, quia intelligitur per Saulem,simile patet 1.Reg.3.scilicet,ſi ęcta est longa ęcertatio inter domū Dauid,& domum Saulis,& tn tunc non pugnabat Dauid ꝙ domū Saul quia nam mortuus erat, sed contra domum Isboseth, vocatur tamen domus Isboseth domus Saulis, quia fuit filius eius,& successor in regno. Secūdo pōt dici quòd non redarguuntur tempora Isboseth,eo quòd in tempore suo non fuit opportunitas ad transferendum arcam de loco suo, quia totum tēpus Isboseth fuit inbellis,&, quòd maius est,semper Isboseth succumbebat,sic patet.2.Reg.3.f.facta est longa concertatio inter domū Saul, & inter domū Dauid: Dauid proficiens,& semper seipso robustior;domus autem Saul decrescens quotidie: & in hoc fuit semper Isboseth vsquequo per insidias occisus est eo.lib. cap.4.& sic Isboseth vacans his bellis non potuit trāsferre arcam Domini ad locum honorabilem,quia ad hoc requirebatur magna pars,& gaudium populi. Tertium fuit,quia sicut dictum fuit prædcedenti quæstione Dauid volebat accusare populum, & vt honestè accusaret volebat se accusare cum illis: sic enim dixit hic in litera,scilicet non enim requisiuimus eam in diebus Saul,quia in diebus Saulis totus Israel erat vnus populus, & culpa de non transferendo arcam pertinebat ad totum Israel. & tamen in diebus Isboseth nō fuit sic,quia fuit populus diuisus semper,nam tribus Iuda accepit Dauid in regem, omnes autem alię tribus acceperunt Isboseth in regem.2.Reg.2.cap. Ideo nō poterat esse culpa omnium simul, sed vel esset culpa regni Israelis solius, scilicet Isboseth & suorū, vel solius regni Iuda,s.Dauid & suorum, ideo non poterat conuenienter redargui tempus Isboseth. Quartum, & præcipuū fuit, quia Isboseth nullo modo erat culpabilis in hoc, nam arca erat in Cariathiarim, vt patet hic in litera, & 1.Regū 7. Pertinebat iñ Cariathiarim ad sortem Iuda Iosue decimoquinto. Et tota illa terra erat subiecta tunc Dauid· nam mox vt mortuus est Saul, constitutus fuit Dauid in regem super tribum Iuda, & sic Isboseth nunquam habuit principatum super tribum Iuda,vnde nec potuit transferre aliquando arcam.2.Reg.2.cap.

An Dauid peccabat non transferendo arcam toto tempore præterito. *Quæst. XIII.*

QVAERITVR vlterius an Dauid peccabat non transferendo arcam toto tempore prętcrito, & quare non transtulit eam cum iam fuisset rex Iuda post septem annos,& dimidium,secundo Reg.5.Dicēdum quòd propter multa.primò, quia, vt aliqui volunt, Dauid non poterat transferre arcam, quia erat in regno Isboseth : & tamen tunc erat bellum inter Isboseth, & Dauid. Sed hoc non stat, quia arca translata fuit in Cariathiarim, quando primo venit de terra Philisthinorum,1.Reg.7.Et nūc etiam quando Dauid eam trāstulit, erat in Cariathiarim,vt patet in litera: est tamen Cariathiarim in sorte Iudę Iosue decimoquinto. Ideo non obstabat diuersitas regni Isboseth,& Dauid, quin posset Dauid trāsferre eam in aliquem alium locum. Aliqui dicunt aliter,scilicet,quòd quanquam arca esset in regno Iude,tamen non poterat Dauid eam trāsferre, quia debebat tranferri in sanctuarium,vbi erat locus suus, & tamen sanctuarium pro tunc erat in regno Isboseth: nam erat in vrbe Gabaon. Quod patet, quia quando Salomon iuit ad altare Domini, quod fecerat Moyses in deserto,erat in Gabaon,vt patet tertio Regum tertio, & sequenti libro capitulo primo. Et tamen altare illud erat ad ostium tabernaculi, vt patet Exodi vigesimonono,& Leuitici primo, & decimoseptimo,& Iosue vigesimosecūdo. Sed hoc non stat, quia quanquam esset tabernaculum in Gabaon, & esset Gabaon de regno Isboseth, scilicet, de sorte Beniamin Iosue 18. poterat Dauid facere translationem arcę,quia non cogebatur ferre illam in sanctuarium, sed poterat ferre in quemcunque locum mundum & honestum. Quod patet, quia nunc non transtulit eam in tabernaculum, sed in domum suam in Ierusalem infra in litera,& infra 15. Dicēdum ergo quòd alię causæ fuerunt. Prima fuit, quòd Dauid volebat facere istam translationem, & tamen debebat fieri honorabiliter,& quia erat ipse occupatus bellis contra seruos Isboseth, non poterat conuenienter eam transferre. Secundum fuit, quia Dauid fortè per aliquem propheram cognouerat se futurum regem totius Israel,ideo vt magis solennizaretur translatio,volebat expectare tempus, in quo esset rex super totum Israel, & sic nunc mox vt factus est rex super Israel, fecit istam translationem. Quod patet, quia dixit: non enim requisiuimus eam in diebus Saulis : & si tamē postquam ipse factus est rex super totum Israel aliquanto tempore mansisset nō procurās istā translationem,non dixisset solum, quòd non requisiuerāt arcam in diebus Saulis, sed etiam dixisset de temporibus suis,quòd non requisiuerant eam, & non dixit: ideo videtur quòd fuit hoc in principio regni sui super Israel. Tertium fuit, quia Dauid noluit præiudicare viris Israel, nam licet esset arca in terra sua, eo tempore, quo ipse erat rex super Iudam, tamen illa pertinebat ad totum populum,& mutatio eius de loco ad locum fieri debebat de consensu totius populi. Et tamen tunc Dauid solum prędrat tribui Iuda, ideo non poterat cōuenienter transferre arcā: expectauit ergo quousque esset rex super Israel : & tunc mutauit illam. Quartum est,quia poterat esse,quòd in toto regno Iuda non erat aliquis locus, ad quem conuenienter transferretur arca de Cariathiarim, maxime si Deus reuelauerat,quòd illa deberet esse in Ierusalem, sicut reuelauit, quòd elegerat Ierusalem ad hoc quòd fieret ei ibi templum, sequēti lib. cap.6. Et hoc patet, quia arca non fuit nunc translata de Cariathiarim ad aliquem locum regni Iuda, sed in Ierusalem, & ille est locus sortis Beniamin, vt patet Iosue decimooctauo. non ergo potuit cōuenienter Dauid transferre arcam quamdiu fuit rex super Iudam, sed quando ępit regnare super totum Israel.

Quare Dauid non transtulerit arcam in sancta sanctorum.
Quæst. XIIII.

QVAERITVR vlterius cum nunc Dauid transtulerit arcam de Cariathiarim, quare non transtulit eam in sanctuarium, vt esset intra sancta sanctorum, sicut statutum erat de ea,nam locus eius erat ibi. Leui.16.& ad Hebrēos nono. & an Dauid peccauit non transferendo illuc, nam Dauid erat vir deicola, & faciebat trāslationem istam propter honorem magnum Dei cum magnis sumptibus: si tamen sciret se peccare transferendo ad domum suam,nullo modo vellet tanta expendere in vanum: potissimè offendendo Deum: non ergo peccauit transferendo in domum suam. Cùm autem dicitur quare Dauid non transtulit in templum arcam. Respondendum quòd hoc fuit propter multa. Primo ad euitandum frequentes mutationes arcę, quia non decebat hoc ad reuerentiam eius, & tamen si transferretur nunc in sanctuarium oportebat fieri in breui aliam translationem,nam Dauid disposuerat ędificare Domino templum honorabile in Ierusalem, vt colligitur secundo Regum 7. & infra 17. & 22. Et istud fuit in principio regni sui. Constructo autem templo mox erat illuc introducenda arca. Sr autem nunc transferretur arca in sanctuarium, quod

quod erat in Gabaon, oportebat rursus transferri de Gabaon in Ierusalem, ideo potius voluit transferre nunc in Ierusalem quam in Gabaon. Secunda causa fuit ad euitãdum laborem populi, & magnitudinem expensarum: nam ad hoc, quòd transferretur arca honorabiliter totus populus cõgregandus erat, sicut nunc: in quo erat labor populi, s. quòd venirent de extremis finibus Israel: etiam erat magnitudo expensarũ, quia Dauid daturus erat cibos toti populo tam viris, quàm mulieribus, sicut fecit in ista translatione: nam dedit cuique tortam panis vnam, & vnam assaturam carnis bubalæ, & similam oleo frixam, secũdo Regum 6. & infra 16. erant etiam magnæ expensæ in trãslatione propter sacrificia, nam cum portaretur arca de domo Obededom in domũ Dauid, cum transissent qui portabant arcam sex passus immolabãtur septem tauri, & sex arietes infra 15. Ideo melius fuit transferri nũc in Ierusalem semel, quam transferri in Gabaon, ita vt fieret bis translatio. Tertium fuit propter deuotionem Dauid. Nam ipse erat nimis deicola, & volebat sæpe interesse cæremonijs cultus diuini, quod non poterat facere cùm ipse habitaret in Ierusalem, & arca esset in Cariathiarim, & templum in Gabaon, ideo oportuit, quòd vnum illorum transferret in Ierusalem ad hoc, quòd propter illud possent ibi fieri sacrificia & cantari diuinę laudes, & esset locus orãdi Dominum. Visum est autem Dauid conuenientius mutare arcam quàm tabernaculum, ideo mutauit illam.

Quare Dauid non reduxit de Ierusalem in sanctuarium Gabaon arcam. Quæst. XV.

QVAERITVR vlterius cum Dauid transtulerit arcam in Ierusalem putans, quòd in breui faceret Domino ibi templum, & postea responsum fuerit ei, quòd non ædificaret templum Domino ipse, sed filius eius. 2. Reg. 7. & infra 17. quare non reduxit arcam de Ierusalem in sanctuarium Gabaon.

Respondendum q̃ si Dauid sciuisset prius quàm transferret arcam in Ierusalem. quòd Deus non permitteret ei ædificare templum, fortè non transtulisset arcam in Ierusalem, sed vel reliquisset eam in Cariathiarim, vel transtulisset in Gabaon, vbi erat sanctuarium: postquam tamen trãstulerat eam in Ierusalem cognouit, quòd non ædificaturus esset ipse templum Domino, sed filius eius, vt patet ex ordine literę, secundo Regum 6. & 7. cum tamen habuit eam in Ierusalem noluit reducere in Gabaon, & causa fuit primo ad euitandum labores, & expensas, sicut dictum est præcedenti quęstione. Nam sufficiebat ipsam arcam ductam fuisse in Ierusalem ad hoc, quòd ponetur ibi in sanctuario quando fieret, & tamen si reduceretur nunc in Gabaon oportebat bis laborari, scilicet, ducendo, & reducendo, & in hoc fierent magnę expensę, quas voluit euitare Dauid, potissimè quia nõ erat aliquod inconueniens, quòd maneret arca in Ierusalem, licet esset extra templum, quia sicut fuit in Cariathiarim plusquam quadraginta septem annis cum paruo honore, poterat esse in Ierusalem quousque ędificaretur templum cum maiori honore. Secundum fuit, quia Dauid desiderabat nimis habere apud se tabernaculum Domini vel arcam, vt haberet locũ orandi, quod non esset si faceret reducere arcam in Gabaon. Tertium fuit, quia volebat Dauid facere, q̃ in magno honore teneretur arca, & cum magna diligentia fierent cæremonię coram ea. Si tamen maneret in Cariathiarim, vel reduceretur in Gabaon: dato quòd iuberet ibi fieri cęrimonias, non fierent cum tanta diligentia, & veneratione, sicut præsente Dauid: ideo voluit potius tenere arcam in Ierusalem.

Quare Dauid mutauerit arcam de Cariathiarim nolens eam in sanctuario ponere. Quæst. XVI.

QVAERITVR vlterius cum Dauid non intenderet ponere arcam in sanctuario, quare mutauit eã de Cariathiarim, quia vtrobique erat extra locum suum.

Respondendum, quòd hoc fuit propter duo. Primum fuit propter honorem Dei, nam cum esset arca in Cariathiarim, non fiebãt aliquę ministrationes, nec canebantur laudes diuinę coram illa. Ista enim erat quędam irreuerentia, quia manebat ibi arca in loco priuato tanquam supellex parui honoris, ideo voluit facere. quòd illa esset in loco honorabiliori, & ob hoc dixit hic in litera: non enim requisiuimus eã in diebus Saul, ideſt non quæsiuimus eam ad honorandum ipsam, ideo nunc honoremus eam, & istud intendebat Dauid facere, nam parauit ei tabernaculum honoratissimũ in domo sua, & fecit ibi esse Leuitas, qui omni tempore canerent coram arca, & posuit ianitores, & alios officiales domus illius, sicut erat in tabernaculo testimonij, vt patet infra 16.

Sed obijcietur, quia Dauid poterat facere omnia ista non transferẽdo arcam de Cariathiarim, scilicet, quòd poneret Leuitas cantores, & ianitores in Cariathiarim, vt facerent omnia, quæ facturi erant in Ierusalem in domo Dauid.

Respondendum sicut dictum est præcedenti quęstione, scilicet, quòd dato, quòd Dauid iuberet facere omnes cęremonias in Cariathiarim, non possent fieri cum tanta veneratione, & diligentia in Ierusalem sicut propter peccatum Dauid, sed posito, quòd possent fieri cum tanta diligentia, Dauid potius vellet habere arcam in Ierusalem quàm quòd esset in Cariathiarim, & est ad hoc. Secunda causa, quia Dauid erat vir deicola, & desiderabat habere apud se oratorium, vbi fierent cęremonię legis, & hoc non poterat esse nisi haberet secum tabernaculum Domini, vel arcam. Tertium fuit propter bonum publicum, nã Ierusalem erat locus famosior in toto regno suo, & ibi habitabat semper rex, & propter hoc conueniebãt plurimi de omnibus partibus Israel illuc. Erat ergo bonum, quòd esset ibi oratorium, scilicet tabernaculi vel arcę, vt per hoc omnes homines, qui veniebãt ad curiam incitarentur, & assuefierent ad deuotionem.

Et respondit vniuersa multitudo, vt ita fieret. Placuerat enim sermo omni populo. Congregauit ergo Dauid cunctum Israel à Sihor Ægypti vsque dum ingrediaris Hemath, vt adduceret arcam Dei de Cariathiarim. Et ascendit Dauid & omnis vir Israel ad collem Cariathiatim, qui est in Iuda, vt afferret inde arcam Domini Dei sedentis super Cherubim, vbi inuocatũ est nomẽ eius. Imposueruntque arcam Dei super plaustrum nouum de domo Abinadab. Oza autem & frater eius minabant plaustrum. Porro Dauid, & vniuersus Israel ludebant coram Deo omni virtute in cãticis, & in citharis, & psalterijs, et tympanis, et cymbalis, et tubis.

Et respon-

Et respondit vniuersa multitudo, vt ita fieret. Scilicet tota multitudo, quæ erat in curia regis, vel multitudo principum, cum quibus iniuit consilium, non potest intelligi de tota multitudine Israel, quia nõdum congregata erat, sed nunc iussa est congregari.

Placuerat enim sermo omni populo. Redditiuum cauſæ est, s. omnes responderunt quòd fieret, quia placebat nimis omnibus translatio arcæ, & hoc quia erat magnus honor Dei, & bonum publicum, sicut supra declaratum est in quæstionibus.

Congregauit ergo Dauid cunctum populum Israel. Scilicet iussit illum congregari: non est intelligendum, quòd Dauid cogeret quenquam venire ad istã translationem arcę, sed solum fecit denunciari per totum Israel, quòd arca transferẽda erat, & tunc omnes gaudentes venerunt sponte propter deuotionem cognita bona voluntate regis: non est etiam intelligendũ, quòd totus populus nunc conuenerit ad translationem istam, quod patet, quia solum conuenerunt ducenta vigintiquatuor millia, vt patet in litera, & tamẽ pauloante hoc ad vnctionem Dauid conuenerunt plusquam trecenta millia, & multi alij manserunt in vrbibus, qui non venerunt, præcedenti cap. sed dicitur totus Israel, ideſt multi de Israel, quia iste est modus loquendi scripturæ.

A Sihor Ægypti vsque dum ingrediaris Hemath. Isti sunt duo termini in duabus extremitatibus terræ Israel, & est sensus, quòd totus Israel, qui intercluditur inter istos duos terminos, fuit congregatus nunc. Est enim Hemath ciuitas quædam in extremitate terræ Israel in latere aquilonari, vbi coniungitur Syriæ, & ibi regnabat quidam rex Syrorũ nomine Tohu, qui fuit amicus Dauid: & misit ad eum magna munera, quia expugnauerat regem Adadezer. 2. Reg. 8. Quòd autem sit terminus aquilonaris terrę Israel, patet Numeri 34. vbi ponũtur termini istius. Sihor est alius terminus in parte opposita, scilicet, Meridiana, & Sihor significat in Hebręo fluuium: est enim nomen commune, sicut apud nos istud nomen fluuius, & tamen Hieronymus accepit hic tanquam nomen proprium, velut fuesset nomen alicuius loci in extremitate Aegypti.

Sed dicendum quòd debet accipi, vt nomen appellatiuum pro fluuio, nam sępe ponitur iste fluuius Aegypti pro termino meridiano terræ Chanaan, vt patet Genesis decimoquinto, scilicet, Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Aegypti vsque ad flumen magnum Euphratem. Sic etiam patet Iosue 13. vbi ponitur fluuius turbidus Aegypti pro termino meridiano: & ponitur Hemath pro termino aquilonari, sicut hic. Et sciendum, quòd iste fluuius Aegypti, qui est terminus meridianus terrę Chanaan putatur à plurimis esse quidam paruus fluuius, qui dicitur Riuocorula, vt dicit Historia scholastica, & Nicolaus, & multi nostrorum tenent, & nos etiam aliquando diximus referendo aliorum positionem, & tamen secundum veritatem est fluuius Nili, qui est famosissimus fluuius in toto Aegypto, immo in toto orbe, qa iste est vnus de quatuor fluminibus, qui egrediantur de paradiso terrestri, vt declaratum est Gen. 2. Et patet hoc, quia dicitur hic per excellentiã à Sihor Aegypti, ideſt à fluuio Aegypti, & tamẽ si esset aliquis paruus fluuius Aegypti, non vocaretur fluuius Aegypti per excellentiam, sed vocatur sic, ergo intelligitur de Nilo, item patet hoc clarius Iosue 13. vbi dicitur. A fluuio turbido, qui irrigat Aegyptum. Et tamen nullus alius est irrigans Aegyptum nisi Nilus, qui vocatur turbidus propter humores suos, & alluuiones: nam quando impletur inundat super terram planam, & ibi turbantur aquę suę in puluere. De hoc magis declaratum est Exo. 2. Non est autem intelligendum quòd terra Aegypti, & terra Chanaan coniungantur in aliquo loco, & ibi sit terminus fluuius Nili, quia inter terram Chanaan, & Aegypti iacent solitudines Arabicæ, ita vt non possent coniungi, sed Nilus circa partem occidentalem Aegypti exit per solitudines arabicas versus terram Chanaan in latere meridiano eius, vbi est sita terra Philisthinorum, & ibi intrat Nilus in mare Mediterraneum per vnam de portis suis, nam in septem alueos diuiditur prius, quàm intret in mare, & ibi est Nilus terminus terræ Chanaan.

Et ascendit Dauid, & omnes viri Israel ad collem Cariathiarim. Erat arca in Cariathiarim in colle, nam Abinadab, in cuius erat domo, habitabat in excelso vrbis, & illuc ascendit Dauid cum omnibus viris Iuda, scilicet, cum omnibus, qui nunc conuenerant ad portandum arcam.

Qui est in Iuda. Scilicet ciuitas Cariathiarim est in sorte Iuda, vt patet Iosue 15.

Vt afferrent inde arcam Domini Dei. Vocatur arca Domini, quia pertinebat specialius ad Deum quam aliqua alia arca, cum ipse iussisset eam fieri. Etiam quia continebatur ibi fędus, quod fecerat Deus cum Israelitis, scilicet, tabulę lapideę in quibus erant præceptą decalogi, & ob hoc vocatur arca fęderis.

Sedentes super Cherubim. Refertur ad Dominum, scilicet, quòd Deus sedet super Cherubim, & potest dupliciter intelligi, vno modo, quod sedet super Cherubim, ideſt super vnum ordinem angelorum, qui sic vocatur, & est octauus ordo, & ita intelligunt multi de nostris. Aliter potest intelligi, quòd Deus sedet super Cherubim, ideſt super duos Cherubim aureos, qui in lateribus arcę erant.

Pro quo sciendum, quòd coopertorium arcę erat de auro purissimo, nec erat ibi aliqua tabula, & de extremitatibus illius procedebant duo Cherubim, qui extendebant alas ex aduerso contra se, & velabant ipsum opertorium arcę, quod vocatur propitiatoriũ. In illa autem concauitate, quę inter alas erat Cherubim dicebatur Deus sedere, ideo sedebat super Cherubim. De hoc Exodi vigesimoquinto, & trigesimosexto.

Vbi inuocatum est nomen eius. Ideſt super arcam inuocatum est nomen eius, quia ibi erat specialiter.

Imposueruntque arcam Domini super plaustrum nouum. Scilicet ad ferendum eam de Cariathiarim in Ierusalem posuerunt super plaustrum. Dicitur enim plaustrum currus à plaudẽdo dictus, quia mittit sonitum quando mouetur.

De domo Abinadab. Erat enim arca in domo Abinadab, quia ibi fuerat reposita, & tunc de domo eius sumptum est plaustrum ad portandum illam, vt patet primo Regum septimo, & secundo Regum sexto.

Oza autem & fratres eius minabant plaustrum. Iste Oza erat filius Abinadab, in cuius domo seruabatur arca, sic patet secũdo Regum capitulo sexto, scilicet, Oza, & Haio filij Abinadab minabant plaustrum. Et quanquam exprimatur ibi de solis Oza, & Haio: tamen hic exprimitur de Oza, & multis fratribus eius: & ipsi minabant plaustrum, quia erãt Leuitę ad quos pertinebat istud.

Porro Dauid & vniuersus Israel ludebant coram Deo. Iste ludus erat exultationis, & deuotionis, cum portarent arcam, & erat ludus in canendo, & psallendo in instrumentis musicis. Et dicitur Dauid & vniuersus Israel, quia omnes de Israel, qui assistebant, & nouerant psallere in organis musicis psallebant. Alij autem canebant, & sic erat lætitia in omnibus.

Omni virtute. Ideſt iuxta vires suas, quia quilibet

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantum canebat quantum poterat & psallebat iuxta F vires, sic enim dicitur secundo Reg. 6. ꝙ Dauid percutiebat in organis, & saltabat totis viribus ante Dominum, ideſt quãtum poterat saltare, ita de omnibus alijs intelligendum est.

In cánticis. Istud erat generale ad totum populũ, quia omnes canebant prę exultatione. *Et in citharis, & psalterijs, & tympanis, & cymbalis, & tubis.* Omnia ista sunt organa musica, & non solum ista erant ibi, sed etiam omnia alia genera musicorum vasorum, quæ haberi poterant in Israel, sicut dicitur 2. Reg. 6. ſ. Dauid autem, & omnis Israel ludebant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, & in citharis, & lyris, tympanis, & sistris, & cymbalis. Citharę sunt organa antiqua, quę inter antiquos erant cõmunissima. Nũc G autem vix in vsum veniunt. Psalterium autem instrumentum cognitum est, & erat valde vsitatum apud Iudęos, & maxime Dauid vtebatur isto instrumento, vnde ipse dixit in psalterio decachordo psallam tibi, ideſt in psalterio decem Chordarum. Psal. 143. & 2. Reg. 6. dicitur in lyris, vbi dicitur hic in psalterijs, & non est idem instrumentum secundum modum nostrum accipiendi communem, & tamẽ Hieronymus pro eodem accepit hic. Tympana vocantur instrumẽta de ligno quadrato, vel rotũdo facta, quæ postea chorio trimi superextenso circundantur manente interius magna cõcauitate, quę cum percutiantur manu, vel baculo sonitum pulchrum reddunt, & dicuntur tympana à tinniendo, quia percussa tinnitum red- H dunt, ideſt sonitum, & inde vocatur tympanistria vir, vel fęmina percutiens tympanum, sic dicitur Psal. 67. scilicet in medio tympanistriarum iuuencularum. Cymbala dicuntur esse quędam parua instrumenta facta de ære, vel de ferro cõcaua, quæ manibus tenentur, & percutiuntur, & vocant vulgariter le terreuelas. Tubę instrumenta communia sunt, eo. 2. Reg. 6. ponuntur sistra: non tamen sunt idẽ secundum communem modum accipiendi, sed dicũtur sistra instrumẽta facta de ligno tenui circulari in cuius altera parte corium extenditur, & in circuitu ligni ponuntur crepitacula parua de ferro, ſ. lamine rotundę, quę inuicem percussę sonitum reddunt. Hic autem accepit Hieronymus tubas pro sistris. I

Psalteriũ Cymbalũ Tympanũ quæ sint.

Sistrum quid sit.

An verum sit quòd Dauid, & omnis populus iuerint ad tollendum arcam de Cariathiarim. Quæſt. XVII.

QVAERITVR circa hoc quomodo dicitur hic, quòd Dauid, & omnis Israel iuerũt ad tollendum arcam de Cariathiarim, quia non videt, ꝙ erat arca in Cariathiarim, sed in Gabaa, sic patet 2. Reg. 6. ſ. & imposuerũt arcam Domini super plaustrum, tuleruntque eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa, & iterum dicitur ibi, cumque tulissent eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa custodiẽs arcam Domini, ita patet hoc 1. Reg. 7. Cùm dicitur, quòd intulerunt arcam Domini in domum Abinadab in Gabaa.

Respondendum quòd aliqui sumpserunt occasionem errãdi ex isto loco, de quibus fuit Nicolaus: nam putauerunt, quòd arca Domini quando ducta est de Bethsames fuit primo posita in Cariathiarim: deinde fuit portata in Gabaa, & ibi fuit posita in domo Abinadab de cuius domo nunc transducta est.

Liranus refellitur.

Sed dicendum quòd hoc nullo modo stat. Quod patet, quia hic dicitur, quòd iuit Dauid, & omnis Israel ad portandum arcam de Cariathiarim, ergo nõ fuerat translata de Cariathiarim in Gabaa. Secundò patet, quia si fuisset arca primo posita in Cariathiarim deinde translata in Gabaa, expressisset scriptura aliquid de modo, quo stetit in Cariathiarim, & quomodo translata fuisset inde in Gabaa, & quare hoc, & tamen nulla mentio fit de isto, sed solum dicitur, quòd viri Cariathiarim reduxerunt arcã Domini de Bethsames, & intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa, ergo non fuit translata de Cariathiarim in Gabaa. Dicendum ergo, quòd fuit error eorum, qui putauerunt fuisse duas translationes vnam de Bethsames in Cariathiarim, & aliam de Cariathiarim in Gabaa, quia idẽ locus est Cariathiarim & Gabaa. Quod patet, quia dicitur hic, quòd Dauid & omnes Israelitæ iuerunt in Cariathiarim pro arca Domini, & tulerunt eam de domo Abinadab, & tamen. 2. Reg. 6. dicitur, quòd iuerunt pro arca Domini in Gabaa, & tulerunt eam de domo Abinadab, nec valet, quòd si aliquis dicat, quòd Dauid transtulit bis arcam, scilicet vna vice de Cariathiarim, & alia vice de Gabaa, quia istud nõ põt stare, nisi Dauid trãsferret eã de vno loco in alterũ, qđ falsum est, qa Dauid volebat trãsferre eã in domũ suã in Ierusalem, non ergo transferret de Cariathiarim in Gabaa, vel è contrario. Secũdo patet hoc quia eadem, quę ponuntur hic, quando dicitur, quòd transtulit Dauid arcam de Cariathiarim ponuntur. 2. Reg. 6. quòd transtulit eam de Gabaa, nec est differentia in aliquo: istud tamen impossibile erat, nisi sit eadem translatio, ideo non fuit arca Domini prius posita in Cariathiarim deinde in Gabaa: tamen Dauid solum transtulisset eam, scilicet, de vno loco, scilicet, de Cariathiarim, vel de Gabaa, & tamen hic dicitur quòd transtulit eam de Cariathiarim, & 2. Reg. 6. dicitur quòd transtulit eam de Gabaa, ergo nõ fuerunt ista diuersa loca, in quibus poneretur arca. Sed dicendum, quòd fuit vnus locus Cariathiarim, & Gabaa, & hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd eadem ciuitas habebat duo nomina, & aliquando vocetur Cariathiarim, & aliquando Gabaa, sic patet de Hebron, qui vocatur Hebron, Mambre, & Cariatharbe, Gen. 23. & Iosue 14. Sic etiã ciuitas Dabir vocatur Dabir, & Cariathsepher, vt patet Iosue 15. & Iudi. 1. sic etiam est de multis alijs, & sic vocabitur ista ciuitas Cariathiarim hic, & vocabitur Gabaa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam similitudinem, aut imaginem masculi, vel fœminę similitudinem omnium iumentorum, quę sunt super terram, vel auium sub cœlo volantium atque reptilium, quę mouentur in terra, siue piscium, qui sub terra morantur in aquis. Quòd autem ille, qui loquebatur in propitiatorio nō erat Deus, sed angelus, & alia multa circa hoc, declarata sunt Exo. 25. & magis 28.

An Israelitæ peccauerint ponendo arcam super plaustrum, Quæst. XX.

QVAERITVR vlterius an peccauerūt Israelitę ponentes arcam super plaustrum.

Aliquis dicet q̄ non, quia si peccauissent Dominus puniuisset eos propter hoc: & tamen non puniuit, ideo nō peccauerunt. Et si aliquis obijciat, q̄ punitus est Oza, nā occisus est, dicetur, q̄ non occisus fuit propter hoc, sed quia tetigit arcā q̄ erat prona ad cadēdum, vt patet infra in litera. Dicendum quòd filij Abinadab, qui posuerūt arcam super plaustrum peccauerunt, quia lex iubebat, quòd portaretur super humeros. Propter hoc autem Leuitis, & Meraritis, qui portabant columnas, & tabulas tabernaculi, & Gersonitis, qui portabant pelles, & operimenta tabernaculi iussit Deus dari plaustra ad portandum hæc: Caathitis tamen, qui portabant arcam, & duo altaria, & candelabrum, & mensam, & alia vasa sanctuarij, nō data sunt plaustra, sed iussit Deus, quòd portarent onera super humeros suos, Num. 7. & hoc fuit propter magnam reuerentiam, & sanctitatem illorum vasorum, quia honorabilius erat, quòd portarentur ab hominibus quàm a iumentis. Isti autē posuerunt nunc arcam super plaustrū, ideo peccauerūt, quia quidquid erat contra legem, peccatum erat, & morte dignum. Item patet hoc quia infra 15. cap. Dauid redarguit istam portationem, dicens q̄ Deus percusserat Israel, quia non debite portabatur arca, & quando postea portauit eam de domo Obededom in domum suam non portauit super plaustrum, sed sacerdotes, & Leuitę portabant eam humeris suis, vt patet infra. 15. & 2. Reg. 6. Cum autem obijcitur, q̄ nō peccauerunt hic Leuitæ, eo q̄ non puniti sunt. Dicendum q̄ ista ratio non stat, nam licet pęna detur propter peccatum, non tamen semper datur, quando homines peccant, quia Deus est patiens, & longanimis, & multæ misericordiæ, Exo. 34. & Nu. 14. & frequenter expectat nos ad pœnitentiam, vt misereatur nostri, & non inferat pœnam Isa. 30. Aliter potest dici, q̄ pœna fuit data p̄ isto peccato, s. quod mortuus fuit Oza, quanquam infra in litera dicatur, q̄ mortuus est pro alia causa, & tamen ibi declarabitur, quòd aliquo modo fuit mortuus propter hoc.

An populares, & Dauid peccauerint, ex eo quòd arca Domini fuerit posita super plaustrum. Quæst. XXI.

QVAERITVR vlterius an Dauid, & populares peccauerunt in hoc quòd arca posita fuit super plaustrum contra legem.

Aliquis dicet, q̄ non, quia populares nihil faciebant in hoc, cum soli sacerdotes, & Leuitę ponerent eam, & ministrarent coram illa. Sed dicendum, q̄ hoc non stat, quia dato q̄ populares non peccarent faciendo, poterant tamen peccare non repugnando facientibus contra legem: potissimè quia istud erat notorium, s. quod arca nō deberet portari super plaustrum, sed super humeros Leuitarum, Nu. 7. & non resistentibus talibus peccatis publicis cū possint peccant. Sic patet de Isaia, in cuius tempore rex Ozias voluit thurificare coram Domino in templo, quod erat contra legem, & quia ipse non clamauit contra hoc, vt non fieret, dixit se peccasse, & omnes alios, qui non redarguerent regem, cum potuissent, vt patet Isa. 6. Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito. Et tamen taciturnitas sua nō fuit, quia nisi non increpuit regem, & etiam populus dicitur habuisse labia polluta, quia non redarguit regem cum potuisset. Dicendum q̄ his non obstantibus non peccauit Dauid, nec populus in non prohibendo Leuitis q̄ non portarēt arcam super plaustrum, quia ad Leuitas pertinebat portare arcā, & facere omnem ministrationem, quæ requireretur circa eā: & dato q̄ male agerent, non erant seculares iudices conuenientes ad iudicādū super hoc. Item quia poterat esse, quòd Deus reuelasset eis, q̄ placeret sibi q̄ portaretur super plaustrum. Seculares autem non se debebant intromittere ad iudicandum an agerent cōtra legē, cum in casu isto possent isti excusare factum suum, & ideo Dauid non increpuit se, nec aliquos populares super facto isto, & tamen si peccauissent ipse accusasset se, & alios cum essent nunc nimis deuoti erga Deum. Cùm aūt obijcitur, q̄ peccauit Isaias, & alij de populo, quia nō prohibuerunt regem Oziam thurificare coram Dño, dicendū q̄ nō est simile: primò, quia factū Ozię multo modo poterat excusari: eo q̄ fiebat ab illo, qui non poterat aliquo modo ministrare corā arca Dñi, nec in aliqua ministratione sanctuarij, quia nō erat de genere Leuitarū, ideo debebat, & poterat à quocunque redargui, quia faciebat id, quod non pertinebat ad eius. Secus autem erat nunc in portatione arcę super currum, quia Leuitæ faciebant istud siue bene, siue male facerent, ad eos pertinebat ministratio, ideo non erat aliquis, qui se intromitteret super eos. Alia causa erat, quia quādo Ozias vsurpauit ministrationē sacerdotū erāt sacerdotes maiores eo in dignitate, ad quos pertinebat ex officio redarguere quemcunque volentem vsurpare istud, & tamen nunc in portatione arcę Leuitę ministrabant, & non erant aliqui superiores eis, ad quos pertineret ex officio in talibus redarguere eos, ideo quanquam populus non redargueret nitę Leuitas portantes arcam super plaustrum, non peccaret, quia nō tenebatur ad hoc quisquam de populo.

Quare portabant arcam super plaustrum cum lex præciperet, vt portaretur humeris. Quæst. XXII.

QVAERITVR vlterius cum esset contra legem, quòd portaretur arca super plaustrū sed quòd portaretur humeris Leuitarum cur portabant eam super plaustrum.

Respondendum, quòd motiuum poterat esse duplex, scilicet remotum, & propinquum: motiuum remotum erat, vt non laborarēt, quia portando eam super humeros laborabant. Motiuum autem propinquum erat causa excusatiua, nam sciebant Leuitę quòd si in aliquo agerent contra legem peccarent, & morerentur, ideo quanquam laborarent portando arcam super humeros portarent eam, & tamen habuerunt causam excusatiuam, ideo putauerunt quòd non punirentur, dato quòd portarent eam super plaustrum, & fuit ad hoc duplex causa: Prima est, quia arca fuerat ante hoc in terra Philisthinorum, & quando reduxerunt illam in Bethsames, portauerunt illam super plaustrum primo Regum 6. Deus tamen nō percussit propter hoc Philisthinos, sed potius eleuauit ab eis manū suam, cū ante illud percuteret eos, ideo putauerūt, q̄ sic futurū esset in eis, & sic non fe-

muerunt portare illam super plaustrum. Secūda causa fuit, quia lex illa de portando arcam super humeros fuit data in deserto, vbi erat officium Leuitarum portare semper arcam in terra Chanaan: tamen postquam situatum erat tabernaculum non mouebatur, nisi rarissimè, & per accidens, ideo poterant putare, quòd illa lex solum fuerat data pro deserto, & sic non obligaret iam, & sic poterāt illam portare super plaustrum, vel quomodocunque alias: dum tamen honeste portarent, & tamen ista motiua non fuerunt sufficientia ad excusandum peccatum eorum. De primo patet, quia licet Philisthini non peccarent portando arcam, tamen peccarent Leuitæ. Ratio huius est, quia absolutè nō erat peccatum portare arcam super plaustrum vel quomodocunque aliàs, sed solum erat peccatum inquantum erat cōtra legem, ideo solum peccarent in hoc illi, qui obligabantur seruare istam legem: Philisthini tamen non obligabantur seruare eam, quia erat pure positiua, & lex positiua non obligat nisi illos quibus datur: ista tamen lex nou fuit data Philisthinis, nec ulicui genti, nisi Israelitis, vt patet Exo. 19. & Psal. 148. Qui annunciat verbum suum Iacob, iustitias, & iudicia sua non manifestauit eis, idest nulli nationi manifestauit legem suam nisi Iudæis, ergo Philisthini non obligabātur seruare istam legem, & consequenter non peccabant non obseruando illam. Leuitæ autem obligabantur seruare illam, & peccauerunt non obseruando. Secundo patet, quia dato, quòd Philisthini vellent seruare istam legem, non poterant, quia ad seruandum eam requirebatur, quòd facerent arcam portari à leuitis, Num. 7. & tamen ipsi non habebant aliquos Leuitas, quibus hoc iuberent, ideo quomodocunque portarent eam non peccabant. De Leuitis autem istis secus erat, quia isti poterant seruare legem, si vellent: & tamen non seruauerunt, ideo peccabant. Secunda excusatio non valet, nam lex data in deserto non solum obligauit in deserto, sed etiam omni tempore, quo fuerunt Israelitæ in terra Chanaan, immo, quod plus est, lex magis obligabat Israelitas postquam essent in terra Chanaā, quàm cum erant in deserto, vt patet Deutero. 12. vbi dicit Moyses, quòd cùm venirent Israelitæ in terram possessionis suæ non facerēt, sicut in deserto vbi quilibet faciebat quod rectum videbatur, sed obseruarēt omnia præcepta, & iudicia, & cęremonias, ideo quanquam nunc essent Israelitæ in terra sua, obligabantur portare Leuitæ arcam super humeros, & non in plaustro, & sic peccarent contrarium faciendo.

Quare Leuitæ portauerunt arcam super plaustrum nouum. Quæst. XXIII.

QVAERITVR vlterius quare dicitur hic, quòd portauerunt Leuitæ arcam super plaustrum nouum.

Respondendum quòd ab intentione quę fuerunt ipsi plaustrum nouum, in quo nihil adhuc portatum fuisset, & istud fuit propter duo. Primum propter imitationem Philisthinorum, nam vt dictū est præcedenti quęstione Leuitę portauerunt arcam super plaustrum ad imitationem Philisthinorum, qa ipsi super plaustrum reduxerunt eam de terra sua in terram Israel 1. Reg. 6. ideo nunc voluerunt Leuitæ portare illam super plaustrum nouū. Secundum fuit propter venerationem arcę, in quo ipsa portabatur nihil adhuc fuisse portatum, vt sic per hoc videretur ei dedicari illud plaustrū, sic enim erat de carnibus sacrificiorum, quæ sanctæ erant, s. quòd quando coquebātur in aliqua olla seculari, oportebat quòd illa olla esset noua ad hoc, quòd non fuisset ibi aliquid prius coctum, & postquam coquebātur carnes in tali olla si esset fictilis cōfringebatur, ne coqueretur postea aliquid seculare in illa. Si autem esset ænea defricabatur nimis, vt nō posset ibi aliquid manere de carnibus sacris, quod patet Leuit. 6.

Quare Oza, & filij sui minabant plaustrum. Qō. XXIIII.

QVAERITVR vlterius, quare dicitur hic quòd Oza, & fratres sui minabant plaustrum.

Respōdendum quòd hoc dicitur, quia isti erant Leuitæ, nam erant filij Abinadab, & ille erat sacerdos, vel Leuita, quod patet, quia arca fuit tradita filio eius Eleazaro ad custodiēdum, & dicitur, quòd sanctificauerunt eum ad custodiēdum arcam. 1. Reg. 7. & tamen non committeretur ei aliquid tale, nisi esset sacerdos, vel Leuita: ergo erat de hoc genere. Pertinebat autē ad Leuitas portare arcam, ideo nullus de populo audebat se coniungere eis in hac ministratione, & dato quòd nunc Leuitę non portarent arcam humeris suis, sicut lex iubebat, tamē portabant eam aliquo modo: & hoc non pertinebat aliquo modo ad populares, quia omnes tales ministrationes erant eis vetitę: Deus enim iusserat, quòd soli Leuitæ ministrarent ei, & quòd viri de alijs tribubus nō se immiscerent eis sub pœna mortis, Nu. 1. Nunc autem minare plaustrum erat portare arcam: ideo non audebat aliquis popularis accedere ad currum, in quo ferebatur arca, sed soli Leuitę minabant boues. Populus autem aliqualiter distans cantabat, & psallebat Domino in vasis musicis.

An peccaret populus cantando, & psallendo coram arca. Quæst. XXV.

QVAERITVR vlterius an populus peccabat cantando, & psallendo coram arca. Aliquis dicet quòd sic, quia populus non se poterat intromittere de aliqua ministratione pertinente ad Leuitas, vt dictum est præced. quæstione, & tamen cantare, & psallere coram arca pertinebat ad leuitas. Quòd patet, quia infra 16. constituit Dauid cantores de Leuitis, qui canerent omni tempore coram arca, etiam infra 25. instituit Dauid Asaph, & Heman, & Iditum, qui essent cātores tam ipsi, quàm fratres eorum, ideo populares si se intromitterēt de hac ministratione, peccarent. Aliquis dicet, quòd nō peccarent, quia licet cantare coram arca esset officiū Leuitarum, tamen istud fuit institutum post istam portationem arcę. Quod patet, quia Dauid quando erat senex congregauit totum Israel, & voluit ordinare cultum Domini infra 23. vsque ad finem libri, & tunc ordinauit cantores de Leuitis infra 25. ideo ante hoc peccarent populares, quanquam ipsi cātarent coram arca, eo q̄ ista ministratio non pertinebat tunc specialiter ad Leuitas, sicut nulla lex obligat anteq̄ feratur. Dicendum, q̄ hoc non stat, quia cantare coram arca semper fuit ministratio Leuitarum, eo q̄ generaliter quidquid pertinebat ad Sanctuariū fuit commissum sacerdotibus, & Leuitis. Popularibus autē nihil commissum est, sed generaliter fuerūt excluſi à ministratione sanctuarij, Nu. 1. & 18. & cum dicitur, q̄ Dauid ordinauit, q̄ Leuitę essent cātores, non est intelligendum, q̄ ante hoc nō pertineret istud officium ad eos, quia omni tempore Leitæ fuerunt cantores, immo, quod plus est, de omnibus familijs Leuitarum erant cantores: sunt enim tres familię Leuitarum, scilicet, Caathitarum, Gersonitarum, Meraritarum, & in qualibet familia istarum erat vnus princeps cātorum. Inter Chaathitas erat princeps Heman: inter Gerso-

nitas erat princeps Asaph : inter Meraritas erat princeps Ethan, vt patet supra sexto. Sed est sensus, quòd Dauid ordinauit cantores non quidē faciendo, quòd officium cantandi coram arca pertineret ad eos, quia istud ante hoc habebant, sed ordinauit modum, quo cantarent, s. designando eis certa tempora, in quibus cantarent, & etiam distinguendo ipsos per vices suas, scilicet, quòd quidam cantarent vno tempore, & alij alio, & ad hoc distinxit vigintiquatuor sortes inter ipsos, quòd aliquando cantarent illi, qui erant de vna sorte, & aliquando qui erant de alia infra 25. Sic enim fecit de sacerdotibus. Nam posuit inter eos duos principes magnos, & diuisit totam multitudinem sacerdotum per vigintiquatuor sortes infra 24. & tamen ante hoc pertinebat ad sacerdotes ministrare, qa non constituit eis hoc Dauid, sed Dominus per Moysen: ergo quanquam Dauid ordinauit modum, quo canerent Leuitę: non dedit ipse eis officium, sed pertinebat ad eos a principio ex quo data est lex, & ideo si populares se intromitterent de officio cantandi corā arca, vel intra sanctuarium semper pertinuit ad leuitas, & quādocunque se intromitterent populares de isto officio in eo casu, in quo pertinebat ad Leuitas peccarent. Ad hoc tamen sciendum, quòd cantare istud poterat esse duobus modis, vno modo qᵖ aliquis veller cantare, tanquam minister & in apparatu, & intraret in sanctuarium, miscereturque se alijs Leuitis in hoc. Alio modo potest cantare aliquis laudes Dei absolutè non inquantum minister, nec iuxta arcam aut intra sanctuarium, nec miscet se in hoc alijs Leuitis. Accipiendo primo modo cantare semper pertinuit ad officium Leuitarum, & isto modo si aliquis de popularibus vellet cantare laudes Dei peccaret: quia vsurparet officium Leuitarum. Si autem secundo modo accipiatur, licebat cuilibet populari cantare laudes Dei, immo erat valde meritorium: sic patet circa actus ordinum: legere enim epistolam in apparatu, & cum solennitate ad solum subdiaconum pertinet, & legere sic euangelium ad solum diaconum, ideo si aliquis popularis cantaret in apparatu, & cum solennitate epistolam vel euāgelium, peccaret mortaliter, si tamen aliquis laicus sine solennitate, & habitu vellet legere euāgelium vel epistolam, non peccabit, immo merebitur: sic fuit nunc de Dauid, & populatibus, qui canebant, & psallebant, quia non canebant induti habitu illo, quo vtebantur Leuitæ: nec etiam faciebant hoc tanquam pertineret ad eos ex officio, sed extraordinariè, sed etiam nec appropinquabāt ipsi ad arcam sicut Leuitę, sed procul existentes canebant, ideo licebat eis facere hoc. Sed obijcietur, qᵖ Dauid faciebat hoc indutus habitu Leuitæ, qa indutus erat ephod lineo. 2. Reg. 6. s. Porro Dauid accinctus erat ephod lineo, & ministrabat ante faciem Domini. Dicendum, quòd verum est, qᵖ Leuitæ vtebantur ephod, & tamen nō erat habitus proprius ipsorum, sed etiam conueniebat popularibus, ideo Dauid poterat vti illo. Aliter potest dici, quòd ephod, quo vtebatur Dauid non erat tale, sicut ephod, quo vtebantur Leuitæ, ideo non vsurpauit habitum eorum, & sic non peccauerunt populares canendo nūc, & psallendo coram arca, quia non faciebant sicut Leuitæ.

Possitne non subdiaconus epistolam canere.

Cùm autem peruenissent ad aream Chidon, tetendit Oza manum suam, vt sustentaret arcam : bos quippe lasciuiens paululum inclinauerat eam. Iratus est itaque Dominus contra Ozam, & percussit eum, eo quòd tetigisset arcam, & mortuus est ibi coram Domino. Contristatusque est Dauid, eo quòd diuisisset Dominus Ozam : vocauitque locum illum diuisio Ozæ vsque in præsentem diem. Et timuit Deum tunc temporis, dicens : Quomodo possum ad me introducere arcam Dei? Et ob hanc causam non adduxit eam ad se, hoc est, in ciuitatem Dauid, sed auertit in domum Obededom Gethęi. Mansit ergo arca Dei in domo Obededom tribus mensibus, & benedixit Dominus domui eius, & omnibus, quæ habebat.

Cùm autem. Hic ponitur secundum huius capituli, in quo ponitur occisio, propter quam portatio arcæ fuit interrupta propter mortem Oza: nam intendebat Dauid portare arcam in domum suam, quia tamen Dominus percussit Ozam, noluit eam tūc illuc portare, sed reliquit in domo Obededom Gethęi, & dicitur. *Cum autem peruenissent ad Areamchidon.* Ista area est inter vrbem Chariathiarim, & Ierusalem: vocatur hic Areachidon, & secundo Regum 6. vocatur Areanachon, sed idem est: habet enim multa nomina sicut sæpe in scriptura idem locus, & idē vir habet multa nomina, vt supra declaratum est de Hebron, & Ierusalem, & Dabir.

Tetendit Oza manum suam, vt sustentaret arcam. Inclinabatur enim arca ad cadendum, & Oza, qui erat filius Abinadab, & tunc erat propinquissimus arcę, voluit tenere eam, & ad hoc extendit manum.

Bos quippe lasciuiens paululum inclinauerat eam. Reddit causam, s. quia arca erat prona ad cadendum propter boues: quia vnus bos lasciuiens, ideſt inordinatè, & saltando ambulans fecit currum inclinari, & arcam moueri ad casum. Dicitur hic de vno boue, & tamē secundo Regum 6. dicitur, quoniam calcitrabant boues, & declinauerant eam, & hoc est verum, & sic accipitur pro eodem calcitrare & lasciuire: vnde lasciuire accipitur pro motibus impetuosis, & inordinatis iuuenum. *Iratus est itaque Dominus contra Ozam.* Accipitur ira largè, nam propriè ira est quidā motus animi, secundum quam inclinatur animal ad vindictam expetendam, & causatur ex accēsione sanguinis circa cor. Deus autem non est animal, nec est in eo aliquis motus. Sed dicitur esse in eo ira per similitudinem ad nos: nam nos, quando sumus irati percutimus, & cū sumus pacati non ita, cum Deus percutit nos, putatur esse iratus, & si modicum percutit, dicitur parum iratus. Si autem multum, dicitur magna ira eius, & sic fuit hic, quia percussit nimis Ozā, ideo dicitur nimis iratus ei. *Et percussit eum.* Scilicet occidēdo ipsum: subito enim mortuus est. *Eo quòd tetigisset arcam Dei.* Ideſt propter hoc occisus est, quia indebitè tetigit eam, vt infra declarabitur in quadam quęstione. *Et mortuus est ibi coram Domino.* Ideſt corruit mortuus coram arca. Dicebatur enim Deus specialiter esse in arca, vt declaratum fuit supra in quadā quęstione, ideo quidquid fiebat coram arca videbatur fieri coram Domino, & quia corruit mortuus coram arca, dicitur fuisse mortuus coram Domino. *Contristatusque est Dauid, eo quòd diuisisset Dominus Ozam.* Ideſt doluit nimis, quia videbatur gaudium suum in tristitiam, & videbat qᵖ non erat accepta Deo talis translatio. Et accipitur hic diuidere pro occidere.

Vocauitque

Vocauitque locum illum diuisio Oza. Ideſt vocatus est locus ab euentu, scilicet quia ibi occisus fuerat Oza.

Vsque in præsentem diem. Ideſt nomen illud impositum, tunc manet vsque in pręsentem diem, scilicet ad diem vsquequo scriptus fuit liber iste, & fuit hoc post reditum de captiuitate Babylonis: nam tunc scripsit illum Esdras, vt probatum est in prologo auctoris super librum istum.

Et timuit Dominum tunc temporis. Scilicet Dauid timuit illum, non est intelligendum, quòd Dauid ante hoc non timeret Dominum, quia semper eum timuit, sed est sensus, quòd eum magis nunc timuit, qᵐ prius timebat, visa ista plaga.

Dicens quomodo possum ad me introducere arcam Domini? Ideſt quomodo possum introducere in domum meā in locum, quem paraui ei? quasi dicat, non possum commode introducere, quia sicut percussit Ozam pro hac leuitate, ita percutiet, & multos in domo mea.

Et ob hanc causam non eam adduxit ad se. Scilicet propter timorem, quem concepit, visa ista plaga, noluit introducere eam in domum suam.

Hoc est in ciuitatem Dauid. Expositio est ad significandum, quòd domus eius erat in ciuitate Dauid, & postea ibi collocata fuit arca, & etiam templum per Salomonem ibi fabricatum est. Vocatur autem ciuitas Dauid castrum montis Sion. Accepit enim illud Dauid de potestate Iebusęorum, & vocauit illud ex nomine suo ciuitatem Dauid, vt patet supra vndecimo, & secundo Reg. quinto. Sed adduxit eam in domo Obededō, qui erat quidam Leuita quousque sciret, quid de ea disponendum esset.

Mansit ergo arca Dei in domo Obededom tribus mensibus. Mansit ibi hoc tempore, quia post istos tres menses sciuit Dauid quomodo benedixerat Deus nimis domui Obededom propter arcam, & tunc transtulit eā in domum suam.

Et benedixit Dominus domui eius. Scilicet multiplicando omnia, quę habebat, benedicere enim multiplicationem signat, vt patet secunda ad Corinth. 9. scilicet: Qui parcè seminat parcè metet, qui seminat in benedictionibus de benedictionibus metet. Et sic opponitur hic benedictio parcitati, sed parcitas significat auaritiam, & diminutionem rerum: ergo benedictio significabit liberalitatem, & multiplicationē.

Et omnibus, quæ habebat. Ideſt benedixit de omnibus, quæ habebat Obededom multiplicando illa, & fuit ista benedictio duplex, vna fuit, quia Deus multiplicauit domum Obededom, scilicet faciendo, quòd ipse plura haberet, quam prius habuerat. Alia benedictio fuit specialiter in singulis rebus quantum ad qualitates earum, faciēdo quòd quęlibet illarum bene se haberet, vtpote quòd totum vinum, quod haberet Obededom esset melius, quam vina, quæ erant in tota terra, & animalia eius essent saniora, & pulchriora, & fortiora, quam animalia aliorum virorū, & sic de singulis alijs rebus, & propter hoc ponitur hic duplex benedictio, scilicet benedixit Dominus domui Obededom, & benedixit Dominus omnia, quæ habebat.

An occisus fuerit Oza, quia tetigit arcam.
Quæst. XXVI.

QVARITVR, an Oza fuit occisus, quia tetigit arcam. Respondendum, quòd causa suę occisionis fuit multiplex, & tamen precipua fuit, quia tetigit arcam: sic enim dicitur in litera, iratus est itaque Dominus contra Ozam, & percussit eum, eo quòd tetigisset arcam. Sed tunc aliquis dicet, quare percussus est Oza, cùm tetigisset arcam, quia hoc non videbatur esse illicitum, cùm Leuitę possent tangere arcam, & portare eam? Aliquis dicet, quòd peccauit Oza tangendo arcā, eo quòd non erat ipse Leuita, ad quem pertineret istud facere. Ad laicos autem non pertinebat in aliquo casu tangere arcam. Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia manifestum est, quòd Oza erat Leuita: pater enim suus Abinadab Leuita erat: non enim aliter fuisset posita arca in domo eius, cùm ducta fuit in Cariathiarim, & tamen ibi posita est primo Regū 7. Item patet hoc, quia Israelitę sanctificauerunt Eleazarum filium Abinadab ad custodiendum arcam eodem cap. & tamen sanctificatio, & custodia arcę nullo modo pertinebat ad aliquem laicum. Item patet hoc per Iosephum quinto Antiquitatum dicentem, quòd viri Cariathiarim introduxerunt arcam in domum cuiusdam Leuitę nomine Abinadab, qui videbatur esse iustus, & vita religiosus, & filij eius ministrabant arcę. Aliquis dicet aliter, scilicet, quòd iste Oza Leuita erat, & tamen non erat sacerdos: ideo peccauit tangendo arcam, quia non pertinebat hoc nisi ad sacerdotes, sic dicit Iosephus septimo Antiquitatum, scilicet extendens ille manum suam, & volens eam retinere, cùm sacerdos non esset, quoniam eam attingere pręsumpsit, extinctus est. Sed ista positio non stat, quia iste Oza iam tetigerat eam alias, ipse enim, & fratres eius portabant eam in plaustrum, & ipse imposuerat eam super plaustrum in domo patris sui Abinadab: nam de ipsa domo portabatur: ideo à principio, cùm tetigit eam ad ponendum super currum, mortuus fuisset. Secundò quia ad Leuitas pertinebat tangere arcam: ipsi enim portabant eam de loco ad locum super humeros suos: Num. septimo, & in hoc tangebant eam: ideo nō moreretur Leuita aliquis propter hoc. Quòd autem dicit Iosephus, quòd tangere arcam pertineret ad sacerdotes, verum est istud quando erat nuda, quia tunc soli sacerdotes poterant eam tangere licitè: ipsi enim intrabant in sancta Sanctorum, & velabant arcam operimentis suis, & tradebant eā Leuitis portandam, etiam iterum cum figendum esset tabernaculum, deponebant Leuitę arcam, & erecto tabernaculo sacerdotes introducebant arcam intra sancta Sanctorum, & discooperiebant eam. Si autem aliqua vice istarum tangerent Leuitę, vel viderēt eam nudam moriebantur, vt patet Num. quarto, sed istud non applicatur ad propositum. Aliquis autem dicet, quòd mortuus est nunc Oza, quia tetigit arcā, cùm esset nuda, sed istud non stat, quia non erat nunc nuda: nam si nuda esset, cùm portaretur coram omnibus viderent omnes illam, & moreretur totus populus: sic enim fuit de viris Bethsamitis, de quibus mortui sunt plures quam quinquaginta millia, eo qᵖ viderunt arcam primo Reg. 6. Hoc tamen falsum est, quia nullus mortuus est, nisi Oza, & ipse mortuus est quando tetigit arcam, & non prius: ergo non erat arca nuda. Alij autem dicunt, quòd fuit mortuus, quia cum deberet portare arcam super humeros, imposuit eam super plaustrum. Dicendum, quòd licet ista fuerit aliqua causa mortis Oza, sicut declarabitur sequenti quæstione, tamen non fuit causa principalis, quia in litera dicitur, quòd percussit eum Dominus, eo quòd tetigisset arcam: ideo ex hac parte accipi oportet causam principalem. Aliqui autem dicunt, quòd mortuus fuit, quia erat immundus, & tetigit arcam. Nam tradunt Hebręi, quòd precedenti nocte iste Oza cognouerat vxorem suam, & ista erat immunda secundùm legem, nec licebat alicui sic immundo accedere ad Sanctuarium, vel tangere aliquam rem sacram quousque laùaret totum corpus suum aqua, & manebat

Universidad de Deusto
Biblioteca

nebat sic immundus vsque ad solis occasum. Leu. 15. Sed istud non videtur esse firmum, quia verum est, ꝙ si cognouisset vxorem precedenti nocte, & nunc tangeret arcam, erat peccatum, & occideretur, & tamẽ tunc prius occisus fuisset, scilicet quando posuit arcam super plaustrum: nam ipse & fratres sui posuerunt eam super plaustrum, & minabant illud, vt patet supra in litera, & secundo Regũ 6. & tamen tunc non mortuus est: ergo nunc nõ fuit mortuus pro hac causa. Si autem aliquis vellet tenere istam positionem, debet dicere, quòd Oza non tetigit arcam, quãdo posita est super plaustrum, sed fratres eius posuerunt eam: ipse enim abstinuerat se ab ea, vt non percuteretur à Deo. Nunc autem videns subito, quòd arca casura esset, non attendit, quòd immundus esset, sed occurrit ei cadenti, & Deus percussit eum, ista positio fuit satis rationabilis, & satis sustentabilis. Aliter potest dici, & fortè melius, scilicet, quòd occisus fuit Oza, quia tetigit arcam irreuerenter: erat enim arca vas sanctissimum inter omnia vasa Sanctuarij, ideo cũ magna veneratione tractanda erat, & tunc si aliquis tractaret eam irreuerenter dato, quòd ad aliquẽ bonum finem faceret, peccaret, & hoc videtur magis consonare litere, quia dicitur hic percussit eum super temeritatem, & sic iungendo vtrumque, apparet, ꝙ temere tetigit arcam, idest stultè, vel irreuerenter, & sic merebatur occidi, dato quòd rem bonam ageret.

An occisus fuerit Oza, quia posuit arcam super plaustrum.
Quæst. XXVII.

QVAERITVR vlterius, an occisus fuit Oza, quia posuit arcam super plaustrum, quod erat contra legem. Respondendum, quòd aut quæritur an fuerit ista causa sola mortis suę, vel principalis, vel quòd esset aliqua causa qualiscunque. Si primo modo, dicendum quòd non, quia causa principalis mortis Oza fuit, quia tetigit arcam, vt dicitur in litera, & etiam declaratum est precedenti quæstione. Si autem accipitur secundo modo, dicendum, quòd fuit causa mortis suę positio arcę super plaustrum, quia istud erat contra legem, & Deus solebat preuaricantes cęremonias suas occidere: sic enim fuit de Nadab, & Abiu filijs Aaron, qui errauerunt in cęremonia ignis, & occisi sunt à Domino: Num. cap. 14. sic etiam fuit de ducentis, & quinquaginta viris socijs Core, qui voluerunt vsurpare cęremoniam oblationis incensi, & Deus occidit illos Numeri 16. Sed tunc dicetur quomodo positio arcę super currum fuit causa mortis Ozę? nam non fuit mortuus, quando posuit eam, sed postea quando tetigit eam in itinere. Respondendum sicut dictum est, quòd non fuit sola causa mortis suę ponere arcam super plaustrum, licet esset causa sufficiens ad hoc, ideo si non tetigisset postea arcam, quãdo videbatur casura non occisus fuisset, & ob hoc etiam fuit tunc occisus, quando tetigit eam, quia ista fuit causa principalis mortis suę, & tamẽ fuit causa huius tactus, & mortis positio arcę super currum, scilicet, quòd si non posuisset eam super currum, Deus non induxisset eum ad talem casum, in quo deberet tãgere arcam, & propter hoc mortem mereretur. Interdum enim vnum peccatum est causa alterius, & nõ solùm hoc modo, sicut dicit Gregorius, scilicet, quòd peccatum, quod per pœnitentiam non deletur, mox suo pondere ad aliud trahit, sed magis alio modo, scilicet quia interdum homines offendunt Deum per aliquod peccatum, & tunc non punit eos temporaliter & corporaliter, & tamen punit aliter, scilicet permittendo eos venire in tale tempus, vel locum, vbi habeant magnã pronitatem ad peccandum, & peccent, & si non offendissent Deum prius, non permitteret Deus venire illos in tale tempus, in quo sit sibi quasi necessarium peccare: istud enim significat Dominus in oratione sua, dicens. Et ne nos inducas in tentationem, idest non permittas nos venire in talem locum, vel tempus vbi tentemur, & sit nobis difficile resistere, sed libera nos à malo, idest libera nos à tentatione graui, cui difficile est resistere. Interdum autem Deus permittit hominem venire in tales tentationes, vt sit ei difficillimum non peccare, sed quasi necessarium, & propter illud peccatum Deus infligit ei postea mortem, vel aliam pœnam, & tamen Deus non permisit cadere in tale peccatum, nec deuenire in tale locum, nec deuenire in tale tempus, nisi qui offendit Deum per alia peccata priora, ita fuit hic, idest quòd offendit Oza Deum ponendo arcam super plaustrum, & Deus non occidit eum tunc, sed permisit venire in tale tempus, in quo videretur sibi debere tangere arcam casuram, & propter hoc occideretur. Sed tunc dicetur cum non solus Oza posuisset arcam super plaustrum, sed alij Leuitę adiuuassent eum quomodo non occisi sunt illi? Dicendum sicut supra, quòd causa principalis mortis Oza non fuit ponere arcam super plaustrum, sed tangere eam, quando casura videbatur, & quia nullus Leuitarum tetigit eam tunc nisi Oza, ipse solus occisus est. Sed adhuc dicetur cũ ista positio arcę super plaustrum fuerit causa quare Deus permiserit, quòd deueniret Oza ad talem opportunitatem, vt tangeret arcam, & moreretur, quare non fuit factum sic de alijs, vt etiam tangerent ipsi arcam, quando casura erat, & morerentur? Respondeti potest dupliciter, vno modo, quòd omnes illi permissi sunt à Deo peruenire ad aliquas tẽtationes, in quibus peccarent, & occiderentur, & tamen prius fuit hoc de Oza, quam de alijs, etiam Oza punitus est in hoc, quòd erat manifestum toti populo, & pertinebat ad propositum sacræ scripturę: ideo descriptum est. Alij autem forte puniti sunt secretè, & in aliquo quod non pertinebat ad propositum sacræ scripturę: ideo non fuit descriptum de morte eorum. Aliter potest dici, quòd solus Oza permissus est à Deo venire in talem opportunitatem peccandi, & in mortem. Alij autem nõ, & hoc, quia Oza magis peccauit, quã cęteri: nam forte Oza fuit pręcipuus in ponendo arcam super plaustrum, & reliqui sequebantur prœceptum, & sic attribuit sibi quasi totũ peccatum: ideo ipse solus cadere in ipsam tentationem permissus est.

An peccaret Oza tangendo arcam, quando ipsa casura erat.
Quæst. XXVIII.

QVAERITVR vlterius dato, quòd non pertineret ad Ozam tangere arcam, vel quòd ipse esset immundus, an peccabat tenendo arcam, quando ipsa casura erat, vel si debebat potius illam permittere cadere in terram. Respõdendum est, quòd fundamentum huius dubij est, an licebat alicui propter necessitatem facere aliquid de cęremonijs sacris, quod alias non pertinebat ad eum. Respondendum est, quòd aut aliquis, ad quem non pertinet sacrum facere, vult illud facere propter necessitatem omissionis, vel propter necessitatem destructionis. Vocatur autem necessitas omissionis, quando necesse est omitti aliquam cęremoniam sacram nisi aliquis faciat eam, ad quem non pertinet de iure facere, vtpote statutum erat in lege, quòd in die propitiationis summus sacerdos faceret certas cęremonias, & ingrederetur in sancta Sanctorum, & nulli licebat hoc facere nisi ei sub pœna mortis: Leu. 16. &

& ad Hebr. 9. si contingeret, quòd illa die summus sacerdos ęgrotaret, vel pollueretur, aut haberet aliquid aliud propter quod non posset ministrare, an liceret alicui sacerdoti minori facere illas cęremonias: nam nõ erat alius summus sacerdos, qui suppleret locum eius cum esset vnicus summus sacerdos. Si autem concedatur, quòd licebat sacerdoti minori supplere locũ eius, erit hic necessitas omissionis, scilicet, quòd permittitur isti sacerdoti minori facere cęremoniã, quæ aliàs non licebat ei, & hoc, quia necesse est omitti illam nisi iste vel alius, cui non licet suppleuerit eã, sic etiam pro singulis festis, & singulis alijs diebus statuta erant in lege veteri sacrificia: Numeri 28. & 29. Ponatur quòd aliquo die deficerẽt sacerdotes in templo, ita quòd ibi nullus esset, nec haberi posset qui faceret sacrificium, an liceret alicui Leuitę facere sacrificium? Si dicatur, quòd licebat, erat ista necessitas omissionis, & sic possunt poni multa alia exempla. Necessitas autem destructionis est, quando aliquid sacrum necesse esset destrui, nisi aliquis, ad quẽ non pertinebat faceret aliquam cęremoniam sacrã, vtpote non licebat alicui laico, vel Leuitę intrare in tabernaculum fœderis, detur tamen, quòd succederetur, & non essent sacerdotes, qui occurrerent, vel ipsi non sufficerent ad occurrendum, an liceret laico ingredi tunc in tabernaculum fœderis ad extinguẽdum ignẽ, & si permittatur fiet propter necessitatem destructionis, accipiendo primum membrum distinguendum est. Quòd aut cęremonia sacra, quæ debet fieri fit ex potestate characteris, aut non. Si primo modo non potest suppleri per aliquem quantacunque sit necessitas, vtpote consecratio corporis Christi fit à sacerdote, & hoc virtute characteris impressi in ordine: ideo non potest hoc effici per non sacerdotem: nam si aliquis laicus, vel in quocunque ordine sacro infra sacerdotalem conetur conficere, peccat nimis, & vltra hoc nihil facit, quia non erit ibi corpus Christi: ideo dicendum, quòd circa talia quãtacunque necessitas sit, non licebit alicui facere cęremoniam sacram, quam aliàs non licebat facere, vtpote si aliquis laboret in extremis, & petat Eucharistiã, nec sit aliquis sacerdos, qui conficiat, non debet quisquam alius conari, conficere. Sic etiam potestas clauium ad absoluendum pendet ex charactere ordinis sacerdotalis. Si autem aliquis sit in mortis articulo, & non sit præsens aliquis sacerdos, nec haberi possit, non licebit propter hoc alicui non sacerdoti absoluere illum, & dato, quòd proferat verba absolutionis nihil confert, quia istud pendet ex clauibus, quas iste non habet, idem est de collatione ordinum sacrorũ, quos non potest conferre nisi Episcopus, & dato, quòd aliquis alius facerit omnes illas cęremonias collationis ordinis nihil confert. Dicendum tamen est, quòd in lege veteri nunquam accidebat iste casus, quia nihil erat ibi, quòd penderet ex potestate characteris, nec erat ibi aliquis character, nec ordo, sicut inter nos, sed erant nudę ministrationes, ideo quamquam secundùm ordinationem legis quædam pertinerent ad Leuitas, & quædam ad sacerdotes minores, & quædam ad sacerdotem magnum, poterat tamen de facto Leuita facere id, quod pertinebat ad sacerdotem, & si faceret, factum erat, cum non esset ibi aliqua spiritualis virtus, quæ penderet ex charactere sicut in consecratione, & in absolutione ordinum, sed erant omnes ministrationes corporales, quæ de facto poterant fieri per quemcunque. Secundum membrum huius partis erat in illis, quæ non pendent ex charactere, an propter necessitatem omissionis possunt suppleri, & dicendum est, quòd aut in talibus statutum est aliquid de supplendo, vel non supplendo, aut nihil: si statutum est, tenendum est, siue dicat posset suppleri, siue vetet: sic enim est in plurimis cęremonijs noui testamenti: nam licet conficere Eucharistiam dependet à charactere, tamen ministrare illam ęgrotantibus, vel quibuscunque petentibus nudę ministrationis est, nec pendet ex aliquo charactere, iura tamen decreuerunt, quòd nullus ministraret Eucharistiam, nisi sacerdos, & in necessitate posset eam ministrare diaconus, & quamquam aliquis in articulo mortis petat Eucharistiam, & illa sit confecta, & non sit præsens sacerdos, vel diaconus, non licebit laico assumere Eucharistiam, & ministrare illam morituro, sic etiam est de executione ordinis diaconalis: nam legere Euangelium pertinet ad diaconum, & quamquam in diaconatu sit character, tamẽ legere Euangelium in habitu & cum solemnitate nudę ministrationis est, & quilibet potest de facto illud efficere, & tamen quantacunq; necessitas esset, non licet alicui non diacono in habitu diaconali, & cum solemnitate Euangelium cantare, quia iura sic decreuerunt. Si autem circa hoc nihil statutum sit, tunc consideranda sunt duo, scilicet necessitas, an sit magna, vel parua, & officium, quod fit an nimis distet à conditione, & statu eius qui facit, & secundùm hoc poterit iudicari an cęremoniæ possint licitè suppleri. Primum est necessitas, & attendẽdum, quòd si necessitas cęremoniæ est parua, ita quòd satis potest excusari sine scandalo, & sine magno detrimento cultus diuini, non potest suppleri per aliquem, cui aliàs non licebat hoc facere. Si autem sit magna necessitas, & detrimentum cultus diuini, suppleri potest. Sic patet 2. Paralip. 29. scilicet in solemnitate Pasquali postquã Ezechias purgauerat templum Dei ab idolatria, & congregauerat populum ad faciendum cęremonias legis, defuerunt sacerdotes, etiam pauci erant, & non sufficiebant: ideo adiuuerunt eos Leuitę, cum dicitur: Sacerdotes verò pauci erant, & non poterant sufficere, vt pelles holocaustorum detraherent, vnde & Leuitę fratres eorum adiuuerũt eos, donec implerentur opus, & sanctificarentur antistites. Pertinebat autem ad solos sacerdotes facere sacrificia, & omnes cęremonias sacrificiorum. Leuitis autem nullo modo licebat accedere ad altare: Num. 3. & 16. & 18. & tamen nunc propter necessitatem adiuuerunt Leuitæ sacerdotes detrahendo pelles holocaustorum. Hoc autem, quia erat magna necessitas, nam erat magnũ scandalum, quòd tunc non fierent multa sacrificia, cũ tunc totus populus conuenisset ad purgandum templum, & ad obseruandum cęremonias legis, diminuebatur etiam nimis in hoc cultus Dei, quia Achaz rex impissimus pater Ezechię fecerat cessare omnes cęremonias cultus diuini, & posuerat idola in templo, & postea clauserat illud, vt nemo illuc introiret sequẽti libro eapit. 28. & 29. Ezechias autem filius eius vir deicola animauerat populum, vt zelaret legem Dei, & restituerent cęremonias perditas, & tunc purificauerunt templum, excludentes inde omnem immunditiam idolorum, quo facto, omnes de populo propter magnam lętitiam offerebant sacrificia multa. Si autem propter defectum sacerdotum cessarent sacrificia, ita quòd non possint adiuuari per Leuitas, impędiretur iste magnus cultus Dei, qui valde deuote ei impendebatur, & refrigesceret magna deuotio populi, qui tunc incipiebat cum magno feruore cęremonias legis: ideo vt non impediretur tantum bonum, fuit rationabile, vt Leuitæ adiuuarent sacerdotes ad detrahendum pelles. Sic etiam factum est de suppletione officij summi sacerdotis: nam ad solum summum sacerdotem pertinebat facere cęremonias diei expiationis, & introire illa die in sancta Sanctorum, &

tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen si contingeret summum sacerdotem impedi- F
ri, vtpote quia ęgrotaret, vel polluereturr, supplebat sacerdos minor vicem eius, & pro illa die erat summus sacerdos: sic enim refert Iosephus 17. Antiq. accidisse viuente Christo, & regnante Herode in Iudea: nam Mathias, qui erat tunc summus sacerdos nocte præcedenti diem expiationis, quę est decima dies Septẽbris, visus est sibi per somnium cuidam fęminæ commisceri, & sic pollutus est: ideo non potuit sequenti die facere ceremonias, quia non habuit spacium ad se purificandum: nam tales erant immundi vsque ad solis occasum sequentem: Leu. 15. & ob hoc ministrauit pro eo illo die Iosephus filius Helim cognatus eius secundùm carnem: erat enim magna necessitas
ad hoc, quòd fieret ista suppletio: nam non erat ali- G
qua dies solemnis tantę necessitatis apud Hebrços, sicut dies expiationis: in illa enim confitebatur summus sacerdos omnia peccata populi super caprum emissarium, & per hoc remittebantur omnes iniquitates populi: Leu. 16. In nulla autem alia solemnitate fiebat sic remissio peccatorum, ideo non debebat omitti talis suppletio, quia esset magnum scandalum populi, & diminutio cultus diuini, considerandum erat, quòd officium illud, vel ceremonia, quę supplebatur, modicum distaret à conditione illius personæ, quę supplebat. Ob hoc autem non posset aliquis purè laicus supplere aliquas ceremonias sacerdotales, H
quia nimis distant in gradu, cum inter sacerdotes, & mere laicos sint Leuitę medij. Propter hoc etiam non possent supplere ceremonias summi sacerdotis, quia inter Leuitas, & summum sacerdotem est alius gradus medius, scilicet sacerdotũ minorum, Leuitę quoque non poterunt supplere ceremonias maximas sacerdotum minorum, vel ministrare in altari, quia multum istę distant secundum dignitatem à ceremonijs Leuitarum, possunt tamen Leuitę supplere ceremonias minimas sacerdotum minorum, & istud est tollendo pelles animalium immolatorum, & lauando intestina ad hoc, quòd essent munda pro sacrificio, istud patet secũdo Paralip. 29. nam quamquam esset ibi magnus defectus sacerdotum, non adiuuerũt I
eos Leuitę ad iugulandum animalia in latere altaris, nec ad fundendum sanguinem holocaustorum, & aliorum sacrificiorum super cornua altaris, vel ad basim, nec etiam ad ponendum ligna super altare, vel ad componendum carnes in eo, vt cremarentur, quæ omnes sunt ceremonię sacrificij: Leu. primo sed solum adiuuerunt Leuitæ sacerdotes tollendo pelles animalium, eo quòd istud erat minimum ministeriũ sacerdotale, quia quantum ad istud non accedunt ad altare, sic etiam est quando sacerdos minor supplet locum sacerdotis magni in die expiationis: nam modicum distat status eius à statu summi sacerdotis. Primo quia ille debet esse talis, ad quem possit summũ sacerdotium venire iure hæreditario, & ideo ille, qui K
supplet locum sacerdotis magni debet esse de genere suo, si posset haberi, sic patet in suppletione illa, quã refert Iosephus 17. Antiquitatum. Nam Iosephus suppleuit locum Mathię, & erat cognatus eius secundùm carnem. Etiam quilibet sacerdos magnus differebat modicum in statu à summo sacerdote in officio, licet esset secus in iurisdictione. Nam minor sacerdos poterat introire in tabernaculum, & facere sacrificia, & ponere panes super mensam propositionis, & accendere lucernas candelabri, & facere cętera, quæ facit summus sacerdos: Exod. 27. & 30. vt ibi declaratum est. Solum autem differt summus sacerdos à minori, quia ipse poterat introire in sancta Sanctorum semel in anno, & minor sacerdos non: Leuit. 16. & ad Hebr. 9. & tamen aliquando intoibãt
minores sacerdotes in sancta Sanctorum, scilicet quã do mouendum erat tabernaculum: nam tunc locabant arcam, & tradebant eam velatam Leuitis, & rursus quando figendum esset tabernaculum, minores sacerdotes introibant cum magno sacerdote in sancta Sanctorum portantes arcam velatam, & ibi descooperiebant eam, & relinquebant in loco suo: Numeri quarto, ideo conuenienter poterat supplere officium summi sacerdotis per minorem sacerdotẽ. Secundum membrum principale erat, an debeat fieri suppletio propter necessitatem destructionis, & tunc videtur dicendum generaliter, quòd quicunque homo cuiuscunque status sit, & etiam si sit constitutus in peccatis, potest facere licitè immo meritoriè
aliquam cęremoniam, quæ aliàs non erat ei licita, sic patet de cęremonijs noui testamenti, scilicet non licet alicui laico sumere Eucharistiam manibus suis, & tollere eam de loco ad locum, & tamen si videret, ꝙ cremabatur Ecclesia, & esset ibi Eucharistia, siue in aliquo vase, siue per se, licebat ei tollere illam manibus suis, dum tñ faceret cum reuerẽtia qua posset, ne cremarentur species illę sacramentales: nam sine dubio cremari possunt, & putrefieri, cũ sit aliquid creatum, & satis fragile. Corpus aũt Christi, quod sub eis latet, cremari nõ posset, licet maneat in medio igniũ, quia iam Christus est impassibilis, cum resurrexerit, H
iuxta illud ad Rom. 6. s. Christus resurgens à mortuis iam non moritur, & mors illi vltra nõ dominabitur. Sic ẽt si aliquo casu Eucharistia iaceret in luto, vel in aliquo loco inhonesto, & non esset aliquis sacerdos, qui eã tolleret, posset, immo deberet quilibet laicus eam inueniens tollere de loco illo, & ponere in loco honestiori, dum tñ hęc omnia fiant cum magna reuerentia, immo si aliquis inueniens eam sic, credens se indignum tangere eam dimitteret illã propter hoc iacere in terram, grauiter peccaret, quasi sicut ille, qui in lutum proiecerat, & tñ ille grauissime peccauit, vt patet in Decret. 1. q. 1. cap. interrogo vos. Similia aũt poterant accidere in testamento veteri: non .n. licebat alicui hominum intrare in sancta Sanctorum, nisi summo sacerdoti in die propitiationis, vt supra dictum est, si tñ contingeret succendi domum illã poterat quilibet occurrere intrando in eam, quia alias periret, & talis necessitas excusat omnem gradum, & statum, & conditionem, quia tollit legem positiuam, sicut ẽt non poterat aliquis laicus tangere arcam, & tñ si hostes portarent eam, poterant laici eripere de manibus eorum, & tollere si nullus Leuita esset, qui hoc faceret. Etiam non licebat alicui Leuitę, vel populari videre arcam Domini, vel alia vasa tabernaculi nuda, alioquin moreretur, & tñ si hostes prędarentur illa vasa licebat ea videre cuilibet, & manibus eam tenere. sic in multis alijs casibus est, & sic dandum est pro regula generali, ꝙ vbicunque necessitas destructionis
K euenit, non hẽt locum lex positiua, & omnes ceremonię cessant, & potest quilibet facere quod alius facit. Sic autem fuit in proposito: nam boues portantes arcam calcitrauerant, & inclinauerant eam, ita vt videretur casura, & si caderet, frangeretur, & esset opprobrium totius Israel; ideo tangendo eam, vt non caderet, dato quòd ipse esset immundus, s. quòd cognouisset vxorem suam, vel etiam dato, ꝙ non esset Leuita, non peccaret, sed potius mereretur. Potest tñ dici, ꝙ peccauit tangendo eam, quia boues modicum inclinauerant arcam, & nõ videbatur vere casura, nec erat periculum, ipse tñ voluit tenere eam: ideo superuacue egit, & fuit temerarius in hoc, quia non debebat accedere ad illam nisi ex magna necessitate, & sic dicit 2. Reg. 6. quòd percussit eum Dñs super temeritatem suam, vel potest dici, ꝙ arca vere videbatur casura, & licitè

licitè poterat ipse tenere illam, & tamen tenendo eã A
commisit quandam irreuerentiam, & propter hoc mortuus est. Nam quidquid istorum fiat semper debet fieri cum magna veneratione. Et hoc potest significari per id, quod habetur 2. Regũ 6. s. percussit eum super temeritatem suam, i. propter irreuerẽtiam, quã commisit: nam qui temere agit, irreuerenter agit, s. impetuosè non obseruata modestia. Aliter etiam potest dici, ꝙ dato, quòd liceret cuicunque homini in hoc casu tangere arcam propter necessitatem, tamen non licuit Ozę, eo ꝙ respectu ipsius non erat necessitas: sibi .n. imputandum erat, qui fuit in culpa, vt talis necessitas eueniret: sic enim est de iure in excusatione à sententia excommunicationis, & à quibusdam
alijs pęnis, quia timor, qui potest cadere in constantẽ B
virum excusat ab istis, & tamen si aliquis fuit in culpa, & prętitit occasionem, vt incideret in talem timorem, non excusatur propter timorem: sic .n. fuit de Oza: nam ipse peccauit ponẽdo arcam super plaustrum, cum debuisset portare humeris suis: ipse enim prętitit causam ad istam necessitatem, quia talem se constituit, vt inde posset sequi ista necessitas, ideo licet postea secuta fuerit, & propter eam ipse tetigerit arcam, non excusatur, sed habetur, ac si tetigisset eam sine necessitate.

Quo genere mortis Oza mortuus est. *Quæst. XXIX.*

QVAERITVR vlterius quo genere mortis C
Oza mortuus est. Respondendum, quòd multis modis poterat Deus percutere Ozam, vt moreretur: poterat enim percutere eum aliqua peste, quę in ictu oculi occideret eum, & esset ista percussio per modum ęgritudinis, & non per modũ pęne ab extra inflictę, vel poterat fieri per aliquam pęnã ab extra inflictam, vtpote quòd Deus mitteret aliquod fulmen super ipsum, & occideret illum, vel veniret aliquis ignis de cęlo, & cremaret eum, sicut ad preces Elias descendit ignis de cęlo, & deuorauit duos quinquagenarios, & centum vitos cum eis quarto Reg. primo, vel poterat hoc fieri immisso aliquo lapide de cęlo, sicut Deus misit lapides magnos grandinis super quinque reges Amorrhęos, D
& exercitum suum fugientes à facie Iosue in die, qua stetit sol, & plures occisi sunt lapidibus, quam gladio Hebręorum, vt patet Iosue 10. vel poterat aliquis Angelus bonus venire ad vexandum eum, & subito strãgularet ipsum comprimẽdo guttur eius, vel alias torquendo in corpore. Sic enim fuit de Moyse, quando reuertebatur de terra Madian in Aegyptum, & ducebat filium incircuncisum: nam Dominus occurrit ei in diuersorio, ideſt Angelus eius, & volebat occidere eum quousque Sephora sumpto lapide acuto circuncidit carnem pręputij pueri: Exod. quarto. Vel poterat esse aliquis dęmon, cui traderetur Oza ad occidendum, & ille subitò occideret eum: sic enim fuit de septem viris, qui susceperunt succcssiue Saram filiam Raguelis in vxorem: nam accipiebant eam solo E
desiderio carnis: ideo traditi sunt dęmoni, qui vocabatur Asmodęus, & suffocabat eos illico antequam cognoscerẽt eam, vt patet To. 6. & interdum etiam traditur aliquis homo non solum à Deo, sed etiam à prętatis potestate diaboli, vt occidat eum diabolus in pęnam peccati, & per hoc saluetur, sicut fecit Apostolus qui tradidit Corinthium diabolo, vt occideret eũ, & saluus fieret spiritus eius in die Domini in 1. ad Corinth. quinto. Multis quoque alijs modis hoc fieri poterat, quia tot modis potest Deus rem facere, quot voluerit. Dicendum tamen, quòd ista mors qualiscũque fuerit, subitanea fuit. Quod patet, quia si esset
per aliquantam moram, putaretur, quòd naturaliter eueniebat. Deus autem nolebat istud, sed quòd appareret, quòd illa mors fuisset ab eo inflicta propter peccatum Ozę, ideo oportet, quòd esset subitanea: nam mors subitanea sine nulla causa precedente rarò naturaliter euenire solet. Dicendum etiam, quòd ista mors nõ fuit causata per modum ęgritudinis, ita ꝙ Deus immitteret ei aliquam pestẽ per quã periret nullo malo extra inflicto, sed fuit causata per aliquid extra inflictum, & apparẽs causa huius est, quia Deus volebat ostendere, ꝙ ista mors infligebatur ab eo, vt omnes timerent eum, & nullus auderet errare in cęremonijs legis. Simile patet Num. 16. vbi occisi sunt ducenti quinquaginta viri, quia obtulerunt incẽsum, cum non pertineret ad eos, & iussit Deus thuribula eorum extendi in laminas, & affigi altari holocaustorum, vt omnes Israelitę videntes eas, scirent quomodo mortui fuissent illi viri, quia vsurpauerant sacerdotium, & deinceps nullus auderet accedere ad altare, qui non esset de genere Aaron, si tamen ista mors fuisset per causam intrinsecam, & non per aliquid extra inflictum, putaretur, quòd naturaliter euenisset, qa interdum solent sic aliqua naturaliter euenire, ideo debuit esse per causam extrinsecam apparentem, deinde dicendum, quòd licet plures modi poterant esse ad infligendum mortem istam, sicut supra declaratũ est, tamen magis credendum est, quòd per ignem fuerit occisus Oza, quam per alium modum: iste enim est modus, per quem Deus magis puniebat: nam quã do Israelitę murmurauerunt in deserto contra eum accensus est ignis, & deuorauit eos: Num. 11. Et potissimè apparet hoc, quia iste occisus est, eo quòd peccauit in cęremonijs Dei, s. tangendo arcam indebite, & tamen illi, qui errabant circa cęremonias, vt communiter puniebantur per ignem, sic patet de Nadab, & Abiu duobus filijs Aaron, qui errauerunt in cęremonia ignis offerẽdo ignem alienum, & egressus est ignis à Dño, & cremauit eos Leuit. 10. sic ẽt fuit de ducentis, & quinquaginta viris, qui voluerunt offerre incensum coram Dño, cum non pertineret ad eos, & ignis egressus est & combusit illos: Num. 16. & pro hac causa cum populus murmuraret contra Moysẽ, & Aaron, ignis egressus est, & combusit de populo quatuordecim millia, & septingentos eodem capit, ideo quamquam scriptura non exprimat genus mortis, magis credendum est, quòd fuerit per ignem, quam alias.

Quare hic dicitur, quòd Oza mortuus fuerit coram Domino.
Quæst. XXX.

QVAERITVR vlterius quare dicitur, quòd mortuus est Oza coram Dño. Respondendum, quòd mortuus est coram arca, & in illa Deus erat specialiter, vt supra declaratũ est, ideo dicebatur mori coram Dño. Ratio autẽ quare mortuus fuit coram arca fuit duplex, prima, vt moreretur statim postquam peccauit, nam mortuus est Oza, quia tetigit arcam, ideo ad hoc, ꝙ appareret, ꝙ propter hoc moriebatur debebat mori illico: nam si moreretur post aliquantum tempus posset putari, ꝙ moriebatur ex alia causa: debuit ergo mori coram arca, s. ꝙ mox, vt tetigit eam corrueret mortuus coram illa. Secunda causa erat, vt puniretur in eo, in quo deliquerat: ipse .n. deliquerat tangendo arcam, ideo coram arca mori debuit. Sic .n. fuit de Nadab, & Abiu filijs Aaron, qui peccauerunt accipientes ignem alienum ad offerendum cum deberẽt illum accipere de altari holocaustorum, combusitque illos, & dicitur; Egressus ignis à Domino deuorauit eos, & mortui

sunt

sunt coram Domino. Et accipitur ibi Deus pro altari holocaustorum, quia ibi specialiter erat Deus, & ibi ipsi peccauerunt: Leu. 10. sic etiam fuit de illis ducentis quinquaginta viris, qui volebant offerre incensum, & ignis egressus à Domino, ideſt ab altari combussit eos dum erant offerendo: Num. decimosexto. Peccauerat autem Oza coram arca, ideo coram ea mori debuit.

Quid nam suspicandum sit de statu ipsius Oza. Quæst. XXXI.

QVAERITVR vlterius de statu istius Oza quid suspicandum sit. Aliquis autem dicet, quòd perijt æternaliter, quia mortuus est in peccato mortali, & morientes sic pereũt. Patet hoc, quia iste peccauit tangendo arcam, & illico mortuus est, ideo perijt in peccato mortali. Respondendum est, quòd aut quæritur an in aliquo modo iste poterat saluari, vel an suspicandum sit, quòd damnatus sit aut saluus. Si autem primum quæratur dicendum certum esse, quòd iste poterat saluari: nam iste peccauit, potuit tamen conteri, quia spacium habuit, in quo contereretur, ideo potuit saluari. Et patet quia contritio non eget longo tempore, sed quidam motus subitaneus animæ est. Iste autem non perijt in eo instanti, in quo peccauit, nec in ipso, in quo sibi pœna inflicta est, sed aliquamdiu durauit illa pœna licet modicum, & in illo modico etiam in pœna constitutus dolere poterat, & non periret, vt declarabitur infra in quodam exemplo. Si autem quæratur de secundo dicendum, quòd non apparet quid manifeste tenendum sit, & tamẽ satis possumus suspicari, quòd saluus sit, quia pœna ista fuit grauis, scilicet mors, quæ est vltimum terribilium tertio Ethi. Peccatum tamẽ non fuit grauissimum, quia alia sunt grauiora nimis: ideo satis credendum est, quòd ista pœna fuit ei inflicta ad expiationem totius culpę: sic enim patet de multis alijs qui in peccato mortui sunt, & tamen de eis tenetur, quòd salui sint, scilicet genus humanum diluuio perijt propter peccata Genes. 7. Et Sodomitę perierunt igne cęlesti: Gen. 19. Aegyptij perierunt in mari Rubro in peccato persecutionis: Exod. 14. Israelitę quoque sępe occisi fuerunt à Deo in deserto per ignem, & pestem, & alios modos propter murmurationem: Num. 11. & 14. & 21. & tamen de istis dicit Hieronymus super Naum, scilicet: Scitote ideo temporaliter pro peccatis fuisse punitos, ne in æternum punirentur, quia non iudicat Dominus in idipsum bis. Illud etiam tenet Magister sententiarum 4. dist. 25. Patet etiam per Beatum Bernardum lib. 2. speculi virginalis, cum dicit de quodam clerico, qui insinuatus est monialibus, dum iuerunt ad dicendum matutinum, & abscondit se in lectulo cuiusdam, ipsa ignorãte, vt cum rediret de matutino cognosceret illam, interim autem diabolus venit, & suffocauit clericum iacentem in lecto, quem inuenientes moniales admiratę sunt quomodo hoc accidisset, & cum lachrymis orauerunt Dominum, vt indicaret eis statum illius, apparuitque eis non post multum significans se purgatorij teneri cruciatibus, & inde illarum precibus posse eripi, eo quòd in ipsa quasi subitanea dęmonis suffocatione de peccato suo doluit, & purgatorio igni relictus est. quanto magis iste Oza, qui vigilans erat quando à Domino punitus est, & poterat habere maius spatium pœnitendi.

Contritio põt esse in motu subitaneo.

Quare mortuo Oza contristatus fuerit Dauid. Quæst. XXXII.

QVAERITVR vlterius quare contristatus fuit nunc Dauid mortuo Oza. Respondendum, q̃ propter multa. Primo ex cõpassione eius, qui mortuus est: dolebat enim, q̃ tam subito, & pro tam leui culpa à Domino occideretur, & hoc dicitur in litera, s. contristatus est Dauid, eo q̃ diuisisset Dñs Ozam, ideſt occidisset. Secũdo propter lętitiam totius populi, quę turbabatur: nam magna exultatio erat populi nunc quãdo portabatur arca, omnes quippe cantabant, & psallebant in vasis musicis, nũc vero mortuo Oza conuersum est gaudium suum in luctũ, & cythara sua in vocem flentium, & iam nõ canebãt sicut prius, hoc aũt erat molestum Dauid, qui inchoauerat istam translationem cum magna iocunditate. Tertiò propter offensam Dei. Sciebat. n. Dauid, q̃ ista translatio non esset nimis accepta Deo cum ipse percuteret Ozam propter errorem, qui acciderat in illa. Quarto dolebat Dauid propter seipsum, quia frustrabatur gaudio iam concepto: dispoſuerat. n. adducere arcam Dñi in domum suam, & fabricauerat ei locũ. Nunc aũt propter mortem Ozę non audebat eam illuc ducere, vt patet ex litera, ideo tristabatur, quia nõ euenerat sicut ipse volebat.

Quare Dauid tunc timuerit Dominum. Quæst. XXXIII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, & timuit Dauid tunc temporis Dñm, quia videtur ex hoc, q̃ prius non timeret Dñm. Respondendũ, q̃ Dauid ante hoc timebat Dñm, vt semper timuit, & tamen nunc timuit eum plusquã prius propter casum istum accidentem, quia ea, quæ prędentia sunt sensibus, magis immutantur, quam ea, quę solum intelliguntur. Nunc aũt Dauid vidit aliquid horrẽdum à Deo factum, ideo mutatus est nimis ad timendum. Sed obijcietur, q̃ Dauid non timeret nũc magis Dñm, quam prius, quia aut hoc erat, quia nũc magis cognoscebat potentiam Dei ad puniendum, aut quia magis sciebat, q̃ Deus esset modicum patiẽs circa offensas suas, & q̃ illi committeret pœnam. Non quantum ad primum, quia Dauid sciebat Deum esse omnipotentem, ideo poterat inferre quamcunque pœnam vellet, nec de hoc aliquis homo dubitare poſset, quamquam nunquam vidisset experimentum alicuius quod seueritatis Dei nisi esset infidelis. Secundum et nihil agit, quia Dauid ante hoc sciebat experientiam quõ Deus consueuerat acriter punire offensas suas, sicut enim fuit in filijs Aaron Nadab, & Abiu, qui pro paruo errore à Dño combusti sunt Leu. 10. & duceti quinquaginta viri volentes offerre incensum combusti fuerunt Num. 16. & q̃ magis nouum erat de Bethsamitis perierant plusquam quinquaginta millia, quia viderant arcam primo Reg. 6. non ergo poterat magis instrui Dauid per aliqua experimenta diuinę seueritatis. Dicendum, q̃ Dauid motus fuit nunc ad timendum Deum magis, quam prius non propter primum, s. quòd cognosceret magis potentiam eius, quia ẽt sine experimento sciebat eam, sed propter secundum, s. quia habuit experimentum de diuina seueritate. Et cum obijcitur, q̃ Dauid iam habuerat multa experimenta de ista seueritate, dicẽdum q̃ multa tã fierant, & tñ nullum illorum Dauid viderat. Nouissimum. n. illorum erat mors Bethsamitarum, quia viderant arcam, & tñ Dauid non vidit illud, immo nec erat natus, qñ illud accidit, sed postea per decẽ quasi annos natus est. Quod patet, quia arca ducta est à Philisthinis iudicante Heli summo sacerdote, & tũc ipse mortuus est audito, q̃ arca capta esset à Philisthinis 1. Reg. 4. & succesſit ei i principatu iudicatiuo Samuel: nam totum tempus sequens computatur sub Samuele, & Saul. Stetit aũt arca in terra Philisthinorum mẽsibus septem 1. Reg. 6. qui subtrahendi sunt de tẽpore Samuelis, & post hoc illico accidit mors Bethsamitarum cum reduceretur arca de terra Philisthinorum eo. c. Dies tñ Samuelis, & Saulis, qui computãtur sub regno Saulis fuerunt quadraginta anni, vt patet Act. 13. & sic à principio iudicaturę Samuelis vsq; ad mortem Saulis fuerũt anni quadraginta, & tñ Dauid erat annorum 30. qñ mortuus est Saul, quia 2. Reg. 5. dicit, q̃ triginta annorum erat Dauid, qñ cõstitutus est rex super Iudam, & tñ constitutus est rex mox post mortem Saulis, vt colligitur eod. lib. c. 1. & 2. Ergo decem annis cępit Samuel iudicare Israel antequam Dauid nasceretur, & tñ solum septem menses transierant de tempore Samuelis, qñ arca reducta est de terra Philisthinorum, & accidit mors Bethsamitarum, vt supra dictum est: ergo quasi decem annis ante natiuitatem Dauid fuit mors Bethsamitarum, & sic Dauid nõ potuit videre aliquod experimentum diuinę seueritatis, quam sciret, siue crederet multã fuisse ante eum, & tamen, vt dictum est non tñ immutant ea, quę intelliguntur sicut ea, quę sensibus percipiũtur. Et rõ huius est, quia timor passio quædam est in parte sensitiua, non mouetur aũt ista pars ad aliquam afflictionem nisi ab alio moueatur, põt tñ intellectus mouere istã partem ad gaudium, tristitiã, vel timorem, s̃m quòd representat sibi aliquid tãquam bonum, vel tanq̃ malum, ea tñ, quę per solum intellectum fiunt cum sint multum spiritualia, non possunt vehemẽter mouere partem sensitiuã, quę est de cõditione corporis, ideo indiget similibus sibi ad hoc, q̃ immutetur, & quia ea, quę videntur sunt multum materialia, & præsentia maxime immutant partem affectiuam ad quamcunque passionem, & sic nunc Dauid videns istam seueritatem Dei, quòd nunquam viderat, timuit nimis plusquam sciendo, quam tempore præterito Deus exercuisset aliquas seueritates.

Dauid, quam speciem timoris habuit. Quæst. XXXIIII.

QVAERITVR vlterius, quam speciem timoris habuit nunc Dauid. Respondendum est ad euidentiam huius, quòd multi sunt timores, s. naturalis, humanus, seruilis, initialis, castus, filialis, amicalis. Primus est naturalis, s̃m quem naturaliter formidamus ea, quę nociua sunt corpori, & fugimus illa, & iste timor non dicit aliquod vitium, sed solam naturæ affectionem, s̃m quam euitamus id, quod nociuum est corpori, non distinguendo an ex iusta causa, vel ex iusta, nec ita, vt propter eum faciamus aliquod malũ, vel nõ, & talis timor est in omnibus viris ẽt virtuosis, cum in eis maneat cõditio naturę, & iste fuit in Christo, per quem mori timebat, cum dixit: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et iterum: Pater si fieri potest transeat à me calix iste: Matth. 26. Secundus est timor humanus, s̃m quem homo timet sibi infligi mala in corpore ab illis, qui potestatem habẽt, iste timor aliqualiter coincidit cum naturali, & tamen differt, quia naturalis non laudatur, nec vituperatur, iste autẽ aliqualiter est vituperabilis: nam tũc timorem humanum vocamus, cum propter timorem nocumentorum corporalium à virtute recedimus. Et patet hoc, quia si non esset vituperabilis, non esset de numero fugiendorum, quia ista duo conuertuntur s̃m Arist. sępe in Ethicis. Quòd aũt sit de fugiẽdis patet Matth. 10. cum dicitur. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam aũt nõ pñt occidere. Timor aũt naturalis non est de numero fugiendorum, quia non est aliquod malum. Tertius timor est mundanus, s̃m quẽ timemus pati damna in rebus possessis, & iste est vituperabilis, quia est mundanus, qñ propter timorẽ dãnorum à virtute recedimus, & iste est peior quam humanus, quia licet vterq; inducat peccatum, tamen humanus inducit peccatum ex causa maiori, & rationabiliori, quam mundanus, inquantum melius est corpus nostrum, q̃ diuitię. Nullus istorũ trium est respectu Dei, sed aliarum rerũ. Quartus timor est seruilis, & est ad Deum, s̃m quẽ timet homo offendere Deũ ne puniat eum, vel s̃m quem timet pœnas absolute à Deo sibi inferri: vocatur seruilis, quia est ad modum seruorum: serui. n. non timent offendere Deum, quia diligunt eum, sed quia sciunt, q̃ inferrentur eis graues pœnæ, pro hoc itaq; non diligit eum, nec desiderat vitam ęternã, sed solum, vt euitet pœnas ęternas, vel tpales, Deum colit, dr̃ habere timorem seruilem. Quintus timor est initialis, s̃m quem homo incipit bonus esse, & tñ nondum perfectè bonus est: sicut. n. est in oĩbus virtutibus moralibus, quia quando quis habet habitum virtutis tñ delectabiliter agit, & ipsa delectatio, quę est in opere, mouet hominem ad agendum, cum aũtẽ aliqnis vult esset bonus, & tñ nondum hẽt habituatam virtutem opatur bonum, sed non promptè, & cum delectatione, quia nulla delectatio adhuc est in ope, sed solum operatur bonum propter bonũ finem, qui mouet ad agendũ, & sic operationes istius nõ sunt simp̃r tam bonę, sicut operationes hominis habituati: ita nunc dicendum est de timore, quia qñ homo incipit esse bonus, colit Deum nõ quidẽ timore pœnarum, quę infligentur si non coluerit eum, sed quia diligit eum, & nollet offendere ipsum, & tñ nõdum agit istud delectabiliter, & cum magno feruore, cum nondum sit exercitatus per opa virtutis, & quia istud pertinet ad incipientes vocatur timor initialis, cũ verò aliquis exercitatus fuerit per opa virtutis, & ardenter dilexerit Deum, iam non est sicut incipiẽs, sed sicut perfectus, ideo timor qui in eo est, non vocatur initialis, sed sanctus, siue castus. Differunt ergo timor initialis, & castus sicut dispositio, & habitus, & sicut magis perfectum, & minus perfectum. Sextus timor est castus, & iste est propriè qñ vxor timet offendere virum non quidem quasi putet ab eo sibi pœnas infligendas, sed quia diligit eum nollet offendere ipsum. Timor aũt filialis, & amicalis s̃m speciem non videntur differre à timore casto, quia omnes tres sunt secundùm quos timemus offendere aliquem solum propter dilectionem, sed possunt differre aliquo modo, secundùm obiecta, s. quia amicalis ad amicum, & castus ad maritum, & filialis ad patrem, & tamen ista non sunt obiecta propria istorũ timorum, secundùm quę differant in specie, quia nec etiam virtus, secundùm quam aliquis liberaliter erogat amico, vel extraneo, vel cognato, differt in specie, quia obiectum liberalitatis non est ille, cui erogatur, isti tres timores, qui sunt ijdem in specie sunt, secũdùm quos Deũ virtuosè timemus, & pertinet iste timor ad virum perfectum. De his sex timoribus tangit aliquid Augustinus, & Cassiodorus super Psalmum, & Beda, & de his Magister sententiarum tertio distinct. 34. nunc autem dicendum est de Dauid, quòd timuit nunc Deum timore seruili, scilicet vidit, quòd occiderat Ozam pro paruo delicto, ita timuit, quòd occideret aliquos in domo sua, si illuciret arca.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare dixit Dauid quomodo ad me introducere possum arcam Domini. Quæst. XXXV.

QVAERITVR vlterius quomodo dixit Dauid quō possum ad me introducere arcam Dñi. Respondendum, q̄ Dauid ante hoc putabat, q̄ Deus nō irascebatur pro paruis delictis, vel non inferebat illico punitionem, & sic disposuerat, q̄ arca Dei esset in domo sua propter deuotionem, & alias causas supra assignatas in quadā quæst. nunc aūt vidit Dauid, quòd pro paruo delicto puniuit illico Ozam occidendo eū: credidit ergo, q̄ cum in domo sua essent multi, & necesse esset, q̄ interdum committerēt multa peccata, q̄ in breui occideret omnes, ideo noluit introducere eam in domum suam. Sed obijcietur, q̄ non debebat Dauid timere hoc, quia arca fuerat in domo Abinadab in Gabaa plusquam quadragintaocto annis, & tamen ibi nulli nocuit, quod pater, quia tempore, quo occisi sunt Bethsamitę translata fuit arca de Bethsames in Cariathiarim 1. Reg. 6. & 7. & à tempore percussionis Bethsamitarum vsq; ad mortem Saulis fluxerunt anni quadraginta, vt probatum est quæst. antepenult. Post hoc regnauit Dauid septem annis, & dimidio in Hebrō super Iudam 2. Reg. 5. & postea factus est rex Israel, & trāslata fuit arca de domo Abinadab postquam ipse fuit rex Israel, vt patet hic, ergo fuerunt ad minus quadragintaocto anni, quibus māsit arca in domo Abinadab, & in toto isto tēpore nulli legitur nocuisse Deus in domo Abinadab, ideo sic putare debuisset Dauid, q̄ fieret in domo sua. Respōdendum, q̄ Dauid hoc non putauit propter duo. Primo q̄ verisimile erat, q̄ potius noceret Deus in domo Dauid propter arcam, quam in domo Abinadab: nā domus Abinadab erat domus viri priuati, vbi pauci erant, & insuper filij eius Eleazarus erat sanctificatus ad custodiendum arcam 1. Reg. 7. Ideo parum poterat ibi offendi Deus propter arcam, ita vt noceret familię Abinadab, secus aūt erat in domo Dauid, qui erat rex, & erat magna domus eius, & multi viri, & fęminæ in ea, quorum plurimi erāt imperfecti, ideo verisimile est, q̄ in multis offenderēt Deum, & propter presentiam arcę percuterentur: timuit ergo. Secundum fuit, quia licet Dauid sciret, q̄ in domo Abinadab Deus nullum nocumētum intulerat propter arcam, & sic putaret, q̄ fieret in domo sua, tamen nunc vidit seueritatem magnam de puniendo Ozam pro paruo delicto, ideo poterat credere q̄ nunc non erat tempus miserendi, sicut prius, quia Deus quodam tempore magis se ostendit misericordem, quā alio, & alio tempore magis punitorem, quam alio. Sic. n. fuit totum tempus legis veteris tempus, s. magnę seueritatis, quia Deus acriter puniebat peccata, quamquam essent parua, vt patet de filijs Aaron Leu. 10. & de ducētis, & quinquaginta viris Num. 16. & de Israelitis murmurantibus eod. lib. c. 11. & 14. & 16. & 21. & de Bethsamitis videntibus arcam 1. Reg. 6. & de plurimis alijs, tempus autem noui testamenti est tempus magnę misericordię Dei: nam quamquā magna peccata fiant tam in Ecclesia, quā in sęculo, plurima eorum impunita manent pro nunc, hoc aūt significatū est in datione vtriusque legis: nam lex vetus data est cum sonitu buccinarum, & tonitruis, & fulguribus, & monte ardente, & fumo, & caligine, ita vt populus prę timore non posset sustinere vocem, quę audiebatur. Lex aūt noua data est cum magna tranquilitate, quia cum sederet Christus in monte aperiens os suū docebat discipulos suos de regno Dei Matth. 5. & ibi fuit principium legis nouę, de lege veteri habet Exo. 19. & 20. & Deut. 5. Istam differentiam vtriusque legis posuit Apostolus ad Hebr. 22.

An peccauerit Dauid faciens arcam poni in domo Obededom. Quæst. XXXVI.

QVAERITVR vlterius an Dauid peccauit faciēs poni arcam in domo Obededom. Aliquis dicet, quòd sic, quia procurabat ei mortem, vel occasionem ad mortem, quantū in se erat: nam ipse timuit, q̄ moreretur si introduceret arcam in domum suam, vel quòd aliqua nocumenta fierent, ideo noluit eam introducere in domum suā. quòd ergo vellet Dauid ponere arcam in domo Obededom, volebat eum exponere periculis, quę ipse formidabat, & istud erat contra charitatem fraternam. Respondendum, quòd non peccauerit Dauid ponendo arcam in domo Obededom propter tria. Primo quia ipse nō coegit Obededom ad suscipiendum eam in domo sua, sed ipse sponte suscepit eam in domo sua, immo credidit magnum honorem sibi per hoc prestari. Dato ergo q̄ aliquod periculum esset in tenendo arcam in domo, non peccabat Dauid tradendo eam Obededom cum ipse eam susciperet sponte. Secundum erat, quia non erat verisimile de domo Obededom, quòd ibi fieret aliquod nocumentum propter arcam, quia erat domus priuata, in qua erat pauca familia, & parum poterat Deus offendi propter presentiam arcę. In domo autem Dauid secus erat, cum esset ibi familia multa nimis, quia erat domus regia: ideo poterat Dauid rationabiliter formidare arcam, & tamen tradere eam securo Obededō. Tertia causa potest esse, quia Obededom erat Leuita, & ad ipsos sacerdotes pertinebat seruare arcam: ideo licet aliquod periculum posset euenire custodiendo illam, non peccaret Dauid tradendo illam custodiendam alicui Leuitę. Quod autē iste Obededom esset Leuita, inf. in quadam quęstione declarabitur.

Quomodo ausus est Obededom accipere arcam in domo sua. Quæst. XXXVII.

QVAERITVR vlterius quomodo Obededom ausus est accipere arcā in domo sua, cū vidisset nunc, quòd propter delictum tam parium circa arcā Deus intulisset mortem Oza, quia debuisset credere quòd sic fieret in domo sua. Patet hoc de Bethsamitis, quia cum occisi fuissent apud eos plusquam quinquaginta propter arcam, noluerunt tenere eam apud se, sed dixerunt, quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius? & ad quem ascendet à nobis? primo Reg. 6. dicendum, quòd non timuit Obededom recipere arcam Domini in domo sua, quia ipse erat Leuita, & sciebat cęremonias custodiēdi arcam, quibus obseruatis sciebat, quòd non inferretur aliquod damnum ei, nec domui suę, ad custodiendum autem eas ipse se volebat disponere: ideo non formidabat accipere illam, sed potius reputabat ad honorem, q̄ arca, quæ erat vas sanctissimum, & solebat custodiri in loco occultissimo Sanctuarij poneretur nūc in domo sua: quòd autem non timeret, incitauit eum id, quod factum est de Bethsamitis: nam ibi fuit percussio magna cum perijssent plusquam quinquaginta millia, & putauerunt Bethsamitę, quòd nullus vellet accipere arcam propter periculum. Quod patet, quia dixerunt: Quis potest stare in conspectu Domini Dei sancti huius? & ad quem ascendet à nobis? ideſt quis volet eam accipere de manu nostra? primo Reg. 6. & tamen illico accepit eam Abinadab, nec formidabat accipere eodem libro capitulo septimo, & cum mansisset in domo istius per quadragintaocto annos, vt declaratum est supra in quadam quæstione, nihil prætulit intulit, hoc autem accidit, quia diligenter obser-

uabatur nequis circa eam committeret aliquam irreuerentiam, vnde Eleazarus filius Abinadab sanctificatus fuit ad custodiendum eam 1. Reg. 7. ita intēdebat facere Obededom, s. q̄ aliquis in domo sua custodiret eam, ne committeretur aliqua irreuerentia cōtra illam, ideo non formidauit accipere eam.

Quis nam fuerit iste Obededom. Quæst. XXXVIII.

QVAERITVR vlterius quis fuit iste Obededom, & quomodo Dauid voluit committere ei arcā. Videtur enim quòd nullo modo debuisset cōmittere, quia arca non erat committenda, nisi alicui viro, qui esset vita religiosus, & esset sacerdos, ad quem alias ex officio pertineret custodire eam, vel ministrare coram ea. De Obededō autem non erat sic, quia non solum nō erat sacerdos, nec Leuita, sed etiam, nec videbatur de stirpe Israelitarum, sed de progenie Philisthinorum, quod patet, quia vocatur Gerhæus, & tamen Gethæi sunt de vrbe Geth, quæ erat vna de quinque metropolibus Philisthinorum, vt patet Iudi. 13. & 1. Reg. 6. & sic Goliath Philisthæus, contra quem pugnauit Dauid vocabatur Gethęus, vel de Geth, vt patet primo Regum 17. & 2. Reg. 21.

Respondendum, q̄ Obededom non erat de genere Philisthinorum, sed erat de filijs Israel, & de stirpe Leuitarum, sic enim patet infra 15. Nam inter Leuitas de secundo ordine cantorum ponitur Obededō, & propter hoc proprie ponebatur arca in domo eius. Cum autem obiicitur, q̄ erat de stirpe Philisthinorū, quia vocatur Gethęus, dicendum q̄ non sequitur, nā potest vocari Gethęus, qa fecit aliquid in vrbe Geth, vel quia moratus est ibi aliquanto tempore: sic enim consueuimus multos viros nominare a regionibus illis, a quibus non fuerunt nati, & interdum apponuntur eis ista nomina, sine aliqua causa pro sola voluntate, sicut consueuimus facere de noībus propriis, quorum non est causa imponendo, sed sola voluntas. De isto tñ Obededom rōnabiliter dici potest, q̄ erat Gethæus, s. q̄ vocatus est sic, quia mansit ibi cum Dauid quatuor mensibus: cum enim fugeret Dauid a facie Saulis descendit in terram Philisthinorū ad Achis regem vrbis Geth, & mansit cum eo ibi quatuor mēsibus vsque ad mortem Saulis 1. Reg. 27. Et descenderunt cum eo tunc sexcenti viri eod. c. Et propter hoc quando redierunt postea in terram Israel vocati fuerūt Gethæi semper, sic patet 2. Reg. 15. s. Ambulauerunt iuxta eum legiones Celethi, & Pheleti, & omnes Gethęi pugnatores validi sexcenti viri, qui secuti fuerant eum de Geth precedebant regem. de Obededō autē satis verisimile est, q̄ ipse misit Dauid in Geth, quia de omnibus tribubus contribuebant ad Dauid, vt auxiliarentur, & dum fugeret a facie Saulis, vt patet preced. c. & tunc verisimile est, q̄ aliqui etiam de Leuitis confugerent ad eum, sicut Abiathar, qui fuit filius summi sacerdotis confugit ad ipsum 1. Reg. 22. Dicit autem historia schol. q̄ iste nō vocabatur Obededom, sed Obed, & tamen dicitur Obededom, ideſt Obed filius Edom. Et tunc Obededom non est vnū nomen, nisi per compositionem, & tunc Obed non est Gethęus, sed Edō pater eius, vnde dicit, q̄ fuit posita arca in domo cuiusdam Leuitæ nomine Obed filii Edom Gethęi. Accipit autem hoc ex modo loquē di Iosephi 7. Antiquit. qui solum vocat istum Obed, & tamen dato, quòd sic esset, stat dubium tunc de patre suo Edom quomodo vocaretur Gethæus: non est enim putandum, quod vere Edom fuerit Gethęus cō

Quare permisit Dauid tribus mensibus permanere arcam in domo Obededom. Quæst. XXXIX.

QVAERITVR vlterius, quare Dauid permisit arcam manere tribus mēsibus in domo Obededom, & postea duxit illam in domū suam. Rūdendum est, quòd Dauid videns, quòd Deus percussisset Ozam pro paruo delicto cōtra arcam, putauit q̄ sic faceret in quacunque domo esset, & sic non ausus est introducere eam in domum suam, ne omnes morerentur, qui ibi erant, sed posuit in domo Obededom donec disponeret, quid de illa fieret, tempore autē isto benedixit Deus domui Obededom propter arcam, & audiuit hoc Dauid, ideo nō permisit eā amplius ibi manere, & hoc propter duo. Primo quia Dauid a principio non receperat eam, qa putabat, quòd nulla domus posset sustinere illam, pter magnam seueritatem Dei, nunc autem videbat, quòd in illis tribus mēsibus nulli nocuisset in domo Obededom: Ideo factus est securus, quòd etiam in domo sua nulli noceret, sic voluit eā ad se ducere. Secundum fuit propter vtilitatem, quæ inde poterat sequi: nam benedixerat valde Deus domui Obededom, & omnibus quæ possidebat propter arcam, intantum quòd omnes, qui cognoscebant eum inuidebant ei de tanta prosperitate, & abundantia rerum subita veniente, vt ait Ioseph. septimo Antiquitatum. Ideo voluit Dauid, quòd ista benedictio potius fieret in domo sua, & sic transtulit ad se arcam.

In quo fuerit benedictio domus Obededom. Quæst. XL.

QVAERITVR vlterius in quo fuit ista benedictio domus Obededom.

Respondent Hebræi, & historia scholastica secundum eos, quòd vxores Obededom, & concubinæ eius, & nurus suę pepererunt masculos, & iumenta sua duplices fętus.

Dicendum tamen, quòd istud nihil est, quia p̄ hoc non appareret Israelitis, q̄ Deus benedixerat domui Obededom propter arcam, quia arca solum mansit in domo eius tribus mēsibus, vt patet in litera, & vxores suæ, & concubinæ, & nurus, & animalia, aut conceperunt ante aduentum arcæ ad domū Obededō, aut post introitum in domum eius. Si autem ante introitū, iste partus nō attribueretur arcę, quia Deus non beneficeret domui Obededom propter arcā, nisi postq̄ inciperet esse arca in domo eius, & sic iste partus, q̄q̄ esset, p̄spere euenięs nō īputaret arcę, sed alteri cauſę priori: si aūt mulieres, & aīalia cōciperēt post

aduentum arcę, poterat esse iste cōceptus prosper, p- F
pter arcam, & tñ non posset apparere, ꝙ erat ꝓp arcā, quia non parerent manente arca in domo cum solū manserit ibi tribus mensibus, & tñ ante finem istorū trium mensiū apparuit benedictio Dei in domo Obededom propter arcam, ideo nō fuit in conceptu mulierum, vel aliorum animalium. Sed dicēdum, ꝙ ista benedictio fuit in prospero statu omnium bonorum Obededom, ſ. ꝙ omnes in domo sua erāt sani, & sem per gaudentes, & multiplicauit Deus diuitias eius nimis in illis tribus mēsibus, & animalia eius semper fuerunt sana, & robusta, & panis, & vinum in domo eius erant optima, & omnia alia, quæ ipse possidebat erant in meliori dispositione, quā res possessę ab aliis, & in hoc apparebat prosperitas sua. G

Quomodo Israelitæ cognoscebant, quòd benedictio, quæ erat in domo Obededom esset propter arcam.
Quæst. XLI.

QVAERITVR vlterius qūo sciebant Israelitæ, ꝙ ista benedictio, vel multiplicatio, quę erat in domo Obededō fiebat propter arcam: nam poterat fieri propter aliam causam, licet arca esset in domo eius.

Respondendum, ꝙ hoc cognoscebant in multis. Primo, quia añ aduētū arcæ erat pauper Obededom, H
& post aduentum eius locupletatus est, ideo rationabiliter attribuebatur arcę, ſ. ꝙ ista benedictio veniret propter illam: sic enim dixit Iacob ad Laban Genes. 30. ſ. Modicum habuisti antequā venirem, & nunc dilues effectus es, benedixitque dñs tibi ad introitum meum. Secundum erat, ꝙ qñcunq; opera alicuius hominis prosperātur in omnibus plusquam opera aliorum hominū, iudicatur Deus esse cum illo, & quòd Deus dirigit eum, sic patet de Isaac, qui seminauit in terra Philisthinorum, & collegit centuplum factusq; est dilues in breui, ideo putauerūt Philisthini, ꝙ Deus esset cum eo, & venerunt ad eum dicentes. Vidimus tecum esse dñm, & iccirco diximus, sit iuramentū inter nos, ꝙ non facias nobis quicquam mali. Genes. 26. Sic etiam fuit de Ioseph, qñ erat seruus Puthipharis I
Aegyptii: nam ille cognouit Deum esse cum eo, quia prosperabantur omnia negocia in manu eius. Genes. 39. ſ. Fuitque dñs cum eo, & erat vir in cunctis prospere agens, habitabatque in domo Dñi sui, qui optime nouerat Dominum esse cum eo, & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius, sed ita factū est in Obededom, ꝙ in isto pauco tpe, quo mansit arca in domo sua prosperatus est in omnibus negotiis, ideo conuenienter arguebatur, ꝙ Deus erat cum eo. Tertiū erat, quia modus operādi hominis est modus naturę: operatur enim natura per successionem, ideo homines, qñ ditantur modo humano, & naturali, ditantur ſm successionem, nunc autem Obededom ditatus est subito, quia in tribus mensibus ditatus fuit tantum, ꝙ K
omnes inuidebant ei, ideo apparebat manifeste, quòd istud ditari non proueniebat naturaliter, sed a Deo: rationabiliter ergo arguebat, ꝙ propter arcam, quę erat in domo sua ditatus fuit tam excellēter in pauco tpe. Quartum erat, quia in domo Obededō omnes erant sani tam homines quam animalia, & ꝓp hoc diuitiæ multæ congregabantur, ꝙ tñ ista duo simul eueniant iudicatur prosperitas a Deo specialiter missa. Sic patet Psal. 104. Et reduxit eos in argento, & auro, & nō erat in tribubus eorū infirmus, & intelligitur de Hebręis, quos eduxit Deus de Aegypto cum multo auro, & argento, & fecit, ꝙ in tanta multitudine virorum, & mulierū nullus esset infirmus. Et sic propheta significat per hoc mirabilem eductionem Dei de Aegypto, & ꝙ manifeste a Deo dirigerentur cum ista bona haberent, & tñ ista habebat Obededom cū in omnibus prosperabat, ergo apparebat manifeste, ꝙ Deus benedicebat ei, & tunc rationabile erat attribui arcæ cum illa esset in domo sua. Quintum erat, quia ꝙ aliquis homo prosperetur nimis circa aliquam rem vnā interdum contingit naturaliter, vt ꝙ aliquis inueniat thesaurum, & ꝙ subito efficiatur dives: & ꝙ homo tamen in omnibus prosperetur, & in nullo mordeat eū calamitas, non est naturale, nisi interdum Deus aliqui velit dare hoc ad modicum tempus ex speciali gratia, & ex hoc sequitur, ꝙ nullus homo est, quòd non rixetur cū fortuna sua, eo ꝙ nō est prospera ex omni parte: sic enim Boetius de consol. lib. 2. Prosa 4. Quis est enim tam compositę felicitatis, vt non ex aliqua parte cum status sui qualitate rixetur? Anxia enim res est humanorum bonorum conditio, & quæ, vel tota nūquam proueniat, vel nunq̄ perpetua subsistat. Hunc census exuberat, sed est pudori degener sanguis. Hūc nobilitas notum facit, sed angustia rei familiaris inclusus esse mallet ignotus. Ille vtroq; circumfluus vitam celibem deflet. Ille nuptiis felix, orbus liberis alieno censum nutrit hęredi. Alius prole beatus, filii, filiæque delictis mestus illachrymat. Iccirco nemo facile cum fortunæ suę conditione concordat. Obededom aūt eo tpe, quo habuit arcam in domo sua fuit prosperatus quantum ad omnia, vt patet in litera, ſ. benedixit dñs domui Obededom, & omnibus, quæ habebat, iō manifeste apparet, ꝙ a Deo fiebat propter arcā. Sextum erat, quia qñ homines ditantur, vel prosperantur ꝓp magnam prudentiam, & solicitudinē, & laborem circa negocia imputatur aliqualiter operi suo, ꝙ detinetur, cum tñ aliqui sine prudentia labore, & solicitudine quasi non attendentes ditantur, necesse est attribui istud Deo. Sic enim dicit Arist. 1. lib. de bona fortuna, ꝙ bene fortunati faciunt omnia prospere, & quæ petitur ab eis quando fecerūt illud, quod tam prospere euenit, nesciunt dare causam, sed dicunt se pati aliquid simile eis, qui a Deo fiunt, ideſt, ꝙ ipſi non fecerunt, sed passi sunt recipiēdo, Deus autem illud fecit, sic autem erat apud Obededom, quia ipse nō erat vir magnæ negociationis prudentiæ, solicitudinis, & laboris, sed venerunt sibi omnia ista, eo quasi non aduertente, ideo imputandum erat Deo, quòd talia faceret, & sic apparebat manifeste, quòd Deus benedixisset Obededom propter arcam, quam in domo tenebat.

CAP. XIIII.

MISIT quoque Hiram rex Tyri nuncios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices parietum, lignorūque, vt ędificarent ei domum. Cognouitque Dauid, eo quòd cōfirmasset eum Dominus in regē super Israel, & subleuatum est regnū suum super populum eius Israel.

DICTO in præcedētibus de deuotione Dauid & bona habitudine in diuinis, hic agitur de eius prudentia in humanis, & diuiditur in duo, quia primo agitur de prudentia eius in amicorum congregatione. Secundo de hostium debellatione, ibi. *Audientes autem.*

Prima in duas, quia primo agitur de congregatione amicorum exteriorum. Secundo de congregatione amicorum interiorum, ibi. *Accepit quoque Dauid.*

An ista sint ad præcedentia continuata.
Quæst. I.

QVAERITVR circa primum an ea, quę habentur hic sint continuata ad præcedentia, & an fuerint facta immediatè post illa, vel interiecto aliquanto tempore. Rūdendū, ꝙ non apparet an fuerint ista post præcedentia, vel è cōtrario, quia vtrunque esse poterat. Dicendum tñ est rationabiliter, ꝙ hic est ordo conueniens, quia nunq̄ est recedendum ab ordine literę sacrę Scripturę, nisi propter aliquā cām manifestā, qñ apparet, ꝙ alius ordo fuerit, q̄ ille, qui tenetur in litera scripturę. & tamē hic non apparet aliqua causa cur dicamus, quòd non sit ordo continuus, ideo dicendum, quòd fuit ordo B
continuatus. Ad secundū dicendū, ꝙ nō fuerunt magno tempore ista post præcedētia: immo nō fuerunt magno tempore postquā Dauid cępit esse rex. Quod patet, quia hic ponuntur tria, scilicet de rege Hiram, & de vxorib' Dauid, & de bellis Philisthinorū, quod libet tñ istorum fuit pauco tempore postquā factus est Dauid rex super totū Israel. De primo patet, quia sciens Hiram Dauid esse regem misit ad eū artifices, & ligna ad fabricandum domum. Credendū est ergo, ꝙ pauco tempore postquam cōstitueretur in regem misit ad eum, quia non est verisimile, ꝙ postquā Dauid factus est rex Israel, & cępit habitare in Ierusalē, maneret magno tempore nō habens domos quales decebat ipsum habere, ideo in principio regni mittere ad eum. De secundo patet, nam dī hic, quòd vidit C
Dauid, quòd regnum suum confortatum esset super Israel, & accepit vxores alias, manifestū est tamen, ꝙ regnum Dauid confortatū est mox, vt ipse factus est rex, quia nullus erat in regno, qui ei repugnare vellet, sed omnes prompte obediebant sibi, & venerunt in auxiliū eius, quando vnctus est in regē, vt patet supra 12. Ideo in principio regni sui acciperet istas vxores, & cōcubinas. De 3. patet, quod infra dī, ꝙ audientes Philisthijm, quòd vnctus esset Dauid in regē super Israel venerunt, vt quęrerent eum: certum est tñ, ꝙ pauco tempore postquam Dauid vnctus est in regem audierunt illud Philisthini, iō modico tempore postquam D
constitutus est in regem, credendum est, quòd istud acciderit, & tñ 2. Reg. 5. & 6. mutatur ordo, qui habet hic, quia prius ponuntur oīa, quę habentur hic, q̄ ea, quę habentur præcedenti c. iō oportet dicere, quòd in aliquo loco istorum sit ordo mutatus: in quo mutet tñ non apparet nobis, quia satis verisimile est de quocunque eorum, ꝙ fuerit pauco tempore postq̄ Dauid constitutus est in regem super Israel. Si tñ velimus tenere, ꝙ non sit hic ordo conueniens, & sic 2. Re. 5. & 6. satis potest teneri, & aliqualiter potest hoc indenti c. & aliam, quę hī præcedenti cap. non intercierunt, nisi tres menses, quibus mansit arca in domo Obededom. Ei in istis tribus mensibus non potuerūt fieri oīa, quę habentur hic, ſ. duo bella Philisthinorū, & ædificatio domorum Dauid per artifices Hirā. Secūdo patet, quia Dauid nolebat transferre arcā ad locū honorabilem, quem parauerat ei, & erat locus iste in domo sua, vt patet 2. Re. 6. & infra 16. ergo iā ędificauerat Dauid domos, sed istę erāt, quas fabricauerūt ei artifices Hiram, iō videt, ꝙ prius fuit, quod habetur hic, quam id, quod habetur præcedenti c. 3. quia manifestū est, ꝙ in secunda translatione arcę Dauid habebat iā domos pro se, & locum optimū pro arca, vt patet sequenti c. & infra 16. cum tunc locauit arcā in tabernaculo, quod ei præparauerat. Ideo oportebat, ꝙ tota ista fabricatio fuisset ante trāslationem arcę, quę habetur præcedēti c. vel fieret in tribus mensibus, qui

A solum interciderunt inter primam, & secundam trāslationem: nā tribus mensibus mansit arca in domo Obededom præcedenti c. & tñ nō poterat fieri tanta fabrica in tribus mensibus, iō iam facta erat, qñ fuit prima translatio arcæ de Chariathiarim in domum Obededom, de qua in præcedēti c. & sic est ordo mutatus. Posset aūt sustineri, ꝙ hic sit ordo continuus, sicut supra dicebatur, & tñ rationabilius est, ꝙ sit ordo mutatus, sicut nunc probatum est, potissimè, quia 2. Reg. 5. & 6. tenetur iste ordo, & non ille, qui ponitur hic in litera. Circa primum dicitur. *Misit quoque Hiram rex Tyri.* Est Tyrus ciuitas in terra Chanaan in extremitate eius in litore maris: in qua fuit tēpore Dauid quidam rex nomine Hiram amicus eius, de quo dicet infra in prima quæstione, & iste misit ad Dauid, quæ habentur hic. *Nuncios ad Dauid.* Scilicet ad salutandum eum, si erant amici ex antiquo, vel ad componenda fœdera, siue ad causandas nouas amicitias.

Et ligna cedrina. Ista sunt ligna pretiosissima in toto monte Libano: sunt enim magna, & quasi imputribilia, qualia decebat esse in palatijs regis.

Et artifices parietum. Isti vocantur cęmentarij, quia parieres, & fundamenta domorum construunt. Erāt autem isti cæsores lapidum, & politores, quia parietes palatij regalis non fiebant de terra, sed de lapidibus.

Lignorumque. Ideſt etiam misit artifices lignorum ad fabricandum tecta domorum, & alias partes operis, in quibus ligna sunt.

Vt ædificarent ei domum. Scilicet vt ædificarent domum Dauid: nam ante hoc non habebat palatia talia, qualia decebat habere regem. Venerat enim nouiter ad habitandū in Ierusalē, vbi non fuerāt palatia regalia, sed priuatorū. Decebat aūt regalē amplitudinem pulchriora, & pretiosiora habere ædificia.

Cognouitque Dauid, quòd confirmasset eum dominus in regem super Israel. Scilicet non videbat aliquem aduersantem sibi, sed omnia pacata erāt in regno suo, obediebantque sibi omnes ad nutum.

Et subleuatum est regnum eius super populum eius Israel. i. honor suus, & potestas regalis eleuata est super populum Israel, quia tenebaī Dauid in magna reuerentia ab omnibus de populo suo, vel pōt intelligi, ꝙ regnū Dauid subleuatum est, ſ. quia prius erat solū rex super tribū Iuda, & Israelitę venerunt, & vnxerunt eum in regem super totū Israel supra 11. & 2. Re. 5. & sic erat nunc subleuatus ad maiorem honorem regalem.

Quis nam fuerit iste Hiram rex Tyri.
Quæst. II.

QVAERITVR quis erat iste Hiram rex Tyri, de quo hic dicitur. Respondendum, ꝙ propinquus erat Hiram regi Dauid in regno, quia regna vtriusque se contingebāt. Est enim Tyrus ciuitas quædā olim famosa, quę erat E
in litore maris mediterranei in extremitate terrę Chanaan, & huic fuit subiecta magna pars terrę Chanaan apud montem Libanum, cui imperabat iste rex Hiram. De hac vrbe fuit Cadmus, qui condidit Thebas vrbem Græcorum, cum exularet per totum orbē quęrens sororem suam Europam à Ioue raptam, vt dicit Ouidius 3. Meta. hanc ciuitatem condidit Agenor rex, vt ait Gualterius Alexandreidis lib. 1. scilicet.

Soluitur in cineres ab Agenore condita primum.
Nobilis illa Tyrus.

Tempore huius Agenoris viuebat Iuppiter inter mortales, & regnabat in Gręcia, rapuit autem quadam die Europam virginem filiam eiusdem regis Agenoris ludentem cū alijs virginibus apud mare, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

portauit eam in naui, cuius insigne erat vnus Taurus, F & ob hoc poetæ habuerunt occasionem fingendi, ꝙ Iuppiter in figura Tauri albi rapuit Europam, portauitque eam in dorso suo super æquora, vt ait Ouidius secundo, & tertio Metam. & Seneca tragœdia quarta, cuius nomen est Hippolytus carmine tertio, quod incipit.

Diua non miti generata ponto:

Ista ciuitas ab antiquo fuit famosissima inter omnes vrbes, & opulentissima, ꝓpter negociationes nimias, quia negociatores de omnibus partibus orbis veniebant ad eam, nec est aliqua in tota scriptura, quæ magis laudetur, quam ista, vt patet Ezechiæ vigesimoseptimo. Tantæ autem fuerunt diuitiæ huius vrbis, ꝙ rex eius eleuatus in superbiam magnam dixit se esse G Deum, & Deus fecit prophetari contra vrbem mala, vt patet Ezechiæ vigesimosexto, & vigesimooctauo. Fuit autem postea ista ciuitas destructa per Alexandrum Magnum, vt patet Alexandreidis libro tertio. Postea autem reædificata est, floruitque magno tempore, & ibi moratus est Origenes vir clarissimus, atque sepultus, vt patet in libro de Situ terræ Sanctæ. In hac vrbe regnabat Hiram tempore Dauid, qui vidēs Dauid exaltatum super totum Israel voluit esse amicus eius, & misit ei ista, quæ habentur in litera. vocatur autem iste rex Tyri, non quidem, quòd solum dominaretur in vrbe Tyri, sed quia Tyrus erat Metropolis regni eius: de ista vrbe fuit Dido nobilissima H mulier, quæ magnā Carthaginem in Aphrica condidit, fugit enim de vrbe Tyri cum multis Tyrijs propter timorem, & odium fratris sui Pigmalionis, qui occiderat maritum suum Sichęum, & profecta in terram Aphricæ ad regnum Hyarbæ Getuli, qui tunc in terra illa dominabatur, petiuitque ab eo spacium loci ad condendum vrbem, concessitque ei tantum terræ spacium quantum circundare posset vno corio bouis, volens eam isto modo a petitione repellere: ipsa autem corium bouis per subtilissimas corrigias extenuauit, ita vt circundare posset magnam vrbem quāta postea Carthago stetit, & ob hoc Carthago vocata est Byrsa, ꝙa de corio bouis facta est, sicut ait Isidorus I in Etymologiis. Huius vrbis rex Hiram fuit valde amicus Dauid quandiu vixit, & ideo mortuo eo misit ad salutandum filium suum Salomonem, qui regnabat pro eo, vt patet 3. Regum quinto, & sequenti lib. capitulo secundo. Et iste erat, qui dabat Salomoni ligna cedrina, & abiena de monte Libano, & dabat ei cæsores lignorum, & cęsores lapidum pro opere templi. & faciebat omnia ista portari in ratibus per mare. 3. Regum 5.

Vnde ortum habuit amicitia istorum regum, & an rationabilis fuerit ista amicitia.
Quæst. III.

QVAERITVR vlterius vnde habuerunt ortum K amicitiæ: quas contraxit Hiram cum Dauid, & an rationabiliter Dauid potuerit habere Hiram in amicum.

Respondendum ad primum, ꝙ Hiram erat rex Tyri, & regnum Tyri est in confinibus regni Israel: immo regnum Tyri est, quædam pars terræ Chanaan, quæ pertinebat ad regnum Israel, sicut infra declarabitur, videns autem Hiram, quòd Dauid fieret rex super totum Israel putauit, quòd expediret sibi habere eum in amicum, eo quòd erat rex potens, & propinquius regno suo, ipse vero habebat regnum paruum, nec poterat resistere Dauid, si vellet contra eum pugnare, ideo expediebat ei, ꝙ haberet Dauid in amicū, & sic procurauit per beneficia prouocare animū Dauid ad amicitiam, & sic misit ligna, & artifices ad fabricandum domum Dauid.

Ad secundum dicendum, ꝙ quibusdam dubium est, an Dauid licite contraheret amicitias cum Hirā, eo ꝙ putant illum esse de genere Chananęorum. Iudæi tamen non debebant cōtrahere aliquas amicitias cum Chananæis, nec communicare cum eis, sed occidere illos, tā viros, quàm fęminas, & paruulos. Exo. 34. & Nu. 33. & Deut. 20. & Iosu. 2. Sed circa hoc dici pōt, ꝙ regnum Hiram erat intra terram Chanaā, quæ data erat Israelitis, tñ ipse Hiram rex, & etiam viri sui nō erant de stirpe Chananæorum, sed de stirpe Aegyptiorum. Prima pars patet. s. quòd regnum Tyri esset intra terram Chanaan, quia Numer. 34. vbi ponuntur termini terre Chanaan dicitur, quòd terminus occidentalis terræ Chanaan erat mare mediterraneum in toto illo latere occidentali, & tamen Tyrus est in illo littore maris, ergo est in terra Chanaan. Item patet hoc, quia Genesi. decimo, dicitur. Facti sunt termini Chanaan venientibus a Sidone Geraran. Ideſt Sidon est vnus terminus, & Gerara alius, & tamē Tyrus, & Sidon sunt duæ vrbes propinquæ. Nam dicitur Matthæ. decimoquinto, quòd ambulabat Christus in finibus Tyri, & Sidonis, & sic erant ijdem fines vtriusque. Cum ergo esset Sidon in extremitate terræ Chanaan, esset etiam Tyrus in terra illa. Item patet hoc, quia ciuitas Tyri ponitur in quadam sorte Israelitarum, s. in sorte Aser, & ibi etiam ponitur Sidon Iosue decimonono, ergo erant de terra Chanaan istę duę vrbes, quia Israelitæ solum diuidebant per sortes terram Chanaan, vt patet Numer. 34. ergo erant istæ vrbes in terra Chanaan. Item patet hoc, quia in terra Tyri, & Sidonis habitabant Chananæi, vt patet Matthæ. decimoquinto. Egressus Iesus secessit in partes Tyri, & Sidonis, & ecce mulier Chananæa a finibus illis egressa. Ideo in terra illa habitabant Chananæi. Aliquis forte dicet, quòd non habitabant Chananæi ibi, quamquam mulier illa egrederetur de finibus illis, quia poterat esse, quòd a casu illa mulier esset ibi, & viri illius terrę non essent de stirpe Chananęorum. Hoc tamen stat, quia Mar. 7. dr. Erat autem mulier gentilis Syrophœnissa genere, & ista vocat mulier Chananæa. Matt. decimoquinto. Vocatur tñ Syrophœnissæ habitantes in terra Thyri, & Sidonis, quæ vocatur terra Phœniceorum, ergo viri regionis illius sunt de genere Chananæorum, cum ide sit Syrophęnissa, & Chananæa: Erat igitur terra Tyri, & Sidonis in terra Chanaan, & pertinebat ad regnū Israelitarum. Secundum erat, quòd iste Hiram non esset de stirpe Chananæorum, & etiam viri de regno suo, vel saltem multi de eis. Etiam patet hoc, quia cō ditores vrbis Tyri, & Sidonis fuerunt Aegyptij, nam Phœnix veniens de Aegypto condidit vrbem illam, vt quidam ferunt. Alij autem dicunt eam conditam ab Agenore, sed quomodocunque sit nō fuerūt Chananæi illi, qui condiderunt Tyrum, & Sidonem. Destirpe tamen istorum conditorum fuerunt reges sequentes: de quibus erat Hiram, ideo non fuit ipse de genere Chananæorum, sic enim dicit Histo. schol. ꝙ in diebus Iosue Phœnix, & Chatinus de Thebis Aegyptiorum in Syriam profecti in regione Tyri, & Sidonis regnauerunt, & postea dr quō ædificauerunt Tyrum, & Sidonem, & sic non erat iniustum, ꝙ Dauid haberet Hiram in amicum cum non esset de stirpe Chananæorū. Aliter ēt posset dici, ꝙ licet ēt Hiram de stirpe Chananęorum poterat Dauid ad rempus habere cum eo amicitias: licet esset intentio Dauid omnes Chananæos destruere, sicut lex iubebat, tamen quia non poterat aliquis simul destruere, poterat reuereri fidem quousque destrueret alios. Aliter etiam posset dici, s. ꝙ Dauid poterat seruare amicitias semper cum Hiram, & etiam omnes reges Israel, si forte aliquod beneficium speciale fecisset eis: sic enim Raab, & omnes de cognatione sua liberati fuerunt de occisione Iericho, licet essent Chananæi, quia Raab liberauerat exploratores Iudæorum a morte: Iosue secundo.

Quare misit Hiram ligna cedrina ad Dauid.
Quæst. IIII.

QVAERITVR vlterius, quare Hirā misit ligna cedrina ad Dauid ad ędificandum domum. B

Respondendum, ꝙ Hiram volebat acquirere amicitiam Dauid, & istud putabat posse facere per aliqua obsequia, quia obsequium parit amicos, vt Terentius ait in Andria. Non putauit autem, ꝙ posset facere ei in præsenti aliquod obsequium magis gratum, quam mittere ei materiam ad ædificandā domum. Erat enim Dauid rex nouus, & nondum habebat domos in Ierusalem, ideo gratum esset, ꝙ fabri carentur sibi domus. Alia causa erat, quia dato, ꝙ Dauid vellet ędificare domos, non haberet in terra sua pulchram materiam ad construendum domos regales, ligna autem abiena, & cedrina, quæ erat materia conueniens, non erant in terra Dauid, sed in terra re- C gis Hiram in mōte Libano, ideo oportebat, ꝙ ad hoc, ꝙ Dauid ædificaret domos pulchras, dato ꝙ ipse vellet scindere materias, mitteret in regnum Hiram ad montem Libanum, ideo præoccupauit Hiram mittere ei omnia ligna necessaria, vt magis eum sibi placaret. Patet hoc, quia quando Salomon voluit construere templum, misit ad regem Hiram, vt mitteret sibi de Libano Ligna cedrina, & abiena ad fabricandum templum, & tunc mittebat ea Hiram per mare 3. Regum 5. si tamen Salomon habuisset ea in terra sua nō misisset pro eis ad regnum Hiram cum tanta magnitudine expēsarum, sicut patet eod. c. Tertia causa fuit, quia dato, ꝙ Dauid vellet mittere ad scindendum ligna seruos suos in monte Libano, qui erat in regno D Hiram, non haberet aliquos viros, qui scirent scindere ligna, sed oportebat, ꝙ quęreret illos de terra Hiram, sic patet de Salomone, quando voluit ędificare templum domino: nam dixit ad Hiram, non est in populo meo, qui sciat scindere ligna, sicut Sidonii, ideo orauit, vt serui regis Hiram scinderēt illa. Quarta erat ad excusandum expēsas Dauid, volebat enim Hiram tantum complacere Dauid, vt omnia hęc ministraret expensis suis.

Quare misit Hiram ad Dauid fabros, & artifices.
Quæst. V.

QVAERITVR vlterius, quare Hiram misit nūc ad Dauid fabros parietum, & artifices ligno- E rum, nam videbatur sufficiens, ꝙ mitteret ei materiam, s. ligna cedrina, quæ non poterant haberi in regno Dauid, poterat tamen Dauid habere artifices, ideo non oportebat, quòd mitteret illuc artifices.

Respondendum, ꝙ hoc factum est propter multa. Primo quia Hiram voluit beneficium magnificū impendere Dauid, istud autem erat, quia volebat ei ędificare domos, ideo voluit complete agere, scilicet nō solum mittendo materiam, sed etiam artifices.

Considerandum autem, quòd non solum Hiram misit de terra sua ligna, sed etiam lapides ad fabricandos parietes: sic enim factum est in ædificatione templi sub Salomone: nam serui Hiram dolauerunt lapides in monte Libano, vt patet 3. Reg. 5. Secundo, quia voluit Hirā facere pulchras domos Dauid, & ad hoc requirebantur famosi artifices, non erant autem tales in terra Israel, quia nesciebant scindere ligna, nec etiā lapides, vnde quando voluit Salomon ędificare templum nescierunt Israelitæ scindere ligna in mōte Libano, sed serui Hiram scindebant illa. Vnde dixit Salomon: Scis enim quoniam in populo meo non est vir, qui nouerit ligna cędere, sicut Sydonii. Serui autem Salomonis adiuuabant seruos Hiram facientes, quæ illi iubebant 3. Reg. 5. & seq. lib. c. 2. Sic enim fuit de lapidibus, quia nesciebant serui Salomonis parare lapides subtiliter, sicut decebat ad opus templi, & q- dam serui Hiram, qui vocantur Biblii polierunt lapides. Cędere autem lapides in lapidicina erat opus rude, sed ad istud præerant magistri Sidoniorū Hebręis: nam dicitur, quòd cęmentarii Salomonis, & Hiram dolauerunt lapides, & quadrauerunt eos. Biblii autē præparauerunt ligna, & lapides ad ædificandum templum 3. Reg. 5. a fortiori ergo tempore Dauid essent pauciores artifices lignorum, & lapidū in terra Israel. Hoc autem sciens Hiram nō solum misit materiam, sed etiam artifices. Et dato, ꝙ essent artifices lignorū, & lapidum in terra Israel, tamen non erant tam eruditi, sicut Sidoni, & Tyrii de regno Hiram, ideo voluit Hiram mittere artifices, & ligna. Tertio erat hoc ad excusandum expensas Dauid, quia cum ipse vellet in hoc bene facere Dauid, non attendebat, quòd Dauid quæreret ea, quæ ipse non mitteret, sed potius ipse voluit mittere omnia. Ratio tamen secunda potissima est.

Quomodo cognoscebat Dauid regnum suum confirmatum esse a Domino, & quòd subleuasset eum. Quæst. VI.

QVAERITVR vlterius, quomodo vidit Dauid, quòd confirmasset dominus regnum eius super Israel, & subleuasset eum.

Respondēdum est, quòd hic sunt duo. Primum est, quomodo regnum Dauid erat confirmatum, & subleuatum. Secundum est quomodo sciebat ipse, quòd a Deo confirmaretur, & subleuaretur.

Respondendum est ad primum, quòd regnum alicuius dicitur esse confirmatum, quando nullus est in regno suo, qui ei resistat, nec perturbet in aliquo de pertinentibus ad ius regni, sed pacifice possidet. Dicitur autem subleuatum regnum alicuius, quando ipse perfecte habet iura regni, & esset natus in magno honore super omnes de regno suo. Vtrunque istorum habebat Dauid, quia ipse possidebat regnum pacifice, & habebatur in magno honore a subditis suis cū omnes desiderarent ei complacere, vt patet s. 12. Ad sm dicendum, ꝙ Dauid sciebat, ꝙ Deus confirmauerat regnum eius, eo ꝙ ista confirmatio non facta fuerat opere humano: est enim principium, ꝙ omnis actio reducenda est in aliquem agentem, & quia confirmatio ista facta est, necesse est, ꝙ fieret a Deo, vel ab hominibus. Non fuit autem facta ab hominibus, ergo fuit facta a Deo. Patet hoc, quia Dauid non erat tam potens per se, nec per amicos suos, quòd subiiceret sibi totum regnum Israel, cum prius solum dominaretur super tribum Iuda, etiā dato, quòd fuisset Dauid potens ad faciendum hoc, tamen non fecit viribus suis, nec industria: nam non pugnauit contra Israelitas, ad hoc, quòd subiicerentur ei, nec etiam orauit, vt subiicerentur sibi, sed illi sponte venerunt ad vngēdum eum in regem secundo Reg. 5. & supra 11. Ideo constabat manifeste, quòd Deus fecerat hoc, scilicet inclinando corda Israelitarum, ad hoc, quod facerent istud. Aliter etiam sciebat Dauid istud, scilicet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ꝙ Deus iusserat eum vngi in regem, cum eẽt in domo patris sui. 1. Re.16. Nunc vero factus est rex, ideo credere debebat, ꝙ ista confirmatio facta fuerat a Deo, qui prius illum fecerat vngi in regem.

Accepit quoque Dauid alias vxores in Ierusalem, genuitque filios, & filias.

Accepit quoque Dauid. Hic ponitur secundũ.s.de copulatione amicorum interiorum, nam Hirã erat extraneus, qui factus fuerat nunc amicus Dauid, isti vero, quos nũc copulabat erant intranei.s.de regno suo, quia accepit nunc vxores, & concubinas, per quas acquisiuit multos amicos, & dr̃. *Accepit quoq; Dauid alias vxores in Ierusalem.* s. postquam factus est rex super totum Israel, & cepit habitare in Ierusalem, nam prius habebat Dauid sex vxores, quas in Hebron tenebat, genueratq; ex eis sex filios, dum regnaret super Iudã, vt patet 2.Re.3.& supra 3.c. & solum dr̃ hic de vxoribus, tñ non solum accepit vxores, sed ẽt cõcubinas, vt patet 2.Re.5.& supra 3.Genuitque filios, ac filias. Exprimuntur aũt hic noĩa eorum, hic erant multa dubia.s.quare accepit Dauid in Ierusalem, cum iam haberet sex, qñ erat in Hebron. Etiam an peccauit accipiendo tot vxores. Tertio an omnes mulieres quas habuit Dauid fuerunt vxores eius, vel aliquæ vxores, & aliquæ concubinæ. Quarto an peccauit Dauid habendo cõcubinas: de his tamen, & de multis alijs declaratum est.1.Reg.5.

Quæ fuerunt filiæ Dauid. Quæst. VI.

QVAERITVR quæ fuerunt filię Dauid, & qũo non nominantur hic, cum dicatur, ꝙ habuit filios, & filias. Nam hic solum ponuntur noĩa filiorum. Aliquis diceret, ꝙ plures eorum, q ponuntur hic sunt viri, & tñ inter eos sunt aliqua noĩa mulierum. Dicendũ, ꝙ hoc non stat, quia oẽs isti sunt viri, vt patet 2.Re.5.& magis supra 3. Nam noĩatis oĩbus istis dr̃ oẽs hi filij Dauid, absque filijs concubinarum. Dicendum tñ, ꝙ Dauid habuit filias, quia supra 3.dr̃, ꝙ habuit filiam Thamar. Aliquis tñ dicet, qũo dr̃ hic, ꝙ Dauid genuit filios, & filias? Nam nõ habuit nisi vnam filiam.s. Thamar, quia supra 3.c. ponitur numerus filiorũ Dauid, & dr̃ oẽs hi filij Dauid habuerũt sororem Thamar, & nulla alia ponitur. Et tunc dicet aliquis, ꝙ illa filia vocatur filię pluraliter, nam de habente vnum filium dr̃, ꝙ hẽt filios, vt patet Ge.46.s. filij Dan Vsin, solus.n. Vsin erat filius Dan, & tñ dr̃ filij Dan: sic ẽt ſm legem humanam liberorum nomine continetur ille, qui vnicus est. Dicẽdum tñ, ꝙ hoc non stat, habuit namque Dauid multas filias, sicut ẽt filios, & tñ de nulla earum fit mẽtio, nisi de Thamar: voluit.n. scriptura facere mẽtionem de digniori. Ideo noĩa virorum posuit. Noĩa aũt fęminarum subticuit, nam & ipsum nomen Thamar, nunq̃ scripsit scriptura inter filios Dauid, nisi supra 3. q̃q̃ de illis dixerit 2. Re.3.& 5.& supra 3.c.& hic. Rõ aũt quare specialiter fuit expressa Thamar, & non aliæ filiæ Dauid, potuisset esse duplex: primo, quia de illa fit mentio in alio loco scripturæ, ipsa.n.est pp quam mortuus est Amõ primogenitus Dauid, quia defloruit illam 2.Reg.13. ideo vt qñ legeretur illa historia sciret, cuius filia erat Thamar, positus fuit nomen eius inter filios Dauid. De alijs aũt filiabus Dauid, nulla hr̃ historia in Sacra scriptura, ideo non oportuit noĩari alias filias. Secũda causa fuit, quia forte Thamar fuit filia alicuius, q̃ erat vxor Dauid, Alię aũt erant filię ꝑcubinarũ, & non curauit scriptura noĩare filias ꝑcubinarum, quia erãt parue dignitatis pp matres. Quod aũt Thamar esset filia alicuius vxoris Dauid, patet, immo cuiusdã dignioris inter vxores Dauid, nam mater istius erat filia Ptholomai regis Gessuri. Nam erat soror Absaloni ex parte, & matre, vt colligitur 2.Reg.13. Nam pp hoc occidit Absalom fratrem suum Amon pp eam. s. oẽs isti fratres erant fratres, & tñ Absalom, & Thamar erant fratres ex parte, & matre. Amon aũt erat frater ipsorum ex parte. Quod aũt Absalõ esset filius filię regis Gessuri, patet 2.Re.3. ideo ẽt Thamar erat filia illius. Non habebat aũt Dauid aliam vxorem præter istam, q̃ eẽt filia regis, nisi Michol filiam Saulis, ideo nominaret ista pp dignitatem matris. Quod aũt filiæ concubinarum non nominarentur, patet etiam, quia filij concubinarum, qui digniores erant, non fuerunt nominati, vt patet supra 3. Cum dr̃ omnes hi filij Dauid absque liberis concubinarum, habueruntque sororem Thamar, ergo nec filij, nec filiæ concubinarum nominãtur, & aliæ filiæ essent filiæ concubinarum.

Et hæc nomina eorum, qui nati sunt in Ierusalem Lamua, & Sobad, Nathan, & Salomon, Iebar, & Elisu, & Eliphaleg: Noga quoque, & Napheg, & Iaphie, Elisama, & Baliada, & Eliphaleth. Audientes aũt Philisthijm, eo quòd vnctus esset Dauid in regẽ super vniuersum Israel, ascenderunt omnes, vt quærerent eum. Quod cum audisset Dauid egressus est obuiã eis. Porro Philisthijm venientes diffusi sunt in valle Raphaim. Cõsuluitque Dauid Dominum, dicens: Si ascendam ad Philisthæos, & si trades eos in manu mea. Et dixit ei Dominus: Ascende, & trada eos in manu tua. Cumque illi ascendissent in Baalpharasim percussit eos ibi Dauid, & dixit: Diuisit Deus inimicos meos per manum meam, sicut diuiduntur aquæ, & iccirco vocatum est nomen illius loci Baalpharasim. Dereliqueruntque ibi Deos suos, quos Dauid iussit exuri.

Et hæc nomina eorum, qui nati sunt ei in Ierusalem. Non noĩantur hic illi qui nati sunt in Hebron dum regnaret Dauid super Iudam, quia illi noĩati sunt 2.Re.3.& ſ 3. Hic aũt solũ agit mẽtionem de vxoribus, quas accepit Dauid in Ierusalem, ideo solum curauit noĩare filios illarum. intelligendũ est ẽt, ꝙ non noĩantur hic oẽs filij, quos genuit Dauid, sed solum illi, qui erãt nati ex vxoribus, nam filij concubinarum nõ noĩantur, vt patet ſ. 3. vbi nominatis omnibus istis dr̃ oẽs hi filij Dauid absque liberis concubinarum. Nomina aũt illorum non ponuntur hic, nec in aliquo loco scripturę propter indignitatem, sicut præcedenti quęstione dictum est. *Samua.* Iste fuit primus eorum, qui nati sunt in Ierusalem, & vocabatur sic quidam frater Dauid.1.Regum 16. & supra 2. & forte propter illũ Dauid nominauit sic istum puerum. *Sobad.* Sic etiam vocabatur quidam rex Syrorum, vt patet 2.Regum quarto. *Nathan.* Non est iste Nathan propheta, quia ille non fuit de genere Dauid, sed fuit in diebus eius, & fuit valde familiaris ei. Item patet, ꝙ non esset iste Nathan propheta, qa iste Nathan fuit filius Dauid, & Bethsabee, vt patet ſ. 3. & tñ Nathan ꝓpheta venit ad increpãdũ Dauid, qñ cognouit adulterũ Bethsabee, & fecit

& fecit occidi Vriam virum eius. 2. Regum 12. ergo non erat iste Nathan. *Et Salomon.* Iste successit Dauid in regno, & ædificauit templum, istos quatuor filios habuit Dauid ex Bethsabee vxore Vriæ, de reliquis autem sequentibus non habetur ex quibus vxoribus illos susceperit, nec nominantur vnquam illę vxores. *Iebar.* Iste vocatur Iebaar.2 Regum quinto, & supra 3. sed idem est. *Et Helisu.* Iste vocatur Limasa supra tertio, sed idem est, vocatur tamen magis Helisua, quia Dauid habuit duos filios, quasi eiusdẽ nominis quorum alter vocabatur Helisua, & alius Helisama, vt patet 2.Reg.5. *Et Heli.* Sic vocabatur summus sacerdos in cuius tempore rapta est arca a Philisthinis 1. Regũ primo, & quarto. *Et Heliphaleth.* Sic vocatur 2.Regum quinto, & supra 3. *Noga quoque, & Nageg.* Ista nomina raro ponuntur in scriptura, & vocantur Noge, & Napheg.2 Regum 5. & supra tertio. *Et Iaphie.* Iste vocat Iaphia 2.Regum 5. sed idem est. *Helisama.* Iste est alius ab eo qui supra vocabatur Helisama, vel Helisua. *Et Baliada.* Iste vocatur Heliade supra tertio, & Heliada 2.Regum quinto, sed idem est. *Et Heliphaleth.* Aliquando vocatur Haliphalech, sed idem est. *Audientes autem.* Hic ponitur tertium principale huius capitul. scilicet de inimicorum expugnatione, & diuiditur in duo, nam bis pugnauit Dauid contra Philisthinos in principio regni sui, ibi. *Alia vice.* Circa primum dicitur. *Audientes autem Philisthijm, quod Dauid vnctus esset super vniuersum Israel in regem.* Terra Philisthinorum est coniuncta terræ Israel, ideo est quædam pars terræ illius, & fuit diuisa per sortes inter Israelitas, ceciditque maxima pars eius tribui Iudæ in sortem, nã ibi ponuntur plures ciuitates terræ Philisthinorum de famosioribus, scilicet Gaza, Azothus, & Geth, Iosue decimoquinto, & istæ vrbes sunt de Metropolibus terræ Philisthinorum, vt patet Iosue 13. audierũt ergo Philisthini, quòd Dauid vnctus esset in regem super totum Israel satis cito, postquã ipse vnctus est. *Ascenderunt omnes, vt quærerent eum.* Scilicet ascenderunt omnes, vt quærerent ipsum ad occidendum, & dicitur, quòd ascenderunt omnes, scilicet omnes gnque reges Philisthinorum, nam erat tota illa terra diuisa per quinque Metropoles, scilicet Ascalon, Gaza, Geth, Acaron, Azotus, & istorum erant quinque reges, siue quinque Satrapæ, vt patet Iosue 13. & 1. Regum sexto, quando autem ibant in bellum, omnes ibant simul, sic enim conuenerunt contra Saulem in bello, quo ille occisus est 1. Reg. 29. sic etiam conuenerunt nunc contra Dauid, ideo dicitur, ascenderunt omnes, vt quærerent eum. *Quod cum audisset Dauid.* Scilicet, ꝙ veniebant Philisthini ad quærendum eum. *Egressus est obuiam eis.* Scilicet manebat tunc Dauid in Ierusalem, & iam intrauerant Philisthini in terram Israel, quando ipse hoc audiuit, ideo egressus est eis obuiam propè Ierusalem. *Porro Philisthijm diffusi sunt in valle Raphaim.* Posuerunt ibi tentoria ad instruẽdum acies contra Dauid; quia iam erant prope Ierusalem.

Sciendum autem, ꝙ Dauid confirmato regno suo, sicut supra dicitur erat securus, nec putabat, ꝙ aliqua gens vellet mouere bellum contra eum: Philisthini autem congreganerant exercitum suum, & veniebant contra Dauid, ipse vero nesciebat, nec audiuit quousque fuerunt Philisthini in terra Israel, & tunc dum ipse congregaret exercitum cõtra Philisthinos peruenerunt illi, vsque in Ierusalem, & non poterat longius ab vrbe egredi, quam vsq; in vallẽ Raphaim, ibi.n. inuenit existentes Philisthinos iam diffusos per vallem. s. quia iam fixerant ibi tentoria sua. Et vocatur vallis Raphaim, ideſt Gigantum, quia Raphaim in Hebræo significat Gigantum, & est nomen appellatiuum. Hieronymus tñ interdum non curat exponere ista noĩa, tanquam appellatiua, sed ponit ea, sicut iacent in Hebręo velut si essent propria: Iosephus tñ 7. Antiq. vbi ponit istam historiam vocat vallem gigantum, vbi nos dicimus in valle Raphaim: est autẽ ista vallis prope Ierusalem, quasi inter Ierusalem, & Bethlehem: nam Bethlehem est de tribu Iuda ad partem Meridianam, Ierusalẽ aũt est de tribu Beniamin ad partem Aquilonarem, & inter vtrunq; locum trãsit limes diuisionis, & transit per vallem Raphaim, vt patet Iosue 15. & 18. & nõ potest distare per duas leucas a Ierusalem, vt colligitur in eisdem locis. *Consuluitque Dauid dominum.* Confidebat enim valde Dauid in domino, & nolebat aliquid facere, nisi consulto eo, vt sciret euentum belli, & etiam qualiter pugnare deberet. *Dicens ascendam ad Philisthæos.* Vel nunquid erit bonum, ꝙ ascendam.

Si trades eos in manu mea. Si ascendero ad pugnandũ nunquid trades eos in manu mea. *Dixit ei dominus ascende, & tradam eos in manu tua.* Per hoc tribuit ei securitatem de victoria belli, & tamen non securabat, an morerentur aliqui in bello ex parte Dauid, vel non.

Cumque illi ascendissent in Baalpharasim. Posuerãt castra sua Philisthini in valle Raphaim, & scientes, ꝙ veniret Dauid ad pugnandum contra eos, reliquerunt tẽtoria in valle Raphaim, & recesserunt inde aliquantulum ad pugnandum acies suas: nam non potest fieri bellum inter castra, cum ibi nõ possint ordinari acies, & peruenerunt ad locum quẽdam, qui vocatur Baalpharasim, non quidem, ꝙ tunc vocaretur sic, sed postea fuit vocatus propter istud bellũ, vt patet infra in litera, & sic ponitur hic per anticipationem: nam scripta sunt multo tempore ista postquam facta sunt, iõ potuit scriptura vti anticipatione in hoc.

Percussit eos ibi Dauid. Scilicet occidit quosdam, & alios conuertit in fugam, plurimi tamen fuerunt, qui fugerunt per diuersas partes.

Et dixit diuisit Deus inimicos meos per manum meam, sicut diuiduntur aquæ. Dixit hoc Dauid, quia cito Philisthini fugerunt a facie eius non expectato longo bello, & tantus terror eos tenebat, ꝙ non fugiebant oẽs simul versus eandem partẽ, sed diuisi sunt per diuersas partes, sicut factum est de Ammonitis, contra quos pugnauit Saul, & dispersi sunt, ita vt non manerent duo pariter, primo Regum 11. & dicitur hic diuisit Deus inimicos meos per manum meam, ideſt diuisit eos, sed fecit me ministrum, & dicitur, sicut diuiduntur aquę, ideſt sicut faciliter diuiduntur aquę, ita faciliter diuisi fuerunt coram me fugientes. *Et iccirco vocatum est nomen loci illius Baalpharasim.* Interpretatur Baalpharasim vallis diuisionis, & vocatus est sic locus ab euentu, scilicet quia diuisi fuerunt ibi hostes sui corã eo. *Dereliqueruntque ibi Deos suos.* Ideſt fugiebant Philisthini magno timore circundati, ideo non habuerunt spacium accipiendi aliquid eorum, quę habebãt in castris: vnde & Deos suos, quos tulerant secum in bellum, dimiserunt ibi. *Quos Dauid iussit exuri.* Erant enim idola, & non erant ad aliquem vsum vtilia, sed potius nociua, ideo iussit exuri.

Quare Philisthini quærebant Dauid, cum audierunt ipsum esse vnctum in regem.
Quæst. VII.

QVAERITVR quare dr̃ hic, quòd cum Philisthini audierunt Dauid esse vnctum in regẽ super Israel, venerunt, vt q̃rerent eũ. Rñdendũ ꝙ hoc potuit eẽ pp multa: primo qa Israelitæ erãt hostes Philisthinorũ, & volebãt Philisthini semp eos habere subiectos, sicut aliqñ tenuerãt, qñ nõ dabãt eis

Universidad de Deusto
Biblioteca

locum, vt haberent fabrum ferrarium in toto Israel, sed descendebat quilibet in terrā Philisthinorum ad fabricandum, & corrigendum instrumenta agriculturę, primo Reg.13. ad hoc aūt oportebat, ꝙ Israelitę non haberent aliquem defensorem, qui eriperet eos de manu Philisthinorū: Dauid tñ erat fortis bellator, qui poterat eos eruere, ideo venerunt oēs ad quęrendum eum, ſ. vt ſtirparent eū de terra, anteq̄ ꝓfortaret in regno. Secundum erat, quia Dauid erat per hoc inimicus eorum: nam Israelitę erant hostes Philisthinorum: cū ergo Dauid fieret ſponte princeps eorum, efficiebatur hostis Philisthinorū, iō quęrebant eū ad mortem. Tertium erat, quia credebant Philisthini, ꝙ Dauid vellet pugnare ꝯ eos, iō voluerunt pręoccupare: sciebant.n.ꝙ Dauid ſucceſſerat in regno loco Saulis, qui fuerat rex ſuper totū Israel. Ille aūt fuerat occiſus a Philisthinis, primo Reg.vlt. iō ꝓp offensam, & dedecus populi vellet nunc Dauid expetere vindictā a Philisthinis de morte Saulis, ideo voluerunt ipſi pugnare contra eum, cum Dauid contra eos pugnaturus eſſet.

Quare Philiſthini intulerunt bellum contra Dauid illico, vt audierunt ipſum eſſe conſtitutum regem.
Quæſt. VIIII.

QVAERITVR vlterius quare Philisthini illico, vt audierunt Dauid eſſe conſtitutum regem ſuper Israel, intulerunt ei iſtud bellum: nam poterant differre illud in alia tēpora. Reſpondendum ꝙ hoc voluerunt ꝓp multa: primo, quia ſciebant Philisthini, ꝙ cum nouiter Dauid eſſet conſtitutus in regem, non eſſet tam confortatus in regno, ſicut poſt aliquanta tempora, ideo voluerunt ſtatim pugnare contra ipſum, vt propter minorem potentiam eius poſſent facilius illum eradicare de terra. Secundum erat, quia Philisthini ſciebant, vel rationabiliter pręſumebant, ꝙ Dauid vellet pugnare cōtra eos in vltionem mortis Saulis, & propter dedecus regni Israel, ideo voluerunt pręoccupare eū, quia magna differentia eſt, qñ bellum committendū eſt, an quis inuadit, vel ſuſtineat inuaſorem: nam videtur maioris audacię inuadere, & ſic incutit timor inuaſo propter audaciam inuaſoris, & iſte timor nimis diminuit de viribus inuaſi: ſic enim ſæpe in bellis ponitur, quaſi pro augurio, ꝙ illi, qui audent inuadere victores ſunt: ſic.n. dixit Timothę̄ Iudæis, Machabę̄ pugnaturus erat ꝯ Timothęū, & erat torrēs medius. ſ. cum appropinquauerit Iudas, & exercitus eius ad torrentem aquæ, ſi tranſierit ad nos prior nō poterimus ſuſtinere eum, quia potēs poterit aduerſum nos, ſi vero timuerit tranſire, & poſuerit caſtra citra flumen transfretemus ad illos, & poterimus aduerſus eum. 1. Machab. 5. & ſic factum eſt, nam Iudas tranſiuit prius torrentem, & debellauit Timothęum, ſicut aūt iſte Timothęus vtebatur hoc augurio, ita & cæteri comprouinciales faciebant. Philisthini tñ erant de terra illa, ideo ipſi multum confiderent in talibus auguriis, & ſic potius voluerunt egredi, quā ſuſtinere aggrediētem. Tertium erat, quia magna dīa erat ad faciliter vincendum, ꝙ ipſi egrederentur ꝯ Dauid, vel ſuſtinerent eum aggredientem, nam ſi Dauid aggrederet Philisthinos, eſſet ipſe tunc paratus ad bellum, & habens multum exercitum, Philisthini aūt fortè paucū hērent, & non eſſent parati, quia ipſi neſcirent an bellum mouendum eſſet, ſi aūt Dauid aggrederenē Philisthini ipſe non eſſet paratus, & Philisthini venirent parati, quia nemo bellum aggreditur, niſi paratus, & ſic faciliter poſſent deijcere Dauid prævalendo ꝯ eū, & iſtā fuit forte cā potiſſima, nā ipſi tam ſecrete paruerunt ſe ad pugnā, ꝙ non potuit audire Dauid quo uſque eſſent in regno eius, & ſic non potuit egredi obuiam illis, quouſque venerunt circa Ieruſalem ad vallem Raphaim, vt patet ſupra in litera.

Quartum erat, quia magna vtilitas videbatur Philisthinis ſi egrederentur ꝯ Dauid: nam aggrediendo eum pugnaturi erant contra ipſum in terra ſua: ſi aūt ſuſtinere deberent, oporteret ꝙ Dauid pugnaret ꝯ eos in terra ipſorū: magna aūt differentia erat in hoc, quia ſi pugnarent Philisthini contra Dauid in terra Israel, & vincerent ipſum, poterant facilius capere aliqua de locis terrę eius, quam ſi pugnarent in terra ipſorum, & deberent poſtea perſequi Dauid fugiētē ad terram ſuam: ſi aūt vincerentur a Dauid in terra Israel, non inferret eis tanta mala, quia non poſſet cōpere faciliter aliqua loca de terra ipſorum, ſicut ſi pugnaret in terra ipſorum: immo ipſi, qui vincerentur a Dauid, poſſent inferre ei damna in terra ſua, quia qñ irent ad pugnandum ꝯ eum, dum ipſi tranſirent per terram eius damna multa inferrent: multo ergo vtilius erat, ꝙ Philisthini aggrederentur Dauid, quā ꝙ ſuſtinerent eum aggredientem, & tñ ſi Philisthini differrent iſtud bellum ad alia tempora, crederent, ꝙ Dauid aggrederetur eos, ideo voluerunt pugnare ꝯ ipſum mox, vt audierūt eum conſtitutum in regem.

Quare Philiſthini non pugnauerunt contra Dauid dum regnaret ſolum ſuper Iudam. *Quæſt. IX.*

QVAERITVR vlterius quare Philisthini non pugnauerunt ꝯ Dauid eo tpe, quo regnauit ſuper Iudam, & pugnauerūt illico, vt regnauit ſuper Israel. Aliquis dicet, ꝙ Philisthini neſciuerūt Dauid regnaſe ſuper Iudam, eo ꝙ forte pauco tpe regnauit, ſed ſciuerunt qñ poſtea conſtitutus eſt rex ſuper Israel, & tunc inſtruxerunt bellum ꝯ ipſum. Dicendū, ꝙ hoc non ſtat, quia neceſſe eſt, ꝙ Philisthini ſcirent Dauid regnare ſuper Iudam: nam multo tpe regnauit, ſeptem annis, & dimidio, vt patet 2. Reg. 5. & 3. Reg. 2. & in tanto tpe bene potuerunt ſcire, ꝙ regnaret. Aliquis dicet, ꝙ Philisthini neſciuerunt, ꝙ regnaret ꝙ̄ multo tpe regnauerit ſuper Iudam, quia regnum Iuda erat valde diſtans a terra Philisthinorum, ita vt in tanto tpe non peruenirent fama ad eos, nec ipſi etiam poſſent ire ad pugnandum ꝯ Dauid in tam longinquum, regnum autem Israel erat propinquum terræ Philisthinorum, ideo mox, vt regnauit ſuper Israel. Dicendum, ꝙ iſta rñſio procedit ex magna ignorantia pp tria. Primum, quia regnum Iuda, & Israel non erant duo regna, ſed vnicū: nam Saul dominatus fuerat ante hoc ſuper Iudam, & Israel, etiam Dauid regnabat nunc ſuper Iudā, & Israel, ideo ſi poterat peruenire fama ad Philisthinos de Dauid, ꝙ regnaret ſuper totum Israel mox, vt conſtitutus eſt in regē, poterat ēt peruenire fama ad eos, ꝙ regnaret ſuper Iudam mox, vt factus eſt rex Iuda. Secundum eſt, quia terra Israel, & Iuda erat tota vna terra continua: nam tota terra Chanaan cū terra duorū regum Amorrhæorū vltra Iordanem diuiſa fuit ab Israelitis in duodecim partes pro duodecim tribubus, & vna ſors iſtarum data eſt tribui Iudæ, vt patet Ioſue 15. vſque ad 20. & ſic qñ Dauid regnabat ſuper tribū Iuda regnabat ſuper vnam partem iſtarum duodecim, cum vero regnabat ſuper totū Israel, regnabat ſuper oēs duodecim partes, iō poterat peruenire fama ad Philisthinos in breui, ꝙ Dauid regnaret ſuper totum Israel: poterat etiā peruenire fama, ꝙ regnaret ſuper Iudam. Tertiū eſt, & efficacius, quia regnum Iudæ erat propinquius terræ Philisthinorum ſm ſe totū quā regnū Israel, eo ꝙ Philisthini habitabant ad partē Meridianā terræ Chanaan verſus Aegyptum, ſors aūt tribus Iuda erat Meridiana magis inter oēs ſortes aliarū tribuum, vt colligit Ioſue 15. vſq; ad 20. Item patet hoc clarius, quia ſors Iudæ, & terra Philisthinorū erant mixtæ: nam fere tota terra Philisthinorum erat in ſorte Iudæ, qđ patet, quia quinq; ciuitates Metropoles ſolum erant in terra Philisthinorum, ſ. Aſcalon, Azotus, Acaron, Geth, Gaza, vt patet Ioſue 13. & 1. Reg. 6. & tamē tres iſtarū, ſ. Acaron: Azotus: & Gaza erant in ſorte Iudæ, vt patet Ioſue 15. neceſſe erat igitur, ꝙ mox, vt Dauid fieret rex ſuper Iudam, cognoſcerent illud Philisthini, qa habitabant Philisthini inter viros Iuda. Dicendū ergo, ꝙ Philisthini cognouerunt, qñ Dauid factus eſt rex ſuper tribū Iuda, & intulerunt ei bella multa, & tñ ſcriptura non facit mentionē de illis, ſicut facit mentionē de bellis, quę intulerunt ei poſtquā regnauit ſuper Israel. Sed dicendū, ꝙ iſtud non ſtat rōnabiliter pp quatuor, primo qa ſcriptura intēdit nimis explicare geſta Dauid, cum iſte fuerit laudabilior inter oēs reges Iudæorū, & Deo magis acceptus, iō ſi multa bella feciſſet ꝯ Philiſthinos, dū regnauit ſup Iudā, deſcriberet ſaltē aliqua illorū ſcriptura, tñ nullū illorū deſcriptū eſt hic, nec in 2. lib. Regū, in quo per totū enarrant geſta ſolius Dauid, ergo nō pugnauerunt ꝯ eum Philisthini. Secundū eſt, quia dato, ꝙ non poneret aliqđ bellū in lib. 2. Reg. de his, quę fecit, vel paſſus eſt Dauid cū Philisthinis, dū regnaret ſup Iudam, tñ ſaltem ponerent in iſto libro, qa iſte liber eſt ſupplet̄ius eorū, quæ deficiebāt in aliis libris, & potiſſime in libris Regū, vt ait Hieronymus in Epiſtola ad Paulinū c. 7. & in prologo Galeato ſup libr̄ Regū, & hoc ſignificat nomē ſuū, ſ. Paralip. ideſt relictorum, ſ. quia agit de illis, quæ omiſſa ſunt in aliis libris, & tñ hic nō ponit de aliquo bello, ꝙ fecerit Dauid cū Philisthinis, vel paſſus fuerit ab eis, dū regnaret ſuper Iudā, ſed ponunt̄ hic, quaſi eadē verba, q̄ ponunt in 2. libro Regū quantū ad iſta bella, quæ nūc paſſus eſt, a fortiori ergo ſuppleta fuiſſent hic aliqua ſi omiſſa fuiſſent ibi, & ſic vr, ꝙ nullū tunc bellū contigerit. Tertiū eſt, qa dato, ꝙ in libro Regū, nec in iſto nō fieret mētio ſpālis de bellis, q̄ egiſſet Dauid, vel paſſus fuiſſet a Philiſthinis qñ regnabat ſuper Iudā, ſaltē fieret de eis mentio in generali, ſ. ꝙ diceret̄, ꝙ fecit aliqua bella, & tñ in iſto libro, & in 2. Regum non dr̄ generaliter, vel ſpāliter, ꝙ fecerit aliqua bella Dauid, vel ſuſtinuerit a Philiſthinis, ergo nullū factū eſt. Quartū eſt, quia hic dr̄, ꝙ mox, vt audierunt Philisthini Dauid eſſe factū regē ſuper Israel, venerūt oēs, vt quęrerent eū, in quo ſignificat̄ quoddā initium pugnandi ꝯ ipſum, ergo vr̄, ꝙ ante hoc non pugnabant ꝯ eum. Dicendum ergo, ꝙ quandiu regnauit Dauid ſuper Iudā, licet hoc ſciuerint Philisthini, nunquā mouerūt bellum ꝯ ipſum, & tñ mox, vt conſtitutus eſt rex ſuper Israel mouerūt ꝯ eum bellum. Cauſa autem, quare tunc non mouebant bellū, fuit triplex, prima fuit, quia cū regnaret Dauid ſuper Iudā, non habebāt eū Philisthini tanquam hoſtem, quia licet Dauid pugnaſſet ꝯ eos quandiu vixerat Saul, & ipſe erat ſubditus ei, & tñ poſtea factus eſt amicus Philiſthinorū, qñ factus eſt inimicus Saulis, & fugit a facie eius: nam tunc deſcendit in terram Philiſthinorum, & receptus eſt ab eis benigne, quia Achis rex Geth dedit ei vrbem Siceleg, in qua manere donando eā illi in ſuā, vt patet 1. Reg. 27. & ibi declaratum eſt. Dauid quoq; ſeruauerat Philisthinis fidelitatem, quia nō commiſerat prædā aliquam in terra eorum, nec bellū intulerat, aut aliquid aliud hoſtile vnde tantum confidebat de eo rex Achis, ꝙ duxit eū ſecum in bellum ꝯ Saulem, & Iſraelitas, & laudabant illum, ꝙ nunquam inueniſſet in eo aliquid mali omnibus diebus, quibus fuiſſet apud eum primo Regum

vigeſimonono, & quod amplius eſt, quando omnes Philisthini congregati fuerunt contra Saulem, & Iſraelitas, remiſerunt eum de bello, vt maneret in terra Philisthinorum, & tunc poterat ipſe multa mala infligere, quia fere nullus erat in terra illa, qui poſſet ei reſiſtere, & tamen nullum damnum intulit, ſed potius pugnauit contra hoſtes Philisthinorum, ſ. contra Amalecitas, qui combuſſerāt vrbem Siceleg, quę erat de terra Philisthinorum 1. Regum vigeſimonono. & trigeſimo poſtquam autē Dauid factus eſt rex Iuda, nihil mutauit contra eos de priori conuerſatione, iō non tenebant eum, vt hoſtem, ſed vt amicum, & ſic non pugnabant contra eum, cum vero factus eſt rex Iſrael, tenuerunt eum, vt hoſtem, quia putauerunt, ꝙ ipſe vellet vlciſci mortē Saulis, & filiorum ſuorum, & dedecus Iſraelitarum, & etiam propter alias cauſas, quæ in duobus quæſtionibus præcedentibus expreſſę ſunt, ideo pugnauerunt contra eum, poſtquam fuit rex Iſrael.

Secundum erat, quandiu regnauit Dauid ſuper Iudā regnabat Isboſeth filius Saulis ſuper vndecim tribus Iſrael 2. Reg. 2. c. & erat ſemper bellum inter eos eod. lib. cap. 3. Facta eſt longa concertatio inter domū Saulis, & domum Dauid. Putabant ergo Philiſthini, quòd Dauid nunquam pugnaret contra eos quandiu eſſet rex Iuda, ſed potius conſederaret ſe eis propter duo. Primū erat odiū domus Saulis, qa Saul, & fautores ſui perſecuti fuerāt nimis Dauid; tūc tñ regnabat filius Saulis, ideo putabant, ꝙ non faueret Iſraelitis ꝯ eos, ſed potius eis contra Iſraelitas: cum princeps Iſraelitarum eſſet hoſtis ſuus, & de domo Saulis. Secundum erat, quia Dauid habebat continuū bellū ꝯ Isboſeth, & cū eſſet ipſe minor, putabant, ꝙ peteret fauorem, & auxilium ab eis contra Isboſeth, ideo ꝙ nunquam vellet inquietare eos, & ſic non pugnabāt contra eum. Quando autem factus eſt rex ſuper Iſrael ceſſauerant omnia iſta, quia iam mortuus erat Isboſeth, & non habebat aliquam hoſtilitatem cōtra domum Saulis, cum oēs eſſent de illa domo iam ſubiecti ei, & iam non faueret Philiſthinis contra Iſraelitas, eo quòd non erant hoſtes ſui, ſed ſubditi, ideo cōueniebat Philiſthinis iam bellum mouere contra Dauid. Tertium erat, quia Philisthini mouebant nunc bellum contra Dauid ne ipſe prius moueret contra eos, vt ſupra declaratum eſt, & tamen quandiu regnabat Dauid ſuper Iudam, non timebant Philiſthini, ꝙ moueret bellum contra eos, eo quòd ipſe erat occupatus in bellis quotidianis contra domum Saulis, vt patet 2. Re. 3. nunc verò cum factus eſt rex ſuper totū Iſrael non formidabat aliquos in regno ſuo, nec erat intentus alicui bello, cū dicatur ſupra in litera, quòd confirmatum erat regnum eius ſuper Iſrael, ideo putauerunt Philiſthini, quòd mox vellet ei inferre illum, ideo voluerunt pręoccupare, ſcilicet quòd ipſi prius inferrent ei bellum.

Quare Philiſthini non mouerunt bellum contra Isboſeth.
Quæſt. X.

QVAERITVR vlterius quare Philisthini nō mouerunt bellum contra Isboſeth, quādiu regnanit ſuper Iſrael cum ipſe ſucceſſerit Sauli. Nam videbatur eadem ratio, quæ in Dauid: nam perſequebantur Dauid, eo quòd erat rex Iſrael.

Reſpondendum, quòd Philiſthini ſcientes Dauid regnare ſuper Iſrael putauerunt, quòd eis illico inferret bellum, ideo voluerunt pręuenire eum inferendo ſibi bellum: de Isboſeth autem nihil tale ſuſpicabantur propter quatuor, ideo non curauerunt ei inferre

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferre bellũ. Primum fuit, quia mortuo Saule, Dauid, F
& Isboseth facti sunt reges in discordia, scilicet Dauid super tribũ Iuda, & Isboseth super vndecim tribus Israel, & illico inceperunt bella inter eos: sic cum vacarent bellis intestinis non poterant inferre bellũ extraneis, scilicet Philisthinis, & sic non erant solliciti Philisthini, quod bellum inferrent sibi Israelitę: propter quod nec curabant pugnare cõtra Isboseth, nec contra Dauid. Secundum fuit, quia Isboseth a principio regni sui apparuit valde ineptus ad regnandum, quia non erat homo alicuius animositatis: putabant ergo, quòd satis sibi esset, quòd regeret regnum suũ: quãto magis, quòd vacaret bellis extraneorum. Tertium fuit, quia si Philisthini inferrent bellum Israelitis hoc esset, vt subijcerent eos sibi, & non poterant G
facere istud sine damno magno, quia multi suorum morerentur in bello: nunc autem eis non laborantibus, nec periculum sustinentibus eueniret eis, quod volebãt, quia Israelitę inter se erant diuisi, mutuo pugnarẽt, quousque vtraque pars deficeret, & tunc Philisthini sine labore dominarentur eis. Quartum fuit, quia si Philisthini vellent pugnare contra Isboseth, quandiu erat bellum inter ipsum, & Dauid, timeret vterque ipsorum, quòd sicut Philisthini pugnabant nunc contra vnum, ita pugnarent postea contra aliũ, & sic delerent eos diuisim, ideo Dauid, & Isboseth concordarent inter se, & pugnarent ambo contra Philisthinos, quia sępe similia accidunt, quòd Philisthini timentes noluerunt contra aliquem ipsorum bellum committere. H

Quare dicitur omnes Philisthinos ascendisse contra Dauid.
Quæst. XI.

QVAERITVR vlterius quare nunc dicitur, quòd omnes Philisthini ascenderunt contra Dauid, quia ipsi erant quinque reges, & Dauid erat vnus.

Respondendum, quòd dicuntur omnes Philisthini ascendisse contra Dauid: non quidem, quòd nullus maneret in terra, qui non ascenderet, sed q omnes principes Philisthinorum ascenderent: erant autẽ quinque reges in terra Philisthinorum: nam erat diuisa tota terra per quinque ciuitates metropolitanas, & quelibet illarum habebat regem, & ponuntur nomina earum Iosue. 13. & primo Regum 6. nunc autem omnes isti quinque reges venerunt contra Dauid. Et ratio huius fuit, quia Dauid erat rex potens. Nam Israelitæ erãt magnus populus nimis, cũ essent duodecim tribus, quarum quelibet habebat multas vrbes, vt patet in diuisione sortium suarum Iosue 15. & vsque ad 20. ideo si veniret vnus rex Philisthinorũ solus non prealeret contra Dauid, quia illi non erãt proprie reges, sed reguli, quia regna istorũ erant valde parua: vnde vocantur reguli Iosue 13. & aliquando non vocantur reges, sed Satrapę, ideſt principes simplices, vt primo Regum 6. & 29. Alia causa fuit, quia Dauid erat fortissimus bellator, & nouerãt hoc Philisthini: nam ipse occiderat fortissimum eorum Goliath Gethęum, primo Regum 17. ipse quoque fecerat multa bella contra eos, & occiderat plurimos eo. libro cap. 18. & 19. ideo formidabant eum nunc, & nolebant ire cõtra ipsum sine magno apparatu bellico, & non erat istud speciale in Dauid: nam etiam pugnabant sic contra Saulem. Nam in bello, in quo mortuus est Saul, omnes Philisthini conuenerant cõtra ipsum, vt patet primo Reg. 29. scilicet. Cõgregata sunt ergo vniuersa agmina Philisthijm in Apheg. Tertia causa erat, quia volebant Philisthini delere Dauid quanto facilius possent: poterant autem tanto facilius, quanto esset eorum maior multitudo, ideo cõgregati sunt omnes, vt ascenderent contra eum.

Quare Dauid consulebat Dominum, an deberet contra Philisthinos ascendere. *Quæst. XII.*

QVAERITVR vlterius quare Dauid consulebat Dominum, an ascendere deberet contra Philisthinos.

Respondendum, quòd propter multa. Primũ erat, quòd Dauid erat vir valde Deicola, & credebat nimis omnibus, quæ dicebantur a Deo, & in hoc merebatur, ideo propter exercitium credendi, & merendi frequentabat diuinam consolationem: aliqui autẽ erant infideles Iudæi, & idolatrę, & vt nõ darent gloriam Deo, vel quia non credebant verbis eius, vel quia nolebant confidere in eo, nec petere aliquod signum ab eo: sic enim fuit de Achaz pessimo idolatra, quẽ monuit Isaias, vt peteret signum à Domino in cęli sursum, vel in infernum deorsum, & hoc ad laudem Domini, & noluit Achaz, dicens: non petam, & non tentabo Dominum, & quamquam diceret, quòd faciebat, vt non tentaret Dominum, falsum erat, quia faciebat, vt non daret ei gloriam, & ob hoc iratus est contra eum Isaias nimis, & dixit: Audite ergo domus Dauid: nũquid parum est vobis molestos esse hominibus, quia molesti estis, & Deo meo? Isa. 7. Alij autem volebant consulere Deum, & tamen, vt non darent gloriã Deo Israel, consulebãt idola: sic fuit de Ochozia rege Israel, qui misit ad consulendum Beelzebub Deum Acaron, an posset euadere de ęgritudine quarto Regum primo, & Deus valde conquestus est ibi per Eliam, dicẽs: Nunquid non est Deus in Israel, vt mitteres ad consulendum Beelzebub Deum Acaron. mouebatur ergo Dauid ad consulendum Dominum, quia per hoc honorabat eum. Vnde Iosephus dicit 7. Antiqui. Quòd nihil sine consilio Domini, & propheta faciebat. Et hoc satis est apparens: nam bis consuluit Dominum in Ceila, primo Regum 23. & iterum in Siceleg eo. lib. c. 30. & iterum hic, & sic ereiterum in Siceleg eo. lib. c. 30. & iterum hic, & sic erat. I
dendum est in omnibus alijs bellis suis, quòd consuleret Dominum, quamquam nõ expresse habeamus. Secũdum fuit ad sciendum euentum belli. Nam poterat esse, quòd Deus denunciaret ei, quòd caderet in bello, vel fugaretur, & tunc ipse non egrederetur ad hostes, sed defenderet se in vrbe, vel poterat esse, q dicceret ei, quòd non egrederetur ad bellũ, sed differet ad aliud tempus: si autem Deus diceret, q egrederetur ad bellum, esset iam securus de victoria, & ideo animosius ageret, & facilius vinceret hostem. Tertium erat, quia ex ista consultatione sequebatur magna vtilitas quantum ad modum belli, quia non solum diceret Deus, quòd pugnaret, sed etiam instrueret aliqualiter in modo pugnę: sic enim fuit in sequenti pugna. nam dixit Dominus Dauid: Non ascendes post eos, sed recede ab eis, & venies contra eos ex aduerso pyrorum: cumque audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc egredieris ad bellum, vt patet ipsa in litera. Et fecit sic Dauid, & vicit: Non habuisset tamen istam instructionem, si non consuluisset Dominum, ideo bonum erat, quòd consuleret. K

Quis modus erat consulere Dominum.
Quæst. XIII.

QVAERITVR vlterius quis erat modus, quo Dauid poterat consulere Dominum.

Respondendum, q triplex modus reperitur in scriptura, scilicet per sacerdotes, & per prophetas, & per somnia, vt patet primo Regum 28. cum dicitur, Con-

Consuluit dominum, & non respondit ei per somnia, nec per sacerdotes, nec per prophetas, quasi dicat, q non erant plures modi consulendi eum. Et satis patet, quia postquam per istos tres modos cõsuluit dominum, & non habuit ab eo responsum diuertit ad consulendum dæmones per mulierem Pythonisam eod. cap. primus autem modus erat per somnia, & de isto modo dubitatur qualiter Deus responderet. Dicit autem Historia scholastica, q fiebant sacrificia, & deinde supponebãtur quędam herbę capiti: sic enim dicit de Rebeca, quando consuluit dominum pro parulis, qui collidebantur in vtero suo, Gene. 25. quæ iuit ac montem Moria, vbi Abraham fecerat altare domino, & immolatis hostijs incubuit pellibus sacrificij ad dormiendum, & per somnia accepit oraculum, & dicit, q forte Rebeca per morem gentium, quem viderat obseruari à parentibus suis supposuit capiti suo speciem quandam laudi, quam tripodem vocant, & ramos arboris, quę dicitur agnus castus, vt visiones capitis phantasticas dormiens non sentiret. Sed dicendum, quòd non tenebant Iudęi istum modum consulendi dominum per somnium, quia iste modus erat gentilis, & superstitiosus, quem valde volebat Deus vetari. Sed dicendum, quòd modus erat, quòd ille, qui volebat consulere dominum per somnium disponerer se prius per ieiunia, & per orationes, & per quęcunque alia genera bonę operationis, & tunc peteret à domino, quòd reuelaret ei per somnium, id de quo quęrebat, & Deus interdum condescendens reuelabat, & iste modus erat vsitatus: sic patet 33. c. per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo suo, & tunc aperuit Deus aures virorum, & erudiẽs eos instruit disciplina. Iste modus erat vsitatus apud prophetas: sic enim fecit Ieremias, quando orauerunt Israelitæ, vt consuleret dominum pro eis, an deberẽt descendere in Aegyptum, vel non, & orauit per decẽ dies, & die 10. respondit ei Deus Iere. 42. sic etiam faciebat Daniel, quia quando dubitabat in aliquo, ieiunabat pluribus diebus, & orabat quousque Deus ei reuelaret, sic patet Dan. 10. scilicet. In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomodarum diebus, panem desiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introierunt in os meum, sed neque vnguẽto vnctus sum, donec complerentur trium hebdomodarum dies. Et tũc sequitur ibi, q Deus misit ei angelũ, qui reuelauit sibi id, de quo quęrebat. Secundus modus consulendi dominum erat per prophetas, Deus enim loquebatur prophetis, & qñ aliqui dubitabant super aliquo, recurrebant ad prophetas, & ipsi respondebant eis. Istud enim fiebat dupliciter. Nam quidam prophetæ erant quibus Deus interdum tantum spiritum dabat, vt scirent ea, quę quęrenda erant ab eis antequam quęrerentur, sicut sępe accidit in Elia, & Eliseo: de Elia patet 4. Reg. primo, qui respondit nunciis Ochozię, anteq̃ quęrerent ab eo aliquid. De Eliseo patet sępe 4. Reg. 5. & 6. & declaratum est eo. lib. c. 4. & cũ aliquis veniret ad tales prophetas super aliquo dubio, illico respondebant ei. Alij autẽ prophetæ erant, quibus Deus non reuelabat secreta, anteq̃ quęrerent de illis, & quis consuleret tales prophetas super dubio ipsi orabant ad dominũ, & rndebat eis per diem, siue per noctem, sicut fuit de Isaia, qñ misit ad consulẽdum eum Ezechias super facto Senacherib, vt patet 4. Re. 19. & Isa. 37. Nam ipse orauit dominũ, & inndit sibi: sic etiam fuit de Ieremia, qñ consuluerũt eum viri Iuda, an deberent descendere in Aegyptum Iere. 42. Tertius modus consulendi dñm erat per sacerdotes non quidem per quemcunque sacerdotẽ, sed solum per sacerdotẽ magnũ. Pro quo sciendũ, q A B C D E

inter cætera vestimenta summi sacerdotis erant duo, quorũ vnũ vocabatur Ephod, & aliud rationale, quæ ambo erant inuicem ligata, ita vt nunq̃ separarentur, & pendebant solum super pectus vsque ad zonam, & super dorsum vsque ad zonam, & non super brachia, & erat foramẽ per quod mittebatur caput, & in parte anteriori super pectus erat rationale ad magnitudinẽ vnius palmi, & erat quadratũ, & in eo duodecim lapides precioſi, de cuius fabricatura patet Exo. 28. & ibi declaratum est. Quandocunque sacerdos magnus induebatur isto vestimento, Deus rndebat ei ad quęcũque dubia peteret propter rationale. Et sic dr eo. capi. portabit Aaron, i. summus sacerdos iudicium filiorũ Israel in pectore suo, i. portabit super pectus rationale, per quod respondetur ad omnia dubia, de quibus quęsierint iudicium filij Israel, qñ aũt aliquis vellet q̃sulere dominum per sacerdotẽ: induebatur summus sacerdos rationale, & Ephod, & quærebatur, & rndebatur: sic patet primo Reg. 23. quando Dauid consuluit dominum in Ceila, an Saul descenderet ad capiendum eum, & an viri Ceila traderẽt ipsum in manus eius, & tunc dixit ad Abiathar summum sacerdotẽ: applica Ephod, i. indue te Ephod, & cum indutus fuisset, quę fuit quę dicta sunt. Idem patet eod. lib. c. 30. de hoc tñ quomodo Deus responderet quęrenti, s. an per fulgorem lapidũ rationale, vel Ephod, vel in scripto, vel per verbum, & an quęrens proponeret quęstionem verbo, vel scripto, declaratum est Exo. 28. & magis, primo Regum 23.

Per quem modum Dauid consuluit Dominum.
Quæst. XIIII.

QVAERITVR vlterius per quẽ modũ istorum Dauid nunc consuleret Dominum.

Respondendum q nunc vsus est primo mõ rndendi, s. per somnia, quia modus iste consulendi erat difficilior, & magis incertus, eo q tardius rndebatur, & qui poterat vti aliquo de duobus modis alijs, non vtebatur isto primo mõ. Dauid autẽ poterat vti quolibet duorũ aliorũ modorũ, iõ non consuleret per somnia. De alijs duobus modis dicẽdum, q Dauid poterat vti quocunque illorũ, & non apparet quo illorũ vsus fuerit. Quod patet, quia Dauid habebat nũc prophetas, per quos cõsuleret dñm, habebat etiam sacerdotes. De prophetis patet, quia habebat secum Nathan prophetã, qui fuit in diebus suis, vt patet Eccl. 47. & iste erat nimis familiaris ei, & reuelauit sibi de ędificatione templi, & de filio suo regnaturo post eum 2. Re. 7. & infra 17. & 22. iste etiam venit ad dicẽdũ sibi de pęna, quę infligenda sibi erat, quia occiderat Vriam, & acceperat vxorẽ eius Bethsabee 2. Re. 12. habebat etiam secum Gad prophetã, qui qñ fugiebat a facie Saulis, reuelauit ei, q nõ maneret in presidio, sed veniret in terram Iuda 1. Re. 22, iste ẽt reuelauit sibi de pęna, quę infligenda erat ei, qa numerauit populũ 2. Re. vlti. & infra 21. Habebat etiã alios propheras, de quibus non fit tanta mentio, & p quemlibet istorum poterat consulere dñm. De sacerdotibus patet, nam habebat secum duos summos sacerdotes, s. Abiathar, & Sadoc, vt patet 2. Re. 8. & 20. & per quemliber istorum poterat consulere dñm: de Abiathar patet, nam ter consuluit dñm per illum, s. bis ī Ceila, & semel in Siceleg, vt patet 1. Re. 23. & 30. de Sadoc ẽt manifestũ est, quia ipse erat summus sacerdos, & poterat indui rationale, & Ephod, & tunc Deus rnderet ei. Etiã, quia iste Sadoc propheta, vt patet 2. Re. 15. cum dixit Dauid ad eum, o videns reuertere in ciuitatem in pace, & tñ propherę vocabantur videntes, vt patet 1. Re. 9. s. qui. n. propheta dr hodie:

vocabatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

vocabatur olim videns. Dicendum tñ, ꝙ quamquam F vtroque istorum modorum posset Dauid consulere dominum: tñ verisimilius est, ꝙ cõsuluerit p sacerdotes, quam per propheras pp duo: primò, quia facilior modus erat habendi rñsionẽ per sacerdotes: illico. n. vt quærebatur per sacerdotes rñdebatur a dño, vt patet in omnibus consultationibus, quas fecit Dauid p Abiathar 1.Re.23.& 30. qñ aũt quærebatur per ꝓphetas differebat Deus rñsum ad multos dies, sicut in ꝓsultatione, quam fecerunt Israelitę per Ieremiam, distulit Deus rñsum vsque ad septem dies, vt patet Iere. 42.& in consultatione, quã fecit Daniel distulit Deus rñsum vsque ad tres hebdomadas Daniel 10. Secũda causa, quia excusatio quęstionis apparet, ꝙ per sacerdotem fuerit facta consultatio: nam qñ fiebat per ꝓ- G phetã, ille qui dubitabat, exponebat totum negociũ propherę, & ille postea orabat dominum, vt responderet super hoc negocio, vt patet in consultatione facta per Ieremiam ab Israelitis Ieremias 42. In mõ aũt consulendi per sacerdotes erat iam certa forma vsitata consulendi talis, sicut ista, quæ ponitur hic, quod paret, quia hic dicitur ascendam ad Philistheos si trades eos in manu mea, & sic proposuit Dauid, quando consuluit dominum per Abiathar, scilicet si tradent me viri Ceilę in manus Saulis, & sic descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus, & iterum eo. lib. c. 30. propo- H suit Dauid quæstionem per Abiathar sacerdotem, ſ. persequar latrunculos hos, & comprehẽdam eos, an non: Dixitque in dominus, persequere: apparet ergo, quòd Dauid consuluit nunc dominum potius per sacerdotes, quam per prophetas.

Quomodo adiuuerit Deus Dauid contra Philisthinos.
Quæst. XV.

QVAERITVR vlterius qualiter Deus nunc adiuuit Dauid in bello cõtra hostes, & qũo dixit Dauid diuisit Deus inimicos meos.

Respondendum ꝙ Dauid adiutus fuit à Deo nunc specialiter in isto bello, nã ipse dixit diuisit Deus inimicos meos per manum meam, & 2.Re. 5. dicitur: Diuisit dominus inimicos meos coram me. I Et sic vtrobique attribuitur ista victoria Deo. Modus autẽ quo Dauid adiutus fuit à Deo, poterat esse multiplex: nam poterat adiuuare eum conferendo sibi vires maiores, quam prius habebat, & viris suis, & nõ possent Philisthini sustinere eos. Sic fecit Deus Israelitis, quia dedit eis vires cõtra hostes, vt patet Deut. 8. ſ. Ne diceris in corde tuo, fortitudo mea, & robur manus meę hęc mihi prestiterunt, sed recorderis domini Dei tui, ꝙ ipse tibi vires præbuit, vt impleret pactum suum, sicut iuraui patribus tuis. Alius modus erat, ꝙ Deus incuteret timorem magnũ Philisthinis, & non auderent stare ante faciem Israelitarum: sic enim ꝓmisit Deus Israelitis, ꝙ faceret contra Chananęos, vt patet Exo. 23 ſ. Terrorem meum mittam in pręcursum tuum, & occidam omnem populum, ad quem K ingredieris: cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam. Alius modus esse poterat, ſ. ꝙ Deus terreret Philisthinos faciendo, ꝙ viderent aliquam magnam multitudinem exercitus venientem contra se. Sic enim patet 4.Re.6 quando Syri obsederunt Elisæum in vrbe Dothaim. Nam fecit Deus, ꝙ apparerent multi currus ignei, & equi ignei cum assessoribus suis armatis. Alius modus erat, ꝙ Deus faceret, ꝙ audirent aliquem tumultum magnum tãquam aduenientis exercitus contra se, quem tñ non viderent, sicut fuit, quando Benadad rex Syrię obsidebat regem Ioram in Samaria: nam fecit Deus audire sonitum curruum, & equorum, & exercitus magni per noctem, & omnes Syri, qui erant in castris fugerunt relictis omnibus, quæ habebant in castris, vt patet 4.Reg.7. Alius modus erat, ꝙ Deus faceret aliquẽ terræ motum sub pedibus Philisthinorum, & immitteret fragorem de cœlo, & sic fugerent Philisthini timentes ne terra aperiret os suum, & deuoraret eos. Sic enim fuit, quando Israelitæ erant congregati in Masphath ad faciendum sacrificium cum Samuele, & venerunt Philisthini armati, vt delerent eos, & tũc orante Samuele Deus intonuit de cœlo fragore magno, & terra concussa est sub pedibus Philisthinorũ, & fugerunt a facie Israelitarum 1.Reg.7.& patet per Iosep.6. Antiqu. Alius modus erat, ꝙ Deus mitteret de cœlo lapides super Philisthinos, & occideret eos: ipsi aũt fugerent a facie lapidum: sic enim fuit, quando Iosue persequebatur quinque reges Amorrhæos, nam Deus misit lapides de cœlo magnos, & occiderunt plures de Philisthinis, quam occiderant Hebrei, vt patet Iosue 10. Alius modus esse poterat, ſ. ꝙ Deus mitteret aliquẽ angelum, vel multos visibiliter, aut inuisibiliter, & illi occiderent multos de Philisthinis, & cogerent reliquos fugere: sic enim factum fuit, qñ Senacherib obsederat Ezechiam in Ierusalem: nam angelus domini venit per noctem, & interfecit in castris Assyriorum centum octogintaquinque millia 4.Reg.19. Quis aũt modus istorũ fuerit hic, vel mul- torũ aliorum, quibus Deus poterat fugare Philisthinos, non apparet. Dicendum tamen videtur, quòd non fuit hoc per aliquid, ꝙ extra apparet, ſ. ꝙ audirẽt, vel viderent, aut per quamcunque aliam plagam extra inflictam: nam si aliquid tale fuisset, verisimile est, ꝙ scriptura illud expressisset, sicut infra in litera in alio bello, quod fecerunt Philisthini contra Dauid: nam dicitur, ꝙ Deus adiuuit eum faciendo, ꝙ angelus esset in cacumine pyrorum, & moueret arbores audireturque, quasi multitudo exercitus venientis a Philisthinos. Sed dicendum, ꝙ Deus adiuuerit nunc Dauid incutiendo solum timorem Philisthinis, ita vt non auderent stare ante faciem Israelitarum, & hoc satis apparet, quia Deus permiserat Israelitis, ꝙ qñ pugnarent contra Chananæos immitteret timorem illis, vel fugerent à facie Israelitarum Exo. 23. ſ. Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris: cũctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertã. Philisthini autem erant Chananæi, cum habitarent intra terminos terrę Chanaan: Iosue 13. ideo verẽ credendum est, quòd adiuuaret incutiendo terrorẽ hostibus.

Quomodo dixit Dauid Deum diuisisse inimicos suos.
Quæst. XVI.

QVAERITVR De secundo quomodo dixit Dauid, diuisit Deus inimicos meos.

Respondendum est, quòd istud bellum factum est opere Dei, vt declaratum est præcedenti quæstione, & sic dicitur, quòd Deus diuisit inimicos: potest tamen accipi diuisio dupliciter, vno modo pro occisione, alio modo pro dispersione, de primo patet præceden. cap. scilicet contristatus est Dauid eo, quod diuisisset dominus Ozam, vocauitque locum illum diuisio Oza, & sic accipitur diuisio pro morte. Nam 2.Reg.6. ponit ista historia, & dicitur. Contristatus est Dauid, eo ꝙ percussisset dominus

minus Ozam, & vocatum est nomen loci illius per- A cussio Ozæ, & tunc intelligetur, quòd dominus occidit hostes Dauid: nam multi de Philisthinis perierunt in hoc bello. Accipiendo secundo modo pro dispersione est sensus, ꝙ Deus fecit dispergi Philisthinos a facie Dauid, & istud est verius: nam Philisthini non potuerunt consistere coram Dauid, sed fugerunt, & tantus pauor obtinuit eos, ꝙ non audebant ire simul per viam terræ suę, sed dispersi sunt per multas partes ita, vt non manerent duo, vel tres simul fugientes: sic etiam fuit quando pugnauit Saul contra Ammonitas obsidentes labes Galaad: nam percussit eos, & fugerunt, ita vt non relinquerentur duo pariter 1.Reg.11. dicitur etiam hic per manum meã, in quo innuit Da- B uid, quòd istud bellum fuit factum a Deo principaliter, ipse autem fuit tãquam minister, ideo dixit Deus diuisit inimicos meos, ſ. tanquam principale agẽs per manum meam, idest per me tanquam per ministrũ, vel instrumentum, sed 2.Reg.5. dicitur. Diuisit Deus inimicos meos coram me, idest me videte. Et in hoc attribuitur Deo magis actio quam hic, quia ibi tota actio attribuitur, ſ. ꝙ Dauid non fuerit agens, sed recipiens, hic autem solum attribuitur Deo actio principalis, & Dauid attribuitur actio instrumentalis. Sunt autẽ aliqua bella, in quibus tota actio spectat ad Deũ, sicut fuit in occisione Aegyptiorum in mari rubro: nam Israelitę nihil fecerunt in hoc, sed solum viderũt quomodo Deus suffocabat Aegyptios. Exo. 14. ſ. Do- C minus pugnabit pro nobis, & vos tacebitis, & nihil agetis. Sic etiã fuit quando Deus occidit Amorrhęos latentes in scopulis apud torrentem Arnon inclinando scopulorum capita vsque ad aquam torrentis, & suffocando ibi Amorrhęos, vt scriptum est in libro bellorum Domini, & habetur Num. 21. & ibi declaratum est, & tamen ista duo pro eodem accipiuntur, quia eadem res narratur hic, & 2.Reg.5. Et dicitur, sicut diuiduntur aquæ, quasi dicat, sicut aquæ faciliter diuidũtur in multas partes, nec resistunt diuidere volenti, ita inimici mei faciliter dispersi sunt coram me, quia per timorem, quem Deus eis incussit illico fugerunt: sic enim dicitur Prouer. 21. Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini; & quocunque voluerit, D vertet illud, idest sicut facile est, quòd in aqua fiant multę diuisiones, ita facile est, quòd cor regis sit in manu domini, & vertat illud quocunque voluerit quamquam rex sit potens.

Quare Philisthini duxerunt in bellum Deos suos.
Quæst. XVII.

QVAERITVR vlterius ad quid Philisthini duxerunt Deos suos in bellum.

Respondendum est, quòd quælibet gens credebat Deum suum esse Deum verum, & esse potentem ad bene faciendum sibi, quia aliàs non teneret eum in Deum, quando ergo aliqua gens superabat aliam in E bello, attribuebat victoriam Deo suo: sic enim fuit de Philisthinis, quando tenuerunt Samsonem, qui erat hostis eorum, & nocuerat eis nimis, fecerunt magnũ festum, & obtulerũt hostias magnificas Deo suo Dagon, dicentes: Tradidit Deus noster inimicũ nostrũ Samson in manus nostras: Iudi. 16. Sic etiam Troiani quando iuerunt cum Hectore contra Grecos, & occiderunt multos, intraueruntque in naues ipsorum, & volebant eas comburere, ferebant secum Deos suos, scilicet Iouẽ, & alios, vt ait Ouidius 12. Metamor. Ob hoc autem, quando aliqua gens obtinebat victoriam ad laudem Dei sui ponebat aliqua insignia belli in tẽplo eius, significans per hoc, quòd illa victoria fuisset collata a Deo. Sic etiam quando Philisthini pugnantes contra Israelitas tenuerunt arcam in bello posuerunt eam in templo Dagon. primo Regum quinto, & iste erat Deus eorum specialiter. Sic etiam quando pugnauerunt Philisthini contra Saulem, & occiderunt eum, amputauerunt caput eius, iusserunt que illud circunferri per omnia templa idolorum ad laudẽ ipsorum, & postea infixum est in templo Dagon, vt maneret ibi, & arma consecrauerunt templo Astharoth, vt manerent ibi in memoriam ęternam. primo Regum vltimo. & supra 10. sic etiam faciebant Israelitæ: nam quando Dauid occidit Goliath Philisthæũ. primo Regum 17. posuit gladium eius, quem acceperat in templo domini post Ephod eod. lib. c. 18. & 21. gentes ergo putãtes se adiuuari a diis suis in bello credebant, quòd magis adiuuarentur ab eis si haberent eos prędentes quam si non essent. Ideo multoties ducebant eos secum in bellum, & ob hoc Philisthini duxerunt Deus suos nunc secum, sic etiam Idumęi quãdo pugnauerunt contra Amasiam regem Iuda duxerunt secum Deos suos in bellum, & capti sunt ab Amasia seq. lib. c. 25. Hebræi quoque faciebant istud: nã sępe ducebant secum arcam domini in bellum, sic. n. fuit tempore Heli summi sacerdotis: nam portata est in castra, & capta fuit tunc a Philisthinis primo Regum quarto, iterum etiam ducta est in bellum, quando pugnauit Saul contra Philisthinos eodem lib. decimoquarto.

Quare Dauid præcepit comburi Deos Philisthinorum.
Quæst. XVIII.

QVAERITVR vlterius, quare Dauid iussit Deos Philisthinorum comburi, & an bene fecit in hoc.

Respondendum est, quòd bene fecit, & meritoriè, quia sic iubebatur in lege: Deuter. 7. Causa autem motiua prima fuit, vt non transgrederetur legem: nam Deuter. 7. dicitur: Sculptilia eorum igne combures, nec assumes ex eis tibi quicquam, & non concupisces argẽtum, & aurum, de quibus facta sunt, nec inferes quippiam ex idolo in domum tuã ne fias anathema, sicut & illud est. Et sic si erant idola de metallo tenebantur ea comminuere, & redigere in puluerem quantum possent, ita vt nullus posset capere aliquam vtilitatem ex eis, si autem erant lignea debebant ea comburere, si vero lapidea debebant illa cõfringere, ista autem forte erãt lignea, ideo combussit illa Dauid. Vel dato, quod essent aurea, vel argentea poterant comburi, & redigi in puluere, sicut Moyses combussit vitulum aureum, quem fecerant Israelitæ Exodi 32. & Deut. 9. redegitque eos in puluerẽ, & dedit ad bibendum de illis cum aqua populo. Secunda causa fuit, vt auferret occasionem viris suis idolatrandi, quia si manerẽt illa idola pęnes viros Dauid, forte aliqui illorum inclinarentur ad colendum ea: sic enim factum est, quando pugnauit Amasias contra Idumæos: accepit enim in bello Deos ipsorum, & seruauit, & postea coluit, iratusque nimis Deus contra ipsum misit ei ad dicendum per prophetam, cur adorasti Deos, qui non liberauerunt populum suum de manu tua? & respondit Amasias. Nunquid consiliarius regis es? Quiesce ne interficiam te. Propter hoc autem traditus est in manus Ioas regis Israel, & ductus est captiuus in Ierusalem, & postea etiam serui sui fecerunt coniurationem contra ipsum, & fugit a facie eorum in Bachis, ibique occiderunt eum eod. cap. & 4.Reg.14. Tertia causa fuit propter cultũ Dei: volebat enim Dauid exaltare cultum Dei quantũ potuerat, & quia cultus Dei, & dæmonum aduersantur, deprimẽdo vnũ exaltatur alius. Conabat ergo Dauid quan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quantum poterat cultum idolorum deprimere, non poterat autem magis deprimere illum, quam cremãdo ipsos Deos, ideo nunc venerunt dii Philisthinorũ ad manus eius & cremauit illos, sic etiã illi, qui erant vere cultores Dei conabãtur inferre cultui idolorum quantamcunque ignominiam possent, sic fuit de Iehu rege Israel, qui finxit se colere Baal, vt inueniret omnes cultores eius, quos inuentos occidit, & de tẽplo idoli fecit latrinas 4. Reg. 10. Nec poterat magis vilificari, quam ꝙ de tẽplo maximæ venerationis fierent latrinæ maximæ turpitudinis, & per hoc prouocaret Dauid viros suos ad non colendum idola, cum viderẽ eos, ita vilificari a Dauid. Quarta causa fuit ad faciendum, ꝙ viri Dauid nõ timerent Deos Philisthinorum. Nã ꝙꝙ diuersæ gentes haberẽt varios Deos, & quelibet crederet Deum suum esse verum Deum, tñ credebant, ꝙ Deus vnius gentis erat potentior diis aliarum gentium, & sic apud omnes gentiles asserebatur Iouem esse maximum Deorum, ideo vocatur pater omnipotens, vt patet sepe per Ouidium, & alios poetas, s.

At pater omnipotens misso perfregit olympum. Fulmine.

Solus Iuppiter autem erat, qui fulminabat. Vnde ait Priscianus in primo minoris ponens ista verba pluit, tonat, serenat esse exceptæ actionis, eo quòd ad solum Iouem pertineant. Sic autem Philisthini, quãquam essent infideles, credebant ꝙ Deus Hebrẽorũ esset potentior quam dii ipsorum, & ꝙ non possent dii sui liberare eos de manu Dei Israel, vnde quando Israelitæ duxerunt arcam in castris ꝺ̃ Philisthinos timuerunt nimis, & gemuerunt, dicentes: Venit Deus in castra: vę nobis, quis nos seruabit de manu Deorũ sublimium istorum? Hi sunt dii, qui percusserunt Aegyptum omni plaga 1. Re. 4. & sic multi Israelitarum simplices, quamquam colerent Deum Israel, putabãt ꝙ dii Philisthinorum erant dii, & poterant facere bonum, vel malum, & ob hoc timebant eos, s. ꝙ in bellis possent sibi nocere, & sic interdum non tam confidenter pugnabant contra Philisthinos. Voluit ergo ostendere Dauid, ꝙ dii Philisthinorum nullius potestatis erant, & ideo ꝙ non essent timendi. Hoc autem ostendebat cremando illos coram seruis suis. Simile fecit Iosue: nam a principio timebant Israelitę pugnare contra Chananęos, & ob hoc quadam die cum cepisset Iosue quinque reges latentes in spelunca vrbis Maceda cõduxit eos viuos, & extẽdit in terra, posuitque pedes suos super colla eorum, & fecit, quòd serui sui similiter ponerent, vt amplius non timerent reges Chananæorum, cum nunc conculcarent eos.

Alia etiam vice Philisthiim irruerunt, & diffusi sunt in valle. Consuluitque rursum Dauid Deum, & dixit ei Deus. Non ascendas post eos, recede ab eis, & venies contra illos ex aduerso pyrorum. Cumque audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc egredieris ad bellum. Egressus est enim Deus ante te, vt percutiat castra Philisthiim. Fecit ergo Dauid, sicut præceperat ei Deus, & percussit castra Philisthinorum de Gabaõ vsque Gazera. Diuulgatumq; est nomen Dauid in vniuersis regionibus, & dominus dedit pauorem eius super omnes gentes.

Alia etiam vice. Hic ponitur secundum huius partis, scilicet bellum, quod habuit Dauid cum Philisthinis postquam regnauit super Israel, & dicitur:

Alia etiam vice Philisthini irruerunt. Scilicet aliud enũ bellum fecerunt post prędcedens, & istud vẽ, ꝙ fuerit modico tpe post illud, & dr̃ irruerunt, s. super terram Dauid, vt subito occuparent eam, & prẽuenirent Dauid inopinatum. *Et diffusi sunt in valle.* Idest extenderũt se per vallem, & posuerunt ibi tentoria sua, nõ dr̃ hic, quæ vallis erat ista, sed inteligendum est, ꝙ erat vallis Raphaim, in qua fuit prędcedẽs bellum. Et patet hoc 2. Reg. 5. s. Et addiderunt adhuc Philisthiim, vt ascenderent, & diffusi sunt in valle Raphaim. Et ponitur ibi istud bellum. *Consuluitque rursum Dauid dominum.* Intelligendum est, ꝙ cõsuluit ex eisdem causis, ex quibus consuluerat in bello prædcedenti, quæ declarate sunt supra in quadam quæstione. Etiam intelligẽdum est, ꝙ cõsuluit per sacerdotem magnum, sicut supra declarauimus, & dixit ei Deus, non ponuntur hic verba cõsultationis Dauid, quia intelligẽdum est, quòd eisdem verbis vsus est hic, quibus supra in consulendo, s. ascendam in Philistheos si trades eos in manu mea. *Non ascendes post eos.* Idest non ascendes ex aduerso illorum: sic dr̃ 2. Regũ 5. s. Non ascendes obuiam eorum, sed gyra post tergum illorum. Et dr̃ non ascendas post eos, idest non ascendas directe contra faciem ipsorum, ita ꝙ velis fugare eos, & currere post ipsos versus terram suam. Hoc dr̃, quia Philisthini diffiderant se in valle Raphaim, & direxerant acies suas contra terrã Israel, de qua Dauid venturus erat, Dauid aũt intendebat acies suas dirigere directe contra faciem Philisthinorum Deus autem iussit, ꝙ non faceret sic, sed ꝙ veniret ex parte posteriori ipsorum. *Sed recede ab eis, & venies contra illos ex aduerso pyrorum.* Scilicet Dauid iturus erat ꝺ̃ faciem Philisthinorum directe, & qñ appropinquaret eis non debebat ponere ibi acies, sed recedere ab eis, idest a facie ipsorum, & regyrare exercitum suum in circuitu exercitus Philisthinorũ, vt constitueret acies suas in parte illa, ꝺ̃ quam erãt posteriora Philisthinorum, & tunc Philisthini conuerterent acies in oppositam partem ꝺ̃ Dauid, & sic essent dorsa eorum ꝺ̃ quandam multitudinem pyrorum, q̃ erat versus Ierusalẽ, ita vt cũ Philisthini fugerent a facie Dauid non possent fugere contra terram suam, sed versus Ierusalem, ista litera ponitur magis clare 2. Regũ. 5. s. Non ascendas obuiam illorum, sed gyra post tergum eorum, & venies ad eos ex aduerso pyrorum. *Cumque audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum tunc egredieris ad bellum.* Hic instruxit Deus Dauid circa tempus pugnandi, s. ꝙ non mouer et acies suas contra Philisthinos immediate, vt figeret eas, sed expectaret vsque quò audiret vocem gradientis in cacumine pyrorum, & tunc moueret aciem contra Philisthinos, quia tunc veniebat Deus ad adiuuandum ipsum.

Egressus est enim Deus ante te. Idest quando audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc intelliges, ꝙ Deus est egressus in auxilium tuũ ad pugnandum contra Philisthinos. *Vt percutiat castra Philisthiim.* Intelligitur, ꝙ Deus percuteret castra, idest, ꝙ Angelus ab eo missus occideret aliquos de castris Philisthinorum, vel ꝙ ipse percuteret castra, idest faceret, ꝙ percuterentur a Dauid terrendo Philisthinos, & faciẽdo, ꝙ inciderent in manus Dauid cũ aliàs possent fugere ab eo. *Fecit ergo Dauid, sicut præcepit ei Deus.* Scilicet nõ direxit acies ꝺ̃ faciem Philisthinorum, sed regyrauit post tergum eorum, & venit ex aduerso pyrorum, & non mouit illas quousq; audiuit sonitum gradientis in cacumine. *De Gabaon vsque Gazera.* Idest durauit persecutio de Gabaon vsq; ad vrbem Gazera, sine Gazer. Est enim Gabaõ ciuitas in sorte Beniamin Iosue 18. & in ista fuit tabernaculũ Moysi positum per Saulẽ, qñ deleta est ciuitas Nobe, & occisi sunt sacerdotes, & manebant ibi tempore Dauid: mansit vsque ad Salomonem: nam ipse ascendit de Ierusalem in Gabaõ, vt offerret ibi holocausta coram domino sup altare, quod fecerat Moyses in deserto, vt patet 3. Re. 3. c. & sequenti lib. c. 1. Gazera, quæ ponitur hic vocatur aliqñ Gazer, sicut patet 2. Reg. c. 5. & creditur illa esse ciuitas quædam in sorte Ephraim, & in ista vrbe mãserunt Chananæi multo tempore, quia noluerũt eos delere Israelitæ, sed fecerunt sibi tributarios, vt patet Iosue 16. & Iudi. 1. Manserunt autem Chananæi lõgo tempore ibi, & ẽt nunc manebant: nã non fuit capta ciuitas vsque ad tempus Salomonis, qui accepit filiã Pharaonis regis Aegypti in vxorem, & ascendit ille Pharao in terram Israel pugnauitque ꝺ̃ Chananæos habitãtes in Gazer, & cepit vrbem, deditque eam in dotem filię sue 3. Re. 9. *Diuulgatumque est nomen Dauid in vniuersis regionibus.* Scilicet per istas victorias duas mirabiles, quas nunc habuit ꝺ̃ Philisthinos diuulgatũ est nomen suum in omnibus regionibus orbis, quia istud non poterat esse, sed in regionibus modicum distantibus à terra Chanaan, & fuit famosus tũc Dauid pluspquam alij reges contemporanei sui: sic enim dicitur 2. Re. 7. Dedi tibi nomen iuxta nomẽ magnorum, qui sunt in terra. *Et dedit pauorem eius super omnes gentes.* Scilicet sup oẽs gentes in circuitu: cum. n. vidissent, ꝙ tam faciliter expugnasset bis omnes Philisthinos, qui contra eum veniebant congregati, mirati sunt omnes, & iam nemo audebat bellum mouere contra Dauid, timens, ꝙ faciliter superaretur ab eo,

Quo tempore fuit factum istud bellum.
Quæst. XIX.

QVAERITVR de isto bello, quod habetur hic quo tempore fuerit factum, & quare illud fecerint Philisthini. Rñdendum ad primũ, ꝙ ex litera non apparet, qñ factum fuerit, sed dicendum est, ꝙ fuerit factum in breui post bellum prędcedens. Hoc patet, quia dicitur hic alia vice ascenderunt Philisthiim, s. ꝙ mox debellati sunt, vt nũc ascẽderẽt iterum ꝺ̃ Dauid, & hoc satis apparet, quia ponit istud bellum immediate post prædcedẽs tam hic, q̃ 2. Re. 5. & non interponuntur alia gesta Dauid, si tñ aliquantũ tempus fuisset inter ista duo bella, alia gesta interponerentur, quæ fuissent inter illa. Ad secundum dicendũ, ꝙ Philisthini potuerunt istud bellũ facere nũc ꝓp duo, primo in vindictam susceptidedecoris: venerãt enim ante hoc oẽs Philisthini ad pugnandum ꝺ̃ Dauid: ipse vero tã faciliter fugauit eos, sicut si esset acies paruulorum. Erubuerunt ergo nimis Philisthini, ꝙ taliter vincti essent a Dauid, iõ exortati sunt se mutuo ad pugnandum ꝺ̃ Dauid, vt subijcerent eum sibi, quia iã Dauid fuerat subiectus Philisthinis, s. qñ manebat profugus in terra eorũ à facie Saulis: tunc. n. seruiebat regi Achis, vt patet 1. Re. 27. & 28. Erubescebant ergo Philisthini nunc minores esse, quã Dauid: cũ ante hoc maiores essent eo, iõ volebãt decertare ꝺ̃ eũ viriliter vsque ad mortem, ne subijcerentur ei, sic. n. factũ est, qñ pugnãtibus Israelitis cum Philisthinis venit arca in castra, & timuit nimis totus exercitus Philisthinorũ, & dixerunt. Venit Deus in castra, vę nobis: quis nos poterit liberare de manu Deorum sublimiũ istorum? & tunc confortauerunt se Philisthini ad pugnãdum ꝺ̃ Hebræos, quamquam essent, quasi desperati, & dixerunt: cõfortamini, & estote viri Philisthiim ne seruiatis Hebræis, sicut illi seruierunt nobis: confortamini, & bellate, primo Regum 4. & tunc pugnauerunt acriter contra Hebræos occideruntque triginta millia, & ceperunt arcam eod. cap. ita nunc propter dedecus, & ne subiicerentur, acriter Dauid pugnare volebant, & quia vindicta cõuenientius, & honestius expetitur, quando sine interuallo fit, cum tunc magis videatur bellum cõtinuatum, quam victoria alteri' partis voluerũt Philisthini illico pugnare ꝺ̃ Dauid. Secunda causa fuit, quia putauerunt Philisthini, ꝙ sic facilius delerent Dauid: nam esset Dauid gaudens, & gloriosus de successu bellico, & putaret quòd Philisthini confractis nunc viribus nõ possent cito instaurare bellum, & sic non haberet curam de congregãdo exercitum contra eos. Illi vero subito contra eum venirent parati in armis, & nõ concederent ei locum se disponendi ad bellum, & sic facilius expugnarent eum. Tertium erat, quia voluerunt Philisthini incutere timorẽ Dauid, vt per hoc minus audęret pugnare ꝺ̃ eos. si enim ipsi superati fuerant in superiori bello, & illico redibant instructi in armis, significatur, ꝙ erant valde animosi, s. quia propter prædcedentem victoriam Dauid nõ terrebantur, sed putabãt se posse obtinere contra ipsum. Etiam significabãt se esse potentes nimis, cũ superiori bello vires eorum confractę, & dispersæ fuissent, & nunc sine dilatione iterum possent restaurare bellum.

Quare hic ponuntur duo bella Dauid.
Quæst. XX.

QVAERITVR vlterius quare ponuntur hic ista duo bella Dauid ꝺ̃ Philisthinos simul, & nulla alia. Respondebit aliquis, ꝙ nõ fecit Dauid aliqua alia bella ꝺ̃ Philisthinos. Sed dicendum, ꝙ hoc non stat, quia multa bella fecit Dauid cõtra illos antequam esset rex, s. qñ subditus erat Sauli, & etiam, quando fugiebat a facie eius, vt patet 1. Re. 18. & 19. & 23. Sed de istis bellis non est curandum: fuerunt autem alia bella Dauid contra Philisthinos postquam fuit rex Israel, & fuerunt post ista, sic patet 2. Reg. 8. & infra 18. Nam tunc abstulit Dauid frenũ tributi de manu ipsorum. Fecit etiam alia bella, de quibus habetur, secundo Regum vigesimoprimo, & ista fuerunt in senectute sua, ita vt quadam die Philisthinus quidam occisurus fuerat eum, quia deficiebat iam viribus, & ex illa die dixerunt serui sui, quòd nunquam iret cum eis ad bellum, eodem cap.

Sed dicendum est, quòd ponuntur hic ista duo bella sola simul: primo, quia contigerunt simul, scilicet, quia inter vnum, & aliud fuit modicum tempus, quia vt dictum est prædcedenti quæstione, Philisthini illico vt superati sunt a Dauid instauraũerunt aliud bellum contra ipsum, & sic quantum ad hoc est ordo naturalis in scriptura, scilicet, quòd cum nulla gesta Dauid fuerint ista duo bella, quòd nulla describantur.

Secundum fuit propter similitudinem istorũ duorum bellorum inter se, nam cętera bella, quæ Dauid fecit contra Philisthinos erant per modum aggressionis, vt communiter: ista autẽ duo fuerunt per modum resistentiæ, quia Philisthini in vtroque fuerunt aggressores, & Dauid restitit eis, & occidit atque fugauit. Etiam fuit similitudo inter ista duo bella inter se, quia ambo facta fuerunt in eodem loco, scilicet in valle Raphaim, vt patet hic in litera, & secundo Regum quinto.

Tertium fuit, quia ista fuerunt duo bella, per que Dauid acquisiuit magnam famã: nã diuulgatum est nomen eius in vniuersis regionibus, & Dominus dedit pauorem eius super omnes gentes, vt patet in litera: in alijs aũt bellis sequentibus nõ acquisiuit istam famam, quia iam eam acquisierat, ideo fuerunt ista duo bella specialiora inter se quam alia bella Dauid, & simul posita fuerunt. Quartum fuit, quia inter bella Dauid contra Philisthinos, quę ipse egit postquam

rex

Universidad de Deusto
Biblioteca

rex erat, non fuerunt aliqua duo mirabilitet facta, si- F
cut ista. Quod patet, nam in primo ipsorum dixit Da-
uid diuisit Deus inimicos meos coram me, sicut di-
uiditur aquę, scilicet quòd ipse Deus fecit illud bel-
lum: de secundo autem patet magis manifestè: nam
angelus Domini commouit cacumina pyrorum, &
mouit Philisthinos ad fugam, & etiam dicitur in lite-
ra: egressus est Deus coram te, vt percutiat castra Phi-
listhim: de alijs autem bellis non sic dicitur, ideo ista
fuerunt mirabiliora aliis, scilicet facta specialiter o-
pere Dei, & alia non, ideo ponunur ista duo si-
mul.

Quomodo ausi sunt Philisthini victi a Dauid instruere bellum contra ipsum.
Quæst. XXI.

QVAERITVR vlterius cum Philisthini victi fuissent in superiori bello tam faciliter à Dauid, quo ausi sunt instruere rursus bellū contra ipsum, quia debuissent cessare, sicut quando se cunda vice pugnauerunt, & victi sunt, cessauerūt pugnare: nam tunc fuit pauor eius super omnes gentes, qui erant in circuitu.

Respondendum, quòd Philisthini resumpserunt bellum secundum, quia quamquam victi fuissent in primo a Dauid non desperabant, q̄ possent vincere eum in secūdo, quia iuxta existimationem humanam H bella in plurimum dependent a fortuna: licet secūdū veritatem aliud sit. Etiam sic putabant, q̄ accidentale fuisset, q̄ Dauid superaret Philisthinos in illo bello, & sic credebant, q̄ ipsi viribus suis, vel à fortuna poterant superare etiam Dauid in secundo bello. Nec debet aliquis vir animotus pauere propter hoc, q̄ aliquando vincatur ab hoste suo, sed debet semper animosior esse, & resumere bellum si expedit, sicut dixit Dauid ad Ioab pro morte Vrię Ethęi, & quorundam aliorum. Non te frangat res ista. Varius est enim euētus belli: & nunc hunc, & nunc illū gladius occidit, vt patet 2.Re.11. Sed dicet, q̄ Philisthini videbāt q̄ istud bellum præcedens factū non fuerat viribus Dauid, I
sed Dei, quia miraculosè fugati fuerunt à facie Dauid, & sic nunc nō erat bellum ipsorum cōtra Dauid, sed contra Deum, & formidare deberēt tale bellum. Responderi potest multipliciter vno modo, q̄ Philisthini non cognouerunt bellum præcedens factum fuisse specialiter viribus Dei, sed q̄ Dauid viribus suis superauerat eos, vel casu istud euenerat, vel forte propter imprudētiam ipsorum, qui nō se habuissent cautè contra Dauid in bello: nunc autem credebant, q̄ possent emendare id, in quo erratum fuerat præcedenti bello, ideo volebant instaurare acies contra Dauid. Aliter potest dici, q̄ quamquam cognouissent, q̄ Deus fecerat bellum præcedens pro Dauid, nunc vellent pugnare contra eum, licet crederent. q̄ Deus adiuuaret eum iterum, & hoc faciebant, tanquam vo K
lentes potius mori, quam pati dedecus, & videri minores Dauid, cum Dauid fuisset ante hoc minor eis, & seruus ipsorum: sic enim, factum est, quando pugnabant Philisthini contra Israel in diebus Heli summi sacerdotis, & fuit ducta arca in castra, nam timuerunt Philisthini, & desperabant se posse liberari de manu Israelitarum, dicentes, venit Deus in castra, væ nobis, quis non liberabit de manu Deorum sublimiū istorum? Et hoc non obstante confortauerunt, & exhortabantur, vt pugnarent cōtra Israelitas, & non subijcerentur eis, sed potius morerentur dicentes. Confortamini, & estote viri Philisthini, ne seruiatis Hebręis, sicut illi seruierunt nobis, confortamini, & bellate, primo Regum quarto. Ita nunc quamquam

scirent, quòd Deus volebat adiuuare Dauid in bello potius vellent ipsi mori pugnando, quam videri inimores Dauid. Tertio potest dici, q̄ Philistini putabant q̄ possent pręualere ꝺ Dauid, & ꝺ Deum suum & hoc crederent, quia Israelitę adduxerunt semel in castra arcam Domini, & Philisthini putabant illam arcam esse Deū Israel, vñ q̄ venit arca in castra, dixerūt: venit Deus in castra, quis nos liberabit de manu Deorū istorum sublimium? Et tamen tunc pugnauerūt Philisthini, & superauerunt Hebręos, ceperūtque arcā q̄ tenuerunt captiuam in terra sua 1.Re.4. & 5. ergo, ita nunc crederent se posse prævalere contra Dauid, & ꝺ Deum suum. Quarto potest dici, q̄ licet Philisthini crederent Deum Israel esse potentiorem oībus dijs G
gentiū, & q̄ nullus posset eripere eos de manu illius, si ipse vellet pugnare ꝺ eos, tñ credebāt, q̄ aliqñ Deus Israel volebat adiuuare seruos suos, scilicet si haberent eum placatum, & aliquando nolebat eos adiuuare, sed potius adiuuabat hostes suos ꝺ eos: Istud experti fuerant Philisthini: nam q̄n arca Dei Israel deperti fuerant Philisthini: nam q̄n arca Dei Israel ducta est in castra, & iubilauerunt Israelitę tanq̄ iam obtinuissent pp prę̄sentiā arcę, timuerunt nimis Philisthini, & tñ pugnauerunt viriliter, & occiderunt triginta millia de Israelitis ceperuntque arcam 1.Reg.4. Postea aūt cum perducta esset arca in terrā Philisthinorū, & posita in templo Dagon fecit eū cadere ante se, & confregit manus eius, & caput, & insup percutiebat peste q̄cunque ciuitatem, in qua esset, ita vt cōpellerentur Philisthini transferre eam per diuersas ci-
uitates, & cū in omnibus esset grauissima pestis coacti sunt remittere eā in terrā suā cū magno honore, & muneribus eo. lib.c.5. & 6. Et sic arca fęderis, quę secundum opinionem Philisthinorum erat Deus Israel, non liberauit suos in bello, nec seipsam, nec etiā sui non potuerunt eā liberare de manu Philisthinorum, ipsa tñ q̄n fuit sola in terra eorū percussit illos, & Deos suos. ex quo apparebat, quòd Deus Israel nō luerat liberare suos in bello, quia forte offenderāt eū, sed postea, q̄n misertus est percussit Philisthinos, & eos Deos eorum: ita erat opinio fere omnium gentium habitantium in circuitu Israelitarum, quod patet, q̄ Holofernes voluit pugnare ꝺ Hebræos, Achior, qui erat princeps Ammonitarum in exercitu eius narrauit ei originem Hebræorum, & dixit, q̄ perquirerent an Israelitę fecissent aliquod peccatum contra Deum suum, & sic secure posset contra eos pugnare, quia obtineret, si aūt non peccauissent non pugnaret, quia in opprobrium daretur, vt vincerentur ab eis, vt patet Iudith. 5. ita ergo Philisthini crederēt. Quinto potest dici, q̄ Philisthini errabāt circa deitatem, & credebant, quòd aliquis Deus poterat esse vno tempore potentior, quam alio, s. quia adiuuaretur a pluribus dijs, vel quia tempus dominii eius tunc erat, sic. nonnabantur fere oēs gentiles, & sic Virgilius introducit Deos contendentes inter se cum vocati essent in consilium à Ioue super bello Aeneę Troiani ꝺ Turnū regem Rutilorum, & oñdit qūo plures dij fauebāt vni, q̄ alteri, vt patet 10. Aeneidos, & sic Philisthini credebāt, q̄ q̄q̄ superioi bello Deus Israelitarum fuerat potens ꝺ eos, nūc non esset potens, sed forte dii ipsorum essent potētiores, & adiuuarent eos ꝺ Dauid, & ꝺ Deus Israel. Sexto potest dici, q̄ Deus Israel dedit Philisthinis istā audaciā ad pugnandū secūdo ꝺ Dauid, & hoc faciebat pp maiorē gloriā Dauid, & pp peccata Philisthinorum. Interdum. n. Deus permittit, q̄ aliquis hoc faciat id, pp qđ puniat, vel moueat bellū ꝺ aliū in quo pereat, & hoc, ga ipse meret perire, sic. n. patet de Chananæis, quos occidit Ioſue, s. Deus incitauit eos ad pugnādū, vt caderēt ī manus ei⁹, vt patet Ios. 11. i. Dicit. Inīa fuerat, vt indurarent corda eorū, & pugnarent ꝺ Israel,

Israel, & caderet, & non mererentur nulla clementia. A
Sic etiam fuit de Amasia Rege Iuda, qui offenderat Deum adorando Deos Idumæorum, ideo ipse incitauit eum ad pugnandum contra Ioas regem Israel, vt caderet in manus eius, & sic factū est, vt patet sequenti libro, cap. 25. & 4. Regum 14. Ita & nunc Philisthini peccauerant contra Deum, & in superiori bello puniti fuerant aliqualiter, & tamen non plene pro peccato suo, ideo incitauit eos Deus, vt iterum pugnarent contra Dauid, & vincerentur, & sic sufficienter punirentur pro peccatis suis.

Quare Philisthini non aggressi sunt Dauid tertia vice.
Quæst. XXII.

QVAERITVR vlterius quamquam in ista secun B
da vice superati fuerint Philisthini a Dauid, quare non aggressi sunt eum tertia vice, quia sicut quamquam victi fuissent prima vice, nō timuerunt aggredi secunda, ita q̄q̄ secunda vice vincerentur eadem rōne, poterāt bellum instaurare. Dicendum, q̄ nō ausi sunt Philisthini instaurare rursus bellū ꝺ Dauid, quia bis victi sunt, & valde faciliter, quòd vel fiebat viribus Dauid, vel opere Dei sui. Si primo modo nō audebant iam resistere ei, quia sicut bis fuerāt ei impares viribus, ita & semper credebant se futuros impares, vnde stulte, & inutiliter pugnarēt cōtra ipsum: si autem viribus Dei fiebat, formidabant eum nimis, quia sicut nunc faciliter bis eos fugauerat, atq; disperaret, ita semper eos fugaret: & hoc credebant, quia videbatur sibi, quòd Deus Israel diligebat nimis Dauid, & pugnaret pro eo: Sic etiā Gentiles credebant, quòd aliqui homines erant valde dilecti a Dijs, & pugnabāt pro eis: sic enim dixit Claudianus Poeta Gentilis in libro de laudibus Stiliconis loquens de Imperatore Theodosio:

O nimium dilecte Deo, cui militat æther:
Et coniurati veniunt ad classica venti.

Et dixit hoc, quia cum semel pugnaret Theodosius ꝺ quendam tyrannum potentem, sagittæ quas mittebāt milites illius tyranni, post quàm modicum volarent p aerem, cōuertebantur in eos, & percutiebant illos, vt ait August. in lib. de Ciuita. Dei, & poterant hoc præ- D
sumere Philisthini, quia videbant, quòd Dauid erat vir valde deicola, & nimis religiosus circa Deum suum, & propter hoc Deus diligeret eum: nam per contrarium ipsi Gentiles arguebant cōtra Israelitas: sic enim Rabsaces nuncius Sennacherib arguebat cōtra Israelitas, quòd non deberent confidere in Domino, quòd liberaret eos de manu eius, quia ille est cuius altaria abstulerat Ezechias, 4. Regum 18. & Isaiæ 36. & sic innuerat, quòd offenderant Deū auferendo altaria eius, & propter hoc nō adiuuaret eos. Tertium fuit ex parte Dei: nam Deus incitauerat Philisthinos ad hoc, vt pugnarent contra Dauid duabus vicibus præcedentibus: & hoc fecerat vt diuulgaretur nomen Dauid, & vt punirentur Philisthini pro peccatis suis, & quia in illis E
duabus vicibus sufficienter puniti fuerant, noluit incitare eos amplius, vt pugnarent contra Dauid: etiā quia nomen Dauid sufficienter fuerat diuulgatum per ista duo bella, ideo non oportebat plura fieri.

Quare Deus diuersum modum pugnandi, & vincendi Philisthinos fecit. Quæst. XXIII.

QVAERITVR vlterius, quare Deus fecit diuersum modum pugnandi, & vincendi Philisthinos in isto bello secundo, quàm in primo. Nam in primo bello Deus fugauit Philisthinos incutiendo eis timorem, vt declaratum est supra in quadā quæstione. In secundo autem bello fecit sonitum exercitus audiri inter pyreta, quando erat sonus gradientis in cacumine eorum. Respondendum, quòd poterat Deus multis modis dare Dauid victoriam contra Philisthinos, sicut declaratum est supra in quadam quæstione, & poterat etiam semper per eundem modum dare illi victoriam: voluit tamen, quòd essent modi diuersi ad magis magnificādum potestatem suam, & sapientiam: nam sicut in varietate operum cognoscitur sapientia artificis, ita in varietate dandi victoriam, cognosceretur potestas Dei, & sic fuerunt isti duo modi multum distincti: quia vnum fuit per solam incussionem timoris in corde, alius autem fuit p sonitum extra apparētem; & sic Philisthini cognoscerent magnitudinem potentiæ Dei Israel, s. q̄ potestas sua non erat alligata ad vnum modum: ista etiam fuit causa, quare Deus fecit, q̄ Dauid vinceret Philisthinos in duobus bellis: nam potuisset Deus in primo bello tradere Philisthinos, & non in duobus bellis: nam potuisset in primo bello tradere eos in manu Dauid, ita vt tantum noceret eis, & tot occideret de illis, sicut fecit in duobus bellis: noluit tamen propter duo; primo, quia maior potentia magnificabatur tradendo bis Philisthinos in manus Dauid, quàm tradendo semel, & sic non crederetur quòd factum fuerat hoc casu, vel quòd Deus Israel habebat potestatem limitatā ad aliquod tempus, sed cum tempore poterat prævalere cōtra hostes suos, quod non appareret in vnico bello, etiā si esset ibi magna occasio. Secundum erat propter diuulgationem nominis Dauid, quia magis diuulgabatur nomen eius vincendo bis totam multitudinem Philisthinorum, & fugando illam, quàm si semel vinceret: dato quòd illa vice multos occideret, quia qui semel vincit potest intelligi fecisse casu, qui autem bis vincit æqualiter intelligitur facere viribus proprijs, scilicet, ex aliquo principio habente se vniformiter.

Quare Deus iussit Dauid, vt non veniret in obuiam Philisthinis. Quæst. XXIIII.

QVAERITVR vlterius, quare iussit Deus hic Dauid, vt nō veniret in obuiā Philisthinis, s. contra faciem ipsorum, sed regyraret exercitum suū in circuitu exercitus Philisthinorum, & sic veniret ex aduerso pyrorū. Respōdendū est, q̄ Deus volebat adiuuare Dauid ostēdendo Philisthinis, q̄ p̄ter exercitum, quē hēbat Dauid palā, latebat alius in insidijs post tergū Philisthinorum, & viderent se Philisthini in medio vtriusq; exercitus, & non possent se defendere, sed fugerent p diuersas partes: volebat aūt Deus, q̄ exercitus ille, quem ipse volebat fingere, crederetur a Philisthinis latere intra multitudinem arborū, & ad hoc oportuit, q̄ Dauid faceret istā regyrationem, & nō veniret directe ꝺ eos. Pro quo sciendum, q̄ acies Philisthinorum veniebāt ex parte vrbis Bethlehem ꝺ Ierusalem, & Dauid erat in Ierusalem, & inter vallem Raphaim, in qua Philisthini nunc locauerant castra, & apud vrbem Ierusalem erat multitudo arborum pyrorum: iō Dauid vadens de Ierusalem ꝺ castra Philisthinorū trāsire debebat apud multitudinem illā pyrorum: Dauid autem intendebat sic facere, s. q̄ procederet directe ꝺ faciē Philisthinorū, & poneret acies suas ex illa parte contra Philisthinos, nec iret directe, sed iussit Deus, vt non iret obuiam Philisthinis, sed quando accederet iuxta eos regyraret exercitum suū in circuitū exercitus Philisthinorū, & tunc Philisthini conuerterent facies suas contra Dauid, & dorsa cōtra Ierusalem, & contra arbores pyrorum, & sic quando exercitus, qui latere debebat inter arbores sonaret, turbarentur Philisthini, quia ille exercitus veniret a tergo eorum, & nō possent

sent ante nec retro fugere, sed necesse erat, quòd diuiderentur in multas partes.

An peccaret Dauid procedendo contra Philisthinos. Quæst. XXV.

QVAERITVR vlterius, an Dauid peccaret procedendo cõtra Philisthinos per talem fallaciã, scilicet, vt fingeretur exercitus latere inter arbores a tergo Philisthinorum. Respondendum est, ꝙ non peccauit, & hoc propter multa. Primo, quia non fuerunt hic aliquæ veræ insidiæ: nam non erat aliquis exercitus inter arbores, sed auditus est sonitus, tanquã exercitus venientis a tergo Philisthinorum. Secundo, quia Deus iubebat istud, & dato quòd aliàs talia faceret esset peccatum, nunc quia Deus iubebat non esset peccatum: nam præceptum Dei excusaret, & non solum Deus volebat, quòd essent tales insidiæ, scilicet, apparentes, sed etiam interdum iubebat fieri veras insidias: sic enim fuit, quãdo pugnauit Iosue contra viros vrbis Ahi: nam iussit Deus, quòd poneret insidias post vrbem, & ipse inciperet pugnare contra eos, qui erant in vrbe, & simularet fugam procul recedens ab vrbe, vt sic viri Ahi persequerentur Hebræos: & tunc illi, qui manerent in insidijs intrarẽt in vrbem, & cremarent eam Iosue 8. Tertio patet, quia nihil est illicitum contra hostem, dumtamẽ veritas in promissis ei seruetur: nam ex eo quod aliqui hostes sunt, habent sibi procurare quãta mala potuerint, ideo quilibet debet sibi cauere ab alio: cum intelligat, quòd oportet modum sibi possibilem nocere ei. Quodcunq; ergo euenerit nõ est contra legem hostis, quia non est aliqua fraus, nec celeritas, vbi nulla debet haberi securitas. Quãtum ad illa autem, quæ inter se componunt hostes, tenentur ad inuicem sibi seruare veritatem, quia in hoc securus quilibet debet esse de illo, quod sibi promittitur, in eo autem quod non promittit hostis hosti suo nullo modo debet esse securus, cũ ad hostem pertineat nocere hosti, quantũ potuerit, & tacite intelligitur, quòd hostis nocebit hosti in omnibus illis, de quibus nõ exprimitur, quia si nihil exprimeret, in omnibus nocere posset: Dauid autem non promiserat Philisthinis seruare aliquid, ideo poterat facere contra eos quamcunque fraudem veram, vel apparentem.

Quare Deus præcepit Dauid, ne ascenderet post eos. Quæst. XXVI.

QVAERITVR vlterius, quare Deus dixit Dauid, non ascendes post eos recede ab illis: nam poterat facere Dauid omnia, quæ supradicta sunt de exercitu abscondendo inter arbores nõ faciendo istud. Pro quo sciẽdum, quòd Deus nolebat, quòd Dauid nõ iret directe cõtra Philisthinos ad hoc, quòd lateret exercitus Angelorum inter arbores: Deus tamen iussit, quòd Dauid iret primo contra eos directe, & quando accederet circa castra Philisthinorum, non poneret ibi acies suas, sed fugeret ab eis, idest, retrocederet a Philisthinis, & regyraret exercitum suum in circuitu exercitus Philisthinorum, & poneret acies in parte opposita. Dicendum, quòd hoc fuit conueniens fieri, quia Deus volebat, quòd quando inciperet pugnare Dauid, audiretur strepitus exercitus veniẽtis inter arbores pyrorum, & volebat quòd Philisthini intelligerent, quòd ibi erant insidiæ latentes, ita vt timerent, & cõuerterentur in fugam, & ob hoc debuerunt Hebræi ostendere aliquid per quod Philisthini crederent, quòd insidiæ latebant inter arbores: si enim Dauid venisset ex parte illa posteriore exercitus, & nõ regyrasset per circuitum exercitus Philisthinorum, non habuissent Philisthini occasionem suspicãdi, quòd latebat exercitus inter arbores, & sic quando fieret motus arborum, non illico crederent, quòd exercitus latebat ibi: nunc autem quia Dauid venerat de Ierusalem per locum arborum, & ibi positurus erat aciem, noluit tamen, sed regyrauit exercitum suum per circuitum exercitus Philisthinorum, & posuit aciem in parte opposita & dedit occasionẽ suspicandi, quòd reliquisset insidias aliquas inter arbores, & tunc quando inciperet Dauid pugnare, audirent Philisthini sonitum inter arbores: illico crederent, quòd latebat ibi exercitus propter priorem præsumptionem. Ideo sic decebat fieri.

Quare iussit Deus Dauid, quòd exercitum suum ex aduerso pyrorum poneret. Quæst. XXVII.

QVAERITVR vlterius, quare Deus iussit, quòd Dauid poneret exercitum suum ex aduerso pyrorum. Aliquis dicet, quòd hoc factũ est, quia Deus volebat, quòd inter arbores audiretur sonitus, tanquàm exercitus aduenientis, & lateret ille exercitus inter arbores. Sed dicetur, quòd hoc etiã facere poterat Deus in quacunq; alia parte: nã ex quacunq; parte Dauid aciem suam posuisset, Deus poterat facere, quòd ex parte opposita audiretur sonitus venientis exercitus. Dicendum, quòd hoc non potest stare, quia Deus volebat facere sonitum exercitus veniẽtis, & in quòd nõ esset aliquis exercitus, & appareret aliquid in forma exercitus: si ergo sonitus iste audiretur in aliquo loco plano, vbi nõ essent arbores, vel aliqd aliud, in quo posset exercitus occultari, crederent Philisthini, quòd esset phãtasma, vel aliquid factum opere magico, s. audiret sonitus exercitus, & nihil videret, & sic non curarent de illo sonitu. Ad hoc igitur, ꝙ terreretur, vt fugerent, oportebat quòd poneretur aliquis locus, in quo posset occultari magnus exercitus, & sic audiretur iste strepitus: tũc enim putaretur vere, quòd esset exercitus latens in insidijs, & fugerent: istud autẽ erat, quia bellum fiebat per diem: si autem fuisset factum per noctem, poterat vbicunq; fieri iste sonitus, dato ꝙ non esset ibi locus ad latendum: quia tenebræ noctis facerẽt istud esse credibile: sic enim factum est, qñ rex Syriæ Benadad obsidebat regem Israel in Samaria: nã cum essent Samaritæ in magna fame, fecit Deus per noctem audiri in castris Syriæ sonitum curruum, & equorum, & exercitus plurimi, & fm veritatem nihil erat, quia tñ tenebræ erant, putauerunt, quòd venirent exercitus, & dixerunt: conduxit rex Israel aduersum nos reges Hethæorum, & Aegyptiorũ, & reliquerunt sup nos, & præ timore isto fugerunt relinquentes castra sua, 4. Reg. 7. Nunc aũt erat dies, & non poterãt sic deludi Philisthini, ideo oportebat quòd sonitus fieret in loco, in quo posset occultari exercitus. Nullus autem alius erat, nisi inter arbores: ideo debuit poni re exercitum contra pyrorum arbores: istud verum est, nisi forte voluisset Deus, quòd appareret aliquis exercitus, cuius sonitus audiretur, & tunc poterat fieri sonitus in quacunque parte etiam non occulta: sic enim fuit quando Syri obsidebant Elisæum in vrbe Dothaim; nam timuit eius puer propter multitudinem exercitus, & dixit Elisæus: Noli timere, quia multo plures sunt nobiscum, quàm cum illis, & obtendit puero montem plenum curribus igneis, & equis igneis, & erant assessores super illos: vt patet 4. Regum 6. Nunc autem non dignatus est Deus offendere talem exercitum Philisthinis, quia forte non erant digni videre eum: ideo fecit, quòd audiretur sonitus exercitus, & non videretur aliquid, & sic debuit fieri in loco pyrorum, vt lateret.

Quomodo

Quomodo, & qui, & a quo fiebat iste sonitus. Quæst. XXVIII.

QVAERITVR vlterius de isto sonitu, qui fiebat a quo fieret, & quomodo fiebat. Respõdendũ, ꝙ quidam volunt, ꝙ erat ventus, qui percutiebat capita pyrorum: sic enim ait Iosephus 7. Antiq. s. ꝙ non prius Dauid inciperet dimicare, donec arbores vento flante mouerentur. Dicendũ aũt, ꝙ forma sonitus ipsius erat tanq̃ aliquis ambularet sup cacumina arborum, & cõcuteret frõdes, iõ dr̃ cum audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum: & dicendum, ꝙ iste sonitus causabat ab Angelis multis, vel ab Angelo vno, & poterat fieri multipliciter: vno modo, ꝙ Angeli causarent ventum quendã, qui cum magno fragore cõcuteret arbores, & mouerentur: alio modo põt intelligi, ꝙ ipsimet Angeli concuterent arbores sine aliquo vento. Tertio modo põt intelligi, ꝙ Angeli in corporibus assumptis formarent aliquos sonitus pertinentes ad exercitum, & ẽt concuterent arbores, vt vere putaret, ꝙ exercitus latebat ibi. Primus modus istorũ satis est possibilis. Nã sic factũ est, qñ Israelitæ erant in deserto in mansione, q̃ vocatur sepulchra cõcupiscentiæ. Nã dr̃ ibi, ꝙ ventus egrediens a Dño arreptas transmare coturnices detulit, & demisit in castra, Num. 11. & ibi declaratum est, ꝙ ille ventus ab Angelis fiebat: nõ tñ cõuenit iste modus in p̃senti: qa si ventus cõcuteret frondes arborum perflaret ille ventus castra, & tunc nõ putaretur, ꝙ aliquis exercitus lateret inter arbores, sed ꝙ vento flante cõcutiebãtur, & sic nõ proficeret aliquid ille sonitus q̃ a Dño fieret, quia non attenderent ad illũ Philisthini. Secundus modus rõnabilior est, s. ꝙ Angeli concuterent arbores, nõ existente aliquo vento, & p hoc magis poterãt moueri Philisthini ad putandũ, ꝙ esset aliquis exercitus latẽs inter arbores, cũ audirent arbores moueri, & nõ flaret aliquis ventus, a quo mouerentur. Sed adhuc iste modus nõ est oĩno sufficiens, quia si solum cõcuterentur arbores, nõ fieret sonitus talis, qualem solet facere exercitus: quia in exercitu auditur innitus equorũ, fragor armorũ, strepitus quadrigarũ, & clangor tubarum. Motis aũt solis arboribus, non fieret aliquis sonitus, nisi qualem solent facere arbores, & p hoc non putaretur exercitus venire. Tertius ergo modus ponendus est, s. ꝙ Angeli in corporibus assumptis facerent istum sonitum, & tunc poterãt ipsi tunc reddere sonitum equorum, armorum, quadrigarũ, & tubarum, vt putaretur verus exercitus, sic enim factũ est, qñ Syris obsidentibus Samariã Deus fecit audiri sonitum exercitus venientis contra eos: nã fecit distinctos sonos equorum, & quadrigarum, & aliarum rerũ, quæ solent esse in exercitu. Sic patet 4. Re. 7. s. Siqdem Dñs sonitũ audiri fecerat in castris Syriæ curruum, & equorum, & exercitus plurimi, ita ergo fieret hic.

Quare dixerit Deus Dauid: tunc egredieris ad bellum, quando audieris sonitum gradientis, &c. Quæst. XXIX.

QVAERITVR vlterius, quare dixit Deus Dauid; cũ audieris sonitũ gradientis in cacumine pyrorũ, tunc egredieris ad bellum. Respõdendum vno modo, ꝙ Deus volebat ꝙ Dauid pugnaret eo tpe, quo ipse adiuuaret eum, qtia aliàs non pualeret cõtra Philisthinos. Vt aũt sciret Dauid, qñ Deus incipiebat adiuuare eum, dedit ei signum, s. ꝙ qñ audiret sonitũ gradientis in cacumine pyrorũ: tunc intelligeret se adiuuari a Deo, & inciperet pugnare, & hoc significare vr̃ litera, cũ dicit: Egressus est enim Deus ante te, vt percutiat castra Philisthinorum, i. tũc cum audieris istum sonitum Deus egredietur ad pugnandum cõtra castra Philisthinorum: & tunc potes tu egredi. Secundo põt

dici, ꝙ hoc factum est ad hoc, ꝙ Philisthini crederent latere insidias inter arbores, & sic fugerent a facie Dauid. Nam si Dauid inciperet pugnare contra Philisthinos, anteq̃ audiretur sonitus exercitus inter arbores, non proficeret, ꝙ postea fieret iste sonitus, quia tunc non audirent illum Philisthini propter clamores magnos, qui fierent, postq̃ inciperet bellum, ideo debuit fieri anteq̃ inciperet Dauid pugnare, & tunc Philisthini audirent sonitum illum, & suspicarentur, ꝙ ibi latebat aliquis exercitus, & cum illico Dauid inciperet pugnare crederent Philisthini, quòd latebant aliqui inter arbores, & quòd inter eos, & Dauid fuerat conuentum, vt simul inciperent ad pugnãdum, & sic nimis timerent Philisthini. Alij autem dicũt, quòd factum est hoc: quia Deus sciebat quãdam horam, in qua ille, qui aggrederetur hostem suum superaret: Dauid autem nesciebat illam, ideo Deus dedit ei signum ad cognoscendum illam horam, s. quando audiret sonitum gradientis in cacumine pyrorum. Sed dicendum, ꝙ istud non stat propter duo. Primo, quia ista est superstitio, s. ꝙ aliqua hora esset habens hanc efficaciam, s. ꝙ aggrediens hostem suum in illa vincat: nam tempus nõ habet tales vires, nec etiam corpora cœlestia. Et dato, ꝙ aliquid tale esset, Deus non diceret hoc Dauid ne instrueret eum in obseruationibus dierum, & temporũ ad incipiẽdas aliquas res, quia per hoc habetur introitus ad omnes superstitiones, & Deus vult maxime cauere omnes superstitiones: Quod patet Iere. 10. s. Iuxta vias gentium nolite discere, & a signis cęli nolite metuere, quæ timent gentes, quoniam leges populorum vanæ sunt. Idest, regulæ datæ a Gentilibus de obseruando tempora, & alias superstitiones magicas, & astrologicas vanæ sunt. Secundum est, quia iste sensus non concordat literæ, in qua dicitur egressus est enim Dominus ante te, vt percutiat castra Philisthijm: non ergo faciebat hoc aliqua hora, aut virtute cœli, sed Deus, qui in illo tempore volebat adiuuare Dauid.

Quomodo egressus est Dominus, vt percutiat Philisthinos. Quæst. XXX.

QVAERITVR vlterius quomodo intelligitur, ꝙ Dominus egressus est, vt percutiat castra Philisthijm ante te. Respondendum est, quòd potest dupliciter intelligi: vno modo, quòd Deus percuteret castra Philisthijm, idest, traderet illa in manu Dauid ad percutiendum. Aliter potest intelligi, ꝙ egressus est ad pcutiendum, i. ꝙ vere Deus, siue Angelus pcusserit aliquos de Philisthinis: p̃supponẽdũ est aũt, p quocunq; istorũ sensuum, ꝙ Deus nihil istorum faciebat, sed Angeli sui faciebãt: nam ipsi sunt ministri eius ad omnia illa, quæ Deus facere vult ad vtilitatem electorum, vt patet ad Hebræ. 1. s. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Et Psal. 102. Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignẽ vrentem: etiam Deus multa istorum per se facere nõ posset, quia consistunt in motu, & operatio Dei non potest consistere in motu, cum esse suũ non sit in motu, & esse, & operatio in eo sunt idem, vt declaratum est, Exodi 23. & 25. & Iosue 11. Angeli autem possunt facere operationes, quæ consistant in motu, eo quòd esse suũ non habet simplicitatem æternitatis, nec sunt puri actus. Accipiendo ergo primo modo intelligitur, quòd vnus Angelus Dei, vel multi in assumptis corporibus, facerent inter arbores sonitum exercitus, & per hoc Philisthini fugerent a facie Dauid, & si traderentur in manus eius, dicerentur illi Angeli percutere castra Philisthinorum, idest, tradere

ea Dauid ad percutiendum. Nam si non fecissent Angeli illum sonitum exercitus, nō fugarentur Philisthinæ facie Dauid. Accipiendo secūdo modo est sensus, q̄ non solum Angeli fecerunt illum sonitū ad hoc, q̄ Philisthini putarent, q̄ veniebat exercitus contra eos, & fugerent, sed ēt q̄ illi percusserint aliquos de Philisthinis, istud enim poterat esse: nam Angelus Domini venit in castra Sennacherib per noctem, & occidit ibi centum octogintaquinque millia virorum, 4. Reg. 16. & sic in isto exercitu occiderētur Philisthini aliqui ab Angelis, quamquam non apparerent Angeli in figura assumpta: sic etiam in multis aliis bellis factum est: nam quando quinque Reges Amorrhæorum fugiebant a facie Iosue in die, qua stetit Sol, misit Deus lapides magnos de cœlo, Iosue 10. & illi missi fuerunt ab Angelis, cum Deus nihil istorum per se agat, sicut supra declaratum est, & iste modus est satis verisimilis, quamquam vterque potest stare.

An verum sit, quòd Dauid percusserit Philisthinos de Gabaon vsque Gazera. Quæst. XXXI.

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, q̄ percussit Dauid castra Philisthinorum de Gabaon vsque Gazera. Nam videtur, q̄ percussio computanda sit ab illo loco, a quo incēperunt fugere Philisthini, & tamen ipsi cēperunt fugere a loco illo, in quo erant castra, scilicet, de valle Raphaim. Dicendum, q̄ dicitur percussisse eos de Gabaon, quia quamquam fugere incēperunt ex loco castrorum, tñ nō incēpit percussio ex ipso loco, sed apud vrbem Gabaon, & hoc forte fuit, quia cum audierunt Philisthini sonitum exercitus de medio pyrorū, & viderunt Hebræos simul insurgentes contra se, plurimi eorū timuerūt, & fugerunt. Aliqui aūt māserunt, & illos occiderunt Iudæi, & dum occiderent eos fugerunt reliqui, & Israelitæ persecuti sunt eos, nec potuerunt consequi illos vsque ad vrbem Gabaon, & ibi incēperunt percutere eos, & durauit percussio vsque ad vrbem Gazera: Hoc autem fuit, quia Israelitæ fatigati non potuerunt eos vltra prosequi, vel quia illi iam erant tantum dispersi, q̄ non reperiebantur duo, vel tres pariter, & sic Israelitæ non poterant eos persequi, quia oportebat, q̄ etiam ipsi diuiderentur ad persequendum illos, & istud non expediebat Israelitis. Vel potest dici, quòd ciuitas Gazera pertinebat ad Philisthinos, & ibi recollecti sunt fugientes, nec potuerunt eos prosequi Israelitæ. Et hoc satis verisimile est, quia ciuitas Gazer est in sorte Ephraim, & isto tempore adhuc pertinebat ad Chananæos: nam filij Ephraim permiserunt eos ibi habitare, vt essent tributarij ipsorum, Iosue 16. & Iudicum 1. & durauit hoc vsque ad tempus Salomonis, quando Pharao Rex Aegypti ascendit in terram Israel, & occupauit vrbem illam, deditque eam in dotem filiæ suæ, 3. Regum 9. Poterant ergo nunc Philisthini intrare in vrbem Gazer, vt ibi euaderent, & desinerent Israelitæ prosequi eos. Sed tunc dicetur, quomodo Philisthini pugnantes in valle Raphaim fugerent contra vrbem Gabaon, & Gazer. Nam cum ipsi vellent fugere in terram suam, debebant fugere versus Meridiem, quia terra Philisthinorum est in parte maxime Meridiana totius terræ Chanaan, & ideo deberent fugere per loca sortis Iudæ: quia illa sunt maxime Meridiana in omnibus sortibus Israelitarum: fugerūt tamen versus Aquilonē ad vrbem Gabaon, q̄ est in sorte Beniamin; & ad vrbē Gazer, q̄ est in sorte Ephraim: istę aūtē sortes sunt magis Aquilonares, quàm sors Iudæ. Dicendum, quòd hoc factum est, quia Israelitæ compulerunt Philisthinos sic fugere: nam quādo Philisthini posuerūt castra sua in valle Raphaim, Dauid veniebat contra eos ex parte Aquilonari, s. de Ierusalē, & ibi positurus erat aciem suā, sed regirauit exercitū suū in circuitu exercitus Philisthinorū ad partē oppositā, & sic erat exercitus Dauid a Meridie, & exercitus Philisthinorū a parte Aqlonari: multitudo autē pyrorū, inter q̄ auditus est sonitus latētis exercitus, erat adhuc magis Aqlonaris, q̄ castra Philisthinorū, & ob hoc q̄n Philisthini voluerunt fugere: non potuerunt directe cōtra Meridiem, nec cōtra Aqlonem fugere, sed inter vtrūque fugerunt: magis tñ declinauerunt ad Septentrionem: ideo venerunt primo in Gabaon, qui erat locus magis Septentrionalis, q̄ vallis Raphaim, vbi factum est bellum: eo quòd Gabaon est in sorte Beniamin: deinde venerunt in vrbem Gazer, quæ adhuc est magis Aquilonaris, scilicet, in sorte Ephraim, & ibi cessauerunt Israelitæ p̄seq̄ Philisthinos propter causam dictā.

Quomodo diuulgatum est nomen Dauid in omnibus regionibus per ista bella. Quæst. XXXII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, q̄ diuulgatum est nomen Dauid in omnibus regionibus per ista bella, nam non poterat diuulgari per omnes regiones, etiā si fecisset plura, & mirabiliora bella, q̄ nunc fecit. Nā non pōt fama vnius hois extendi per totum orbem, quantūcunq; ille famosus sit: nā etiā fama alicuius vrbis magnæ non extenditur per totū orbem, & sunt in illa multi viri famosi: a fortiori ergo nō poterit extendi fama vnius hominis: sic enim fuit de vrbe Romana, quæ in tempore illo, quo gloriosior erat nō transcenderat fama eius Caucasum montem, nec peruenerat ad Indos, vt ait Boetius de Consolat. lib. 2. prosa 7. s. Aetate denique Marci Tullij, sic ipse quodam loco significat, nondum Caucasum montem Romanæ Reipublicæ fama transcenderat, & erat tunc adulta: Parthis etiam cęterisq; id locorum gentibus formidolosa: Vides ne igitur quàm sit angusta, quàm cōpressa gloria, quam dilatare, ac propagare laboratis? an vbi Romani nominis transire fama nequit, Romani hominis gloria progredietur? quasi dicat, Non vnquàm fuit tanta fama Dauid, sicut vrbis Romanæ per orbem: ideo non fuit nomen suū diuulgatū per omnes regiones, sed dicitur in cunctis regionibus, scilicet, in multis, quia sic loquitur sacra scriptura: sic enim dicitur Genes. 11. Omnes prouincię veniebant in Aegyptum, vt emerent escas. Et tñ manifestū est, q̄ nō veniebant omnes prouinciæ, sed multæ: quia si omnes venirent, non potuisset Aegyptus dare aliis omnibus prouincijs sæculi saltem in vno mense: potissime quia etiā si vellent non possent omnes prouincię venire in Aegyptum. Vel potest intelligi, quòd veniebant omnes prouinciæ in Aegyptum, scilicet, prouinciæ propinquæ. Ita hic diuulgatum est nomen Dauid in omnibus regionibus, scilicet, in omnibus regionibus propinquis, & istud est magis verisimile, & magis consonat modo loquendi scripturæ: Modus aūt multiplicādi famam Dauid, fuit super omnes regiones, q̄a nūc fecit bella mirabilia, & quamquam prius esset incognitus, cum non fecisset aliqua nimis excellentia, nunc omnes gentes vicinæ audiuerunt nomen eius, & sciuerunt, quòd bis vicisset Philisthinos mirabiliter, & tamen illi erant gens multa, & populus robustus.

Quis nam fuerit modus incutiendi timorem Dauid super omnes gentes. Quæst. XXXIII.

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur, quòd Deus dedit pauorem Dauid super omnes gentes, quis enim fuit modus incutiēdi timorem? Respōdendum, quòd licet dicatur, quòd super omnes gentes fuit pauor Dauid, non est intelligendum, nisi de gentibus propinquis: quia illæ gentes, quæ non audierant nomen Dauid, non poterant timere eum: & tamen multæ gentes erant, ad quas nō peruenerat fama eius, vt declaratum est præcedenti quæstione: ideo in illis non esset pauor eius, fuit autem nomen Dauid solum diuulgatum per regna aliqualiter vicina: ideo super gentes illas esset pauor eius. Quamquam in hoc considerandum est, quòd pauor accipitur aliquando pro timore, aliquando pro admiratione. Accipiendo primo modo nō veniebat pauor Dauid super omnes gentes, quæ audiuerant nomen eius, quia solum ille gētes timuerunt eum, quibus poterat nocere, nec erat verisimile, quòd noceret alicui, nisi vicinis cum quibus poterat communicare: distantibus autem nō posset nocere, & tamen nomen suum posset extendi ad multos distantes. Accipiendo pauorem pro admiratione, dicendum quòd ad omnes illas gentes, ad quas peruenit nomē Dauid peruenit etiam pauor: quia oēs admirabantur de tam mirabilibus victorijs Dauid, & tam faciliter habitis. Modus autē, quo Deus daret pauorem eius super gentes poterat esse duplex. Primus est, quòd Deus nihil faceret specialiter in dādo pauorem Dauid super gentes, sed in dando ei victorias, de quibus gentes pauerent: habuerat Dauid duas victorias mirabiles cōtra Philisthinos, ex quibus sequebatur pauor in omnibus audiētibus. Cum ergo Deus esset causa illarum victoriarum, etiam diceretur esse causa infligens pauorem illū, quia quidquid est causa antecedentis, est causa consequentis. Secundus modus est, quòd Deus specialiter causaret in cordibus gentium propinquarum pauorem Dauid. Nam in manu Dei sunt corda omnium hominum, & pōt illa mouere ad quamcunque passionem voluerit, s. ad gaudium, ad tristitiā, ad timorem, ad iram, & sic de cæteris passionibus: sic patet Prouerb. 21. s. Sicut diuisiones aquarum, sic cor regis in manu Domini, & quocunque voluerit vertet illud. A fortiori ergo corda aliorum hominum erant in manu Dei, si cor regis est in manu eius, cum ipse sit potentior: Deus autem incutit istum timorem gentibus, quibus vult, vt subijciantur alijs, & deleantur ab eis propter peccata sua: sic enim fuit de Chananæis superquos Deus posuit timorem Israelitarum, vt fugerent a facie ipsorum, & occiderentur ab eis, vt habetur Exodi 23. s. Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris, & cunctorum inimicorum tuorum coram te terga vertam. Sic etiam quando Israelitæ peccabant, Deus incutiebat timorem cordibus eorum, Leuit. 26. scilicet, Qui de vobis remanserint dabo pauorem in cordibus eorum, in regione hostium terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium: cadent nullo sequente, & corruent singuli super fratres suos, quasi bella fugientes: nemo vestrum audebit inimicis resistere: Aliquando Deus immittit timorem quibusdam gentibus, vt non noceant alijs: sic enim fuit quando filij Iacob occiderunt omnes viros vrbis Sichem, nam omnes Chananęi, qui erant per circuitum volebant venire super Iacob, & domum suam ad delendum illum, Deus tamen incussit timorem omnibus gentibus per circuitum, vt non auderent persequi Iacob: Sic patet Genes. 35. scilicet, Cumque profecti essent, terror Domini inuasit omnes per circuitum ciuitatis, & non sunt ausi persequi recedentes. Sic etiam factum est nunc, quia cum Dauid bis vicisset Philisthinos, forte omnes gentes in circuitu vellent insurgere contra eum ad delendum ipsum, ne diuinitus ipse deleret illas, ideo Deus incussit timorem omnibus gentibus, vt non auderent insurgere contra Dauid in bellum, & sic daretur ei pax ab omnibus gentibus, per circuitum: Quod factum est, nā post istud infra 17. dicitur, q̄ Dauid habebat pacem ab oībus gentibus, & magis patet 2. Reg. 7. & pp hoc voluit ipse nunc ædificare tēplū Dño, sed ꝓhibitus est, vt patet ibidem.

CAP. XV.

IECIT quoque sibi domos in ciuitate Dauid, & ædificauit locum arcæ Dei, tetenditque ei tabernaculum. Tunc dixit Dauid. Illicitum est, vt a quocunque portetur arca Dei, nisi a Leuitis, quos elegit Dominus ad portandum eam, & ad ministrandum sibi vsque in æternum.

IN præcedentibus dicto de arcæ portatione, quæ interrupta est, hic agitur de eadem portatione: secundo de venerabili situatione, sequenti cap. Prima in duas, quia primo ponitur quędam conueniens præparatio pro arcę portatione: secundo agitur de ipsa translatione, ibi. *Igitur dicendum.* Prima in duas, quia primo ponitur prępparatio quędam conueniens, quantum ad illa, quæ arcam portabant: secundò quantum ad eos, qui istam portationem solennizabant, scilicet, quantum ad illos, qui cantabant in circuitu arcæ, ibi. *Dixitque Dauid principibus.*

An hic sit ordo continuatus ad præcedentia. Quæst. I.

QVAERITVR circa primum an ea, quæ habentur hic sint continuata ad præcedentia, vel fuerint facta prius. Et dato, quòd sint continuata, an fuerint facta immediate, vel aliquanto tempore interiecto. Ad primum dicendum, quòd ista sunt continuata præcedentibus. Nam illa duo bella, de quibus hr̄ p̄ced. cap. & fabricatio domus Dauid p artifices Hirā regis Tyri, prius facta sunt, q̄ ea, q̄ habentur hic, & ēt q̄ illa q̄ habētur supra 13. & tñ ista facta sunt post illa, q̄ habētur supra 13. ergo facta sunt post ea, q̄ habentur p̄ced. cap. Patet hoc, qa p̄ced. cap ꝓbatū est, q̄ bella, q̄ habentur ibi, fuerint prius, q̄ portatio arcæ de Cariathiarim in domum Obededom, de qua hr̄ supra 13. Illa tñ portatio fuit ante istū, quia hic agit̄ de portatione illa, q̄ fuit de domo Obededom in domū Dauid. Iō a fortiori ista erunt facta post illa, q̄ hñr p̄ced. cap. Ad secundū dicēdū, q̄ nō apparet an fuerint ista facta immediate post illa, vel quāto tpe. Dicendū tñ, q̄ necesse fuit interponi aliquantum tps, qa post q̄ facta sunt ea, q̄ hñr p̄ced. cap. fuerunt facta ea, q̄ hñr supra 13. vt dictū est. Et tñ ea, q̄ hñr supra 13. fuerunt ante ea, quę hñr hic p tres menses: iō necesse est, q̄ plus q̄ tres menses interciderint inter ea, q̄ hñr p̄ced. cap. & hic, fuerunt aūt isti tres mēses, quibus māsit arca Dñi in domo Obededom, supra 13. Circa primū dr̄. *Fecitque sibi domos.* Continuatur ad p̄cedentia, s. non solum Dauid fecit illa bella cōtra Philisthinos, q̄ habentur præcedenti cap. sed etiā fecit sibi domos regales ad habitandum. *In ciuitate Dauid.* Vocatur ciuitas Dauid castrum mōtis Sion in Ierusalem. Et vocatur sic, quia Dauid acquisiuit castrum illud de potestate Iebusæorum, vt patet 2. Regum 5. & supra 11. voluitque vocari ex nomine suo ciuitatem Dauid. Et fuerunt in isto castro palatia Regis, & templum Domini. Populus autem extra castrum habitabat in parte inferiori vrbis: nam in Ierusalem erant tres clausuræ, siue tres muri, vt tangitur 4. Regum vigesimo secundo, & ibi declaratum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et ædificauit locum arcæ Dei. Fuit enim quoddam palatium magnum, in quo posita est arca: & ibi fiebant omnia ministeria per sacerdotem, & Leuitas. De quo declarabitur in secunda quæstione. *Tetenditque ei tabernaculum.* Istud tabernaculum erat aliquod tentorium de pellibus, vel de lino factum, sicut solent esse tentoria, quæ portantur ad bellum. Quod patet, qa dr̃ tetendit. Et nō pōt intelligi hoc de aliquo ædificio facto de ligno, vel lapide, qa ista nō extenduntur, sed solū factū de pellibus, vel panno: intra istud tabernaculū latebat arca, vt non videretur ab oībus. *Tunc dixit Dauid.* Scilicet, Facta ædificatione dixit ista, q̃ sequuntur de portatione arcæ: non tamen est intelligendum, quòd immediate post ædificationem illam dixerit, sed postea dixit: Ponitur tamen hic ad continuationem eorum, quæ dicuntur, vt declarabitur infra quæstione tertia.

Illicitum est, vt a quocunque portetur arca Domini, nisi a Leuitis. Dauid volebat nunc dare formā qualiter portanda esset arca de domo Obededom in domū suā, & dixit ista, q̃ sequunt̃. Nā in priori portatione fuerat error, & occisus est Oza: iō volebat Dauid q̃ nunc caute, & fm legem ista fierent, & ad hæc præmisit q̃ arca nō poterat ab aliquo licite portari, nisi a Leuitis: eo q̃ ad officium suum pertinebat istud, & quicunque vellet vsurpare hoc, vel immiscere se eis, occideretur a Dño, Nu. 1. & 16. & 18. *Quos elegit Dominus ad portandum eam.* Deus repulit cæteras tribus a sua ministratione, & fecit Leuitas esse ministros suos, iō iussit Nume. 1. q̃ nō cōputarent̃ Leuitæ cū popularibus, sed ipsi separarent̃ ad oēs necessitates tabernaculi, & portare debebāt ipsi arcā, & oīa, q̃ erāt in Sanctuario, vt patet Nu. 3. & 4. Portatio tm̃ arcæ specialiter assignata fuit Leuitis, qui erāt de stirpe Caath, vt patet ibidem. *Et ad ministrandum sibi vsque in æternum.* Idest, Deus elegit Leuitas, vt sibi ministrent semp: iō nō debet eis sufficere, q̃ ministrauerint vsq; nunc, sed etiā debent semp ministrare, & nūq̃ licet laicis ministrare. Possunt accipi hic Leuitæ, vt Leuita dicit genus, vel vt dicit officiū. Nā primo modo oēs de stirpe Leui vocātur Leuitæ, & sic etiā sacerdotes vocātur Leuitæ, & tūc verum est, q̃ Deus elegit Leuitas ad ministrandum sibi, quia cum Leuitæ, q̃ minores sunt, q̃ sacerdotes, ministrant Deo diuersis ministrationibus, accipiendo etiā Leuitā, vt dicit officium, verum est, quia Leuitæ sunt in gradu tunc inferiori, q̃ sacerdotes, & competunt eis ministrationes minores. Nam debent seruire in eis, quæ iusserint sibi sacerdotes, vt patet Numeri 3. & 8. & 18.

Quæ fuerunt istæ domus, quas dicitur hic ædificasse Dauid. Quæst. II.

QVAERITVR quæ sunt istę domus, quas dicitur hic ædificasse Dauid. Respōdendum, q̃ istę fuerunt domus, quas fecerunt sibi artifices Hiram regis Tyri. Nā misit Hiram artifices, & ligna cedrina ad Dauid ad fabricandum domos, preced. cap. Nec est dicendum, q̃ istæ sint alię domus ab illis: quia tunc aut Dauid ædificauisset istas, anteq̃ Hiram mitteret ei artifices, & ligna ad ædificandum domum, vel post. Non prius, quia si Dauid faceret sibi aliquas domos illæ essent pulchræ, & magnæ, quales decebat habere regem: & tunc non erat necesse, quòd Hiram mitteret eis artifices, & ligna ad fabricandum domum, quia non est verisimile, quòd miserit Hiram ista, nisi quia sciebat, quòd Dauid non habebat domos conuenientes statui suo. Nec etiam est dicendum, quòd Dauid ædificauerit sibi istas domos, postquàm artifices Hiram ædificauerant sibi domum: quia domus illa esset valde solennis: nam materia erat excellens, scilicet, ligna cēdrina: non enim poterant pretiosiora ligna poni in ædificatione domus. Etiam artifices erant valde eruditi: nam propter hoc Hiram miserat artifices de terra sua, scilicet, quia in terra Israel nō erant tam eruditi artifices, sicut Sidonij, & Tyrij, vt probatū est precedenti cap. & patet 3. Regum 5. Si tamen Dauid faceret aliquam domum sibi, postquàm serui Hiram fecerant sibi domos, hoc esset, quia vellet facere domos excellentiores ad habitandum. Istud tamen nō poterat, cum nec haberet materiam tam excellentem, nec artifices tam peritos, ideo non fecit sibi aliquas domos. Secundo patet, quia si fecisset Dauid sibi aliquas domos post illas, quas fecerunt serui Hiram habitaret in eis, & tamen ipse habitabat in domibus, quas fecerant serui Hiram, vt patet infra 17. cap. Ecce ego habito in domo cedrina. Et tamen ista erat domus, quam fecerant serui Hiram, quia Hiram miserat ligna cedrina Dauid ad ædificandum ea, præcedenti cap. Non ergo fuerunt aliæ domus istę, de quibus dicitur hic de domibus, quas ædificauerunt serui regis Hiram, de quibus præcedenti cap. sed hic fit repetitio ad tenendum ordinem artificialem in procedendo, quia hic describitur de portatione arcæ in domum Dauid: ideo facit scriptura mentionem de illa domo, dicens quòd ædificauit sibi Dauid domos, & hoc quia serui regis Hiram ædificauerunt pro eo.

Quis fuerit locus arcæ, quem ædificauit Dauid. Quæst. III.

QVAERITVR vlterius quis fuit iste locus arcæ, quem ædificauit Dauid. Respōdendum, quòd Dauid, ad quem multi intrarent, sed erat aliquis locus fuit quoddam palatium magnum, in quo poneretur arca, & ibi ministrarent Leuitæ, & sacerdotes coram ea, & fuit istud palatium in domo Dauid. Vnde nunc dicitur, quòd tulerunt arcam in domum Dauid, vt patet hic, & sequenti cap. & 2. Regum 6. Nō tamen erat istud palatium aliquis locus communis in domo Dauid, ad quem multi intrarent, sed erat aliquis locus separatus, ad quē nullus de domo Dauid intrabat, nisi quando intraret ad orandum. Nam ista domus percludebatur, & aperiebatur: & Leuitæ habebant cura de claudendo, & aperiendo eam: vnde constituti fuerant de Leuitis quidā ianitores, qui obseruarēt ianuas istius palatij, vt non ingrederetur illuc aliquis immundus, nec quisquam nisi cum deuotione, & reuerentia: de hoc patet infra in litera, & sequenti cap. Dauid quoque quamquam haberet istud palatium in domo sua, non introibat illuc quādocunque, nec sub qualicunq; dispositione, sed prius mundabatur: sic enim patet 2. Regum 13. quādo mortuus est puer, quem genuerat Dauid de Bethsabee de adulterio. Nam tunc surrexit Dauid de terra, & lotus, & vnctus est, & mutauit vestem: ingressusque est in domum Domini, & adorauit, & sic non intrauit illuc quousque faceret omnes istas dispositiones, eo quòd faciebat differentiam inter domum suam, & domum Dei: pars tamen domus, in qua habitabat Dauid, adhuc erat aliqualiter sanctificata propter propinquitatem alterius partis domus, in qua erat arca: vnde Salomon noluit, quod vxor sua habitaret in domo, in qua habitauerat David: quia ibi fuerat arca, vt patet, sequenti libro, capitu. octauo, scilicet, Non habitabit vxor mea in domo Dauid Regis Israel, eo quòd sanctificata sit, quia ingressa est in eam arca Domini. In isto palatio magno erant Leuitæ quotidie ad canendum laudes Domino per ordines suos, & erant ianitores qui custodiebant portam, ne introiret aliquis immundus, & erant distincti isti Leuitæ. Cantores in tres partes, quia quidam chorus erat ad dextram, & alius ad sinistram, & alius in medio, vt patet supra &

& aliqualiter sequenti cap. In isto etiā palatio magno erat altare, in quo fiebant holocausta: quia interdum Dauid offerebat ibi sacrificium, & etiam cæteri de populo. Et hoc patet, quia quando Adonias filius Dauid fugit ad tabernaculum a facie Salomonis tenuit cornu altaris, vt pater 3. Reg. 1. & quādo Ioab ēt fugit a facie Salomonis introiuit in tabernaculū, tenuitq; cornu altaris, eo. lib. cap. 2. Erat ēt ista domus priuilegiata, sicut tabernaculū Moysi, q̃q̃ non ex necessitate, saltem fm ex quadā honestate, iō illi, qui timebant cōfugiebāt ad illud tabernaculū, sic enim fuit de Adonia, q̃ timēs q̃ Salomon frater suus occideret eū, confugit ad istud tabernaculū, 3. Reg. 1. Ioab quoq; timens Salomonē fugit illuc, & obseruabat aliquam reuerētiā Salomon illi templo. Nā iussit ipsi Ioab, q̃ exiret ad hoc q̃ occideretur extra, & cū noluisset exire iussit, q̃ occideretur interius, & sic factū est, eo. lib. cap. 2. In isto aūt palatio erat quoddā tentoriū de pellibus iacynthinis magnū extentū ad vnā extremitatē domus, & in illo ponebat̃ arca, vt non videret̃ ab oībus: Sic patet infra 17. cū Dauid dixit ad Nathan Prophetā: Ecce ego habito in domo cedrina, arca aūt fęderis Dñi sub pellibus est. Idest, tentorio facto de pellibus iacynthinis, qñ ēt arca portabatur in bellum, portabatur simul istud tentoriū de pellibus, vt figeretur in campo, & ibi poset arca honeste poni: sic enim patet, qñ Vrias venit de bello ad Dauid, & iussit ei Dauid, vt ascenderet in domū suā: ipse aūt̃ dixit, q̃ non descenderet, inquiens: arca Dei, & Israel habitat in papilionibus: & dñs meus Ioab, & serui dñi mei sup faciem terræ manent, & ego ingrediar domum meam? q. d. non est iustum, q̃ ego ingrediar in domum meam: cum arca Dei sit sub papilione, idest, sub tentorio facto de pellibus in bello, 2. Reg. 11.

Quando, & ad quid Dauid dixerit ista verba: Illicitum est, vt a quocunque arca portetur. Quæst. IIII.

QVAERITVR vlterius, quando dixit Dauid ista verba, s. illicitum est, s. vt a quocunq; portet̃ arca, & ad qd hoc dicebat. Rndendū, q̃ Dauid volebat portare arcam de domo Obededom in domum suā, & volebat dare formam portādi. Nam in superiori portatione, quæ fuit de Cariathiarim in domū Obededom acciderat error, & mortuus fuerat Oza, supra 13. Et fuit istud, quia portantes arcam nō bene se habuerant: iō voluit nūc ordinare, qui portarent arcā, & noluit hoc cōmittere laicis, qa ipsi indigni erant ad tāgendū eā, & morerent̃, si tangerent. Nā Oza erat Leuita, & quia tetigit indebite arcā mortuus est: a fortiori morerentur illi, q̃ nō erant Leuitæ: iō statuit, q̃ Leuitę portarēt arcā: & ad hoc p̄supposuit dicens illicitū est, vt a quocunq; portet̃ arca Dei, nisi a Leuitis, quos elegit Deus, & deinde particulariter incepit ordinare de modo portationis vocando Leuitas, vt patet infra in litera. Ad aliud dicendū, q̃ ista verba dicta fuerūt a Dauid tunc, quando ipse incipiebat disponere de portatione arcæ in domum suam. Sed obijcietur, qa dr̃ in litera fecit Dauid sibi domos in ciuitate, & ædificauit locum arcæ, & sequitur tunc dixit Dauid: illicitū est, vt a quocunque portetur arca, & sic necessario refertur ad immediatum, s. de ædificatione domus. Dicendum, q̃ nō refertur ad illud tempus. Nam manifestum est, q̃ ista verba dicta sunt ad dādum formam de portatione arcæ in domum Dauid, & tamen ipse ædificauerat domos, & parauerat locum arcæ multo prius, quàm duceret arcam in domum suam: nā sicut declaratum est præcedenti cap. prius ædificauit Dauid domum, & parauit locum arcæ, quàm portaretur de Cariathiarim in domū Obededom: nā illa prima vice intēdebat Dauid portare arcā in domū suā, & portauisset, nisi superuenisset impedimentum de morte Oza, vt patet supra 13. Et tamen Dauid nō inciperet portare arcam in domum suā, nisi iam parasset ei locū, & tm̃ ista verba, quæ habentur hic nō fuerunt dicta pro prima portatione, sed pro secūda. Quod patet, qa Dauid hic dicit, qa non eratis hic a principio, pcussit nos Dñs. Dicēdū ergo, q̃ hic subintelligēdū est aliqd, ad quod referat̃ lra ista, s. q̃ fecit Dauid domos, & parauit locū arcæ, & portauit eā de Cariathiarim in domū Obededom, & post tres mēses, qñ sciuit Dauid, q̃ bn̄dixerat Dñs domū Obededō pp arcā: disposuit se ad portādū illā in domū suā, & tūc sequitur ista litera, s. tunc dixit Dauid illicitum est, vt a quocūq; portet̃ arca, nisi a Leuitis, & sic in principio istius c. debet subintelligi totū quod habetur supra 13.

An verum sit, quòd Deus elegerit Leuitas, vt ei in æternum ministrarent. Quæst. V.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, q̃ Deus elegit Leuitas, vt ministrarēt sibi in æternum: nam non fuit ista ministratio sempiterna, quia iam cessauit adueniente lege euangelica, ita q̃ iam nihil licet facere de illa, & quicūque voluerit obseruare aliquam cæremoniam legis veteris iam peccabit, sicut dixit Apostolus ad Galat. 5. Euacuati estis a Christo, qui per legem iustificamini. Et iterum: Si circuncidimini, Christus vobis nihil prodest. Aliquis dicet, quòd ministratio Leuitarum fuit æterna, quia licet aliquando cessauerit: tamen data est cum intentione semper manendi: sic enim est in legibus humanis, quia si aliqua lex datur in ciuitate cum intentione semper manendi, dicitur perpetua, & tamen manifestum est, quòd illa aliquando cessabit: nam ciuitas aliquando desinet esse, & consequenter non erit aliqua lex. Dicendum, quòd istud non stat, quia lex veteris testamenti non fuit data cū intentione semper manendi: nam Deus dedit illam, & aliquādo daturus erat legem nouam, & ab ęterno ipse intendebat dare aliquādo legem nouam, ideo non dabatur cum intentione semper manendi. Dicendum autem, quòd lex vetus pōt vocari ppetua multis modis. Primo modo, qa vocat̃ illa lex ppetua, qa nō datur cū diffinitione alicuius tpis, i. q̃ non exprimit̃ in ipsa quāto tpe durare dēt: sic enim fuit de lege veteri. Nam data fuit sine p̄finitione tpis: Dato. n. q̃ legislator intēderit eā aliqñ mutare, vocatet̃ ppetua, qa nō fuit exp̄ssum in ipsa tps certū, quod duraret. Secūdo modo pōt vocari ppetua, qa mansura erat quādiu maneret status iudaicus. Nā lex dat̃ politie existēti, qñ aūt cessat politia, cessat etiā lex, & ob hoc si aliqua lex nunq̃ cessat quousq; destruatur politia, cuius est lex: recte illa dr̃ lex ęterna, qa cessatio non venit ibi legi pp se, sed pp alterū: sic. n. factū est in lege veteri: nā ipsa duratura erat quādiu duraret status Iudaicus, & ēt tādiu durauit, post mortē aūt Christi captiuatis Iudæis p Romanos cessauit status Iudaicus, iō cessauit lex: nō ergo tollit̃ qn sit ppetua. Tertio modo pōt vocari lex vetus ppetua, qa magno tpe duratura erat, & fm modū loquendi sacræ scripturæ vocat̃ ppetuū, quod magno tpe durat: sic patet Exo. 21. & Deut. 15. de illo seruo, q̃ elapso anno remissionis, dicebat, diligo dominū meū, vxorē, & liberos: nō egrediar liber. Nam dr̃ ibi, q̃ debebat esse seruus in seculū, siue in æternū, & tm̃ manifestū est, q̃ seruitus ista nō durabat in æternū, nec ēt quandiu viuebat ille seruus: sed in anno iobelei efficiebat̃ liber, vt patet Leuit. 25. & tm̃ annus iobelei erat annus qnquagesimus, eod. cap. Ideo tps minus, q̃ qnquaginta annorū vocat̃ æternū, tps aūt quo durauit lex vetus fuit magnū: qa a datione legis vsq; ad natiuitatem Christi fuerunt anni mille quingenti, & quadraginta & quinque: vt patet cōputando tps, sicut cōputat eum

Multipliciter lex vetus potest vocari perpetua.

Quod magno tempore durat per petuum, dr̃ apud Hebræos

Paulus Orosius in libro de Ormesta mundi, & tamen Christi adhuc durabat lex vsque post resurrectionem suam. Ideo magno tempore duravit lex vetus ad hoc quòd posset vocari æterna, & quia quandiu durauit lex vetus, durauit ministratio Leuitarum, bene dicitur, quòd Deus elegit Leuitas ad portandum arcam in æternum, & ad ministrandum sibi.

Congregauitque vniuersum Israel in Ierusalem, vt afferretur arca Dei in locum suũ, quem præparauerat, necnon & filios Aaron, & Leuitas. De filijs Caath, Vriel princeps fuit, & fratres eius ducenti viginti. De filijs Merari, Asaia princeps, & fratres eius ducenti triginta. De filijs Gerson, Ioel princeps, & fratres eius centum triginta. De filijs Elisaphan, Semeias princeps, & fratres eius ducenti. De filijs Hebron, Eliel princeps, & fratres eius octoginta. De filijs Oziel, Aminadab princeps, & fratres eius centum duodecim.

Congregauitque vniuersum Israel. Scilicet, Volebat Dauid portare arcam de domo Obededom in Ierusalem in domum suam, & ad hoc congregauit totum Israel. *In Ierusalem.* Ista congregatio fuit facta in Ierusalem, quia Dauid erat ibi, & totus populus debebat ire cum eo ad portandum arcam. *Vt afferretur arca Dei in locum suum, quem præparauerat ei.* Locus iste erat palatium quod fecerat Dauid in domo sua, vbi poneretur arca, & ibi Leuitæ cantarent coram Domino. *Necnon & filios Aaron, & Leuitas.* Idest, Etiam vocauit sacerdotes, & Leuitas: Sacerdotes enim vocantur filij Aaron, quia omnes de illa progenie erant sacerdotes, & nulli alij, vt patet Numeri 3. & 16. & 18. Leuitæ vocantur illi, qui erant in minori gradu ministrationis, qui dati fuerant sacerdotibus ad subleuandum laborem eorum: & ad hoc quòd ministrarent ad mandatum ipsorum, vt patet Numeri 3. & 8. & 18. *De filijs Caath, Vriel princeps fuit.* Ponuntur hic familiæ Leuitarum, & in qualibet familia erat vnus princeps, & omnes illi principes venerunt nunc ad portandum arcam, & cum quolibet illorum principum veniebant multi de familia illa. Et ponitur prius princeps familiæ Caath, quia ista familia erat dignior inter omnes istas familias Leuitarum, vt infra declarabitur in quadam quæstione. *Et fratres eius ducenti, & viginti.* Vocantur fratres omnes, qui erant de illa familia Caath. Et sic venerunt ducenti, & viginti Leuitæ Caathitæ ad portandum arcam. *De filijs Merari, Asaia princeps.* Ista erat secunda familia Leuitarum, & in illa erat princeps Asaia, quando portata fuit arca. *Et fratres eius ducenti viginti.* Scilicet, Tot venerunt de illa familia Merari, sicut de familia Caath. *De filijs Gerson, Ioel princeps.* Ista est tertia familia Leuitarum, in qua erat princeps Ioel, quando fuit portata arca, & ipse fuit in ipsa portatione: non tamen est iste Ioel Propheta. Nam ille multo tempore post fuit, scilicet, temporibus Oziæ Regis Iuda: nam Prophetæ ordinantur in libris suis sm processionẽ tpis, vt patet in oĩbus duodecim Prophetis minoribus, qui ponũtur in eodem volumine. Nam colligẽdo tpa pphetiæ ipsorum ex titulis suis, reperietur, quòd ita se habent in ordine librorum, sicut se habuerunt in tempore viuendi, & tamen Oseę ponitur ante Ioelem, & cepit prophetare Oseę in diebus Oziæ regis Iuda, vt patet Oseę primo. Ergo tempore Oziæ, vel post cepit prophetare Ioel, & sic dicit Hieronymus in quodam prologo, qui incipit. In hoc Propheta. Scilicet, quòd tempora non alligantur in Ioele, eo quòd eisdem temporibus prophetauit, quibus Oseę ponitur. Iste ergo Ioel fuit tempore Dauid, qui præcessit per multos annos ad regem Oziã, scilicet, plus quàm per ducentos, ergo non est iste Ioel Propheta, sed fuit ille multo tempore post. *Et fratres eius centum triginta.* Scilicet, De familia Gerson venerunt centum, & triginta Leuitæ. *De filijs Elisaphan Semeias princeps.* Ista est alia familia, quæ ponitur sub familia Caathitarum. Quare tamen ponatur hic, vt familia distincta declarabitur infra in quadam quæstione. Iste Elisaphan est cognatus Aaron, & ideo ipse sepeliuit filios eius, quando occisi sunt a Domino propter ignem alienum. Leui. 10. Et ab eo nominata est quædam familia Leuitarum. *Et fratres eius ducenti.* Scilicet, De familia Elisaphan venerunt ducenti Leuitæ ad translationem arcæ. Et ista familia erat minor quã præcedentes. *De filijs Hebron Eliel princeps.* Hebron aliquando est nomen vrbis, quæ ponitur in sorte Iudæ Iosue 15. In qua regnauit Dauid septem annis, & dimidio, quibus regnauit super Iudam 2. Regum 5. & 3. Regũ 2. aliquando aũt est nomen viri, & erat vnus de filijs Caath, nepos Leui, & sic accipitur hic, & nominata fuit ab eo familia Hebronitarum. *Et fratres eius octoginta.* Scilicet, De ista familia solum venerunt octoginta Leuitæ, quia minima erat numero inter omnes. *De filij Oziel Aminadab princeps.* Iste Oziel fuit filius Caath, & ab eo nominata est quædam familia Ozielitarum inter Leuitas, & in ista erat nunc princeps Aminadab, qui ponitur in Genealogia Christi Matt. primo, quia ille fuit de tribu Iuda: vt patet ibidem. Iste autem fuit de familia Leuitarum: ideo non est idem. Item ille fuit antequàm iste, quia ille Aminadab in Aegypto mortuus est: nam non egressus est de Aegypto, nec fuit in deserto cum alijs Israelitis. Nam aliàs ipse fuisset princeps in tribu Iuda, & tamen filius eius Naason fuit princeps in tribu illa. Nam in secundo anno exitus de Aegypto, in principio fuit facta computatio omnium tribuum, & assignati fuerunt principes in singulis tribubus, fuitque Naason filius Aminadab princeps in tribu Iuda, Numeri 1. & 2. Et tamen si pater eius Aminadab viueret, ipse esset princeps in tribu illa. Iste autem Aminadab fuit tempore Dauid, ideo multo tempore fuit ille ante istum.

Et fratres eius centum, & duodecim. Idest, De ista familia Oziel fuerunt centum, & duodecim Leuitæ in portatione arcæ.

Quare hic ponitur numerus principum Leuitarum.
Quæst. VI.

QVAERITVR de istis Leuitis, quare ponuntur hic principes eorum, & numerus ipsorum. Respondendum est, quòd Dauid volebat facere translationem arcæ, & ad hoc volebat congregare omnes sacerdotes, & Leuitas, & congregauit illos. Et hic posuit, qui erant principes istorum Leuitarum, & de quibus familijs erant. Pro quo sciendum, quòd quamquam nunc venerunt sacerdotes, & Leuitæ ad istam translationem arcæ, tamen non ponitur numerus sacerdotum, nec etiam de quibus familijs erant: de Leuitis autem ponitur de quibus familijs erant, & numerus eorum. Ratio huius est, quia sacerdotes non erant distincti per familias, sed vna erat familia omnium, scilicet, de stirpe Aaron: Leuitæ autem distincti erant per familias, quia cum essent plures filij Leui, erant multæ familiæ Leuitarum. Non ponitur etiam numerus sacerdotum, quia de ipsis non erant tot, sicut de Leuitis. Et venerunt fere omnes ad istam portationem. Non est tamen credendum, quòd omnes sine Leuitæ, siue sacerdotes venerunt: quia necesse erat, quòd manerent aliqui ad ministrandum in tabernaculo Domini. Nam Moyses statuerat quædam sacrificia, & cæremonias, quæ fierent quotidie in Sanctuario. Et pro administratione in his necesse erat, quod manerent aliqui sacerdotes, & Leuitæ in Sanctuario. Cæremoniæ autem erant, quia necesse erat quotidie fieri sacrificium matutinũ, & vespertinum, quod vocatur iuge sacrificium, Numeri 28. Præter alias cæremonias, & sacrificia, quæ fiebant quotidie sponte. Ponitur autem de qualibet familia Leuitarum, quot Leuitæ venerint, & ponitur etiam quis erat tunc in illa familia, ex eo quòd Leuitæ de qualibet familia veniebant cum principe suæ familiæ, vt quælibet familia ministraret ordinate in officio sibi debito: fuit autem numerus Leuitarum, qui nunc venerant ad istam translationem arcæ, mille, & sexaginta duo præter principes, vt patet adiungendo partiales numeros, qui ponuntur hic, & etiam præter sacerdotes, quorum numerus non exprimitur.

Quare fuerit totus Israel congregatus ad portandum arcam.
Quæst. VII.

QVAERITVR vlterius, quare nunc congregatus fuit totus Israel ad portandum arcam. Respondendum, quòd non fuit congregatus totus Israel ita, vt nullus vir maneret in vrbibus, sed dicitur totus Israel congregatus, quia plurimi de Israel venerunt, & de qualibet tribu venerunt multi, sicut fuit in alia translatione, quæ fuit de Chariathiarim ad domum Obededom, supra 13. Volebat enim Dauid honorabiliter facere istam translationem, & hoc non poterat esse, nisi conueniente multitudine populi. Ideo congregauit totum populum. Et sic inceperat facere prima vice, quando intendebat transferre arcam de Chariathiarim in domum suam, & impeditus est. Nam tunc congregauit totum Israel a Sior Aegypti vsque ad Emath, supra 13. cap. Multæ aliæ causæ fuerunt, quare totus populus congregatus est, quæ positæ sunt, eodem cap in quadam quæstione. Sciendum etiam, quòd quando arca nunc translata est de domo Obededom in domum Dauid, ipse Dauid fecit summus in cibis toti populo. Nam dedit cuilibet coliridam panis, & partem assę carnis bubalę, & frixam oleo similam, vt patet 2. Regum 6. Et ob hoc etiam plurimi de populo sponte veniebant, quia sciebant quòd rex magnifice prouideret eis in cibis.

Quis nam erant isti principes Leuitarum.
Quæst. VIII.

QVAERITVR vlterius de istis familijs Leuitarum, quomodo ponebantur tot, & qui erant isti principes: nam non concordant istæ familiæ cum illis, quæ habentur Numeri 3. & 4. & 26. Respondendum est, quòd omnes Leuitæ nominati sunt a Leui filio Iacob, accipiendo largè Leuitas pro omnibus tam sacerdotibus, quàm Leuitis, habuit autem Leui tres filios, scilicet, Caath, Gerson, & Merari, vt patet Exodi 6. Ab istis autem deriuatæ sunt familiæ Leuitarum. Nam a Caath vocata est familia Caathitarum, a Gerson familia Gersonitarum, a Merari familia Meraritarum. Prima tamen familia, quæ erat Caathitarum non est simpliciter familia Leuitarum: nam etiam de ea descenderunt sacerdotes. Pro quo sciendum, quòd Leui genuit Caath, & Caath habuit quatuor filios, scilicet, Amram, & Iesaar, & Hebron, & Oziel. Exodi 6. Ab Amram autem geniti sunt Aaron, & Moyses: filij autem Moysi manserunt inter Leuitas simplices: filij autem Aaron computati fuerunt sacerdotes. Nam Aaron, & filij sui consecrati fuerunt in sacerdotes. Exo. 29. & Leu. 8. Et postea descenderũt semper sacerdotes de eis: manserunt ergo alij tres filij Caath, scilicet, Iesaar, Hebron, & Oziel, a quibus deriuati sunt soli Leuitæ. Et sic ponũtur quatuor familię Leuitarũ intra familiã Caath, vt patet Nu. 3. s. familia Caath hẽbat populos Amramitarum, Hebronitarum, Ozielitarum, & Iesaaritarum, aliæ autem duæ familiæ nominatæ a duobus filijs Leui, scilicet, Gerson, & Merari subdiuisæ fuerunt. Nam Merari habuit duos filios, scilicet, Moholi, & Musi, & ab illis nominatæ sunt duæ familiæ, scilicet, Moholitarum, & Musitarum: Numeri 3. Gerson autem habuit alios duos filios, scilicet, Lebni, & Semei, & ab eis deriuatæ sunt duæ familiæ, scilicet Lebnitica, & Semeitica: vt patet Numeri 3. & 26. In qualibet autem istarum familiarum erat vnus princeps. Nam sicut inter sacerdotes erat vnus princeps, scilicet, summus sacerdos, ita etiam in qualibet familia erat vnus Leuita princeps, & sub illo erant omnes de illa familia, & ad præceptum eius dirigebantur in omnibus officijs suis. Modus autem accipiendi principes in istis familijs erat, scilicet, quòd consideraretur ille, qui fuit primus in familia, & computarentur descendentes ab eo per lineam primogenitorum, & ad quemlibet illorum pertinebat, quòd esset princeps in familia, sic enim fiebat in summis sacerdotibus, quia ad cognoscendum quis deberet esse summus sacerdos considerabatur linea Aaron, & illi, qui descendebant ab eo per lineam primogenitorum, habebant, quòd essent sacerdotes magni: sic etiam in quocunque principatu sæculari fiebat inter Israelitas siue in principatu regali, siue in principatibus, qui erant in alijs tribubus.

Quare hic non ponuntur omnes familiæ Leuitarum.
Quæst. IX.

QVAERITVR vlterius quare non ponuntur hic omnes familiæ Leuitarum quæ ponuntur Numeri 3. Nam ibi sunt octo familiæ, scilicet, quatuor familiæ de Caath, scilicet, Amramitæ, Iesaaritę, Hebronitę, Ozielitæ. Duæ verò de Merari. scilicet Moholitica, & Musitica, & aliæ duæ de Gerson, scilicet, Semeitica, & Lebnitica. Aliquis dicet, quòd omnes istæ familiæ nunc erant, & tamen de aliquibus earum venerunt Leuitæ ad portationem arcæ, & de alijs non. Sed dicendum, quòd non est satis rationabile, quia Dauid vocauit omnes sacerdotes, & Leuitas, vt patet hic. Ideo saltem de qualibet familia venirent aliqui licet non omnes de familia. Aliter ergo dici potest, quòd aliquæ istarum familiarum, quæ a principio fuerunt: postea esse desierunt, quia forte illi qui erãt tunc principes istarum familiarum, quando distinctæ sunt, non habuerunt postea filios, vel aliqui descendentes ab eis non haberent filios, & sic poterant perire aliquæ familiæ, ita quòd non extenderetur successio earum. Ita fuit in quibusdam tribubus. Nam quilibet de filijs Iacob nominabat vnã tribum, & deinde quilibet filius illius, qui nominabat tribum nominabat vnam familiam: vnde si haberet aliquis de filijs Iacob haberet decem filios: erant decem familiæ in tribu eius. Et tamen in tribu Beniamin fuerunt decem filij, vt patet Genes. 46. Et tamen non fuerunt in tribu illa, nisi quinque familiæ, vt patet Numeri 26. Et hoc fuit, quia quinque filij eius non habuerunt posteritatem, vt declaratum fuit ibidem. Patet etiam hoc supra 8. Nam ibi cum computarentur

filij

Universidad de Deusto
Biblioteca

filij Beniamin: ſolum poſiti fuerunt quinque, eo quòd F ab illis ſolis deſcenderunt aliquæ familiæ: alij autem non habuerunt prolem. Aliter poteſt dici, quòd manerent omnes familiæ Leuitarum nunc, & tamen nominantur hic alijs nominibus. Et plures familiæ accipiunt nomen vnius. Sic enim patet Numeri 26. Nam ibi ponuntur omnes familiæ Leuitarum, & ſolum nominantur ſex, & tamen, eodem lib. cap. 3. nominatæ fuerant octo familiæ. Aliter autem dicendum eſt, & iſtud eſt magis verum, ſcilicet, quòd Numeri 3. vbi prius ponuntur iſtæ familiæ ponuntur tres familiæ principales, & deinde illę ſubdiuiduntur: nam familia Caath, Gerſon, & Merari ſunt principales, eo quòd nominatæ fuerunt a tribus filijs Leui. Deinde familia Caath diuiditur in quatuor, ſcilicet, G Amramitas, Ozielitas, Hebronitas, Ieſaaritas: familia autem Gerſon diuiditur in duas, ſcilicet, Lebniticam, & Semeiticam: familia autem Merari in alias duas, ſcilicet, Moholiticam, & Muſiticam, & ſic ſunt octo familię per ſubdiuiſionem, quia coinciderẽt cum eis tres familiæ principales, quæ diuiduntur in eas: hic autem ſola familia Caath ſubdiuiditur in quatuor: aliæ autem duæ non diuiduntur: vnde de filijs Merari vnicus princeps ponitur hic. Et de filijs Gerſon alius: ideo ſunt hic ſex familiæ, & Numeri 3. ſunt 8. & tamen Numeri 26. ponuntur ſex ſicut hic, licet non per eadem nomina.

Vbi accidit diuerſitas nominum hic, & Numeri tertio in Leuitis. Quæſt. X.

QVAERITVR vlterius dato, quòd non ponantur hic tot familiæ ſicut Numeri 3. Quare tamẽ illi, qui hic ponuntur, non ponuntur ſub eiſdem nominibus. Nam familia Eliſaphan, quæ hic ponitur non habetur Numeri 3. Vbi eſt prima diſtinctio iſtarũ familiarum, nec eodem lib. cap. 26. Nec alibi. Aliquis dicet, quòd iſta familia Eliſaphan eſt aliqua de quatuor familijs, per quas diuiditur familia Caathitarum, & tamen nominatur hic alio nomine, quia aliquis alius ponitur hic in principem iſtius familiæ, qui non ponitur Numeri 3. Dicendum tamen, quòd non ſtat, quia tunc neceſſe eſſet, quòd deſcenderet iſte Eli- I ſaphan de familia Amramitarum, vel Ieſaaritarum. Nam quatuor ſunt familiæ Caath, & duæ ponuntur hic eiſdem nominibus, quibus Numeri 3. Scilicet, familia, Ozielitarum, & Hebronitarum, & manent aliæ duæ, ſcilicet, Amramitarum, & Ieſaaritarum: ideo iſta familia Eliſaphan eſſet aliqua iſtarum, & ſic deſcenderet ab Amram, vel Ieſaar. Sed falſum eſt, quia iſte Eliſaphan eſt filius Oziel, vt patet Leui. 10. Cum dicitur. Vocatis autem Moyſes, & Miſael, & Eliſaphan filijs Oziel, patrui Aaron, ait ad eos. Erat ergo iſte Eliſaphan de familia Oziel. poteſt ergo dici, quòd hic aliquæ familiæ diuiſæ ſunt, & aliæ perierunt. Primum patet, nam familia Ozielitarum eſt vna de quatuor familijs, quæ habentur Nu. 3. & tñ Eliſaphan K erat de filijs Oziel, & ponit̃ hic habere familiam: ergo oportet, ꝙ familia Ozielitarum eſſet diuiſa in familiã Ozielitarum, & Eliſaphan. Secundum patet, quia manent nunc tres familiæ de Caathitis de illis, quæ ponuntur Numeri tertio, ſcilicet, Amramitæ, Ieſaaritæ, & Hebronitæ: hic tamen non ponuntur niſi duæ, ſcilicet, Hebronitæ, & Caathitæ. Ideo ſubticetur vna, quia tamen exprimitur familia Caathitarum, quę erat familia generalis, oportet, quòd intelligatur per eam vna familia particularis, ſcilicet, Amramitarum, vel Ieſaaritarum, & tunc manebit altera non expreſſa, & de illa dicetur, quòd perijt: Poteſt tamen dupliciter accipi quòd perierit, vno modo, quòd totaliter perierit, ſcilicet, quia non fuerit continuata progenies in familia illa, ſicut dicebatur ſupra de familijs quinque tribus Beniamin, quòd perierint: alio modo, quòd vna familia tranſierit in nomen alterius, ſcilicet, quòd per vnionem duæ familiæ efficiantur vna, & vocentur nomine vnius, vtpote ſi familia Hebronitarum, & Ozielitarum vniretur, & vocaretur ſolum familia Hebronitarũ, ſic enim accipitur Numeri 26. vbi enarrantur omnes familiæ Leuitarum, & ponuntur ſolum quinque, & tamen manifeſtum eſt, quòd aliæ non perierunt, cum ponantur hic aliquæ, quæ non exprimuntur ibi. Et iſtud fuit multo tempore poſt illud, quia illud fuit in deſerto, quando Moyſes numerauit ſecunda vice omnes Iſraelitas. Ideo oportet, quòd aliquæ familiæ ſubticeantur ibi, quæ tamen tunc eſſent: nam ibi ponuntur iſtæ, ſcilicet, familia Lebni, & Hebron, & Moholi, & Muſi, & Cori: hic tamen non ponitur familia Ozielitarum, nec Amramitarum, ſed ſolum familia Cori, quæ erat familia Ieſaaritarum, & vocatur familia Lebni, familia Gerſon: nam Gerſon habuit duos filios, ſcilicet, Lebni, & Semei, a quibus deriuatæ ſunt duæ familiæ, ſcilicet, Lebnitica, & Semeitica Numeri 3. & ſubticetur Semeitica, quia p familiam Lebni intelligitur ibi tota familia Gerſon. Familia Hebron eſt vna de familijs Caathitarum, quæ ſunt quatuor, ſcilicet, Amramitæ, Ieſaaritæ, Ozielitæ, & Hebronitę: Numeri 3. familia Moholi eſt vna de familijs Meraritarum, quia duo fuerunt filij Merari. H ſcilicet, Muſi, & Moholi, Numeri 3. & ab his deriuatæ ſunt duæ familiæ, ſcilicet, Moholitarum, & Muſitarum. Familia Muſi eſt alia de familijs Merari, vt dictum eſt. Familia Cori deſcendit a quodam Leuita nomine Core, qui perijt in ſeditione contra Moyſem: nam terra eum abſorbuit Numeri 26. Et filij ſui fuerunt boni, & non abſorpti ſunt, vt patet ibidem. Iſte autem Core erat filius Ieſaar, vt patet Numeri 16. Et ab illo nominata eſt familia Ieſaaritarũ vna de Caathitis, Num. 3. Et ſic ponuntur ibi duæ familiæ Caathitarum, & ſubticentur aliæ duæ, & ponitur vna familia Gerſon, & ſubticetur alia. De Merari autem nihil ſubticetur, & tamen illę familiæ, quæ ſubticentur non perierunt, vel quia nunc tempore Dauid, exprimuntur, ſcilicet, familia Ozielitarum, quæ erat vna illarum, ideo oportet dici, quòd aliæ duæ intelligebantur per illas duas per hoc, quòd duæ familiæ, vel tres vniuntur in vnam, & habentur ſicut vna familia, & ſic eſſet hic.

Quare in familia Merari, & Gerſoni non fuerunt poſiti principes, & familiæ ſicut in qualibet aliarum. Quæſt XI.

QVAERITVR vlterius cum hic ſcribantur quatuor familiæ Caathitarum, & in qualibet earũ ponantur Leuitę, qui veniebant ad poſtationem arcæ, & etiam princeps ſuus, quare de familia Gerſoni, & Merari non fuit ſic factum, vt in qualibet earum ponerentur duæ: nam quælibet iſtarum habet duas in quas ſubdiuiditur, vt patet Numeri 3. Reſpondendum eſt, quòd familiæ multæ aliquando vniuntur in vnum propter paruitatem numeri ipſarum, ſcilicet, aliqua familia eſt, quæ tam paucos viros habet, vt non mereatur dici familia, & tunc illa vnitur alteri, vt ambæ ſint vna familia, & tranſit in nomen eius. Sic autem erat nunc in familia Gerſonitarum, & Meraritarum, quia quamquam quælibet iſtarum eſſet ſubdiuiſa in duas familias, vt patet Numeri 3. tamen nunc quælibet erat multum diminuta, vt non poſſet per ſe facere vnam familiam: ideo vniebantur duæ in vnam. Iſta etiam erat cauſa quare interdum

terdum vna familia diuidebatur in duas, ſcilicet, quia A creſcebat nimis, ita vt haberet maiorem numerum quàm reliquæ familiæ regulariter, & tunc illa diuiditur in duas. Sic fuit de familia Ozielitarum, quæ magna erat, & diuiſa fuit in familiam Ozielitarum, & Eliſaphan, & ſic vtrunque ponitur hic, ſcilicet, vnio plurium familiarũ in vnam, & diuiſio vnius in multas.

Quare hic ponitur familia Caath. Quæſt. XII.

QVAERITVR vlterius quomodo ponitur hic familia Caath, & rurſus familia Hebronitarũ, Ozielitarum, & Eliſaphan: nam iſtę non poſſunt eſſe diſtinctæ familiæ. Nam pars non ponitur in numerum contra totum, nec totum cõtra partem: familia tamen Caath diuiditur in quatuor familias particulares, vt patet Numeri 3. Et vltra illas nihil manet in familia Caathitarum: ideo ſi iſtę quatuor exprimãtur non poteſt exprimi familia Caathitarum tanquam diſtincta contra illas. Reſpondendum, quòd familia Caathitarum ſi proprie accipitur, ſignificat totã multitudinem deſcendentem a Caath præter filios Aaron, & tunc non poteſt condiſtingui aliqua de illis quatuor familijs contra familiam Caathitarum, quia tunc aliqua familia diſtingueretur contra ſeipſam, quod non poteſt ſtare. Alio modo poteſt accipi familia Caathitarum ſpecialiter pro aliqua de iſtis quatuor familijs, & tunc poteſt diſtingui familia Caathitarum contra alias tres ſicut quælibet illarum particulariter poteſt diſtingui contra tres. Iſte modus denominandi familias reperitur aliquando in alijs tribubus, vtpote quòd aliquæ familiæ denominarentur a patribus, & aliæ a filijs, vt patet in tribu Manaſſe: nam filius eius fuit Machir, & omnes familiæ Manaſſe deberent eſſe vna familia, ſcilicet, Machiritarum cum vnicum filium habuerit Manaſſe, ſcilicet, Machir, & tamen ſunt ſeptem vel octo familiæ in tribu iſta Numeri 26. Etiam Galaad fuit filius, & nominata fuit ab eo familia Galaaditarum, quæ fuit diſtincta a familia Machir patris ſui. Etiam Galaad habuit filios, & nominatę fuerunt ab eis ſex familiæ diſtinctæ a familia Galaaditarum, quæ erat patris ſui, eodem cap. Iſtud autem ſicut hic declaratum eſt, non poterat eſſe niſi ſic, ſcilicet, quòd aliquis haberet duos filios, & vnus eorum denominaret familiam per ſe, & alius nullam: ſed extenderetur per progeniem eius nomen familiæ patris ſui: ſic enim fuit de Machir, qui habuit filium Galaad, a quo nominata eſt familia Galaaditarum: ad quod neceſſe erat, quòd haberet Machir ſaltẽ duos filios, ſcilicet, Galaad, & alium, & Galaad nominaret per ſe vnam familiam diſtinctam a familia Machir patris ſui, & alius frater ſuus non nominaret aliquam familiam, ſed illa quæ nominanda erat ab eo nominaretur nomine patris ſui. Si autem Machir ſolum duos haberet filios, & quilibet illorum nominaret per ſe vnam familiam, impoſſibile erat, quòd maneret familia Machir, ſic etiam fuit de Galaad, qui nominauit familiam Galaaditarum, & a ſex filijs ſuis nominatæ fuerunt ſex familiæ: Numeri 26. Quia Galaad haberet ſaltem ſeptem filios, & vnus illorum non nominaret aliquam familiam, ſed per progeniem ſuam extenderetur familia Galaaditarum, & quilibet aliorum filiorum nominaret vnam familiam diſtinctam a familia Galaaditarum: ſic fuit hic. Nam Caath conſtituit intra ſe quatuor familias propter quatuor filios, ſcilicet, Amram, Oziel, Hebron, Ieſaar, & ſi quilibet iſtorum nominet vnã familiam, ceſſabit omnino familia nominata a Caath, quia non erit aliquis de poſteris ſuis, per cuius ſtirpem deriuetur, ſed vocabuntur omnes iſtæ quatuor familiæ generaliter Caathitæ. Si autem a quatuor filijs Caath nominarentur tres familię ſolum, per quartum eorum poterat nominari familia patris ſui Caath, & ſic familia Caathitarum eſſet diſtincta ab alijs tribus familijs filiorum Caath: ſic accipitur hic: nam ponuntur tres familiæ particulares nominatæ a filijs Caath, ſcilicet, Hebronitarum, & Ozielitarum, & Eliſaphan. Poteſt ergo alia familia particularis nominari familia Caath ab aliquo de alijs duobus filijs Caath, ſcilicet, Amram, vel Ieſaar: ſic enim factum eſt in tribu Ioſeph. Nam Ioſeph erat vnicus filius Iacob, ideo debebat nominari ab eo vnica tribus, & tamen a duobus filijs ſuis, ſcilicet, Ephraim, & Manaſſe nominatæ fuerunt duæ tribus, ſcilicet, Ephraitarum, & Manaſſitarum, & B aliquando condiſtinguitur tribus Manaſſe contra tribum Ioſeph, quod non poſſet fieri ſi acciperetur proprie tribus Ioſeph pro omnibus deſcendentibus ab eo, & tamen accipitur tribus Ioſeph interdum ſpecialiter pro tribu Ephraim: ſic patet Apo. 7. vbi ponitur tribus Manaſſe, & poſtea dicitur de tribu Ioſeph, ex quo neceſſe eſt, quòd per tribum Ioſeph ibi ſolum intelligatur tribus Ephraim.

An familia Caath ponatur pro familia Amram, vel pro familia Ieſaar. Quæſt. XIII.

QVAERITVR vlterius cum hic ponatur familia Caath non pro omnibus cognationibus Caathitarum, ſed pro aliqua illarum particu- C raliter pro qua illarum ponetur. Patet hoc, quia hic ponitur familia Hebronitarum, & Ozielitarum, & manent alij duo filij Caath, a quibus nominantur duæ familiæ, ſcilicet, Amram, & Ieſaar: vnde poſſet intelligi per familiam Caath familia Amramitarum, vel familia Caathitarum, & dubiũ, quæ illarum intelligatur.

Reſpondendum eſt, quòd hic poteſt dici dupliciter, vno modo, quòd familia Amram, & Ieſaar maneant tanquàm familiæ diſtinctæ. Alio modo, quòd ambæ vniantur in vnam familiã: accipiendo primo modo dicendum, quòd nomine Caath intelligeretur illa familia, quæ eſſet excellentior inter iſtas duas, quia per excellentiam competeret hic nomen familię D Caath, ideo competeret excellentiori. Iſta autem erat familia Amram. Nam fuit Amram dignior alijs filijs Caath propter duo. Primo quia ab eo venerunt omnes ſacerdotes, & etiam multi Leuitæ: nam filius Amram fuit Aaron. Ab alijs autem filijs Caath non fuerunt deſcendentes aliqui ſacerdotes, ſed ſolum Leuitæ. Secundum eſt, quia illi Leuitæ, qui aſcenderunt ab Amram fuerunt excellentiores alijs Leuitis: nam Moyſes fuit filius Amram, & filij Moyſi erant per quos extendebatur familia Amramitarum, & manebat adhuc iſta cognatio, quia infra 23. Dicitur, quòd filij Moyſi hominis Dei computati ſunt inter Leuitas, & illud erat tempore Dauid. Etiam patet hoc ex ordine prę ponendi, nam inter omnes quatuor familias Caathitarum Amramitæ prius nominantur Numeri 3. Et ſic familia Amramitarum intelligetur nomine Caath. Si autem accipiatur ſecundo modo, ſcilicet, quòd duæ familiæ Amramitarum, & Ieſaaritarum copulentur in vnam familiam, erit videndum, quæ familia illarum erat minor, quia illa tranſiret in nomen alterius, & ſic intelligetur per familiam Caath illa vnica copulata ex duabus. Et tamen haberet illa nomen ab illa familia, quæ maior eſſet.

Vocauitque Dauid Sadoc, & Abiathar ſacerdotes, & Leuitas, Vriel, Azaiam, Ioel, Semeiam, Elihel, & Aminadab, & dixit ad eos.

Vel

Vos qui estis principes familiarum Leuiticarum sanctificamini cum fratribus vestris, & afferte arcam Domini Dei Israel ad locum, qui ei præparatus est: ne vt a principio, quia non eratis præsentes percussit nos Dominus, sic & nunc fiat illicitum quid nobis agentibus. Sanctificati sunt ergo sacerdotes, & Leuitæ, vt portarent arcam Domini Dei Israel. Et tulerunt filij Leui arcam Dei, sicut præceperat Moyses, iuxta verbum Domini humeris suis in vectibus.

Vocauitque Dauid Sadoc, & Abiathar. Isti duo erant sacerdotes magni tempore Dauid, nam Sadoc fuerat factus summus sacerdos regnante Saule post occisionem sacerdotis vrbis Nobe. Abiathar autem erat filius summi sacerdotis Achimelech, & iuit ad Dauid in persecutione Saulis, primo Regum 22. Et habuit eum tanquam summum sacerdotem. Nam per eum consulebat Dominum in rationali, & ephot, eodem lib. cap. 23. & 30. Et tamen istis ornamentis non vtebatur aliquis nisi summus sacerdos: Exo. 28. Fuerunt igitur tempore Dauid ambo summi sacerdotes simul: cum ante eum semper esset vnicus summus sacerdos, & postea etiam semper sic fuerit. Quare tamen hoc factum est per Dauid, declaratum fuit satis supra 6. Et 12. *Et sacerdotes.* Scilicet, Sacerdotes minores, qui erant sub istis duobus summis sacerdotibus. *Et Leuitas, Vriel, Asaiam.* Non intelligitur hic de omnibus Leuitis, quia non fuerunt vocati omnes, sed solum principes, vt patet hic cum dicatur infra, vos, qui estis principes familiarum Leuiticarum, quorum nomina ponuntur. Et patet, quia isti sex, qui nominantur hic sunt illi, qui vocantur supra principes singularum familiarum. *Et dixit ad eos, vos qui estis principes familiarum Leuiticarum.* Scilicet, Isti sex erant principes familiarũ Leuiticarum, nam sex familię Leuiticæ ponuntur hic, & sex principes illarum ad quos nunc loquebatur Dauid, quorum nomina ponuntur in litera. Etiam sacerdotes erant principes familiarum Leuiticarum, vt infra declarabitur. *Sanctificamini.* Ideſt, Mundamini ad ferendum arcam, quia non licet alicui immundo tangere eam. *Et afferte arcam Domini Dei Israel.* Scilicet, Vos afferte eam, & non tangant eam laici, ne moriantur faciendo contra legem. *Ad locum, qui ei præparatus est.* Scilicet, Afferte eam de domo Obededom ad domum Dauid, ad locum, quem ei parauerat: nam fecerat palatium magnum, & pulchrum, in quo poneretur, & ibi construxerat altare, & etiam posuerat tentorium de pellibus iacynthinis, vt declaratum est supra in quadam quæstione. In illo autem tentorio arca velanda erat. *Ne vt a principio.* Ideſt, Feratis vos arcam, vt non eueniat nobis sicut a principio in prima portatione, quæ fuerat de Cariathiarim in domum Obededom. nam tunc, quia non fuerunt obseruatę ceremonię portationis, Deus percussit Ozan: ideo Dauid volens vitare simile, dixit ad Leuitas, quòd ipsi afferrent arcam. *Quia non eratis præsentes, percussit nos Dominus.* Ideſt, Quia non veneratis ad portationem: ad hoc, quòd faceretis seruari omnes cæremonias portationis arcæ, Deus percussit nos, scilicet, occidendo Ozan. Et loquebatur Dauid in persona totius populi, scilicet, quòd percutiendo Ozan Deus videbatur percussisse totum populum: nam Oza erat pars populi, & qui tangit partem tangit totum, sicut dicit lex, qui auriculam hominis tangit, totum hominem tetigisse videtur. *Sic, & nunc fiat illicitum quid nobis agentibus.* Ideſt, Sicut propter absentiam vestram in prima vice accidit error in portatione: ita & nunc si vos non portaretis arcam, sed nos, ideſt, laici, de quibus erat Dauid, fieret aliquid illicitum, quia non pertinebat ad populares tangere arcam, sed ad solos Leuitas, & sacerdotes. *Sanctificati ergo sunt sacerdotes, & Leuitæ.* Ideſt, mundificati, quia non licebat aliter ad res sacras accedere. *Vt portaretur arca Domini Dei Israel.* Scilicet, vt portarent eam de domo Obededom in domum Dauid. *Et tulerunt filij Leui arcam Domini.* Vocantur filij Leui omnes siue sacerdotes siue Leuitæ minores, quia omnes descendebant de stirpe Leui: hic autem accipitur pro Leuitis, qui non erant sacerdotes, vt patet infra in litera, scilicet, cumque adiuuisset Deus Leuitas, qui portabant arcam. Aliquando tamen sacerdotes portabant illam: sic patet Iosue 3. Nam ibi sacerdotes portabant arcam in transitu Iordanis: ipsi etiam portauerunt eam, quando Israelitæ lustrauerunt per septem dies vrbem Iericho, eodem lib. cap. 6. Et in hoc sacerdotes non portabant, quia maiori gradui competit actus minoris gradus: licet non è contrario: sic sacerdos potest facere omnia, quæ facit diaconus: sed non è contrario. sacerdotes autem erant maiores Leuitis in gradu, ideo poterant ipsi portare arcam, sicut Leuitæ. *Sicut præceperat Moyses.* Ideſt, Moyses præcepit, quòd populares non portarent arcam: sed soli Leuitę: nec etiam tangerent aliquod sacrum, vt patet Numeri primo & 3. & 18. *Iuxta verbum Domini.* Refertur ad præceptum Moysi, ideſt, Moyses præceperat iuxta verbum Domini: nam Deus iubebat Moysi, quod ipse deberet iubere populo. Et ob hoc dicitur Numeri 9. Quòd Deus iubebat per manum Moysi, ideſt, Deus iubebat Moysi, vt iuberet. *Humeris suis in vectibus.* Ideſt, Portauerunt in humeris suis per vectes. In hoc autem Israelitæ expleuerunt præceptum Domini, scilicet, quia Leuitæ portauerunt arcam, & etiam, quia non portauerunt eam super plaustrum, sicut fecerant alia vice portando de Chariathiarim in domo Obededom, sed portauerunt super humeros suos, & hoc cum vectibus. Erant enim vectes quædam ligna longa, quæ extendebantur in duobus lateribus arcæ, & egrediebantur ad vtrunque partem, scilicet, ad quatuor angulos laterum. Et erant isti duo vectes missi in circulis aureis infixis in lateribus arcæ, & sic firmiter se tenebant, & portabatur sic arca a quatuor viris ad minus, sic etiam erat de mensa propositionis, quæ habebat alios duos vectes, per quos portabatur, vt patet Exo. 25. & 13. Omnia etiam alia vasa sanctuarij siue de auro, siue de argento essent, siue de ære portabantur in vectibus, licet non haberent vectes sibi affixos: nam inuoluebantur illa in aliquibus velamentis, & desuper ligabantur vectes, & sic portabantur vasa: Numeri 4. De portatione arcæ humeris hominum patet Numeri 7. Non enim licebat portare eam nec alia vasa sanctuarij super plaustrum, aut super iumenta, sed super humeros hominum propter dignitatem suam. Aliæ autem partes sanctuarij, scilicet, tabulæ, columnæ, & velamenta portabantur in plaustris a Gersonitis, & Meraritis, Numeri 7.

De quibusdam verbis, quæ dixit Dauid, vos qui estis principes. Quæst. XIIII.

QVAERITVR quomodo dixit hic Dauid, vos qui estis principes familiarũ Leuiticarum, sanctificamini: nam dicebat hoc sacerdotibus, & Leuitis, & tñ sacerdotes non erant principes familiarũ Leuiticarum, sed soli Leuitę qui nominantur hic. Respondendum secundum aliquos, ꝙ rectè dixit Dauid, vos qui estis principes familiarum Leuiticarum, eo ꝙ tunc ipse solum loquebatur ad principes Leuiticarum, ſ. ad istos sex, qui ponuntur hic. Isti enim erant principes sex familiarum Leuiticarum, vt patet supra in litera. Dicendum tamen, ꝙ hoc non ſtat, quia Dauid loquebatur hic tam ad sacerdotes quàm ad Leuitas, vt patet in litera, quia dicitur vocauit Dauid Sadoc, & Abiathar, & sacerdotes, & Leuitas, & tunc dixit eis, vos qui estis principes familiarũ Leuiticarum. Secundo patet, quia Dauid loquebatur hic de portatione arcę, & ista non solum pertinebat ad Leuitas, sed etiam ad sacerdotes: nam sacerdotes canebant coram arca in tubis sacris quãdo portabatur, vt patet infra in litera. Tertio patet, quia Dauid dixit hic, vos qui estis principes familiarum Leuiticarum, sanctificamini. Et tamẽ non solum sanctificati sunt Leuitę, sed etiam sacerdotes, quia in litera dicitur, sanctificati sunt ergo sacerdotes, & Leuitæ, ergo Dauid loquebatur tam ad sacerdotes quàm ad Leuitas, & sic Dauid dixit tam sacerdotibus quàm Leuitis: sanctificamini vos, qui estis principes familiarum Leuiticarum. Et quando obijcitur, ꝙ solum sex Leuitæ, qui ponuntur hic erant principes familiarum Leuiticarum. Dicendum, ꝙ princeps alicuius familiæ dicitur dupliciter: vno modo ille, qui est maior in aliqua familia, ſ. quia est de maiori genere, vt patet, quia descendit per lineam progenitorũ. Et isto modo semper erat vnus princeps in qualibet familia, & ille erat de progenie illius familiæ, & erat nobilior. Alio modo vocatur princeps alicuius familię ille, qui præerat omnibus de illa familia, licet non esset de progenie illa. Accipiẽdo primo modo, isti sex Leuitæ, qui ponuntur hic erant principes familiarum Leuiticarum, quia non erant de eis, sed de alia stirpe: accipiendo secundo modo sacerdotes erant principes familiarum Leuiticarum, eo quòd Leuitæ traditi fuerant Aaron, & filijs eius ad ministrandum sub eis, & ad faciendum quidquid illi iuberent Numeri 2. & 8. & 28. Etiam specialiter erant subiectæ familiæ Leuiticarum sacerdotibus: nam Aaron habebat duos filios, ſ. Eleazar, & Ithamar. Erat autem Ithamar princeps duarum familiarum Leuiticarum, ſ. Gersonitarum, & Meraritarum, & Eleazar erat princeps familiæ Caathitarum in speciali, & in generali erat princeps omnium principum Leuitarum, vt patet Nu. 3. & sic Dauid poterat vocare hic tam sacerdotes quàm Leuitas principes familiarum Leuiticarum.

Quæ sanctificatio erat ista, quam iubebat Dauid fieri in sacerdotibus, & Leuitis. Quæst. XV.

QVAERITVR vlterius quæ sanctificatio erat ista, quam Dauid iubebat fieri in sacerdotibus, & Leuitis ad portandum arcam. Respondendum est, ꝙ secundum legem erant multæ immunditiæ cæremoniales, quarum aliquam si quis incurrisset non poterat introire in Sanctuarium, nec tangere aliquam rem sacrã. istę immunditię erant multiplices. Quædam erant per contactum, vt si quis tetigisset rem morticinam, & si tetigisset serpentem viuum, vel mortuũ, & si tetigisset cadauer hominis mortui, vel occisi, vel cadauer cuiuscunq; bestiæ, q̃ non licebat tetigisse leprosum, vel fluentẽ semine, aut sanguine, vel etiã si quis fuisset pollutus somnio nocturno, vel si accessisset quis ad mulierem cognoscendo eam carnaliter, vel si quis comedisset de cibis vetitis, & sic de multis aliis generibus immunditiarũ de quibus Leui. 11. vsq; ad 17. Et ẽt 22. cap. 2. Nu. 19. Et Deute. 14. & 23. In omnibus autem his requirebatur lustratio, siue sanctificatio, & ista fiebat multipliciter: nã in quibusdã fiebat mundificatio per aquas lustrationis, q̃ erãt aquæ commixtæ cineribus vitulæ ruffæ, & istud erat si quis polluebatur tangendo cadauer humani, vel ossa eius, vel sepulchrum Nu. 19. In alijs autem non fiebat purificatio cum cineribus vitulæ ruffæ, sed in sola aqua, sed istud erat dupliciter. Nam quidam lauabant carnẽ suã totã in ags, alij vero lauabãt carnẽ, & vestes. De primo patet, vt si quis cognosceret mulierem suam, vel alienã lauare debebat totã carnem suam vterq; & manebant immundi vsq; ad vesperum: Leui. Sic ẽt si quis polluebatur somnio nocturno, lauabat carnem suam Deute. 23. De secundo patet, vt si quis tetigisset carnem viri fluentis semine, vel mulieris fluentis sanguine, siue in tẽpore menstruorũ siue extra, lauabat carnem suam, & vestimenta sua. Durabant autem istę purificationes diuersimode: nam quidam postq̃ polluebantur manebãt immundi multis temporibus, sicut leprosi, & viri fluentes semine, & mulieres patientes fluxum sanguinis extra tempora menstrorum. Nam quandiu duraret lepra, & ille fluxus sanguinis, vel seminis, durabat immunditia, & insuper postq̃ durasset ista immunditia manebãt adhuc prædicti per septem dies immundi, & illa nõ erat iam immunditia realis, sed cæremonialis quantum ad opinionem legis, vt patet Leui. 14. & 15. Alij autem etãt quorũ immunditia durabat solum ꝑ septem dies, & istud erat in quibusdam quorum immunditia contrahebatur ꝑ vnicum actum, & non durabat immunditia realis, nisi in alio actu: sic. n. erat de tangentibus mortuum, qa illi polluebãtur solum, qñ tangebant, & tñ durabat ista pollutio per septem dies, & sic pollutus debebat aspergi aquis lustrationis tertio, & septimo die, & tũc in septimo die erat mundus, vt patet Nu. 19. Sic etiam erat si quis coiret cum muliere, quæ pateretur fluxum sanguinis: nam manebat immundus per septem dies. Leui. 15. In alijs autem regulariter durabat immunditia vsq; ad Solis occasum eiusdem diei, in quo contrahebatur immunditia, vel sequentis, vt patet Leui. 11. & 15. & 17. Et Deute. 14. & 23. Si autem aliquam istarum immunditiarum incurrisset quis de sacerdotibus, vel Leuitis, non poterat tãgere arcam, vel prope eam accedere ad ministrandum in ista portatione. Ideo iussit eis Dauid, vt sanctificarentur, ideſt, mundarentur si in aliquã incurrissent, & non solum volebat Dauid, vt mũdarentur ab immunditijs præteritis, sed etiam cauerent, ne incurrerent in aliquas: potissimè in illas, quæ erant voluntariæ: sic enim erat de cognoscendo vxorem: nam cauere debebant nunc Leuitæ per aliquot dies, vt non accederent ad vxores suas cum deberent tangere arcam: sic enim fuit quando Israelitæ debuerunt accipere legem: nam iussit Deus per tres dies ante hoc, ꝙ lauarẽt vestimenta sua, & non appropinquarent vxoribus suis, vt patet Exo. 19. a fortiori ergo nunc Leuitæ deberent cauere, ne accederent ad vxores suas cum deberẽt portare arcam, & ab omnibus his sanctificati sunt Leuitæ, & sacerdotes, vt portarent arcam.

Quisnam error fuerit in portatione arcæ. Quæst. XVI.

QVAERITVR vlterius circa ea, quæ dicuntur hic de errore vitando, qui acciderat in priori portatione arcæ, quando occisus est Oza, quis error significetur hic fuisse. Respondendum, ꝙ hic posset aliqualiter colligi ex litera, ꝙ fuerint duo errores. Primus est, ꝙ Oza, q tetigit arcã erat immundus, & hoc colligitur, qa hic Dauid ꝑcipit sacerdotibus, & Leuitis, ꝙ sanctificent se, vt non incidat error sicut prius, & tñ nunc iubet, ꝙ sanctificentur, ergo error prior erat, quia non sanctificati sunt Leuitę quorum vnus fuit Oza, q tetigit arcã, & mortuus est. Et huic consonat id quod multi

Universidad de Deusto
Biblioteca

multi dicunt, ſ. ꝙ Oza cognouerat vxorem ſuam nocte præcedenti anteꝙ portaretur arca. Secundum eſt, ꝙ hic poſſet colligi, ꝙ populares portauiſſent arcã prima vice, vel ſaltem ſe immiſcuiſſent portationi eius miniſtrando aliquid, & hoc patet, quia Dauid dixit, quia nõ eratis præſentes a principio pcuſſit nos Dñs: ſic, & nũc afferte vos arcam Dñi, ne fiat quid illicitum nobis agẽtibus q. d. ꝙ in prima vice populares portauerunt arcã propter abſentiam Leuitarum, & ideo, ꝙ nunc eſſent Leuitæ præſentes, vt propter ipſorum abſentiam non facerent populares aliquid illicitum portando arcam, vel miniſtrando in portatione eius. Dicendum tamẽ, ꝙ primum iſtorum poteſt ſatis ſtare, ſ. ꝙ Oza fuerit immundus, quia acceſſit ad vxorem ſuam, & tñ non eſt iſta cauſa principalis nec veriſimilior mortis, vt declaratum eſt ſupra 13. in quæſtione de cã mortis Ozę. Secundum autem iſtorum non ſtat, nã non eſt verum, ꝙ populares portauerint arcam, vel immiſcuerint ſe portationi eius: nam ſupra 13. & 2. Re. 6. Dicitur, ꝙ Oza, & frẽs eius minabant plauſtrum, & tñ manifeſtum eſt, ꝙ iſti erant Leuitæ, vt ibi etiam declaratum eſt. Secundo patet, quia ſi peccatum fuiſſet in hoc populares paterentur, quia accedebant ad arcam, & tñ nullus popularis paſſus eſt, ſed ſolus Oza: ideo non fuit peccatum per hoc, ꝙ aliqui populares portarent arcam. Tertio patet, quia ſi populares peccauiſſent, litera expreſſiſſet peccatum illorum dicendo de morte Ozæ. Et tñ dicitur, ꝙ ipſe mortuus eſt, quia tetigit arcam: ergo nõ fuit aliquis alius error niſi in opere Ozæ. Dicendum tamẽ, ꝙ dato, ꝙ Oza non fuiſſet immundus, nec etiam populares ſe immiſcuiſſent portationi arcæ, habebat Dauid cauſam dicendi iſta propter mortem Ozæ. Quod patet, quia Oza mortuus fuerat, quia præuaricatus eſt aliquam cæremoniam in portatione arcæ. Ideo Dauid volebat, ꝙ obſeruarentur nunc omnes cæremoniæ, quia in quacunq; erraretur mors ſequeretur. Vna autẽ cæremonia erat, ꝙ omnes eſſent mũdi. Ideo iuſſit Dauid, quòd ſanctificarentur omnes Leuitæ: non tñ per hoc innuitur, ꝙ perierit Oza, quia erat immundus: nã poterat mori propter preuaricationem cuiuſcunque cæremoniæ: alia cæremonia erat, ꝙ ſoli ſacerdotes, & Leuitæ portarẽt arcam. Ideo Dauid dixit, ꝙ cauerent, quòd ipſi portarent eam: ne ſi aliquis alius portaret, ſequeretur plaga in populo. Cum autem dicitur, quia non eratis præſentes, percuſſit nos Dominus, non eſt ſenſus, quòd propter abſentiam Leuitarum populares portauiſſent arcã, ſed ꝙ ſi ipſi non dirigerent in modo portationis ſequeretur aliquis error. Et ſic quia a principio in prima portatione non interuenerant Leuitæ erratum fuit in cæremonijs, & propter hoc Oza occiſus eſt, nõ tñ innuit in hoc, ꝙ Oza peccauerit in aliquo alio, niſi in tangendo arcam: nec ẽt, ꝙ laici immiſcuerint ſe portationi arcæ. Et nunc cùm dr̃, ne fiat aliquid illicitum nobis agentibus, eſt ſenſus, ꝙ Leuitæ intereſſent ad portandum arcam, & ad faciendum oẽs cæremonias, qa ſi ipſi non intereſſent forſitan intromitterent ſe populares, & facerent aliquid illicitum, ſed nõ ex hoc ſequitur, ꝙ in priori portatione populares fecerint aliquid illicitum.

Propter quam cauſam vocauit nunc Dauid principes Leuitarum, & ſacerdotum. Quæſt. XVII.

QVAERITVR vlterius ad qd Dauid vocauit nũc iſtos principes Leuitarũ, & ſacerdotũ, & locutus eſt eis. Reſpondendũ, ꝙ Dauid volebat, ꝙ portaret̃ arca in domum ſuam, & ad hoc volebat tradere formã portationis. Iſtud aũt pertinebat ad ſacerdotes, & Leuitas: iõ fecit vocari principes ſacerdotũ, & Leuitarum, qa iſti imperabant alijs ſacerdotibus, & Leuitis. Et id quod iſti iuberent ſequerent̃ alij. Et hoc patet, qa vocauit Sadoc, & Abiathar, q erãt principes ſacerdotũ. Et ſub eorũ poteſtate cæteri erant infra 23. Vocauit aũt ſex Leuitas quorũ nomina ponuntur hic, eo quod iſti erãt principes ſex familiarũ Leuiticarũ, vt patet ſupra in litera. Vocauit aũt Dauid illos ad duo, primum eſt ad portationem arcæ, ſ. vt aſſignarẽt portatores arcæ, & vt nõ errarẽt in aliqua cæremonia portationis: vt patet ſupra. Secundũ erat vt ordinarẽt cãtores, & ianitores, & alios officiales ad ſolennizandũ iſtam portationem: nã Leuitæ canebãt qñ portabat̃ arca, vt patet infra in litera.

Dixit Dauid principibus Leuitarum, vt conſtituerent de fratribus ſuis cantores in organis muſicorum, nablis videlicet, & lyris, & cymbalis, vt reſonaret in excelſis ſonitus lætitiæ. Conſtitueruntque Leuitas Heman filium Ioel, & de fratribus eius Aſaph filium Barachiæ: de filijs verò Merari fratribus eorũ, Ethan filium Caſaiæ, & cum eis fratres eorũ, In ſecundo ordine Zachariam, & Benatiazihel, & Semiramoth, & Ietihel, Anieliab, & Banaiam, & Maaſiam, & Mathathiam, & Eliphalu, & Maceniam, & Obededom, & Ieihel ianitores. Porro cantores Heman, Aſaph, & Ethan in cymbalis æneis concrepantes. Zacharias autem, & Oziel, & Semiramoth, & Iaihel, & Anieliab, & Maaſias, & Banaias in nablis arcana cantabant. Porrò Mathathias, & Eliphalu, & Macenias, & Obededom, & Ieihel, & Ozaziu in citharis pro octaua canebant epinicion. Chonenias autem princeps Leuitarũ prophetię præerat, & ad pręcinendam melodiam. Erat quippe valde ſapiens. Et Barachias, & Elcana ianitores arcæ. Porrò Sebenias, & Ioſaphat, & Nathanael, & Amalai, & Zacharias, & Banaias, & Eliezer ſacerdotes clangebant tubis coram arca Dei, & Obededom, & Iehias erant ianitores arcæ.

Dixitque Dauid. Hic ponit̃ ſecundum huius partis, ſ. de illis, ꝙ portationem arcæ ſolennizabant, & ponunt hic officiales arcæ: tam ꝓ tempore portationis arcæ ꝙ poſtea, ſ. cantores, & ianitores. Ad conſtituendum aũt illos incitauit Dauid, qa ipſe erat vir valde deicola, & deſiderabat augere cultum Dei: iõ voluit quãto iocundius poterat portari arcam. Ad quod voluit, quod inſtituerent̃ cantores. Et dr̃. *Dixitque Dauid principibus Leuitarum.* Iſti principes erant illi ſex, qui nominantur ſupra principes ſex familiarum. *Vt conſtituerent de fratribus ſuis cantores.* Solum ad illos ſex principes Leuitarum loquutus eſt, & non ad ſacerdotes, quia de ſacerdotibus nullus cantor conſtituendus erat, ſed de Leuitis. Habebant aũt iſti ſex principes poteſtatem ſuper oẽs Leuitas. Ideo ad eos pertinebat conſtituere cantores, & alios officiales de Leuitis, & dr̃ de fratribus illis, i. de alijs Leuitis, q erant de progenie ſua, & erant ſub poteſtate eorum. *In organis muſicorum.* Ideſt Vt conſtituerent cantores, q cantarent in organis Muſicæ. Canebãt enim dupliciter Leuitæ, ſ. quidam in ſola voce, alij aũt in voce, & organis. Et vocant̃ organa mæſicorum generaliter omnia inſtrumenta ad canendum, qa organum non accipitur ſpecialiter pro quodam inſtrumento muſico, ſicut vulgariter loquimur, ſed pro omnibus inſtrumentis tam muſicis q̃ nõ muſicis, quia organum eſt nomen Græcum, & eſt tam cõe, ſicut iſtud nomen inſtrumentum apud nos. Sic. n. dicimus, ꝙ omnes potentiæ corporales habent organa, i. inſtrumenta, ꝓ quæ operantur, & in qbus ſunt. *Nablis videlicet, & lyris, & cymbalis.* De lyris, & cymbalis qd ſint dictum eſt ſupra 13. Nablũ aũt coincidit aliqualiter cũ pſalterio: vnde Ebrardus ponit iſta duo pro eo dicens: *Pſalterium Græci, nos organa, nabla Iudæi.* *Vt reſonaret in excelſum ſonitus lætitiæ.* Scilicet, Iſti cantores conſtituebant̃, vt magnas voces emitterent, & audirent̃ a longe ſonitus illi, & etiam in excelſo audirent̃, & ſic apparet, ꝙ Iſraelitæ valde gaudebant. *Conſtitueruntque Leuitas Heman filium Ioel.* Ideſt, Conſtituerunt Leuitas iſtos, qui ſequunt̃ in cantores. Primus fuit Heman, & iſte fuit princeps cantorum in familia Caathitarum, & erat valde ſapiens, fecitque aliquos Pſalmos, qui ex nomine eius intitulant̃, & pater iſtius erat Ioel: non quidem Ioel Propheta quia ille fuit multo tempore poſt, ſ. tempore Oziæ regis: ſed fuit iſte quidã alius de Leuitis tempore Dauid, & fuit de familia Caathitarũ, vt patet ſupra 6. *Et de fratribus eius Aſaph filium Barachiæ.* Iſte Aſaph fuit alius Leuita princeps cantorũ in familia Gerſonitarũ ſapiens valde, qui multos Pſalmos fecit. Et dr̃ de fratribus eius, ſ. de fratribus Hemã: nam Heman erat de familia Caathitarum, & Aſaph de familia Gerſonitarũ ſupra 6. Et viri de iſtis duabus familijs dicebant̃ fratres inter ſe, eo ꝙ erant de eodem genere, ſ. omnes de tribu Leui. *De filijs verò Merari fratribus eorum, Heman.* De tertia familia Leuitarum, quæ erat Merari fuit conſtitutus alius princeps cantorum, ſ. Ethan, & dicitur de filijs Merari fratribus eorum, ideſt, fratribus Caathitarum, & Gerſonitarũ, de quorum familijs erant Heman, & Aſaph, & vocantur fratres propter cauſam dictam. *Filium Caſaiæ.* Iſte vocatur Chuſi ſupra 6. Nam dr̃ ibi Ethan filius Chuſi. Ex quo apparet, ꝙ erat binomius: multi enim ſunt ſimiles in ſacra ſcriptura: ſic eſt de Iacob, qui vocat̃ Iacob, & Iſrael: ſic etiam Eſau vocat̃ Edom, & Eſau, & Seir. Geneſ. 25. Et ſic de Beato Petro, qui vocatur Petrus, & Simon, & Cæphas, & Bariona. *Et cum eis fratres eorum.* Ideſt, Iſti tres nominati erãt principes cantorum in tribus familijs Leuitarum. Et cum eis erant fratres eorum, ideſt, omnes de illa familia cũ iſti eſſent principes, & ſubijcerent̃ eis in officio ſuo reliqui de familijs eorum. *In ſecundo ordine Zachariam.* Poſiti fuerunt ſupra cantores tres, qui erant principes, hic ponuntur alij cantores, q erãt minores, & ponunt tredecim, qui ſæpe nominant hic. Iſte Zacharias non eſt pater Beati Ioannis Baptiſtę, quia ille fuit multo tempore poſt: nec etiã fuit Zacharias filius Ioiadę ſacerdotis magni, qui lapidatus fuit mandato regis Ioas ſequenti lib. cap. 24. Nam ille fuit multo tpe poſt hoc, ſ. tpe Ioas regis. Iſte autem fuit tpe Dauid. Item ille fuit de genere ſacerdotũ: nam erat filius Ioiadæ ſummi ſacerdotis ſequenti lib. cap. 24. Iſte aũt erat de genere Leuitarum. *Et Banaiam.* Non eſt iſte Banaias, qui fuit vnus de viris fortibus Dauid 2. Re. 23. Et ſupra 11. Nam ille fuit de tribu Iuda, vt ibi declaratũ eſt. Iſte aũt fuit de genere Leuitarũ. Et dato, ꝙ adhuc dicere vellemus ſm Ioſephum 7. Antiqui. quod eſſet iſte Banaias de genere ſacerdotum, tñ iſte, de quo hic dr̃ Leuita erat, & non poteſt cum illo conuenire. *Et Mathathiam.* Non eſt iſte Mathathias pater Machabæorũ, vt patet 1. Macha. 2. cap. Quia ille fuit multo tpe poſt iſtum: fuerunt. n. Machabæi pauco tpe ante Chriſtum: multo tpe poſt reditũ de captiuitate Babylonis, & tamen iſte fuit tempore Dauid, multis annis ante captiuitatem Babylonicam. *Et Obededom.* Iſte eſt Obededom in cuius domo fuerat poſita arca, & propter hoc fuit arca poſita in domo eius, ſ. quia ipſe erat Leuita, & pertinebat ad eum ſeruare arcam. *Ianitores.* Ideſt, Iſti de ſecundo ordine erant Ianitores. Poteſt intelligi, quòd ante hoc iſti erant ſanitores in templo, vel ꝙ nunc cõſtituti fuerint, vt eſſent ianitores arcæ in domo illa, q̃ ædificauit Dauid. *Porro cantores Heman, & Aſaph, & Ethan.* Poſitum fuit ſupra, qui erant cantores: hic ponitur quibus inſtrumentis vtebantur in canendo: nam erant determinata cantoribus inſtrumenta, ita vt quidam vterentur quibuſdam, & alij alijs. Erant aũt iſti tres, qui nominantur hic principes cãtorum in tribus familijs Leuitarum, vt ſupra declaratum eſt, & vtebantur eodem genere inſtrumenti muſici. *In cymbalis æneis concrepantes.* Ideſt, Canebant iſti in cymbalis, & ibi faciebant concordiam ad cantum ſuum, & ibi eſt pulchra melodia cum in organo muſico redditur conſonantia vocum: ſunt enim cymbala inſtrumenta ferrea, vel ænea parua, quæ duabus manibus tenentur, & concutiuntur ad reddendum ſonitum conſonantem vocibus. Poterat tamen eſſe, ꝙ antiquitus iſta inſtrumenta ferrea vel ænea parua, quæ duabus manibus tenentur, & concutiuntur ad reddendum ſonitũ conſonãtem vocibus aliter formata eſſent, quia talia quotidie mutantur ab humana voluntate, & ingenio. *Zacharias autem, & Oziel, & Semiramoth, & Iaihel, & Ameliab, & Maaſias, & Banaias.* Ponebantur ſupra princeps cantorum, qui erant in primo ordine, & quibus organis vtebantur. Hic autem dr̃ de cantoribus ſecundi ordinis, quibus organis vterentur, & diuidebatur in duas partes, quia quidam iſtorum vtebantur nablis. Alij aũt cytharis, nam octo primi vtebantur nablis, & ſex ſecundi vtebantur citharis, & cantabant etiam diuerſa cantica, & omnes iſti, qui ponuntur hic ſunt ijdem cũ illis, qui ponuntur ſupra, ſed repetuntur hic nomina eorum ad oſtendendum, quibus organis vterentur. *In nablis arcana cantabant.* Eſt nablum inſtrumentum ſimile pſalterio, & vt dicit Nicolaus in hoc differunt, quia nablũ digitis tangit̃, pſalterium aũt plectro pulſat̃. Cantabant etiam arcana, i. aliqua cantica de rebus arcanis. *Porro Mathatias, & Eliphalu, & Mathenias, & Obededom, & Ieihel, & Ozaziu.* Hic ponuntur ſex alij cantores de ſecundo ordine, qui diſtinguuntur ab octo præcedentibus in organis quibus cantabant, & etiã in canticis. *In citharis.* Iſtis organis vtebant̃: eſt. n. cithara inſtrumentũ antiquum, & inter veteres valde celebrabat̃ nunc aũt valde in vſum venit. *Pro octaua canebant epinicion.* Iſti octo cantores cantabãt in octaua, vel pro octaua, & cantabãt epinicion, i. canticum ſic incipiens, vt aliqui volunt, ſed poſtea declarabit̃ hoc in quadã qõne. *Chonenias autem princeps Leuitarum.* Iſte erat princeps Leuitarũ in cantu, quia fuit ſapientior cæteris, & nõ eſt iſte Chonenias, de quo dr̃ ſeq. lib. cap. 32. q̃q̃ dr̃ ibi, ꝙ ipſe erat p̃fectus, ſicut hic dr̃, ꝙ erat princeps Leuitarũ: nã hic ponit̃ princeps cantorũ, ibi aũt ponit̃ princeps eorũ, qui recipiebant in domo Dñi decimas, & primitias in horreis. Etiã iſte Chonenias fuit multo tpe ante illũ, ſ. plusq̃ trecentis annis: nã iſte fuit tpe Dauid, & ille fuit tpe Ezechiæ regis, vt patet ibidem, ſed fuit alius Chonenias, quia multi coincidunt in eodẽ noĩe eodẽ tpe, vel diuerſis. *Prophetiæ præerat.* Ideſt, Erat prepoſitus in faciendo Pſalmos, & canendo illos, vocat̃. n. Prophetia quæque laus Dei. Et ideo qñ Leuitæ canebant aliquas laudes Dei, dicebant̃ prophetare: ſic patet infra 25. ſ. Igit̃ Dauid, & in miniſteriũ magiſtratus exercitus ſegregauerũt filios Aſaph, & Hemã, vt prophetarent in citharis, & pſalterijs, & tñ in citharis nihil fit niſi canere.

Organi, quid ſ. genitiue.

re. Etiam patet eodē cap. cū dicitur fuit autem numerus eorum, q erudiebant canticum Dñi &c. & sic isti, q dicebant prophetare erant doctores cantici. *Ad præcinendam melodiam*. Ideſt, Iſte Chonenias erat princeps, p phetiæ, i. Pſalmorum faciendorū, & hoc ad præcinendum melodiam, i. vt cantarent illos Pſalmos in voce, & sic erat iſte Chonenias eruditus in duobus, ſ. in componēdo Pſalmos ſapienter, & in modulando alios dulciter. *Erat quippe valde ſapiens*. Iſta cauſa ponit quare iſte eſſet princeps prophetiæ, ſ. quia erat valde ſapiens: nā aliter non poneretur princeps omnium cantorum. Et attenditur iſta ſapientia in ſciendo componere Pſalmos ſubtilius quàm alij, & in modulando eos dulcius. *Et Barachias, & Elcana ianitores arcæ*. Iſti duo erant ianitores arcæ, ſ. cuſtodiendo eam, ne aliquis accederet ad ipſam, nec introiret ad tabernaculum illud de pellibus iacynthinis in quo erat poſita in domo Dauid. Iſte Elcana non eſt Elcana pater Samuelis: de quo dr primo Regum, primo cap. quia ille fuit aliquātō tempore ante iſtum: nam Samuel filius Elcana erat ſenex antequam Saul conſtitueretur in regem: vnde dixit ego ſenui, & incanui, porro filij mei vobiſcum ſunt. primo Regum 12. & mortuus eſt Samuel regnante Saule, eodem lib. cap. 25. Et poſt hoc regnauit Dauid ſuper Iuda, & deinde ſuper Iſrael, & nunc erat iſte Elcana tempore Dauid cuſtos arcæ: ergo non poterat eſſe Elcana pater Samuelis, quia videbatur, quòd ille multo tempore ante hoc mortuus fuerit, & forte ante regnum Saulis, cum incipiente regno Saulis iam ſenuiſſet, & incanuiſſet Samuel filius eius. *Porro Sebenias*. Hic ponitur de ſacerdotibus, qui miniſtrauerunt nunc in iſta portatione arcæ coram illa, & nominantur hic octo ſacerdotes. *Et Ioſaphat*. Non eſt iſte rex Ioſaphat, de quo habetur ſequenti lib. cap. 17. & 18. Quia ille fuit multo tempore poſt hoc, cum fuerit filius Abia. Etiam ille fuit de tribu Iuda, & erat rex, iſte autem erat Leuita. *Et Nathanael*. Non eſt iſte Nathanael de quo dicitur Ioan. primo, q vidit Ieſus Nathanael ad ſe venientem, & dixit de eo: Ecce vere Iſraelita, in quo dolus non eſt. *Et Zacharias*. Non eſt iſte Zacharias, de quo ſupra habetur, quia ille primus erat de cantoribus ſecundi ordinis, & iſte eſt de genere ſacerdotum, quia iſti erant octo qui ponuntur in hoc verſu. Et clangebant tubis, erant ſacerdotes, vt patet in litera. *Et Amaſai*. Non eſt iſte Amaſa filius Abigail ſororis Dauid, de quo habetur ſupra 2. Et ille fuit princeps exercitus in bello, quod fecit Abſalom contra Dauid. 2. Re. 17. Et poſtea Dauid reconciliauit eū ſibi. & fecit principem exercitus excluſo Ioab, quia occiderat Abſalonem eodem lib. cap 19. Et poſtea occidit eū Ioab ductus in via, qa ſucceſſerat in principatu eius eodē lib. cap. 20. Quia ille fuit de tribu Iuda, iſte aūt erat de ſacerdotibus. *Et Banaias*. Aliqui putant, q iſte fuit ille Banaias, q ponitur inter viros fortes Dauid 2. Re. 23. Et ſupra 3. & 11. tamen falſum eſt, quia ille erat de tribu Iuda, iſte autem erat ſacerdos. Ioſephus tamē tenet, q fuerit ille Banaias de ſtirpe ſacerdotum, & tenendo ſic ſatis concordaret, & q diceremus iſtum Banaiam eſſe illum virum fortem, ſed non eſt idem: multi enim vocātur hoc nomine. *Et Eliezer*. Iſte Eliezer non eſt ille, de quo habetur Exo. 4. Quia ille fuit filius Moyſi, iſte autem fuit multo tempore poſt. Etiam non eſt iſte Eliezer, de quo Geneſ. 24. Quia ille fuit ſeruus Abrahā, quē miſit pro Rebecca, vt acciperetur pro vxore ab Iſaac, & ſic fuit multo tempore ante hos ſacerdotes. *Clangebant tubis*. Ideſt, Iſti octo, qui ponuntur hic clangebant in tubis argenteis: nam erant in ſanctuario tubæ argenteæ ad canendum in feſtiuitatibus, & iſtis vtebātur nunc Leuitæ in portatione arcæ. *Coram arca Domini*. Scilicet, Quando portabatur. Poſtea etiam coram illa clangebatur, ſed non apparet an iſti ſacerdotes, qui nunc clangebant, clangerent tunc. *Et Obededom, & Achimaas erant ianitores arcæ*. Scilicet, Cuſtodientes, ne quis introiret ad locum, in quo cuſtodiebatur arca intra tentoriū factum de pellibus iacynthinis, quod erat in domo Dauid.

Quis nam ordo erat in portatione iſtius arcæ.
Quæſt. XVIII.

QVAERITVR circa ea, quæ dicta ſunt hic de ordinatione in portando arcam, quis ordo erat. Reſpondendum, quòd in iſta portatione arcæ quidam erāt portantes arcam, & alij erant ſolennizantes portationem, portantes autem erant Leuitæ. Et iſti erant quatuor portantes eam per duos vectes, Et quando iſti fatigabantur ſuccedebant eis alij Leuitæ, vel adiuuabant eos. Et de iſtis portatoribus nihil hic dicitur, niſi quòd portabant arcam ſuper humeros ſuos in vectibus: alij autem erant ſolennizantes portationem arcæ. Et ad hoc conuenerant ſacerdotes, & Leuitæ, & populares: de popularibus nihil dicitur hic. Et tamen intelligendum eſt, quòd Dauid diſtinxerat populum in ſeptem choros, vel ſaltem elegerat de populo cantores, & pſallentes in vaſis muſicis, & diſtinxerat eos in ſeptem choros, vt ordinatē ſe haberent, ſcilicet, vt quidam canerent, & alij reſponderent vicibus ſuis. Et ſic dicitur 2. Regum 6. q erant cum Dauid ſeptem chori. Sacerdotes autem conuenerunt ad iſtam ſolennitatem, & habebant hic duo officia, primum erat, quia ſacrificia offerebant. Nam cum tranſiſſent illi, qui portabant arcam ſex paſus offerebantur ſeptem tauri, & ſeptem arietes, vt patet hic. Et in hoc multi ſacerdotes eſſent occupati, vt cito explerentur tot ſacrificia. Aliud officium eorum erat clangere tubis, & ſic dicitur hic de octo ſacerdotibus, qui clangebant tubis ante arcam: Leuitæ autem proficiebant nunc in portatione arcæ in duobus, vt quidam volunt. Primum erat, quia quidam ipſorum erant in circuitu arcæ diligenter cauentes, ne quis de popularibus accederet ad arcam. Et iſtos vocat Nicolaus ianitores arcæ. Iſtud tamen non eſt ſatis recipiendum, vt infra declarabitur in quadam quæſtione. Ideo dicendum, quòd Leuitæ ſolennizabant nunc portationem arcæ ſolum in cantādo. Quidam in voce ſola, & alij in voce, & organis. Et fuerunt diſtincti iſti in duos ordines, & in quodam erant quidam cantores, & in alio alij, vt patet in litera, & ſequenti quæſtione.

Quomodo ſe habebant nunc iſti Leuitæ in cantando.
Quæſt. XIX.

QVAERITVR magis de iſtis Leuitis, quomodo ſe habebant nunc in cantando. dicendū eſt, q de omnibus familijs Leuitarum cōuenerunt nunc aliqui ad portationem arcæ, vt patet ſupra in litera. Quidam autem ipſorum portabant arcam, ideo reliqui cantabant, ſed ad hoc, quòd ordinate canerent fuerunt hic diſtincti p duos ordines: nam non fit mentio niſi de primo, & ſecundo ordine cantorum. Et vocatur ordo primus, & ſecundus multipliciter, ſ. quia illi, qui erant in primo ordine, erant excellentiores alijs in ſapientia, & in cantu: qui vero erant in ſecundo ordine, erāt minus ſapientes: vel vocatur primus ordo, & ſecundus, qa vna pars Leuitarū canētium p̄cedebat arcā, & vocabat primus ordo, ſ. p̄cedēdo localiter. Alius ordo ſubſequebat arcā, & vocat ſecūdus, qa ſuccedebat. Aliter pōt dici, q erāt duo ordines cātorū, ſicut in eccleſia ſunt duo chori cātorū cātando Pſalmos. Et vocaret primus ordo illos, qui inchoabat, ſicut cum vnus dicit vnū verſum, & alius alium. Iſti duo ordines non erant diſtincti taliter, vt illi, qui erant de vna familia Leuitarum, eſſent in vno ordine, & qui de alia familia, eſſent i alio ordine, quia tunc cum eſſent ad minus tres familiæ principales Leuitarum, ſ. Gerſonitarum, Caathitarum, Meraritarū, eſſent tres ordines cantorum, & tamē erant ſoli duo, ſed diſtinguebantur ſic iſti ordines, q de qualibet familia Leuitarum eſſent aliqui in primo ordine, & aliqui in ſecundo. Patet hoc, quia in primo ordine erant iſti tres principes, ſ. Heman Aſaph, & Ethan. Et tamē Heman erat Caathita, & Aſaph Gerſonita, & Ethan Meraritha, vt patet ſup. 6. & ſup. in litera declaratum eſt. Et dicitur etiam hic, quòd cum quolibet iſtorum erant fratres ſui, ideſt viri de familia ſua, & ſic patet, quòd in primo ordine erant Leuitę de omnibus familijs, ſic de ordine ſecundo intelligendū eſt. Et iſtud erat ſatis rōnabile ad tollendum inuidiam. Nam ſi ponerentur Leuitę de vna familia in primo ordine, & Leuitę de alia in ſecundo ordine, illi qui ponerent in ſcdo, q̄quererent quaſi p̄rēnerent pluſq̄ cęteri. Nunc autem cum de omnibus familijs eſſent cantores in primo ordine, & ſecundo, erant omnes familię ęquales, & nulla haberet occaſionem querelę. Sciendum autem, quòd in primo ordine cantorum erant tres principes, ſ. Heman Aſaph, & Ethan, quia erant de tribus familijs, & erant ſapientiores reliquis. In ſecundo ordine erant principes quatuordecim, qui ponuntur in illo verſu qui incipit, in ſecundo ordine Zachariā, erat tamen vnus cantor ſapientior adhuc omnibus, qui vocabatur Chonenias, & iſte p̄erat vtrique ordini cantorum, & hoc quia erat valde ſapiens, vt dicitur in litera. Sciendum etiam, q illi, qui erant in primo ordine cantorum differebant à cantoribus ſecundi ordinis in organis, quibus vtebantur: nam cantores primi ordinis vtebātur cymbalis: nam dr in litera, quòd Heman, & Aſaph, & Ethan in cymbalis ęneis cōcrepabant. Cantores autem ſecundi ordinis alijs organis vtebantur, ſed adhuc iſti de ſecundo ordine differebant inter ſe in duobus, ſ. in organis, & in canticis. Patet, quia octo principes ſecundi ordinis canebant in nablis, & cantabant arcana, ſ. illi, qui ponuntur in verſu qui incipit, Zacharias aūt, & Oziel. Alij aūt ſex principes eiuſdē ordinis cantabant in lyris pro octaua epinicion, ſ. illi, qui ponuntur in verſu, qui incipit: Porrò Mathathias, de quibus infra dicetur.

An illi de ſecundo ordine erant Leuitæ, vel cantores.
Quæſt. XX.

QVAERIVR vlterius de iſtis, qui erant nunc in ſecundo ordine an eſſent Leuitę cantores, vel ianitores. Aliquis dicet, q erant ianitores, quia in illo verſu, qui incipit in ſecundo ordine Zachariam ponū tur omnes, qui erant de ſecundo ordine, & dr in fine ianitores, & ſic apparet, q omnes illi erant ianitores, inquantum vr, quia ſupra in litera repetuntur omnes qui ponuntur in prędicto verſu, & diſtinguuntur in duas partes, & ponuntur in vna parte octo, & in alia ſex, & de octo qui ponūtur ſimul dicitur, q cantabāt arcana in nablis, vt patet in verſu, qui incipit: Zacharias autem. Et de ſex, qui ponuntur in alia parte dr, q cantabant in lyris epinicion pro octaua, vt patet in verſu, qui incipit: Porrò Mathathias. Oportet ergo poni omnes illos in ſecundo ordine eſſe cantores. Dicendum igitur, q qui ponuntur in ſecundo ordine cantores ſunt, vt patet ex ratione aſſignata. Item quia hic diſtinguūtur duo ordines, & primus eorum pertinet ad cantores: ergo etiam ſecundus. Quod patet, quia aliàs non vocaretur ſecundus ordo, quia ſecūdus habet conſequentiam ad primum, & participant in aliquo, ideo ambo debent eſſe eiuſdem rei, ſed primus eſt cantorum: ergo etiam ſecundus. Cum autē obijcitur, q iſti erant ianitores. Rūderi poteſt dupliciter. vno modo, q non refertur hoc ad omnes, qui ponuntur in iſto ordine, ſed ſolum refertur ad iſtos vltimos, ſ. ad Obededom, & ad Ieiel. Nam de Obededom iterum dr, quòd erat ianitor arcę, vt patet infra in litera. Aliter poteſt dici, q omnes iſti, qui erant in ſecundo ordine erant ianitores, & tñ non vocatur ordo ſecundus ianitorum, ſed cantorum. Per accidens. n. erat q eſſent ianitores ad hoc, vt ponerentur in iſto ſecundo ordine. Conſiderandū tñ quòd omnes iſti principes, qui ponuntur in ſecundo ordine, erant ſimul ianitores, & cantores. Erant. n. ianitores, inquantum tenebantur obſeruare ad ianuas tabernaculi Moyſi, vel iſtius domus, in qua erat arca poſita ad hoc, vt non introiret aliquis ad locum ſibi non debitum, erant autē cantores, inquantum conſtituti erant ad canendum coram arca nunc, & etiam poſtquam poſita eſſet in loco ſuo in domo Dauid. Hic autem non ponuntur in ordine inquantum ianitores, ſed inquantum cantores, vocantur tamen ianitores ad exprimēdum omnes titulos, & dignitates eorum.

De officio ianitorum. *Quæſt. XXI.*

QVAERITVR vlterius de iſtis ianitoribus de quibus hic, qui erant, vel quod erat officiū ſuū. Reſpondendum eſt, ſm Nicolaum, quòd hic vocant aliqui ianitores eo, q in iſta portatione erant iuxta arcam cuſtodientes, nequis accederet ad eam de popularibus, vel de Leuitis, ad quos non pertinebat, vtpote q aliquis Leuita non accederet temere ad arcam, ſicut fuit de Oza in prima portatione, qui tetigit arcā temere, & Deus percuſſit illum ſuper temeritatem ſuam 2. Reg. 6. Et hoc poteſt aliqualiter perſuaderi, quia vocantur ſpecialiter ianitores arcę. Nam infra in litera dicitur, quòd Achimaas, & Obededom erant ianitores arcę. Dicendum tamen, quòd hoc non ſtat, quia licet poſſet concedi, q aliqui Leuitę cōſtituti eſſent ad hoc ſolū, vt cauerent, ne quis accederet ad arcā, tñ nō poterāt pp hoc vocari ianitores, qa ianitor nō eſt vbi ianua nulla eſt. In portatione tñ arcæ non erat arca ſub aliqua ianua, quia portabaī per viā. Ideo non vocarent aliqui ianitores, ſed poſſent vocari cuſtodes arcę. Dicēdum eſt, q aliqui iſtorum erant ianitores arcę, & aliqui ianitores templi, non tñ ſic Nicolaus vult. Pro quo nunc ſciendum, q antequā Dauid portaret nunc arcam ad domum ſuam, & ēt poſtea, erat tabernaculū Dñi, quod fecit Moyſes in Gabaon, & ibi erant ſacerdotes, & Leuitę. Sacerdotes quidem miniſtrabant in officijs ſuis: Leuitę verò erant cantores, & ianitores. Nam cuſtodiebant quidam eorum introitum templi, & iſti fuerunt cantores in iſta portatione arcę, cum oēs Leuitę nunc cantarent corā arca prēter illos, qui portabant eam. Alij aūt fuerunt ianitores arcę, ſ. aſſignati, vt cuſtodirent eam poſtquam fuit poſita in domo Dauid. Poſſunt tamē vocari ianitores arcę illi, qui cuſtodiebant eam ante hoc dum eſſet in domo Obededom. Nā ibi erat poſita in cuſtodiā quouſq; portarēt ad alium locū, ideo neceſſe erat, q aliquis hr̄et curā ſpālem de illa, ne qs accedere poſſet indebite ad locū eius, & eēnt iſti cuſtodes duo vel tres, q vocarent ianitores. Sic. n. fuit qñ arca manſit in Cariathiarim. Nā ſanctificauerunt Eleazarum filium Abinadab, vt cuſtodiret eam primo Reg. 7. & ſic ille poſſet dici ianitor. Iſtud eſt ſatis veriſimile, quia cum ponunt ianitores arcę, ponit Obededom inter illos. Et manifeſtum eſt, q cū Obededom haberet arcam

in domo sua, q ipse est ianitor eius. Et aliquis alius de Leuitis cum eo. Sciendum aũt, q aliqui vocant hic ianitores absolutè, & alij vocãtur ianitores arcę. Illi qui erant ianitores in Sanctuario Dñi in Gabaon, vocant ianitores absolutè. Qui autẽ erant ianitores in domo Obededom, vel postea in domo, in qua Dauid posuit arcam vocant ianitores arcę. Et rõ huius est, quia nõ solebant poni ianitores pro arca nisi nunc casu, sed illi, qui erant ianitores, erant ianitores templi, qui verò erant ianitores arcę non erant ianitores, nisi per accidens, ideo nominantur cum quadam denominatione.

Quare tam pauci cantores ponebantur in secundo ordine. Quæst. XXII.

QVAERITVR vlterius quomodo in secũdo ordine cantorum ponebantur tam pauci cantores, s. quatuordecim, vt patet in litera. Nam omnes Leuitę erant nunc cantores, vt supra declaratum est. Et illi distincti fuerunt in duos ordines, sed ipsi erant saltem mille sexaginta, & duo, vt patet sup. in litera, computando omnes illos, qui ponuntur de singulis familijs. Ideo in secundo ordine cãtorum ad minus plures essent, q̃ ducenti. Respondendum, q multi cantores erant in secundo ordine, & isti quatuordecim, qui ponuntur hic non erant soli cantores secũdi ordinis, sed erant principes cantorum istius ordinis. Poterat aũt esse, q in isto ordine essent plures, q̃ quingenti, vel sexcenti cantores, quia tñ in oĩ ordine semper dantur principãs, & subiectus, assignati fuerũt quatuordecim principes in isto ordine. De alijs aũt cantoribus, q erãt sub eis in isto ordine, nulla mentio fit, Sic. n. patet de cãtoribus primi ordinis, quia ibi solum noĩantur tres principes, s. Heman Asaph, & Ethã. Et non exprimuntur aliqui subiecti, sed dr cum fratribus suis, i. q illi tres principes cum fratribus suis, i. cum Leuitis de sua cognatione, ita isti quatuordecim q ponunt hic in scdo ordine erant principes scdi ordinis. Et ob hoc exprimunt noĩatim, subditi ãt sui erãt Leuitę de cognatione sua. Sed obijciet quo in scdo ordine cantorũ essent tot principes, s. quatuordecim, cum in primo ordine solum essent tres principes. Rñdendum, q istud erat propter minoritatẽ principum. Principes. n, de scdo ordine erãt parui, quia q̃libet eorũ hẽbat paucos sub se. Ideo cum essent multi Leuitę in isto ordine, necesse erat, q essent multi principes. In primo aũt ordine erant magni principes, s. tres, eo q quilibet illorũ principabat oĩbus Leuitis de familia sua, q erant in illo ordine. Et quia erant solũ tres familię principales Leuitarum, fuerunt solum tres principes istius ordinis.

Quales viri erant principes cantorum, & quomodo in eis mansit principatus. Quæst. XXIII.

QVAERITVR vlterius de isto Heman, Asaph, & Ethan, qui erant principes cantorũ primi ordinis, qui viri erant, & quo mansit in eis iste principatus. Rñdendum, q isti tres fuerunt viri valde sapiẽtes in duobus, s. in inquirendo veritatẽ mirabiliũ Dei, de quibus facerent Psalmos. Et in sciendo modulari dulciter Psalmos iam cõpositos. De primo patet, nã Psalmi sunt q̃dam laudes Dei, & cõponebant ab istis Leuitis, qui inquirebant historias legis veteris, & de mirabilibus, q̃ reperiebant in scriptura formabant istos Psalmos, vt patet in Psal. 102. & 103. & vsq; ad 106. & in multis alijs, s. Psal. 77. Et quia aliqui Leuitę erant sapiẽtiores, q̃ alij tam in historijs sacrę scripturę, q̃ in rebus naturalibus, illi nouerãt melius cõponere Psal. q̃ alij. Erant ẽt aliqui, qui melius nouerant artẽ modulandi, s. dandi sonitum conueniẽtem Psalmis, & istud minus proficiebat ad laudẽ Dei. Et quia isti tres erant sapientiores oĩbus alijs Leuitis in duobus prædictis, ideo fuerunt positi principes cantorum. Sciẽdum ẽt q sapĩa istorum valde laudatur. Patet de Asaph, nam ipse laudatur nimis inf. seq. capit. q erat valde sapiens ideo Dauid constituit eum principem ad laudandum Dñm in domo illa, in qua erat arca constituta per ipsum, etiam alij duo, s. Heman, & Ethan laudantur nimis in sapientia, in tantum, q comparãtur aliqualiter Salomoni, vt patet 3. Reg. 4. cum dr: Quòd erat Salomon sapientior cunctis omnibus, & erat sapientior Ethan Ezraitha, & Heman, & Galgal, & Dorda filijs Maol. & tamen non compararẽtur Salomoni in aliquo nisi essent valde sapientes. Sciẽdum etiam, q isti composuerũt multos Psalmos cum essent principes cantorum. Nam Heman composuit Psal. 87. qui incipit Dñe Deus salutis nostrę, vt patet ex titulo eius, licet aliqualiter posset dici ex titulo, q sit filiorũ Core, sed ibi declarabitur. Ethan aũt composuit Psalmũ 88. qui incipit Misericordias Dñi. Nam dicitur in titulo intellectus Ethan Ezraithę. Illi ẽt, qui erant subiecti Heman fecerunt Psalmos multos sub eius correctione: nã filij Core erant subiecti, etiam quia Corithę erant de familia Caathitarum. Nam pater Core erat Iesaar & Iesaar erat filius Caath: Num. 16 Hemã tamen erat princeps in familia Caathitarum, vt patet supra 6. Ideo filij Core erãt subiecti ei, & fecerũt sub emendatione eius multos Psalmos: nam Psal. 41. qui incipit: Quemadmodum desiderat cervus, factus fuit ab eis, quia in titulo eius dicitur in fine intellectus filijs Core, etiam Psal. 43. factus est ab eis. Et incipit: Deus auribus nostris: patet ex titulo. Nam dicitur in fine Psalmis filijs Core: Psalmus etiam 44. eorum est, & incipit: Eructauit cor meum: patet ex titulo. Nam dicitur in fine pro his, qui comitabantur filijs Core ad intellectum: Psalmus etiam 47. est filiorum Core, & incipit: Magnus Dominus: patet ex titulo, s. pro filijs Core secunda sabbathi. Alios etiam Psalmos fecerunt: nam Psal. 43. qui incipit. Quòd dilecta, eorum est, patet ex titulo, s. in finem pro torcularibus filijs Core: Psalmus etiam 84. eorum est, qui incipit: Benedixisti Domine terram tuam, patet ex titulo, s. filijs Core: Psalmus etiam 86. qui incipit: Fũdamẽta eius, eorum est, patet ex titulo, s. filijs Core, Psalmus canici. Asaph aũt plures Psalmos fecit, quam alij principes Leuitarum: nam Psal. 49. qui incipit Deus deorũ ab eo factus est, patet ex titulo, quia dicitur Psalmus Asaph: Psal. 72. eius est, & incipit: Quòd bonus Deus Israel, patet ex titulo, s. defecerunt laudes Dauid filij Iesse: Psalmus Asaph, & oĩs Psal. 11. sequentes vsq; ad Psalmus: Quòd dilecta, facti fuerunt ab Asaph, vt patet ex titulis eorum. Sciẽdum aũt circa istos tres principes Leuitarum, q ipsi fuerunt constituti principes cantorum nunc, quando portabatur arca, & erãt oĩs tres in primo ordine, & quilibet in sua familia, vt sup. declaratum est, postquã ẽt portata est arca habuerũt istum ordinem in domo illa, in qua fuit arca posita à Dauid: nam ibi canebãt Leuitę distincti per tres choros. Erat. n. Heman cum familia Caathitarum in medio: Asaph ad dexteram cum familia Gersonitarum: Ethan ad sinistram cum familia Meraritarum, vt patet sup. 6. Postea ẽt cum Dauid esset senex, & ordinaret cantores, & ianitores pro tẽplo Salomonis, quod postea facturus erat constituit istos tres tanquã principes cantorum, & filiorum eorum cum eis. Distinxit eos aliter, scilicet per viginti, & quatuor sortes, vt quęlibet sors ministraret suo tempore infra 25. Et sic manserunt postea semper quamdiu stetit Iudęorum

De alijs sex Leuitis de secundo ordine cantantibus arcana in nablis. Quæst. XXIIII.

QVAERITVR vlterius quo dr, q Zacharias, & Oziel cum alijs sex Leuitis de secundo ordine cantabant arcana in nablis, & q̃ erant ista arcana. Aliqui putant, q erant arcana, i. secrete dicta, ita q nemo audiret illa. Sed istud nihil est, quia isti cãtabant. Ideo necesse est, q vox eorum audiretur: non. n. loquebantur secrete. Sed dr, q cantabant arcana, i. aliqua quæ erant secreta pp altitudinem intelligendi, s. quia cantabant de aliqua materia excellentiori, q̃ alij Leuitæ. Ita q non oĩs intelligerent. Et poterat hoc esse, quia aliqui de istis Leuitis cantabant Psalmos factos de historijs præcedentibus in lege veteri, sicut est Psal. 77. & Psal. 103. & 104. & 105. & multi alij, & isti manifesti erant. Alij aũt Leuitę erant prophetę, & p̃dicebant futura. Et illa non intelligebantur ab oĩbus. Et tunc proprie dicerent cantare arcana: sic forte esset de istis, quia poterant cantare aliqua futura, sicut Dauid præ-dixit in multis Psalmis, vel põt dici, q cãtabãt arcana, i. cantabãt aliquas laudes pro secretis Dei, q̃ intelligebant, vel pro iudicijs secretis, q̃ Deus faciebat. Et sic intitulantur aliqui Psalmi. Patet de Psal. 45. & incipit. Deus nr refugium, & titulus eius est in finẽ Psalmis Dauid de arcanis, vel potest dici, q canebant arcana .i. aliqua iudicia occulta, quę Deus fecerat ad quę pauci attendebant, vel paucula intelligebant.

De Mathathias, & alijs cantoribus quinque de secundo ordine. Quæst. XXV.

QVAERITVR vlterius qũo dr in litera, q Mathathias, & alij quinq; cantores de secundo ordine in citharis canebant epinicion pro octaua. Rñdendũ, q variè hr ista litera, quia in quibusdam libris dr epinicion, & in alijs symbrion, sed pro eodem accipiunt. Et putant doctores nri, q interpretatur epinicion, vel symbrion victori Deo, triumphus, vel palma. Et dicũt q isti cantabant sic, q canticum illud, quod cantabãt sic incipiebat. Et quamquam multa alia cantarent, qa tñ sępe redibant ad principium huius cantici, videbatur, q semper cantarent epinicion. Et dicunt, q cantabant pro octaua, i. pro ętate octaua resurrectionis: nam septem ętates distinguntur in seculo ante diem iudicij. Aetas aũt post resurrectionẽ erat octaua tã fęlicibus, q̃ damnatis. Et dicunt, q cantabant Deo victori triumphũ pro octaua, s. quia in octaua resurrectionis Deus perfecte triumphabit de hostibus suis, cum oĩs mali inclusi erunt in tenebris inferni. Et erit tũc Deus victor. Et mors, q̃ dñabatur electis erit iam superata, vt patet primo ad Corin. 15. vbi loquitur Apostolus de resurrectione dicens: Tunc fiet sermo qui scriptus est, s. absorpta est mors ĩ victoria. vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Et iterum dr ibidem: Oportet aũt illum regnare donec ponat oĩs inimicos sub pedibus eius, nouissimè aũt inimica destruetur mors. Et sic ibi erit Deus plene victor. Et pro illa octaua resurrectionis canitur victori Deo triumphus: sic ẽt exponunt nri doctores q̃cunq; fit mẽtio de octaua, sicut patet in aliquibus Psalmis. Nã Psal. 6. intitulatur in fine, p octaua Psal. Dauid, & ẽt Psal. Daquid vndecimus qui incipit Saluum me fac dñe: Intitulatur in fine Psalm. Dauid pro octaua. Et intelligunt p octaua resurrectionis. Sed dicendũ, q istud nõ stat, quia dictio hebraica, q̃ ponit hic, non significat id, qđ ipsi volunt, s. victori Deo triũphus, vel palma, qa ista dictio est epinicion, & magis significat ad fortificãdũ vel ad augẽdũ, siue superandũ. Ideo nõ ẽ triũphus aliquis hic, q Deo cãtet, vel reddat. Itẽ patet, qa cũ dr, q octaua significet hic octauã resurrectionis nimis est alienũ à veritate. Primo qa illi duo Psal. 6. & 8. q intitulantur, p octaua, nihil loquunt̃ de statu resurrectionis, sed magis de statu pñti, s. de nequitia malorũ, & de petitione liberationis, maxime qa Psal. 11. dr: Tu Dñe seruabis nos, & custodies nos à gñatione hac in ętternum. Ideo ille, qui composuit Psalmos, loquebat tũc de statu pñti. Scdo patet, quia nimis est istud allegoricum, s. q dicat istud pro octaua, i. pro octaua resurrectionis: nã Hebręi non distinguebant sic ętates, sed fuit aliqd inuentũ à scriptoribus nr̃is. Tertio patet, qa Hier. non sequit̃ istã sn̄iam in litera. Nã si ipse intelligeret, q verbũ, qđ ponit hic ĩ Hebręo significet victori Deo palma, vel triumphus, non posuisset nomen Hebręorum, s. epinicion, vel symbrion, sed vertisset in latinum. Ideo a r intelligendũ est. Põt aũt dup r intelligi, vno mõ, q isti Leuitę canerent quoddam canticum, qđ incipiebat epinicion, vel symbrion. Et istud ꝓsonat intentioni, & lr̃ę Beati Hier. cum ipse dicat, q canebãt epinicion. Et tñ si istud significaret aliqd qđ verti posset in latinum, & non esset sic in cantico vertisset illud Hier. in latinũ, sed nõ vertit, iõ credẽdũ est, q fuerit aliqd de ipso cantico. A r põt dici, & melius ſm lr̃am Hebraicã, q in Hebręo hr̃ hic canebãt in citharis, p octaua ad fortificandũ, vel ad superandũ, & ẽ sensus, q canebant p octaua, i. in instr̃o facto de octo cordis, sicut aliqñ canebãt in psalterio decẽ cordarũ, vt patet Ps. 42. & 142. Et aliqñ in alijs instr̃is. Ideo cõtingebat, q aliquãdo Psalmus cantarẽt in instr̃o octo cordarum. Et sic dicebatur Psalmus in octaua, vel pro octaua. Et ob hoc intitulantur Psalmi ab instr̃is, in quibus canebantur. Sic ẽt poetę nominant interdum metra sua ab instr̃is, cum quibus canebant̃, sicut dñr versus lyrici, ideſt qui canebantur cum lyra. Et ẽt poetę vocantur lyrici ex eadem causa. Sic ẽt vocatur Horatius poeta lyricus, vel dicuntur versus lyrici à lyrim, quod est varietas, quia non procedunt ſm eandẽ legem metrorum, sed interdum idem poeta vtitur plusquam duodecim varietatibus metrorum. Nam Horatius vtitur decem, & octo varietatibus metrorũ in libro odarũ, & in epodon, vt patet intuẽti. Sic ergo compositores Psalmorum nominabant illos ab instrumentis. Et dr, q cantabant ad fortificandũ, vel ad superandum, s. quia isti octo principes de secũdo ordine superarent alios excellentius canendo: sic. n. fit inter cantores, quia quando sunt duo vel tres chori canentium, quilibet chorus nititur superare alios, potissime quando canitur in magnis solennitatibus. Et istud consonat veritati literæ.

An verum sit Chonenian principem prophetarum præesse prophetiæ. Quæst. XXVI.

QVAERITVR vlterius quomodo dr̃ hic, quòd Chonenias princeps prophetarum prophetiæ prę erat. Nam vr̃, quòd non possit aliquis præesse prophetię: nam prophetia à Deo datur. Et ipse solus dat eam, cui vult, nec potest homo ingenio naturali, vel voluntate sua habere prophetiam, sicut dicitur 2. Pet. 1. s. Non enim voluntate humana aliquãdo allata est prophetia, sed ſpiritu sancto inſpirati locuti sunt sancti Dei homines. Principes autem, qui ponuntur constituunt̃ voluntate humana. Ideo nõ pñt prę esse prophetię. Rñdendum, q prophetia proprie accipit pro quodã ſpũ, vel illuminatione intellectus facta à Deo ſupernaturaliter ad intelligendũ occulta, siue sint p te rita, siue futura, q̃ natura r sciri nõ pñt. Et sic vocam ꝑphetas Isaiã, & Ieremiã, & alios, quorũ libros hẽmus in scriptura. aliqñ autẽ accipit̃ prophetia largè pro oĩ laude diuina, & sic illi, qui cõponebant Psalmos laudis diuinę, dicebant̃, ꝑphetę, & cãtando illos dicebant̃ prophetare: sic enim accipitur prophetia ad similitudinem

dinem prophetię proprię dictę, quia illa est cognitio quędã supernaturalis de rebus occultissimis ad quas nullus peruenire põt, nisi à Deo supernaturaliter eleuetur. Ita prophetia isto mõ est quędam sapientia ad componendos Psalmos laudis diuinę, & ad modulandum eos. Et ista paucis conuenit. Et ideo ad similitudinem primę vocatur prophetia. Differt tñ inter vtrãque prophetiam, quia prophetia proprie dicta nõ est sapientia, quę acquiri possit aliquando ingenio humano, sed à solo Deo datur. Prophetia aũt secundo mõ acquiritur humano ingenio, quia ad illã pertinet multiplex sapientia, q̃ humanitus hr̃i, s. cognitio historiarũ sacrę scripturæ, vt s̃m illas formentur Psalmi, ẽt cognitio rerum naturalium, quę pertinet ad prophetiã: nam interdum de ipsa dispositione rerum vniuersi Psalmi componũtur, sicut patet in Psal. 103. qui totus est de rebus naturalibus. Alij autem sunt de historijs sacrę scripturę, sicut est Psal. 77. & Psal. 104. & 105. & 106. & multi alij. Est. n. quantũ ad hoc necessaria rhetorica ad exornationẽ verborum sapienter dictorũ. Est etiã necessaria musica ad modulationem vocum, nam omnia ista canendo dicebantur. Secundo differũt, quia prophetia primo mõ dicta est aliq̃n in oĩbus valde simplicibus, sicut patet de Amos, qui erat rusticus, & pastor, vt ait Hier. in Epist. ad Paulinum c. 7. Sic etiam ipse Amos dixit c. 7. de seipso: Non sum propheta, & non sum filius prophetę, sed armentarius. Ego sum villicans sicomoros. Prophetia tñ secundo modo dicta nunquam est nisi in homine sapiente. Cũ in ea includantur multę cognitiones scientificę, vt dictum est. Et hoc verum est nisi Deus infuderit illam: nam ẽt sapientia, quę humanitus põt hr̃i, potest haberi in infusione, sicut fuit in Salomone, cui Deus dedit per infusionem cognitionem rerum naturalium. Nã disputauit de lignis, quę sunt à cedro, qui est in Libano vsq; ad hyssopũ, qui egreditur de pariete. Et disseruit de iumentis, volucribus, & reptilibus, & piscibus 3. Reg. 4. Et habuerat omnia ista à Deo per infusionẽ, seq. lib. c. 1. & 3. Reg. 3. Prophetiam quoq; istam, quę est ad canendum Psalmos, interdum Deus dat homini per infusionem, sicut fuit de Saule, qui cum venisset ad gregem ꝓphetarum insilijt in eũ spiritus Dñi, & incepit prophetare in medio eorum 1. Reg. 10. Et illa prophetia nihil aliud erat nisi canere diuinas laudes. Tertio differunt inter se, quia prophetia secũdo modo dicta est quidam habitus scientificus, vel multi habitus simul, s. musicus, rhetoricus, theologicus, & physicus, sicut sup. declaratum est. Et habentes istos habitus semper manent sapientes, ẽt si dormiant, vel actualiter non cogitent. Prophetia aũt primo modo dicta non est habitus, quia tunc ille, qui semel haberet spiritum propheticum posset prophetare quandocunq; vellet, q̃a retineret sibi habitum, per quẽ operaretur. Et tñ hoc falsum est, quia prophetę interdũ poterãt prophetare, interdum non. Patet de Eliseo, qui qñ quęsitus fuit à tribus regibus de penuria aquę, nesciuit rñdere quousq; cecinit psaltes, & facta est super eum manus Dñi 4. Reg. 3. Iterum ẽt, cum veniret ad eum mulier Sunamitis, nescisuit ad quid veniret. Et dixit ad puerum suum, dimitte illam, quia anima eius in amaritudine est. Et Dñs celauit à me, nec indicauit mihi eo. lib. c. 4. Moyses quoq; bis ad quęstionem filiarũ Salphaad, & filiorum Manasse rñdere nesciuit, quousq; consuluit Dñm, & eruditus est: Num. 27. & 36. Ieremias quoque consultus ab Israelitis an descenderent in Aegyptum, nescisuit rñdere vsque ad decẽ dies, cum Dñs ei locutus est: Ier. 42. Daniel ẽt per tres hebdomadas visionem intelligere non potuit, quousque missus est Gabriel ad declarandum: Dan. 10. Et ideo cõtingit, ꝙ prophetę primo modo dicti interdũ apparent sapientes sup. humanam ꝓditionem. Et interdum apparent rustici nihil loqui scientes, s. qñ nõ tangit illos spiritus propheticus. Prophetę tñ secundo modo dicti semper sunt ęqualiter sapientes cum sint sapientes per habitum. Illi vero nõ hñt habitum, sed fit in eis quędam illustratio supernaturalis à Deo raptim transiens, per quam eleuãtur nimis ad intelligẽdum quandiu manent in hac illustratione. Et illa desinente redeunt in priorẽ statum, s. si prius erant stupplices, & indocti, tunc ẽt erunt. De ista aũt prophetia cui pręerat Chonenias dicẽdum, ꝙ erat secundo modo dicta. Quod patet primo, quia dr̃ ꝙ pręerat. Et tñ non põt aliquis pręesse in prophetia, s̃m humanam ordinationem, ipse vero à Dauid, & alijs Leuitis constitutus erat princeps in prophetia: ergo erat talis prophetia, q̃ humanitus hr̃i poterat. Scẽdo patet, quia ẽt. Erat. n. valde sapiens, & istud ponitur, ꝓ causa cur ipse pręesset prophetię, illi tñ qui sunt ꝓphetę primo mõ nõ sũt sapiẽtes, qa sapĩa dicit habitũ, ꝓphetia aũt actũ transeuntẽ nõ cãtũ ex aliquo actu exñte in nobis. Sed ẽt patet hoc de alijs principibus cãtorũ, q̃ ẽt dicebant ꝓphetę: nã ipsi vocant̃ sapientes. Tertio patet, qa dr̃ hic, ꝙ pręerat prophetię ad pręcinendũ melodiã. Et sic vr̃, ꝙ ista prophetia erat in cantando Psalmos. Et ista nõ est prophetia proprie dicta. Quarto patet, qa 25. dr̃, ꝙ Asaph, & Heman, & Iditum, & alij Leuitę ꝓphetabant in citharis. Et sic prophetia illa erat in cantando, & non intelligendo aliquid supernaturaliter. Hoc mõ insilijt in Saulẽ spũs propheticus, qñ habuit cũ uium gregẽ prophetarum. Et insiliens in se ipũ cępit prophetare inter eos 1. Reg. 10. Sic ẽt oẽs illi, quibus pręerat Samuel & ẽt nuncij Saulis. Et ipse Saul dicebatur prophetare, s. quia spiritus Domini insiliebat in eos, & faciebat, ꝙ cantarent cantica diuinę laudis. 1. Reg. 19. Et patet hoc magis, quia dicitur ibi, ꝙ Saul prophetauit cum cęteris coram Samuele, & cecidit nudus tota die illa, & nocte. Et sic pro eodem habũr, ꝙ prophetauerit, & cecinerit. Quinto patet, quia homan vocabatur videns, i. propheta, & etiã dicebatur prophetare inf. 25. Et tñ ipse habebat prophetiam sui in hoc, ꝙ cantabat coram Domino. Et erat doctor cantici eod. cap. Etiam comparatur ipse Salomoni in sapientia 3. Reg. 4. Et tñ neutrum conuenit prophętię primo modo dictę. Argumentum aũt factum in principio quęstionis concedendum est, s. ꝙ non erat Chonenias propheta primo modo, sed secundo.

Quæ tubæ erant illæ, quibus sacerdotes clangebant.
Quæst. XXVII.

QVAERITVR vlterius cum dicaẽ hic, ꝙ sacerdotes clangebant tubis corã arca, q̃ tubę erant istę. Rñdebit aliquis, ꝙ istę erant tubę, quęcunq; possent hr̃i: nam in ista solennitate portationis arcę congregata sunt instr̃a musica omnium generum, vt esset magna festiuitas. Sic dr̃ 2. Reg. 8. s. Dauid aũt, & oĩs Israel debant coram Dño in oĩbus lignis fabrefactis. Ideo in omnibus organis musicis. Dicendum tñ, ꝙ non stat, quia in tali solennitate sacerdotes non vtebantur tubis popularibus, & prophanis. Sed dicendum, ꝙ istę erant tubę sacrę, quas Deus iusserat fieri. Pro quo sciendum, ꝙ Deus iussit Moysi in deserto, vt faceret duas tubas argenteas ad conuocandum multitudinem. Et istis tubis clangere debebant Israelitę, qñ irent ad bellum, ẽt si esset aliqua dies magnę solennitatis, vel ciuiorum, aut letitię clangebatur in his tubis Num. 10. Nunc autem erat magna solennitas portationis arcę ideo sacerdotes clangerunt in tubis. Et quamquam Deus solum iusserit fieri duas tubas argenteas, tamen sunt postea multæ. Et ideo poterant multi sacerdotes clangere, vt declarabitur inf. in quadam quæst. Istis ẽt tubis vtebantur sacerdotes tempore iobelęi, s. ꝙ canere debebant per vniuersam terram denunciãdo libertatem, quæ erat in anno quinquagesimo iobelęi: Leu. 25. Istę ẽt buccinę portabantur ad alios vsus solennitatum. Causa aũt quare portatę sunt tubę coram arca fuit propter quoddam pręceptum, qđ Deus dederat in simili negocio, s. qñ Israelitę circundederunt vrbem Iericho per septem dies semel in die: nã iussit Deus, ꝙ portaretur arca in circuitu vrbis, & sacerdotes tollerent septem buccinas quarum vsus est in iobelęo, & pręcederent arcam fęderis: Ios. 6. Et sicut tunc ad honorem arcę pręcedebant sacerdotes clangentes, ita & nunc in portatione arcę de domo Obededom in domum Dauid, sacerdotes clangerunt tubis.

Quare clangebant sacerdotes tubis coram arca potius, quam Leuitæ. Quæst. XXVIII.

QVAERITVR vlterius quare sacerdotes hic clãgebant tubis coram arca. Et cur non potius Leuitę. Nam vr̃ ꝙ ad eos pertinebat: nam oĩa ministeria pertinebant ad Leuitas pręter hoc, quod erat accedere ad altare sacrificando, & intrare in sancta Sãctorũ, & ẽt in tabernaculum ad cremandum thymiama, & ponendum panes in mensa propositionis, & parandũ lucernas in candelabro: Nu. 18. Et ibi declaratum est: istud tñ ministerium clangendi tubis erat extra Sanctuarium. Ideo ad Leuitas pertineret. Secundo patet, ꝙ Leuitę canebant hic coram arca in oĩ genere musi corum vasorum, & ẽt cantabant, vt patet in litera. Clãgere tñ tubis erat cantare in vasis musicis: ideo ẽt pertineret ad Leuitas. Item tertio patet, quia cantare, & psallere in oĩ genere musicorum vasorum pertinebat nunc ad populares: ergo à fortiori pertineret ad Leuitas. Patet hoc, quia 1. Reg. 6. dr̃ ꝙ Dauid, & oĩs Israel ludebant coram Dño in oĩbus lignis fabrefactis: ergo possent ludere in tubis. Rñdendum est, ꝙ sacerdotes clangebant tubis nunc coram Dño, & Leuitę nõ clãgebant in illis. Et si concedamus, ꝙ Leuitę clangerẽt in aliquibus tubis non tñ in talibus in qualibus clangebant sacerdotes, nec licebat hoc eis aliquo modo. Et istud erat, quia Deus concesserat spãr istud ministerium sacerdotibus, vt patet Nu. 10. s. filij Aaron sacerdotes clangent tubis. Eritq. hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris. Semper ergo obseruãdum erat, ꝙ sacerdotes clangerent in illis tubis. Et sic siue clangeretur tubis in Sanctuario super sacrificijs, siue iretur ad bellum ad clangendum sicut Deus iusserat, siue clangeretur in tpibus iobelęi, semper sacerdotes clangere debebant. Sic factum est qñ circundata est ciuitas Iericho. Nam Deus iussit, ꝙ sacerdotes tollerent septem buccinas quarum vsus erat in iobelęo. Ob hoc aũt Leuitę nõ audebant accedere ad istas tubas, quia morerentur sicut si accederẽt ad alia vasa sacra, quę oĩa interdicta erant eis. De hoc Ios. 6. Cum aũt nunc ad solennitatem portationis arcę clangendum esset tubis, oportebat ꝙ sacerdotes clangerent. Ad primam rõnem in ꝓrium dicẽdum, ꝙ verum est, ꝙ oĩa ministeria, quę erant extra tẽplum, pertinebãt regulr̃ ad Leuitas, & tñ fuit specialiter in clangore tubarum, quod Deus iussit, ꝙ soli sacerdotes clangerẽt eis: Nu. 10. Ad secundum dicẽdum verum esse, quòd Leuitę canebant nunc in oĩ genere organorum musicorum. Et ideo poterant canere in tubis, nõ tñ canebant, quę erant sacrę, & specialiter à Deo reseruatę ꝓ sacerdotibus, sed tubę illię, quibus Leuitę nunc clangerent essent prophanę. Ad tertium dicẽdum, ꝙ oĩa, quę licebant popularibus circa cultum Dei licebant à fortiori Leuitis. Et cum dr̃ ꝙ Dauid, & oĩs Israel canebant in oĩbus lignis fabrefactis. Dicendum, ꝙ non canebãt in talibus tubis, quales erant sacerdotales potissimè quia nihil concluditur ex illa litera, cum ibi dicatur, ꝙ ludebant in oĩbus lignis fabrefactis, i. in organis ligneis. Tubę tñ, quibus sacerdotes vtebantur argenteę erant, vt patet Nu. 10. Patet ergo ꝙ solis sacerdotibus licebat clangere in his tubis.

Quomodo septem sacerdotes clangebant tubis.
Quæst. XXIX.

QVAERITVR vlterius quo nunc dr̃ hic, ꝙ septẽ sacerdotes, qui ponuntur in litera clangebãt tubis: nam non poterant clangere nisi duo, eo ꝙ isti sacerdotes clangebant tubis sacris, sicut supra declaratum est. Et tñ tubę sacrę solum erant duę, quod patet, quia Nu. 10. Deus iussit Moysi, vt faceret duas tubas argenteas productiles. Ipse aũt non excederet mandatum Dei, ideo non faceret nisi duas. Et sic nõ possent plusquam duo sacerdotes tubis clangere. Rñdendũ, ꝙ bene potuerunt septem sacerdotes clangere tubis sacris, quia erant tunc septem tubę sacrę, vel plures. Et patet hoc, quia sic ẽt factum est, qñ circũdabatur ciuitas Iericho: nam Deus iussit, ꝙ septem sacerdotes acciperent septem tubas, quarum vsus est in iobelęis, & clangerent ante arcam. Ideo oportet, ꝙ iam essent septem, tubę. Cum aũt dr̃ ꝙ Deus iussit, ꝙ Moyses faceret duas tubas non est sensus, ꝙ obligauit eum ad non faciendum plures, q̃ duas, sed ꝙ obligauit eum ad faciendum saltem duas, si tñ Moyses vellet facere plures, ita ꝙ populus afferret multum de argẽto ad faciẽdũ illas, non peccaret Moyses faciendo multas. Deus aũt iusserat solum de duobus ꝑ duo. Primo quia istę duę tubę sufficiebant ad id, ad quod iubebat Deus illas fieri: nam aliq̃n clangẽdum erat vna tuba, & aliq̃n duabus, vt patet Nu. 10. Secundum erat, quia istę tubę debebant fieri de argento eo. c. Difficile aũt erat fieri multas tubas de argento, potissimè quia ante illud factum fuerat Sanctuarium, & omnia vasa eius in deferto, & ibi expenderat populus multum de argento, & auro, vt patet Exod. 35. Ideo nolebat Deus onerare nimis populum iubendo fieri multas tubas. Si tñ populus sponte offerret argentum ad faciendum plures tubas, Deus non increparet, sed potius acceptaret bonã voluntatem eorum, quia illud erat opus supererogationis. Et oĩa opera supererogationis Deus remunerat iuxta illud: Quidquid supererogaueris ego veniens reddam tibi: Luc. 10. Sed aliquis obijciet, quod peccarent Israelitę si facerent plures, quam duas tubas, quia Deut. 12. dicitur: Quod pręcipio tibi hoc tãtum facito Domino Deo tuo, nec addas quidquam, nec minuas. Ergo peccatũ erat addi ad id, quod Deus iusserat. Ipse tamen iussit duas tubas fieri. Ideo peccaret Moyses plures faciendo. Respondendum, quòd circa cęremonias cultus diuini in sacrificijs, & oblationibus, quando à Deo determinata erant, non licebat alicui addere, vel minuere. Et istud erat ad tollendum ne inciderẽt Israelitę in cęremonias idolatratũ. Nam si Israelitę pręter cęremonias legis possent addere quascunq; vellent, obseruarẽt simul cęremonias cultus diuini, & cultus idolorum, quod erat Deo ódibile. Ideo circa cęremonias sacrificiorum, & oblationum sicut peccatum erat deficere, ita ẽt erat peccatũ superaddere. In alijs tñ rebus, in quibus non erat periculum incidendi in cultum dęmonum, si opus bonũ eẽt, non erat peccatũ superaddere ad id, qđ Deus iubebat, sed potius meritoriũ. Sic erat hic in faciẽdo tubas argenteas, quia iusserat Deus solum fieri duas tubas, vt non grauaret populum iubendo dari multum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum de argento. Si tñ populus vellet ſubire iſtã gra- F
uitatẽ, vt multũ argentum daret poterat licitè facere
multas tubas, immo merebatur faciendo. Sic ẽt Deus
iuſſerat dari decimam de fructibus terrę, & aĩalibus.
Si tñ quis vellet dare ſeptimam, vel octauam partẽ p
decima non peccaret, ſed magis mereretur. Quòd autẽ
iſta eſſet intentio Dei, qñ dixit ne addas quidquã, nec
minuas, patet quia ibidem agebat de ritu ſacrificiorũ,
& dicebat in fine, qñ diſperdideris Dñs à facie tua gẽ
tes, & habitaueris in terra earũ, ne imiteris eas, nec re-
quiras cęremonias earũ, dicens, ſicut coluerunt gẽtes
iſtę deos ſuos, ita & ego colã, nõ facies ſimiliter Dño
Deo tuo: oẽs. n. abominationes, quas aduerſatur Dñs
Deus tuus, fecerunt dijs ſuis. Et tunc ſequitur qđ pre-
cipio tibi hoc tñ facito Dño Deo tuo, nec addas qd-
quam, nec minuas, ſcilicet obſerua ſolũ cęremonias G
ſacrificiorum, quas Deus iubet, & non obſerues cum
eis cęremonias dęmonum,

Quare in portatione arcæ clangerunt ſacerdotes ſeptem tubis.
Quæſt. XXX.

QVAERITVR vlterius quare nũc ſeptem ſacer-
dotes clangerunt tubis in portatione arcę. Ali-
quis dicet, q nõ põt dari aliqua cauſa circa numeros,
quia q ſint ſeptem ſacerdotes, vel plures clangentes
pendet ex ſola voluntate, & non ex aliqua rõne, q̃ po-
tius reperiatur in hoc numero, q̃ in alio. Et ſic rariſſi-
mè datur cauſa de numeris, ſed pendẽt ex voluntate.
Dicendum tñ, q aliqua cauſa fuit, quare eſſent ſeptẽ H
potius, q̃ in alio numero. Prima rõ põt eſſe, quia for-
tè non erant niſi ſeptem buccinę ſacrę, & nunc, ppter
magnitudinem ſolennitatis oẽs traditę fuerũt ſacer-
dotibus ad clangendum. Si aũt plures fuiſſent, plures
darentur. Secundo põt dici, & melius, q Iſraelitę mo
ti fuerunt nunc ad facienuum, q ſeptem ſacerdotes
clangerent buccinis pp quoddam ſimile, quod Deus
iuſſerat. Nam qñ debuit luſtrari ciuitas Iericho iuſſit
Deus, q ſeptem ſacerdotes tollerent ſeptẽ buccinas
quarum erat vſus in iobelęo. Et quia tunc arca porta-
batur extra templum inter totam multitudinem, &
clangebatur in ſeptem buccinis coram ea. Et nũc ẽt
portabatur extra templum in multitudine populi, vi-
debatur conueniens, q clangeretur in ſeptem bucci-
nis coram illa. Et iſta videtur eſſe cauſa potior.

Igit̃ Dauid, & omnes maiores natu Iſrael,
& tribuni ierunt ad deportandam arcam fę-
deris Dñi de domo Obededom cum lętitia.
Cumq; adiuuiſſet De⁹ Leuitas, qui portabãt
arcam fęderis Dñi, immolabantur ſeptẽ tau-
ri, & ſeptẽ arietes. Porro Dauid erat indutus
ſtola byſſina, & vniuerſi Leuitę, q portabãt
arcã fęderis cãtoreſq; & Chonẽias princeps K
prophetiæ inter cãtores, Dauid aũt indutus
erat Ephod lineo. Vniuerſuſq; Iſrael deduce
bãt arcã fęderis Dñi in iubilo, & ſonitu buc-
cinę, & tubis & cymbalis, & nablis, & citha-
ris concrepantes. Cumq; peruenĩſſet arca fę-
deris Dñi vſq; ad ciuitatẽ Dauid, Michol fi-
lia Saul proſpiciens per feneſtram, vidit regẽ
Dauid ſaltantem atque ludentem, & de-
ſpexit eum in corde ſuo,

Igitur Dauid. Hic ponitur ſecũdum principale hu-
ius cap. ſ. de ipſa arcę translatione. Et dr̃. *Igitur Dauid,*
& omnes maiores natu Iſrael. Dupliciter vocantur maio-
res natu: vno modo, qa ſunt ſeniores, & maiores ſunt
in natiuitate, ideſt, quia a maiori tẽpore nati ſunt, ſã
pluribus diebus. Alio modo maiores natu, i. nobilio-
res gñe. Et dicitur maiores natu, i. maiores in ſtirpe, de
qua naſcuntur: hic tñ, & quaſi ſemper accipitur pro
ſenioribus, vt patet ex Hebrẽo. *Et tribuni.* Vocantur
tribuni principes ſuper mille viros. Nã in populo erãt
ordinati exercitus pro tpe belli, & erãt aſſignati prin-
cipes ſuper illos, & princeps mille virorum vocabat̃
tribunus. An iſti tribuni eſſent de ordine illorum, qui
conſtituti ſunt in deſerto conſilio Iethro, declaratum
eſt ſupra 13. *Ierunt ad portandum arcam fœderis Domini.* I
Vocatur arca fęderis, quia in ea ſeruabat̃ fędus, quod
Deus pepigerat cum populo. Nam in exitu de Aegy-
pto ſuaſit Deus populo q ſuſciperet legẽ ſuã, & pro-
miſerunt q facerẽt qđq Deus iuberet Exo. 19. Deus
aũt dedit illis tunc decẽ prędepta in voce tubę, eo. lib.
cap. 20. Et quia ad illa decẽ prędepta ſpecialiter fędus
extẽdebatur, cũ Deus illa ſolum protuliſſet voce ſua,
& reliqua dixiſſet Moyſi in ſecreto, vocabant̃ illa decẽ
prędepta fędus Dei. Et quia illa ſcripta erant in duab⁹
tabulis lapideis Exo. 32. & poſitæ fuerũt tabulæ in ar-
ca, Exo. 25. dicebatur arca fęderis, i. in qua ſeruabãtur
tabulæ cõtinẽtes fędus. Et dr̃ hic q Dauid, & tribuni,
& ſeniores portabãt arcã: non q ipſi ſoli iuiſſent ad
portandũ eã, qa totus Iſrael conuenerat ad hoc, vt pa-
tet ſupra in litera. Erant tñ iſti magis principales. *De*
domo Obebedom. Manſerat in domo eius tribus mẽſib⁹,
quia Dauid noluerat eã transferre in domũ ſuã vſq;
morte Ozę. Et tamen poſt tres mẽſes vidẽs q bñdi-
xiſſet Dñs domui Obededom pp arcam, voluit eam
trãsferre in domũ ſuã. *Cum lætitia.* Scilicet totus Iſrael
gaudebat de iſta translatione, eo q honorabiliter fie-
ret. *Cumque adiuuiſſet Deus Leuitas, qui portabant arcã.* Ideſt
cum adiuuiſſet eos ad portandũ illã ſine aliquo nocu-
mento. In quo aũt conſiſteret iſtud adiutoriũ, decla-
rabitur infra in quadã q̃ne. *Immolabantur ſeptem tauri,*
& ſeptem arietes. In recognitionẽ bñficij, i. quia Deus
adiuuabat eos offerebant ei iſta ſacrificia. *Porro Dauid*
indutus erat ſtola byſſina. Ideſt tunica linea, & 2. Reg. 6.
dr̃, q erat indutus Ephod lineo, & idem eſt. Depoſue-
rat enim Dauid inſignia regalia in portatione arcę,
patet etiã infra in litera. *Et vniuerſi Leuitæ, qui portabant*
arcam. Ideſt etiam Leuitæ, qui portabant arcam indu-
erant ſtolis byſſinis. Iſti portantes arcam erant qua-
tuor Leuitę, qui tenebãt eam per extremitatem duo-
rum vectium. Et tamen mutabantur iſti per vices,
ſcilicet ſi quidam fatigarentur q ſuccederent eis alij,
Cantoresque. Ideſt etiam cantores erant induti ſtolis
byſſinis. Cantores erant nunc omnes Leuitę præter
portantes arcam. Et illi induebãtur prędictis tunicis,
quia iſte erat habitus communis omnium Leuitarũ,
Et Chonenias princeps prophetiæ inter cantores. Ideſt etiam
Chonenias, qui erat princeps prophetię, ideſt iſtius
cantus erat inter cantores ad iubendum illis quid can
tarent, & qualiter ſe haberent. Et ipſe etiam indutus
erat ſtola byſſina. *Dauid autem indutus erat ephod lineo.*
Repetitio ſententiæ eſt, quia ſupra dictum fuerat, q
Dauid indutus erat ſtola byſſina: & tamen idem erat
ephod lineum, & ſtola byſſina. Nam vbi dicitur hic
indutus erat ſtola byſſina dicitur 2. Reg. 6. Porro Da-
uid accinctus erat ephod lineo. *Vniuerſusque Iſrael de-*
ducebant arcam fœderis Domini. Scilicet totus Iſrael pre-
ſens erat in iſta portatione arcę. Intelligendo totum,
ideſt valde magnam partem eius, quia de qualiber tri-
bu multi conuenerant. Et dicitur quòd vniuerſus
Iſrael deducebat arcam, i. prędens erat in deductione
eius:

eius: nam populus non deducebat arcam, ſed ſoli Le- A
uitę. Non. n. licebat alicui laico accedere ad arcam im
mo neq; videre eam nudam, quia aliàs morereṫ ſicut
fuit de Bethſamitis 1. Reg. 6. Ille tñ dr̃ deducere, qui
ſolemnizat deductionem, & pñs eſt illi. *In iubilo.* Ideſt
in voce iocunda, quia omnes clamabant prę iocun-
ditate. Et talis clamor vocatur iubilus. *Et ſonitu bucci-*
næ. Scilicet reſonabat buccina in iſta portatione. Et
poteſt intelligi de buccinis, quibus clangebant ſacer-
dotes: nam ſeptẽ ſacerdotes clãgebant buccinis, vt pa
tet in litera, vel põt intelligi de aliquib⁹ alijs buccinis
nõ ſacris, qbus vteret popul⁹: nã 2. Reg. 6. dr̃, q Dauid
& oĩs Iſrael ludebant coram Dño in oĩbus lignis fa-
brefactis: eſſet ergo ibi buccina cũ cęteris organis. *Et*
tubis. Aliqñ accipiuntur pro eodem tubę, & buccinę, B
vt patet de tubis ſacris: nã illę voceanṫ tubę Nu. 10. &
ſ. in litera. Et tñ vocanṫ buccinę Ioſ. 6. Sacerdotes tol-
lant ſeptem buccinas quarũ vſus eſt in iubilo. Et iſtę
erant buccinę ſacrę: nam pp hoc iubebat Deus, q ſa-
cerdotes clangerent in eis, ẽt patet hoc ps 80. cum dr̃
buccinate in Neomenia tuba, i. in die Kalendarũ, ſiue
Neomenię canite tuba: buccinare tñ non cõpetit niſi
buccinę, & tñ buccinaṫ in tuba: ergo tuba eſt buccina.
Et ẽt pñt eſſe iſtę tubę ſacerdotũ, vel laicorũ. *Et cymba-*
lis, & nablis, & citharis cõcrepantes. Cõcrepare eſt qñcun-
que aliquis voce cõcinit, & muſico organo pulſat, &
voci ſuę conſonos reddit ſonitus in organo. De cym- C
balis, nablis, & citharis quid ſint ſup. in litera declara-
tũ eſt. *Cumq; peruenĩſſet arca fœderis Domini vſq; ad ciuitatẽ*
Dauid. Ideſt cũ ducta fuiſſet de domo Obededom vſq;
ad caſtrum mõtis Sion, vbi erat domus Dauid. Et vo-
catur ille locus ciuitas Dauid, ſ. quia Dauid cepit illud
caſtrum de poteſtate Iebuſęorum 2. Reg. 5. & ſup. 11.
Et nominauit locũ in noĩę ſuo. Aliqui putant ciuita-
tẽ Dauid vocari totam vrbẽ Ieruſalẽ, ſed errãt, vt pa-
tet in prędictis locis. *Michol filia Saul.* Iſta fuit prima v-
xor, quam accepit Dauid, nam cum eſſet Dauid ſub
Saule promiſit ei Saul, q daret ei in vxorem filiã ſuã
pro centum pręputijs Philiſthinorum 1. Reg. 18. Et
tenuit illam Dauid quandiu manſit cum Saule: Poſt- D
quam aũt cępit eſſe profugus à facie eius coactus eſt
relinquere vxorẽ. Et Saul in odiũ Dauid dedit eam al-
teri viro, ſ. Phalti filio Lais de vrbe Gallim 1. Reg. 25.
mãſitq; Michol cũ illo licet inuita, qa ipſa diligebat
nimis Dauid, ſed pr̃ cogebat eã ad hoc. Et accepit in-
terim Dauid alias vxores, ſ. ſex 2. Reg. 3. genuitq; ex
eis ſex filios, vt ibi patet, tandẽ cum Abner princeps
militię Isboſeth vellet concordare cum Dauid redu-
cẽdo regnum ad ipſum, petijt Dauid, vt prius reduce-
ret ei vxorẽ ſuã Michol, qa aliàs nõ videret faciẽ eius.
Ille aũt accepit eam à viro ſuo Phalti, ducebatq; ad
Dauid, & vir ſuus ſequebatur eam plorans vſq; Bau-
rim 2. Reg. 3. manſit aũt poſtea ſemper cum illo vſq;
ad mortem eius. *Proſpiciens per feneſtram.* Quamquam
Dauid iuiſſet ad portandum arcam, Michol non iuit
illuc, ſed manſit in domo, & nunc qñ portabatur arca E
voluit reſpicere qũo portaretur, & proſpiciebat per
feneſtrã domus ſuę. *Vidit regem Dauid ſaltantem atq; lu-*
dentem. Saltabat. n. Dauid corã arca: nã dicebant ibi cã-
tica, & fiebant tripudia, Dauid aũt ſaltabat tripudian-
do. Et iam ludebat, quia tripudiũ ludus quidam eſt. *Et*
deſpexit eum in corde ſuo. Propter duo deſpexit Michol
ipſum Dauid: Primũ quia mutauerat habitũ regalẽ,
& erat nũc indutus tunica byſſina, q̃ erat habitus hu-
milis. Sed m erat pp indecẽtem motum corporis: Nã
ad regem decet magna maturitas, & grauitas in mo-
tu, quia aliàs non vr̃ hr̃e maieſtatem. Dauid aũt tanq̃
vnus de iuuenculis nullius auctoritatis ſaltabat, & lu-
debat corã arca. Et q magis eſt ſaltabat totis viribus ſ.
in litera, & 2. Reg. 6. Et ſic erat motus magis indecẽs,

Deſpexit aũt illũ in corde ſuo, ſ. non dixit alicui tunc
aliqã verbũ ſonans deſpectionẽ Dauid, ſed intra ſe iu
dicauit, q Dauid non eſſet tantę maturitatis, nec reue
rentię quantę prius eſſe putabatur, vel in quanta prius
tenebatur. Hic aũt nõ dicitur qualiter Michol poſtea
increpuit Dauid ſuper hoc, ſed habetur ſecundo
Regum capitulo ſexto.

Vbi erat domus Obededom. *Quæſt. XXXI.*

QVAERITVR vbi erat domus Obededom de
qua portata eſt arca in domum Dauid, & qũo
portata eſt. Aliquis putabit, q domus Obededõ erat
extra Ieruſalem in aliqua vrbe in itinere, quo venieba
tur de Cariathiarim in Ieruſalem, & quia apud illam
vrbem contigerat mors Ozę, fecit eã ibi poni Dauid
in domo Obededom, & nũc de illa vrbe allata eſt. Sed
dicendũ, q nõ ſtat, q domus Obededõ eſſet in aliqua
vrbe extra Ieruſalem, qa ſic nõ diceretur, q ducta eſt ar-
ca de domo Obededõ, ſed noĩaret illa ciuitas, vel ſaltẽ
vtrunq; noĩaret. Sic patet qñ portata eſt arca de vrbe
Cariathiarim in domum Obededom. Dr̃ q portata
fuit de Cariathiarim, vel de Gabaa. Et quamquã eſſet
ibi in domo Abinadab, tñ potius dr̃, q fuerit ducta de
Cariathiarim, vel de Gabaa, q̃ de domo Abinadab, vt
patet 2. Reg. 6. & ſ. 13. Et tñ nunc dr̃ q portata fuit ar-
ca de domo Obededom ĩ domum Dauid: ergo vr̃ q
non erat domus Obededom extra vrbem Ieruſalem.
Secundo patet, quia dr̃ hic, & 2. Reg. 6. q cum Leuitę
portantes arcam tranſiſſent ſex paſſus, immolabãtur
ſeptem tauri, & ſeptem arietes. Et tñ ſi fuiſſet domus
Obededom extra Ieruſalẽ in alia vrbe, & ad ſingulos
ſex paſſus deberẽt immolari ſeptem tauri, & ſeptem
arietes, nõ fuiſſet finita iſta portatio multis diebus. Et
tñ iſta portatio non durauit vltra vnã diem, quia ſeq.
c. vbi fit mentio de cibis, quos dedit Dauid venienti-
bus ad portationem arcę dr̃, q diuiſit vniuerſis per
ſingulos à viro vſque ad mulierem tortam panis, &
partem aſſę carnis bubulę, & ſimilam oleo frixã. Iſte
tñ cibus non erat niſi pro vno die. Ideo vr̃, q non du-
rauit portatio niſi vno die. Oportet ergo, q eſſet do-
mus Obededom intra Ieruſalem, vel apud illã, & non
eſſet in aliqua alia vrbe extra. Ioſeph⁹ aũt 7. Antiq. ait
q qñ mortuus eſt Oza, dimiſit Dauid arcã in agro cu-
iuſdã Leuitę viri iuſti nomine Obededom. Vocatur
aũt ager aliqua domus, q̃ erat apud vrbem in aliquo
prędio. Nã dñi prędiorũ ſolent facere aliquas domos
in medio p̃diorũ ſuorum circa vrbes, & ibi hñt inſtru-
menta agriculturę, vel exercẽt alia opportuna. Hiſto-
ria aũt ſcholaſtica dicit, q relicta fuit arca ĩ domo O-
bededom in ſuburbio vrbis Ieruſalem. Oportet ergo
dici, q vel domus Obededom eſſet iuxta Ieruſalẽ in
ſuburbio, vel eſſet intra. Et ſatis vr̃ dicendum, q eſſet
intra, & ẽt q non multũ diſtaret à domo Dauid, quia
alias difficillimum videbat̃ qũo poſſet duci arca, niſi
in multis diebus cum ad ſingulos ſex paſſus immola-
rentur ſeptem tauri, & ſeptem arietes. Etiam erat alia
difficultas, ſ. quia fierent magni ſumptus in hoc. Nam
oportebat valde multa animalia immolari.

In quo Deus adiuuabat Leuitas. *Quæſt. XXXII.*

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur
hic cum adiuuiſſet Deus Leuitas, qui por-
tabant arcam. Quid erat in quo adiuua-
bat illos.

Reſpondent Hebręi etiam Nicolaus, quòd Deus
adiuuabat Leuitas, ſcilicet ad portandum arcam, ita
quòd arca portabat ſe nihil facientibus, nec la-
borantibus Leuitis. Sic etiam dicunt, quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

quando transire debuerũt Israelitę Iordanem,& portabant sacerdotes arcã, ipsa arca volauit super aquas, & portauit sacerdotes secum, qui eam volebant portare. Vnde ipsa non fuit portata ab aliquo, sed potius portauit volentes portare se. Istud ꝝm fuit improbatum Iosue 2. De primo tñ, s. ꝙ arca portaret se, nunc dicendum, ꝙ falsum est, quia istud erat magnum miraculum,& si accidisset,non esset verisimile,ꝙ scriptura tangendo hic historiã omisisset illud, cũ intentio sacrę scripturæ sit laudes Dei enarrare. Et in hoc magna laus Dei esset. Secundo patet, ꝙa Deus nõ facit miraculũ sine aliqua necessitate, vel vtilitate manifesta, s. qñ non põt fieri aliquid ope humano supplet illud Deus per miraculũ, vel ẽt si est magna vtilitas, vtpote si multi ꝙuertãtur ad Dñm, vel aliquid aliud bonũ excellens fiat,hic tñ nihil tale apparet.Ideo non est ponendũ miraculũ.Tertio patet,quia nunq̃ debemus dicere alicubi esse miraculũ, nisi vbi non possimus effugere.Et tñ hic põt dari modus, per quem nõ sit hic miraculum in isto adiutorio quod Deus prestabat Leuitis portantibus arcam,vt ꝛ.declarabitur:ergo nõ est miraculum. Quarto patet, ꝙa si hic fuisset miraculũ, ita ꝙ arca portaret seipsam, Leuitę non tãgerent eã, sed permitterent, ꝙ per se moueretur ad oñsionẽ miraculi.Et si ipsi portarent eam tangendo eã manibus, dato ꝙ illa seipsam moueret,putarent, ꝙ Leuitę mouerent eam.Et sic occultaret miraculũ,& fieret inutile,hoc tñ nullo modo est ꝓcedendum,quia nec Deus vellet facere aliqd̃ miraculũ,ꝙ maneret sic abscõditũ, & ẽt ipsi Leuitę si viderent,ꝙ Deus miraculosè volebat mouere arcam, non tangerent eam, vt appareret miraculũ.Dicendum ergo ꝙ arca non mouebat seipsam, nec alleuiabantur aliqualiter Leuitę in põdere, s.ꝙ Deus minueret aliquid de pondere arcę,quia etiã istud miraculum esset, & oẽs rõnes supra assignatę ꝯ hoc militarent. Aliquis aũt dicet, ꝙ Deus adiuuabat Leuitas in portatione arcę, s. ꝙ arca erat tanti ponderis,vt à Leuitis portari non posset.Deus aũt supplebat id,quod deerat eis adiuuando ad motum.Dicendum tñ,ꝙ hoc non stat,quia quamquam hic sit aliquis color magis, quam in precedentibus, s. necessitas miraculi, iuxta prę̃suppositum eorum, tñ falsum prę̃supponunt . Nam non erat arca tanti ponderis, vt non posset portari à Leuitis. Nam arca erat paruę magnitudinis, s. in longitudine cubitorum duorum, & semis, & in latitudine cubiti, & dimidij , & altitudine cubiti,& dimidij: Exod.35. & 36. Intra arcam autem solum erant duæ tabulę lapideę paruę, & vrna aurea cum manna,& virga Aaron,quę frondauerat. Ad Hebrę.9. & in latere arcę liber legis, vt patet Deuter. 31. Ista autem parui ponderis erant, nisi quis dicat, ꝙ tabulę lapideæ erant magni ponderis,sed falsum est, ꝙa quando Moyses descendit de monte, portabat eas in manu sua: Exod.32.& Deut. 9. Ideo poterãt quatuor viri portare istam arcam. Et sic erat ipsa disposita,scilicet positis duobus vectibus in duobus lateribus arcę,& per quatuor extremitates illorum quatuor viri tenerent eam ad portandum. Et si aliquis dicat,quòd tam ponderosa erat, quòd à quatuor viris portari nõ poterat,ponerentur octo,vel duodecim, vel decem, & sex,quod satis fieri poterat extendendo vectes. Itẽ patet hoc,quia si ista arca esset tanti ponderis,vt nunc oporteret, quòd Deus adiuuaret Leuitas ad portandum eam,necesse esset etiam, quòd à principio istud fuisset, scilicet quòd Deus adiuuaret Leuitas ad portandum. Et tamen nunquã ponitur alibi,quòd Deus adiuuaret Leuitas in portatione nisi nunc: ergo non est verum, quòd arca esset tantę difficultatis in portando.

Item patet, quòd si arca nullo modo portari posset, nisi Deus supernaturaliter adiuuaret portantes, frustra fuisset à principio, quòd Deus instituisset,ꝙ Leuitę portarent arcam, quia ipsi nõ poterant portare eam,sed Deus portabat illam. Et tamen Deus instituit,quòd portarent eam Leuitę. Et ipse nihil facit frustra: ideo non erat ipsa tanti ponderis.

Item patet, quia quando Philisthini rapuerunt arcam in bello portauerũt eam in terram suam primo Reg.5.Et postea etiam incipiente plaga portabant de vrbe in vrbem eodem cap.Et tamen nunc non est dicendum, quòd Deus supernaturaliter adiuuaret illos ad portandum arcam, cum ipsi fecissent omnia hæc contra Deum Israel,quia erant hostes Iudęorum. Et satis erat,quòd Deus permitteret, quòd ipsi portarẽt eam non impediendo illos , sed quòd adiuuaret eos nullo modo est verisimile,& tamen portauerunt ipsi arcam, ergo videtur , quòd ipsa non erat tam grauis, vt portari non posset. Dicendum ergo, quòd Deus adiuuabat Leuitas,qui portabant arcam non quidem dando vires ad portandum, quia ipsi habebãt naturaliter vires ad portandum, sed non impediendo eos in portatione, vel non inferendo aliquod nocumentũ. Et dicitur pro tanto,quia quando portata fuit arca prima vice de Cariathiarim in domum Obededom, Oza tangens arcam mortuus est: timebatur ergo nunc in ista portatione, quòd portantes paterẽtur aliquod nocumentum, & quia non lędebantur dicebãt Deus adiuuare illos non inferendo malum , quod ipsi timebant,vel disponendo eos taliter,vt non mereẽtur aliquod malum sibi infligi.

Quare septem tauri,& septem arietes offerebantur.
Quæst. XXXIII.

QVAERITVR vlterius quare offerebantur septem tauri, & septem arietes cum transissent qui portabant arcam sex passus. Dicendum,ꝙ hoc fiebat propter duo. Primo ad solemnitatem istius portationis: nam Dauid cum esset vir deuocola, cupiebat facere istam portationẽ honorabilius quã poterat,& quia magnus honor erat offerre Domino hostias multas , faciebat Dauid offerri in quibuslibet sex passibus quatuordecim animalia, scilicet arietes septem,& tauros septem. Secũdum erat,quia Dauid volebat reddere gratias pro beneficio , quod Deus prestabat populo,& Leuitis: nam cum vidisset Dauid in priori portatione percussum fuisse Ozam à Deo, timebat etiam, quòd in ista aliquis percuteretur. Et ob hoc monuit Leuitas satis caute agere, vt non sequeretur aliqua plaga, vt patet sup. in litera,& nunc cum videret,quòd Leuitę portantes arcam illęsi erant, referens gratias Deo pro tanto beneficio faciebat offerri istas hostias. Et vt continuaretur istud beneficium vsquequo reponeretur in loco suo, continuabat Dauid in singulis sex passibus offerre septẽ tauros, & septem arietes.

De controuersia, quæ habetur hic,& secundo Reg. cap.6.
Quæst. XXXIIII.

QVAERITVR vlterius quõ dicitur hic, ꝙ erant septem arietes,& septẽ tauri,quia 2. Reg.6.dr̃ immolabãt bouẽ, & arietẽ. Rñderi põt,ꝙ offerebaẽ vnus bos, & vnus aries de sumptibus Dauid offerebantur sex arietes, & sex boues,sed 2.Reg. 6.vtraque victima non fuit posita, sed solum victima populi,& subticetur oblatio Dauid,hic autem exprimitur vtraque oblatio,s.populi, & Dauid. Aliter erat põt dici,s.ꝙ 2. Reg.6. ponit̃ solũ aries, & taurus vnus. Hic autem ponuntur septem, quia sępe in libris Regum subticentur aliqua, quę exprimuntur in hoc libro sicut in multis alijs locis patet. Nam iste liber suppletiuus est eorum,quæ dimissa sunt in alijs libris, & potissimè in libris Regum. Et ob hoc vocatur Paralip.i.omissorum, quia de omissis agit, vt ait Hiero. in epistola ad Paulinum cap.7. & in prologo Galeato super libris Regum. Sed obijcietur ad hoc, quia hic dicitur,quòd erant septem arietes, & septem tauri in oblatione,& 2.Reg.6.dicitur, quòd offerebatur aries, & taurus. Et etiam dicitur, ꝙ cum Dauid erant septem tauri, & victima vituli. Potest ergo dici tertio modo ad hoc, ꝙ cum Dauid erant septem chori canentium. Et in quolibet illorum offerebatur vnus taurus,& vnus aries post sex passus. Et sic cum essent septem chori, offerebãtur septem arietes, & septem tauri. Et ob hoc 2.Reg.6.dicitur, ꝙ postq̃ transissent sex passus, qui portabant arcam, immolabatur vnus taurus,& vnus aries,eo ꝙ ibi solum dr̃ de immolatione, quę fiebat in quolibet choro, & hic dr̃ de immolatione oĩum septem chororum simul,ideo hic dr̃ ꝙ immolabantur septem tauri , & septem arietes, quia agitur de omnibus simul. Et cum dr̃ 2.Reg.6. ꝙ erãt cum Dauid septem chori, & victima vituli. Et postea dr̃,ꝙ offerebatur vnus aries, & vnus taurus. Dicendũ ꝙ ibi non significãtur diuersæ oblationes, sed est sensus ꝙ cum Dauid erant septem chori,& victima vituli, idest in quolibet choro offerebaẽ vitulus,s.taurus. Et sic innuitur oblatio illa, quæ fiebat post sex passus, scilicet, ꝙ offerebatur vnus taurus, & vnus aries,quia tamen ibi non perfecte expresserat,immediatè subdidit quæ erat ista victima vituli, & quomodo offerreẽ, dixit ꝙ cum transcendissent qui portabant arcam sex passus,immolabatur vnus taurus,& vnus aries.

Quare potius immolabantur septem tauri,quam plures.
Quæst. XXXV.

QVAERITVR vlterius quare cum transisset arca sex passus immolabantur potius septem tauri & septem arietes, quam plures vel pauciores, & quare fiebat hoc potius post sex passus,quam post plures vel pauciores. Respondendũ est secundum quosdã, ꝙ circa istos numeros, & similes, non est aliqua causa, sed sola voluntas est pro causa, volebat enim Dauid offerre septem arietes,& septem tauros,& nõ plures,nec pauciores, ideo fiebat. Et si voluisset plures,immolasset plures, sed non venit ei in mentẽ plures offerre,nec pauciores solum. Aliquis dicet ꝙ Dauid offerebat septem tauros, & septẽ arietes propter perfectionem quæ Deo debetur significãdam: Deus enim summè perfectus est. Et ista perfectio designat̃ ꝙ numerũ septẽnariũ,eo ꝙ in septẽ diebus fuit creatio oĩum rerum,& quies Dei à creatione. Etiam quia ꝓ septẽ dies tota vita nostra voluitur.Etiã quia per septẽ planetas tota corruptibilium machina principaliter gubernatur. Vt ergo appareret ꝙ tota ista perfectio originẽ traheret ex Deo tanq̃ ex prima cã, offerebat septem tauros,& septem arietes. Aliter & melius dicit̃ potest,s. ꝙ Dauid offerebat septem arietes, & septẽ tauros,quia sicut supra dictum fuit, sex arietes, & sex tauri offerebãtur à Dauid , & vnus aries offerebatur à populo. Et ideo volebat Dauid pro singulis passib⁹ offerri singulos arietes. Et sic cum ista oblatio fieret post sex passus , offerebat Dauid sex tauros , & sex arietes : populus autem offerebat vnũ taurũ, & vnũ arietẽ,& istud vr̃ quibusdam melius dictum esse. Dicendum tñ aliter, & melius ꝛm veritatẽ, s. ꝙ offerebantur potius septem arietes, & septẽ tauri q̃ plures, vel pauciores, eo ꝙ erãt septẽ chori canentium cum Dauid,ꝓ quos choros erat populus distinctus,& a quolibet choro offerebatur victima æqualis, s. vnus aries, & vnus taurus. Cũ aut̃ q̃ritur quare potius fiebat ista oblatio post sex passus, q̃ post plures vel pauciores : dici põt ꝙ hoc pendebat ex voluntate Dauid, nã poterat hoc facere post decẽ passus, vel post quatuor: dicendũ tñ vr̃,ꝙ aliqua rõ mouerit Dauid.Et est ista,s. quia Dauid offerebat istas victimas referens gratias pro beneficijs susceptis. Et quia hõ habet bonũ suũ ex toto vniuerso,cum oĩa,q̃ sunt in vniuerso ei subiecta sint,vt patet Psal.4.s.Omnia subiecisti sub pedibus eius,&c. & etiam Aristo.2.Phys.dicit nos sumus quodammodo finis oĩum : offerebat Dauid sex tauros,& sex arietes in memoriã sex dierum , in quibus omnia creata sunt, quę ad vtilitatem hominis sunt.

Quomodo in portatione arcæ poterant tot animalia immolari, & cremari. Quæst. XXXVI.

QVæritur vlterius quomodo poterãt tot animalia immolari , & cremari in portatione arcę,s.quia post sex passus immolabantur septẽ arietes,& septem tauri . Et sic necesse erat, ꝙ valde sępe iteraretur ista oblatio cum essent multi sex passus. Aliquis dicet ꝙ in hoc nulla mora erat. Nam post sex passus ista animalia immolabantur,i.occidebãtur , sed non cremabantur super aliquod altare, nec fiebant aliquæ cæremoniæ sacrificiorũ , quia si istę fierent esset magnũ tempus in transferẽdo arcam de domo Obededõ in domum Dauid , sed omnia ista animalia, quæ immolabantur reseruabantur occisa ad hoc, ꝙ postea cremarentur quando arca deducta esset in domum Dauid. Et iste modus vr̃ satis verisimilis, nam faciendo sic,parua mora esset,ꝙ post singulos sex passus offerrentur septem tauri,& septem arietes, cum nõ essent decoriandi,nec lauandę carnes, nec expectandũ erat, vt cremarentur super altare,sed cadauera reseruarentur,vt postea cremarẽtur simul in domo Dauid. Etiã patet hoc, quia dr̃ ꝙ postq̃ Dauid locauit arcã in domo sua obtulerunt holocausta,& pacifica coram Domino,s.omnia illa animalia, quæ prius occisa fuerant coram arca in portatione fuerunt ibi oblata,s.cõbusta in altari,& factę fuerunt alię cęremonię sacrificiorũ. Item patet hoc, quia non dicitur in litera, ꝙ post singulos sex passus septẽ tauri , & septem arietes cremabantur in sacrificio,sed solum dicitur, ꝙ immolabantur. Sic etiã dicitur 2.Reg.6. Et tamen immolari solum significat iugulationem istorũ animalium.Et sic non oportet concedi ex litera, ꝙ fiebat aliquid aliud, nisi ꝙ ista animalia occiderentur coram arca,sed non cremarentur. Postea aũt explerentur cęremonię sacrificiorũ in domo Dauid corã arca. Et nõ erat istud difficile, nec etiã magnę morę ꝓp tot sacrificia, quæ simul cremarent. Nã Salomon vna vice obtulit mille hostias simul super altare Dñi in Gabaon , vt patet sequen.lib.cap.1. & 3.Reg.3. Aliter põt dici, & forte melius,ꝙ ista aãlia immolabãtur, & cremabantur coram arca qñcunque transissent sex passus illi,qui portabant eam,sed non erat difficile hoc fieri. Primo, ꝙa inter domum Obededom , & domũ Dauid non erat magna distãtia, quia domus Obededom erat in Ierusalem sicut domus Dauid, vt supra declaratũ est, ideo non fieret sępissimè ista immolatio . Secũdũ erat ꝓp multitudinẽ sacerdotũ,quia sacerdotes oẽs ferè de toto Israel cõuenerant ad istam portationẽ arcæ. Et cũ essent multi,cito poterant occidere aãlia,& decoriare,& facere alias cęremonias sacrificiorum. Tertium erat, quia in sacrificijs istis non cremabantur oẽs carnes aãliũ,sed soli adipes. Nam erant ista sacrificia pacifica , & in hostijs pacificis nihil cremabatur de carnibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nibus, sed soli adipes. Carnes autem remanebant pro sacerdotibus, & offerētibus. Et hoc verum est, nisi cū offerretur aries, quia tunc cum adipibus cauda, & renes offerendi erant. Leuit. 3. Istud aut ē cito cremari poterat pp paucitatem, & magnitudinē ignis. Quartū erat, quia altare, in quo offerebantur ista sacrificia, esset valde magnum, vt possent capi multa sacrificia simul, & magnitudo ignis ibi existentis deuoraret omnia ista quasi subito. Quintum erat, quia fortè non offerebātur oīa ista sacrificia in vno altari, sed in multis, quia cùm essent septē chori canentium cum Dauid, & quilibet chorus offerret vnum taurum, & vnū arietem, vt supra dictū est, poterat esse, ꝙ in quolibet choro esset vnum altare, in quo cremaretur victima illius chori, & sic faciliter cremarentur oīa sacrificia. Nec obstat, ꝙ nō deberet fieri sacrificium, nisi in vno altari, & in vno loco, quia illud regulariter intelligitur esse verum, s. ꝙ Deus iusserat solum fieri sacrificium super altare holocaustorum quod erat ad hostium tabernaculi. Leuit. 17. & Iosue 22. Et illud iubebatur, qa pręsupponebatur, ꝙ arca semper erat intra sanctuarium. Nunc tamē acciderat, ꝙ esset extra sanctuariū, ideo poterat corā illa offerri. Et sic cessabat obligatio illa ad offerendum in vno loco, de quo tamen magis dicetur sequen. cap. Et tūc poterat offerri sacrificium in multis altaribus, dum tamē oīa essent coram arca, quia per hoc non videbat offerri multis dijs ſm multitudinem altarium, sed vni Deo cuius prætentia specialiter significabatur in arca. Iste modus faciendi sacrificia post singulos sex passus rationabilior est q̄ primus, licet ille videatur facilior. Et ratio est, quia ille modus faciendi sacrificia erat cōtra omnem consuetudinem sacrificiorum, s. ꝙ immolarentur animalia, & tamen ꝙ non illico cremarētur, nec in eodem loco, in quo immolabant, sed reseruarentur cremanda pro alio tempore & loco. Non videtur aūt ꝙ Dauid tantum vellet deuiare à consuetudine sacrificiorum, ideo iste secūdus modus magis tenendus est, si quis tamen velit tenere primum non insisto.

Quod genus sacrificij fiebat nunc de istis animalibus.
Quæst. XXXVII.

QVAERITVR vlterius de istis animalibus, quæ oblata sunt hic, ꝙ genus sacrificij fiebat de eis. Nam multa oblata sunt. Respondū, ꝙ istud pendet ex præcedenti qōne. Nam duobus modis dicebatur ibi, ꝙ poterat fuisse facta oblatio, & crematio illorum sacrificiorū. Tenendo primum modum, s. ꝙ in domo Dauid omnia cremata essent coram arca. Dicendum esset ꝙ fuerunt ista animalia immolata in holocaustum, & in hostias pacificas, s. tria genera sacrificiorum erāt in veteri testamento, s. holocaustū, hostia pacifica, & hostia pro peccato. Et de istis essent duo genera sacrificiorum, s. holocausta, & pacifica. Et patet hoc, quia seq. c. dr ꝙ attulerunt arcam Dei, & cōstituerunt eam in medio tabernaculi, & obtulerunt holocausta, & pacifica. Tenendo autem secundum modum positū ibidem, qui verior est, s. ꝙ ista sacrificia cremarentur post singulos sex passus. Dicendum ꝙ non apparet manifestè quod genus sacrificiorum nunc fuit. Videtur tamen dicendum ꝙ fuerit solum hostia pacifica. Nam sacrificium triplex est, s. holocaustū, & hostia pacifica, & pro peccato. Sacrificiū pro pcto̅ est solum ad tollendum peccata, & istud fiebat ab Israelitis in certis casib' ſm obligationem legis ad tollendū aliqua pcta̅, quę erant q̄ cęremonias legis, de quo declaratum est Leui. 4. & 5. Et istud erat sacrificium tristitię, quia offerebatur pro peccatis, pro quibus humiliari debebamus. Holocaustum principaliter erat ad laudē Dei: ideo carnes holocausti totaliter cremabantur in altari ad laudē Dei, nec proueniebat de eis quicquam sacerdotibus, nec offerentibus Leuit. 1. Hostia autem pacifica fiebat ad gratiarum actiones, & erat hostia iocūditatis Leui. 7. Et illā comedebatur totaliter a sacerdotibus, & ab offerentibus, nec dabatur quidq̄ Deo de illa nisi adipes. Et in quibusdam cauda & renes, Leui. 3. & 7. Dicēdū de his, ꝙ nō erat sacrificium pro peccato aliqua oblatio istarum. Nam sacrificium pro pcto̅ est sacrificiū tristitię, & tñ nūc erat lętitia magna in toto populo, qa dr supra in litera ꝙ Dauid, & maiores natu Israel, & tribuni iuerunt ad portandum arcam cum lętitia magna. Item quia sacrificium istud, vt cōiter nonrebatur ab Israelitis nisi p aliquo peccato speciali ex necessitate legis, nūc tñ nō offerebat pro aliquo peccato populi, sed spōte propter solennitatē portationis arcę. Ideo non oblatū fuit hic aliquod sacrificium p peccato. Et dicēdum videtur, ꝙ solum fuit hic oblata hostia pacifica in omnibus istis sacrificijs. Et causa est multiplex: prima est, quia omnia ista sacrificia fiebāt ad exultationem populi: nullum tamen est sacrificiū quod ita fiat ad exultationem populi sicut pacificū. Eo ꝙ illud totaliter est spōtaneum. Et etiam quia populus de illo comedit, & nō de alijs. Secunda causa est, quia hostia pacifica propriè est ad reddendum gratias pro beneficio suscepto, vel ad inclinandum Deum, ꝙ conferat nobis aliquod beneficium, quod cupimus, vt patet Leui. 7. vbi distinguit hostia pacifica per gratiarum actiones, & per hostiam votiuam. Omnia tamen ista animalia offerebātur ad gratiarum actiones, quia vt supra declaratū est: Dauid faciebat ista offerri, eo ꝙ Deus adiuuabat Leuitas in portatione arcę, & ꝙ non paterentur aliquod nocumentum, ideo non conueniebat in pręsenti alia hostia, nisi pacifica. Tertia causa fuit, quia nunc Dauid offerebat septem tauros, & septē arietes post singulos sex passus, & ad istud requirebatur magna mora in sacrificijs, nisi Dauid inquireret aliquem modum facilem ad illa faciendum. Et sic verisimile est, ꝙ tenuerit modum faciliorē, qui teneri poterat circa hoc. Nullus autē modus facilior erat q̄ ꝙ omnia ista sacrificia essent pacifica. Nā si fierent holocausta, oporteret cremari oēs carnes, & adipes, & intestina, vt patet Leuit. 1. & in hoc traheretur magna mora: ēt si essent sacrificia pro pcto̅ cum in eis manē regulariter, vt patet Leui. 3. Et istud facile erat, sed difficile erat cremari oēs carnes sicut in supradictis sacrificijs. Quarta causa erat, quia istud genus sacrificij conueniebat nunc magis intentioni Dauid q̄ aliud genus. Et rō est, quia si offerretur holocaustū, vel hostia p pcto̅, nihil prouētuū erat inde offerēti, sed Deo soli, vel Deo, & sacerdotibus. Nunc aūt Dauid congregauerat totum populum ad portationem arcæ, & egebat cibis pro eis. Et si offerret hostias pacificas oēs carnes prouenirent populo, quia quędam pars proueniret sacerdotibus, & alia offerentibus, s. Dauid Leuit. 7. Et de parte illa, quę proueniebat sacerdotibus, poterant ipsi sufficienter habere ad cibū. Reliquam autem partem, quę proueniebat Dauid offerenti, ipse daret populo, de qua posset populus habere quasi sufficienter ad cibum. Ideo in tota ista portatione arcę non legitur Dauid aliquid aliud dedisse populo in cibis nisi tortam panis, & partem carnis bubulæ assæ, & similam oleo frixam, sequenti cap. Et hoc intelligendum est, quòd dederit super partes sacrificiorū, quę ei proueniebat. Nā de illis non oportebat exprimere, quia manifestum erat, ꝙ daret pauperibus illas populo, quia ipse non egebat tanta multitudine carnium. Et poterat hoc facere Dauid, quia qñcunq; aliqs offerebat hostias pacificas, poterat iuitare quoscunque vellet ad comedendum de partibus, q̄ sibi p̄ueniebant, dum tñ illi essent mundi, vt colligit Deut. 12. Et ibi declaratum est. Nunc aūt totus populus eēt mundus cum conuenirent ad portationē arcæ: Dauid dixerat sacerdotibus, & Leuitis, ꝙ sanctificarētur ad istam portationē. s. in lra: ita ēt credendum est de ista portatione, ꝙ in ea sanctificati fuerint populares, & sic poterant comedere de carnibus. Si autē Dauid fecisset, ꝙ ista aī alia offerrent in holocausto, vel p peccato, nihil de carnibus eorum posset dare populo, sed oporteret, ꝙ aliunde prouideret eis. Credendum est ergo magis, ꝙ potius faceret hostias pacificas, in qb' posset Deū colere, & dimidere populo de cibis, quā ꝙ faceret aliud genus sacrificii, in quo solū Deū colens non haberet, vñ prouideret populo. Sed obijcietur, ꝙ istud non sit verisimile, quia magis credendum est, ꝙ Dauid obtulerit holocausta, quia Dauid in oībus istis intendebat colere Deū maxime, quam posset: nullū tñ sacrificium est, ꝙ tam directe sit ad laudem Dei, sicut holocaustum. Nam totū ipsum cremat in honore Dei, quod non sit in aliis sacrificiis, iō magis offerret holocaustū, quā alia genera sacrificiorū. Rndendū est, ꝙ pp causas dictas oīa sacrificia, q̄ fecit Dauid in itinere dū portaret arca in domum suam fuerunt pacifica. Et tñ postquam posita fuit in domo eius in tabernaculo ei parato, priusquam desineret solennitas portationis, obtulit Dauid holocausta multa. Quod patet, quia seq. c. dr attulerunt arcam Dei, & ꝓstituerunt eum in medio tabernaculi, & obtulerunt holocausta, & pacifica coram dño. Quod aūt duraret tūc solennitas portationis, patet, quia post ista holocausta, & pacifica dedit toti populo cibos, & dimisit illos ire in domum suam, vt patet ibidem.

Quæ cæremoniæ fuerunt factæ coram arca in domo Obededom. *Quæst. XXXVIII.*

QVAERITVR vlterius de tempore pręcedenti quo arca fuit in domo Obededom, s. tribus mensibus, quę cęremonię fiebant coram ea.

Respōdēdum est, ꝙ in domo Obededom non fuerunt factę aliquę cęremonię sacrificiorum coram arca, nec alię, quę fiebant ſm legem. Pro quo sciendum, ꝙ Moyses iusserat fieri multas cęremonias sacerdotales in Sanctuario, vna erat, ꝙ fierent sacrificia in altari holocaustorum: Exo. 29. Alia erat, ꝙ panes propositionis ponerentur super mensam aureā propositionis quolibet sabbatho: Leu. 24. Alia erat, ꝙ in mane, & in vespere sacerdotes locarent lucernas candelabri: Exo. 27. & 30. Alia erat, ꝙ quotidie eisdē temporibus aliquis sacerdos cremaret thymiama super altare thymiamatis intra tabernaculum: Exo. 30. De istis dicendū, ꝙ nulla illarum poterat fieri coram arca, nisi prima, s. ꝙ offerrentur sacrificia, sicut nunc factum est in portatione eius. Aliæ aūt oēs fiebant in Sanctuario. Et qa nunc erat Sanctuariū in Gabaon ibi fiebant oēs istę cęremonię. Et iō dicendum, ꝙ in domo Obededom, & etiam in domo Dauid postquam ibi posita fuit arca: non fiebat aliqua prędictarum cęremoniarum. Et ista fuit causa quare cum Dauid posuisset arcam in domo sua, & reliquisset ibi leuitas ad canendum coram domino, misit Sadoc summū sacerdotem, & alios sacerdotes fratres suos, & etiam multos de Leuitis in Gabaon, vbi erat tabernaculum Domini, vt ibi ministrarent: sequēti cap. scilicet, quia non poterant fieri omnes cęremonię legis corā arca: alias enim frustra fuissent missi illuc ad faciēdum aliquas cęremonias, vnde dixit Dauid ad Sadoc, quòd faceret in tabernaculo Domini in Gabaon iuxta omnia, quæ scripta erant in lege Moysi, vt patet ibidem, Manet autem prima cæremonia, s. sacrificiorum. Et de ista dicendum, ꝙ adhuc non plenè fiebat cæremonia sacrificiorum coram arca, s. ꝙ non omnia sacrificia fiebant coram arca, sed plurima fiebant in Sāctuario. Pro quo sciendum, ꝙ quædam sacrificia erant necessitatis, sicut sacrificium iugiter matutinum, & vespertinum, & sacrificia sabbathorū, & sacrificia aliarū solennitatum, de quibus habetur Num. 28. & 29. Etiā quędā erant sacrificia necessitatis, scilla, quę iubebant homines facere pro aliquibus peccatis, de quibus Leui. 4. & 5. & Nu. 5 & 15. Etiam erāt sacrificia necessitatis aliqua, quę iubebantur fieri in purificationibus, sicut si aliquis fuisset leprosus, & postea mundaretur: debebat offerre sacrificia: Leui. 14. Et si mulier peperisset pro emundatione sua offerebat sacrificiū. Etiam mulier longo tempore patiens fluxum sanguinis extra tempus menstruorum. Et vir patiens fluxum seminis offerebat aliqua sacrificia: Leuit. 15. Et sic de multis aliis. De omnibus istis sacrificiis, quæ erant necessaria secundum legem, dicendum, ꝙ nullum offerebatur coram arca, sed omnia in Sanctuario domini in Gabaon. Et hoc patet sequenti c. cum dixit Dauid ad Sadoc sacerdotem magnum, ꝙ offerret in Gabaō holocausta domino iugiter mane, & vespere in altari holocaustomatis: iuxta omnia, quæ scripta sunt in lege Domini, quoniam pręcepit Israel. ergo vī, ꝙ oīa sacrificia, quæ in lege præcepta erant, fiebant in Gabaon, & nullum coram arca dñi in domo Dauid. Alia erant sacrificia spontanea, quæ non erant iusta à lege, & de istis dicendum, ꝙ poterant offerri coram arca. Et sic faciebat Dauid sæpe offerri de illis multa. Faciebat ēt aliud, s. ꝙ Leuitæ cantarent coram arca dñi. Istud tñ non erat ministerium sacerdorale, sed Leuiticum. Et sic ista duo fiebant in domo Dauid coram arca, s. offerebantur sacrificia spontanea, & cantabant laudes diuinæ. De domo aūt Obededom dicēdum, ꝙ quandiu ibi fuit arca, aliqua cæremonia istarū, s. nullum sacrificium factum fuit, nec ēt cātabantur aliquę laudes Dei, eo ꝙ arca non fuerat posita ibi, vt esset in loco honorabiliori, sed vt eēt ibi in custodia quousq; de illa disponeretur, vbi maneret. Et sic fuit de toto illo tempore, quo mānsit arca in Chariathiarim in domo Aminadab: nam non fuerunt factę ei ibi aliquę cęremonię, sed solum sanctificatus fuit Eleazarus filius Abinadab ad custodiendum eam, primo Reg. 7. Quid tñ erat, quòd fieri poterat in domo Dauid corā arca, & quod fiebat in Gabaon in Sanctuario, declarabitur magis sequenti cap.

Quomodo portabat Dauid stolam byssinam.
Quæst. XXXIX.

QVAERITVR vlterius quomodo Dauid portabat stolam byssinam, siue Ephod lineum, cum esset habitus Leuitarum, & ipse nō esset Leuita: nam qui miscebat se alicui ministrationi, vel rei pertinenti ad sacerdotes, vel Leuitas, moriebatur: Nu. 1. & 3. & 16. & 18. Quòd autem Ephod lineum esset habitus Leuitæ, & in illa administratione pertinens ad illos, patet, quia ipse satis monuerat supra sacerdotes, & Leuitas, ꝙ ipsi portarent arcam caute, & essent præsentes, ne propter absentiam illorum populares aliquid illicite facerent. s. in lra. Qūo ergo Dauid vsurparet aliquid pertinens ad Leuitas, cū timeret nimis propter mortem Ozę, etiam cum ipse alias admoneret ne vsurparēt aliqd Leuiticū, nec pmitterēt vsurpari. De stola aūt byssina, qua Dauid indutus

Universidad de Deusto
Biblioteca

dutus erat potest dici dupliciter. Vno mõ, ꝙ non erat F
similis in figura stolis Leuitarum, & per hoc distinguebatur ab eis: & sic non vsurpabat habitum sacrũ leuiticum. Alio modo põt dici, ꝙ Leuitę induti erãt nunc stolis byssinis, vt patet hic: & tamẽ iste habitus non erat proprius ipsorum, sed erat habitus cõis oĩb⁹ non sacerdotibus. Et ideo poterant vti illo Leuitę, & populares. Sic enim est de vestib⁹ lineis albis, quibus vtuntur omnes ministri Ecclesię, nam illę non sunt sacrę, nec benedictę, vnde quilibet laicus potest indui licitè tali veste, nisi faciat in cõtemptu ministrationis diuinę. Habitus autem sacerdotum diaconorum, & subdiaconorum ad ministrandum in altari, est sacer: ideo non potest aliquis laicus licite indui illo. Dauid autem nunc indutus est stola byssina, sicut Leuitę, qa G
tamen non erat illa propria vestis Leuitarum, sed cõis omnibus, non peccabat Dauid vtendo illa.

Qualis erat habitus Leuitarum in ministratione. Qõ. XL.

QVAERITVR vlterius quis erat habitus, quo Leuitę vterẽtur in ministrando. Respondendum, ꝙ vtebantur Leuitę quadam veste linea alba super oẽs alias vestes suas, quibus vtebantur, qñ non ministrabant. Et patet hoc, quia Samuel erat Leuita, & ipse vtebatur ipsa veste ministrãdo coram Dño. 1. Reg. 3. ſ. Samuel aũt ministrabat ante faciem Dñi puer accinctus ephod linео. secundo patet quia hic in portatione arcę ministrabant Leuitę portando arcam, & cantãdo, & dr ꝙ oẽs Leuitę qui portabant arcam, & cantores induti erant stolis byssinis. H
tertio patet, quia qñ Salomon fecit templum Domini finitis vasis eius, voluit etiam facere vestes pro ministris, & tunc fecit vestes, pro sacerdotibus, & etiam pro Leuitis. Et dr ꝙ fecit stolas Leuitarum dicentiũ hymnos ex byssо ducenta millia, vt ait Iosephus de Antiq. Videtur ergo ꝙ quandocunque Leuitę canebant vel faciebant aliam ministrationem induebãtur istis stolis, sed quanꝙ Leuitę vterẽtur semper istis stolis, tamen non erat habitus proprius ipsorũ, nec erat sacer, nec etiã Deus dederat Leuitis aliꝙ vestem specialem ad ministrandum. Quod patet, quia Exo. 28. vbi agitur de vestibus ministrorum: Deus iussit fieri vestes pro summo sacerdote, & pro minoribus. Pro Leuitis autem nihil. Etiam patet, quia quando Deus I
iussit consecrari Leuitas, nõ iussit, ꝙ induerentur aliquibus vestibus, vt patet Num. 8. Et tamen qñ consecrati sunt sacerdotes iussit illos indui vestibus suis, & in eis cõsecrati sunt, vt patet Exo. 29. & Leui. 8. Sciendũ tamen, ꝙ qñ Leuitę cõsecrati sunt nouiter, Deus iussit vestes eorũ mundificari, Nu. 8. vt per hoc significaretur, ꝙ deponebant iam laicales status in munditiam: nullam tñ vestem specialẽ eis dedit. Et ob hoc ꝙꝙ vterentur Leuitę in ministrãdo stolis byssinis, nõ erant illę vestes sacrę, nec etiam habebant aliꝙ vestẽ sacram pp qđ licet induerẽtur laici stolis byssinis, nõ peccarent, & sic Dauid indutus est stola byssina nũc.
Ex hoc autem nunc venit conditio habitus Ecclesiastici in ministrando. Nam sicut in veteri testõ soli sa- K
cerdotes, qui erant ministri altaris acceperunt à Deo vestes sacras Exo. 28. ita & in nouo testõ soli sacerdotes diaconi, & subdiaconi qui sunt ministri altaris vestibus saeris vtuntur ministrãdo in altari, & sicut Leuitæ in veteri testõ, qui non ministrabant in altari, sed cantabant in templo, dum fierent sacrificia non habebant aliquas vestes sacras, & tñ vtebantur quibusdam vestibus lineis, quibus cõiter non vtebanꝰ populares, ita & oẽs ministri Ecclesię, qui non accedũt ad altare, sed faciunt alia officia, induuntur vestibus albis non sacris, & sic quãtũ ad hoc tot⁹ habitus ecclesiastic⁹ in ministrãdo, puenit ex habitu ministrorũ veteris testi.

Cap. XV.

Quare induerit se Dauid in portatione arcæ tunica byssina. Quæst. XLI.

QVAERITVR vlterius quare Dauid indutus fuit nũc tunica byssina in portatione arcę. Respondendum ꝙ pp multa. Primo quia licet Dauid nõ accederet ad arcam, quãdo portabatur, nec misceret se sacerdotibus, & Leuitis in ministrationibus suis: tamen ipse aliquo mõ ministrabat ad portationẽ arcę, quia ipse habebat secũ septem choros canentium, vt patet 2. Reg. 6. Et etiam dr ibi, ꝙ Dauid, & oĩs Israel ludebant coram Dño in omnibus lignis fabrefactis, sed qñ in ecclesia aliquis laicus in defectum, vel ex deuotione accedit ad canẽ- G
dum cum ministris Ecclesiæ, ipse põt indui veste alba non sacra, qua ceteri ministri Ecclesię vtuntur. Et in illa honestius canet, q̃ sine illa, ita nũc cũ Dauid adiuuaret Leuitas ad solennizãdum portationem arcæ canendo, voluit vti stola byssina, qua ipsi vtebantur. Secunda causa erat, quia Dauid voluit se nimis humiliare nunc coram Dño in portatione arcæ, & ad hoc noluit gerere regalia insignia, sed accepit humilẽ habitum Leuitarum. Sic enim patet in responsione sua ad Michol vxorem suam, qñ increpuit eũ ex ista humiliatione. Nam dixit Iudam, & vilior fiam ꝙ factus sum coram Dño. 2. Reg. 6. Tertia cã erat, quia Dauid volebat coram arca Dñi ludere saltando, & tripudiando, & ista erat magna leuitas, nec decebat tantã leuitatẽ esse in habitu regali, ad quem pertinet maiestas: ideo voluit deponere habitum regalem, & assumere tunicam istam byssinam.

Quare Michol despexit Dauid. Quæst. XLII.

QVAERITVR vlterius quare Michol despexit nunc Dauid, qñ vidit eum ludentẽ coram arca, & an rationabiliter despexit. Respondendum ꝙ Michol habuit motum ad cõtemnendum Dauid, quia ipsa erat superba. Erat enim filia regis Saulis, qui fuerat rex primus totius Israel, & inter vxores Dauid ipsa erat prima, nã cepit eam, qñ manebat cum Saule, & nulla aliarum vxorum Dauid erat filia regis, nisi filia Ptolomęi regis Gessuri, & ille erat paruus rex, & gentilis, & sic erat pręcipua Michol inter omnes vxores Dauid: vnde nulla alia eũ despicere nisi ipsa, & non solum despexit in corde suo, sed etiam locuta est ei verba contumeliosa, & pungitiua, dicẽs. Quam gloriosus fuit hodie rex Israel discooperiens se ante oculos ancillarum seruorum suorum, & nudatus est quasi si nudetur vnus de scurris. secundo Reg. 6. Causa autem fuit ex parte Dauid quare contẽneret eum, ſ. quia vidit ipsum discooperiri regalibus ornamentis, & ludentẽ. Primum erat, quia Dauid deposuerat regalia insignia: debet enim semper rex esse in magna grauitate, & maiestate, vt habeatur nimis reuerendus, cum dicatur Deus maiestatem. Et ad istud pertinet ornatus quidã vestium, & insignia regalia, quę faciunt grauitatem. Deposuerat autẽ ista Dauid, & induit se quadã veste humili Leuitarum, ſ. stola byssina, in qua apparebat satis ignominiosus, vnde dixit ei Michol ꝙ nudatus est coram ancillis seruorum quasi si nudet vnus de scurris. 2. Reg. 6. Secũdum fuit, quia Dauid cum esset rex debebat in motu suo habere modestiam, & grauitatẽ, & huic repugnabat leuitas, & indecẽtia motus, qa saltabat, & ludebat coram arca totis viribus, & in hoc necesse erat, ꝙ aliqñ vestes eleuarent pp saltationẽ, & aliquę partes corporis sui nudę apparerent: vnde recte dixit Michol, ꝙ nudatus est quasi similaretur nu- de scurris. Et in hoc verè increpabilis erat Dauid, qa

diminuebat nimis honorẽ regalẽ, & etiam honorem A
viri virtuosi, quia talis motus non decet virum probum, & non negauit Dauid quin ista nõ cõuenirent ei. Et etiam ꝙ per hic vilificaretur, sed potius conceſſit dicens, viuit Dominus, quia ludam & vilior fiã plusquã factus sum, & ero humilis in oculis meis 2. Reg. 6. Causa tamen quę mouebat Dauid ad hoc erat iustissima, ſ. quia Deus benefecerat ei, ſ. cũ prius esset pastor, & nũc exaltasset eum ad hoc quòd esset rex. Ideo dicebat ꝙ ipse humiliaretur nimis quàm ipse posset. Et propter hoc abiectis vestibus regalibus accepit habitũ pauperẽ, & saltabat corã arca tanꝙ vir nullius valoris. Et tamen nõ humiliasset se Dauid coram aliquo hoĩum, nec pp aliꝙ aliam causam. Sic B
enim ipse significauit, dicens: viuit Dñs, quia ludam ante Dñm, qui elegit me, vt essem dux super populũ Israel, & ludam, & vilior fiam pluſquam factus sum, & ero humilis in oculis meis. 2. Reg. 6. Michol autẽ non attẽdebat ad fauorem deuotionis Dauid, quę honestabat opus suum, sed solum attendit ad opus Dauid, quod in se inhonestũ videbatur: ideo despexit eũ.

An peccauerit Michol despiciens Dauid propter saltationem. Quæst. XLIII.

QVAERITVR vlterius an peccauit Michol despiciendo Dauid propter saltationẽ corã arca. Respondendum ꝙ Michol habet aliquid quod excuſet eam, & aliquid quod accuſet, de primo patet, quia Michol mota fuit causa rationabili, nam in se opus Dauid inhonestũ erat, quia nimis detrahebat per hoc honori regio, & bonũ erat, ꝙ à talibus abstineret, ne omnino veniret in contẽptũ. Et Michol hac intẽtione increpuit eum. secũdum erat, quia Michol habuit iustum animũ increpandi, nam non despexit eũ quasi maliuola, nã ipsa diligebat nimis Dauid, & semel eripuit eum à morte, vt patet 1. Reg. 19. etiã nunc qñ increpuit illum propter istam saltationem bono animo egit. Nam prius salutauit eũ, & postea locuta est verba aliqualiter mordacia, vt patet 2. Reg. 6. ſ. Et egressa D
Michol filia Saul in occursum Dauid benedixit eum, & ait, q̃ gloriosus fuit hodie rex Israel, &c. Est etiã ꝙ accuſet Michol, ſ. quia ipsa increpuit Dauid de cultu Dei. Humiliauerat enim se Dauid pp Deum coram arca, & propter hoc magis laudandus erat q̃ increpandus: Michol tamen eũ increpuit. Quanꝙ igitur Michol habuerit aliꝙ cãm increpandi: tamen maior causa subsistebat in ꝺrium ad non increpandũ, & sic peccauit aliqualiter Michol increpãdo Dauid, & data est sibi pœna à Deo, ſ. ꝙ nunꝙ pareret. Sic dicit. 2. Reg. 6. Igitur Michol filię Saul nõ est natus filius. Et hoc fortè fuit, vt ille non regnaret super Israel, quia Michol erat prima vxor Dauid. Etiam erat dignior, quia erat filia regis, ideo si aliquis filius nasceretur ex ea, potius ille debebat succedere Dauid in regno q̃ alij: Deus ĩ- E
noluit, ꝙ aliquis pertinens illo mõ ad stirpem Saulis regnaret super Israel, ideo nõ habuit filiũ. Et per hoc grauiter punita est, cum fœminę maritatæ nimis desiderent filios.

CAP. XVI.

ATTVLERVNT igitur arcam Dei, & constituerunt eam in medio tabernaculi, quod tetenderat ei Dauid, & obtulerunt holocausta, & pacifica coram Deo.

DICTO in præcedẽtibus de arcę portatione: hic agitur de eius portationis veneratione. Fuit autem veneratio arcę in tribus. Primò in diuino sacrificio. secundo in beneficio collato populo, ibi. *Cumque complesset*. Tertiò in diuino obsequio, ſ. constituendo ministros, qui ministrarent coram arca, ibi. *Constituitque*.

An hic sit ordo continuus. Quæst. I.

QVAERITVR circa primũ an ea quæ habẽtur hic, fuerint facta post p̃cedentia, ita ꝙ habeãt continuationẽ, & an fuerint facta immediatè vel aliquanto tempore postea. Respondendum ꝙ ista habent ordinem continuatum ad præcedentia. Nam agebatur supra de portatione arcę. Hic autem agitur de honore illo, qui sibi exhibitus est in domo Dauid, prius tamẽ ducta est q̃ honoraretur. Ad secundum dicendum, ꝙ nullum tẽpus fuit inter præcedentia, & ista, quia supra dr, qũo portata fuit arca ad domum Dauid. Hic autẽ dr qũo immediate post portationem fuit sacrificium oblatum coram ipsa hic in principio literę. Ideo eodem die vtrũque factum est. Circa primum dicitur. *Attulerunt igitur arcam Dei*. Scilicet attulerunt eam ad domum Dauid, inter castrum mõtis Sion. *Et constituerunt eam in medio tabernaculi, quod tetenderat ei Dauid*. Leuitę posuerunt eam in loco illo, C
quia ipsi portabãt eam. Et vocatur hic tabernaculum tentorium magnum factum de pellibus iacynthinis, quod erat in quodam atrio, & sub illo tentorio posita est arca, vt occulta maneret, & non potest accipi tabernaculum pro domo, vel palatio in quo erat arca, quia dr in medio tabernaculi, quod tetenderat. Et tñ non põt extendi aliquid nisi sit de pellibus vel lino, & sic erat tentorium, sub quo erat arca. Et illud tentorũ erat, in quodam palatio magno, in quo erant Leuitę ad canendum coram arca, & etiam sacerdotes faciebant ibi sacrificia. *Et obtulerunt holocausta, & pacifica*. Scilicet postquam fuit arca constituta in suo tẽtorio, facta fuerunt in palatio illo sacrificia corã arca: & ista fuit prima ministratio, quę facta est coram arca postq̃ fuit posita in domo Dauid: duo genera sacrificiorũ fuerunt hic oblata, ſ. holocaustum, & hostię pacificę. Est enim holocaustum sacrificium in quo carnes totius animalis cremantur in altari cum intestinis capite, & pedibus Leuit. 1. Et nihil inde dat offerentibus. Sacerdoti autem prouenit sola pellis, vt patet Leui. 6. hostia pacifica dicitur esse qñ offertur animal in sacrificium pro gratiarum actione, vel ad placãdum Deũ, vt aliquid nobis concedat, Leuit. 7. Et soli adipes cremantur in altari. Carnes autem cedunt in ius offerentium, & in ius sacerdotum, Leuit. 3. & 7. *Coram Domino*. Idest coram arca, nam in arca representabatur Deus specialiter, eo ꝙ nullum vas erat in toto sanctuario, in quo magis appareret virtus diuina quàm in arca, vt supra 13. declaratum est.

Quare fuerunt oblata sacrificia postquam fuit posita arca in suo tentorio. Quæst. II.

QVAERITVR quare nunc oblata fuerũt sacrificia coram arca postq̃ fuit posita in tentorio suo. Dicendũ ꝙ hoc factum est quasi ad dedicationẽ domus. Nam parata fuerat domus illa, vt ibi maneret arca, & non fuerat adhuc facta ibi aliqua ministratio per q̃ dedicaretur dom⁹, ideo nũc cum arca fuit locata in tentorio suo, oblata fuerunt sacrificia corã ea in domo illa, & per hoc domus iam erat dedicata cultui Dei, & non pertinebat ad aliquã popularem ministrationem. secunda causa fuit, quia

arca

arca ante hoc honorata fuerat in sua portatione: nã F omnia sacrificia, quæ habentur præsenti cap. facta fuerunt coram arca, cum portaretur: nunc autem opus erat, vt exhiberetur aliquis honor arcę quiescenti. Et ob hoc postq̃ ipsa locata fuit in suo tentorio fuerunt facta sacrificia corã illa, & non recessit populus a portatione arcę, quousque fuerunt finita ista sacrificia.

Quæ erant ista sacrificia. Quæst. III.

QVAERITVR vlterius quæ sacrificia erant ista, quę nunc facta sunt coram arca. Rñderi põt dupliciter. Quidam dicunt ꝙ nunc non fuerunt immolata aliqua animalia, sed illa quę occidebantur corã arca cum portaretur, fuerunt nunc cremata in altari, nam cum portaretur arca post singulos sex passus offerebãtur septem tauri, & septem arietes præcedenti cap. & 1. Reg. 6. Et nullũ animal istorũ cremabatur tunc corã arca, vt non cogerentur nimis morari portantes arcam, sed fuerunt omnia reseruata, vt postea cremarentur cum esset arca posita in loco suo. Et sic nũc omnia animalia, quæ fuerant occisa in portatione arcę, cremarentur in holocaustum, & in hostias pacificas, & nullum de nouo immolaretur. Iste tamen modus ponendi q̃q̃ aliqualiter esset verisimilis, erat nimis p̃ consuetudinem sacrificiorum, quia in alijs illico, vt animalia occidebantur cremabantur in altari, vel fiebant alię cęremoniæ, quę exigerẽtur ſm genus sacrificij illius. Aliter ergo dicendum, ꝙ nunc fuerunt oblata holocausta, & hostię pacificę de alijs animalibus. Nam aĩalia illa, quę immolata sunt dum portaretur arca, cremabantur illico, vt declaratum fuit præced. cap. in quadam qõne, nunc verò alia animalia occisa sunt, & de eis factum est sacrificium holocaustorum, & hostiarum pacificarum in honorem arcę iam quiescẽtis, & in dedicationem domus.

Quare oblata sunt potius holocausta, & hostiæ pacificæ quàm alia genera sacrificiorum. Quæst. IIII.

QVAERITVR vlterius quare potius nũc oblata sunt holocausta, & hostię pacificę quã alia genera sacrificiorum. Respondendum quòd erãt tria genera sacrificiorũ, s. holocaustum, hostia pacifica, & sacrificium pro peccato, vt patet Leuitici primo, tertio, & quarto. de his facta fuerunt nunc duo genera sacrificiorum, scilicet, holocaustũ, & hostia pacifica. Et ratio huius est, nam sacrificium pro peccato regulariter non offerebatur nisi quãdo populus, vel aliqua persona priuata incidisset in aliq̃ culpam de illis, in quibus lex imponebat satisfactionẽ per sacrificia. Nunc autem fortè non habebat populus aliquod tale peccatum, ideo nõ obtulit sacrificiũ pro peccato. secundum erat, quia dato ꝙ populus pro aliquo peccato teneretur ad aliquod tale sacrificiũ, non posset illud offerri coram arca, sed debet offerri in sanctuario Domini in Gabaon, quia omnia sacrificia, quę erant de necessitate, offerri debebant in Gabaon, quia ibi erat tunc sanctuarium. Sola autem sacrificia spontanea offerri poterant coram arca in domo Dauid, vt colligitur infra in litera, & ibi declarabitur in quadam quęstione. Omnia autem sacrificia similia pro peccato cadunt sub necessitate legis, ideo non poterãt offerri in domo Dauid corã arca. Tertiũ est, quia sacrificium pro peccato est sacrificium tristitię, in quo offerens debet tristari & humiliare se, quia peccauit. Nunc autem non erat tempus tristitię, sed exultationis, quia totus populus gaudebat nimis de arcę portatione, vt patet præcedenti cap. Holocaustũ autẽ decebat nunc offerri, eo ꝙ ipsum specialiter est ad honorẽ Dei, cũ totũ cremaretur in altari Leuit. 1. quod non fit in alijs sacrificijs Leuit. 3. 4. & 5. Hic autem Dauid maxime intendebat honorem Dei, quia pro honore eius arca, quę erat in Cariathiarim in loco quasi incognito, & sine honore, ducta fuit nunc, vt esset in loco honorabili. Et etiam propter hoc fuit tam honorabiliter portata. Holocaustum ergo fuit sacrificium quod maxime hic debebat offerri, & tamen dum portaretur, non fuit oblatum aliquod holocaustum, sed solę hostię pacificæ propter causas expressas in quadam qõne præced. cap. fuerunt etiã nũc hostię pacificę oblatę, quia multũ cõueniebant huic solennitati. Primo, quia hostia pacifica est sacrificiũ exultationis, & nunc fuit magna exultatio populi in portatione arcæ, & in eius positione in loco suo. Secũdo, quia populus debebat nunc epulari post arcę portationem, & non poterat comedere de carnibus alterius sacrificij. De carnibus autem hostiæ pacificæ comederent populares, eo quòd maxima pars carnũ hostię pacificę pertinebat ad offerentem, siue autem populus offerret, siue Dauid, populus comederet de carnibus istis, quia Dauid concederet eas populo. Tertio quia hostia pacifica est pro gratiarum actione, Leuit. 7. Nunc autem erat maxime necessaria gratiarum actio Deo, qui concesserat, vt posset portari arca in domum Dauid sicut totus populus desiderabat, & non acciderat aliquod nocumẽtũ in portatione eius, sicut in prima portatione, in qua occisus est Oza supra 13. & 2. Reg. 6.

An liceat offerri sacrificia coram arca. Quæst. V.

QVAERITVR vlterius quomodo nũc oblata sunt sacrificia coram arca, & an liceat offerri. Aliquis dicet, quòd non, quia Leuit. 17. dicitur, ꝙ nullus offerret aliquod sacrificium nisi ad ostium tabernaculi super altare holocaustorum, & quicunque extra locum illum offerret sacrificium esset reus sanguinis. Et sic periret de populo suo quasi sanguinem fudisset. Item patet quia Israelitæ confessi sunt nefas esse offerre alicubi sacrificium nisi super altare, quod erat ad ostium tabernaculi, Iosue 22. Item Deut. 12. dicitur: Caue ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in eum, quem elegerit Dñs in vna tribuum tuarum. Et tamen nunc Deus elegerat vrbem Gabaon, cum ibi esset sanctuariũ pro nũc, ideo nefas erat alibi offerre.

Respondendum est, ꝙ licitum erat nunc offerri sacrificia in domo Dauid coram arca, nec peccauit Dauid aut populus in hoc, quia aliàs Dauid cum intẽderet in omnibus placere Deo, non fecisset tantos sumptus Deo displicendo. Pro quo considerãdum, quòd Deus iussit offerri sacrificium in vnico loco totius Israel: non quidem ꝙ ſm se malum esset in multis locis offerri, sed potius erat bonũ, quia quanto in pluribus locis Deus laudatur, tanto melius est, sed fuit istud præceptum datũ ad tollendum periculum. Erãt enim Israelitę nimis suspecti de idolatria cũ fuissent assueti ad illam, & si permitterentur offerre sacrificia vbicunque vellent, aliqui secretè offerrent sacrificia dęmonibus, vel saltem cum cęremonijs diuini sacrificij miscerent superstitionem dęmonum, ideo vt hoc non posset fieri, iussit Deus, quòd omnes de Israel offerrent in vnico loco valde publico, & quando quis offerret multi alij assisterent, qui viderent an seruabãt cęremonias legis, vel superstitionem dęmonum. Et sic nulli esset locus idolatrãdi in sacrificio. Quòd autẽ ista esset intẽtio quare Deus iusserit offerri omnia sacrificia in vno loco patet, quia Leuit. 17. vbi ponitur istud præceptum subditur causa. Et nequaquam victra immolabũt hostias suas dęmonibus, cum quibus fornicati sunt. Quasi dicat, faciendo sic, ꝙ offerrẽtur vno loco non immolabũt hostias dęmonibus, Cum A ergo istud præceptum datũ fuisset ad tollendum periculum, poterat in eo satis dispensari, quãdo non esset periculum. Et ob hoc aliquando Deus iussit offerri extra sanctuarium, s. in monte Garizin, & Ebal, Deut. 27. Etiam iussit Samueli, ꝙ tolleret vitulum, & iret in Bethlehem ad offerendũ illum Dño 1. Reg. 16. Sępe etiam prophetas, & viros sanctos sine mandato Dei expressum legimus extra locum sanctuarij sępe immolasse, vt patet de Elia, qui fecit sacrificium in monte Carmello 3. Reg. 18. Samuel quoque fecit sacrificiũ in multis locis, s. in Ramatha, & in Maspha, & in Galgalis, vt patet 1. Reg. 7. & 11, & non accusamus eos de hoc, quia circa eos non erat suspitio, ꝙ ipsi inciderent in idolatriam in sacrificijs suis. Sic autẽ nũc B dicendum, ꝙ pp multa reputamus licitum fuisse offerre sacrificia in domo Dauid corã arca, & etiam in itinere, cum portaretur. Primo quia nunc erat David præsens, qui erat propheta. Et sicut credimus facta ab alijs ꝓphetis licitè fuisse facta, qa putamus ꝙ Deo inspirante illa egerint, ita de Dauid putandum est, ꝙ Deus moueret eũ ad omnia hæc, ideo licitè ageret. Secundo quia nõ erat hic locus periculi incidendi in idolatriã, quia totus populus erat præsens, & omnes sacerdotes, ideo videri poterat an in sacrificando obseruarẽtur cęremonię legis, vel superstitiones dęmonum. Tertio & principaliter propter præsentiã arcę, C in arca representabatur specialius, quàm in alio loco, cum Deus diceretur sedere super arcam inter Cherubim. 2. Reg. 6. & supra 13. Et non dr̃ hoc de aliquo alio vase totius sanctuarij, ideo pp præsentiam specialem Dei in arca licitum erat coram ea offerri sacrificia, & non solum est dicendum, ꝙ hoc liceret Dauid specialiter, sed cuicunque de toto populo licebat offerre sacrificium coram arca vbicunque illa esset, dũ tamen offerrẽt per illos, qui erãt ministri legitimi ad immolandum. Et ideo non solum nunc immolata fuerunt sacrificia coram arca postquam posita est in domo Dauid, sed etiã dum portaretur in via, præsenti D cap. & etiam in vrbe Bethsames, quando reducta est arca de terra Philisthinorum, 1. Reg. 6. Scriptura tamẽ nihil habet, ꝙ Deus iusserit immolari corã arca, nec etiam iussit vnquam, & ratio est, quia Deus iusserat, ꝙ arca poneretur in tabernaculo intra sancta sanctorũ, & ibi esse debebat, vt patet Exo. 26. & non præsupponebatur, ꝙ aliqñ arca deberet esse extra sanctuarium, ideo quandocunque offerretur sacrificium in altari holocaustorum, offerebatur coram arca, quę intra tabernaculum latebat. De arca tamen per se existente, an coram ea deberet offerri aliquod sacrificiũ, nihil dictum est in lege. Nũc autem accidebat, quòd arca esset extra sanctuarium, & eadem ratio erat de illa, quòd offerretur coram ipso sacrificium sicut corã tabernaculo, ideo licitum erat offerri nũc sacrificia. E Erat tamen differentia in hoc, quia in tabernaculo licitum erat offerri sacrificia, & etiam necesse erat aliqua ſm legem ibi offerri. De arca autem nõ erat sic, quia licitum erat coram ea offerri sacrificia. Et tamẽ quod plus est sacrificia illa, q̃ ex necessitate offerri debebant non poterant offerri corã arca, sed in sanctuario, vt colligit infra in litera, & ibi declarabitur in quadam quęstione. Ad primam rationem in cõtrarium dicẽdum, ꝙ Deus iusserat offerri oĩa sacrificia in sanctuario ad hostium tabernaculi ad euitandum idolatriam, sed etiam nunc immolãdo coram arca non videbatur idolatria, quia erat locus publicus, & etiã ibi erant ministri sacrificiorum, ideo licitũ erat offerri.

Itẽ iubebat Deus offerri omnia sacrificia in sanctuario, quia existente arca intra sancta sanctorum nullus alius locus erat, in quo appareret p̃sentia Dei specialiter q̃ in sanctuario. Et tamẽ qñ erat arca extra sanctuarium erat etiam ibi specialiter Dei præsentia, ideo poterant offerri ibi sacrificia. Ad secundã dicendum ꝙ dixerunt Israelitę nefas esse offerri sacrificia alibi, nisi in altari holocaustorum. Et hoc verum erat regulariter, & tamen in aliquo casu speciali licitũ erat: vtpote si Deus mandaret alibi offerri, sicut mãdauit Samueli offerre in Bethlehẽ, vbi nõ erat sanctuarium. 1. Reg. 16. quia illo tempore erat in Nobe eo. lib. cap. 21. & iussit Dauid, ꝙ offerret sacrificium in area Iebusei. 2. Reg. vlt. & infra 21. vel si ille, qui offerret sacrificiũ esset talis, de quo non posset præsumi ꝙ incideret in idolatriam, sed magis crederetur, ꝙ Deo iubẽte illud faceret, sicut fuit de Elia, qui immolauit Domino in monte Carmelo. 3. Reg. 18. Sic etiam de Samuele, ꝙ immolauit Dño in Ramatha, & Maspha, & Galgalis. 1. Reg. 7. & 11. vel etiam si daretur aliquis locus equipollẽs sanctuario, & sic erat arca. Nã ita representabatur p̃sentia Dei in illa manifeste sicut in toto sanctuario. Ad tertiã dicendũ, ꝙ non licebat Israelitis offerre sacrificia in quacunque vrbe vellent, sed solum in illa quam elegisset Dñs. Dicebatur autem Deus eligere aliq̃ vrbẽ, non quidẽ quia iuberet ꝙ ibi ei sacrificarẽt, sed per hoc, ꝙ sãctuariũ eius in quo representabatur præsentia eius erat in illo loco. Et quia arca representabat diuinam præsentiam vbicunque esset, sicut totũ sanctuarium, immo plus, licitũ erat offerre sacrificiũ vbicunque erat arca. Et vere dicebatur Deus illum locum elegisse.

Cumque complesset Dauid offerens holocausta, & pacifica, benedixit populo in nomine Domini, & diuisit vniuersis per singulos à viro vsque ad mulierem tortã panis, & partẽ assę carnis bubalę, & frixã oleo similã.

Cumque complesset. Hic ponitur secũdũ huius partis, scilicet, veneratio arcę in beneficio populo exhibito dando eis cibos, nam Dauid non dedit cibos populo nunc, nisi quia interfuerãt portationi arcę. Et in hoc honorauit eã, & dr̃. *Cumque complesset Dauid offerens holocausta, & pacifica.* s. posita ꝙ fuit arca in loco suo, oblata fuerunt corã ea holocausta, & hostię pacificę, vt supra dictum est, & q̃diu durauit ista oblatio, Dauid & totus populus fuerunt præsentes in illa. Et finita oblatione reuersus est Dauid cũ populo, & dedit cibos toti populo. *Benedixit populum in nomine Domini.* Ideſt inuocauit super populum nomen Dñi, s. orando, ꝙ Deus benefaceret toti populo, quia oẽs deuotè venerant ad istã portationẽ arcæ. *Et diuisit vniuersis per singulos à viro vsque ad mulierem.* Ad istam portationem arcæ non solũ venerant viri, sed etiã mulieres deuotę. Et etiam Dauid nunc oĩbus tam viris q̃ mulieribus cibos dedit, & diuisit vniuersis, i. in tota vniuersitate populi, & hoc p singulos, i. faciendo ꝙ singulis daretur, nam non fuit aliquis, qui non haberet istos cibos qui hic noĩantur. *Tortam panis.* Torta vocatur vnus panis à torquendo dictus, quia inter manus pistoris torquetur anteq̃ formetur, s. dũ est massa rudis. *Et partem assæ carnis bubalæ.* Ideſt de bubalo dabit cuicũque vnã partẽ carnis assæ quãtũ sufficeret pro vno viro. Et hoc erat æquale inter viros, & fęminas, quia nõ dabatur viris maior portio ciborum q̃ fęminis. *Et frixam oleo similam.* Nã similia est farina delicata alba, quę aliàs vocãt adeps frumẽti, vt patet Psal. 147. Qui posuit fines tuos pacẽ, & adipe frumenti satiat te. Hic autẽ accipitur simila pro pane

iam

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam formato de illa farina delicatissima, & iste panis erat tenuis, & frigebatur in oleo ad hoc ꝙ esset suauior in gustu. Et cuilibet de populo dabatur vna per modum fructus, vel alicuius superadditi ad cibos. Sic etiam ponitur. 2. Reg. 6. nisi ꝙ ponitur ibi colirida vbi dicitur hic torta, sed pro eodem accipitur.

Quomodo benedixit Dauid populum post sacrificia. Qō. VI.

QVAERITVR quomodo dicitur hic, ꝙ Dauid benedixit populum post sacrificia. Rñdendū est, ꝙ bñdicere est quasi bona dicere, & ideo quocunque modo aliquis bona dicat alteri, benedicit ei. Cōtingit tamen ꝙ ista benedictio aliqñ fiat à maioribus in minores, & aliqñ à minoribus in maiores, vel ab ęqualibus inter se. Primo mō patet, sicut Deus dī benedicere nos, iuxta illud: benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eum oēs fines terrę, Psal. 66. De secundo patet, sicut nos dicimus benedicere Dñm, iuxta illud: Benedicā Dñm in omni tpe, Psal. 33. Et illud: Bñdicite omnia opa Dñi Dño, Dan. 3. Et isto mō bñdicere nihil est nisi bona referre, s. quia annunciamus laudes Dei, & mirabilia, quę ipse fecit, & in hoc benedicim⁹ ei. Aliqñ etiam inter hoīes ipsi minores benedicunt maioribus, sicut dicitur Gen. 47. s. & benedicto rege egressus est foras, i. ꝙ Iacob benedixit regi Pharaon', & tamen Iacob valde minor erat, & ista bñdictio fit p imprecationē solā bonorū, vt ꝙ diceret Iacob Pharaoni Deus exaltet thronū regni tui super oēs inimicos tuos, & longęuum te efficiat, & pax, & abūdātia oriatur in diebus tuis, vt per te in omnibus rectè agamus. Isto mō etiā competit bñdictio respectu ęqualium, quia vnus hō alteri sibi ęquali bona imprecatur. Et ob hoc qñ aliquis salutat aliū dī ei benedicere: sic enim dī. 2. Reg. 6. Et egressa Michol filia Saul in occursum Dauid benedixit eū, i. salutauit eum, quia illi, qui salutant alios, imprecātur eis bona, vt cum dī: pax vobis sit: vel, sustineat vos Dñs. Sciendum etiam, ꝙ benedicere aliqñ accipitur pro ipsa relatione vel imprecatione bonorū, siue sit inter ęquales, siue minorū ad maiores, siue è contrario. Aliqñ aūt est benedicere bona imprecata efficere, nullum verbum dicendo, & ista benedictio est excellentior ꝙ verbalis, & pertinet ad maiorem potētiam, & pertinet potissime ad Deū, qui pōt nobis conferre bona, quę precamur: sic patet Nu. 6. cum dixit Deus, ꝙ sacerdotes benedicerēt populo in ista forma, s. bñdicat tibi Dñs, & custodiat te: ostendat Dñs faciem suā tibi, & misereatur tui. Conuertat Dñs vultum suum ad te, & det tibi pacē. Et tūc sequitur: Inuocabunt nomen meū super filios Israel, & ego bñdicā eis, q. d. ad sacerdotes nō pertinebat benedicere, sed solum inuocare nomē Dñi, dicēdo Dñs bñdicat tibi, & Deus solus bñdicebat, s. ipse solus conferebat bona, quę sacerdotes imprecabantur, sic etiā accipitur supra 13. & 2. Reg. 6. s. Benedixit Dñs domui Obededom ꝓp arcam, i. multiplicauit bona eius. Et illa benedictio non erat in verbo, sed in re. Sic etiā aliquādo hō dī benedicere alteri, i. benefacere sibi, vt accipitur infra in litera, s. reuersus est Dauid in domum suam, vt benediceret etiam domui suæ, i. non solum Dauid bñfecit tabernaculo Dñi, & loco arcę, sed post hoc etiam reuersus est, vt benediceret domui suę, i. vt benefaceret ei gerendo curā de illa. Hic aūt accipitur solum pro imprecari bona, s. ꝙ Dauid gaudēs, ꝙ oīa, quæ pertinebāt ad istam solēnitatem expleta fuissent bene sicut erat in corde suo, conuersus est ad populū, & imprecatus est ei bona, dicens: Deus conuertat faciē suam ad vos, & longęuos efficiat vos: detq; videre filios filiorū vsque in quartam gnationē, ita vt quiete pacatissima, & cunctorū bonorū copia perfruamini. Et hoc dicebat Dauid, qā viderat, ꝙ oēs lętis cordibus ad arcę portationē accesserāt. Pōt ēt accipi hic bñdictio pro ipsa reali bñdictione, q̄ est bonū efficere, & hoc, qa Dauid dimisit cibos per totū populū, sed primus modus melior est, quia hic ponūtur ista duo tanquam distincta, s. benedicere, & diuidere, cibos.

Quare dedit Dauid cibos pupulo. Quæst. VII.

QVAERITVR vlterius quare nūc Dauid dedit cibos populo, cum non essent in aliquo opę eius. Rñdēdū ꝙ fuit ꝓp multa. Primo ꝓp honorem arcę, nā Dauid cum esset vir deicola voluit expēdere multa ad portationem arcę honorabiliter faciendā, quod apparuit in multitudine sacrificiorum quę fecit, nā post singulos sex passus, offerebātur septem arietes, & septem tauri corā arca, vt patet preced. cap. & 2. Reg. 6. & quia ad magnū honorē arcę pertinebat ꝙ congregaretur populus multus, & darentur cibi oībus de populo, vt lętarentur de portatione arcæ, ideo voluit Dauid oībus dare cibos. Nam aliàs non tantum gauderet populus de portatione, si postea non fieret aliqua iocunditas in cibis. Secundō erat, quia Dauid conuocauerat totū populum ad portandū arcam, & hoc faciebat causa sui, i. quia volebat ꝙ arca Dñi esset in domo sua, & benedicteret ei sicut benedixerat domui Obededom, & non poterat fieri ista festiuitas nisi populo adueniente, ideo cum veniret populus ꝓp causam Dauid, iussū erat ꝙ ipse omnibus, puideret de cibis. tertiū fuit ad oñdēdū magnificētiā suā, nā Dauid erat rex magnificus, & magnificētia oñdit in actib⁹ magnis, q̄ excedūt cōes expēsas. Sic. n. erat ꝙ toti populo daret cibos. 3. Ethic. de magnificentia. Decebat ergo ꝙ aliqñ Dauid oñderet talē actū magnificētię: nunq̄ tñ tā cōuenienter oñdere potuit sicut nūc qñ cōgregauerat totū populū ad portationē arcę, ideo nūc toti populo cibos dedit. Sic erat de multis alijs regib⁹, q̄ ad oñdēdū magnificētiā suā totū populū suū inuitabāt. Sic. n. rex Assuerus tertio anno imperij sui fecit cōuiuiū grāde in vrbe Susis oībus principib⁹ regni sui centū & viginti septē pouinciarū, & durauit cōuiuiū centū & octoginta dieb⁹, & deinde septē diebus inuitauit totū populū, qui inuentus est in vrbe Susan, vt patet Esther. 1.

An Dauid dederit etiam potum cuilibet de populo. Qā. VIII.

QVAERITVR vlterius qūo Dauid solū dedit istos cibos, qui habētur hic cuilibet de populo, nā ponit hic cibus, & nihil dī de potu, quod est tñ cōpletū cōuiuiū, vbi potus deest. Rñdendū, ꝙ aliqui voluerūt dicere, ꝙ Dauid dederit ēt ampullā vini cuilibet de populo, & dicūt istud poni in littera, & ista est positio multorū Hebręorū, qui dicūt in Hebręo haberi ampullā vini, vbi nos dicimus hic, frixā oleo similā. Sed falsum est, qa dictio Hebraica ibi posita nō pōt significare ampullā vini, sed ipsi mouentur ad hoc, qa nesciūt aliter qūo ifideant huic rōni, ꝙ fuerit cōuiuiū sine potu. Pōt tñ aliter tolli inconueniēs, potissime qa nunq̄ est litera distorquęda à sensu suo ꝓp aliqd, quod nobis videat magis, vel minus rationabiliter dictū. Aliqs ergo dicet, ꝙ Dauid nihil aliud dedit populo, nisi id, qđ habetur hic. Potū aūt nullus eis dedit, eo ꝙ sine expēsis poterāt habere potū aquæ. Dauid aūt noluit dare nisi id, quod erat necessarium, & nō poterat haberi sine pecunia, & sic erat iste cibus. Sed dicēdū ꝙ non stat, primo quia istud obuiabat intentioni Dauid, nam ipse volebat lętificare populum, vt esset consūmata lętitia in portatione arcę. Si autem

Dauid dans populo cibos non dedisset vinum, sed dimitteret populum, vt de aqua biberet, nō lętificaret populum, sed potius contristaret, quia vinum est id, quod lętificat hominem, vt patet Psalm. 103. Vt educat panem de terra, & vinum lætificet cor hominis. Vinum ēt est, per quod magis obliuiscitur quis angustiæ suę, & laborum præteritorum, q̄ per omnes alios cibos. Prouerb. 31. Date siceram mœrentibus, & vinum his, q amaro sunt aīo: bibant, & obliuiscant egestatis suę, & doloris sui non recordent. Secundū erat, quia valde videbat irrōnabile, quòd daretur ad regalem magnificentiam ostendendam conuiuium imperfectum, & sic erat, si daretur cibus sine vino. Tertio patet, quia præsupponitur falsum. s. ꝙ ista, quæ dedit Dauid erant necessaria. Vinum aūt non erat necessarium, quia poterat suppleri per aquam, quia aut accipitur necessarium pro necessario, vel pro vtili, aut cō decenti. Si primo modo falsum est, quia solus panis, & aqua sunt de necessitate vitę Eccle. 29. Initium vitę hoīs aqua, & panis, & vestimentum, & domus ꝓtegens turpitudinem. Si aūt secundo modo, manifestum est, ꝙ vinum vtile est, & condecens ad cibos potiusquam ea, quæ Dauid dedit hic. s. caro, & simila frixa, nam saltem similа frixa pertinet omnino ad superabundantiam. Dicendum ergo ꝙ Dauid dedit cuilibet de populo vinum, & iñ Scriptura nō curauit exprimere ꝓp duo. primo, quia ēt si non exprimeret intelligebatur. Nam dicendo ꝙ Dauid dedisset istos cibos populo, intelligebat, ꝙ etiam daret eis vinum, qa aliàs faceret rem imperfectissimam, quod nō erat de eo concedendum. Secundum est, & pręcipuum, quia de cibis necesse erat fieri expressionē, de potu aūt nō. Et rō est, quia in cibis poterat esse nimia diuersitas in multitudine ciborum, & in precio eorum, ideo vt sciretur quos cibos Dauid dedisset, oportebat ꝙ exprimeret de oībus. In potu aūt nō est sic, quia nullus potus pōt dari in conuiuio nisi vinum, in quo nō pōt esse varietas, tam in multitudine, q̄ in precio, sicut in cibis: Ideo nō necesse est exprimere, ꝙ Dauid dedisset vinū cuilibet de populo, & iñ subintelligēdū est.

Quare non dedit Dauid populo plura cibaria quàm ista. Quæst. IX.

QVAERITVR vlterius qūo Dauid non dedit populo plura cibaria, q̄ ista. Nam vī, ꝙ in his non erat nisi cibus pro vna vice.

Rñderi potest, ꝙ Dauid fecit istam portationem in vna die de domo Obededom in domum suam, & pro illa dedit cibos populo. Pro reditu aūt in terram suam non dedit eis aliquos cibos, pro vna vice iñ sufficiebant isti cibi, qui nunc fuerunt hic dati. Dicendum tamen vī melius, ꝙ cum Dauid vocauisset populum ad istam solemnitatem, & populus veniret ꝓp causam suam, ipse voluerit prouidere populo totaliter, non potuit iñ prouidere populo in ueniendo de terra sua in Ierusalem, quia nesciebat, qui erāt, qui venturi erant, nec de quibus locis. Et iñ postquam venerunt ad portandum arcam, voluit eis prouidere tam in stando, q̄ in redeundo, & ad hoc dedit eis oēs partes sacrificiorum pacificorum, ex quibus poterāt sustentari duobus diebus. Pro quo sciendum, quòd sicut declaratum est prēced. cap. in quadam quęstione, omnia animalia, quę oblata fuerunt coram arca, qñ portabat offerebant in hostias pacificas. De hostijs aūt pacificis maxima pars carnium prouenit offerenti iuxta oēs carnes aīalis: nam pectusculum, & armum dexterum cedebant in ius Sacerdotis immolantis Leui. 7. Obtulit autem Dauid nunc tot animalia, quæ forte sufficerent duobus, vel tribus diebus,

cum post singulos sex passus portationis arcę offerētur septem tauri, & septē arietes prꝫced. cap. & 2. Reg. 6. oēs istę carnes ꝓueniebant Dauid, qui iubebat ista aīalia immolari, & ipse daret illa populo cū non ēent sibi necessarię. Potissime cum ēt ipse daret vltra hoc carnes, & panē, vt patet in litera: & ꝓter hęc cum illis hostijs pacificis offerunt multi panes, vt patet Leui. 7. s. Si ꝓ gratiarum actione fuerit oblatio, offerēt panes absque fermento conspersos oleo, & lagana azyma vncta oleo, coctamq; similā, & collyridas olei admixtione cōspersas, panes quoq; fermentatos. Et de istis ēt quędam pars ꝓueniebat Sacerdoti, & ceteri panes cedebant offerentibus, & sic cū oblatę fuissent multę hostię pacificę in die portationis arcę, offerrent ēt multi panes cum illis. Poterant aūt comedi ista oīa eodem die, quo offerebātur, vel sequenti. Nā si erat hostia pacifica pro gratiarum actione, debebat comedi eadem die, qua offerebat, vel sequenti. Nā si erat hostia pacifica pro gratiarum actione debebat comedi eadem die. Si aūt ex voto poterat comedi eodem die, & sequenti. Et si aliquid superesset vsq; ad diem tertium, nō licebat comedi, sed igne cremandū erat. Ista aūt oblatio pacifica facta nunc a Dauid poterat dici pro gratiarum actione. s. ꝙ offerebat agens grās pro liberatione Leuitarum, quia portantes arcā nullum nocumentum sentiebant. Vel poterat esse ex voto. s. ꝙ Dauid voueret post singulos sex passus offerre Dño septē tauros, & septē arietes, si Leuitas custodientes arcam illęsos custodiret. Et quocunq; mō dicat licebat comedi de hostijs illis eodem die, & sequēti, vel saltem eadem die, & sic populus habebat multos cibos de partibus istorum sacrificiorum. Et insup Dauid, vt complere daret eis cibos pro illa die, qua stabant, & forte pro aliqua die in redeundo, superaddidit singulis tortam panis, & partem carnis assę bubalę, & similam oleo frixam.

Constituitque coram arca Domini de Leuitis, qui ministrarent, & recordarenrur opera eius, & glorificarent atque laudarent Dominum Deum Israel: Asaph principem, & secundum eius Zachariam. Porrò Iaihel, & Semiramoth, & Ieihel, et Matathiam, et Eliab, et Banaiam, et Obededom Gethęi super organa psalterij, et lyras, Asaph autem vt in cymbalis personaret, Banaiam verò, et Azihel Sacerdotes canere tuba iugiter coram arca fœderis Domini. In illo die fecit Dauid principem ad confitendum Domino Asaph, et fratres eius.

Constituitque. Hic ponitur tertium huius partis, scilicet, veneratio arcæ in diuino obsequio, & diuiditur in tria, quia primo ponitur Leuitarum, & Sacerdotū ministrantium nominatio. Secundo cantus eorum determinatio: ibi. *Confitemini Domino.* Tertio vtriusq; confirmatio, vel stabilitio, ibi. *Dereliquit itaque.* Dicit ergo. *Constituitque coram arca Domini de Leuitis, qui ministrarent.* Scilicet, postquam finita fuit solemnitas portationis arcæ, & populus remissus est ad propria, ordinauit Dauid ministros de Sacerdotibus, & Leuitis, qui ministrarent coram arca. s. ꝙ ista ministratio esset quotidiana, quandiu ibi maneret arca, & vsque ad ædificationem templi per Salomonem. Et dī de Leuitis. i. de Sacerdotibus, & Leuitis. Nam Leuita

dicit hic genus,& non officium,& sic comprehendit Sacerdotes,cum tam isti q̃ illi essent de stirpe Leui. Patet hoc,quia non solum ministrabant hic Leuitę, sed ẽt Sacerdotes, vt patet in litera: nam Sacerdotes tubis clangebant, & istud nomen ministrationis est nimis gñale,& significat tam ministrationes Sacerdotum in offerendo sacrificia,& clangendo tubis,q̃ officia Leuitarum in canendo coram arca,& custodiendo ianuas domus. *Et recordarentur operum eius.* Istud intelligitur specialiter de Leuitis, qui recordarentur operum Dñi canendo laudes eius. Et fiebat hoc in Psalmis,quos Leuitę componebant. Nam plurimi eorum continent historias antiquas,in quibus referẽt, q̃ Deus aliqua miracula fecerit, vel aliqua beneficia populo suo contulerit,& patet hoc in primo Psalmo istorum duorum,qui ponuntur in litera,patet etiam Psalm.77.& Psal.104.& 105.& 106. Et in quibusdam alijs,in quibus pura historia de mirabilibus, & de beneficijs Dei contexitur. Ista aũt cum essent antiquaibant in obliuionem, nisi homines aliqñ referrent illa. Ideo Leuitæ recordabantur illorum.s.componendo Psalmos de istis. *Et glorificarent atque laudarent Dominum Deum Israel.* Glorificare est gloriam dare. Est autẽ gloria clara cognitio cum laude: qñ ergo laudamus aliquem de rebus magnis, & per hoc facimus nomẽ suum,& famam apud multos innotescere, dicimur eum glorificare. Sic erat de Deo, quia aliqui erant, qui famam Dei Israel non audiuerant,& Leuitę proferendo laudes eius faciebant nomen Dei venire in cognitionem illorum: ideo glorificabant Deum. Laudare autem est proferre magna facta alicuius, quia laus est sermo explicans magnitudinem,siue ex hoc sequatur diuulgatio nominis, siue non. Et est glorificare quasi inferius aliquid laudare,quia q̃cunque aliquem glorificamus laudamus illum. Et tamẽ q̃cunque laudamus aliquem non semper glorificamus illum,quia contingit, q̃ laudemus aliquem, & per hoc nomen suum non diuulgetur nimis: vtrunque faciebant Leuitę cantando coram Domino.

Asaph principem. Istum constituit Dauid nũc principem cantorum coram arca. Sic dr̃ infra, in illo die fecit Dauid principem ad confitendum Dño Asaph.

Et secundum eius Zachariam. Ideſt, fecit secundum principes post Asaph Zachariam, vel fecit eum principem de secundo ordine cantorum. Sic.n.accipitur præced.cap,cum ponuntur Heman,Asaph,& Ethã, principes cantorum. Deinde in secundo ordine ponuntur Zacharias,& alij tredecim. Ita ẽt erant nunc duo ordines cantorum,& primi,& excellentioris ordinis erat princeps Zacharias. *Porrò Iahiel, & Semiramoth,& Iehihel,& Matathiam,& Eliab,& Banaiam,& Obededom Gethei.* Ponuntur hic varietates Leuitarũ quãtum ad organa musica,quibus vtebantur. Et dicitur, quòd quidam vtebantur lyris, & psalterijs. Alij vero cymbalis,& isti primi octo, qui ponuntur in hoc versu,canebant in psalterijs,& lyris, & dicitur.

Super organa Psalterij. Organum est nomen generale ad omnia instrumenta tam musica,q̃ non musica.Et sic Psalterium vocatur organum. Nos tñ accipimus organa specialiter pro quodam vase musico, quo in Ecclesijs vtimur. *Et lyras.* Ideſt,isti Leuitę, qui nominantur hic habebant potestatem super organa Psalterij,& super lyras.s.q̃ nulli alij canebant in psalterijs,& lyris nisi isti. Ponitur autem hic Obededom, & iste videtur esse ille,in cuius domo fuit arca.Nam sic dicit Iosephus 7.Antiqui. quòd iste erat Leuita religiosus. Ponitur etiam Banaias, & iste erat Leuita. Alius autem est Banaias Sacerdos infra in litera.Sciẽdum etiam quòd omnes isti octo,qui ponuntur hic nominantur præced.cap. & erant in secundo ordine cantorum. *Asaph autem,vt in cymbalis personaret.* Erat iste princeps Leuitarum primi ordinis cantorum,& ipse canebat in cymbalis,quæ sunt vasa musica ænea, quæ concussa tinnitum reddunt. Et sunt semper duo, & tenentur vtraque manu, de quibus diximus præcedenti capitu.

Banaiam verò, & Azihel Sacerdotes canere tuba iugiter. Hic ponitur de ministratione, quam habebant Sacerdotes coram arca in illa domo Dauid. Et ponuntur duo Sacerdotes, scilicet, Banaias, & Azihel:Banaias putatur a quibusdam esse ille vir fortis,qui ponitur in cathalogo fortium Dauid. 2. Regum 23.& supra vndecimo. Et hoc tenet Iosephus 7.Antiqui.& tamen non est satis bene dictum, quòd ille esset Sacerdos,erat namque laicus de tribu Iuda, vt declaratum est supra vndecimo.

Canere tuba iugiter. Scilicet,omni die,quia quolibet die ministrabant coram arca. Nicolaus autem dicit, quòd iste clangor Sacerdotum,& etiam clangor Leuitarum fiebat quotidie dum celebraretur sacrificium matutinum, & vespertinum, sed hoc non videtur satis verum,vt declarabitur hic in quadã quęstione. Et tamen dato quòd non celebraretur hic sacrificium matutinum, & vespertinum, quotidie clangebant tubis propter solemnitatem.

Coram arca fœderis Domini. Scilicet,in domo illa,in qua erat posita arca.Sciendum autem quòd istæ tubæ,quibus clangebatur, erant de tubis sacris, & ob hoc instituit Dauid Sacerdotes,vt clangerent in eis. Nam non licebat Leuitis clangere eis:Num.10.

In illo die fecit Dauid principem ad confitendum Domino Asaph. Ideſt in illo die, quo fuit arca posita in domo Dauid:nam illico voluit disponere de arca quomodo ministraretur coram illa, vt omnia ordinate fierent, vel potest intelligi in illo die, ideſt, in illo tempore,ita quòd paucis diebus post istam portationem arcæ fecit Dauid istam ordinationem. Sic accipitur aliquando, sic habetur Numeri septimo: cum dicitur:Factum est autem in die,qua compleuit Moyses tabernaculum,& erexit illud, vnxitque,& sanctificauit cum omnibus vasis suis,& obtulerunt principes Israel munera coram Domino. Manifestum est tamen, quòd non fuerunt facta omnia ista eodem die,nec fieri potuerunt,vt probatum fuit ibidem. Et dicitur,quòd constitutus fuit Asaph princeps ad cõfitendum Dño, ideſt, ad laudandum. Ipse enim fuit princeps cantorum,qui laudabant Dominum.

Et fratres eius. Ideſt, Leuitas de cognatione sua. Erat enim Asaph de familia Gersonitarum, vt patet supra 6. Et non est intelligendum,quòd Dauid constituerit Asaph, & fratres suos principes, quia tunc principes essent, & non vnus princeps, sed intelligitur copulatiuè,& non de copulato extremo, scilicet,constituerunt Asaph principem ad confitendum Domino,& constituerunt fratres eius, scilicet, vt essent ei eo adiuuando eum in cantu: non tamen erant q̃ principes, sed solus Asaph.

Quare constituit Dauid, vt canerent pro recordatione operum Dei.
Quæst. X.

QVAERITVR Quare Dauid constituit Leuitas ad hoc q̃ recordarent operum Dei canendo.

Rñdendum est,quòd multę vtilitates sequuntur ex hoc.Prima erat,quia aliqui erãt,qui non cognoscebant Deum nescientes magnitudinem suam,nec virtutem,sed reputabãt Deum Israel tantum quam vnum de dijs gentium.Cum aũt Leuitę canerent laudes, & mirabilia Dei, apparebat q̃ Deus fecisset aliqua magnalia,q̃ null⁹ de dijs gentiũ facere posset.Et illi,q audiebãt hoc incipiebãt cognoscere, quòd Deus Israel erat solus Deus, & erat maior dijs gentium,sicut patet j.in litera in cantico illo cum dr̃ horribilis nimis super oẽs deos. Oẽs.n.dij populorũ dęmonia.Dñs aũt cęlos fecit. Secundum erat, quia intendebat Dauid concitare oẽs Israelitas ad laudandum Deum,& vt deuote ipsum colerent.Erant autẽ Israelitę populis nimis terrestris,qui non mouebatur in Deum pp magnitudinem, & bonitatem eius, sed pp vtilitatem suam.Et sic non mouebatur nisi pp beneficia.Oportebat igit̃,q̃ ad hoc, q̃ mouerent Israelitę efficaciter enarrarẽtur eis sępe laudes Dei. Et hoc faciebant Leuitę canendo Psalmos. Tertium erat, vt memoria beneficiorum Dei non iret in obliuionem,& non cessaret cultus eius.Nam si non narrarẽtur sępe beneficia Dei inter Israelitas venirẽt in obliuionẽ, & sic nesciret populus quid fecisset eis Deus, vel pp quid colebant eum, & consequenter tepescerent in deuotione circa eum,& forte desererent cultum eius.Cum aũt enarrabanẽ sępe beneficia eius,populus recordabatur bonorum sibi collatorum,& sciebat Deo se esse obnoxium ad colendum eum. Quartum erat pp laudem Dei.Nam magis laudabat Deus cum enarrabantur virtutes, & magnalia eius, quàm cum nihil de eo dicebatur.Est tñ homo obligatus ad latriam, fm quam Deo cultum quendam exhibemus.Non est aũt aliquis cultus Deo magis acceptus, q̃ laudare ipsum. Nam magis placet hoc,q̃ q̃ sacrificetur sibi,vt patet Psalm.49. cum Deus dicit: Audi populę meus,& loquar tibi : non in sacrificijs tuis arguam te:holocausta.n.tua in cõspectu meo sunt semper,ideſt, non redarguam te q̃q̃ non des mihi sacrificia. Et sequitur: Non accipiam de domo tua vitulos, nec de gregibus tuis hircos, ideſt, non capiam a te ista animalia pro sacrificio, quia non egeo illis. Et subditur causa, quoniã meę sunt omnes ferę bestiæ syluarum,iumenta in montibus, & boues. Cognoui omnia volatilia cęli,& pulchritudo agri mecum est. Si esuriero non dicam tibi, meus est enim orbis terræ,& plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Et sequitur ibi:quis est cultus,qui Deo placet, scilicet, immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua? Et iterum ibidem dicitur: Sacrificium laudis honorificabit me. Conuenienter ergo statuebatur, quòd Leuitę recordarẽtur beneficiorum Dei.Quintum erat,vt non venirent in obliuionem causę cęremoniarum: Deus enim instituerat multas cęremonias obseruari ad cultum suum,quæ habebãt causas, ex aliquibus beneficijs, quę Deus cõtulerat Israelitis, & propter hoc principaliter iusserat illas obseruari,vt per obseruationem illarum recordarentur Israelitæ beneficiorum Dei.Sicut Deus statuit, quòd celebraretur Phasę quartadecima die mensis primi in memoriam, quòd Deus liberauerat illa die Israelitas de Aegypto. Et tunc etiam immolauerant agnum anniculum:Exo.12.& 13.Etiam iussit,quòd septem die bus comederent tunc azyma, vt recordarentur, q̃ egressi fuissent de Aegypto cum pauore, & celeritate magna. Et tanta fuit celeritas, quòd non ausi fuerant fermentare massam,sed azymam eam tulerunt, & in itinere postea fecerunt panes azymos: sic dicitur Deutero.16.Septem diebus comedes absque fermẽto afflictionis panem, quia in pauore egressus es de Aegypto, vt memineris diei egressionis tuę de Aegypto omnibus diebus vitę tuę. Etiam Deus iussit,q̃ primogenita hominum redimerentur quinq; siclis,& darentur primogenita Leuitarum pro primogenitis aliarum tribuum, eo q̃ ab illo die, quo Deus liberauerat primogenita Israelitarum ab Angelo percutiente primogenita Aegyptiorum:fuerunt omnes primogeniti Israelitarum obligati Dño. Num.3.& 8. Sic etiam iussit, q̃ primogenita pecorum offerrent Dño,& hoc quia liberauerat primogenita pecorum Israelitarum in Aegypto, qñ Angelus exterminator occidebat oĩa primogenita pecorum Aegyptiorũ, vt patet Exo.12.& 13.Sic ẽt iussit,q̃ Israelitę facerent festum tabernaculorum quolibet anno mense septimo,eo q̃ Deus fecerat Israelitas per desertum habitare in tabernaculis.Sic patet Leui.23.s.oĩs, qui de gñe Israel est,manebit in tabernaculis, vt discant posteri vestri,q̃ in tabernaculis habitare fecerim filios Israel,cum educerem eos de Aegypto. Et non solum iubebat Deus fieri istas cęremonias propter illa beneficia, sed ẽt volebat, q̃ per istas cęremonias recordaretur beneficiorum præstitorum: sic patet Exo.13. cum dicitur. Cum interrogauerit te filius tuus cras, quid est hoc. Rñdebis ei, cum induratus esset Pharao,& noluit nos dimittere, occidit Dñs omne primogenitum in terra Aegypti a primogenito hominis vsque ad primogenitum iumentorum. Iccirco immolo Dño omne quod aperit vuluam masculini sexus.Et oĩa primogenita filiorũ meorum redimo. Sic ẽt gñaliter Deus iussit,q̃ redderẽt causa de oĩbus cęremonijs,& præceptis iudicialibus, vt patet Deut. 6.dicens: Cum interrogauerit te filius tuus cras, dicens: quid sibi volunt testimonia hęc,& cęremonię, quę præcepit Deus? Dices ei, serui eramus in Aegypto,& duxit nos Dñs in manu forti, & introduxit in terrã,super quam iurauit patribus nostris,præcepitq; nobis,vt faciamus oĩa legitima hęc. Iubebat ẽt Deus interdum aliqua signa in terra ad memoriam beneficiorum aliquorũ, sicut qa transierunt Israelitę per Iordanem,& apertus fuit fluuius,iussit Deus, q̃ duodecim lapides educerent̃ de Iordane, & portarentur in Galgalam,vt ibi manerent in memoriam, q̃ duodecim tribus Israel egressę de Aegypto transierunt Iordanem pede sicco. Et iussit alios duodecim lapides existentes extra aluеum poni intra pp eãdem causam,vt patet Iosue 4.s.q̃ qñ viderent Israelitę illos lapides recordarent̃, q̃ Deus fecerat diuidi Iordanem coram eis,& sic erat valde vtile,q̃ Leuitę recordarentur operum Dei facientes Psalmos de illis.

An verum sit, quòd Asaph fuerit factus princeps.
Quæst. XI.

QVAERITVR Vlterius quomodo dicitur hic, quòd Asaph fuit factus princeps ad cõfitendum Dño. Nam dicitur quòd nõ erat ipse princeps,sed magis Heman, vel Ethã, & quòd isti erant sapientiores.Patet,quia isti duo cõparantur Salomoni in Sapientia,& non Asaph, vt patet 3.Reg.4.scilicet.Erat sapientior Salomon cunctis hominibus, & erat sapientior Ethan Ezraita, & Heman,& Galgal,& Dorda filijs Maol. Item sapientior erat Chonenias quàm isti tres. Nam isti tres positi fuerunt principes cãtorum in tribus familijs, & Chonenias fuit positus princeps super omnes, vt patet præcedenti capitu.& datur ibi causa,scilicet,quia erat valde sapiens. Item dato, quòd Heman, vel Chonenias non essent principes super Asaph, & alios, saltem non esset Asaph maior eis, & tamen hic dicitur, quòd erat princeps.

Respondendum, quòd Asaph fuit nunc positus princeps inter cantores, qui manserunt coram arca, & non fuerunt inter eos Chonenias, nec Heman, nec Ethan. Pro quo sciendum,quòd non fuit idem ordo nunc manente arca in domo Dauid, qui fuit prius

Universidad de Deusto
Biblioteca

prius cum portaret, vel postea ædificato templo Salo F
monis, nec ēt antequam portaret arca, & ędificaret templum. Nam antequā arca portaret in domū Dauid, sed maneret in Cariathiarim, erat tabernaculum Dñi in Gabon. Et tunc viuebant isti tres principes cā torum, s. Hemā, & Asaph, & Ethā, & sapientissimus eorum Chonenias. Et erant isti cantores in tabernaculo Dñi in Gabaon, & ibi erant distincti cātores Leuitarum per tres familias, & princeps Caathitarum erat Hemā consistens cum cantoribus suis in medio Sanctuarij, princeps Gersonitarum erat Asaph consistens cum cantoribus suis ad dextram partem Sāctuarij, princeps familiæ Meraritharum erat Ethā consistens in parte sinistra Sanctuarij. Et iste ordo po nitur ꝛ.6. Et tunc non præerat Chonenias super oēs G
familias, sed tres nominati erant supremi principes non subordinati inuicem, & durauit hoc vsquequo ducta fuit arca de domo Obededom in domum Dauid. In portatione aūt arcæ fuit alius ordo. s. cp oēs cā tores Leuitarum diuisi sunt in duos choros, siue in duos ordines. Et in primo ordine erant cantores de omnibus tribus familijs Leuitarū, & in secundo ordi ne ēt de oībus tribubus, & tñ in primo ordine erant principes tres, s. Hemā, Asaph, & Ethā, quilibet inter cantores familiæ suæ, quamq̄ oēs essent in eodem or dine. In secundo ordine erant quatuordecim princi pes, & primus erat Zacharias, & deinde alij, qui ponū tur præced. cap. in versu, qui incipit in secundo ordine Zacharias. Et deinde super oēs cantores primi, & se H
cundi ordinis erat vnus princeps, cui oēs erant subordinati. s. Chonenias. Et iste ordo ponit præced. ca. deinde posita arca in domo Dauid fuit alius ordo. Nam non manserunt ibi oēs Sacerdotes, & Leuitę, qui fue runt in portatione arcæ, sed pauci de Sacerdotibus, & pauci de Leuitis. Et cęteros aūt misit Dauid in Gabaon, tam Sacerdotes, q̄ Leuitas, vt ministrarent ibi coram Dño. Nam Sadoc summus Sacerdos missus est illuc, & Hemā, & Iditum, & oēs alij Leuitę electi, vt patet ꝛ.in litera. Et tunc de tribus principibus cantorum non mansit aliquis coram arca nisi Asaph, & fratres eius. Et sic dr̄ hic, cp constitutus est princeps ad confitendum Dño. s. princeps ad canēdum inter oēs I
illos, qui stabant coram arca. Et tñ non simpliciter princeps oīum cantorum. Et quia maior valde erat ministratio Sanctuarij in Gabaon, q̄ ministratio corā arca in domo Dauid, missi fuerunt omnes principes Leuitarum ad ministrandum in Gabaon p̄ter Asaph. Et iste ordo durauit toto tpe, quo vixit Dauid, & etiā postquam cępit regnare Salomon quasi vndecim, vel duodecim annis regni sui vsquequo consummatum est templum, quia ante consummationem eius semper mansit arca in domo Dauid, & Sanctuarium in Gabaon. Dauid autem ante mortem suam statuit ordinem, quem tenere deberent Sacerdotes, & Leuitę. Et istum tenuerunt semper post mortem Dauid in templo ædificato per Salomonem, & in tęplo ædificato post reditum de Babylone vsque ad natiui-
tatem Christi. Et tunc non fuerunt Hemā, Ethā, & K
Asaph principes omnium cantorum, sicut in portatione arcæ, nec ēt fuit princeps oīum Chonenias, sicut in eadem portatione arcæ præced. ca. Nec etiam fuit princeps solus Asaph, sicut quandiu mansit arca in domo Dauid, vt patet hic, sed fuerunt distincti oēs Leuitæ per vigintiquatuor partes. Et quælibet pars ministrabat suo tempore ꝛ.25. & sic ista litera solum intelligit de ordine cantorū, quæ fuit quādiu mansit arca in domo Dauid. Ad primā rōnē in p̄riū dicēdū, cp Hemā, & Ethā erant viri sapientes valde, & cōparā tur Salomoni in sapientia, sed ex hoc nō apparet cla re an essent sapientiores q̄ Asaph: dato tñ cp essent sa-
pientiores, non sequit̄, cp ipsi deberent esse principes cantorum, & non Asaph, quia istud aliqualiter vige ret si oēs Leuitę simul essent, & constituerēt Asaph in principem cantorum, & non Hemā, nec Ethā, & tñ nunc non erant oēs cantores simul, sed quidam in domo Dauid corā arca, alij verò in Sāctuario Dñi in Gabaon. Et Asaph erat princeps cantorum, qui erāt coram arca. Credendum est aūt, cp multo plures cantores erant in templo Dñi q̄ coram arca, & sic princi pes eorum Hemā, & Ethā possent esse digniores q̄ Asaph, qui erat princeps cantorum, qui erant corā arca. Ad secundum dicendū, cp Chonenias erat sapiē tior oībus cantoribus p̄ced. ca. Et ideo si simul ma nerent oēs cantores, debebat princeps eorū esse Cho nenias, sicut ī portatione arcę, qñ ferè oēs simul erāt p̄ced. cap. hic tñ solū agit̄ de cantoribus, qui manse runt coram arca, & princeps eorum fuit Asaph. Cho nenias aūt fuit de illis, qui in templo Dñi ministrare runt. Ad tertiū dicendū verū esse, cp Asaph non debe bat esse maior Hemā, & Ethā, & Chonenias, sed sal tē ēt esset ęqualis eis. Et sic fuit, quia non p̄erat aliquibus illorum, cum Heman, & Ethā, & Chonenias es sent in Sanctuario Dñi in Gabaon, & Asaph p̄ęesset cantoribus, qui erant coram arca.

An Zacharias fuerit secundus. Quæst. XII.

QVAERITVR Vlterius qūo dr̄ hic, & secundū eius Zachariam. s. cp Asaph fuit primus, & Za charias fuit secundus. Aliqui dicent, cp istud in- H
telligitur de duobus ordinibus cantorum, qui ponū tur præced. cap. qui fuerunt in portatione arcę. s. cp illi duo ordines cantorum manserunt nunc coram arca, qui erant in portatione eius. Sed dicendum, cp istud non stat, primo patet, quia in primo ordine cantorū, sicut habetur præcedenti cap. erant tres principes, sci licet, Heman, Ethā, & Asaph. Et tamen nunc non erat hic princeps nisi Asaph, quia alij duo erant prin cipes inter cantores, qui erant in Sanctuario in Ga baon infra in litera: ergo non ponitur hic primus, & secundus ordo, qui habetur p̄ced. cap. Secundo po tet, quia in secundo ordine cantorum, qui ponun præcedenti cap. in versu, qui ncipit in secundo ordine Zachariam, ponuntur quatuordecim principes can torum. Hic autem soli octo. Tertiò patet, quia hic dicitur, quòd isti canebant in organis Psalterij, & ſ- tur, quòd cantabant in citharis pro octaua, ergo non sunt isti illi, qui pouuntur ibi in secundo ordine. Quartò patet, & efficacius, quia sicut fuit declara tum præcedenti cap. omnes cantores familiarum Le uitarum diuisi fuerunt in duos ordines, & in quoli bet eorum erant Leuitę de oībus tribus familijs. Et tñ nunc non poterant esse Leuitę coram arca de om nibus familijs, ita quòd omnes, conuenissent, quia plurimi Leuitarum erant in Sanctuario Dñi in Ga baon. Dicendum ergo quòd hic non manserunt illi duo ordines cantorū, qui fuerunt in portatione arcę, eo cp nunc pauci de Leuitis manserunt coram arca redeuntibus omnibus alijs in Gabaon, sicut declara tum est p̄ced. cōne. Istorū aūt, qui manserunt cora arca, princeps maximus fuit Asaph. Et de hoc dr̄ hic, cp fecit eum Dauid principem ad cōfitendum Dño. De Zacharia autem dr̄, cp fuit secundus. Et potest in telligi dupliciter, vno modo, quòd omnes cantores, qui manserunt coram arca fuerunt indiuisi, & princeps eorum, cui omnes subordinabantur, erat Asaph, & sub hoc erant alij principes minores, & primus

& primus istorum post Asaph, qui erat secūdus in or A
dine oīum principū erat Zacharias, & deinde alij, & ob hoc vocāt secundus eius. i. secundus post eum. Ali ter pōt intelligi, cp isti pauci, qui manserunt coram arca de cantoribus diuisi fuerunt in duos ordines, & princeps primi ordinis fuit Asaph, & iste est princeps maximus. Princeps secūdi ordinis erat Zacharias. Et ob vocāt secundus princeps. i. princeps secundi ordi nis. Et iste modus est verior. s. cp de duobus ordinib⁹ cantorum, qui fuerunt in portatione arcę assumpti fuerunt aliqui Leuitę, qui manerent coram arca, & illi, qui erant de primo ordine, manserunt in primo ordine, & qui de secundo, manserunt in secundo, & principes de eisdem ordinibus manserunt cum eis. Erat. n. Asaph vnus de tribus principibus primi ordi nis, ideo mansit princeps super illos, qui manserūt de primo ordine coram arca. Zacharias aūt erat vnus de B
principibus secundi ordinis præced. cap. & tunc mā sit princeps illorum, qui erant de secundo ordine. Sciendum tñ cp in secundo ordine cantorum, qui fue runt in portatione arcę, erāt principes quatuordecim p̄ęcedenti cap. Nunc verò cum non māserunt corā arca oēs illi Leuitę, qui erāt de secundo ordine, etiā non manserunt oēs principes Leuitarum eiusdem ordinis, vnde solum ponunt̄ hic octo Leuitę cum Za charia. Et oēs isti erant principes secundi ordinis.

Quomodo canebant aliqui super organa Psalterij, & alij aliter. Quæst. XIII.

QVAERITVR Vlterius qūo dr̄ de istis Leui tis, cp erant super organa Psalterij, & Lyras. & dr̄ de Asaph, cp erat super cymbala.

Rndendum est, cp cantores Leuitarū ca nebant in voce, & in organis musicis: & ob hoc vte bant varijs organis ad faciendum multiplicem & cō sonantem melodiā. Dabant aūt quibusdā Leuitis q̄ dam organa, & alijs alia, & in illis canebant. Et quia cantores, qui nunc manserunt coram arca erant de primo, & secundo ordine, cantores qui fuerūt in por tatione arcę tenuerunt eundē modū, quē illi. Erāt au tē illi distincti inter se primo in organis musicis. Nā de illis, qui erant in primo ordine dr̄, cp in cymbalis æneis cōcrepabāt. s. Hemā, Asaph, & Ethā. Qui autē D
erant in secundo organo canebant in alijs, vt patet p̄ ced. cap. Nā quidā canebant in cytharis, & alij in na blis. secundo differebant in rebus, quas cātabant, qa de quibusdam dr̄, cp in nablis arcana cantabant. De alijs verò dr̄, cp canebant in cytharis pro octaua p̄ce. cap. Ita nūc Asaph fuit de principibus primi ordinis, ideo ipse canebat in cymbalis, sicut oēs tres principes eiusdem ordinis. eod. cap. Zacharias aūt, & alij de qui bus hic erant de secundo ordine: iō canebāt in alijs or ganis. s. in psalterijs, & lyris, vt patet in litera.

Quare fecit Dauid Sacerdotes canere tuba. Quæst. XIIII.

QVAERITVR Vlterius quare dr̄ hic, cp Dauid fecit Sacerdotes canere tuba iugiter coram ar ca Dñi. Dicendum, sicut ꝛ.fuit declaratum, cp E
iussit Sacerdotes canere, quia iste tubę erāt sa cręę, & non licebat alicui canere in tubis sacris, nisi Sa cerdotibus, vt patet Nu.10. Sed tunc dicet̄, quare iu bebat quotidie cani in his tubis, quia Deus determi nauerat ips, in quo canerēt, vt patet Num.10.s. Si qñ habebitis epulū, & dies festos, & Kalendas canetis tu bis super holocaustis, & pacificis victimis. Et tñ quo tidie non erant Kalendę, quia illi sunt primi dies mē sis, nec ēt erat quotidie dies festus, nec habebāt epu lum. Ideo non licebat iugiter cani tuba.

Alph. Tost. in lib. I. Paralip.

Rndendum, cp quotidie canebant Sacerdotes tu bis coram arca pp solemnitatem eius, quia ille clan gor tubarum nimis solēnizabat omnes cęremonias, quæ fiebant coram arca. Et cum dr̄, cp clangeretur tu ba in Kalendis, & diebus festis, quę non erant quoti die, dici potest dupliciter. vno modo, quòd illud prę ceptum est affirmatiuum, scilicet, quòd Sacerdotes tenerentur diebus illis clangere tubis. Et tamen nihil negat. s. an in alijs diebus possent tubis canere. Et sic Dauid faciebat, quòd quotidie caneretur tuba cum esset nimis diligens ad solemnizandum arcam. Secū do potest dici, quòd solum liceret diebus illis clangi tuba. Et tamen hic accidebant illi dies. Nam dies fe stus dicitur dupliciter. vno modo, quia est festum or dinarium, & consuetum, & sic erant in veteri testa mento pauca festa, de quibus habetur Leui.23. Cum dicitur hæ sunt ferię Domini. Et Numeri 28. & 29. Alia erant festa, quę voluntariè fiebant a populo pro pter laudem Dei ex aliqua causa, sicut postea fuit in stitutum festum purificationis templi tempore Ma chabęorum, vt patet 2. Machab. primo. Et festum in nouationis, vel dedicationis secundi templi post redi tum de captiuitate Babylonis, & vocatur festum En ceniorum, de quo Io.10. Sic etiam fuit festum Mar dochęi, quando Iudæi occiderunt hostes suos, & con stituerunt diem solemnem, & celebratur 14. & 15. die mensis Adar, scilicet, triginta diebus ante Pha se, vt patet Esther.9. Sic etiam poterant quotidie in stituere festiuitates, quorum obseruatio duraret sin gulis annis, vel fieret solum semel. Ita nunc factum C
est existente arca in domo Dauid, quia ipse propter honorem arcę faciebat omnes dies solemnes saltem quantum ad obseruationem cęremoniarum: Ideo poterat quotidie cani tuba. Item Deus iussit cani tu ba propter solemnizationem cęremoniarum. Et ob hoc cum in festiuitatibus, & Kalendis, & etiam quā do populus aliquod magnum conuiuium facit, sunt homines dispositi ad solemnizandum magis cultum Dei, offerendo plura sacrificia, & astando cęremo nijs: Ideo Deus specialiter iussit his diebus cani tu ba, & tamen clangor ille erat non propter dies fe stos, nec propter Kalendas, nec epulas, sed pro pter sacrificia, quæ in illis diebus fiebant, sic patet Numeri decimo, scilicet. Si quando habebitis epu lum, & dies festos, & Kalendas, canetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis, vt sint vobis in re cordationem Dei vestri. Dauid tamen quotidie fa ciebat offerri multas victimas in honorem arcæ, quamquàm non esset dies festus, nec epulum, nec Kalendę. Ideo satis conueniebat, quòd quotidie face ret clangi tubis coram arca.

An verum sit, quòd Sacerdotes canerent iugiter tubis coram arca. Quæst. XV.

QVAERITVR Vlterius circa hoc, quod dicit hic Nicolaus, scilicet, quòd Sacerdotes ca nebant iugiter tubis coram arca in sacrificio matutino, & vespertino, an hoc verum sit.

Dicendum, quòd Nicolaus putauit hoc esse ve rum, quia dicitur hic, quòd canebant tuba iugiter. Et ipse intelligit, ideſt, in sacrificio iugi. Vocatur autem iuge sacrificium ipsum matutinum, & ve spertinum, vt patet Numeri vigesimooctauo. Et tamen non potest hoc stare, quia non offerebatur coram arca Domini sacrificium iuge. Nam sacrifi cium iuge erat de cęremonijs maxime necessarijs legis, quod propter nullam causam dimittendum erat, etiam si multa alia sacrificia fierent, vt colligitur Leui.octauo, & Numeri 28. Omnia tamen talia fie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bant in Sanctuario Dñi in Gabaon, vt ꝯ, ꝓbabiť. Item patet hoc magis clarè, quia ꝯ in lra dr, ꝙ Dauid iussit Sadoc summo Sacerdoti, & fratribus eius, ꝙ offerrēt in Gabaon in Tabernaculo Dñi holocausta sup altare holocaustorum iugiter mane, & vespere. Nō ergo poterat fieri sacrificium iuge matutinū, & vespertinum coram arca Dñi cum offerretur in Gabaō. Dici tñ pōt, ꝙ offerri faceret Dauid alia sacrificia corā arca mane, & vespere, sicut matutinū, & vespertinū, ꝙ offerebant in Sanctuario, & tñ ista non erant illa, ꝙ vocant in lege matutinū, & vespertinū. Dicendū igitur ꝙ non clangebant Sacerdotes tubis corā arca in sacrificio matutino, & vespertino, cū ibi non offerrent, sed clangebant qñ offerebāt quęcunq; alia sacrificia, siue holocaustorū, siue pacificorū. qa sic Deꝰ iusserat Nu. 10. ſ. canetis tubis sup holocaustis, & pacificis victimis.

Confitemini Domino, & inuocate nomen eius, notas facite in populis adinuentiones eius.

Confitemini. Hic ponit ſm huius partis. ſ. cantus determinatio. Et diuidit in tria, quia primo populus Iudaicus ad laudandū Deum inducit. Secundo totus orbis ad hoc persuadet: ibi. *Canite Domino omnis terra.* Tertio q̄dam additio ad cantum apponit, ibi. *Et dicite salua nos.* Circa primum dr. *Confitemini Domino.* Sciendū, ꝙ hic ponunt duo Psalmi, qui habent in Psalterio. Et ponunt ordine ꝑuerſo. Nā primus eorū est Psal. 104. Secundus est Psal. 95. & dr. Cōfitemini Dño. Duplex est confessio, vt ait Nicol. ſ. quædā confessio humilitatis ſm quā quis cognoscit errorem suum, & ꝓfitet illum. Secūda est cōfessio diuinę laudis. Et dicit, ꝙ prima p̄mittit hic cum dr. *Confitemini Domino.* Et secunda ponit ibi cum dr. *Cantate ei, & psallite.* Et hoc quia ad hoc, ꝙ exaudiat oro alicuius debet prius humiliari, Eccle. 35. Oro animę humiliantis se cęlos penetrabit. Sed dicendū, ꝙ hoc non stat, quia hic nō ponit aliqua cōfessio peccatorum, quod patet, quia dictio Hebraica hic posita significat laudē, & nō fateri, vel asserere peccata. Iō dicēdū, ꝙ totū pertinet ad diuinā laudē. ſ. *Confitemini Domino.* Ideſt laudate eū. Et ponit hic laus eius in gñali, deinde in ſpāli. *Et inuocate nomen eius.* Pōt dupliciter intelligi, vno mō, ꝙ inuocet nomē Dñi in laude. ſ. quia laudando Deū solet homo facere mentionē de noīe Dei: & laus est Dei, ꝙ exprimat nomē eius tamquā laudabile. Secundo pōt intelligi ꝙ inuocet nomen Dñi in adiutorium. ſ. qñ fuerimus in aduersitatibus, ꝙ noīemus nomen Dñi, & saluabimur iuxta illud Actuū 4. ſ. Nec. n. nomen aliud est sub cęlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. ſ. nisi nomen Iesum. & laus Dei est, ꝙ homo inuocet nomen eius in tribulationibus, quia per hoc asserit Deum habere virtutem ad liberandum. Nā alias non inuocaret nomē eius: sic patet de gubernatore, qui dixit ad Ionam surge, & inuoca Deum tuum, si forte cogitet de nobis, & non pereamus: hic tñ accipitur inuocare primo mō. *Notas facite populo adinuentiones eius.* Dr hoc ad Hebræos, ꝙ ipsi notificent omnibus populis miracula excogitata Dei, ad hoc ꝙ Gentiles scirent mirabilia Dei. Vocantur autem adinuentiones modi operandi, vel viuendi nouiter inuenti. Et sic dicuntur adinuētiones, quia inueniūtur, & communiter in Scriptura vocantur adinuentiones modi viuendi, quos reperiebant Israelitæ contra legem Dei, & Deus non dederat eis illos, sed quasi de mente sua confinxerant: dicuntur adinuentiones. Et sic sępe dr ꝙ Israelitę offendebant Deum in adinuentionibus suis. Nunc aūt vocantur adinuentiones aliqui modi proprij operandi Dei excogitati a Deo, qui non erāt cōes hominibus, nec alijs dijs. Sic enim sunt omnia opera miraculorum, quia nullus homo, nec quisquam de dijs gentium miraculum facere pōt, vt de Deus verus adinuenit sibi istum modum operandi, & vocat adinuentio sua. Sic dr Psal. 110. Magna opera Dñi exquisita in oēs voluntates eius. i. miracula, quæ sunt opera Dei magna sunt exquisita. i. excogitata, vel adinnenta ab eo. Et quia Scriptura volebat mouere Hebræos ad narrandum mirabilia Dei gentibus dixit, ꝙ notas facerent populis adinuentiones eius. Alia litera habet notas facite populis cogitationes eius, & alia litera dicit annunciate inter gentes opera eius, sed idem est, quia adinuentiones Dei sunt miracula ab eo facta, quæ vocantur opera inquātum ab eo fiunt, & vocantur cogitationes inquantū Deus quidquid agit, cum consilio agit, quia agens sine cogitatione, vel est ens irrationale, sicut inanimata, & bruta, vel habēs imperfectum vsum rōnis, sicut stulti. Possunt aūt vocari adinuētiones Dei non quęlibet miracula, sed quædā, quæ pertinent ad quādam cautelam, vel prudentiam. Nam ꝙ Deus subuerterit vrbes Sodomorum, & genus humanum deleuerit diluuio vniuersali: Genes. 7. & 19. miracula sunt, pertinent tñ ad magnam potentiam, & non ostendunt specialiter aliquam cautelam, vel prudentiam: ideo non vocantur adinuentiones, sed solum miracula. Alia aūt erat miracula, quæ simul importabant potentiam Dei, & quandam prudentiam, sicut ꝙ Deus fecerit sonitum curruum, & equorū in castris Syrię per noctem, & fugerent Syri tamquam si persequerētur eos hostes, cum secundum veritatem nihil esset. 4. Reg. 7. sic erat quando Deus excęcauit Syros venientes ad capiendum Elisæum, ita vt videntes eum non agnoscerent, sed portarentur ab ipso ad vrbem hostilem, & cum fuerunt in medio vrbis tunc viderunt, ꝙ erant in terra hostili. eod. lib. cap. 7. Et sic de multis.

Cantate ei, & psallite ei, & narrate omnia mirabilia eius, laudate nomen sanctū eius, lætetur cor quærētium Dominum. Quærite Dominum, & virtutem eius, quærite faciem eius semper. Recordamini mirabiliū eius, quę fecit, signorum illius, & iudiciorū oris eius.

Cantate ei, & psallite. Ponitur hic laus Dei magis in speciali. Nam supra dicebatur in generali. Confitemini Domino, scilicet, quòd laudaremus eum, quia tamen multipliciter laudari potest, ponuntur hic modi varij, & vnus est in voce, & de hoc dicitur hic canite. Alius est in vasis musicis, & de hoc dicitur psallite. Nam psallere est in vasis musicis cantare, & inde dicitur Psalterium vas musicum decem cordarum.

Et narrate omnia mirabilia eius. Ponebatur supra laus Dei quantum ad modum proferendi, scilicet, in voce, & in vasis musicis: hic ponitur laus Dei quantum ad materiam, de qua agere debent laudantes Deum, scilicet, de mirabilibus eius. Nam de hoc est præcipua materia Psalmorum. Et dicitur narrate omnia mirabilia eius, scilicet, tam illa, quæ continent aliquam specialem cautelam, & vocantur adinuentiones, quàm illa, quæ solam potestatem videntur generaliter continere, & vocantur mirabilia.

Laudate nomen sanctum eius. Scilicet, dicendo, ꝙ nomen Dei est gloriosum super oīa noīa, & ipsum solum est laudabile. Nam laus est sermo exprimens magnitudinem, & nullus est verè magnus nisi Deus: ideo nomen suū solum est laudabile, iuxta illud Psal. 47. Magnus Dñs, & laudabilis nimis, ideſt, quia magnus est, & nimis laudabilis. Alia litera habet. Laudamini in nomine sancto eius, & alia litera: Exultate in nomine sancto eius. Et idem est, quia non solū homo debet laudare nomen Dñi, sed ēt debet seipsum laudare, & dicere se esse fęlicem, quia talem Deū habet, sic patet Psalm. 143. Beatus populus, cui hęc sunt, & Beatus populus, cuius Dñs Deus eius. Et Psal. 145. Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius. Sic ēt Moyses laudabat gentem Israelitarum super alias gētes ꝓp Deū, quem habebat Deut. 4. Nec est alia natio tam grādis, quę habeat Deos appropinquantes sibi, sicut adest Deus noster cūctis obsecrationibus nr̄is. Rectè ergo dr laudamini in noīe sancto eius. Etiā illi, qui habebāt Deum Israel in Deum debebant gaudere ꝓp hoc, iō dr: Exultate in noīe sancto eius. Vocat nomen suum sanctum. i. incontaminatū, quia magnę reuerētię est, & non debet noīari ad res vanas, & immundas. Nam non effugiet impunitus, qui sic illud noīauerit. Exo. 20. & Deut. 5. *Lætetur cor quærentium Dominum.* Ideſt, ꝙ Deus magnus est lętet cor quęrentium eum, pōt dupliciter intelligi, vno mō de illis, qui quęrūt Dñm in aduersitate ad hoc, ꝙ liberet eos. Et tunc est sensus, quòd quęrētes Dñm lętent, quasi dicat, Deus est magnus, & pōt succurrere quęrentibus eum. Ideo lętari debent, qui quęrunt eū potiusquā illi, qui quęrunt in aduersitatibus suis deos impotentes liberare eos, sic fuit de Israelitis, qñ portauerunt arcam Dñi in bellū, & cōfidentes, quòd posset eos liberare iubilabāt voce magna in castris, & audierunt Philisthini, & dixerūt: non fuit tanta exultatio heri, & nudius tertius: vę nobis venit Deus in castra, vę nobis. Ipsi verò Philisthini, quia quęrebant deos in adiutorium suum, de quorum viribus nō confidebant, tristabant, dicētes: Quis nos liberabit de manu deorū sublimiū istorū? 1. Reg. 4. Sic ēt Elias, qñ habuit disceptationē cū Prophetis Baal, quis Deus daret ignē in sacrificio suo, gaudebat nimis, cōfidēs quòd Deus Israel daret ignē, & insulta bat Prophetis Baal, quia nō possent habere ignem: & irridens dicebat clamate voce maiore: Deus. n. est, & forsitan loquit, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certè dormit, vt excitet. Cultores aūt Baal quęrentes eum, quia non plenè cōfidebant de eius adiutorio, tristabant, & affligebant se percutientes lāceolis vsque ad effusionem sanguinis. 3. Reg. 18. Secundo mō pōt intelligi lętet cor quęrentium Dñm. i. cultorum eius. Nā quęrere Dñm est colere ipsum, & sic aliqñ Israelitę faciebant pactum, vt quęrerēt Dñm, sic dr sequēti lib. c. 15. Si quis non quęsierit Dñm Deū Israel moriat. Et iterū. Et intrauit ex more ad corroborandum fędus, vt quęrerent Dñm. Et tñ fędus fiebat de seruādo legē Dei. Debent aūt lętari cultores Dñi, eo ꝙ colunt Deū excellentissimū inter oēs Deos, sicut famulantes de dño suo si sciunt se habere dñm excellē tiorem q̄ alij, dato ꝙ non sciant an eis bñfacturus sit. *Quærite Dominum, & virtutem eius.* Ideſt, quęrite eum in aduersitatibus, vt liberet vos, vel quęrite per legē faciendo, quę ipse iubet. Et ꝓp hoc ponunt duo. ſ. qrite Dñm. i. quęrite eum ad colendum, & virtutem eius. i. quęrite magnitudinē, & potentiam eius ad hoc, ꝙ liberet vos: virtus. n. proprie significat vltimum de potentia rei, iō qñ aliqua res facit actū valde excellētem in potentia dr facere ſm virtutem. Sic ēt loquēdo de virtutibus moralibus sola fortitudo, quæ coincidit aliquo mō cum robore vocat virtus absolutè. Sic patet Sapientię 8. cum dr: Sobrietatem, & sapientiā docet, & iustitiam, & virtutē, quibus nihil vtilius in vita hominibus. Et sic vocat hic fortitudo virtus absolutè.

Alph. Tost. in lib. I. Paralip.

Ceterę aūt virtutes morales cardinales, vocant nominibus suis. *Quærite faciem eius semper.* Ideſt, semp venite ante faciem Dñi ad colendum eum, vel ad perēdum aliquid ab eo. Dr aliquis venire corā facie Dñi, qñ veniebat ad locum illū, in quo Deus spāliter dicebat esse. Istud aūt erat in Sanctuario. Nam nomen suum invocabat, super arcam inter alas Cherubim, 2. Reg. 6. & ſ. 13. Et quia non erat aliquis locus oīonis ꝙuenientior q̄ in Sanctuario, vbi Deus spāliter esse dicebat, dr quęrite faciem eius semp. i. venite semp ad orādū in Sanctuario. Et sic qñcunq; Israelitę veniebāt in Sāctuario dicebant apparere corā Dño. Sic patet Exo. 23. iterū in anno apparebit oē masculinum tuū in cōspectu meo. Et iterū non apparebis in cōspectu meo vacuus. Idem Exo. 33. & dr, semp. i. tpibus competentibus, quia non est semp oīoni vacandum. Sic. n. dr in Decretis de ꝓsecra. dist. 5. nunquā cadat psalteriū de manu tua, & glosat ibi. i. horis competentibus. *Recordamini mirabilium eius, quæ fecit.* Assignauit. n. iā Prophetā modum, quo deberent laudare Deum Israelitę. ſ. canendo in voce, & psallendo in organis. Et ēt locū, in quo deberent laudare. ſ. in Sanctuario Dñi cū dr: Quęrite faciem eius. Nunc ponit quid debent dicere laudando. Et dr recordamini mirabilium eius. ſ. mirabilia Dei sunt ab antiquo facta. Nunc aūt vos enarrate ea, & sic recordabimini, & facietis alios recordari. *Signorum illius.* Signa sunt mirabilia quædam, sicut dr Actuū 6. ꝙ Stephanus plenus gra faciębat signa magna, & prodigia in populo. *Et iudiciorum oris eius.* Possunt vocari iudicia Dei leges quas ipse dedit. Et pertinet ad directionem negociorum formalium, vel vocantur iudicia miraculosa quędam per modum iustitię facta. Et istud magis conuenit, quia hic agitur de mirabilibus Dei, & non de lege eius.

A quo fuerunt facti isti duo Psalmi. Quæst. XVI.

QVAERITVR Circa ea, quæ dicta sunt, & primo circa istos duos Psalmos, qui fecit illos. Et non est dubium nisi de Dauid, & Asaph. Constat. n. ꝙ isti duo Psalmi fuerunt facti qñ arca portata est, & posita in domo Dauid. Et tunc nō potuit fieri aliquis istorum Psalmorum nisi per Dauid, vel Leuitas cantores. Aliqui autem dicunt, quòd iste Psalmus est Asaph. Et hoc propter duo, primo quia dicitur hic, quòd Dauid cōstituit Asaph principem ad confitendum Domino, & ponitur immediate Psalmus de confessione Dei, scilicet, Confitemini Domino: Ideo videtur quòd pertineat ad Asaph. Secundo patet, & efficacius, quia quædam Biblię habent supra vbi dicitur: in illo die fecit Dauid principem ad confitendum Domino Asaph, & fratres eius. Hæc præcinentes. Et sequitur immediate: Confitemini Domino. Ideo videtur, quòd Asaph, & fratres sui Leuitę cantores composuerunt istos Psalmos. Dicendum tamen, quòd hoc non stat, quia isti Psalmi fuerunt compositi per Dauid, vt patet ex titulis. Nam secundus eorum in ordine istius literæ, qui est vigesimusquintus, intitulat Psalmus Dauid, quando domus ædificabatur. Et primus in ordine literæ, qui est 104. intitulatur Alleluia cum duobus sequentibus, & tamen Psalmi præcedentes sunt Psalmi Dauid, ideo etiam iste quamquā Alleluia sit titulus, quia pertinet ad eundem auctorem, ad quem præcedentes. Et sic necesse est dici, quòd sunt Psalmi Dauid, quos Dauid composuit in laudem Dei, qñ arca ducta est in domum suam. Cū autem dr ꝙ composuit istos Psalmos Asaph erat motiuum istud. ſ. quod hic agitur de constitutione eius in principem cantorum, & subijciunt immediate isti

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psalmi, ideo rationabiliter creditur a quibusdam, ꝙ facti fuerint ab Asaph. Et cum obijcitur, quòd tituli eorum significant ipsos factos a Dauid. Posset respõderi quòd isti Psalmi fuerunt facti ab vtroque, & inquantum fuerunt facti ab Asaph ponũtur hic. Inquã tum verò facti sunt a Dauid, ponuntur in lib. Psalmorum. Est ẽt differentia aliquanta inter eos. Nam iste primus Psalmus. s. Cõfitemini, multo plura cõtinet. s. pluſquã in duplo in Psalterio, q̃ hic. Sed hoc nõ obstãte dicẽdũ est, ꝙ isti Psalmi fuerũt facti a Dauid, & solꝰ Dauid fecit illos, licet ponant plura hic q̃ in Psalterio, vel etiam ponantur alia verba. Nam sæpe eadẽ res vario modo scribitur, sicut cum sunt diuersi trãslatores eiusdẽ, ita fuit hic, quia Dauid fecit istos Psalmos, & Dauid colligauit eos in lib. Psalmorũ, & scripsit vno modo. Esdras aũt scribens istum librum Paralip. interseruit eos hic, quia faciebãt ad propositum, & scripsit alio modo. Et tñ vnus modus fuit, quo Dauid scripsit illos. Ad primam tõnem in ꝓrium dicendum, ꝙ quãquam isti Psalmi ponantur hic cum agitur de officio Leuitarum, & ꝙ Asaph fuit constitutus in principem super Cantores, non sequitur, ꝙ Asaph illos composuerit, sed fecit eos Dauid, & tñ fecit tpe portationis arcę. Et quia agitur hic de portatione arcæ ponuntur etiam simul Psalmi. Ad secundam dicẽdum, ꝙ illa additio. s. Hęc præcinentes non est de litera, vt patet in Hebrẽo, & ẽt in Biblijs correctis. Quod patet, quia rarissimè inuenietur in Biblijs. Habetur tñ in quibusdam earum, quia fuit aliqñ glosa interlinearis, & aliqui librarij errantes inseruerunt illam in textu. Sed adhuc dicendum, ꝙ dato, ꝙ ponatur in textu non est õ hoc, quia non significat ꝙ Asaph, & fratres sui istos Psalmos componerent, sed ipsos cantarẽt cũ dicatur hęc præcinentes. Et patet hoc, quia non poterat esse, ꝙ oẽs cantores cõponerent istos Psalmos, sed aliquis illorum, & oẽs alij cantarent illos. Et tñ dr̃ hic hęc præcinentes, ideo nõ colligitur ex hoc, ꝙ Asaph, vel aliquis Leuitarum istos Psalmos componerent. Sed Dauid fecit illos, qñ portata fuit arca in domum suam, & Leuitę cantauerũt illos coram Domino ad laudem eius.

Propter quid ponuntur hic isti Psalmi. Quæst. XVII.

QVAERITVR vlterius ad quid ponũtur hic isti Psalmi, quia iste non est liber Psalmorum, sed historiarum: liber aũt Psalmorum per se distinctus est, ideo ibi debuerunt poni, & non hic.

Rñdendum, ꝙ Psalmi dicuntur esse laudes diuinæ factę pp aliquas causas spãles, vtpote si aliqñ liberabat Dauid ab aliquo periculo faciebat Psalmos in laudẽ Dei, sicut est Psal. 33. s. Benedicam Dñm in omni tpe, quem fecit qñ liberauit eũ Dñs de manu regis Achis mutando vultum suum, sic ẽt qñ pugnauit Dauid cõ Goliath fecit Psal. 143. s. Benedictus Dñs Deus meus, vt patet ex titulis eorum. Et ita est de multis alijs. Et ad sciendum pro quibus causis fiebant isti Psalmi appositi fuerunt eis tituli ab Esdra, qui fecit collectionem Psalmorum, & ideo in quolibet Psalmo est titulus significans causam eius, vel materiam, vel tempus, quo factus est. Sic autem isti duo Psalmi, qui ponuntur hic fuerunt cantati, qñ portata est arca in domum Dauid. Ideo licet non sit consuetudo Scripturę miscere Psalm. historijs, tñ aliqñ tã Cantica, quàm Psalmi miscentur. Et ob hoc positi fuerunt hic. Sic. n. est de Psal. 17. qui incipit: Diligam te Dñe, quem fecit Dauid qñ liberauit eum Deus de manu Saulis, & omnium inimicorum eius, vt ponitur in titulo suo. Et quia istud fuit finitis omnibus bellis Dauid, ponit̃, 2. Reg. 22. iste Psal. Sic etiam ponunt̃ Cantica multa in varijs historijs Biblię, quæ tñ nos solemus habere in lib. Psalmorum, sicut est de Cantico Moysi, Exo. 15. Cantemus Dño gloriosè. Et de Cantico Annæ. 1. Reg. 2. Exultauit cor meum, & de cantico Ezechiæ: Isaiæ 38. Et sic de multis alijs: volens ergo Esdras curiosè distribuere portationem arcę in domũ Dauid, non solum scripsit ea, quæ facta sunt, sed etiam cantus, quos tunc cecinerunt Leuitę cantores.

An verum sit quod Dauid fecerit istos Psalmos. Qũ. XVIII.

QVAERITVR vlterius qũo põt esse, ꝙ isti duo Psalmi sint facti a Dauid, quia hic ponitur aliquid quod non pertinet ad tempus suum. Nã dicitur infra, dicite salua nos Deus noster, & congrega nos de gentibus. Et sic oratur ibi, ꝙ Israelitę, qui erant dispersi per varias gentes congregarẽtur in terram Israel ad cantandum laudes Dño, & tñ non fuerunt Israelitę dispersi per varias gentes ante captiuitatem Babylonicam. Et postea in captiuitate Romanorum nihil tale factum fuerat ante Dauid. Ideo ipse non diceret salua nos de nationibus. Aliquis dicet pp hoc, ꝙ verum sit, ꝙ ipsi Psalmi non sint facti p Dauid, sed per Asaph, sicut dicebant quidam. Dicendum tñ, ꝙ hoc non stat, quia Asaph, & Dauid fuerunt in eodem tpe, cum dicatur supra in litera, ꝙ Dauid fecit principem Asaph ad confitendum Dño coram arca. Item Asaph fuit vnus de tribus principibus cantorum qñ portata fuit arca in domum Dauid præced. cap. ideo si non potuerunt isti Psalmi fieri a Dauid, ga ante eum nõ fuerunt dispersiones Israelitarum, eã non potuerunt fieri ab Asaph, cum eodem tempore fuerit. Dicendum ergo, ꝙ dupliciter potest stare, vno modo, ꝙ dicamus istos Psalmos factos esse a Dauid, & ꝙ illa particula. s. Congrega nos de nationibus. fuerit Propheticè dicta. Ita ꝙ Dauid sciret futuram captiuitatem Babylonis, & alias particulares dispositiones Hebrẽorum. Et exnunc orabat pro dispersis dicens: Congrega nos de nationibus. Aliquis dicet, ꝙ hoc non potest stare, quia si aliquid futurum prædicetur hic, vtpote ꝙ dispergendi essent Israelitę per varias captiuitates, poterat dici a Dauid. Et tñ hic non prædicitur captiuitas, sed otatur pro iam existentibus in captiuitate, vel dispersione cum dicitur: Congrega nos de nationibus. Etiam quia videtur, ꝙ iste, qui orabat erat aliquis de dispersis cum dixerit congrega nos. Ideo non potuit esse dictum a Dauid. Nam hic non est prænunciatio Prophetica, sed oratio. Dicendum ꝙ satis potest stare, ꝙ istud fuerit dictum a Dauid. Pro quo præsupponendum, ꝙ Dauid in spiritu cognouit dispositiones futuras Israelitarum. Et cum hic procedat per modum laudis, & orationis, orauit loco illorum, qui essent tempore futuro in captiuitate tanquam esset vnus de illis, dicens: Congrega nos de nationibus. Et hoc, quia Dauid erat vnus de populo, & poterat loqui nomine totius populi. Et sic non est ista Prophetia: est tñ oratio præsupponens cognitionem Propheticam de dispersionibus futuris Israelitarum. Secundo modo potest dici, ꝙ ista particula non fuerit posita a Dauid, sed ab Esdra, qui scripsit librum istum, & posuit istos Psalmos factos a Dauid: ipse tñ addidit aliquid ad illos conueniens tempori suo. Fuit aũt tempore Esdrę captiuitas Babylonis, & multi redierant de hac captiuitate. Alij aũt adhuc manebant in Babylone, & in alijs gentibus, & in fine istorum Psalmorum posuit Esdras istam particulam orando Dñm pro reuersione populi. Et hoc aliqualiter colligitur, quia ista particula ponitur in lib. Psalmorum: Psalm. 105. & non ponitur in aliquo istorum duorum Psalmorum, vt patet ibi: Psal. 95. & Psal. 104. Et tamen hic ponitur in fine Psalm. 95. s. Cantate Domino canticum nouum. Ideo videtur potius ꝙ fuerit ista particula addita ab Esdra.

An tenerentur Israelitæ prædicare gentibus. Quæst. XIX.

QVAERITVR vlterius circa id quod dicitur supra, scilicet, notas facite populis adinuentiones eius, ideſt notificate gentibus mirabilia eius an tenerentur Israelitæ prędicare gentibus, ad hoc, ꝙ notificarẽtur eis mirabilia Dei. Respondendum est, quòd aliqualiter erat de ludæis tempore legis veteris respectu gentilium, sicut est de nobis respectu infidelium, qui nunc sunt. De nobis enim a principio fuit obligatio ad prædicandum fidem catholicam gentibus. Nã in primitiua Ecclesia tempore Apostolorum fuerunt obligati Apostoli, & alij assignati ad officium prædicationis erant obligati ad prędicandum gentilibus, quia sic dixerat Christus Mar. vlti. scilicet, Ite per vniuersum mundum, & prædicate Euangelium omni creaturæ. Nunc autem postquam Euangelium denunciatum est per totum orbem, & omnes gẽtes audierunt famam nominis Christi, non manet iam obligatio nobis ad hoc, quòd discurramus per orbẽ prędicando Euangelium gẽtibus. Siquis tamen illud faceret, mereretur nimis. Cum tamen aliquis videret fideles promptos ad credendum, siquis eis prædicauerit, & ipse instructus est in fide, tenetur eis, vel per modum publicę prædicationis, vel per modum particularis consilij, & suasionis declarare fidem Christi, quia alias subtraheret proximo auxilium debitum, quod maius est, quàm si subtrahat ei cibum tempore necessitatis. Istud autem est, quando quis sponte debet prædicare verbum Domini, secus quando cogitur aliquis negare fidem, vel profiteri illam, & tunc omnes homines obligati sunt ad confitendum nomen Christi, vel quidquid aliud est in fide. Sic enim dixit Christus. Qui me erubuerit confiteri coram hominibus negabo ego eum coram patre meo. Matth. 10. De veteri testamento dicendum, quòd quandiu manſit status ille, Hebræi erant obligati ad aliqua similia. Sciendum tamen, quòd ludæis fuit magis prohibita communicatio cum gentilibus, quàm Christianis cum infidelibus. Et ratio huius fuit, quia ludæi erant viri imperfecti faciles ad idolatriam, & timebatur nimis de eorum subuersione. Nam si communicarent cum gentilibus peruerterentur ab eis, vt colerent idola. Et ob hoc Deus vetuit Israelitis comedere cum Gentilibus, ne aliquando Gẽtilis vocans ludæũ ad cẽnam apponeret ei cibos consecratos idolis. Etiã vetabatur ludæis accipere filias Gentilium in vxores, & dare filias suas illis, ne filij propter matrem, vel patrem conuerterentur ad idola, vt patet Exo. 34. & Deutero. 7. In nouo testamento erant viri perfectiores, & non timebatur de eis, quòd peruerterentur a Gentilibus deueniendo ad idolatriam, sed potius ipsi conuerterent Gentiles ad Christum. Et ob hoc non erat vetita Christianis communicatio cum Gentilibus, sed potius quibusdam eorum erat positum sub præcepto, vt communicarent cum eis ad hoc, quòd prędicarent illis, quia aliàs fieri non poterat. Et ob hoc etiam Apostoli non abstinebant a cibis Gentilũ sicut ludęi, sed potius comedebant cum eis, etiam si apponerent sibi cibos consecratos idolis, dum tamen ex isto cibo nõ scãdalizaretur proximus, vt patet prima ad Corinthi. 8. & 10. Et ob hoc beatus Paulus redarguit beatum Petrum, quia non subtrahebat se a cibis Gentilium, dicens: Restiti ei in faciem, dicens: Si Tu cum ludęus sis Gentiliter viuis, & non ludaicè, quomodo cogis gentes ludaizare? Ad Gala. 2. & ob hoc beatus Paulus dixit: Omnibus omnia factus sum, vt omnes Christo lucrifaciam, ideſt, cum omnibus Gentilibus communicaui eo modo, quo illę gentes communicant, ad hoc, quòd omnes illas lucrifacerem Christo conuertendo eas ad eum, quod fieri non poterat, nisi communicando cum eis a principio eo modo quo ipsi communicabant. Propter hoc autem nõ fuit aliquando inter ludæos obligatio aliquorum ad hoc, quòd discurrerent prædicando Gentilibus per orbem, vt conuerterentur ad ludaismum; cũ potius diuagatio ista, & communicatio essent prohibitæ Israelitis: si tamen interdum contingeret, quòd aliquis Gentilis promptus esset ad conuersionẽ, & videret hoc aliquis ludæus instructus in lege tenebatur ei prędicare instruendo eum in lege. Sed adhuc non erat istud sub tanta necessitate, sicut nos obligamur ad prędicandum infidelibus, quia lex Euangelica obligat omnem hominem, cum sine ea nõ sit salus Mar. vlti. scilicet, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui autem non crediderit, condemnabitur. Lex autem vetus non obligabat omnes homines, sed solũ illos, qui descendebãt de stirpe Iacob, nam solum fuerat eis data: Exo. 19. Et ad eos solum dirigitur: Leui. 17. Si autem loquamur de prædicatione illa secundũ quam tenebatur aliquis, vel negare fidem veteris testamenti, vel prædicare illam, vtpote si ab aliquo tyranno ad hoc cogeretur, tenebatur illam confiteri, & prædicare, & propter hoc mori. Sic enim refert Apostolus ad Hebræ. 11. vbi ponit laudes fidei, & laudat illos, qui pro fide multis te periculis expositi fuerunt dicens: Alij ludibria, & verbera experti sunt: insuper, & vincula, & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Et non intelligitur hoc de martyribus noui testamenti, sicut aliqui simplices existimabant, quia legitur illa Epistola in solemnitatibus martyrum, sed de martyribus veteris testamenti, qui pro fide passi sunt hæc, vt patet ibidem. Hæc autem vera sunt, quandocunque aliquis non iubebatur specialiter a Deo prædicare gentibus. Nam si iuberetur, manifestum est, quòd tunc publicè tenebatur Gentilibus illis prædicare. Sic enim fuit de Propheta Iona, quem Deus misit ad prædicandũ in ciuitatem Niniue, quæ erat ciuitas Gentilium, scilicet, Metropolis regni Assyriorum, & peccauit Ionas, quia nolebat ire illuc fugiens a facie Domini, sed postea Deus coegit eum ire, vt patet Ionę primo, & 2. & per totum. Aliqui etiam Prophetæ prædicauerunt Gentilibus non quidem verbo, sed facto per aliqua signa, quæ mittebant ad illas gentes ex præcepto Dei: sic fuit de Ieremia, qui misit cathenas ligneas ad regẽ Edõ, & ad regem Moab, & Ammon, & regem Tyri, & regem Sidonis per manus nunciorum, qui venerant ad regem Sedeciam. Et illud fuit ad significandum, quòd omnes istę gentes traderentur in captiuitatẽ sub potestate regis Nabuchodonosor Iere. 27. Ista autem litera intelligitur de ludæis scientibus legem, scilicet, quòd notas facerent in populis adinuentiones Dei, ideſt, prædicarent miracula eius inter gentes, quando haberent opportunitatem ad hoc. Et tamen istud aliquando erat ex necessitate, & aliquando erat locus super rogationis, vt patet ex dictis.

De mirabilibus, & signis, quæ canere debebant Israelitæ. Quæst. XX.

QVAERITVR vlterius de mirabilibus, & signis, & iudicijs Dei, quæ ponuntur hic, quæ deberẽt cantare Israelitæ.

Respon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respondendum, quòd omnia ista sunt nomina F
miraculorum,& tamen significant istud sub rationibus specialibus, & quamquàm ponantur hic solum tria nomina,multa alia sunt. Vocantur enim ista mirabilia inquantum important aliquam ptãtem excellentem, & quia omnia talia facta a Deo fiunt ex ptãte immensa, qualis non reperitur in aliqua alia re, omnia vocantur generaliter miracula. vocantur signa illa miracula,quæ fiunt solum, vel saltem principaliter ad probationem alicuius veritatis. Et sic miracula prima,quæ fecit Moyses coram Pharaone, scilicet,conuersio virgæ in colubrem,& colubri in virgã, fuerunt signa,quia ad hoc solum facta sunt, vt probaretur, quòd Moyses missus fuerat a Deo ad Pharaonem, vt dimitteret populum Israel exire de terra sua G
Exo.5.Et ista vocantur ibi signa. Vocantur etiam ista ostenta ab ostendendo,scilicet, quia per hæc ostenditur,siue probatur id quod aliquis probare vult. Et sic dixit Dominus ad Moysem, ꝙ faceret omnia ostenta,quæ posuerat in manu sua coram Pharaone : Exo. 10. Vocantur etiam iudicia miraculosa, quando sunt pœnalia,scilicet, si Deus facit aliquod miraculum in pœnã alicuius, & illa pœna iustè infligit, dr illud miraculosum iudicium.Sic etiam vocabantur iudicia illæ plagæ, quas Deus intulit super Aegyptios, quando nolebant dimittere populum eius. Et tamen omnes illæ plagæ miraculosæ erant.Alia vocantur prodigia, scilicet, quando sunt aliqua opera mirabilia, quæ significant aliquid futurum mali,vel boni.Et dicuntur H
prodigia,quasi procul ad digito, scilicet, quia futurũ significant. Aliquando tamen prodigia accipiuntur pro iudicijs,quæ sunt miracula pœnalia, vt patet Psal. 77.vbi dicitur de mirabilibus Aegypti,& vocãtur prodigia.Erãt tamen pœnalia. Et aliquando prodigia vocantur quęcunque alia miracula,vt patet Actuum 7. cum dicitur de beato Stephano, quòd faciebat prodigia,& signa magna in populo. Et tamen illa erant miracula, qualia faciebant alij viri sancti noui testamenti.Alia vocantur monstra, scilicet, quando aliquid accidit contra consuetum ordinem naturæ particularis,& dicuntur monstra a monstrando, quia cũ ꝙuenerit aliquod malum futurum demonstrant. Sic enim fuit de multis,quæ contra naturę cursum acciderunt, & significauerunt destructiones regnorum, I
vel bella magna,sicut refert Augu.3. de Ciui.Dei circa finem. Et Isidorus 11.Ety.cap.de monstris,& transformatis.Differunt tamen monstra a prodigijs, quia quamquàm ambo significent aliquid futurum,tamẽ monstra dicuntur communiter ea, quæ naturaliter eueniunt per errorem naturę. Prodigia autem sunt super virtutem naturę:nam miracula sunt. Secundo differunt,quia prodigia significant indifferẽter bonũ, vel malum futurum.Monstra autem semper malum significare dicuntur.Scriptura autem posuit hic solũ tria genera miraculorum, scilicet, mirabilia,signa,& iudicia,quia per hęc intellexit omnia alia.

Semen Israel serui eius, filij Iacob electi K
eius.

Semen Israel serui eius. Litera ista refertur ad omnia præcedentia. i.o semen Israel confitemini Domino,& inuocate nomen eius, & cantare, & spallite ei. Et sic constructio istius Psalmi debet incipere ab ista vocatione. Vocatur semen Israel omnes Israelitæ, quia omnes descenderunt de semine Iacob, qui vocatur Israel.Deus enim mutauit nomen eius, dicens. Non vocaberis vltra Iacob, sed Israel:Gen.32.& 35. vocatur Israel seruus Dei, quia Iacob coluit Dominum in toto corde suo,& vocauit eum in tribulationibus suis, scilicet, quando ibat in Mesopotamiam: Gen.28.& quando redibat, & timuit Esau fratrem suum:Gen.32.Etiam coluit Deum per obsequium. Nam ipse vnxit oleo lapidem in Bethlehem:promittens,quòd ibi coleret Dominum.Etiam ipse fuit primus, qui decimas ex voto dare voluit omni tempore:Gen.28.scilicet,Si fuerit Dominus mecum,& custodierit me in via, per quã ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum,& vestimentum ad induendũ, reuersusque fuero prosperè ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei:cunctorũque,q dederis mihi, decimas offeram tibi.

Filij Iacob electi eius. Repetitio sententię est propter pulchritudinem,quemadmodum sępe fit in canticis, & in alijs operibus rhetoricis.Nam idem est Israel seruus eius, & Iacob electus eius, cum sit vna persona. Nam Iacob est nomen impositũ ei a natiuitate: Gen. 25.Israel verò est nomen a Deo ei datum.Gen.32.& 35.Et iste modus loquendi sępe est in Scriptura, sicut cum dixit Siba ad Israelitas.Quæ nobis pars in David, & quæ hęreditas in filio Isai?2.Reg.20.Et tamen idẽ est Dauid, & filius Isai.quia Dauid erat filius Isai. primo Reg.16. Sed iste modus loquendi pertinet ad hominem passionatum, siue propter magnam lætitiam,siue magnam tristitiam,vel iram,vel odium,aut aliam passionem, vt magis declaratum est supra 12. Et vocatur Iacob electus Dei,quia Deus elegit illum ad seruiendum sibi. Alia litera habet semen Abrahã serui eius,& filij Iacob electi eius, sed ad idem pertinet,quia idem est semen Israel,& semen Abrahã. Est enim Israel Iacob, qui est nepos Abrahę, & omnes descendentes ab eo descendunt ab Abraham,& ideo idem est semen vtriusque.

Quomodo Iacob vocatur electus Dei. Quæst. XXI.

QVAERITVR quomodo vocãt hic Iacob electus Dei. Respondendum, quòd potest hoc dupliciter intelligi, vno modo, ꝙ sit ista electio generalis, sicut fuit in patribꝰ eius Abraham,& Isaac, & erit specialis respectu gentium. Nam Deus elegit Abraham, & posteros eius ad colendum eum.Et fecit etiam eis promissionem de dando terram Chanaam Gen.13.& 15.Et sic dicitur elegisse eos propter quendam specialem amorẽ, & non propter multitudinem, vel fortitudinem eorũ super alias gentes, vt patet Deutero:7.& 26.& Exod. 19.capitu.Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis,qui sunt super terram. Non quia cunctas gentes numero vincebatis, iunctus est vobis Dominus, & elegit vos,cum omnibus sitis populis pauciores,qui sunt super terram,sed quia dilexit vos Dominus, & custodiuit iuramentũ, quod iurauit patribus nostris. Et isto modo Abrahã poterit dici electus Dei,& etiam Isaac. Alio modo potest dici Iacob electus Dei specialiter, vt distinguitur contra Abraham, & Isaac, scilicet, quia totaliter fuit electus a Deo,& non Abraham nec Isaac. Nam licet Deus elegerit Abraham in seruum sibi, & fecerit ei promissiones, tamen non elegit totum semen eius. Quod patet,quia Abraham genuit Ismahelem:Gen. 16.Et non fuit semen Ismahelis electum a Deo.Nam dixit Deus ad Abraham:In Isaac vocabitur tibi semẽ, quasi dicat,non in Ismahel.Idem patet Gen.17.scilicet Sara vxor tua pariet tibi filium,vocabisque nomẽ eius Isaac,& constituam pactum meum illi in fœdus sempiternum, & semini eius post eũ: super Ismahel quoque exaudiui te, quasi dicat, pactum meum erit cum Isaac filio tuo, & non cum Ismahele, & tamen ego

ego exaudiui te super Ismahel, scilicet,concedendo A
ei,quòd viuat sicut tu petisti.Genuit etiam Abraham alios sex filios ex Cethura post mortem Sarę vxoris suæ. Gen. 25. & tamen isti filij non pertinuerunt ad populum Dei, sed transierunt in numerum Gentilium.Soli enim filij Isaac fuerunt cultores Dei, & ad illos seruata est repromissio:minima ergo pars seminis Abrahę fuit electa. Semen etiam Isaac non fuit totaliter electum a Deo. Habuit enim Isaac duos filios,scilicet,Iacob,& Esau, & fuit electum semen Iacob,sed non semen Esau, quia de Esau venit populus Idumęorum,& isti non susceperunt legem Dei, sed potius aduersati sunt populo Dei inferendo eis bẽlla,vt patet Abdiæ vnico.& non permiserunt Idumæi transire Israelitas per terram suam ad possidendum B
terram Chanaam eis promissam,sed dixit rex Edom: Non transibis per me alioquin armatus occurram tibi:Num.20. Et sic factum est. Nam rex Edom egressus est cum infinita multitudine ad extremum regni sui, vt non permitteret transire Israelitas per terram suam,eodem capitu. Semen autem Iacob fuit totaliter electum a Deo, quia habuit Iacob duodecim filios,de quibus ortæ sunt duodecim tribus. Num.primo,& 2.Et omnes illę fuerunt a Deo electę.Nam Iacob cum omnibus filijs, & nepotibus suis descendit in Aegyptum tempore famis. Deinde completis annis quadringentis quibus peregrinaturus erat semen Abrahæ,& affligendus in terra nõ sua. Gen.15 Omnes de stirpe Iacob,qui erant in Aegypto,exierunt in- C
de, Exo.12.& Num.33.Et omnes postea susceperunt legem in deserto in monte Sinai: Exodi cap.34.Et sic specialius fuit electus Iacob a Deo, quàm Abraham, & Isaac,qui secundum partem fuerunt electi.

Ipse Dñs Deus noster: in vniuersa terra iudicia eius. Recordamini in sempiternum pacti eius:sermonis,quem præcepit in mille generationes. Quem pepigit cum Abrahã, & iuramenti illius cum Isaac. Et constituit illud Iacob in præceptum, & Israel in pactũ D
sempiternum,& dicens: Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis vestrę.

Ipse Dominus Deus noster in vniuersa terra iudicia eius. Est sententia incompleta,& debet aliquid subintelligi,scilicet,quòd ipse, qui est Dominus Deus noster, est Deus vniuersę terrę,& Deus noster, & iudicia sua sunt in vniuersa terra. Ponitur istud ad laudem Dei, scilicet, quòd ipse iudicat omnes gentes, & ponitur hic iudicium pro pœna iustè inflicta,sicut declaratum fuit supra in quadam quæstione. *Recordamini in sempiternum pacti eius*. Dicitur hoc ad semen Israel, quia istud pactum fuit factũ ad semen Israel, ideo ipsi debebãt recordari eius.Istud pactum est, quod habetur E
infra, scilicet.Tibi dabo terra Chanaan. *Et sermonis quem præcepit*. Sicut supra dicebatur Iacob, & Israel, & dicitur sermonis,quem præcepit,ideſt, quem voluit obseruari per seipsum.Et accipitur præcipere improprię: nam nihil Deus præcepit Israelitis in isto pacto,sed promisit,quòd obseruaret illud, vel accipitur præcepit,ideſt,statuit, quia Deus statuit seruari istum sermonem in sempiternum. *In mille generationes*. Ideſt Deus voluit, quòd duraret istud pactum tempore quo durarent mille generationes, & accipitur determinatum pro indeterminato, scilicet, quòd duraret multo tempore. *Quem pepigi cum Abraham*. Ideſt istud pactum de dando terram Chanaan fuit factum cum Abraham. Nam Gen.15.Deus iussit Abrahæ occidere vaccam triennem,arietem triennem,& capram triennem, & diuidere ista in duas partes altrinsecus, & transiuit tunc Deus inter diuisiones animalium occisorum,quia iste erat modus facientium fœdus.Et quia Deus erat incorporeus, nec poterat transire fecit,quòd lampas ignis transiret loco eius inter animalia diuisa,& tunc dicitur:in illa die pepigit Deꝰ fœdus cum Abraham, dicens:tibi dabo terram hanc a fluuio Aegypti vsque ad flumen magnum Euphratem. *Et iuramenti illius cũ Isaac*. Idem est, scilicet, quia illud, quod Deus pepigit cum Abraham iurauit postea ipsi Isaac,vt patet Gen.26.quando apparuit Deus Isaac volenti descendere in Aegyptum, & dixit ei: Ne descendas in Aegyptum,sed quiesce in terra,quã B
dixero tibi : tibi enim, & semini tuo dabo vniuersas regiones has complens iuramentum, quod spopõdi Abrahæ patri tuo. Alia litera haber:Memor fuit in sęculum testamenti sui,& alia, Recordatus est in ęternum pacti sui, vbi dicitur hic : Recordamini in sempiternum pacti eius.Et differunt istæ literæ in sententia:nam cum dicitur hic recordamini in sempiternũ pacti eius:refertur ad Israelitas,scilicet, quòd ipsi laudarent Dominum,sicut supra dicebatur, & laudando eum facerent mentionem de isto pacto, quod Deus fecerat cum Abraham de dando ei terram Chanaã. Et pertinebat hoc ad laudem Dei,scilicet, quòd ipse ex magna benignitate sua promiserat Abrahæ dare terram Chanaan, quamquàm non esset ei obligatus ad aliquid. Cum autem dicitur in alia litera,memor fuit testamenti sui,vel recordatus est pacti sui. Refertur ad Deum, & est sensus, quòd Deus non oblitus est pacti. Et dicitur hoc, quia Deus fecit istud pactum cum Abraham, & nõ erat complendum vsque post quadringentos,& quadraginta annos. Et tamen post istos annos oblitus est complere pactum, sed compleuit. Patet hoc, quia Deus fecit istud pactum cum Abraham,Gen.15.& eadem die dixit sibi: Scito prænoscens,quòd peregrinum futurum sit semen tuum quadringentis annis in terra non sua, & affligent eos. Generatione autem quarta reuertentur huc. Fuerũt autẽ consummati isti quadringenti anni in exitu de Aegypto, & postea fuerunt Israelitæ in deserto quadraginta annis, & post illos incępit Deus tradere terram Chanaan, paulatim in manus Hebræorum. In tanto autem tempore dubium erat an Deus obliuisceretur pacti sui,& tamen,quia compleuit illud post istos omnes annos,dicitur quòd recordatus est pacti sui.Et vna litera ponit pactum, & alia testamentum, sed idẽ est. Nam pactum dicitur quando est promissio facta alicui.Testamentum autem dicitur, quia est testificatio,ideſt,quia illa promissio est facta cum testificatione. Idẽ enim est,quòd aliquis iuret, & quòd testificetur,quia ꝑ hoc,quòd iurat, testificatur, quòd verum erit id,quod promittet. *Et constituit illud Iacob in præceptum*. Refertur ad pactum precedens,& est sensus, quòd Deus promisit illud Abrahæ, & postea Isaac,& deinde Iacob. Nam cuilibet istorum trium Patriarcharum Deus promisit per se dare terrã Chanaan. De Abraham, & Isaac iam dictũ est : de Iacob patet Gen.28.cum dixit Deus.Terram in qua dormis tibi dabo,& semini tuo:Eritque germen tuum quasi puluis terræ:dilataberis ad Orientem,& ad Occidentem. Et accipitur hic præceptum largè. Nam nihil Deus prœcepit Iacob per hoc, quod promisit ei terrã Chanaan, sed potius obligauit se ei ad aliquid dandum,sed est sensus, quòd potuit illud in præceptum, ideſt,sicut prœceptum Dei est firmum,& semper manẽs, ita pactum illud quod Deus fecit cum Iacob de dando ei terram Chanaan debebat esse semper manens. *Et Israel in pactum sempiternum*. Ideſt Deus constituit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtituit illud ipſi Iſrael in pactum ſempiternuum, & eſt repetitio ſententiæ, quia idem eſt, quòd conſtituerit illud in præceptum Iacob, & quòd conſtituit in pactum Iſrael, quia Iacob, & Iſrael idem ſunt, & pactum, & præceptum, pro eodem etiam accipiuntur hic. *Dicens tibi dabo terram Chanaan.* Iſtud fuit in ſententia id, quod promiſit Abrahæ, & Iſaac, & Iacob, & ſic completum eſt. Nam poſt quadringentos, & pluſ quam quadraginta annos ab iſta promiſſione, Deus cepit tradere terram Chanaan in manus Iſraelitarũ egredientium de Aegypto.

Funiculum hæreditatis veſtræ. Conuerſio ſermonis eſt, nam cantores, qui cantabant iſtum Pſalmum, loquebantur hic ad populum dicentes: Deus promiſit Abrahę terram Chanaan funiculum hęreditatis veſtrę: i. quę eſt funiculus, vel pars hęreditatis veſtrę. Nã Iſraelitæ poſſidebant illam terram tamquam in ſortem hæreditatis ſuę, & dicitur funiculum hęreditatis, quia antiquitus, & etiam nunc diſtinguebantur, & menſurabantur poſſeſſiones per funiculos. Et ideo funiculus hęreditatis vocabatur poſſeſſio alicuius, ſic dicitur Pſal. 15. Funes mei ceciderunt in pręclaris. Et enim hęreditas mea pręclara eſt, ideſt, funes per quos diſtinguuntur hęreditates ceciderunt mihi in prædaris, ideſt in loco optimo. Poteſt vocari hic terra Chanaan funiculus hęreditatis Iudæorum dupliciter. Vno modo, quia terra iſta fuit eis ſpecialiter data in ſortem quaſi Iſraelitæ cum omnibus gentibus diuiderent orbem ad habitandum per funiculos, & terra Chanaan cederet Iſraelitis per funiculum, & reliquus orbis cederet omnibus gentibus. Alio modo poteſt intelligi, quòd terra Chanaã ſit funiculus hæreditatis Iſraelitarum, ſcilicet, quia ipſi diuiſerunt illa inter ſe per funiculos. Nam poſtquam obtinuerũt eã de manibus Chananęorum, fecerunt in ea decem ſortes per funiculos, ſcilicet, nouem ſortes pro nouẽ tribus, & vnam pro dimdia tribu Manaſſe, vt coligit Ioſue. 15. vſque ad viceſimum. Alię autem duę tribꝰ, & dimidia, ſcilicet, tribus Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manaſſe, acceperunt poſſeſſionem extra terrã Chanaan in terra duorum regum Amorrhęorum ad Orientem Iordanis. Num. 32. & Ioſue primo.

Quomodo puniebat Deus Gentiles. Quæſt. XXII.

QVAERITVR vlterius circa id, quod ſupra dicitur, ſcilicet, quòd iudicia Dei ſunt in vniuerſa terra, ideſt, quòd Deus infliget pœnas Iſraelitis pro peccatis, & etiam alijs gentibus, quomodo Deus puniebat Gentiles, cum illi non eſſent ſubiecti legi eius. Etiam quia Deus ſolum dicebatur punire peccata Iſraelitarum, vt colligitur Deut. 6. ſcilicet, Non ibitis poſt deos alienos cunctarum gentium, quæ in circuitu veſtro ſunt, quoniam Deus æmulator Dominus Deus tuum in medio tui. Ideſt Deus non æmulatur inter alias gentes, ſed ſolum in medio tui, ideſt, in Iſraelitis. Sic etiam patet Amos. 3. ſ. Tantum modo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ. Iccirco viſitabo ſuper vos omnes iniquitates veſtras, quaſi dicat, quia ſolum cognoui vos ex omnibus cognationibus terræ, ſolũ viſitabo peccata veſtra, & non aliarum gentium. Reſpondendum eſt, quòd Deus puniebat Iſraelitas pro peccatis, & omnes alias gentes, & tamen magis puniebat Iſraelitas, quàm reliquas gentes, & ſic dicebantur iudicia ſua ponere in vniuerſa terra, ideſt, pœnas dare ſuper omnes homines habitantes in terra. Conſiderandum tamen circa hoc, quòd quædam erant peccata, eo qꝰ ſecundum ſe mala erant, aut ſecundum naturam, etiã nulla lege exiſtente, alia erant peccata ſolum inquãtum erant contra aliquam legem poſitam a Deo. Accipiendo ſecundo modo, Deus non puniebat peccata Gentilium, quia ipſi nunquam peccabant in tranſgreſſione legis Dei, quia licet facerent contra illam non peccabant, quia non obligabantur ſeruare illam, ſed ſoli Iudæi: ideo ipſi ſoli puniebantur in peccatis contra legem. Accipiendo primo modo dicendũ, quòd quædam erant peccata ſecundum naturam, quæ erant contra Deum, vt idolatria, & blaſphemia, & alia contra proximum, vt homicidium, furtum, fornicatio, & ſimilia. Loquendo de primis dicendum, quòd Deus puniebat Gentiles pro peccatis idolatriæ aliquantulum, ſed non nimis. Et ratio huius eſt, quia licet naturaliter homines cognoſcant Deum eſſe, & quòd idola non ſunt dij, tamen non tam manifeſtè cognoſcebatur Deus nec tam manifeſta erat offenſa, quæ fiebat contra ipſum, ſicut offenſæ, quæ fiebant contra proximum. Ideo pro talibus peccatis paruæ pœnæ inſligebantur Gentilibus a Deo. Et etiam raro infligebantur. Quod patet, quia omnes gentes colebant idola, & tamen Deus nunquam deleuit aliquam gentẽ propter hoc, quia aliàs debuiſſet omnes delere. Et tamen deleuit Deus aliquam gentem pro alijs peccatis, vt pro quibuſdam ſpeciebus luxuriæ, & pro ſimilibus, & ſic intelligitur, quod habetur Deuteronom. 6. Non ibitis poſt deos alienos cunctarum gentium, quæ in circuitu veſtro ſunt, quoniam Deus æmulator Dominus Deus tuus in medio tui. Et ſic vult, quòd quãtum ad pactum idolatriæ Deus ſolum erat æmulator, vel principaliter inter Iſraelitas, quàm inter alias gentes. Si autem eſſent peccata contra proximum, Deus puniebat illa inter alias gentes, ſicut inter Iſraelitas. Sic enim fuit de peccato Sodomorum. Nam ſubuerſæ ſunt quatuor ciuitates incendio cęleſti. Gen. 19. & Deutero. 29. Sic etiam Deus intulit multas alias pœnas Gentilibus pro ſimilibus peccatis. Nam deleuit Deus Chananæos pro illicita libidine, vt colligitur Leuitic. cimooctauo. cum ponuntur abuſus, qui poſſunt fieri in libidine, & poſtea ſequitur: Omnes enim execratio nes iſtas fecerunt accolę terræ, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam. Cauete ergo ne, & vos ſimiliter euomat cum paria feceritis, ſicut euomuit gentem, quæ fuit ante vos. Et in his peccatis pauca differentia eſt in punitione Iſraelitarum, & aliarum gẽtium. In punitione autẽ pro peccato idolatriæ magna differentia erat, quia Iſraelitæ maximæ puniebantur pro peccato idolatrię. Aliæ autem gentes modicum puniebantur pro peccato idolatriæ, & multum pro peccatis, quæ erant contra proximum. Nec tamen eſt intelligendum, quòd nunquam punirentur Gentiles pro idolatria, quia aliquando pro idolatria, & alijs ſuperſtitionibus occidebantur multi de Gentilibus. Sic patet Deuteronom. decimooctauo cũ dicitur quòd Iſraelitæ non luſtrarent filios per ignem, nec obſeruarent ſomnia, nec eſſent malefici, incantatores, & diuini, & inquirẽtes veritatem a mortuis, & ſequitur: Omnia hæc abominatꝰ Dominus, & propter huiuſmodi ſcelera deleuit eos in introitu tuo. Et ſic ſuperſtitiones Gentilium fuerunt aliqua cauſa, vt ipſi Chananęi expellerentur de terra. Punit ergo Deus in Gentiles omnia peccata, quæ naturaliter iudicantur eſſe peccata, licet magis illa, quæ ſunt contra proximum, quàm ea, quæ ſunt contra Deum. Ad primam rationem, quę habetur Deuteronom. 6. Dicendum, quòd illud intelligendum eſt de peccato idolatriæ ſolum, vt patet ibidem, & in illa magis puniebantur Iudæi, quàm Gentiles. Et tamen aliquo modo puniebantur Gentiles, vt patet Deuteronom. decimooctauo. Ad ſecundum, quod habetur Amos tertio, dicendum, quòd intelligitur de peccatis, quæ erat tranſgreſſio legis a Deo poſitę. Et in iſtis ſolum peccabant Iudæi, & ipſi ſoli puniebantur, eo quòd non poterat aliquis peccare in legem niſi obligaretur ad ſeruandum illam. Et tamen non obligabantur Gentiles ad legem ſeruandam, vt ſupra dictum eſt. Quòd autem intelligatur de hoc, patet in eadem auctoritate, quia dicitur tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terrę, quod intelligitur de datione legis, quæ ſolum data eſt Iudæis, vt patet Pſal. 147. ſcilicet: Qui annunciat verbum ſuum Iacob iuſtitias, & iudicia ſua Iſrael: non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Si tamen intelligatur de peccatis, quæ ſunt peccata iudicio naturali, non poteſt ſtare, quia Deus iſto modo non ſolum cognouit Iudęos, ſcilicet, dando eis legem naturalem, ſed etiam omnes alias gentes: nam omnibus gentibus data eſt lex naturæ, quæ eſt ſcripta in mentibus eorum, vt patet ad Ro. 2. ſcilicet: Cum enim gentes, quę legẽ non habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciũt, eiuſmodi legem non habentes ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimoniũ reddente illis conſcientia ipſorum. Et ſic puniuntur Gentiles pro peccatis, quæ ſunt contra legem naturę, cum ipſi habeant legem naturę ſcriptam in cordibus ſuis.

Ioſephus primo Antiqui. dicit, quòd a tẽpore Moyſi vſque ad tempus, quo ipſe deſcribebat librum illum fuerunt quaſi duo millia annorum, & fuit Ioſephus tempore deſtructionis Ieruſalem per Romanos: nã ipſe fuit vnus de duobus Iudęorum, qui pugnauerũt contra Romanos, quod patet in lib. eiuſdem Ioſephi de bello Iudaico. Et tamen a tempore quo iſtud pactum fuit inter Deum, & Abraham fluxerunt pluſquam quadringenti anni vſque ad dationem legis, quod patet, quia die qua factum eſt iſtud pactum, dixit Deus ad Abraham. Scito prænoſcens, quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua quadringentis annis, & affligent eos. Generatione autem quarta reuertentur huc Gene. decimoquinto. Et ſic completi fuerunt iſti quadringenti anni in exitu de Aegypto, & tamen lex data eſt in deſerto poſt exitum de Aegypto anno primo egreſſionis mẽſe tertio. Exodi decimonono. ideo fuerunt ſecundum computationem Ioſeph a pacto iſto vſque ad deſtructionem Ieruſalem quaſi duo millia, & quadringenti anni. Et iſtud eſt tempus, quo durauit pactum. Secundo modo accipiendo dicetur, quòd iſtud pactum factum eſt in ęternum, ſcilicet, quòd Deus intendebat conſeruare vſque ad finem ſęculi iſtud pactum. Et tamen propter peccata Iudęorum occidẽdo Chriſtum, & perſequendo ſequaces ſuos, diſperſi ſunt omnes Iudæi de terra Chanaan, nunquam ad illã redituri. Si tamen non peccaſſent Iudęi, dato quòd Chriſtus veniſſet, & data fuiſſet lex noua, manſiſſent ſemper in terra Chanaan, & recepiſſent legem Chriſti, & habuiſſent inter alios Chriſtianos quandã excellentia, ſcilicet, quia de ſemine illorum fuerat Chriſtus. Et etiam, quia ipſi fuerant primi principes fidei cum Apoſtoli eſſent Iudæi, qui vocantur principium creaturę Dei, ſcilicet, in introducendo fidem. ad Roma. nono. Vtroque modo poteſt intelligi. Et tamen Iudęi fortè quando dicebant iſtud pactum eſſe ſempiternum: intelligebant, quòd ſemper realiter duraturum eſſet: nam neſciebant, quòd aliqua peccata euenirent, propter quæ interrumpere tur.

An pactum de dando terram Chanaan fuerit ſempiternum. XXIII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic: Recordamini pacti eius in ſempiternum. In quo ſignificat, quòd pactum illud de dando Iudæis terrã Chanaan durauit in ſempiternum. Sed falſum eſt, quia iam non poſſident terram Chanaan nec poſſederunt eam poſt deſtructionem Ieruſalem per Romanos. Nam tunc fuerunt diſperſi omnes Iudęi ſuperſtites per totum orbem. Reſponderi poteſt multipliciter: vno modo, quòd iſtud pactum fuit in ſempiternum, ideſt in longum tempus, ita, quòd non durare debebat verè in ſempiternum, vel vſque ad finẽ ſęculi, ſed aliquo longo tempore, quod in Scriptura vocatur ſempiternum, vel ęternum. Alio modo poteſt intelligi, quòd iſtud pactum fuit ad hoc, quòd verè duraret in ſempiternum, ideſt, vſque ad finem ſęculi. Et tamen fuit impeditum iſtud propter peccata Iudæorum. De primo patet, quia ſi aliquis ſeruus de genere Hebræorum nolebat exire liber anno. 7. remiſſionis propter vxorem, & filios, perforabatur auris eius, & manebat ſeruus in ęternũ Deu. 15. Manifeſtũ eſt tñ, qꝑ iſta ſeruitꝰ nõ poterat durare ququaginta annis. Nam omnes, qui eſſent ſerui qualitercunque, durn tamen eſſent de ſtirpe Iudęorum fiebant liberi in Iobelęo, qui erat de qnquaginta in quinguaginta annos, vt patet Leui. 25. Sic ergo poterit hic vocari ęternum aliquod tempus, quamquàm non ſit valde magnum. Et dicetur, quòd iſtud fuit tempus ex quo factum eſt iſtud pactum vſque ad vltimam deſtructionem Iudæorum per Romanos. Nam toto tempore medio, manſerunt Iſraelitæ in terra Chanaan, Et quamquàm ducti fuerunt in captiuitatem Babyloniam, & alij in Aſſyrios. Tamen adhuc durabat pactum illud, quia poſtea redierunt, qui erant in captiuitate Babylonis in terram Chanaan, & poſſederunt eã vſque ad deſtructionem per Romanos. Poſtea autem non reuerſi ſunt Iudęi in terram ſuam: nec iam vnquam reuerſuri ſunt, ideo pactum iſtud intelligebatur vſque ad deſtructionem per Romanos, & vocatur iſtud pactum ſempiternum, quia durauit quaſi duobus millibus annorum, immo pluribus. Nã

An pactum, quod fecit Deus cum Abraham, durauit in mille generationes. Quæſt. XXIIII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd iſtud pactum, quòd Deus fecit cũ Abrahã de dando ſibi terram Chanaan durauit in mille generationes. Aliquis dicet, quòd iſtud verum eſt, & per hoc habebitur limitatio ad id, quod dicebatur, ſcilicet, quòd debebat pactum iſtud durare in ſempiternum, & intelligitur in ſempiternum, ideſt in mille generationes. Dicendum tamen, quòd hoc non ſtat, quia ſecundum veritatem non durauit iſtud pactum per mille generationes, quia ad plus durauit per duo millia, & quadringentos annos ſecundum computationem Ioſephi, vt declaratum eſt præced. quæſtione, licet pauciores ſint ſecundum computationem Pauli Oroſij libro de Ormeſta mundi, quia vix accedunt ad duo millia. Sed quidquid ſit non poterant eſſe milles generationes in tam paucis annis, immo nec in decem millibus annorum, quia vna generatio eſt tempus, quod intercidit inter illud tempus, quo aliquis genuit filium, & tempus quo moritur, & ſic computantur generationes Geneſ. quinto. Et ſic rationabiliter computando vnam generationem cum alia eſſet quælibet ſaltem viginti annorum. Nam ſi aliqua eſt parua alia eſt magna. Et hoc modo mille generationes durarent per annos ſaltem viginti millia. Nam interdum vna generatio durat centum annis, vel plus, vt patet Geneſ. decimoquinto, vbi quatuor

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuor generationes durauerunt quadringentis annis cum dicitur. Scito præno ſcens, quòd futurum ſit peregrinum ſemen tuum in terra non ſua quadringentis annis, & affligent eos, generatione autem quarta reuertentur huc. Et ſic quælibet generatio durauit annis centum. Et tamen non fuerunt niſi quatuor viri, per quos computantur iſtę quatuor generationes, vt declaratum eſt eodem capit. dicendum ergo, quòd non ponuntur hic mille generationes ad ſignificandum aliquam durationem certam, qua durauerit pactum iſtud, ſed ponitur numerus certus pro incerto, ſcilicet, quòd deberet durare in mille generationes, ideſt, in multas generationes. Et hoc verum eſt, quia multis generationibus durauit. Nam ponuntur ab Abraham vſque ad Chriſtum generationes quadraginta duæ, & omnibus iſtis durauit iſtud pactum, & inſuper pluribus, quia a natiuitate Chriſti vſque ad deſtructionem Ieruſalem per Romanos trã ſierunt aliquæ generationes, cum fuerint anni quaſi ſeptuaginta quinque, vel plures. Quòd autem fuerint generationes quadraginta duę ab Abraham vſque ad Chriſtum, patet Mat. primo. Similis autem modus loquendi eſt in Scriptura ſępe, cum ponitur numeras certus pro incerto, vt patet Geneſ. 31. Cum dixit Iacob ad Laban. Decepiſti enim me per decem vices. Et tamen manifeſtum eſt, quòd non decepit eum decem vicibus, ſed ſolum bis, vel ter, vt patet eo. lib. capitu. 30. Sic etiam dicitur Geneſ. quarto. Septuplum vltio dabitur de Cain. De Lamech verò ſeptuagies ſepties. Et tamen non eſt verum, quòd ſeptuagies ſepties grauius puniendus eſſet ille, qui occideret Lamech, quàm puniretur ipſe Lamech pro occiſione Cain. Sic etiam dicitur. Matthę. 18. cum quæſiuit beatus Petrus, Domine quoties peccabit in me frater meus, dimittam ei vſque ſepties? Dicit illi Ieſus. Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. Et tamen non poteſt ibi poni pro numero certo, quia tunc non teneretur aliquis dimittere fratri ſuo rancorem niſi vſque ſeptuagies ſepties. Et tamen falſum eſt, quia ſequeretur tunc, quòd aliquãdo poſſet quis habere fratrem ſuum exoſum, & non teneretur parcere ei, ſcilicet, poſtquam iam pepercíſſet ſeptuagies ſepties, ſed iſtud abſurdum eſt, & contra totam Euangelicam poſitionem, cum teneamur diligere inimicos noſtros, & benefacere his, qui oderunt nos. Matth. quinto. Accipitur ergo ſeptuagies ſepties pro multoties, vel ſemper, & ſic eſt hic de mille generationibus, quæ ſignificant multas generationes, licet non ſint mille.

An Deus iurauerit Iſaac obſeruare iſtud pactum.
Quæſt. XXV.

QVAERITVR vlterius quomodo dicit hic, quòd Deus iurauit ad Iſaac obſeruare iſtud pactum de dando Iſraelitis terram Chanaan. Nam non iurauit hoc, ſed ſolum promiſit. Iuramentum autem factum fuerat ipſi Abrahæ, vt patet Geneſ. vigeſimoſexto. cum dicitur: Ne deſcẽdas in Aegyptum, ſed quieſce in terra quam monſtrauero tibi. Tibi enim dabo terram hanc complens iuramentum, quod ſpopondi Abraham patri tuo. Et non reperitur aliquis alius locus, in quo iurauerit Deus ipſi Iſaac ſuper obſeruatione iſtius pacti. Reſpondendum, quòd Deus non iurauit ipſi Iſaac ſeruare pactum de dando terram Chanaan, ſed obligauit illud ſeruare ſub viribus iuramenti præſtiti Abrahæ. Nam dicitur tibi dabo omnes regiones has complẽs iuramentum, quod ſpopondi Abraham patri tuo. Nihil tamen magis eſt, quod aliquis iuret expreſſe ſuper aliqua re, vel quòd promittat illam rem ſeruare ſub virtute iam præſtiti iuramenti. Et iſtud obſeruatur in iudicialibus, & etiam in vniuerſitatibus. Nam cum incępta eſt aliqua cauſa, & iurauit quis ſuper vno articulo, non cogitur iurare ſuper reliquis ſpecialiter, ſed ſub virtute iam præſtiti iuramenti quæritur ab eo de dicenda veritate. Ita ergo quamquàm non iurauerit Deus ipſi Iſaac ſuper obſeruatione pacti, quia tamen iurauerat Abrahæ, & ſub virtute illius præſtiti iuramenti nunc promiſit Iſaac obſeruare illud pactum, dicebatur iurare ſuper illo.

Cum eſſent pauci numero, parui, & coloni eius. Et tranſierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum. Non dimiſit quemquam calũniari eos, ſed increpauit pro eis reges. Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Cantate Domino omnis terra, annunciate ex die in die ſalutare eius. Narrate in gentibus gloriam eius, & in cunctis populis mirabilia eius. Quia magnus Dominus, & laudabilis nimis, & horribilis ſuper omnes Deos. Omnes enim dij populorum idola: Dominus autem cœlos fecit. Confeſſio, & magnificentia coram eo, fortitudo, & gaudium in loco eius. Afferte Domino familię populorum, afferte Domino gloriam, & imperium, date Domino gloriam nomini eius. Leuate ſacrificium, & venite in conſpectu eius, & adorate Dominum in decore Sancto.

Cum eſſent pauci numero. Iſtud non refertur ad præcedentem ſententiam, ſed ad inferiorem, ſcilicet, quòd quamquàm Iſraelitæ pauci eſſent, quibus promiſſa fuit terra Chanaan, tranſierunt de gente in gentem, & nemo auſus eſt nocere eis. Et dicitur pauci numero, quia quando facta eſt promiſſio iſta Abrahę ſolus ipſe erat. Nam nondum erat natus Iſaac, quod patet, quia promiſſio facta eſt Geneſ. dicimoterti o, & decimoquinto. Et Iſaac natus eſt Geneſ. vigeſimo primo. Si autem intelligatur de tempore, quo erant peregrini in terra Chanaã pauci erãt, ſcilicet, Abrahã, & Iſaac, & filij Iſaac Eiau, & Iacob, de hoc ad Hebręos vdecimo dicitur. Fide Abraham moratus eſt in terra repromiſſionis tamquam in aliena, in caſulis habitãdo cum Iſaac, & Iacob cohęredibus repromiſſionis ipſius. Si autem intelligatur de tempore, quo deſcẽdit Iacob in Aegyptum pauci erant: nam ſolum erãt ſeptuaginta animę computando filios, & filias parui los, & magnos. Geneſ. quadrageſimoſexto, & Exo. primo. Si autem intelligatur de tempore, quo exierunt Iſraelitæ de Aegypto, quamquàm tunc videantur multi eo, quòd erant ſexcenta millia virorum Exodi duodecimo, tamen non erant multi reſpectu aliarum gentium, quia omnibus alijs populis in multitudine minores erant Deuteronom. ſeptimo, ſcilicet: Nõ quia cũctas gẽtes numero vincebatis vobis iũctus eſt Dominus, & elegit vos, cum ſitis omnibus populis pauciores. Sed quia dilexit vos Dominus, & cuſtodiuit iuramẽtum, quod iurauit patribus veſtris.

Parui.

Parui. Ideſt, etiam erant parui iſti Iudæi quibus facta eſt promiſſio, & non intelligitur parui corpore, ſed parui viribus, quia non habebant multos adiutores, nec famulos ad ſubijciendam ſibi terram illam.

Et coloni eius. Ideſt non erant iſti quibus promiſſa eſt terra indigenę, ſiue oriundi de terra illa, ſed erant coloni, ideſt, habitantes in terra, qui aliunde venerãt ad habitandum: ideo alia litera habet hic, & aduenæ eius, vbi dicitur hic, & coloni eius. Sic etiam vocabantur aliquæ ciuitates colonię Romanorum, quia Romani accipientes illas de manibus hoſtium mutabant habitatores eorum, & ponebant viros venientes de alijs locis ad habitandum in illis. Et ſic eſt quędam ciuitas, quæ vſque hodie Colonia appellatur, ponuntur omnia iſta ad ſignificandum diuinam operationem, & propter eius laudem, ſcilicet, quia ſi Hebræi, quibus promiſſa fuit terra Chanaan, fuerint viri multi, & potentes, & oriundi de terra illa: non fuiſſet difficile, quòd ipſi efficerentur Domini terræ illius, cum tamen eſſent pauci numero, & parui viribus, & non eſſent oriundi de regione illa, non erat poſſibile, quòd ipſi obtinerent terram viribus ſuis. Obtinuerunt tamen illam, ideo oportet, quòd opera Dei obtinuerint illam, & iſtud eſt ad laudem Dei. Alia litera habet cum eſſent numero breui, pauciſſimi, & incolę eius, & idem eſt, qa erant in numero breui. i. in paruo numero, quamquàm breuis magis ſignificat quantitatem continuam, quàm diſcretam. Et cum dicitur pauciſſimi melior litera eſt, quàm iſta, quę dicit parui, quia pauci ſignificat numerum, & paruus ſignificat quantitatem continuam. Alia litera habet cum eſſent viri pauci, & modici, & aduenę in ea, & idẽ eſt. Nam erant viri pauci, ſicut hic dicitur, & erant modici, ideſt, parui viribus, & erant aduenę in ea, ideſt, aduenę in illa terra, quam Deus eis promittebat, & illud declarat literam iſtam in qua dicitur, & coloni eius, ideſt, habitatores peregrinãtes.

Et tranſierunt de gente in gentem. Etiam iſtud dicitur ad laudem Dei, ſcilicet, quòd cum Iſraelitæ eſſent pauciſſimi, & tranſirent de gente in gentem, Deus non permiſit, quòd quiſquã noceret eis. Et iſtud erat mirabile, quia gentes extraneę ſolent nocere peregrinis tranſeuntibus per terram ſuam, cum non habeãt auxiliatorem. Iſtis tamen nullus nocuit cum tranſirent de gente in gentem, quamquàm pauci eſſent.

Et de regno ad populum alterum. Repetitio ſententię eſt, quia qui tranſit de gente in gentem trãſit de vno regno in alterum, vel de populo vnius regni tranſit ad populum alterum. Iſta tamen repetitio ſępe fit hic, ſicut in canticis. Nam iſtud canticum eſt. Et poteſt hoc intelligi de Abraham, qui tranſiuit de gente in gentem. Ipſe enim eſt primus eorum quos Deus elegit. Et tranſitus ſuus primus fuit de Vr Chaldęorum, quæ erat terra natiuitatis ſuę, in qua Chaldęi perſequebantur eum, & patrem ſuum, & cognationem ſuam. Vnde ipſe dicitur liberatus de Vr Chaldęorũ Geneſ. decimoquinto. Et venit inde in Meſopotamiam Sytię cum Thare patre ſuo, & fratre ſuo Nachor, & tota domo patris ſui: manſitque ibi vſque ad mortem patris ſui Thare Geneſ. vdecimo. Mortuo autem Thare dixit Deus Abrahæ, quòd egrederetur de terra ſua, & de domo patris ſui, & iret in terram Chanaan quam monſtraret ei, & ibi benediceret illi Geneſ. 12. Et tunc deſcendit Abraham in terram illã Poſtea autem vrgente fame in terra Chanaan deſcendit Abraham in Aegyptum, manſitque ibi aliquã to tempore, quando timuit, quòd Aegyptij occiderent eum propter vxorem ſuam. Et dixit ei, quòd vocaret ſe ſororem ſuam, & accepta eſt a Pharaone, & poſtea reddita Abrahæ cognito, quòd eſſet vxor eius eodem capitu. Iterum etiam vrgente fame deſcendit Abraham in terram Gerare vbi erat Abimelech, & Sara vocauit ſe ſororem Abrahæ, & accepta eſt a rege: Geneſ. vigeſimo. Sic etiam fuit de Iſaac. Nam ipſe peregrinatus eſt deſcẽdens de terra habitationis ſuę in terram Paleſtinorum Geneſ. 26. Iacob autem peregrinatus eſt primo vadens de terra Chanaan in Meſopotamiam: Geneſ. vigeſimo octauo habitauitque ibi magno tempore, ſcilicet, per viginti annos quouſque habuit vxores, & greges Geneſ. 31. Deinde redijt de Meſopotamia in terram Chanaan, & peregrinatus eſt per diuerſa loca: tandem cum eſſet anno rum centum, & triginta deſcendit in Aegyptum cũ tota domo ſua, ſcilicet, cum ſeptuaginta animabus Geneſ. quadrageſimoſexto, & Exo. primo. Deinde Iſraelitæ poſt annos multos cum multiplicati eſſent, & oppreſſi ab Aegyptijs educti ſunt a Domino, & venerunt in terram Chanaan.

Non dimiſit quenquam calumniari eis. Ideſt, quãquàm tranſirent per diuerſa regna, & ſępe non permiſit, quòd aliquis noceret eis, quamquàm multi deſiderabant illis nocere, & accipere bona ipſorum.

Et corripuit pro eis reges. Ideſt Deus puniuit aliquos reges pro Iſraelitis, ſcilicet, quia nocere volebant eis, & Deus hoc volebat euitare. Alia litera habet non reliquit hominem nocere eis, & idem eſt, quòd non reliquit calumniari. Et iſtud apparet, quia ſępe voluerunt aliqui nocere iſtis, & non potuerunt. Patet de Abraham, quia viri de Vr Chaldęorum voluerunt nocere Abrahæ, & cognationi eius. Liberauit autẽ inde Deus Abraham, Geneſ. decimoquinto. Etiam quando deſcendit in Aegyptum propter famem terræ Chanaan, rex Aegyti accepit Saram vxorem ſuam in vxorem. Et tamen antequam cognoſceret eam Deus percuſſit illum, & totam domum ſuam plagis magnis, & reuelauit Pharaoni, quòd eſſet vxor Abrahę. Et tunc Pharao dimiſit illam: Geneſ. duodecimo. Etiam Deus increpuit quatuor reges pugnantes contra vrbes Sodomorum propter Abrahã. Nam quatuor illi reges pugnauerunt contra quinque reges Sodomorum, & obtinuerunt, duxeruntque illos captiuos, & cum eis Loth habitantem in Sodomis, qui erat conſobrinus Abrahæ, & tunc Abrahã armauit familiam ſuam ad pugnandum contra quinque reges, & Deus tradidit eos in manus eorum: acceperunt que cunctam prædam, quam illi tulerant de Sodomis. Geneſ. decimoquarto. Iterum etiam Abrahã deſcendit in terrã Philiſthinorum, morabaturque in Gerara apud regem Abimelech: vocauitque vxorem ſuam ſororem, quam accepit Abimelech, ſed Deus concluſit omnem vulu am domus Abimelech, & apparuit per noctem ipſi Abimelech iubens, quòd redderet vxorem viro ſuo, alioquin moreretur Geneſ. vigeſimo. Idem fuit de Iſaac, quando deſcendit in Geraram. Nam Philiſthini conabantur nocere ei, & quando ipſe fodiebat puteos aquarum Gerarię rixabantur dicentes, noſtra eſt aqua, quoadúſque receſſit ab eis Iſaac, & multiplicatus eſt nimis in diuitijs: tunc timuit eum nimis Abimelech rex Gerarę, & iuit ad componendum cum eo fœdus, dicens. Vidimus tecum eſſe Dominum, ideo diximus. Sit iuramentum inter te, & nos, ne quidquam mali facias nobis. Gen. vigeſimoſexto. Sic etiam fuit de Iacob. Nam Eiau frater ſuus minabatur ei ad mortem, quia ſurripuerat ei benedictionem paternam. Geneſ. vigeſimoſeptimo. Et poſtea in reditu de Meſopotamia in terrã Chanaan egreſſus eſt Eſau cum quadringentis viris armatis, & timebat eum nimis Iacob. Deus tamen flexit Eſau ad miſericordiam, vt non noceret fratri ſuo.

Universidad de Deusto Biblioteca

suo. Geneſ. trigeſimoſecundo, & trigeſimotertio. Poſtea autem habitauit apud Sichem, & filij ſui occiderunt in dolo omnes Sichimitas propter ſororem ſuã quam filius regis ſtuprauerat. Et congregati ſunt tunc omnes habitatores vrbium vicinarum, vt venirent ad delendum Iacob, & domum ſuam: ſed tunc Deus immiſit timorem magnum ſuper oẽs illas gentes, & non auſæ fuerunt perſequi Iacob, & filios ſuos recedentes Geneſ. trigeſimoquinto. Sed ante hoc cum Iacob moraretur in Meſopotamia in domo Laban, voluit Laban per fraudem accipere mercedem eius, ſed Angelus Domini reuelauit ipſi Iacob in ſomnis qualiter facere deberet de gregibus ad hoc, quòd naſcerentur oues illius coloris cuius ipſe volebat eos naſci. Geneſ. trigeſimoprimo. Poſtea etiam fugit Iacob de Meſopotamia cum omnibus rebus ſuis ignorante Laban, Et perſecutus eſt eum Laban ſeptem diebus inuenitque in monte Galaad. Sed præcedẽti nocte apparuerat Deus per ſomnium ipſi Laban, & terruit eum, iuſſitque, vt nihil durè loqueretur contra Iacob. Geneſ. trigeſimoprimo. Poſtea etiam deſcendit Iacob cum tota domo ſua in Aegyptum, & mortuo ipſo rex Aegyptiorum voluit opprimere nimis Iſraelitas, & oppreſſit magno tempore, ſed poſtea Deus corripuit regem, & Aegyptios propter Iſraelitas, ſcilicet, infligendo decem plagas grauiſſimas. Et ad extremum ſubmerſit regem, & exercitum eius in mari rubro tranſeuntibus Iſraelitis pede ſicco, vt patet Exod. ſeptimo vſque ad decimũquintũ. Poſtea etiam cum tranſirent per deſertum voluerunt Amalicitæ pugnare contra Iſrael, & pugnauerunt contra Iſrael. Deus tamen percuſſit Amalecitas per manum Ioſue. Exod. decimoſeptimo. Sic etiam fuit de Chananæo rege Arad, contra quem pugnauerunt Iſraelitæ, & deleuerunt vrbes eius. Nu. vigeſimoprimo. Sic etiam fuit de Sehon, & Og regibus Amorrhæorum, quos Iſraelitæ occiderunt Deuteronom. ſecundo, & tertio. Sic etiam de omnibus regibus Chananæorum. Nam triginta, & vnũ reges per varias clades occiderunt, Ioſue duodecimo.

Nolite tangere Chriſtos meos. Iſta verba ſunt Dei, & diriguntur ad Gentiles, qui volebant nocere Iſraelitis. Et dicit eis: Nolite tangere Chriſtos meos, ideſt, Iſraelitas ſeruos meos. Chriſtus in Græco ſignificat vnctum, & pertinet ad reges, & ad Sacerdotes, qui vngebantur oleo ſacro. Et dicitur iſtud nunc de omnibus Iſraelitis ad ſignificandam dignitatem ipſorũ, ſcilicet, quia Deus habebat eos tamquam reges, vel Sacerdotes. Sic enim Deus dixit eis, quando dedit legem: Mea eſt omnis terra, ſed vos eritis mihi in regnum Sacerdotale de cunctis populis Exo. decimonono.

Et Prophetis meis nolite malignari. Etiam ſunt verba Dei ad Gentiles, ne nocerent Iſraelitis quando tranſirent per terram ſuam. Et dixit. Nolite malignari, ideſt, inique agere contra Prophetas meos, & vocauit omnes Iſraelitas Prophetas ad exprimendam dignitatem eorum. Nam Prophetæ habent ſpecialem collocutionem cum Domino, & reuelat eis myſteria, quæ non reuelat alijs hominibus. Ita erat de Iſraelitis reſpectu aliarum gentium, quia quandocunque ipſi volebant, Deus reſpondebat eis per Sacerdotes, & Prophetas. Alijs autem gentibus non reſpondebat, & ob hoc Moyſes laudauit Iſraelitas, dicens. Nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut adeſt Dominus cunctis obſecrationibus noſtris. Deuteronom. quarto. ſic etiam dixit Core, quando inſultabat Moyſi, & Aaron, Omnis populus ſanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus, cur eleuamini ſuper populum Domini? Nume. decimoſexto. Quaſi dicat, non oportet, quòd vos erigamini ſuper alios in ſanctitatem ſpecialem, vel collocutionem ad Deum, quia omnis populus eſt ſanctorum, ideſt, omnes de populo ſunt ſancti, & in ipſis eſt Deus, ſcilicet, ſpecialiter ſibi colloquendo. Hic finit iſte primus Pſalmus in quo exhortabatur Dauid Iſraelitas, vt laudarent Deum, & incipit ſecundus Pſalmus. Et tamen in ſpalterio multo plura ſunt. Nam ponitur de deſcenſu Ioſeph in Aegyptum, & exaltatione eius, & de afflictione Iſraelitarum manentium in Aegypto, & de plagis inflictis Aegyptijs propter eos, & de liberatione eorum inde, & tranſitu in terram Chanaan.

Cantate Domino. Hic ponitur ſecundum huius partis, in quo totus orbis ad laudandum Dominum perſuadetur. Et dicitur.

Cantate Domino omnis terra. Ideſt laudate eum, ſcilicet omnes, qui in terra ſunt, poſſunt cognoſcere operationem Dei ſuper ſe, quia ipſe, qui gubernat eos, dat vitam, & punit pro malis. Et iſtud naturaliter cognoſci poteſt, quia inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt a creatura mundi intellecta conſpiciuntur, ad Rom. primo.

Annunciate ex die in diem ſalutare eius. Ideſt quotidie annunciate ſalutare eius, vel ex die in diem, ideſt, quotidie creſcite in annunciando ſalutare eius. Alia litera habet plus, ſcilicet, Cantate Domino canticum nouum cantate Domino omnis terra. Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annunciate de die in diem ſalutare eius. Hic autem breuius ſcripſit Eſdras, & vocatur ſalutare Dei ſalus, quæ nobis a Deo inducitur. Et quodlibet bonum homini a Deo datum vocatur ſalus eius, quia per illud ſaluatur, ideſt, liberatur a quodam malo. Et eſt ſenſus in hoc, quòd omnes gentes debent laudare Deum propter beneficia generalia, per quæ ſaluantur. Nam Deus dat omnibus eſſe, viuere, & moueri iuxta illud Actuum decimoſeptimo, ſcilicet. Deus eſt in quo ſumus, viuimus, & mouemur: Deus etiam tribuit nobis quotidiana alimenta, ipſe quoq; liberat nos ab omnibus aduerſitatibus, in quas quotidie incidere poſſemus, niſi ipſe impediret eas dando cuilibet Angelum ſuum, qui in his auxiliatur ei iuxta Dei voluntatem. Iſta autem nos debemus annunciare quotidie, vt omnes ſciant, quòd tota vita noſtra, & omne bonum noſtrum pendet a Deo.

Narrate in gentibus gloriam eius. Iſtud dicitur Hebræis, vt ipſi narrẽt gloriam Dei, ideſt, magnitudinem ſuã, propter quam debet eſſe glorioſus inter gentes. gloria enim eſt clara cognitio cum laude, & pertinet ad famam, ſcilicet, quando aliquis vir eſt famoſus, & ab omnibus cognoſcentibus eum laudatur, dicitur eſſe glorioſus, & non debebat narrari iſta gloria inter Gentiles, quia ſi Deus glorioſus erat inter Gentiles, fama ſua erat inter illos, & non oportebat, quòd enarraretur aliquid eis, ſed eſt ſenſus, quòd Deus faceret magnalia, propter quæ eſſet glorioſus ſi illa cognoſcerentur. Et Hebræi, qui cognoſcebant illa, debebant narrare Gentilibus ea. Et ſic narrabant gloriam Dei, ideſt id propter, quod efficeretur glorioſus.

In cunctis populis mirabilia eius. Eadem ſententia eſt, quia mirabilia Dei erãt gloria eius cũ de illis deberet gloriari. Et cum illa narrabantur inter gentes, narrabantur in omnibus populis, & ponuntur hic mirabilia generaliter pro omnibus ſpeciebus miraculorũ: vt declaratum eſt ſupra in quadam quæſtione. *Quia magnus Dominus, & laudabilis nimis.* Subditur cauſa ſuperiorũ, ſcilicet, q̃ Dei mirabilia narrari debeãt inter gentes, ſ. quia magnus eſt, & laudabilis nimis, ideſt dignus

gnus magna laude, ideo iuſtum eſt, vt laudetur. *Terribilis nimis ſuper omnes Deos.* Ideſt, Magis terribilis eſt, quàm Dij gentium. Iſtud etiam ponitur ad laudem eius, nam laus debet dari propter magnitudinem perfectionis. Nam laus eſt ſermo explicans magnitudinem. Apparet autem magnitudo Dei in duobus, ſcilicet, in eo quòd poteſt ſaluare cultores ſuos a malis, & benefacere eis. Et in hoc, quòd poteſt aduerſarios eorum delere, & quoſcunque peccatores punire. Quantum ad primum dicebatur ſupra annunciate ex die in diem ſalutare eius, ideſt, ſalutem, quam omnibus hominibus tribuit. De ſecundo dicitur, Terribilis ſuper omnes Deos, ſcilicet, in infligendis pœnis terribilior eſt, quàm alij Dij. Nam non erat aliquis Deus gentium, qui tam graues, & manifeſtas pœnas infligeret aduerſarijs, ſicut Deus Iſrael. Et hoc cognoſcebant Gentiles. Vnde quando arca Domini venit in caſtra, timuerunt Philiſthini, dicentes: Væ nobis, quis nos liberabit de manu Deorum ſublimium iſtorum? Iſti ſunt Dij, qui percuſſerunt Aegyptum omni plaga, 1. Regum 4. Deus etiam percutiebat omnes vrbes Philiſthinorum plaga magna notorie: nam cum teneretur arca eius in vna vrbe, fiebat ibi plaga magna, & cum exiret de vrbe ceſſabat, & cum ingrederetur in aliam vrbem incipiebat ibi magna plaga, & durabat quandiu manebat ibi arca, vt patet 1. Reg. 5. De Dijs autem gentium non reperiebatur, quòd infligerent tales plagas, ideo erat iſte Deus terribilis ſuper omnes Deos. *Omnes Dij populorum idola.* Hic ſubditur probatio, ſcilicet, quomodo Deus Iſrael eſſet terribilior ſuper omnes Deos, ſcilicet, quia Deus Iſrael erat verus, Deus qui fecerat cœlum, & terram: ideo poterat bonum, & malum facere. Alij autem dij gentium non erant dij, ſed ſolum figuræ poſitæ ad repræſentandum: ideo dicũtur idola, quia Idolum in Græco idem eſt, quod forma, vel figura. Vnde ſpecies viſibilis exiſtens in oculo vocatur idolum. Alia litera habet omnes dij gentium ſculptilia, & idem eſt, quia ſculptilia ſunt ſtatuæ factæ de ligno per dolaturam cauando, & planando, quod eſt ſculpere. Alia litera habet omnes dij gentium dæmonia, & ſic eſt litera communis Pſalterij, ſed melior eſt iſta, ſcilicet, omnes dij gentium idola, vel ſculptilia, quia dæmon in Græco ſignificat ſubſtantiam intelligentem. Et ſic omnes Angeli vocantur dæmones, quia intelligunt. Et hoc modo neceſſe eſt etiã verum Deum eſſe dæmonem, quia ſubſtantia intellectualis eſt. Eſt tamen differentia, quia mali Angeli vocantur cacodæmones. Noluit autem ſignificare hic ſcriptura, quòd dij gentium erant ſubſtantiæ intelligentes, quia per hoc modicum viderentur differre a Deo vero, & etiam tunc poſſent facere bonum, vel malum, quòd ſcriptura non vult, ſed voluit ſignificare quòd dij gentium erant ligna, vel lapides, quibus nullum opus competit, & hoc proprie ſignificatur per ſculptilia, & idola. *Dominus Angelos fecit.* Iſta eſt probatio poteſtatis Dei Iſrael, quaſi dicat. Si Deus Iſrael potuit facere cœlos, a fortiori poterit facere quæcunque alia bona, vel mala: quia nihil videtur maioris poteſtatis eſſe, quàm cœlos facere. Quòd autem Deus feciſſet cœlos, non poterant probare Iſraelitæ, quia non habebant aliquod teſtimonium. Ad hoc tamen ſatis erat eis, quòd fides certiſſima omnium iſtarum erat per libros ſacræ ſcripturæ, quòd Deus feciſſet cœlos. Et hoc ſufficiebat eis ad laudandum eum, & ad perſuadendum Gentilibus, quòd laudarent ipſum. De alijs autem dijs gentium nullus aſſerebat, quòd feciſſent cœlum, & terram. Nam etiam ipſi cultores ſui non aſſerebant hoc, quia nihil credebant eſſe creatum, ſed mundum aſſerebant eſſe æternum, iuxta poſitionem Philoſophorum.

Alph. Toſt. In Lib. I. Paralip.

Confeſſio, & magnificentia coram illo. Confeſſio eſt laus. Magnificentia autem eſt magnitudo ſtatus, ſiue maieſtas. Et vtrunque erat coram Deo. Et poteſt intelligi dupliciter: vno modo de Deo, prout erat in Sanctuario: alio modo de eo, prout eſt in cœlo empyreo. Accipiendo primo modo dicitur eſſe confeſſio coram Domino, quia in Sanctuario ſemper erat laus coram Deo, cum ibi eſſent Leuitæ canentes iugiter, ſicut patet ſupra in litera de Leuitis canentibus coram arca: Erat etiam ibi magnificentia, ideſt, maieſtas: quia locus Dei in tabernaculo erat in magno honore propter excellẽtem apparatum. Nam ibi erant multa vaſa aurea, & argentea, & pulcherrima operimenta, & omnia alia magni pretij, & decoris, quæ oſtendebant excellentiam maieſtatis alicuius ibi exiſtentis. Accipiendo ſecundo modo pro cœlo empyreo etiam verum eſt, quia eſt ibi coram Deo ſemper confeſſio. Nam Cherubim ſemper clamant Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabbaoth, Iſaiæ 6. Et quatuor animalia non habent requiem nocte, & die, clamantia coram Deo, Ezech. 1. & 10. Etiam vigintiquatuor Seniores quos vidit Beatus Ioannes, adorabant Dominum, & laudabant, & Angeli multi in circuitu animalium, & ſeniorum, & erat numerus eorum millia millium dicentium, laus Deo noſtro, & cæt. Apocalyp. 5. Eſt etiam ibi magnificentia, quia ibi eſt Deus in tota maieſtate ſua, & cernitur ab animabus Beatorum. Nec eſt aliquid tam glorioſum videre, aut cogitare quale illud eſt, ſicut dixit Apoſtolus prima ad Corinth. 2. ſcilicet, Scriptum eſt, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Hic tamen accipitur confeſſio, & magnificentia pro illa magnificentia, & confeſſione, quam Deus habebat in templo, quia de illa, quæ eſt in vita æterna raro loquuntur Hebræi. *Fortitudo, & gaudium in loco eius.* Poteſt etiam iſtud exponi, ſicut clauſula præcedens. Nam locus Dei eſt duplex. Vnus eſt in templo vbi ſpecialiter erat ſuper arcam inter alas Cherubim, 2. Regum 6. Et alius eſt in cœlo empyreo: Accipiendo primo modo eſt fortitudo in loco eius, ideſt, templo, quia ibi apparet manifeſtius præſentia eius, & operatio ſua: eo quòd ibi reſpondebat in voce ad quæſita, quod non faciebat in alijs locis. Eſt etiam gaudium ibi, quia omnes qui ibi ſunt gaudent. Nam cantare pertinet ad gaudẽtem. Et quia plurimi miniſtrorum, qui erant in templo cantabant laudes Dei, accipiendo pro cœlo empyreo etiam verum eſt: nam ibi eſt fortitudo in loco Dei, ſ. quia oẽs, qui ibi ſunt fortes ſunt, & nõ ſubijciuntur alicui infirmitati, nec iam erit in eis corruptio, & eſt ibi gaudiũ, quia illi, qui ibi manent in æternum cum Dño gaudebunt, & nunquàm ſuperueniet eis aliqua triſtitia. Eo q̃ abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum ſuorum, & non eſurient, nec ſitient amplius, nec cadet ſuper illos Sol, nec vllus æſtus, quia priora tranſierunt, Apocal. 7. Hic tamen accipiendus eſt primus ſenſus, ſcilicet, pro fortitudine, & gaudio, quod erat in Sanctuario, & neceſſe eſt ſic accipi, vt patet ex alia litera, q̃ hẽt gloria, & decor ante vultũ eius fortitudo, & exultatio in Sãctuario eius, & idem eſt: nã vbi dr̃ hic cõfeſſio, dr̃ ibi gloria: & idem eſt, q̃a confeſſio eſt laus, & ẽt gloria eſt cũ laude, ſ. clara cognitio cum laude, & ponitur ibi decor vbi dr̃ hic magnificẽtia, & idẽ eſt: q̃a magnificentia ſignificat hic maieſtatẽ, & maieſtas cõſiſtit in quodã apparatu excellenti, & pulchro. Et dr̃ fortitudo, & exultatio in Sanctuario eius vbi nos dicimus in loco eius: & idẽ eſt, q̃ Sãctuarium erat locus Dei. Alia lr̃a hẽt cõfeſſio, & pulchritudo in conſpectu eius: ſanctimonia, & magnificẽtia in ſanctificatione eius. Et idẽ eſt, q̃a pulchri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rudo, & decor idem sunt, quòd maiestas, vt supra dictum est, Sanctimonia, & magnificentia ponūtur vbi hic fortitudo, & gaudium. Et ista aliqualiter differūt: nam sanctimonia est quædam sanctitas obseruata in cæremonijs cultus diuini, & ista erat in Sāctuario cum ibi fierent omnes cæremoniæ legis: magnificentia est maiestas, quæ etiam erat in templo, vt dictum est. Et dicitur in sanctificatione eius, ideſt, in templo: quia ibi erat locus sanctus Dei, & non alibi propter specialem præsentiam eius, vel etiam quia ibi sanctificabantur Deo sacrificia, & omnia alia. *Afferte Domino familiæ populorum.* Est sententia imperfecta, quia nō dicitur quid afferre debent, & postea cōpletur cum dicitur. Afferte Domino gloriam, & imperium. Et dicitur familię populorum: quia omnes familiæ, ideſt, cognationes populorum debent laudare Dominum. *Afferte Domino gloriam, & imperium.* Scilicet, Laudate eum dicendo, quòd glorioſus est, & date ei imperium non quidem in re, quia nullus potest Deo dare quicquam: nec etiā ipse bonis nostris indiget, Psal. 15. Bonorum meorum non eges: sed in voce debemus Deo dare imperium, dicendo, quòd Deus habet imperiū super omnes gentes, & ipse facit quidquid vult, & etiam debemus orare per modum desiderij, vt regnum eius maneat in æternum, quamquam necesse sit, quòd maneat etiam si nos non oremus, sed debent fieri tales orationes ad significādum desiderium nostrum circa bonum Dei, quod ipsi Deo acceptum est. Alia litera habet: Afferte Domino gloriam, & fortitudinem: & idem est, quia gloria ponitur vtrobique, & imperium, & fortitudo pro eodem accipiuntur: quia ille, qui imperat fortior est potestate omnibus, quibus imperat. Alia litera habet: Afferte Domino patrię gentium: afferte Domino gloriam, & honorem. Et idem est, quia patriæ gētium idem sunt, quòd familiæ: eo quòd in diuersis patrijs diuersæ familiæ, ideſt, cognationes sunt. Etiam ponitur honor vbi dicitur hic imperium, & ad idem pertinet: quia ille, qui imperat super alios honoratus est. *Date Domino gloriam nomini eius.* Ideſt, Date Deo laudem pro nomine eius, quia debet esse nomen Dei laudatum a nobis. *Leuate sacrificium, & venite in conspectu eius.* Hortabatur supra Dauid Israelitas, & etiā Gentiles ad laudandum Deū in voce. Hic autem hortatur ad laudandum eum in re, & est laus realis, quando quis exhibet reuerentiam alteri. Nam laus proprie est sermo explicans magnitudinem. Interdum tamen magnitudo alicuius significatur per cęremonias exterius sibi exhibitas sine aliquo sermone, sicut cum quis humiliatur coram alio, & facit alias cæremonias. Ita est de Deo, quia siquis sibi exhibet sacrificium laudat eum. Nam sacrificium soli Deo datur, nec fuerunt vnquàm aliqui homines quantumcunque errarent, qui offerrent sacrificium alicui, nisi Deo vero: vel ei, quem ipsi existimarent Deum verum, & sic quando aliquis offerebat Deo sacrificium, manifestè profitebatur illum esse Deum: quia aliàs non offerret ei sacrificium, ideo valde laudabat Deum quicunque sacrificium offerebat. Et dicitur hic leuate sacrificium, ideſt, animal quod debet sacrificari. Nam sacrificium proprie non est, nisi quando animal est immolatum, & fiunt in eo cæremoniæ, quas Deus iussit, & istud non pertinet nisi ad sacerdotes. Hic tamen dicitur gentibus, & omnibus Iudæis leuate sacrificium. Ergo solum intelligitur de animali, quod debet sacrificari. Item patet, quia dicitur, & venite in conspectu eius. Et sic postquàm leuabant sacrificium, debebant venire in conspectu eius. Et tamen falsum est, quia sacrificium non poterat fieri, nisi in conspectu Dei in Sanctuario, & sic accipitur sacrificium pro animali viuente, quod immolandum erat.

Et venite in conspectu eius. Ideſt, Venite ad templum Domini in quo ipse est, quia ibi eritis in conspectu eius. Erat autem modus ad hoc, quòd populares volentes offerre sacrificia, prius eligerent animalia munda, & immaculata ad offerendum, quia non reciperentur animalia munda, nec maculata, Leuitici 22. Nisi esset parua macula, & hoc in quibusdam sacrificijs solum, eodem cap. Deinde separabat volens offerre partem quandam farinæ non habentis furfur, quæ vocatur simila, & quandam partem olei, & vini, & thuris, & salis: quia ista erant libamenta necessaria pro holocaustis, & hostijs pacificis, vt patet Leuitici 2. & Numeri 15. Et ista accipiebantur in mensura certa iuxta modum animalis, quod offerebatur, quia cum quibusdam animalibus offerebatur maior quantitas de istis, & cum alijs minor, vt patet Numeri 15. & ista vocantur libamenta, quæ sunt quædam accessoria, & quasi condimenta sacrificij, & omnia hęc ferebat simul cum animali offerendo viuenti ipse, qui offerre debebat, & introibat in Sanctuarium vsque ad certum locum, & ibi erant sacerdotes, qui suscipiebant istas oblationes, scilicet, ad ostium tabernaculi, vt colligitur Leuitici primo, & in multis alijs locis.

Et adorate Dominum in decore sancto. Consequens est ad præcedentia, scilicet, postquàm aliquis veniebat ad offerendum Domino sacrificium, orabat in templo, dum fieret sacrificium suum per sacerdotes, & tunc dicebatur. Adorate Dominum in decore sancto, ideſt, existentem in templo in magna maiestate, quæ est quidam decor, vt declaratum est. Alia litera habet: Tollite hostias, & introite in atria eius, ideſt, in atrium tabernaculi. Nam Sanctuarium Domini, quod fecit Moyses habebat duas partes, quarum vna erat in circuitu vallata tabulis deauratis, & desuper operta cortinis, & alijs velamentis ex omni latere, & ista vocatur tabernaculum fœderis. Alia pars erat exterior in circuitu tabernaculi habens spatium quadrangulum in longitudine cubitorum centum, & in latitudine cubitorum quinquaginta. Et per loca ista laterum, erant positæ columnæ altitudinis quinque cubitorum, & ex eis pendebant vela de byſſo retorta ad claudendum spatium quadrangulum in medio, intra quod erat tabernaculum, de quo dictum est, & magnum spatium in circuitu eius, quia tabernaculum erat solum in longitudine cubitorum triginta, & in latitudine decem, vt colligitur Exodi vigesimosexto, & ibi declaratum est. Iste circuitus exterior vocabatur atrium tabernaculi, & non habebat aperturam tecti, sed solum in lateribus, & intra illud erat altare holocaustorum, quod non ponebatur intra tabernaculum, & habebat ostium in latere Orientali, & intra illud atrium erant sacerdotes facientes sacrificia, & alias cæremonias. Et quando aliquis popularis volebat offerre sacrificium, introibat in illud atrium vsque ad altare holocaustorum, in quo fiebant sacrificia, & ibi offerebat animal viuens, cum suis libamentis, vt supra dictum est. De his magis declaratum est Exodi decimosexto, & vigesimoseptimo. Vbi ponitur figura tabernaculi, & atrij eius, & ponuntur hic atria pluraliter pro singulari: quia vnicum atrium erat, quia tamen habebat quatuor spatia per quatuor latera in circuitu tabernaculi, vocantur atria pluraliter. Aliquis autem dicet, quòd intelligitur de templo Salomonis, in quo erant quatuor atria, vt declaratum est, 3. Regum 7. Sed non potest stare, quia tempore quo factus est iste Psal. per Dauid, non erat fabricatum templum Salomonis, quia illud fuit fabricatum templum Salomonis, quia illud fuit factū post mortem Dauid, nisi forte diceretur, q̄ illud dixit prophetice, sed nō est satis verisimile. Potius n. credendum

dendum est, quòd inuitaret Iudæos, & omnes gentes ad adorandum Dominum in Sanctuario, quod tunc erat, quàm in illo Sāctuario, quod postea erat factum. Alia litera habet: Adorate Dominum in decore Sanctuarij, vbi dicitur hic adorate Dominum in decore sancto, & illa est clarior, quia sacrificia fiebant in Sanctuario, quod erat pulchrum propter velamenta, quæ habebat in circuitu, & propter Leuitas, qui canebant in Sanctuario cantus iocundos. Sed idem est dici in decore sancto, & in decore Sanctuarij, cum nihil sit, nisi conuerti literam. Alia litera habet: Adorate Dominum in atrio sancto. Et ista adhuc clarior est, quàm omnes aliæ literæ: vocabatur atrium sanctum propter sanctitatem cæremoniarum, quæ ibi fiebāt, & propter munditiam magnam, quia non licebat alicui immundo accedere ad illud, aliàs moreretur vt patet Leui. 15.

An omnes gentes tencantur Deum laudare. Quæst. XXVI.

QVAERITVR vlterius circa ea, quæ dicta sunt hic de laude Dei: cur omnes gentes teneren-
tur laudare Deum. Et videtur, quòd sic, quia dicitur hic, Cantate Domino omnis terra. Et iterum. Afferte Domino familiæ populorū. Afferte Domino gloriam nomini eius. Respondendum, q̄ homo potest obligari Deo dupliciter. Vno modo per legem naturæ, ideſt, ex dictamine naturalis rationis: alio modo ex lege data: Accipiendo secundo modo soli Iudæi obligabātur Deo ad aliquas cæremonias, eo quòd eis solis Deus dederat legem in qua continebantur cæremoniæ cultus eius. Et sic non tenebantur aliqui Gentiles Deo ad aliquid, quia nullus eorum dederat legē, vt patet Psal. 147. ſ. Qui annūciat verbum suum Iacob iustitias, & iudicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Accipiendo primo modo, dicendum est, quòd tenentur omnes gētes Deo ad aliquid. Et istud tenet est duplex, quoddam est ad agendum aliquid, vel cuitādum circa proximos, & aliud est ad agendum aliquid, vel euitandum circa ipsum Deum. De primo dicendum, quòd tenentur omnes homines proximis suis ad subueniendum eis in necessitatibus ineuitabilibus, & in quibusdam alijs, in quibus vident proximos suos propter ignorantiam periculi, vel male se habere, teneretur eis ad consilium, & eruditionem. Sic enim dicitur Ecclesiastici: Vnicuique mandauit Deus de proximo suo. Et istud est propter legem naturalem, quam Deus posuit in conscientia nostra. Ad Roman. 2. scilicet, Cum gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sunt sibi lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium reddente illis conscientia ipsorum. Et secundum istam legem tenentur determinate nullum malum facere proximis. Respectu autem bonorum non tenentur determinate, quia ad quædam bona tenentur, & ad alia non. Et aliquando tenentur, & aliquando non, quia ista est conditio præcepti affirmatiui. Et ad ista tenetur homo homini propter seipsum, eo quòd est sibi similis in specie, & eum diligere tenetur ex similitudine: cum omne animal diligat sibi simile, Ecclesiastici 13. Tenetur etiam maxime homo homini propter Deum, scilicet, quia ipse indidit animæ cuiuscunque hominis legem istam naturalem, secundum quam teneretur ad aliquid proximo suo. Aliud teneri est secundum quod tenemur Deo ad colendum ipsum. Et dicendum est, quòd istud est propter beneficia, quæ ab eo recepimus, & quotidie recipimus, scilicet, beneficium creationis, & gubernationis, & illuminationis in fide, & bonis operibus: Etiam quia ipse est Dominus vniuersalis, & omnes tanquàm serui tenentur ei. Et secundum hoc est quædam virtus, quæ vocatur latria, secundum quam impendimus Deo aliquem cultum, inquantum est sibi debitus sub ratione dominij collatorum beneficiorum. Et ad istam pertinent omnes cæremoniæ cultus diuini. Considerandum tamen est, quòd ista virtus non habet operationes determinatas secundum naturam, s̄ic exhibeamus Deo istum cultum, vel illum. Et ratio huius est, quia obligatio nostra ad Deum est secundum rationem naturalem. Et tamen ratio naturalis non terminat distincte istum cultum, vel illum particulariter, sed istum solum habetur ex aliqua lege posita, quæ dirigat virtutem latriæ circa actus particulares. Sic enim innuit Aristoteles quinto Ethicorum, distinguens iustum naturale, & legale, siue positiuum: quia naturale habet eandem vim, semper, & vbique. Legale autem consistit in opinione, & ponit exemplum; vt sacrificare capram, sed non duas oues. Sacrificare enim istud, vel illud actus latriæ est, sed non potest dirigi, nec certificari, nisi per legem positiuam. Dicendum tamen, quòd in vniuersali certificantur aliqui actus latriæ, vtpote cuilibet benefactori tenemur regratiari verbo, & opere si possumus, vel saltem verbo: & quia maxima beneficia a nobis recepta conferuntur a Deo, tenemur Deo naturaliter ad gratiarum actiones. Etiam Deus est maximum ens, quia est id, quo nihil maius, nec melius excogitari potest. Et quia laus est sermo explicans magnitudinem, ei naturaliter tenemur ad aliquam laudem: quia etiam si nihil aliud sit tenemur pro beneficijs reddere gratiarum actiones. Et quia non possumus reddere aliquid, cum Deus bonorum nostrorum non egeat, tenebimur in voce reddere: & ista gratiarum actio erit laus. Dicendum tamen, quòd non obligamur determinate ad talem, vel talem laudem. Sed istud pendet ex lege positiua, vel ex voluntate cuiuscunque secundum quòd homo variis ad Deum affici potest, & sic Dauid hortabatur his omnes gentes ad laudandum Deum, quia naturaliter ad hoc omnes tenebantur. Sed aliter Israelitæ, quàm aliæ gentes, eo quòd ipsi obligabantur naturaliter, & insuper ex lege data.

An omnes gentes tenebantur sacrificare Domino. Quæst. XXVII.

QVAERITVR vlterius, an tenebantur Israelitæ, & omnes aliæ gentes sacrificare Domino, quia dicitur hic leuate sacrificium, & dicitur ad omnes gentes. Respondendum est, q̄ sacrificium est quedam cęremonia cultus diuini, & est actus latriæ. Nā sicut supra dictum fuit, nulla vnquàm gens fuit quantuncunque erraret, quæ afferret sacrificium, nisi Deo vero, vel ei, quem putabant Deum verum. Et propter hoc quamquam multæ aliæ cæremoniæ sint, quæ exhibeantur Deo in cultum: nulla tamen est, quæ magis determinate pertineat ad Deum, quia oēs aliæ, quæ Deo offerūtur, vel exhibentur, ēt hoībus exhibētur, sicut laus, & adoratio, & similes. Sacrificium tamen soli Deo tribuitur. Dicendum, quòd sacrificium non est de naturali obligatione, quia aliàs omnes gentes tenerentur ad sacrificandum Domino, & omni tēpore duraret ista obligatio, & tamen nunc non durat, quia non fiunt aliqua sacrificia. Non enim fit sacrificium, nisi cum aliquod animal immolatur. Et ob hoc dicendum, q̄ minime tenebātur Gentiles offerre Domino sacrificiū. Et dato, q̄ tenerentur, non tenebātur eo modo quo dicit hic Dauid: quia ipse dicit de sacrificio, quod fiebat Deo Israelitarum in Sanctuario eius per sacerdotes, cum dicatur: tollite hostias, & introite

introite in atria eius,& tamen non tenebantur Gentiles ad hoc propter duo. Primo, quia non tenebantur ad aliquid Deo Israelitarum. Nam licet omnes gentes naturaliter scire poterant, quòd erat aliquis vnus verus Deus, & illum tenebantur colere: tamen non poterant scire naturaliter, an esset ille Deus, qui colebatur a Iudæis specialiter, vel ab aliqua alia gente, vel forte a nulla coleretur, immo vt communiter putabatur ille Deus ignotus esse etiam a maxime sapiẽtibus. Sic enim fuit de Athenien sibus, qui erant maxime sapientes in orbe tempore suo, & cum ponerent titulos omnibus aris Deorum, posuerunt super quãdam aram titulum Deo ignoto. Et cum respexisset Beatus Paulus illam aram, dixit quòd ille erat verus Deus, quem ipse prædicabat, Actuum 17. Secundum erat, quia dato, quòd omnes gentes scirent Deum Israel esse verum Deum, & nullum alium esse Deum, non tenebantur obseruare legem, quam dederat Iudæis. Primo, quia non constabat eis an illa lex fuisset data eis a Deo, vel aliquis cõfinxisset eam de corde suo. Secundum erat, quòd dato, quòd scirent Gentiles istam legem datam fuisse Iudæis a Deo vero, non obligabantur obseruare eam, quia lex solum obligat illos, quibus datur, sed nõ fuit data ista lex Gentilibus, sed solis Iudæis, ideo non obligabantur Gentiles. Et sic dicendum, quòd istud quod dixit hic Dauid de sacrificio non cadat sub obligatione, sed incitat Gentiles ad opera supererogationis.

F

G

An essent accepta sacrificia Domino, quæ vellent Gentiles offerre. Quæst. XXVIII.

QVAERITVR vlterius, dato quòd Gentiles vellent offerre Domino sacrificia, an essent ei accepta. Et quomodo debebant illa fieri. Respondendum est, quòd aut Gentiles, volebant offerre in templo Domini iuxta cæremonias legis, aut volebant offerre in regionibus suis, iuxta alias cæremonias. Si primo modo, aut ipsi volebant conuerti ad fidem, aut non. Si primo modo poterant facere sacrificia, sicut Hebræi, quia obligabantur iam ad legem per hoc, quòd conuertebantur ad Deum. Et sic non erat aliqua diuersitas inter Hebræos, & Gentiles conuersos ad Iudaismum. Si autem secundo modo, scilicet, quòd nolebant conuerti, & tamen volebant offerre sacrificia secundum cæremonias legis non permittebantur, vt declarabitur sequenti quæstione. Si autem volebant offerre sacrificia in regionibus suis, & non iuxta cæremonias, aliqui distinguerent, quòd aut isti Gentiles sciebant Deum Hebræorum esse verum Deum, aut non, sed ista distinctio nihil est, quia siue scirent, siue nescirent non tenebantur ad aliquas cæremonias legis. Sed dicendum est, quòd Gentiles poterant sacrificare Deo vbicunque essent, & qualitercunque vellent, & de quibuscunque animalibus, & sub quibuscunque cæremonijs. Ratio huius est, quia quòd Hebræi sacrificarent solum de ouibus, bobus, & capris, & quòd solum in Sanctuario, & sub certis cæremonijs pendebat ex lege a Deo data, quia aliàs non magis erat licitum, sic quam aliter facere. Et tamen Gentiles non erant obligati ad aliquam legem, cum non suscepissent illam, ideo poterant in omni loco offerre sacrificium, licet Iudæi solum possent in vno loco, scilicet, ad ostium tabernaculi, Leuit. 17. & Deuteron. 12. Poterant etiam offerre de quibuscunq; animalibus, dum tamen essent munda, & tamen non haberentur apud homines in contemptum, licet Iudæi non possent offerre, nisi de bobus, ouibus, & capris, vt colligitur Leuit. 1. 3, & 4. Nec etiam reperietur in tota lege, quòd de alijs speciebus animalium offerretur. Poterãt etiam facere quascunque cæremonias in sacrificijs suis, licet non obseruarent cæremonias holocaustorum, & hostiarum pacificarum, & pro peccato: dum tamen non facerent aliquam cæremoniam, quæ dirigeretur in cæremoniam alicuius idoli: & dato, quòd facerent aliquas cæremonias similes cæremonijs idolorum, sed nõ fierent cum intentione honorandi idolum, non erat peccatum: Simile patet in cibis consecratis idolis, quia illi consecrabãtur per aliquas cæremonias idolorum. Et tamen qui comedebat de illis cibis, nõ peccabat nisi haberet cõscientiam læsam, s. q̃ putaret, quòd idolum aliquod erat, & poterat conferre aliquam virtutem alijs consecratis in nomine suo, vt patet 1. ad Corinth. 8. & 10. Hebræi tamen non poterant offerre sacrificia, nisi sub certis cæremonijs, dato, q̃ bona intentione illa offerent, & ad cultum solius Dei. Et sic Gentiles poterant offerre sacrificia ad honorem Dei vbicunque, & qualitercunq; vellent. Et Deus acceptabat sacrificia illa, sicut sacrificia Hebræorum si facerent propter cultum eius. Hæc omnia patent in Noe, qui fuit tempore Gentilitatis: nam tunc nulla lex erat, nisi lex rationis scripta in cordibus hominum, & tamen in exitu de arca post diluuiũ ipse obtulit Domino sacrificia de omnibus animalibus tam volueribus, quàm quadrupedibus mundis, Genes. 8. Et placuit Domino valde istud sacrificium. Nam dicitur ibi, quòd odoratus est Dominus odorem suauitatis, eodem cap. Ita ergo de omnibus alijs gentibus, licet non offerrent animalia, quæ offerebant Hebræi, nec sub eisdem cæremonijs, placebat Deo sacrificium ipsorum.

H

I

K

An permitterentur Gentiles offerre sacrificia Domino in Sanctuario. Quæst. XXIX.

QVAERITVR vlterius si vellent Gentiles offerre sacrificia Domino in Sanctuario, sicut offerebant Hebræi, an permitterentur. Pro responsione premittendum est, quòd postquàm innotuit vbique fama Dei Israel multi de gentibus veniebãt etiam de longissimis partibus terrarum in templum Domini in Ierusalem, & orabant ibi. Et de istis dubium erat, an possent offerre sacrificia. Patet hoc, quia Eunuchus Aethiops Princeps Gazarum Candacis Reginæ Aethiopum, qui erat vir potens venit in Ierusalem adorare Dominum. Et cum reuerteretur sedens in curru suo, Philippus prædicauit ei Christum, & conuertit eum ad fidem, Actuum 8. Sic etiam patet, quia Salomon compleuit templum, & orauit ad Dominum nimis, interposuitq; in oratione illa, quia quãdo alienigenæ, qui non erant de terra Israel, venirent de terra longinqua, & orarent ad Dominum in templo illo, Deus exaudiret ipsum de cœlo, & compleret preces eius. Et subditur ibi, quòd multi venirent de extraneis ad orandum, cum dicitur: Alienigena cum venerit de terra longinqua, audietur enim nomen tuum, & manus tua fortis, & cæt. Quasi dicat, quia nomen tuum audietur per vniuersam terram multi alienigenæ venirent ad templum istud, vt patet 3. Regum 8. Et sequenti libro, cap. 6. Etiam quia templum factum in Ierusalem erat in magna deuotione in toto orbe, vt patet 2. Machabæorum, cap. 3. Ideo multi conuenirent de Gentilibus ad illud. Nũc dicendum, q̃ quamquam isti Gentiles ex deuotione vellent Domino sacrificare, non permittebãtur, & hoc propter duo. Primo, qa nõ poterãt in eis teneri cæremoniæ offerentiũ. Nã qñ aliqs offerebat animal ad immolandũ, debebat introducere illud in Sanctuariũ vsq; ad altare holocausti, & ibi erãt sacerdotes, qui suscipiebant illud, vt declaratũ est supra in 1ra, & colligitur Leuit. 1. Nõ licebat tamen Gentilibus introire in Sanctuarium ad partem illam, ad quam introibant Israelitæ laici, & peccabant Israelitæ si permitterent introire Gentiles, vt patet Ezechiæ 44. scilicet, Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus Israel, eo quòd inducitis filios alienos incircuncisos corde, & incircuncisos carne, vt sint in Sanctuario meo, & polluant domum meam. Vnde si quis Israelitarum introduceret aliquem Gẽtilem in templũ dignus erat morte, sic enim patet de Iudæis, q̃ voluerũt occidere propter hoc Beatum Paulum: nam quãdo ipse purificatus est, introiuit in templum, & putauerunt Iudæi, q̃ introduxisset secum Trophimum Ephesium, quem viderũt cum illo in ciuitate, & acceperunt Paulum, trahebantq; eum extra templum ad occidendum, Act. 22. Secundum erat, quia animalia, q̃ offerrent Gentiles censebãtur habere maculam, & qa animalia maculata non recipiebantur in oblationem, etiã non recipiebantur animalia de manu Gentilium: sic patet Leuit. 22. s. De manu alienigenę non offeretis panes Deo vestro, & quidquid aliud dare voluerit, quia corrupta, & maculata sunt oĩa, non suscipietis ea. Considerandum tñ, q̃ aliqua erant, quæ per se offerebantur in sacrificium, & aliqua in libamenta, vt panis, vinum, oleum, thus, sal. Alia aũt erant, quæ non offerebantur per se, sed erant mediata ad offerendum, sicut erat pecunia, & alia, quæ poterant commutari, & vendi, & ex eis emi aliquid ad sacrificandum: prima nõ recipiebantur a Gentilibus, & de hoc intelligitur textus allegatus Leuit. 22. s. De manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro, & quidquid aliud dare voluerit, quia corrupta, & maculata sunt omnia. Et intelligitur de ipsis, quæ per se offeruntur, quia illa poterant esse maculata per cęremonias Gentilium, sed non poterãt maculari pecuniæ: Vel dato, q̃ illę macularentur, cum postea emerentur animalia in sacrificium de illis pecunijs, nõ erant maculata animalia, quia Gentiles tradebant pecunias sacerdotibus, qui erant ministri templi: & illi emebant de pecunijs illis id, quod pertinebat ad sacrificia, & isto modo multi Gentilium offerebant pecunias pro sumptibus sacrificiorum: sic patet de Seleuco Rege Asiæ, qui dabat omnes pecunias de thesauris suis necessarijs ad sacrificia templi, 2. Machab. 3. fiebat, vt ipsi reges, & principes templum maximis muneribus illustrarẽt, ita vt Seleucus rex Asiæ de redditibus suis præstaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes, sic etiã patet de Arthaxerse rege Persarum, qui scripsit Esdræ principi Iudæorum, dicens, q̃ quidquid argẽti, & auri necessarium esset ad sumptus sacrificiorum vsq; ad talenta centum, & vsq; ad vini bathos centum, & bathos olei centum: Sal vero absque mensura tribuatur. Et subditur, omne quod ad ritum Dei cœli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei cœli, ne forte irascatur contra regnum regis, & filiorum eius, vt patet primo Esdræ 7. Nullus tamen istorum principum offerebat aliquod animal, quod de manu eius susciperetur.

Commoueatur a facie eius omnis terra: ipse enim fundauit orbem immobilem. Lætentur cœli, & exultet terra, & dicant in nationibus: Dominus regnauit: Tonet mare, & plenitudo eius, exultent agri, & omnia, quæ in eis sunt. Tunc laudabunt ligna saltus coram Domino, quia venit iudicare terram. Cõfitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in æternum misericordia eius, & dicite: Salua nos Deus Saluator noster, & con-

grega nos, & erue de gentibus, vt confiteamur nomini sancto tuo, & exultemus in carminibus tuis: Benedictus Dominus Deus Israel ab æterno vsque in æternum, & dicat omnis populus, Amen; & hymnum Deo. Dereliquit itaq; ibi coram arca fœderis Domini Asaph, & fratres eius, vt ministrarent in conspectu arcæ iugiter per singulos dies, & vices suas. Porro Obededom, & fratres eius sexaginta octo, & Obededom filium Idithum, & Hosa constituit ianitores.

A

B

Commoueatur a facie illius omnis terra. Hic inuocat creaturas irrationales ad laudem Dei, sicut inuocantur per tres pueros iacentes in fornace, quos misit Nabuchodonosor in cantico illo: Benedicite oĩa opera Dñi Domino, Daniel. 3. Et dr̃ cõmoueatur a facie eius oĩs terra, s. ad significandũ lætitiã: nam res animatæ, qñ gaudent mouẽtur exterius. De rebus inanimatis ad significandum, q̃ gaudeant dr̃, q̃ cõmoueãtur. Potest ẽt intelligi hoc per modũ reuerentiæ, s. q̃ terra quasi volẽs Deo reuereri, moueat se ad humiliandũ se. Mouetur tñ interdũ terra naturaliter per terræmotum, sed istud non fit ad reuerentiã Dei, licet ipse velit hoc fieri. Aliter põt intelligi, q̃ accipiatur terra pro hoĩbus habitantibus in ea, & sic dicit in alia litera. Paueat a facie eius oĩs terra: pauere tñ non pertinet, nisi ad rem animatã. *Ipse enim fundauit orbem immobilem.* Potest intelligi vno modo, q̃ istud sit declaratio præcedentis reddendo rationem, quia aliquis diceret qũo Propheta dicit hic, q̃ cõmoueatur terra a facie Dñi, qa terra immobilis est? Respondebitur, q̃ licet aliàs nõ possit moueri, tñ bene põt moueri a facie eius, s. mãdante ipso Deo, quia ipse fundauit eã immobilem, i. cum ipse Deus potuerit ei dare, q̃ esset immobilis, potuit etiã dare, q̃ moueatur quãdo ipse voluerit. Alio modo põt intelligi, q̃ sit hic diuersa locutio, s. q̃ primũ intelligatur de terra, i. de habitatoribus eius, & secundũ de ipsa terra. Ideo primo dr̃, q̃ cõmoueatur terra. Secundo dr̃, q̃ fundauit Deus eã immobilem. Aliter põt dici, q̃ est hic sñia intercisa: nã debet hic subintelligi aliqd quod non habetur hic, & tñ habetur in alia lra in isto Psal. Nã dr̃ cõmoueatur a facie eius vniuersa terra, dicite in nationibus, qa Dñs regnauit, etenim correxit orbem terræ, q̃ nõ cõmouebitur. hic tñ quia deficit sñia de medio, est lra obscura, & coincidit aliquo modo iste sensus cum præcedenti. Et dicitur hic, quòd fundauit Deus orbem immobilem, quia totus orbis secundum se non mouetur, id-est, secundum partes suas: nam terra nullo modo mouetur, sed manet in centro. Alio modo potest intelligi, quòd est immobilis, scilicet, motu recto: nam licet moueatur maxima pars orbis motu circulari, scilicet, omnes cœli: tamen nõ mouentur motu recto, & ideo immobilis est orbis totus. *Lætentur cœli.* Potest intelligi vno modo de lætitia, quæ est per metaphoram. Nam cœlum dicitur lætari, quando est serenum, & dr̃ tristari cum aer turbidus est. vel intelligitur de cœlo, i. de habitatoribus eius: nã in cœlo habitãt Angeli quos inuocat ad lætitiam Dauid, & sic aliqñ inuocantur cęlum, & terra in testes, i. Angeli habitantes in cœlo, & homines, qui mouentur in terra. Iuxta illud Deut. 32. scilicet, Audite cęli, quę loquor, audiat terra verba oris mei. Idest, Angeli habitantes in cœlo, & homines terræ. *Exultet terra.* Si intelligatur per metaphoram, est sensus, quòd terra exultet, idest, floreat: nam quando terra emittit flores, & arbores frondescunt,

C

D

E

Universidad de Deusto
Biblioteca

terra dicitur esse læta. Cum vero terra nullum florem habet, sicut in hyeme, est tristis: Vel potest intelligi de terra, ideſt, de habitantibus in terra, qui debent exultare propter Deum. *Et dicant in nationibus, quòd Dominus regnauit.* Non refertur ad cœlum, & terram, de quibus dicebatur immediate, sed refertur ad homines, scilicet, dicant in nationibus, ideſt, homines dicant in nationibus, ideſt, inter omnes gentes: quia Dominus regnauit, ideſt, omnes gentes clament Dominus regnauit, & istud est ad laudem Dei: dicitur autem regnare, scilicet, super omnes gentes, & super totum orbem: quia ipse est Rex Regum, & Princeps omnium Regum terræ, Apocal. 1. Et in manu eius sunt omnes fines terræ, Psal. 94. Istud autem non competit alicui, nisi soli Deo. *Tonet mare, & plenitudo eius.* Incitatur mare ad laudandum Dominum, & dicitur, quòd tonet mare, ideſt, faciat magnos fluctus: nam quando fluctus mare concutiuntur ad litora in rupibus, causatur inde magnus sonitus, tanquàm tonitruorum. Alia litera habet commoueatur mare, & idem est, quia per cõmotionem fluctuum causatur sonitus ille magnus. Vocatur plenitudo maris plenitudo aquarum, quæ facit mare sonare. *Exultent agri, & omnia, quæ in eis sunt.* Agri exultant, quando semina in eis germinantia virescunt, multiplicantur, & crescunt: & illa, quæ in eis sunt, ideſt, semina eorum lætantur, scilicet, omnia terræ nascentia, quando pullulant, & crescunt, nec lęduntur temporis importunitate. Alia litera habet, gaudebunt campi, & idem est. Licet ager significat terram, quæ colitur, & seminatur. Campus autem significat terrã, quando nõ colitur, sed germinat mittendo herbas, & quæcunque terræ nascentia. *Tunc laudabunt omnia ligna saltus.* Ideſt, Etiam ligna saltus gaudebunt florendo, & germinando. *A facie Domini.* Scilicet, Deus faciet, quòd ligna exultent: nam ipse confert virtutem omnibus, vt crescant. *Quia venit iudicare terram.* Potest intelligi vno modo, quòd gaudebunt omnia ligna syluarum, ideſt, homines syluestres, quia Deus venit iudicare terram. Sunt enim aliqui homines paruæ potestatis, qui interdum opprimuntur a viris magnis, & non possunt consequi iustitiam contra illos propter potentiam illorum, & in die iudicij consequuntur iustitiam, quia tunc discutientur omnes errores. Ideo gaudebunt tunc, ideſt, in die iudicij omnia ligna syluarum, ideſt, homines simplices, qui sunt tanquàm ligna syluarum: quia venit iudicare terram, ideſt, quia Deus venit ad iudicandum, & faciet eis iustitiam. Alio modo potest intelligi ad literam de lignis syluarum, scilicet, quòd exultabunt a facie Domini, ideſt, quòd Deus poterit facere illa exultare, & subditur causa, quia venit iudicare terram, ideſt, quia Deus tam potens est, vt possit iudicare terram; poterit etiã facere, quòd exultent ligna syluarum. *Confitemini Domino, quoniam bonus.* Deficit hic vnus versus de isto Psal. sicut habetur in Psalterio, & repetitur laus Dei, quæ fuerat a principio, cum dicitur: Confitemini Domino, quoniam bonus, ideſt, laudate eum, quia bonus est, scilicet, ex hoc, quia Deus est bonus. Etiam si nullum bonum nobis faceret, erat dignus, vt laudaretur a nobis. *Quoniam in æternum misericordia eius.* Ista est alia causa, quare Deum debemus laudare, scilicet, quia non solum bonus est Deus, sed etiam benefacit nobis, cum dicatur, quòd misericordia eius est vsque in æternum semper miseretur, & benefacit nobis. *Et dicite.* Hic ponitur tertium huius partis in quo additio quædam apponitur. Nam istud quod habetur hic non est in aliquo Psalterio duorum prædictorum, sed est in Psal. 105. & fuit additum hic ab Esdra, & tamen an fuerit istud dictum a Dauid, vel ab Esdra, declaratum fuit supra in quadam quæstione. *Et dicite, salua nos Deus Saluator noster.* Ideſt, Omnes gentes dicant: salua nos Deus Saluator noster, scilicet, libera nos de angustijs, & quamquam competere possit omnibus ista clausula, tamen magis proprie competit solis Hebræis, vt patet ex sequenti litera, scilicet. *Et congrega nos, & erue de gentibus.* Ideſt, Congrega nos de diuersis terris Gentilium, ad quas dispersi fuimus: & erue nos de potestate ipsorum. Istud siue dictum sit a Dauid, siue ab Esdra intelligitur de illis, qui fuerunt post captiuitatem Babylonis: nam tunc dispersi fuerunt Israelitæ per multas gentes, & manserunt semper sic, & desiderabat Esdras, quòd congregarentur omnes Israelitæ, & venirent ad terram Chanaan, in qua laudarent Dominum in templo. *Vt confiteamur nomini tuo.* Scilicet, Congrega nos, vt veniamus ad templum tuum in terrã Chanaan, & confiteamur nomini tuo, ideſt, laudemus illud. *Et exultemus in carminibus tuis.* Ideſt, Exultemus dicendo carmina tua: quia illi, qui canebant coram Domino, sicut Leuitæ, gaudebant nimis canendo. Alia litera habet: Et gloriemur in laude tua. Et idem est, quia accipitur gloriari, ideſt, delectari. Alia litera habet, & canamus laudantes te, ideſt, fac quòd congregemur ad laudandum te in cantu, & idem est. *Benedictus Dominus Deus Israel.* Istud potest intelligi dupliciter. Vno modo, quòd sit conclusio istius cantici, scilicet, quòd cum Dauid dixerit omnes laudes superiores cõcludat in hoc, benedictus Dominus Deus Israel. Alio modo intelligitur per modum dependentiæ ad superiorem sententiam, scilicet, congrega nos de nationibus, scilicet, vt laudemus te dicentes: Benedictus Dominus Deus Israel. *Ab æterno, & vsque in æternum.* Ideſt, Non sit principium, nec finis in laude tua, sed ab æterno fuerit benedictus, quod est esse benedictum sine principio, & sit benedictus vsque in æternum, ideſt, non sit finis in benedictione. Considerandum autem, quòd benedictio potest dupliciter accipi. Vno modo pro imprecatione boni super aliquem, & sic dicimur nos benedicere Dominum orantes, quòd colatur in vniuersa terra, & omnes gentes obediant ei. Alio modo accipitur benedictio pro ipsa bonitate, quam aliquis habet quæ interdum est effectus benedictionis. Accipiendo primo modo Deus non potest esse benedictus ab æterno, quia non fuit aliqua creatura ab æterno, quæ posset benedicere Deum: erit tamen benedictus vsque in æternum: & istud verum est, nisi accipiatur æternum large pro aliquo longo tempore, sicut sæpe accipitur in scriptura, quia tunc verum erit, quia Deus benedictus est ab æterno, scilicet, a magno tempore ante hoc. *Et dicat omnis populus, Amen.* Scilicet, Leuitæ, qui cantarent laudes dicerent: Benedictus Dominus Deus Israel ab æterno vsque in æternum, & totus populus responderet, Amen. Ad significandum desiderium suum, & Deus est semper benedictus. *Et hymnum Deo.* Ideſt, Omnis populus laudet Deum. *Dereliquit.* Hic ponitur tertium principale huius cap. scilicet, vtriusq; cõfirmatio, & ponit hic officiales de Leuitis, & facerdotibus ad ministrandum Domino coram arca, & ad ministrandum coram tabernaculo Dñi in Gabaon. Et dñr. *Dereliquit itaque ibi coram arca fœderis Domini Asaph, & fratres eius.* Scilicet, Postq̃ completa est solennitas portationis arcæ, & repositionis eius in loco suo, & consummati sunt isti Psalmi prædicti: conuertit se Dauid ad disponẽdum de modo, quo ministrari deberet coram arca, quandiu manebat in domo eius. Et ad hoc dicit, quòd dereliquit coram arca Asaph, & fratres eius, scilicet, q̃ cæteris dedit licentiam recedendi in regiones suas, & istis Leuitis iussit, quòd manerent coram arca ad ministrandum. Erat enim Asaph sapiens, & princeps inter cantores de familia Gersonitarum. Fratres autem eius vocantur alij Leuitæ de cognatione Gersonitarum, quorum ipse fuit princeps, & manserunt ibi coram eo ad cantandum. *Vt ministrarent in conspectu arcæ.* Ministratio istorum erat in duobus, scilicet, in canendo, & in ministrando arcam. Ideo dicuntur isti habere duo officia, scilicet, quòd erant cantores, & ianitores arcæ: non poterant autem habere aliam ministrationem, quia reliquæ ministrationes pertinebant ad sacerdotes, scilicet, faciendi sacrificia, & offerendi incensum, & similes. Isti tamen Leuitæ simplices erant. *Iugiter.* Ideſt, Continue ministrarent, scilicet, omni die ministrabatur coram arca, sicut fiebat in Sanctuario Domini, & forte ministrabatur in mane, & in vespere, sicut in Sanctuario, in quo fiebat sacrificium, matutinum, & vespertinum. *Per singulos dies.* Ista videtur esse additio superabundans: quia idem est iugiter, quòd per singulos dies, sed non est superabundans, quia non refertur ad continuitatem ministrationis, sed ad permutationẽ ministrorum, scilicet, per singulos dies, ideſt, quòd quidam ministrabant vno die, & alij alio. *Et vices suas.* Ideſt, Ministrabant per vices suas, ideſt, per tempora designata, quia non est intelligendum, quòd omnes Leuitæ simul ministrarẽt quotidie coram arca, sed quidam ministrabant vno die, & alij altero: Nec etiam est intelligendum, quòd fieret inter Leuitas illa distinctio per vices, quę habetur infra 25. sed quędam alia, vt infra in litera declarabitur. *Porro Obededom.* Posuit supra Dauid ministros arcæ ad canendum coram ea: hic ponit ministros ad custodiendum illam, qui vocantur ianitores arcæ. Et dicitur. *Porro Obededom, & fratres eius sexaginta octo.* Omnes isti fuerunt constituti ianitores arcæ, & positus fuit Obededom tanquàm princeps ianitorum, & cum eo illi, qui erant fratres sui, ideſt, de cognatione sua. *Et Obededom filium Idithum.* Iste est alius Obededom. Nam ille, de quo supra dicitur, fuit in cuius domo fuit arca posita, & mansit ibi per menses tres, quando portabatur in domum Dauid, supra 13. 2. Reg. 6. & sic ille fuit nunc princeps custodum arcæ, sicut tunc fuerat ipse solus custos arcæ, & vocatur ille Obededom absolute. Alius autẽ vocatur Obededom filius Idithum, & iste ponitur cum expressione nominis paterni, vt videatur esse distinctus ab illo Obededom, qui seruauit arcam in domo sua. Et fuit nunc præcipuus custos arcæ. Sciendum autem, quòd iste Idithum fuit vnus Leuita sapiens inter cantores, & ipse fuit vnus de principibus, vt patet infra 25. Ipse quoque dicitur feciſſe aliquos Psalmos, aut saltem intitulantur nomine eius, sicut est Psal. 38. Cuius titulus est Psalmus Dauid per Idithum. *Et Hosa constituit ianitores.* Ideſt, Omnes præcedentes constituit ianitores arcæ, & cum eis Hosa: non est iste Asaph, quia ille erat princeps cantorum, vt patet supra in litera.

Quare administrauerint omnes in eodem loco.
Quæst. XXX.

QVAERITVR circa hos, quare Dauid quosdam ministros reliquit corã arca Domini, & alios misit in Gabaon ad Sanctuarium, & quomodo nõ omnes ministrauerunt in eodem loco, sicut prius solitum erat. Respondendum est, quòd istud non potuit fieri, quia erat contra intentionem Dauid. Nam Dauid volebat habere arcam in domo sua, & illam honorare. Ideo necesse erat, quòd Leuitæ, & sacerdotes ministrarent in duobus locis: nam in templo Domini necesse erat semper ministrari, ad hoc quòd fierent omnes illæ cæremoniæ, quæ secundum legem fieri iubebantur, & tamen Dauid volebat habere arcam in domo sua, ideo necesse erat, quòd faceret ministrari in duobus locis, vel non ministrare coram arca, quia illa erat ministratio minus principalis, vel reduceret Dauid arcam, & tabernaculum in locum vnum propter rationes assignatas, supra 13. in quadã quæstione, ideo oportebat, quòd faceret ministrari in duobus locis. Sciendum tamen, quòd ministratio quæ fiebat coram arca erat minus principalis, quia non erat de necessitate legis, sed ex voluntate Dauid: illa autem, quæ fiebat in Sanctuario erat principalis, & de necessitate legis. Ideo plures sacerdotes, & Leuitæ fuerunt in ministratione in Gabaon, quàm in domo Dauid coram arca, vt infra declarabitur, & patet in litera.

Quam ministrationem faciebant coram arca.
Quæst. XXXI.

QVAERITVR vlterius de ista distinctione ministrationis, scilicet, quæ ministratio fiebat coram arca. Aliquis dicet, quòd solum canebatur coram ea quotidie, & custodiebatur in domo illa, in qua erat. Et patet hoc, quia solum ponitur hic de Asaph, & fratribus eius, qui separati sunt, vt ministrarent coram arca, scilicet, canendo, & de Obededom, & fratribus eius, qui essent ianitores. Nulli tamen istorum poterant ministrare in alijs ministrationibus, quia omnes isti erant Leuitæ: & Leuitis non competebat alia ministratio, si tamen alia ministratio fuisset coram arca, diceretur hic de ministris, quos eligeret Dauid ad faciendum illam ministrationem. Sed dicendum quòd hoc non stat, quia non est verisimile aliquo modo, quòd in toto tempore, quo mansit arca in domo Dauid, ſ. pluſquàm quadraginta annis nunquàm fieret aliquod sacrificium coram ea, & tñ si non essent aliqui sacerdotes, qui ministrarent coram arca non fieret sacrificium, quia Leuitis non competebat sacrificare, quia alioquin morerentur: Nume. 3. & 16. Ideo aliqui sacerdotes erant ibi. Secundo patet, quia in ista domo, in qua erat arca erat altare, & tamẽ ad nihil vtile esset, nisi fierent ibi sacrificia: ideo oportet, quòd ibi essent sacerdotes, qui sacrificarent: Patet hoc 3. Regum 1. vbi dicitur de Adonia, quòd fugit in tabernaculũ Domini metu Salomonis, & tenuit cornu altaris: Etiam eodem libro, cap. 2. dicitur, q̃ Ioab fugit in tabernaculum Domini, & tenuit cornu altaris, ergo erat ibi altare ad faciendum sacrificia. Tertio patet, quia manifestum est, q̃ aliqui sacerdotes manserũt coram arca ad ministrandum. Nam supra in litera dicitur, quòd Dauid præcepit Banaiam, & Oziel sacerdotes canere tuba iugiter coram arca, ergo saltem isti erant de sacerdotibus coram arca, de quibus non fit hic mentio. Quarto patet, quia Dauid obtulit multa sacrificia coram arca, quando portabatur, & etiã postq̃ posita est in loco suo, vt patet supra in litera, & præcedenti cap. ideo nullo modo est verisimile, quòd postea quandiu mansit arca in domo Dauid, pluſquàm quadraginta annis, nõ offerretur ibi aliquod sacrificium, sed istud non poterat esse, nisi sacerdotes essent coram arca, ideo necesse est, quòd Dauid separauerit aliquos sacerdotes ad ministrandum coram illa. Dicendum igitur, q̃ coram arca fiebant ministrationes sacerdotum, & Leuitarum: ministrationes Leuitarum erant duæ, ſ. cantare coram arca, & custodire illam, & ad hoc Dauid elegit duas diuisiones Leuitarum. Nam Asaph, & fratres sui, i. illi, qui erant de cognatione sua assumpti sunt, vt essent cãtores, vt patet in lra. Et Obededom, & fratres sui, & alij, de q̃bus dr in litera assumpti sunt, vt essent ianitores arcæ, vt in litera dicitur: sacerdotes autem ministrabant principaliter offerentes

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacrificia, & secundario clangendo tubis sacris coram arca. De clangentibus dicitur supra in litera, quòd erant duo, scilicet, Banaias, & Oziel, qui iugiter canebant tubis coram arca. De sacerdotibus offerentibus sacrificia nihil dicitur hic, & tamen subintelligendum est, quòd multi fuerunt, licet non exprimatur: quia verisimile erat, quòd aliq ministrarent sacrificando propter causas supra assignatas, & potissime, quia etiam hic non fit mentio nisi de Leuitis, & tamen manifestum est, quòd etiam sacerdotes fuerunt separati ad clangendum tubis coram arca, vt patet supra in litera, & sicut illi subticentur hic: ita illi, qui sacrificabant subticentur vbique.

Quod officium habebant ianitores. Quæst. XXXII.

QVAERITVR vlterius de istis ianitoribus arcæ, quod officium habebant. Respondendum est, quòd ianitores arcæ erant, sicut ianitores Sanctuarij. In Sanctuario autem erant ianitores sedentes super singulas ianuas, vt viderent si illi, qui ingrediebantur, erant viri mundi, qui possent intrare in Sanctuariū: alioquin nō recipiebantur, & etiam illi faciebant, quòd quilibet intraret vsque ad locum, ad quem licitum erat sibi intrare, ita erat coram arca in domo illa, quam constituerat ei Dauid, scilicet, quòd aliqui Leuitæ constituti erant ad hoc, quòd custodirent portam domus illius, ne intrarent aliqui laici, vel immundi, & quando laici intrarent, solum intrarent vsque ad locum, qui competebat eis: etiam custodiebāt, ne quis introiret ad arcam, quæ erat sub quodam operimento de pellibus iacynthinis intra illam domum, quam cōstituerat Dauid, vt declaratum fuit supra in litera: nam postquàm aliqui erant intra Sanctuarium, poterat esse, quòd vellent accedere ad locum, in quo erat arca, & hoc non licebat eis, debebant autem Leuitæ obseruare ne istud fieret, & istud erat officium ianitorum.

De distinctione Leuitarum per vices. Quæst. XXXIII.

QVAERITVR vlterius de ista distinctione Leuitarum per vices, de qua dicitur hic: an sit illa, de qua habetur infra 25. Aliqui putant, quòd sic, cum ibi dicatur, quòd Dauid distinxit cantores per vices, & hic etiam manifestum est, quòd ista distinctio ab eo facta fuerit. Dicendum tamen, quòd non stat primo, quia illa diuisio, de qua habetur infra 25. fuit facta a Dauid in senectute sua, vt colligitur infra 23. & vsq; ad finem libri. Ista autem facta est quasi in principio regni Dauid super Israel, quando duxit arcam in domum suam. Secundo patet, quia illa diuisio fuit generalis ad ordinādum totum statum sacerdotum, & Leuitarum quem deberent tenere, postquàm est ædificatum templum Salomonis, & ob hoc ponuntur ibi diuisiones omnium sacerdotum infra 24. & diuisiones omnium Leuitarum, cantorum, ianitorum, & thesaurariorum, infra 25. & 26. Hic autem nō fuit ordinatus status generalis Leuitarum, & sacerdotum, sed solum ille, quem tenere deberent quandiu maneret arca in domo Dauid. Tertio patet, quia infra 25. diuiduntur Leuitæ per viginti quatuor vices, & ponuntur ibi omnes Leuitæ, s. Heman, & Asaph, & Idithum, & cæteri principes cognationum Leuitarum. Nunc tamen coram arca non manserunt omnes Leuitæ cantores, sed solum Asaph cum fratribus suis, s. qui erant de cognatione sua. Reliqui autē principes, s. Heman, & Ethan ministrauerunt in Sanctuario Domini in Gabaon infra in litera. Dicendum ergo, quòd ista diuisio Leuitarum per vices nō fuit illa, de qua habetur infra 25. sed alia particularis, s. quia vna cognatio Leuitarum, vel saltem magna pars eius mansit ad ministrandum Domino coram arca in domo Dauid, & ista fuit diuisa a Dauid per sortes, vt quælibet illarum ministraret suo tempore, & tamen non dicitur de istis sortibus, quot erant, sicut dicitur infra 25. de sortibus, quę fuerunt in alia diuisione, quod fuerūt 24. Istę enim paucę essent, quia Leuitæ, qui diuidebantur hic p vices, erant pauci.

Sadoc autem sacerdotem, & fratres eius sacerdotes corā tabernaculo Domini in excelso, quod erat in Gabaon, vt offerrent holocausta Domino sup altare holocaustomatis iugiter mane, & vespere iuxta omnia, quæ scripta sunt in lege Domini, quam præcepit Israeli. Et post eum Heman, & Idithum, & reliquos electos vnumquemq; vocabulo suo ad confitendum Domino, quoniam in æternum misericordia eius. Heman quoque, & Idithum canentes tuba, & quatientes cymbala, & omnia musicorum organa ad canendum Domino. Filios autem Idithum fecit esse portarios. Reuersusque est omnis populus in domum suam, & Dauid vt benediceret etiam domui suæ.

Sadoc autem. Hic ponitur qui fuerunt illi, qui iuerunt ad ministrandum Domino in Gabaon in Sanctuario. Nam quando portata est arca in domum Dauid fere omnes sacerdotes, & Leuitæ conuenerunt ad portationem, vt colligitur precedenti cap. Et tunc Dauid seq. parauit quosdam, vt ministrarent coram arca tam de sacerdotibus, quàm Leuitis, & illi manserunt in Ierusalem. Aliqui autem sacerdotes, & Leuitæ iuerunt ad ministrandum in Gabaon, & dicitur. *Sadoc autem sacerdotem.* Idest, Summum sacerdotem: nam duo erant summi sacerdotes Dauid, scilicet, Sadoc, & Abiathar, vt patet 2. Regum 8. & 20. & infra 18. Et vocatur Sadoc sacerdos per excellentiam, scilicet, quia summus sacerdos erat, & iste fuit princeps eorum, qui ministrabant in Sanctuario in Gabaon. *Et fratres illius sacerdotes.* Idest, Etiam fuerunt cum eo sacerdotes alij, qui erant fratres sui, idest, de cognatione sua.

Coram tabernaculo Domini. Istud est tabernaculum, quod fecit Moyses in deserto, & portabatur per terram Israel, ponebaturque in diuersis locis secundum varia tempora: nunc autem tempore Dauid fuit semper in Gabaon vsquequo templum Salomonis fabricatum est. Aliud autem etiam vocabatur tabernaculum Domini: tunc scilicet domus illa, quam fecerat Dauid, vbi erat arca, vt patet 3. Regum 1. & 2. Nam ibi dicitur, quòd Adonias, & Ioab fugerunt ad tabernaculum Domini, & tenuerunt cornu altaris, & tamen non poterat esse istud aliud tabernaculum, nisi illud quod erat in Ierusalem, vbi erat arca, vt declaratum est ibidem.

In excelso, quod erat in Gabaon. Idest, In Sanctuario, vel in altari, quod erat in Gabaon. Vocantur enim excelsa sepissime in libris Regum, & sequenti lib. altaria, quæ erāt extra Sanctuarium Domini: nam de regibus, qui redarguuntur dicitur excelsa nō abstulit, i. altaria, q̄ erant extra templum. Et patet; qa dr ibidē, sed adhuc immolabat populus in excelsis, & aliqn coram altare, quod est in Sāctuario vocatum excelsum, vt patet hic, & 3. Re. 3. s. Abijt itaq; Salomon in Gabaon, vt immolaret ibi. Illud quippe erat excelsum maximum. Idest, altare

altare maximæ venerationis, quia erat in sanctuario Domini. Prouenit autem istud ex æquiuocatione nominis Hebraici, quia in Hebræo dicitur, bamoth, pro altari, & etiam pro altitudine, vel excelso. Et idem significat dictio Latina, quia altare idem est, q̄ alta ara. *Vt offerrent holocausta Domino.* Nomine holocaustorum intelliguntur hic omnia genera sacrificiorum, scilicet, hostiæ pacificæ, & pro peccato, quia non solum erat de necessitate legis offerri holocausta, sed etiam interdum alia genera sacrificiorum, & omnia ista offerebantur in sanctuario in Gabaon. *Super altare holocaustomatis.* Holocaustum, & Holocaustoma idem est, & non vocatur altare holocaustomatis, quasi ibi solum holocaustum offerretur, quia offerebantur omnia genera sacrificiorum, cum nullum aliud esset altare, in quo offerri liceret sacrificia, vt patet Leui. 17. Et Iosue 22. Sed vocatur altare holocaustorum a principali, quia inter omnia genera sacrificiorum excellentius erat holocaustum, qa magis pertinebat ad Dominum, vt declaratum est Leui. primo. Sciendum autem, quòd duo erant altaria tantum in sanctuario, scilicet, altare holocaustorum, in quo fiebant omnia genera sacrificiorum, & aliud erat altare thymiamatum, in quo cremabatur quotidie incensum mane, & vespere. Primum istorum erat æneum, scilicet, factum de lignis setim, & opertum laminis æneis, & erat extra tabernaculum ad portam eius. Nam non poterat esse interius, vt fumus inde ascendens non offuscaret operimēta tabernaculi, vt patet Exo. 27. Et ibi declaratum est. Aliud erat de lignis setim, & erat opertum laminis aureis per totum, & super istud cremabatur in mane, & in vespere thymiama. Exo. 30. Hic autem solum fit mentio de altari holocaustorum, quia ministratio principaliter, scilicet, sacrificiorum solum erat in illo. *Iugiter.* Idest, Omnibus diebus, nulla erat dies qua non offerretur sacrificium quod vocatur iuge, & dato, quòd superuenirent alia sacrificia, quæ essent spontanea, nunquam omittebatur sacrificium iuge. *Mane, & vespere.* Idest, Sacrificium iuge conferebatur mane, & vespere quotidie, & ob hoc sacrificium iuge vocatur matutinum, & vespertinum. De ritu autem istorum sacrificiorum secundum omnes suas cæremonias, patet Leui. 6. Et ibi satis declaratum est, & Numeri 28. *Iuxta omnia, quæ scripta sunt in lege Domini.* Istud potest intelligi dupliciter: vno modo tanquam determinatio præcedentium, scilicet, iuxta omnia, quæ scripta sunt in lege Domini, idest, in sacrifiicium matutinum, & vespertinum offerebantur iuxta omnes cæremonias, quæ scriptæ erant in lege Domini: nam Moyses scripsit in lege cæremonias omnium sacrificiorum, & hoc potissime in libro Leuit. a principio vsque ad 8. cap. Aliter potest accipi subintelligendo aliquid, scilicet, quòd offerebant sacerdotes, scilicet, sacrificium mane, & vespere iuxta omnia, quæ scripta sunt in lege Domini, idest, non solum hoc faciebāt sed ēt omnia alia, quæ scripta sunt in lege Dñi. Et hoc verum est, quia sacerdotes obligabantur facere in Gabaon omnia, quæ iubebat Deus in lege, eo quòd ibi erat sanctuarium Domini. *Quam præcepit Israeli.* Idest, Deus dedit legem istam Israelitis, scilicet, per manum Moysi, & voluit semper obseruari ab eis. *Et post eum Heman, & Idithum.* Refertur hoc ad Sadoc. De quo supra dicebatur, scilicet, quòd post eum, & alios sacerdotes erat Heman, & Idithum. Isti erant Leuitæ: Sadoc autem erat sacerdos, & computantur hic principes sacerdotum, & post eum erant principes Leuitarum, Heman, & Idithum: Heman erat princeps familiæ Caathitarum, vt supra 6. Idithum autem erat princeps familiæ Meraritarum, quod patet, quia tres erant familiæ Leuitarum, s. Caathitarum, Gersonitarum, Meraritarum, & Heman erat princeps Caathitarum supra 6. Asaph autem erat princeps Gersonitarum, eodem cap. Ideo solum manebat princeps Meraritarum, & iste esset nunc Idithum, qui ponitur hic princeps cum Heman principe Caathitarum. verum est tamen, quòd princeps Meraritarum ponebatur esse Ethan supra 6. Et precedenti cap. & tamen nunc nō fit mentio de illo, & sic videtur, quòd iste Idithum esset princeps Meraritarum. Iste est de cujus nomine aliqui Psal. intitulati fuerunt, vt dictum fuit supra in litera. *Et reliquos electos.* Idest, etiam cum istis segregauit alios electos inter Leuitas, & vocantur electi illi, qui constituebantur principes aliquorum Leuitarum, vel sacerdotum, eo quòd illi erant excellentiores alijs, & propter hoc magis electi. ex hoc innuitur, quòd præter istos fuerunt constituti alij in principes sacerdotum, & Leuitarum, & tamen non nominantur, quia isti nominati hic erant maiores omnium principum. *Vnumquemque vocabulo suo.* Idest omnes isti, qui eligebantur in principes, & etiam qui erant constituti sub eis erant distincti per nomina. Et quādo Dauid illos elegit, & distinxit per officia, & vices, scripsit eos per nomina sua, scilicet, tales, & tales pertinent ad talia officia, & tales ad alia. Sicut in Ecclesia scribuntur Hebdomadarij in quadam tabula, vt sciatur, qui debent ministrare in altari, & in choro. *Ad confitendum Domino.* Idest, Officium istorum erat ad laudādum Dominum. Istud refertur ad Leuitas, de quibus immediate dictum est, scilicet, ad Heman, & Idithum: quia isti erant principes Leuitarum. Ad quos pertinebat cantare, sed & offerre sacrificia, & tuba canere coram Domino, vt supra declaratum est in quadam quęstione. *Quoniam in æternum misericordia eius.* Potest intelligi dupliciter, vno modo, quòd accipiatur materialiter, scilicet, quòd iste esset cantus Leuitarum, ita quòd quando ipsi cantarent dicerent in æternum misericordia eius. Alio modo, q̄ ponatur hic, vt redditiuum causæ, scilicet, quòd propter hoc Leuitæ canere debebant coram Domino, quia misericordia eius est in æternum, scilicet, homo tenetur laudare Deum pro beneficijs collatis. Ipse autem confert beneficia per misericordiam suam, quæ durat in æternum. Ideo propter istam misericordiā Leuitæ debebant semper Deum laudare. *Heman quoque tuba canentes, & quatientes cymbala.* Posuit supra distinctiones Leuitarum quātum ad officia, hic autem ponit differentias eorum quantum ad vasa musica, quibus vtebantur. Et dicitur, quòd Heman, & Idithum, qui erant principes Leuitarum existentium in sanctuario Domini in Gabaon, canebant tuba, & quatiebant, idest, percutiebant cymbala. Vtebantur istis tubis ad canendum tēpore sacrificiorum. Et etiam quatiebant, idest, percutiebant cymbala eodem tempore. Nam cymbala pulsantur per eorum mutuam percussionem, Nam semper sunt duo cymbala, & tenentur duabus manibus, & percussa sonitum reddunt, cum cymbala sint laminæ æreæ, vel ferreæ grossæ, & concauæ rotundæ, quæ intra se aerem recipiunt, & p percussionem cōsonantem sonitū reddunt. *Et omnia Musicorum organa ad canendum Deo.* Idest, Etiam dedit illis omnia alia organa musica, in quibus canerent, quia Leuitę vtebantur omnibus generibus organorum musicorum, vt fieret pulchrior harmonia, & solennior propter multiplicitatem organorum. Et patet hoc, qa Leuitæ magis insistebant laudi diuinæ, q̄ populares, & tñ populares in portatione arcæ canebāt in omnibus lignis fabrefactis, vt patet 2. Re. 6. Ergo a fortiori Leuitæ. Item Dauid inuitat nos ad laudandum Dñm in omnibus generibus musicorum vasorum, vt patet Psal. vlti. Ideo Leuitæ canerent in omnibus illis, quia cum ipse Dauid instituisset

tuisset cantus, quibus vtebantur Leuitæ, & omnia alia pertinentia ad eos, daret ipsis omnia instrumenta, in quibus suadebat Dominum laudandũ esse. *Filios autem Idithum fecit esse portarios.* Isti erant portarij sanctuarij Domini, quod erat in Gabaon, & officium suum erat distinguere mundos ab immundis, & recipere ad sanctuarium illos, quibus licebat illuc introire, reliquos verò excludere. Sciendum autem, quòd non omnes filij Idithum fuerunt portarij in Gabaon, quia vnus eorum, scilicet Obededom fuit ianitor arcæ in domo Dauid, vt patet supra in litera. *Reuersusque est omnis populus in domum suam.* Refertur istud ad portationem arcæ: de qua supra, scilicet, omnes de populo, qui venerunt coram arca steterunt ibi quandiu fiebant sacrificia, & cantabantur Psal. de quibus supra in litera. Et post hoc Dauid ordinauit, qui de Leuitis, & sacerdotibus manere deberent ad ministrandum coram arca, & qui deberent ire in Gabaon ad ministrandũ in sanctuario, & his expletis omnis populus, qui erat simul cum Dauid, redijt in loca sua, relicta arca in domo Dauid. *Et Dauid vt beneciceret etiam domui suæ.* Idest, Etiam Dauid reuersus est in domum suam, vt benediceret illi, idest, vt haberet de ea, quasi dicat, in omnibus superioribus Dauid intentus erat circa honorem diuinum in portatione arcæ, & non curabat de rebus suis. Nunc autem expletis his, quæ pertinebant ad cultum Dei redijt ad considerandum ea, quæ pertinebant ad vtilitatem domus suæ, & familiæ.

Ex quo Sadoc ministrabat in Gabaon, vbi erat alius sacerdos Abiathar. Quæst. XXXIIII.

QVAERITVR circa ea, quæ dicta sunt, cum dicatur hic, quòd Dauid fecit, quòd Sadoc ministraret in Gabaon, vbi ministrabat, vel qd factum est de alio summo sacerdote, scilicet, Abiathar. Habebat enim Dauid duos summos sacerdotes, scilicet, Sadoc, & Abiathar, 2. Regum 8. & 20. Et infra 18. De Sadoc autem dicitur hic, quòd ipse missus est in Gabaon ad ministrandum ibi coram Domino cum fratribus suis, scilicet, qui erant de cognatione sua. De Abiathar autem nõ dicitur vbi ministrauerit, vel quid fecerit. Aliquis dicet, quòd etiam Abiathar missus est in Gabaon ad ministrandum cum Sadoc, & intelligitur per hoc, quod dicitur: Sadoc autem sacerdotem, & fratres illius sacerdotes. Dicendum, quòd non stat, primò quia non est rationabiliter dictum, quòd Abiathar intelligatur per fratres Sadoc, & non exprimatur, quia Sadoc erat summus sacerdos, & etiã Abiathar, & non erat maior ratio, quare vnus exprimeretur quàm alius: ideo vel exprimerentur ambo tanquam æquales in gradu, vel subticerentur ambo in particulari, & diceretur de sacerdotibus in generali: Et tamen fuit expressum de Sadoc, & non de Abiathar. Ideo videtur, quòd non subintelligatur Abiathar. Secundo patet, quia cum dicitur, & fratres eius, intelliguntur sacerdotes minores, qui erant de cognatione Sadoc, & tamen non erat Abiathar de sacerdotibus minoribus, ideo non intelligeretur appellatione minorum sacerdotum. Tertiò patet, quia dicitur, & fratres eius, per quod significantur sacerdotes, qui erant de cognatione Sadoc, & tamen Abiathar non erat de cognatione Sadoc, sed erat de duabus cognationibus omnino distinctis, quæ non reducebantur in aliquod vnum principium vsque ad Aaron, qui fuit primus sacerdos. Quod patet, quia fuit Abiathar de stirpe Ithamar, & Sadoc de stirpe Eleazar, vt declaratum est satis 3. Regum 2. Et isti soli fuerunt filij Aaron superstites, a quibus deriuatæ sunt duæ familiæ sacerdotales, & sacerdotium summum pertinebat ad progeniem Eleazar, eo quòd ipse fuit primogenitus Aaron respectu Ithamar, & ipse Eleazar fuit factus summus sacerdos mandato Domini per Moysen in deserto nondum mortuo Aaron patre suo. Numeri 20. Et post eum filius suus Phinees suscepit summum sacerdotium, & Deus promisit ei, quòd maneret sacerdotium in domo sua in sempiternum. Numeri 25. Sed postea tempore Heli summi sacerdotis translatum est sacerdotium ad domum Ithamar, & fuit primus sacerdos in hac progenie Heli, & deinde quatuor nepotes sui, & vltimus fuit Abiathar, qui per Salomonem expulsus est de summo sacerdotio, & mansit solus Sadoc 3. Regum 2. Et ibi de hoc satis declaratum est. Et sic patet, quòd Abiathar, & Sadoc erant de duabus cognationibus non coincidentibus, vnde non poterat Abiathar intelligi per fratres Sadoc. Dicendum ergo, quòd Abiathar summus sacerdos non ministrauit in Gabaon, sed coram arca. Pro quo sciendum, quòd Abiathar erat filius Achimelech summi sacerdotis, & tempore Achimelech ipse solus erat summus sacerdos: Saul tamen occidit ipsum, & alios sacerdotes vibis Nobe propter Dauid, primo Regum 22. Et tunc transtulit tabernaculum Domini Saul de Nobe in Gabaon, & constituit Sadoc summum sacerdotem de stirpe Eleazari, de qua non fuerant aliqui summi sacerdotes ex tempore Heli, tunc ministrabat Sadoc in Gabaon, quandiu vixit Saul, & interim Abiathar filius Achimelech summi sacerdotis tenebatur a Dauid pro summo sacerdote, & induebatur rationali, & ephod. sicut summus sacerdos, primo Regum 22. & 23. Post mortem autem Saulis septem annis, & dimidio, quibus regnauit Dauid in Hebron super Iudam, Sadoc erat summus sacerdos in Gabaon super vndecim tribus Israel: Abiathar autem erat summus sacerdos in regno Dauid. Cum autem reunitum est regnum, & traditum in manu Dauid, habuit Dauid istos duos summos sacerdotes Sadoc, & Abiathar, & quia ante hoc nunquam ministrauerat Abiathar in Gabaon, noluit Dauid, quòd nunc ministraret, sed Sadoc, qui ministrauerat ibi semper, ministraret etiam nunc. Et hoc erat valde conueniens, quia tota ministratio sacerdotalis, & Leuitica diuidebatur nunc in duas, scilicet, in illam, quæ fiebat coram arca, & in illam, quæ fiebat in sanctuario Domini in Gabaon, & quia erant duo summi sacerdotes, decebat vt vnus illorum præesset ministrãtibus in Gabaon, & alter ministrantibus coram arca. Sadoc autem præfuit ministrãtibus in Gabaon, vt patet in litera, Abiathar autem præfuit ministrantibus coram arca. De quo nihil dicitur. Nec tamen propter hoc suspicandum est, quòd non ministrauerit ibi, quia etiam nihil dicitur supra in litera de sacerdotibus ministrantibus coram arca in sacrificijs. Et tamen manifestum est, quòd ministrabant ibi, vt probatum est supra in quadam quæstione, & sic princeps istorum Abiathar subticetur. Alia causa est, quia Abiathar erat nimis familiaris Dauid, eo quòd tenebatur ei Dauid nimis propter patrem suum Achimelech: nam ille occisus fuerat cum tota domo sua propter Dauid, primo Regum 22. Cum dixit Dauid: Reus ego sum omnium animarum patris tui. Etiam quia Abiathar fuerat cum Dauid in omnibus eius laboribus, vt patet 3. Regum 2. Portasti arcam Domini coram Dauid patre meo, & sustinuisti laborem in omnibus, in quibus laborauit pater meus. Et ob hoc volebat Dauid secum habere semper Abiathar: si autem ministraret, in Gabaon non posset illum secum habere continuè, ideo fecit, quòd ministraret coram arca in Ierusalem, quia ibi ministratio manebat semper: Dauid autem erat semper in Ierusalem, & non in Gabaon.

Quomodo

Quomodo sustentabantur illi, qui ministrabant coram arca. Quæst. XXXV.

QVAERITVR vlterius cum isti Leuitæ, & sacerdotes sic se haberent, quòd quidam ministrabant in Gabaon in templo, & alij coram arca in Ierusalem, quomodo sustentabantur illi, qui ministrabant coram arca. Et quomodo diuiderentur redditus, & iura sacerdotalia, & Leuitica. Considerandum est pro hoc, quòd iura Leuitarum solum erant in decimis, accipiebant enim omnes decimas filiorum Israel, Numeri 18. Sacerdos autem magnus habebat decimam partem decimarum, scentesimam omnium fructuum totius Israel. Alij autẽ sacerdotes minores habebant iura sacrificiorum, & oblationum, & omnium primitiarum, & redemptionem primogenitorum, & omnia, quæ dabantur ex voto, & multa alia, de quibus Numeri 18. Et ibi late declaratum est. Aliquis autem dicet, quòd omnia ista iura recipere debebant sacerdotes, & Leuitæ, qui ministrabant in sanctuario Domini in Gabaon. Illi vero, qui ministrabant coram arca sustentarentur aliunde, eo quòd omnes isti redditus instituti fuerunt a principio pro ministrantibus coram Domino. Numeri 18. Et tamen olim antequam Dauid transferret arcam in domum suam tota ministratio fiebat in sanctuario Domini, ideo ministrantibus ibi solum dari debebant omnia ista iura. Ad declarationem huius considerandum est, quòd quamquam Leuitæ haberent omnia iura sua propter hoc, quòd ministrabant coram Domino, tamen aliqua erant, quæ dabantur eis propter ministrationem quotidianam, & alia solum dabantur, quia erant Leuitæ: vt patet Deute. 18. Cum dicitur, quòd si Leuita voluerit manere coram Domino semper ministrando, dabitur ei id, quod datur quotidie ministrantibus in templo Domini, vltra id, quod in vrbe sua ex successione paterna sibi debetur. Et istud est, sicut in Ecclesijs præcipue cathedralibus, quia redditus sunt distincti in duas partes, scilicet, in præbendam grossam, & distributiones quotidianas. Præbenda grossa datur cuicunque canonico integre, etiam si non seruiat actualiter, dum tamen resideat certo tempore anni: distributiones autem quotidianæ non dantur quotidie seruientibus, nisi ex causa speciali, ita erat inter Leuitas: nam omnibus Leuitis, & sacerdotibus datæ fuerant vrbes, & suburbana ad habitandum, & pascendum pecora. Numeri 35. Et habebant ibi Leuitæ domos. Ista autem data fuerant eis, quia Leuitæ erant, & tamen proueniebant successiuè iure hæreditario a patribus in filios, etiam si non ministrarent in sanctuario. Et de hoc dicitur Deutero. 18. Excepto eo, quòd ei in vrbe sua ex paterna successione debetur. Aliud erat, quod dabatur Leuitis, quando actualiter residebant seruientes in sanctuario. Et istud erat tanquam quotidianæ distributionis, & erat certum quid quod dabatur Leuitis ministrantibus quotidie. Et si pauci venirent, illi suscipiebant illa iura omnia illius diei, & si multi, etiam inter illos diuidebatur: sicut fit in distributionibus quotidianis in Ecclesijs cathedralibus. Et ad hoc erant assignati pro quolibet tempore certi Leuitæ, qui ministrarent coram Domino per vices suas. Et illi, quibus euenebat sors ministrandi, recipiebãt omnes prouentus temporis illius. Si tamen contingeret, quòd aliquis Leuita, qui non esset de illis, quibus competebat ministrare secũdum sortem, vellet ire ad sanctuarium, & manere in vrbe sanctuarij omni tempore ex deuotione ministrãdo ibi, recipiebat ille partem distributionũ quotidianarum, sicut illi, qui ministrabant secundum sortem eis competentem, vt patet Deutero. 18. loquendo de primis redditibus Leuitarum, & sacerdotum non est aliquod dubium, quòd illi debebantur non propter quotidianam ministrationem, sed ex successione paterna: ideo siue ministrarent in sanctuario, siue coram arca, siue in quocunque alio loco, non erat dubium, quin cuilibet proueniret id, quod debebatur ei ex paterna successione. De secundis autem redditibus est dubium, quòd illi dabantur continue ministrantibus, & residentibus tanquam quotidianæ distributiones pro eo tempore, quo ministrabant. In hoc tamen dici potest dupliciter, vno modo, quòd diuidebantur æqualiter isti redditus secundum proportionem numeri personarum existentium in sanctuario, & ministrantium coram arca, siue essent sacerdotes, siue Leuitæ. Alio modo, quòd illi, qui erant in sanctuario perciperent omnes istos redditus. Et illi, qui erant coram arca Domini nihil perciperent, sed Dauid prouideret eis. Primum est satis rationabile, nam isti redditus dati fuerunt propter ministrationem, quæ fiebat corã Domino. Manifestum est, tamen quòd illi, qui ministrabant coram arca, ministrabant coram Domino, quia a principio arca erat in sanctuario, & propter eã fiebat ministratio principaliter, cum ipsa esset vas sanctissimum totius sanctuarij. Nunc autem cum illa esset separata a sanctuario, ministrantes coram illa dicebantur ministrare coram Domino, eo quòd ibi specialius representabatur Deus, quàm in alijs partibus sanctuarij, cum Deus diceretur sedere super arcam inter cherubim, vt patet 2. Regum 6. Et supra 13. Item patet, quia isti sacerdotes, & Leuitæ qui ministrabant nunc coram arca iubente Dauid ministrabant prius in sanctuario, & percipiebant redditus ordinarios. Quod autem nunc ministrarent sicut prius, & non perciperent aliquid de redditibus illis, videbatur esse satis irrationabile. Ideo non est credendum, quòd illi priuarentur iuribus sacerdotalibus, & Leuiticis sibi debitis, sicut si ministrarent in sanctuario. Secundus modus est, quòd isti qui ministrabant coram arca nihil perciperent de redditibus Leuiticis, & sacerdotalibus, sed omnes cederent in partem eorum, qui ministrabant in sanctuario. Et tamen isti, qui nunc ministrabant coram arca sustentarentur ab ipso Dauid. Et hoc est verisimile: primo quia sicut Dauid fuit tam magnificus colendo Deum in portatione arcæ, quòd faceret tam magnas expensas in cibis populi, & in sacrificijs, cum ad singulos sex passus eorum, qui portabant arcam faceret occidi septem tauros, & septem arietes, præcedenti cap. Ita nunc daret omnia necessaria pro istis sacerdotibus, & Leuitis, qui ministrabant coram arca. Secundo patet hoc, quia Dauid propter causam suam transtulerat arcam in domũ suam, scilicet, vt Deus benediceret domui suæ sicut benedixerat domui Obededom, vt colligitur supra 13. Ideo iustum erat, quòd ipse prouideret omnibus ministrantibus coram arca. Tertio patet, quia redditus illi, qui dabantur pro quotidiana ministratione Leuitis, & sacerdotibus, erant sicut distributiones quotidianæ Ecclesiarum. Et tamen de distributionibus istis sic est, quòd siue pauci, siue multi ad horas venirent consequuntur eas integre. Et ratio huius est, quia siue pauci siue multi sint, æquale est officium diuinũ, quia faciunt pro quo dantur illæ distributiones. Sic autem erat inter Leuitas, & sacerdotes, quia antequã separaretur arca a sanctuario, omnes Leuitæ veniebant ad ministrandum in sanctuario, & erat eis labor minor, quia diuidebantur tempora ministrationis per multos: nunc autem cum multi illorum ministrarent coram arca, erant pauciores, qui ministrabant in sanctuario, & ob hoc sepius oportebat eos ministrare. Et sic cum æqualis labor maneret eis nunc cum essent

pauci

Universidad de Deusto
Biblioteca

pauci sicut prius, cum essent multi, debebantur eis æquales redditus, & tamen prius debebantur omnes redditus sanctuarij ministrantibus in sanctuario, ideo nunc solis illis. Vterque modus est satis verisimilis, sed primus videtur rationabilior, cum isti, qui ministrabant coram arca censerentur ministrantes in sanctuario, & ibi personaliter residentes, cum ministrarent coram Domino sicut supra dictum est. Et tunc dicetur, quòd cum essent nunc duo summi sacerdotes, vnus coram arca, & alius in sanctuario in Gabaon, diuiderentur redditus per medium inter eos, scilicet, quòd quilibet reciperet ducentesimam partem fructuum totius Israel. De redditibus autem sacerdotum dicendum erat, quòd diuidebantur inter eos, qui erant coram arca, & in Gabaon, sicut inter ipsosmet, qui erant in Ierusalem. De Leuitis autem idem dicendum est, quia si tam pauciores sacerdotes, & Leuitæ erant coram arca, quàm in Gabaon, minor pars eis dabatur.

Quæ erant cæremoniæ, quæ fiebant coram arca Domini.
Quæst. XXXVI.

QVAERITVR vlterius, quæ erant cæremoniæ, quæ fiebant coram arca Domini, & quæ fiebāt in sanctuario in Gabaon. Nam sacrificia fiebant in Gabaon, & etiam coram arca, vt patet in litera. Et sic de quibusdam alijs ministrationibus, in quibus videbantur coincidere. Respondendum, quòd in sanctuario in Gabaon poterant fieri omnes cæremoniæ legis, & tamen non erat necesse fieri ibi omnes, quia poterant fieri alibi quædam illarum. De arca autem dicendum est, quòd non poterant fieri coram ea omnes cæremoniæ legis, sed quædam, & tamen nulla cæremonia legis, quæ necessario fieri deberet coram arca. Et pro hoc datur regula, quòd omnes cæremoniæ, quæ erant de necessitate legis, fieri poterant in sanctuario, & necesse erat fieri ibi illas, & tamen nulla istarum erat, quæ fieri posset coram arca. Aliæ cæremoniæ erant spontaneæ, & de istis dicendum, quòd poterant fieri in sanctuario, & etiam coram arca, & non erat necesse aliquam illarum fieri in sanctuario. Ad hoc autem sciendum, quòd in lege ponebantur quædam cæremoniæ Leuitarum, & aliæ sacerdotum. Cæremoniæ Leuitarum erant, quòd essent ianitores templi, & cantores. Cæremoniæ sacerdotales erant multę. Prima erat offerre quotidie bis thymiama mane, & vespere, Exo. 30. Secunda erat quotidie locare lucernas in cādelabro ponendo oleū, vel faciendo alias dispositiones. Exo. 27. & 30. Tertia erat ponere panes propositionis super mensam in tabernaculo, Leui. 24. Quarta erat clangere tubis sacris tempore sacrificiorum Numeri 10. Quinta erat introire in Sancta sanctorum semel in anno in die propitiationis Leui. 16. Et ad Hebræ. 9. Sexta erat facere sacrificia in altari holocaustorum, vel vbicunque, & alias cæremonias pertinentes ad hoc. Septima erat purificatos a lepra, & ab alijs immunditijs ostendere, & reconciliare cōmunitati mundorum. Leuitici decimotertio & decimoquarto. Et ob hoc Christus dixit leprosis. Ite, & ostendite vos sacerdotibus. Lucæ 17. De ministrationibus Leuitarum, dicendum quòd nō determinabant certum locum quædam illarum, sicut laudare Dominum. Et ideo istę non solum fieri poterant in sanctuario, sed etiam vbicunque alibi. Aliæ autem concernebant locum, sicut esse ianitores. Et tamen istę poterant obseruari, vbi erat arca, sicut vbi erat sanctuarium. Et ratio huius est, quia Leuitæ ianitores in sanctuario habebant istud officium, quòd non permitterent quemquam accedere ad locum indebitum, & fiebat istud potissime propter arcam, quia nihil erat in toto sanctuario maioris venerationis, & a cuius visu, & tactu maxime abstinendum esset quam arca. Cum in visione eius esset maximum periculum, scilicet, mors: Numeri 4. Et primo Regum 6. Ideo cum esset arca in domo Dauid, vel vbicunque esset, conueniens erat poni aliquos ianitores, nam cum posita fuit in domo Abinadab, consecrauerunt Israelitæ Eleazarum filium eius ad custodiendum eam. Et cum esset in domo Obededom, ipse erat Leuita, & custodiebat eam, vt declaratū est supra 13. Et ob hoc tempore, quo fuit arca in domo Dauid, fuerunt cantores, & ianitores de Leuitis in sanctuario in Gabaon, & etiam in domo Dauid coram arca, de ministrationibus autem sacerdotalibus secus erat. De prima, quæ erat cremare thymiama quotidie sup altare thymiamatum, dicendum quòd erat necessaria, quia quotidie bis fiebat, in mane, & in vespere. Exo. 30. Et ob hoc fieri debebat in sanctuario, & non sufficiebat si alibi fieret, potissime, quia non poterat fieri alibi, cū istud altare thymiamatum non sequeretur arcam, sed esset semper in sanctuario coram Sancta sanctorum. De secunda cæremonia, quæ erat locare lucernas in candelabro, dicendum quòd erat necessaria, quia fiebat quotidie bis lege iubente: Exo. 27. & 30. Et non poterat fieri alibi nisi in sanctuario, potissime quia candelabrum illud, in quo lucernæ erant disponendę, erat vnicum, & erat semper in tabernaculo ante velum Sancti sanctorum: Exo. 26. Tertia cæremonia, scilicet, ponere panes propositionis super mensam, erat necessaria, quia debebat fieri quolibet sabbatho, & non poterat fieri nisi in sanctuario, quia mensa propositionis erat in tabernaculo ante Sancta sanctorū: Exo. 26. Et Leuiti. 24. Quarta cæremonia, scilicet, clangere tubis in diebus festis, & in sacrificijs erat sub necessitate, & tamen non determinabat sibi locum, quia poterat clangi tubis vbicūque fieret sacrificium. Ideo dicendum, quòd cum in sanctuario Domini in Gabaon necesse esset fieri festiuitates, & sacrificia: necesse erat fieri ibi clangore tubarum sacrarum, & tamen etiam coram arca clangebatur tubis sacris iugiter, vt patet supra in litera, cum dicitur, quòd Deus instituit Banaiam, & Oziel sacerdotes, vt canerent tubis iugiter coram arca. Quinta cæremonia erat ingredi in Sancta sanctorum in die propitiationis, & ista erat necessaria, quia necesse erat quolibet anno fieri semel Leui. 16. Et ad Hebræ. 9. Et non poterat fieri alibi nisi in sanctuario, quamquam vnus de summis sacerdotibus esset coram arca in domo Dauid. Et ratio est in duobus, primo quia ingredi debebat sacerdos magnus die illa in Sancta sanctorum, & tamen Sancta sanctorum est quædam domus quadrata, quæ erat pars posterior tabernaculi, vt patet Exo. 26. Et ibi declaratum est, & sic non poterat esse Sancta sanctorum, nisi vbi erat Sanctuarium. Secundum est, quia fiebant die illa cæremoniæ multæ sacrificiorum necessariorum, quæ non poterant fieri nisi in sanctuario. Sexta cæremonia erat facere sacrificia, & de ista dicendum, quòd quædam sacrificia erant necessaria, & alia spontanea: necessaria fieri debebant in sanctuario, spontanea autem poterant fieri coram arca. De primis sciendum, quòd tripliciter poterat aliquod sacrificium esse necessarium. Primo modo per legem iubentem absolute. Secundò per legem iubentem sub conditione, & quando illa conditio impleretur, esset simpliciter necessarium sacrificium. Tertio modo, quando sine lege sacrificium fit necessarium per solam hominis voluntatem. De primo patet in sacrificio iugi. Nam sine conditione aliqua fieri debebat quotidie: etiam si multa alia sacrificia

erificia occurrerent: non debebat istud omitti. Sic etiam erat de sacrificijs, quæ fiebant in solennitatibus, scilicet, in sabbathis, & kalendis, & Phase, & Pentecoste, & die Clangoris, & festo Propitiationis, & Tabernaculorum, quia pro omnibus his erant sacrificia designata, quæ non debebāt omitti propter quæcunque alia accidentia. De his Numeri 28. & 29. De istis dicendum est, quòd necesse erat fieri illa in sanctuario in altari holocaustorum. Secundo modo sacrificia sunt necessaria per conditionem: sicut cum dicit lex, quòd mulier, quæ peperit susceptо semine offerat agnum anniculum, vel par turturum. Leui. 12. Et sic quando aduenit ista conditio, scilicet, quòd mulier, quæ pareret offerre debebat. Sic etiam si peccaret populus, vel sacerdos, vel princeps, vel priuata persona offerre debebant sacrificia certa, & quamquam accidens esset, quòd aliquis peccaret: tamen postquàm peccaret necesse erat, quòd offerret sacrificia determinata. Leuiti. 4. & 5. Et Numeri 5. Sic etiam si aliquis incideret in lepram, & sanaretur, vel mulier flueret sanguine extra tempus menstruorum, vel vir flueret semine, & sanarentur, debebant offerre sacrificia pro purificatione. Leuiti. 14. & 15. Sic etiam de multis alijs casibus, in quibus obligabantur Israelitæ facere sacrificia. Tertio modo erat sacrificium necessarium per voluntatem, sicut accidit in votis, quæ in vouendo sunt voluntaria, & in complendo sunt necessaria: vnde si quis voueret quodcunque genus sacrificij, iam obligabatur ad reddendum illud in sanctuario. De omnibus his modis dicendum, quòd sacrificia sic necessaria offerri debebant in Sanctuario, nec sufficiebat, quòd offerretur aliquod illorū coram arca: specialiter tamen dicendum de sacrificijs, quæ erant necessaria ex voto, quòd ista semper debebant offerri in Sanctuario, nisi in vouendo aliquis dixisset: volo offerre tale, vel tale sacrificium coram arca: aliàs autem siue aliquid exprimeret, siue absolute voueret offerre sacrificium, tenebatur illud offerre in Sanctuario. Sacrificia autem spontanea erant, quæ pro sola voluntate offerebantur, nec habebant aliquam necessitatem præcedentem sicut in sacrificijs impetratis a lege, nec aliquā subsequētem sicut in sacrificijs factis ex voto, sed fiebant gratis sine voto, & ista poterant indifferenter offerri in Sanctuario, vel coram arca. Ratio autem prædictorum est, quia dicitur hic in litera, quòd Dauid iussit, quòd Sadoc, & fratres sui sacerdotes offerrent sacrificium iugiter mane, & vespere coram tabernaculo in altari holocaustorum, & quòd facerent omnia iuxta legem Moysi ibi, & coram arca non iubebat fieri aliquid eorum, quæ iubebantur fieri in lege Moysi, ideo videtur, quòd omnia, quæ aliquo modo habebant necessitatem ad fieri, debebant fieri in Sanctuario, & nihil illorum coram arca, quæ autem erant pure spontanea, non erant secundum legem Moysi, idest, non habebant necessitatem aliquam ex lege directe nec indirecte, & illa poterant fieri coram arca.

An Heman, & Idithum canerent tubis coram arca.
Quæst. XXXVII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd Heman, & Idithum canebant tubis coram arca, quia canere tubis non pertinebat nisi ad sacerdotes, vt patet Numeri 10. Scilicet, filij Aaron sacerdotis clangent tubis: eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris. Aliquis dicet, quòd Heman, & Idithum, de quibus hic dicitur non essent Leuitæ simplices, sed sacerdotes, & si liceret eis clangere tubis, dicendum tamen, quòd hoc non stat, quia isti erant Leuitæ. Nam supra 6. dicitur, quòd Heman erat de progenie Caathitarum princeps inter cantores illius progeniei. Etiam patet, quia infra 25. Vbi ponuntur officia Leuitarum ponuntur Heman, & Idithum, & Asaph, & tamen si essent sacerdotes, non ponerentur vigintiquatuor ibi, sed infra vbi ponuntur vigintiquatuor sortes sacerdotum: erant ergo Leuitæ, sed licuit eis clangere tubis. Pro quo sciendum, quòd quædam erant tubæ argenteæ sacræ ductiles, quas iussit Deus facere Moysi. Numeri 10. Et aliæ erant tubæ corneæ, vel ligneæ non sacræ. In primis istarum clangebant soli sacerdotes, & de his dicitur Numeri 10. Filij Aaron clangerent tubis, & nunquam Leuitæ clangebant eis. Secundis autem vtebantur Leuitæ, quia non erant sacræ, & non solum ipsi, sed etiam laici, vt patet prędcedenti cap. cum dicitur, quòd vniuersus Israel deducebat arcam Domini in iubilo, & sonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, a fortiori ergo Leuitis liceret vti tubis istis. Quòd autem essent quædam tubæ sacræ argenteæ, & aliæ non sacræ corneæ, patet Psalmo 97. Scilicet, psallite Domino in cythara, & voce Psalmi in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ. Tuba ductilis est tuba argentea sacra: sic enim patet Numeri 10. Vbi iussit Deus istas tubas fieri, dicens. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem. Ita nunc dicendum, quòd erant coram arca tubę argenteæ sacræ, quibus clangebant sacerdotes, & tubæ corneæ non sacræ, quibus clangebant Leuitæ. Patet hoc, quia supra in litera dicitur, quòd constituit Dauid Banaiam, & Oziel sacerdotes canere iugiter tuba coram arca. Et dicitur hic postea, quòd Heman, & Idithum canebant tuba, ideo reddenda sunt singula singulis, scilicet, tubæ sacræ sacerdotibus, & tubæ corneæ Leuitis, quia aliàs frustra ponerentur quidam sacerdotes canentes tubis, quidam Leuitæ, sed attribueretur hoc totum Leuitis quibus competebat canere in templo, & coram arca.

An distinctio officiorum, quæ hic habetur sit illa, quæ ponitur infra cap. 25. Quæst. XXXVIII.

QVAERITVR vlterius de ista distinctione officiorum sacerdotum, & Leuitarum, quæ ponitur hic an sit illa, quæ habetur infra 25. Respondendum, quòd non, quia ibi ponitur ordinatio sacerdotum, & Leuitarum pro toto tempore futuro post ædificationem templi Salomonis, in quo esse debebat Sanctuarium, & arca, & tamen hic ponitur ordo, quem habebant sacerdotes, & Leuitæ illo tempore, quo mansit Sanctuarium in Gabaon, & arca erat in domo Dauid. Secundo patet, quia infra vigesimoquarto, & 25. distinguuntur omnes sacerdotes in vigintiquatuor partes, & omnes Leuitæ in totidem partes. Hic autem non distinguuntur omnes sacerdotes, nec omnes Leuitæ, sed soli Leuitæ Caathitæ, & Merarītæ. Illi autem, qui erant Gersonitæ erant coram arca cum Asaph, vt colligitur supra in litera, & ibi declaratum est: etiam non fuerunt nunc omnes sacerdotes in Sanctuario, sed quidam coram arca: dicendum ergo, quòd non coincidit iste cum illo ordine sacerdotum, & Leuitarum, qui habetur infra vigesimoquarto, & 25. quia ille fuit ordo generalis pro omnibus Leuitis, & sacerdotibus, hic autem ponuntur duo ordines particulares, scilicet, vnus ordo sacerdotum, & Leuitarum existentium coram arca, & alius ordo sacerdotum, & Leuitarum manentium in tabernaculo Domini in Gabaon.

CAP.

CAP. XVII.

CVM autem habitaret Dauid in domo sua, dixit ad Nathan Prophetam: Ecce ego habito in domo cedrina, arca autem fœderis Domini sub pellibus est. Et ait Nathan ad Dauid: Omnia, quæ in corde tuo sunt, fac: Dominus enim tecum est.

DESCRIPTO in præcedentibus de Dauid deuotione in arcæ veneratione, hic agitur de eius deuotione in templi ædificatione, & diuiditur in duo, quia primo agitur de Dauid desiderio circa templi ædificationem: secundò agitur de eius studio circa materiæ præparationem infra 22. Prima in tres, quia primo ponitur prædictum desiderium ad templi ædificationem. Secundo intentionis impedimentum per inimicorum debellationem sequenti cap. Tertio eiusdem impedimētum per Dauid præuaricationem infra 21. Prima in duas, quia primo ponitur Dei ad Dauid per Prophetam locutio: secundò eiusdem responsio, ibi. *Cumque veniſſet Rex*. Prima in duas, quia primo ponitur humana diffinitio: secundò diuina reuocatio ibi. *Igitur nocte illa*.

An iſta, quæ hic habentur ſint continuata ad præcedentia, & fuerint immediate poſt illa an interiecto aliquanto tempore. Quæſt. I.

QVAERITVR circa primum, an ea, qui habentur hic habeant ordinem continuatum ad præcedentia, & an fuerint facta immediatè poſt illa, vel interiecto aliquanto tempore. Ad primum dicendum, quòd hic est ordo continuus, quia supra dicebatur de arcæ portatione, quæ fuit in principio regni Dauid. Hic autem dicitur de voluntate eius ad ædificandū templum, & fuit istud post illud. Quod patet, quia quando Dauid istud dixit, iam erat arca Domini in domo sua, quia dicitur hic, quòd Dauid dixit ad Nathan Prophetam: ecce ego habito in domo cedrina, arca autem Domini sub pellibus est. Et istud erat, quòd Dauid extenderat ei quoddam tentorium de pellibus iacynthinis, sub quo esset in domo sua præcedenti cap. Et Dauid volebat, quòd iam non maneret sub illo tentorio pellium, sed fabricaretur ei domus pulchra, in qua honorabiliter maneret. Ad secundum dicendum, quòd non apparet an pauco tempore, vel multo post præcedentia ista dicta fuerint, & facta, sed satis videtur dicendum, quòd pauco tempore post acciderint. Nam Dauid erat vir valde deicola, qui semper cogitabat qualiter placeret Deo, ideo non erat verisimile, quòd multo tempore, postquàm duxisset arcam in domum suam, maneret: quādo cogitaret qualiter ædificaret templum Domino, vbi esset arca. Circa primum dicitur. *Cum autem habitaret Dauid in domo ſua*. Scilicet, In domo quam fabricauerant ei serui Hiram regis Tyri de lignis cedrinis supra 14. Et potest induci dupliciter ista litera. Vno modo ad significandum, quòd Dauid deberet ædificare Domino domum, in qua maneret arca, scilicet, quia ipse habebat iam domum pulchram, in qua habitaret, ideo rationabilius erat, quòd Deus haberet domum, vt habuit. Consonat litera sequens cum dixit Dauid. Ecce ego habito in domo cedrina, & arca fœderis Dei sub pellibus est q. d. non est iustum me habere domum, & q̄ arca Domini non habeat domum, nisi pelles: aliter potest induci, scilicet, q̄ Dauid esset iam quietus ab omni hostili opere, ideo esset aptus ad fabricandum Dño domum, & intelligetur cum habitaret Dauid in domo sua, ideſt, cū habitaret pacifice in domo sua, & non cogeretur ingruentibus bellis exire de illa. Et huic concordat litera, quæ habetur 2. Re. 7. Vbi ponitur tota ista historia in sententia, & quasi p eadem verba, cum dicitur: Factum est autem cum sedisset rex in domo sua, & Dominus dedisset ei requiē vndiquè ab vniuersis inimicis suis. *Dixit ad Nathan Prophetam*. Locutus est Dauid isti, quia erat Propheta, & familiaris suus, & voluit ab eo habere certitudine, an placeret ei, q̄ ædificaret ei domum, vel non. *Ecce ego habito in domo cedrina*. Ista est domus, quam ædificauerant ei serui regis Hiram: nam mox vt factus est Rex super totum Israel, misit Hiram rex Tyri artifices, & ligna cedrina ad Dauid, & ædificauerunt ei domum in castro montis Sion, quod vocatur ciuitas Dauid supra 14. & 2. Re. 5. Et erat ista domus cedrina, ideſt, facta de lignis cedrinis, non quòd tota esset de cedro, quia maxima pars eius erat de lapidibus. Quod patet, quia supra 14. Dicitur, q̄ misit Hiram rex Tyri ad Dauid ligna cedrina, & artifices parietum lignorumque, vt ædificarent ei domum: ergo videtur, q̄ artifices parietum non erant artifices lignorum, & consequenter parietes non erant de lignis, sed de alia materia, licet dicatur domus cedrina, quia nullum lignum erat ibi nisi de cedro. Dixit autem hoc Dauid ad probandum, q̄ iniustum erat, q̄ non fuerat ædificata vsque nunc aliqua domus pro arca, quia arca, quæ repræsentabat Deum, cum diceretur Deus sedere super arcam iuxta duos cherubin 2. Re. 6. debebat honorabilius manere quam quicunque homo, sed Dauid habitabat in domo cedrina, quæ erat valde preciosa, ideo videbatur iniustum, q̄ arca Domini maneret in loco non honorabili, scilicet, sub pellibus, & sic non solum petebat consilium an deberet ædificare domum Domino, sed etiam arguebat probando, q̄ deberet ædificare. *Arca autem fœderis Domini ſub pellibus eſt*. Hoc dicebat, quia arca Domini erat inuoluta, vel operta pellibus: sicut supra declarabatur in quadam quæstione. Vocatur autem arca fœderis, quia in ea custodiebantur duæ tabulæ lapideæ, in quibus erant scripta decem præcepta legis, super quibus fuerat fœdus initum inter populum, & Deum. Et ait Nathan ad Dauid. *Omnia, quæ in corde tuo ſunt, fac*. Per ista verba innuebatur, quòd vellet Dauid ædificare templum Domino ad habitandum. Ideo Nathan videns intentionem Dauid dixit ei: omnia quæcunque sunt in corde tuo fac, ideſt, habes intentionem ædificandi templum, ædifica illud sicut volueris. *Deus enim tecum eſt*. Ideſt, Deus adiuuabit te ad faciendum omnia, quæ inceperis. Nesciebat Nathan voluntatē Dei circa ædificationem templi, quia tamen erat aliquid rationabile, & pertinens ad honorem Dei, putauit quòd ipse adiuuaret quemcunque volentem ædificare templum, sed non fuit sicut patet in litera.

Quidnam mouebat Dauid, vt vellet ædificare templum. Quæſt. II.

QVAERITVR circa hoc, quid mouit Dauid ad volendum ædificare templum Dño. Respondendum, q̄ motus fuit rationabiliter: erat enim Dauid vir deicola, & cogitabat assiduè quomodo placeret Deo, & quia videbatur rationabile, q̄ placeret Deo habere domum pulchram pro arca, intendebat ei ædificare illam. Secundum motiuum erat ex quadā compassione hominis ad Deum. Iustū enim est Deū honorari q̄ hominem iuxta illud 2. Macha. 9. Iustum est

est hominem subiectum esse Deo, & mortalem Deo paria non sentire. Sed homines habitabant in domibus pretiosis, ergo rationabilius erat arcam Dñi habitare in domo pretiosa, & hoc dixit ad Nathan, scilicet, Ecce ego habito in domo cedrina: arca autem fœderis Dñi sub pellibus est. Tertium motiuum erat ex habitudine Dei ad hominem, quia Deus vult, quòd honorificemus eum: attribuendo ei ea, quæ nos vellemus pro nobis, & daremus principibus nostris, & q̄ non demus ei illa, quæ despecta sunt in oculis nostris, & quia Iudæi non dabant Deo talia obsequia, & munera qualia principibus suis, conqueritur de eis per Malachiam, vt patet Malac. 1. Scilicet, Ad vos ò sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis, in quo despeximus nomen tuum? Offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis, in quo polluimus te? In eo, quòd dicitis: mensa Domini polluta est. Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? Et si offeratis claudum, & languidum, nonne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit illi, aut si susceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum. Et nunc deprecamini vultum Dñi, vt misereatur vestri: de manu enim vestra factum est hoc, si q̄n̄ suscipiat facies vestras, dicit Dñs exercituum. Nunc autem Dauid cum esset princeps, nolebat, q̄ sibi darent̄ maiora obsequia, q̄ Deo, & tñ ipse habebat domum cedrinam, ideo saltem volebat, quòd Deus haberet domum cedrinam.

Quis nam erat iſte Propheta Nathan. Quæſt. III.

QVAERITVR vlterius quis erat iste Propheta Nathan, quem consuluit hic Dauid. Aliqui respondent, quòd iste fuit vnus de filijs Dauid ex Bethsabee, quia ponitur Nathan inter filios Dauid, vt patet 2. Regum 5. & supra 3. Dicendum tamen, quòd non fuit filius Dauid, sed fuit contemporaneus eius. Quod patet, quia si esset iste Nathan filius Dauid, de quo supra 3. & 2. Reg. 5. non esset filius Dauid ex Bethsabee cum dicatur ibi, quòd illi quatuor, scilicet, Sama, Sobab, Nathan, & Salomon nati sunt de Bethsabee filia Amiel, & tamen Nathan iam vir magnæ ætatis erat, quādo Dauid accepit prima vice Bethsabee, ideo non fuit filius eius. Patet hoc, quia Dauid prius accepit Bethsabee in adulterium quàm in matrimonium: nam non accepit eam in matrimonium, quousque dixit se esse grauidam ex coitu adulterino, & occisus fuit Vrias 2. Regum 12. Nathan tamen venit ad increpandum Dauid, quia acceperat Bethsabee per adulteriū, & quia occiderat Vriam virum eius. Et prænunciauit ei, quòd filius, qui natus fuerat ex adulterio, moreretur 2. Regum 12. Ergo multo prius natus fuit Nathan quàm Dauid acciperet Bethsabee, & sic non potuit esse filius Dauid. Dicendum ergo, quòd Nathan non fuit filius Dauid, sed quidam vir sanctus, & Propheta tempore Dauid, qui fuit valde familiaris ei, & prænunciauit sibi multa, & fere fuit coætaneus Dauid. Nam a principio regni Dauid fit mentio de Nathan, & etiam in morte Dauid viuebat Nathan. Patet hoc, quia Nathan prænunciauit Dauid, quòd non ædificaret templum ei. Istud erat in principio regni sui super Israel, vt patet hic & 2. Regum 7. Etiam ipse denunciauit ei de filio suo Salomon nascituro, qui succederet ei in Regno, & ædificaret templum Domino, vt patet ibidem. Et infra 22. Ipse etiam fuit, qui increpuit Dauid nimis pro adulterio cum Bethsabee, & prænunciauit bella futura in domo sua, quia ipse occiderat Vriam 2. Regum 12. Fuit valde laudabilis iste Nathan: vnde ponitur in catalogo sanctorum patrum veteris testamenti, & adiungitur temporibus Dauid, vt patet Ecclesiast. 47. Scilicet Post hæc surrexit Nathan Propheta in diebus Dauid, & quasi adeps separatus est a carne. Vixit autem Nathan vsque ad mortem Dauid, & postea, nam cum moriturus esset Dauid, & dubitaretur quis ei deberet succedere, & Adonias gereret se pro rege, Nathan fouebat partes Salomonis, & suasit Bethsabee matri eius ingredi ad Dauid, & petere ab eo Regnum pro Salomone 3. Regum primo ipse etiam Nathan Propheta, & Sadoc summus sacerdos vnxerunt Salomonem in Regem, eodem cap.

Quare conſuluit Dauid Nathan de ædificatione templi. Quæſt. IIII.

QVAERITVR vlterius quare Dauid consuluit nūc Nathan super ædificatione templi, quam facere intendebat. Dicendum, quòd fuit propter multa. Primò propter magnam familiaritatem, quam habebat Dauid cum illo. Nam homines, qui volunt facere aliqua magna, prius colloquuntur amicis suis conferentes super illo, an fieri debeat, & qualiter fiat: Nathan autem erat tam familiaris Dauid, vt nihil faceret Dauid eo non consulto. Ideo nunc cum esset ista res grauis, noluit facere quousque conferret super illa cum Nathan. Patet hoc 3. Regum primo quando Adonias vnctus est in regem, nesciente hoc Dauid, dixit Nathan. Nunquid a Domino meo Rege exiuit hoc verbum, & mihi non indicasti seruo tuo, quis sessurus esset super thronum Dauid mei Regis post eum? Et sic Nathan quasi conqueritur, quòd Dauid non reuelauerit ei hoc secretum antequam faceret, non auderet tamen sic conqueri, nisi tanta esset familiaritas eius cum Dauid, quòd omnia alia secreta sua consueuisset ei reuelare. Secundum fuit, quia Nathan erat Propheta, per quem Deus multa reuelabat Dauid, & alijs Israelitis, & cum nunc aggressurus esset rem magnam, noluit aggredi Deo inconsulto, cum promptum esset sibi consulere Deum per Prophetam, & sic quando respondit Nathan ipsi Dauid, quod ædificaret Dauid erat promptus ædificare, nec quæsiuit vlterius consilium. Tertium poterat esse, quia forte Dauid voluit istud reuelare Nathan tanquā viro prudenti, vt videret quid super hoc iudicaret. Et non consulebat Dauid Dominum per Nathan ad volendum scire responsum eius, quia tunc non respondisset Nathan inconsulto Deo, sed consuluisset eum, & expectasset quid responderet, nunc tamen non consuluit Dominum, sed solum respondit de corde suo, dicens, omnia quæ sunt in corde tuo fac: Dominus enim tecum est, & postea Deus apparuit, & reuelauit contrarium. Ideo videtur, quòd non consulebat eū tanquam Prophetam, sed magis tanquam virum prudentem, & familiarem sibi, de quo infra declarabitur in quadam quæstione.

Quare volebat Dauid conſulere Dominum per Nathan. Quæſt. V.

QVAERITVR vlterius si Dauid volebat consulere Dominum super ædificatione templi, ad quid volebat consulere eum per Nathan Prophetam, vel per aliquem alium, cum ipse esset Propheta, immo excellens inter Prophetas tantum, quòd quando dicitur Propheta absolute, intelligitur de Dauid. Respondendum est, quòd non consuluit Dominum per seipsum, sed per alium, vt aliqui volunt, quia licet ipse esset Propheta, tamen pro tunc non habebat spiritum prophetiæ: ideo consulebat per alium, qui haberet spiritum prophetiæ pro tunc. Dicendum tamen, quòd hoc non stat, quia nunquam

vnus

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnus Propheta consulebat Dominum per alium Prophetam ex quacunque causa, siue Deus sibi illico respõderet, siue non, nec reperietur aliquando de aliquo, qui nominetur Propheta, quòd consuleret Dominum per alium, etiam si Deus non reuelaret sibi immediate, quod volebat. Et patet hoc de Iere. a quo iudæi, quæsierunt an deberẽt descendere in Aegyptum, & per decem dies orauit, nec respondebat ei Deus, & tamen nullum alium Prophetam super hoc quæsiuit, sed expectauit vsquequo Deus ei reuelare voluit die decimo, vt patet Iere. 42. Sic etiam fuit de Daniele, qui interdum per tres hebdomadas erat dubius super aliqua re, & consulebat Dominum, quid fieri deberet super illa, vel qualiter intelligeretur: Danielis 10. Et tamen nunquam consulebat tunc alium Prophetam super hoc, licet essent alij Prophetæ famosi in Babylone, a quibus posset quærere, quorum vnus erat Ezechiel, vt patet Ezech. primo. Et sic Dauid non consulebat Dominum nunc per Nathan, tanquam nunc non haberet spiritum propheticum, & ante hoc habuisset aliquando: nam ipse consueuerat semper consulere Dominum per alios: sic enim patet quando erat profugus a facie Saulis: nam consuluit ter Dominum per Abiathar summum sacerdotem, scilicet, in Ceila, & in Siceleg, primo Regum 23. & 30. Postea etiam, quando voluit redire de terra Philisthinorum in terram Iuda consuluit sic Dominum 2. Regum 2. cap. sic etiam quãdo factus est rex super Israel, consuluit bis Dominum super bello contra Philisthinos 2. Regum 5. Et supra 14. Dicendum ergo, quòd Dauid non erat Propheta cui Deus loqueretur per se sicut aliis Prophetis, & patet hoc ex duobus. Primo quia si Deus consueuisset ei loqui per se, non consuleret ipse Dominum per alios Prophetas, sed per seipsum, sicut declaratum est supra de alijs Prophetis, qui nunquam consulebant Dominum per alios, sed per seipsos: Dauid autem sepe consuluit Dominum per alios. Secundo patet, quia alij Prophetæ, quibus Dominus per se loquebatur, non recipiebant responsum diuinum in aliquo per interpositam personam, sed per seipsos, & tamen Dauid sepe recepit diuina mandata, & responsa per alios. Patet enim, quia in deserto locutus est Dominus ad Prophetam Gad, vt denunciaret Dauid, quòd non maneret in præsidio terræ Moab, sed veniret in terram Iuda, primo Regum 22. nunc etiam non locutus est Deus ipsi Dauid per se, sed per Nathan declarando ei, quid intenderet facere ipsi Dauid. Iterum etiam cum peccaret Dauid in adulterio, nõ comminatus est ei per seipsum Deus, sed per Nathan denunciauit sibi omnia mala. 2. Regum 12. Iterum etiam, quando peccauit Dauid numerando populum: Deus locutus est ei bis per Prophetam Gad, scilicet, primo dando ei electionem de tribus generibus pœnarum: secundo reuelando ei, quid deberet facere ad hoc, quòd cessaret pestis, vt patet infra 21. Et magis 2. Regum vltimo, Non ergo erat Dauid Propheta, cui Deus per se loqueretur, & sic quandocunque ipse vellet certificari de aliquo per Deum, oportebat, quòd consuleret Dominum per alios Prophetas, sicut consulebat quilibet, qui non erat Propheta. Cum autem obijcitur, quòd Dauid erat Propheta, immo excellens prophetarum, dicendum quòd Propheta accipitur dupliciter in sacra scriptura. Vno modo pro illo, cui Deus reuelat aliqua abscondita, quæ non reuelat alijs homnibus, siue loquendo ei per Angelum suum, siue aliter, & sic proprie accipitur Propheta. Alio modo vocatur Propheta quicunque laudans Deum, si faciat aliquos Psalmos, vel cantica. Et isto modo omnes Leuitæ, qui canebant coram Dño, vocabantur Prophetæ, & dicebantur prophetare in Iyris, & psalterijs, & alijs organis musicis, sic ẽt supra 15. Chonenias princeps cantorum dicebatur princeps prophetiæ. differentias aũt Prophetarum in istis duobus modis assignauimus satis late, supra 15. In quadam qõne. Isto modo secundo erat Dauid Propheta, & ẽt excellentior omnibus Prophetis, qa non fuit aliquis, qui tot Psal. componeret sicut Dauid, vt patet ex titulis eorum in lib. Psal. qa plures attribuuntur ei soli, q̃ omnibus alijs simul sumptis: prophetæ aũt isto modo non habebãt reuelationẽ a Dño, ita vt loquereẽ eis, ideo qñ dubitabant sup aliquo cõsulebant Dñm sicut ceteri, q non erant Prophetæ. Interdum tñ Deus inspirabat istis Prophetis cantoribus aliquid, & canebant aliqua futura, in quibus concordabant cũ Prophetis primo modo, & sic Dauid multa cecinit, quæ futura erant, & potissime Dauid conuenit cum Prophetis primi modi, qa licet Deus nunq̃ loqueretur ei, tñ prophetiam istam secundi modi, quæ erat ars faciendi Psal. & cantica diuinæ laudis nõ acceperat humano ingenio, nec eruditione, & studio, sed Deus ei inspirauerat, iõ excellentior erat inter oẽs Propheras secundi modi, & tñ hoc non obstante, non poterat p se consulere Dñm, sed si debebat consulere, oportebat quòd per alium consuleret, & sic fuit hic, si forte ipse intendebat consulere Dominum per Nathan.

An Dauid locutus fuerit ad Nathan Prophetam, vt consuleret Dominum per eum, vel solum vt loqueretur ei.
Quæst. VI.

QVAERITVR vlterius cũ nũc fuerit locutus Dauid Prophetæ Nathan sup ædificatione templi, an locutus fuerit consulendo Dñm p eum, vel solum loqueretur ei tanq̃ viro prudenti, & familiari, volẽs habere consilium cum ipso. Rñdendum, q̃ vtraque pars poterat aliqualiter teneri, sed magis dicendũ est, q̃ Dauid solum locutus fuerat, vt petẽs consilium tanq̃ a viro prudenti, quod patet primo, qa qñ Dauid dixit ego habito in domo cedrina, & arca Dñi sub pellibus est. Nathan rñdit ei illico, omnia q̃ sunt in corde tuo fac, qa Dñs tecum est, & tñ si ipse videret, q̃ Dauid peteret ab eo p modum consultationis ꝓphetice, non rñderet sibi quousq; consuleret Dñm sup hoc. Secundo patet, qa dato, q̃ ipsi Nathan videreẽ non esse opus, q̃ consuleret Dñm sup hoc, credens certissime, q̃ Deus vellet templum sibi ædificari, tñ saltem Dauid non adsentiret ipsi Nathan, quousq; consuleret Dñm pro eo, & tñ non curauit vlterius, sed contentus fuit cum dixit Nathan, omnia q̃ sunt in corde tuo, fac. ergo non quærebat per eũ modũ consultationis. Tertiò patet, quia ex verbis Dauid aliqualiter colligitur, quòd ipse nolebat consulere Dominum super hoc, quia ille, qui consulit ambiguus est super re, de qua consulit, & tamen Dauid videbatur esse certus ex verbis suis de ædificatione templi, quod Deo placeret, immo quòd esset iniustum non fieri: nam dixit, ecce ego habito in domo cedrina, arca autem Domini sub pellibus est, quasi dicat in iustum est hoc, ideo non consuleret Dominum per Nathan. Quarto patet, & efficacius, quia si consuluisset Dauid Dominum per Nathan, & Deo nihil respondente diceret Nathan ad Dauid, omnia, quæ sunt in corde tuo fac, & postea Deus responderet, quòd Dauid non ædificaret templum, esset magna confusio ipsi Nathan, & appareret mendax, & Dauid increparet eum nimis, & tamen nihil istorum apparet, quia Dauid non increpuit ipsum Nathan, ideo videtur, quòd non consuluit Dominum per eum, sed per modum collocutionis, & consilij humani locutus est ad eum.

rophe-
Pa dupli-
citer ac-
cipitur.

Quomodo intelligitur, quòd arca domini erat sub pellibus.
Quæst. VII.

QVAERITVR vlterius quomodo dixit hic Dauid arca domini sub pellibus est. Respõdendum, q̃ potest intelligi dupliciter: vno modo, q̃ esset arca sub pellibus. i. sub quodam tentorio de pellibus iacynthinis. s. q̃ Dauid construxit palatium, in quo esset arca, & in illo posuit quoddam tentorium de pellibus iacynthinis, in quo esset arca abscondita, ne videretur ab omnibus introeuntibus in domum illam, & hoc colligitur præced. c. cum dicitur. Attulerunt arcam Dei, & constituerũt illã in medio tabernaculi, quod tetenderat ei Dauid. i. in medio tentorii, nam non potest intelligi de domo, in qua posita est arca, quia domus non extenditur, sed debet intelligi de tentorio facto de pellibus, vel de lino, quod extenditur, & colligitur pro voluntate humana, & quia erat nunc arca sub illo tentorio de pellibus dicebatur esse sub pellibus. Alio modo potest intelligi de velamentis arcæ. Pro quo sciendum, q̃ arca habebat tria velamenta, primum erat velum, quod pendebat ante sancta Sanctorum: secundum erat de pellibus iacynthinis: tertium erat pallium iacynthinum. Cum autem arca maneret intra sancta Sanctorum, erat discooperta. Cum vero mouendum erat tabernaculum inuoluebatur arca tribus prædictis velamentis. Nu. 4. & sic portabatur inde: cum locarentur castra, reponebatur arca intra sancta Sãctorum, & ibi discooperiebatur, & sic nunquã erat discooperta, nisi qñ erat in sancta Sanctorum. Ideo erat velata istis tribus velamentis, & quia vnum istorum erat de pellib⁹ iacynthinis, dicebatur arca esse sub pellibus, quandiu sic operta erat. Et quocunque istorum duorũ modorum intelligatur, erat arca minus honorabiliter, quã decebat, ideo quasi pro iniusto dicebat Dauid arca domini sub pellibus est.

Quare voluit nunc Dauid ædificare templum.
Quæst. VIII.

QVAERITVR vlterius, quare Dauid voluit nũc ædificare templum domino, eo quòd arca erat sub pellibus, & quomodo ipse reputabat eam contemptibiliter esse, quando erat sub pellibus. Nam Deus sic instituerat, & non debet conari Dauid magis honorare arcam, quam Deus eam volebat honorari, Deus tamen instituerat, q̃ arca semper esset sub pellibus, quia aut arca erat intra sancta Sanctorum, quando erant castra locata, aut erat extra. s. qñ mouebantur castra: si primo modo arca nuda erat. & tamen erat sub pellibus, quia erat in sancta Sanctorũ. Et tectum sancti Sãctorum, & totius tabernaculi erat quadruplex. s. vnum de cortinis, & aliud de sagis: tertium de pellibus arietum rubricatis: quartum de pellibus iacynthinis. Exod. 26. Et sic erat arca sub pellibus duplicibus. Si autem erat extra sancta Sanctorum, ẽt erat sub pellibus, quia erat semper operta tribus velamentis, quorum secundum de pellibus iacynthinis. Nu. 4. Et sic vbicunque erat, sub pellibus erat, & hoc innuit Deus loquens ad Dauid hic in litera. s. non ędificabis mihi domum ad habitandum, neque. n. manSi in domo ex eo tempore, quo eduxi Israel de Aegypto vsque ad diem hanc, sed fui semper mutans loca tabernaculi, & in tentorio manens cum omni Israel.

Respondendum, quòd quamquam Deus ordinasset arcam esse sub pellibus, Dauid putauit inhonestũ, & minus honorabile esse arcam latere sub pellibus, nec tamẽ in hoc resistebat ordinationi diuinæ, vel putabat minus bene ordinatũ esse, q̃ arca esset sub pellibus, sed sciebat, q̃ hoc factum fuerat ex necessitate. Nam operimenta pellium pro arca instituta fuerunt in deserto, quando egressi fuerunt Israelitæ de Aegypto, & non potuit tũc ædificari aliqua domus, in qua maneret arca, quia Israelitæ mutare debebant quotidie loca per desertum, quousque venirent ad terram Chanaan eis promissam, & sic oportebat, quòd facerent aliquam domum portatilem, in qua poneretur arca, quando locaretur castra, & ista esset de tabulis paucis, & operimentis pellium, vel lini, & sic factum est, vt patet Exod. 26. Ideo ex necessitate fuit, quòd arca esset sub pellibus: si tamen Deus non iussisset arcã, & tabernaculum fieri in deserto, sed in terra Chanaã. & postquam Israelitæ essent in quiete, non iussisset fieri habitationem arcę de pellibus, vel panno, sed de lapidibus, & lignis pulchris, sicut factum est templum Salomonis, nunc autem Israelitæ quiescebant in terra Chanaan, & non erat arca mutanda quotidie de loco ad locum, ideo poterat fieri ei domus pulchra, in quo maneret, & sic illud, quod fuerat pulchrũ, & bonum pro necessitate temporis in deserto, iam nõ erat honestum, & honorabile, & propter hoc Dauid volebat mutare illud, quamquam a Deo fuisset factum, & iam credebat non esse bonam illam ordinationẽ Dei propter mutationem temporis: sic enim fecit Dauid in quibusdam aliis: nam instituerat Deus in deserto Leuitas in officiis suis, ita vt a vigintiquinq; annis supra ministrarẽt in operibus tabernaculi vsque ad quinquaginta, & post quinquaginta non ministrarent, sed erunt custodes vasorum. Nu. 8. Et etiam ista ministratio non incipiebat anno vicesimoquinto, sed anno tricesimo, & ob hoc omnes Leuitæ, qui numerati fuerunt in deserto ad subeundum onera, fuerunt nominati a triginta annis, & supra Num. 4. & tamen Dauid postea instituit, quòd Leuitæ ministrarẽt a viginti annis, & supra vsque ad finem vitæ, & causa mutationis fuit, quia Leuitæ in deserto habebant magnos labores portando onera de loco ad locum, ideo incipiebant laborare in ætate fortissima, scilicet anno tricesimo. Cum autem erant in terra Chanaan, & fuit ædificatum templum Salomonis, non erat mouenda arca de loco illo, sed ministratio Leuitarum solum futura erat in templo, & ob hoc non requirebantur manere vires in eis ad ministrandum, & sic sufficiebat, quòd inciperent ministrare anno vicesimo, sic patet infra 23. s. dixit Dauid. Requiẽ dedit dominus Deus Israel populo suo, & habitationẽ in Ierusalem, vsque in sempiternum, nec erit officium Leuitarum, vt vltra portent tabernaculum, & omnia vasa eius ad ministrandum, iuxta prẽcepta quoque Dauid nouissima supputabitur numerus filiorum Leui a viginti annis, & s. Et sic Dauid mouebatur ad faciendum, q̃ arca dñi non esset sub pellibus, licet Deus instituisset a principio, q̃ esset sub pellibus.

Propter quid dicebat Dauid arcam domini esse sub pellibus.
Quæst. IX.

QVAERITVR vlterius ad quid Dauid dicebat nunc, quòd arca Dei erat sub pellibus, & ipse in domo cedrina, & propter hoc volebat ei fabricare templum, nam etiam arca Dei erat in domo cedrina, nam arca fuit posita in domo Dauid, & verisimile est, quòd ipse poneret eam in loco meliori, & honestiori totius domus suæ, cum ipse esset vir valde deicola, cupiẽs per omnia placere Deo, & honorare arcam, & tamẽ domus Dauid erat cedrina. s. quam ędificauerant ei artifices regis Hiram. Ideo etiam arca domini esset in domo cedrina. Põt respoderi multipliciter: vno mõ, q̃ Dauid volebat ædifica-

re dño meliorem domum, & reſpectu illius, quã in tendebat ędificare: iſta in qua nunc erat arca, nullius valoris erat, quod patet ex magnitudine expenſarum, quas præparauit Dauid ad ædificandum templum infra 22.& 28.& 29. Et ex pulchritudine, & diuitiis magnis, quæ fuerunt in templo Salomonis, vt patet tertio Reg.6.& ſeq.lib.c.3.& 4. ideo reſpectu illius adhuc arca Dei non erat in loco honeſto, ſed videbatur eſſe ſub pellibus. Secundo poteſt reſponderi,& melius, ꝙ quamquam arca exiſtens in domo Dauid, eſſet in domo cedrina,& tamen domus cedrina non erat habitaculum eius, ſed tentorium factũ de pellibus iacynthinis, qđ Dauid poſuerat in illa domo, vt poneretur arca ſub illo,& non appareret oĩbus intrantibus domum. Si aũt arca nuda eſſet,& poneretur in domo cedrina, diceretur proprie habitare in domo cedrina: ſic.n. fuit poſtea in templo Salomonis, nam fuit facta quædã domus quadrata habens trabes cedrinas, & tabulas parietum cedrinas,& tota domus erat operta auro in tecto parietibus,& pauimento, & in illa ponebatur arca non habens aliquod operimentum, ſed parietes domus occultabant arcam, vt patet 3.Reg.16. Et ſic intendebat facere nunc Dauid. Tertio poteſt dici, ꝙ in quocunque loco poneret arca eſſet ſub pellibus ſemper quouſque fieret ei aliquod tẽplũ manens: nam ẽt quando erat in tabernaculo intra ſancta Sanctorũ ſub pellibus erat, cum eſſent duo velamẽta ſanctuarii de pellibus. Exo.26. ideo Dauid intendebat per hoc facere domũ manentem, in qua arca ſemper ſtaret, & ibi eſſet diſcooperta, nec eſſent iã aliq̃ pelles ſuper eã, ſed tectum,& parietes de laminis aureis, ſicut factum eſt poſtea in templo Salomonis.

Igit᷑ nocte illa factus eſt ſermo Domini ad Nathan, dicens: Vade & loquere Dauid ſeruo meo: Hæc dicit Dominus: Nõ ædificabis tu mihi domum ad habitandum, neque enim mãſi in domo ex eo tempore, quo eduxi Iſrael de terra Aegypti, vſque ad diem hanc, ſed fui ſemper mutans loca tabernaculi, & in tentorio manens cum omni Iſrael. Nunquid locutus ſum ſaltem vni iudicum Iſrael, quibus præceperam, vt paſcerent populum meum, & dixi, quare non ædificaſti mihi domum cedrinam?

Igitur nocte illa. Hic ponitur ſecundum huius partis. ſ. diuina reuocatio. Nam reuocauit Deus ſententiã Nathan. Ipſe quippe dixerat Dauid, ꝙ faceret omnia, quæ erãt in corde ſuo, & Deus dixit ei, ꝙ non ædificaret Dauid ſibi templum, & dicitur. *Igitur nocte illa.* Dauid & Nathan locuti fuerant per diem de ædificatione templi, & ſequenti nocte locutus eſt dominus ad Nathan de reuocatione illius dicti.

Factus eſt ſermo domini ad Nathan. Erat Nathan propheta, & ſolebat ei Deus loqui, & ſic nũc locutus eſt, & non fuit locutus Dauid per ſe, quia Dauid non erat propheta de illis, quibus Deus loquebatur, vt declaratum eſt ſupra in quadam quæſtione: de iſta locutione qualis fuerit infra declarabitur in quæſtione quadam.

Dicens vade, & loquere Dauid ſeruo meo. Scilicet vade, & reuoca eum ab intentione ædificandi templum, quã iam concepit.

Hæc dicit dominus, non ædificabis tu mihi domum ad habitandum. Scilicet domum ad habitandum, non ædificabis tu, ſed ædificabit filius tuus, vt patet in litera. Et dicitur: nõ ędificabis tu mihi domum, i. arcę meę, quia Deus non indigebat domo, ſed arca ſua, in qua ſpecialiter oſtendebatur præſentia eius.

Nec enim manſi in domo ex eo tempore, quo eduxi Iſrael, vſque ad diem hanc. Quaſi dicat non eſt neceſſe, ꝙ tu ędifices mihi domum, quia ſicut nunquam habitaui in domo ex die, quo eduxi Iſraelitas de Aegypto, vſque ad diem hanc, ita nec eſt neceſſe, ꝙ nunc habitem in illa, ſed bene potero in dieb⁹ tuis manere ſine domo.

Sed ſemper fui mutans loca tabernaculi. Ideſt nunquam habui locum manentem, ſed ſemper. i. quaſi cõtinue mutabam loca tabernaculi. Hoc dicit, quia arca facta fuit in deſerto, & ibi factum eſt tabernaculum, vbi nõ erat quies Iſraelitarum, ſed mouebantur continue p manſiones ſuas, & quando locabãtur caſtra in aliquo loco, erigebatur ibi tabernaculum, & ponebatur arca in ſancta Sanctorum nuda: manebatque ibi quandiu Iſraelitæ manebant in loco ipſo, cum vero caſtra mutanda eſſent, operiebatur arca tribus velamentis ſuis, & deponebatur totum tabernaculum, & tam arca, quam tabernaculum portabantur a Leuitis in itinere vſque ad locum in quo caſtra metandum foret, & ibi rurſus fiebat, ſicut dictum eſt, & ita in omnibus caſtrametationibus, Numeri 4. & ſic mutabat arca loca tabernaculi.

Et in tentorio manens cum omni Iſrael. Iſtud intelligitur de tempore, quo manebat arca in aliquo loco caſtrametationis, nam quando mouebantur caſtra, dicebatur arca mutare loca tabernaculi, & quando figebantur, rurſus manebat ipſa in tentorio. ſ. intra ſancta Sanctorum, quia locatis caſtris ponebatur arca in ſancta Sanctorum, & ibi erat in tentorio, quia operimẽtum ſancti Sanctorum non erat de tabulis, ſed de velamentis, quæ erant quatuor, ſcilicet de cortinis, de ſagis, de pellibus arietum rubricatis, de pellibus iacynthinis. Exod.26. & iſta operimenta vocabantur tentorium, quia extendebantur, & colligebantur. ſ. quando erigebantur tabulæ tabernaculi extendebantur iſta operimenta ſuper illas, vt velarent eas per omnia latera, vſque ad pauimentum. Exo.26. Et quando deponebatur tabernaculum, auferebãtur iſta velamenta, & colligebantur, vt portarentur in itinere. Numer.3.& 4.& dicitur ꝙ manebat cum omni Iſrael, quia arca domini non quieſcebat, niſi quieſcente toto Iſrael, nec mouebatur, niſi cũ moueretur Iſrael, vnde quando Iſraelitæ per deſertum deberent mouere caſtra, mouebatur arca præcedens eos ad ſignificandum locum caſtrorum, & tunc dicebat Moyſes, ſurge domine, & diſſipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te a facie tua, cum autem perueniretur ad locũ, in quo quieſcendum eſſet, ſtabat arca, & dicebat Moyſes, reuertere domine ad multitudinem filiorum Iſrael, vt patet Numer. 10. *Nunquid locutus ſum ſaltem vni Iudicum Iſrael.* Hic ponit aliam excuſationem ad hoc, ꝙ non debeat ædificari templum. ſ. ꝙ ante hoc Deus, nunquã iuſſerat alicui iudici Iſrael, ꝙ ædificaret ſibi templum, ideo non erat in culpa Dauid ſi ẽt ipſe non ædificaret. Iudices fuerunt in Iſrael illi, qui gubernauerunt populum immediate poſt Ioſue, vſque ad Saulem, qui fuit primus de regibus.

Quibus præceperam, vt paſcerent populum meum. Deus iuſſit iudicibus, ꝙ paſcerent populum ſuum. i. regerent illum, & gubernarent, ſicut paſtor regit oues paſcendo eas, & ſic reges vocantur paſtores, ſic enim Homerus vocauit Agamẽnonem principem totius exercitus Græcorum in bello Troiano, patrem & paſtorem populorum, vt patet in Iliade, & refert illud Ariſt. 8. Ethic. patet etiam ex hoc, ꝙ iudices, vt in primum voluntate, & p̃cepto Dei conſtituebantur in Iſrael.

Iſrael. Quod patet, quia dicit᷑ hic, ꝙ Deus præceperat illis, vt paſcerent populum Iſrael, & huic conſonat id, quod hr̃ ſępe in lib. Iudicum. Nam de multis iudicibus dr̃ ſuſcitauit eis Deus ſaluatorẽ nomine Othoniel, vel nomine Aod, vt patet Iudi.3.4.& 6.& in alijs locis. *Et dixi quare ædificaſti mihi domum cedrinam.* Quãquam præcepi illis, ꝙ paſcerent populum meũ Iſrael, ideo nec tu eris in culpa, quamq̃ nõ ędifices mihi domum,& dicitur quibus præceperam, vt paſcerent populum meũ Iſrael, quia Dauid poterat dicere, quòd quamquam populus non ędificaſſet dño templũ præcedenti tempore, non peccaret, quia obligatio ad faciendum hoc erat propter ſpecialia beneficia. Dauid aũt acceperat à Deo ſpecialius beneficium, q̃ quilibet de populo, eo ꝙ Deus fecerat eũ regem ſuper Iſrael cum prius eſſet paſtor ouium. Ideo licet non peccarẽt populares non faciendo templum domino tempore præterito, peccaret Dauid: nunc autem dicitur, quòd etiam ſi princeps eſſet ſuper totum Iſrael, non peccaret non ędificando domino templum, quia iudices de quibus dicitur hic, fuerunt conſtituti à Deo principes ſuper totum Iſrael. Et tamen Deus non iuſſit eis, quòd ędificarent ſibi templum. Ideo nec peccaret Dauid, licet non ędificaret templum cum eſſet Rex Iſrael.

Quare Deus reſpondit Dauid in nocte ſequenti.
Quæſt. X.

QVAERITVR circa hoc quare Deus rñdit Dauid in nocte ſequenti poſtquam locutus fuerat cum Nathã de fabricatione templi. Reſpondent quidam Hebrei, ꝙ Dauid erat facilis ad vouendum. Et ſi Deus non reſponderet illico fortè voueret fabricare templũ Domino, & ſi voueret iſtud votum, non eſſet complendum, quia erat contra voluntatem Dei, & ſic maneret votum Dauid irritum, quod non expediebat. Voluit ergo Deus cito occurrere, antequam Dauid voueret, & ob hoc in illa eadem nocte Deus locutus fuit ipſi Nathan, vt impediret intentionem Dauid. quidquid tamen ſit, videt᷑ ꝙ Dauid vouerit ædificare templum dño, vt patet Pſal. 131. ſ. Memento dñe Dauid, & oĩs manſuetudinis ei⁹. Sicut iurauit dño votũ vouit Deo Iacob. Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſcendero in lectum ſtrati mei. Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum Dño, tabernaculũ Deo Iacob. De iſto tñ voto qũo intelligatur, magis declaratur in eodem Pſal. Alii dicunt, ꝙ hoc factum eſt, qa Dauid habebat voluntatem promptam ad ædificandum templum domino, & fortè inciperet ſequẽti die ad faciendum aliquam diſpoſitionem, vt ergo nõ implicaret ſe laboribus inutilibus, qui ad eum non pertinebant, Deus voluit prohibere nocte illa reuelans iſtud prophetæ Nathan.

Quare potius reuelauit Deus voluntatem ſuam Dauid per prophetam Nathan, quam per alium.
Quæſtio. XI.

QVAERITVR vlterius, quare Deus potius iſtud reuelauit Dauid per prophetam Nathan, quam per aliquem alium. Reſponderi põt vno mõ, ꝙ hoc fecit, quia fortè non erat alius propheta in præſenti, qui hoc reuelaret Dauid, nam licet propheta Gad tunc eſſet, noluit Deus ei reuelare, quia fortè non erat in Ieruſalem, & ſic nõ poterat prompte iſtud reuelare Dauid. Iſtud patet, qa propheta Gad fuerat ante hoc, nam quando Dauid fugiebat a facie Saulis, ipſe reuelauit ei, ꝙ non maneret in præſidio, ſed rediret in terram Iuda. 1. Regũ 22. Etiam iſtemet locutus eſt Dauid paulo ante finẽ regni ſui, quando peccauit numerando populum, & dedit ei electionem de tribus pœnis, ſecundo Regum vltimo, & infra vigeſimoprimo, ſed fortè iſte Gad non erat tunc in Ieruſalem, quando iſtud factum eſt. Nathan autem manebat in Ieruſalem, cum eſſet valde familiaris Dauid, ideo dictum eſt hoc ad Nathan. Alia cauſa fuit, quæ videtur potiſſima, ſcilicet ad faciendũ, quòd Nathan cognoſceret ſeipſum, & humiliaret ſe, nam reſponderat Nathan, quaſi ex parte Dei ad hoc Deo inconſulto. Cum dixit omnia, quæ in corde tuo ſunt fac, Deus enim tecum eſt. Voluit ergo Deus humiliare eum, oſtendendo, ꝙ homo non poteſt ſcire, quod eſt placitum Deo, niſi ipſe reuelauerit, & quia ante hoc Nathan non cõſuluerat dominum, errauit: cum nunc Deus diceret contrarium, & ſic iterũ non reſponderet in ſimilibus, niſi prius Deum conſuleret, ſi autem Deus per alium reſpondiſſet Dauid, non erũ diretur Nathan, circa hoc, ideo potius voluit reſpondere per Nathan.

Quomodo locutus eſt Deus ad Nathan.
Quæſt. XII.

QVAERITVR vlterius, quomodo Deus locutus eſt nunc ad Nathan.

Reſpondendum, quòd multipliciter poterat loqui. Vno modo per aliquem angelum ſuum faciendo, quòd appareret ipſi Nathan in aſſumpto corpore de aere, & loqueretur ei, ſic fuit de illo angelo, qui apparuit Ioſue in agro Iericho. Ioſue quinto. Et de angelo, qui apparuit Iſraelitis, & locutus eſt eis in valle flentium. Iudicum ſecundo. Et de angelis, qui apparuerunt Abrahæ, & poſtea Loth. Geneſi. decimooctauo, & decimonono: ſic de angelo Gedeonis, Iudicum 6. & de angelo, qui apparuit patri Samſonis, & matri. Iudicum 13. Secundus modus erat, quòd appareret angelus in ſola voce, ideſt, quòd audiretur, & non videretur: ſic enim erat de angelis, qui loquebant᷑ in die, qua data eſt lex Iudæis, nam angeli audiebantur ibi ad galam, & tamẽ non videbatur corpus aſſumptum ab aliquo eorũ, ſed ſolę voces audiebantur Deut.4. Tertius modus erat, ꝙ Deus per ſomniũ immutaret phãtaſiam prophetę, & faceret eum intelligere ea, quæ volebat, & ſic cõſueuit Deus loqui prophetis: Nu.12. Quartus modus eſt per ſolam immutationem intellectus in vigilia, ſ. ꝙ Deus illuſtraret intellectum prophetę, eleuando eum ſupernaturaliter ad intelligẽdũ aliqua, quę aliter intelligere non poterat, & nõ fieret tunc aliqua mutatio in corpore, & ſic fuit in Eliſęo, quando coram tribus regibus factus eſt ſuper eum ſpiritus domini, & prophetauit 4. Re.3. Nam ibi non potuit eſſe aliquis modus, niſi iſte quartus, vt declaratum eſt ibidem. Quintus modus eſt per immutationem intellectus cum ecſtaſi. Iſtud autem fit in vigilia, & tamen fit magna immutatio in corpore, ita vt illi, qui patiuntur ecſtaſim cadant in terram, deficiente virtute corporis, & non habent aliquam operationẽ ſenſitiuam, nec etiam naturalem, ſed ſolum rationalem, in tantum, vt neſciant tunc an mortui ſint, vel viuentes, ſicut patet de Beato Paulo ſecunda ad Corint. 12. Quilibet iſtorũ modorũ poterat nunc eſſe in Nathan. Dicendum tamen vr̃, ꝙ fuerit in eo tertius modus, ſ. p ſomniũ, ita ꝙ Deus p ſomnium immutaret phantaſiã ſuã, & faceret eũ intelligere oĩa, q̃ hr̃i hic, ſicut ſi realr̃ aliqs loq̃ret ei iſta. Et hoc patet, qa dr̃ hic ꝙ p nocte factus ẽ ſermo dñi ad eũ, i. in ſopore: nã iſta

Universidad de Deusto
Biblioteca

vocatur visio noctis, sicut dr̄ Danie. 7. ſ. Aſpiciebam visionem noctis. Ideſt per ſomnium, & patet magis, quia dicitur visiones capitis mei conturbabant me. i. ſomnia. Secundo colligitur, q̄ iſte erat modus cōmunior reuelationis diuinæ ad prophetas, qui non erant in gradu excellentiſſimo, vt patet Deuter. 12. ſ. Si quis fuerit inter vos propheta Domini in visione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum. Nathan autē erat de p̄phetis huiuſmodi, q̄ nō erant in ſummo gradu, ſicut Moyſes, ideo veriſimile eſt, q̄ Deus loqueretur ei per noctem.

An prophetæ poſſit dicere falſum. Quæſt. XIII.

QVAERITVR vlterius, qūo Nathan prophe ta dixit hic falſum, cum eſſet propheta: nā ipſe putauit, q̄ Deus vellet, q̄ Dauid ędificaret templum ei, & ſic dixit, q̄ faceret q̄dquid erat in corde ſuo: nā Deus nolebat hoc cū illico vetuerit, & ſi propheta ſemel mentitus fuerit, nunq̄ adhibebitur ei fides certa in alijs, quę dixerit, quia ſicut in vno mentitus eſt, ita in omnibus mentiri poteſt, ſic patet in Decre. diſ. 9. c. Si ad ſacras, vbi dicitur: Si ad ſacras Scripturas permittimus aliqua mendacia officioſa, par ratio eſt, vt totam ſcripturę auctoritatē auferamus. Reſpondendum quòd Nathan non dixit verū nunc, & verum eſt, q̄ ipſe erat propheta: tñ nō eſt inconueniens prophetam ſępe mentiri, quia prophetę homines ſunt, & omnis homo mendax eſt, vt patet Pſalm. 15. Conſiderandum tñ p̄ hoc, q̄ prophetę vocantur prophetę pp ſpiritum propheticū, quem alicui ñ hñt, & iſte ſpiritus non ſemp̄ manet in eis, ſed eſt quędam illuſtratio ſupernaturalis raptim tranſiēs, & tñ dato, q̄ non ſemp̄ hēant eā, vocant ſemp̄ p̄phetę ſi ſemel habuerunt iſtam illuſtrationem, & quādiu manet iſta illuſtratio in eis intelligunt id, quod non intelligunt alii homines, & tunc non poſſunt mentiri circa id, quod intelligunt, quia illa intellectio eſt à Deo, & Deus non mentitur iuxta illud ſecunda Pętri 1. Nō enim voluntate humana allata eſt aliquādo prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines. Poſtq̄ aūt ceſſauerit illa illuſtratio, prophetę manent tales, ſicut alij hoīes, & dubitabant circa multa, & neſciunt, vt patet de Moyſe, qui bis neſciuit rñdere ad quæſtiones ſibi propoſitas: Nu. 27. & 36. ita multoties ipſe incidens in aliquod dubiū introibat in Sancta ſanctorum ad querendum de illo: Nu. 7. Sic ēt erat de Eliſęo, qui q̄ñ fuit quęſitus à tribus regibus ſup aquarū penuria, neſciuit illico rñdere, quousq; venit p̄altes, & illo canente cępit prophetare Eliſęus 4. Re. 3. & iterū cū veniret mulier Sunamitis ad Eliſęum procubuit ad pedes eius, & neſciebat Eliſęus quid vellet: dixitque ad puerū ſuum Gezi, dimitte illā, quia aīa eius in amaritudine eſt, & Dñs celauit à me, nec indicauit mihi 4. Re. 4. Cum ergo contingat prophetas neſcire, & dubitare, contingit ēt falſum dicere circa ea, quę neſciunt, & dubitāt. Dicendū ergo, q̄ ad hoc, q̄ aliqs p̄pheta dicat verū infallibiliter, oportet, q̄ loquat p̄phetiā, qa tñ pōt propheta loq nō p̄pheticè, pōt tunc falſum dicere, & ſic nō eſt inconueniens p̄phetā mentiri, ſed p̄phetā p̄pheticè loquētē mentiri, eſt impoſſibile: pp hoc aūt, qq p̄ſtaret de aliquo, q̄ erat p̄pheta non tenebantur credere ei in omnibus, quę diceret, quousq; cōſtaret, q̄ loquebatur propheticè p̄ illa vice, & ad hoc quacunque vice propheta loqueretur, tenebatur oñdere aliquod ſignum ad probandum, quòd ex parte Dei loquebatur, alioquin non tenebatur populus ei credere Deutero. 13. & 18. Nathan autem erat propheta, & tñ non locutus fuit nunc propheticè ad Dauid ſed ſenſu humano, ideo errare potuit, & errauit: poſtea autem locutus eſt propheticè cum dixit, q̄ Dauid non eſſet ædificaturus templum, & tunc verum dixit. Motiuum autem ad hoc, q̄ Nathan loqueretur determinatę nondum cognita ſententia Dei fuit, quia videbatur ei, q̄ erat valde rationabile iſtud, quod Dauid volebat, eo q̄ pertinebat ad cultum Dei, & credebat certiſſimè. quòd Deus illud acceptaret: ideo quia non dubitabat in hoc non curauit conſulere dominum ſuper eo, ſed dixit omnia, quæ ſunt in corde tuo fac: dominus enim tecum eſt. Si tamen aliquis dicat pp prædicta, q̄ dubium eſt in verbis propheticis, q̄ñ debeamus credere eis, & q̄ñ non, cum neſciamus, q̄ñ loquuntur propheticę. Dicendum, q̄ aut propheta de cuius verbis dubitatur eſt viuens, aut eſt mortuus, & manent verba eius ſcripta. Si primo modo dubium erat, & non poterat certificari, niſi per ſignum, q̄ ille propheta daret, q̄ñ peteretur, & ob hoc obligabatur dare. Et iſtud dubium, nunquam nobis incidit, cū iam non ſint aliqui prophetæ, ſed erat dubium tpe veteris teſtamenti, q̄ñ erant prophetę. Si aūt verba prophetæ manent ſcripta in libris ſacræ Scripturæ, non eſt dubitandum de aliquo illorum, ſed præſupponendū eſt, q̄ oīa fuerunt propheticè dicta, quia alias non fuiſſent ſcripta in libris ſacræ Scripturæ, & ideo iā nobis non eſt aliquod dubium circa verba prophetarum, cū non habeamus alia, niſi ea, quæ ſcripta ſunt in libris ſacræ Scripturæ.

An verum ſit, quòd a die, qua exierunt Iſraelitæ de Aegypto, vſque ad diem regalem Dauid non habitauerit Deus in domo. Quæſt. XIIII.

QVAERITVR vlterius qūo dixit hic Deus, non enim habitaui in domo ex die, qua eduxi Iſrael de Aegypto vſque ad diem hanc, nā vī iſtud eſſe falſum, quod patet, quia in deſerto poterat intelligi hoc verum, eo quòd quadraginta annis, quibus ibi fuerunt Iſraelitæ arca erat in tabernaculo fœderis. Et illud non erat domus, ſed erat tentorium factum de tabulis, & pellibus, & cortinis Exo. 26. Et tamen poſtquam Iſraelitæ ſteterunt in terra Chanaan, fuit tabernaculum domini in domibus, nam fuit primo locatum in Silo. Ioſue 18. & ibi erat domus, in qua erat Sanctuarium incluſum, vt paret 1. Regum 1. Et ibi declaratum eſt. Sic etiam fuit poſtea in Nobe, & poſtea in Gabaon, & ſemper fuit tabernaculum in domo aliqua, patet hoc maximè, quia Deus accipitur hic pro ipſa arca, & tamen manifeſtum eſt, quòd arca fuit in domo, & quando arca deducta eſt de terra Philiſthinorum, poſita eſt in domo Abinadab in Chariathiarim, & ibi fuit vſquequo Dauid tranſtulit eam primo Regum 7. & 2. Regum 6. & ſupra 13. Poſtea autem poſita fuit in domo Obededom 2. Regū ſexto, & ſupra 13. Etiam nunc in domo erat, quia erat in domo Dauid, ideo non videtur poſſe dici, quòd nō habitauerat in domo. Reſpōdendum eſt, quòd nunquā habitauit arca Domini in domo, vſque ad diem iſtam. Et patet hoc, quia habitare in domo dicit duo. Primum eſt, q̄ arca operiretur immediate tecto domus, & non hret aliud operimentum ſuum, quia alias in illo diceretur habitare. Secūdum erat, quia habitare importat ſecuritatem, & non dr̄ habitare ille, q̄ nō manet ſecurus in aliquo loco, nullū aūt iſtorū ñ habuit arca vſq; ad diem, quo locutus eſt Deus iſta. Qd patet, quia ſemper arca erat ſub pellibus, nam q̄ñ erat in deſerto, ſiue portaret̄ per iter, ſiue maneret in tabernaculo, ſemper erat ſub pellibus, nā q̄ñ portabatur in itinere erat operta tribus velamentis, & vnū erat de pellibus iacynthinis. Num. 4. Cum autem erat in tabernaculo erat ſub pellibus, quia duo operimenta tabernaculi erant pelles, ſcilicet pelles arietum rubricatæ, & pelles iacynthinæ. Exod. 26. Et ob hoc non dicebatur eſſe in domo. Poſtquam autem fuit arca in terra Chanaan, aut erat in tabernaculo, ſicut fuit vſque ad tempus Heli ſummi ſacerdotis, vel extra tabernaculum, ſicut fuit poſtea. Si primo modo, dicebatur arca non eſſe in domo, quia erat ſub pellibus, vt ſupra dictū eſt. Si autem erat extra tabernaculum, ſicut fuit in domo Abinadab, & Obededom, erat ibi ſub pellibus, quia ſemper erat velata tribus velamentis ſuis, quorum vnum erat de pellibus iacynthinis. Et patet hoc, quia ſemper erat arca operta iſtis velamentis, niſi quando ponebatur in Sancta ſanctorum, vt colligitur Nume. 4. Et patet hoc, quia quando erat arca in domo Dauid, manifeſtum eſt, q̄ erat in domo cedrina, cum ipſa domus Dauid eſſet cedrina, vt patet in litera, & tamen dixit Dauid, ego habito in domo cedrina, arca autem domini ſub pellibus eſt, q.d. non eſt in domo cedrina, ſicut ego, ſed ſub pellibus, eo q̄ erat ſub quodam tentorio de pellibus iacynthinis, vel quia erat inuoluta quodam operimento iacynthinarum pelliū. Secundum erat, quia habitare ſignificat ſecuritatem, vt patet hic, quia in principio literę dr̄, cum habitaret Dauid in domo ſua, & 2. Reg. 7. vbi ponitur iſta hiſtoria dr̄: Factum eſt autē cum ſediſſet rex in domo ſua, & dr̄s dediſſet ei requiem, vndique ab vniuerſis inimicis. Et tamen nunquam fuerat in quiete in quocunque loco eſſet vſque ad diē quo loquutus fuit iſta dominus. Ideo nunquam habitauerat in domo. De tempore, quo fuit in deſerto manifeſtum eſt, quia nō manebant ibi Iſraelitæ ad quieſcendum, ſed erant in via ad terram Chanaan. De tpe autē quo fuit arca in terra Chanaan, patet quia quandiu aliquis manet in aliquo loco cum intentione non manendi ibi, ſed procedendi ad alium locū, non conſtituitur domiciliarius, ēt ſi multo tpe maneat, ita erat de Deo, qa quāq̄ arca fuiſſet cum tabernaculo in Silo, & poſtea in Chariathiarim in domo Abinadab, deinde in domo Obededom, & poſtea in domo Dauid, nunquam fuit intētio Dei, vt maneret arca eius in aliquo iſtorum locorum, ſed elegerat, q̄ maneret in Ieruſalem in templo, quod fabricaturus erat Salomon, vt patet ſeq. lib. c. 6. ſcilicet. A die qua eduxi populum meū de terra Aegypti, non elegi ciuitatem de cunctis tribubus Iſrael, vt ædificaretur in ea domus nomini meo, ſed elegi Ieruſalem, vt ſit nomen meum in ea. Ergo toto tpe p̄terito fuerat arca dñi, tanquam aduena in quocunq; loco eſſet, quia in nullo habuerat intētionem Deus, q̄ maneret ibi arca ſecurè, cum aūt poneretur in tēplo Salomonis diceretur ibi habitare, eo q̄ ſemper māſura erat ibi, quandiu teneretur a Iudæis.

Quare dixit Deus potius, a die, quam ab aliquo alio tempore. Quæſt. XV.

QVAERITVR vlterius quare dr̄ hic: A die, qua eduxi Iſrael de Aegypto, non habitaui in domo, potius quam ab aliquo alio tpe, immo vī q̄ melius diceret a ſęculo, vel ab ęterno, nunquam habitaui in aliqua domo, vſque ad diem hanc, nā ſi Deus non habitauit in domo a die qua eduxit Iſrael de Aegypto, vſque ad diem hanc, a fortiori, nec tpe præcedenti, eo q̄ nunquam in prędenti tpe fuerat facta aliqua domus Deo. Rñderi pōt, vno modo, q̄ iſtud dr̄, quia Deus non habebat populum, vſque ad exitum de Aegypto, qui ei faceret domum, & poſtea habuit. Quod patet, qa anteq̄ Abrahā veniret in terram Chanaan mandato Dei, nullus hō, & nulla gens erat ſpecialiter a Deo electus. Abraham autem fuit primus electus a Deo, & ſemen eius poſt ipſum. Gen. 12. & tñ ipſe habuit paucos ſucceſſores, vſquequo Iſraelitæ fuerunt in Aegypto, & creuerūt ibi, ita vt toto tpe prędcedenti non poſſet dici populus: in Aegypto aūt creuerunt Iſraelitæ ad magnam multitudinem, quaſi germinantes. Exod. 1. Ita vt in exitu de Aegypto eſſent ſexcenta millia peditum. Exo. 12. & tñ in Aegypto exiſtentes non erant populus Dei, eo q̄ non colebant eum in toto corde, ſed potius declinabant ad idola, vt probatum eſt Exo. 1. & potiſſimè, qa non dr̄ populus eſſe alicuius regis, vel dñi, niſi cum ſcipit leges illius: Iſraelitę autem nullam legem a Deo acceperant, nec obſeruabant, ideo non poterant vocari populus Dei. In exitu autem de Aegypto, ſcilicet anno primo, menſe tertio, in principio menſis receperunt legem in monte Sinai. Exo. 19. Et non fuerunt pluſquam quinquaginta dies inter exitum de Aegypto, & ſuſceptionem legis, vt ibidem declaratum eſt, & tunc cępit populus Iſraeliticus eſſe populus Dei. ideo proprie dicitur ab exitu de Aegypto. ſ. quia prius non hēbat Deus populum. & tunc habuit. Secūdo p̄t dici, q̄ iſtud dr̄ hic a fortiori. ſ. q̄ Deus nunquam habitauerat in domo ex tpe orbis conditi, & tñ dr̄, q̄ ab exitu de Aegypto non habitauit in domo, quia ſi ab illo tempore vſque ad diem hanc non habitauerat in domo, a fortiori non habitauerat toto tempore præterito, quia prius Deus non habebat aliquos cultores, qui fabricarent ei domum, vel impēderent aliquē honorem, & habuit illos poſt exitum de Aegypto, & tñ ab illo tempore vſque nunc non fabricauerant ei aliquam domum, nec fuerat ipſe in aliqua: a fortiori, ergo prius non habitauerat in aliqua domo, quia nō diceretur ipſe habitare, niſi in domo, quæ fieret ad inuocationem noīs eius. Tertio pōt dici, q̄ dr̄ ab exitu de Aegypto, eo q̄ prius nō potuerat habitare Deus in aliquo loco, & patet hoc, quia accipitur hic Deus pro arca eius, vt patet, quia dr̄ hic ſemper fui mutans loca tabernaculi, & in tentorio manens. Et iſtud non pōt intelligi, niſi de arca, eo q̄ illa manebat in tētorio, & mutabatur cum tabernaculo, & tamen arca nunquā fuit ante exitum de Aegypto, & mox poſt exitum de Aegypto fuit, ideo ab illo tempore incipiebat Deus habitare poſſe in domo. Et quia nunquam habitauerat in domo, dr̄ q̄ non habitauit in domo ab exitu de Aegypto, nam de temporibus præcedentibus aliquid dici ſuperfluū erat, eo q̄ non fuerat arca facta ante hoc, & conſequenter non poterat habitare in aliquo loco, & iſta eſt veritas, & licet alii duo modi ſint veriſimiles, iſte tamen eſt verus.

An rationes iſtæ ſint inductæ ad propoſitum. Quæſt. XVI.

QVAERITVR vlterius quomodo inducuntur hic iſtę rationes ad propoſitum Dei, ſcilicet non ædificabis tu mihi domum, non enim manſi in domo ex tempore quo eduxi Iſrael de Aegypto, nam iſta rō non vī agere ad propoſitum. ſ. q̄ Dauid non ædificaret templum dño, nā ex hoc non ſolū ſequebatur, q̄ Dauid non ędificaret templum dño, ſed etiam nec aliquis alius. Reſpondēdum eſt, q̄ iſtę rationes inducuntur a Deo ad probandum, q̄ Dauid non deberet ędificare templum dño, & prima eſt, non ædificabis mihi domum, nō. n. manſi in domo ex eo tpe, quo eduxi Iſrael de Aegypto. Iſta ratio per ſe non probat, ſed debet ſubintelligi modus loquendi Dauid, nam Dauid putabat ſe peccare, ſi nō faceret domū Domino, & q̄ iſtud eſſet valde iniuſtum, vt patet ſupra. ſ. Ecce ego habito in domo cedrina.

drina. Arca autem dñi sub pellibus est. q.d. istud iniu- F
stum est, Deus autem non vult hic probare, q̄ Deus
non debeat ei domum ædificare, sed q̄ non obligetur
ad ædificandum, nec peccet etiam si non ædificauerit
& ad hoc dicit: non ædificabis tu mihi domum. i. non
est necesse, q̄ tu mihi ædifices domum, ita q̄ non ēdi-
ficando incurras peccatum, & subditur causa. s. nō. n.
mansi in domo ex eo tp̄e, quo eduxi Israel de Aegy-
pto, i. in toto isto tpe, quo eduxi Israel de Aegypto, fui
sine habitatione certa. Ideo ita potero nūc esse in die-
bus tuis. Secunda ratio inducta in litera est nunquid
locutus sum vni iudicum Israel? quare non ædificasti
mihi domum cedrinam? q.d. multi iudices fuerunt in G
Israel, & tamen ego nullum illorum increpui, dicens:
Quare non ædificasti mihi domum cedrinam? ita nec
increpabo te, quamquam non ædifices mihi illam, &
dicitur, quibus præceperam, vt pascerent populū meū
Israel. q.d. omnes isti iudices principes erant super to-
tum Israel sicut tu: & ego dederā eis principatū istū,
quia præceperam eis, vt pascerent populum meum
Israel, & tamen nullum illorum increpui, ideo nec
increpabo te propter hoc. Causa tamen quare Deus
noluit, q̄ Dauid ædificaret sibi templum cū ipse prō-
ptus esset ad hoc, declarata fuit satis latè. 3. Regū. 5. in
quadam quæstione.

Quare potius fit mentio de iudicibus, quam principibus. H
Quæst. XVII.

QVAERITVR quare dixit hic Deus de iudi-
cibus, nunquid locutus sum saltem vni iudi
cum, & fit mentio de iudicibus cū fuerint
alii potentiores principes in Israel, quā iu di
ces. s. Moyses, & Iosue, & deinde reges. Nullus. n. prin-
cipatus fuit minoris potestatis inter Israelitas, q̄ prin-
cipatus Iudicum, vt declaratum est in prologo super
librum Iudicum. Respōderi potest multipliciter, vno
modo, q̄ istud dr̄ hic a fortiori. s. non pcepi alicui dño
totius Israel, q̄ ædificaret mihi templum, nec ēt alicui
Iudicum, & hoc patet, quia dicitur hic saltem. s. nun-
quid locutus sum saltem vni Iudicum? Sed dicendum I
est, q̄ ista ratio quorundam non stat, quia non arguit
a fortiori, nam esset a fortiori si ponerentur hic maxi-
me principes Israel, quia quanto aliquis maiora bñfi-
cia a Deo recepit, tanto magis obligatur eū colere, &
diligere, vt patet Luc. 7. in parabola debitorum quorū
cuidam paucum, & alteri multum remissum est, sed
quanto aliquis maior princeps esset in Israel, tāto ma-
ius beneficium a Deo suscepisset: cum oīs principatus
a Deo detur, ad Roma. 13. Nam etiam malis principi-
bus ipse dat principatum, sic. n. dicitur, q̄ Deus regna-
re facit hypocritam propter peccata populi, vt patet
Ioan. 34. iudices tamen erant minimi principes in Is-
rael, vt declaratum est, ideo minus tenebant ipsi Deo
ad ædificandum ei templum, quā alii principes Israel,
ideo aliter dicendum est. Secundo dici p̄t, q̄ loquitur
de iudicibus, intelligendo oēs principes, qui fuerūt in K
Israel, siue reges, siue alii erant iudices, eo q̄ oēs habe-
bant potestatem iudicandi, & sic non fit mentio spe-
cialior, de quibusdam, q̄ de aliis. Tertio p̄t dici, q̄ dici-
tur hic de iudicibus solum, eo q̄ tpe ipsorum fuit so-
lum opportunitas fabricādi domum dño, vel saltem
tunc fuit maior opportunitas, quam tpe aliorū princi
pum. Patet hoc, quia primus princeps in Israel fuit
Moyses, nam ipse eduxit Israelitas de Aegypto, & tūc
cēperunt Israelitæ esse vnus populus per se cum fue-
runt extra seruitutem Aegyptiorum. Iste non potuit,
nec debuit ædificare domum Dño, quia toto tempo-
re istius fuerunt Israelitæ in deserto, & ibi mortuus est
Moyses. Deute, vlt. & tñ quandiu manserunt Israelitæ
in deserto, non debuerunt facere domum dño, quia
nō erant ibi habitaturi. Post Moysen fuit princeps Io-
sue, vt patet Deute. 3. & 31. & tempore istius non po-
tuit ædificari templum dño, quia iste introduxit Israe
litas in terram Chanaan, & laborauit multo tpe pu-
gnans ꝯ Chananæos, vt expelleret eos de terra, & po-
stea diuisit totam terrā p sortes, quibus expletis erat
iam senex Iosue, & non poterat vacare tanto labori,
quantus esset in ædificatione magnæ domus pro do-
mino, potissime quia tempore Iosue, nondū erant bñ
pacati Chananæi, quia nouiter subiecti fuerant, & ga
multi ipsorum adhuc supererant. Iosue 13. post Iosue
secuti sunt iudices, & fuerunt quindecim. s. tredecim,
de quibus habetur in toto libro Iudicum, & duo alii,
qui non sunt ibi. s. Heli, & Samuel, vt declaratum est
in prologo libri Iudicum, & tempus istorum fuit ma-
gnum. s. plusquam trecentorū annorum, vt patet col-
ligendo tempora eorum particulatim per librū Iudi-
cum. Post istos fuit Saul rex, & deinde Dauid, & sic
post iudices nondum regnauerat, nisi vnus rex ante
Dauid. De Isboseth aūt non est facienda mentio, quia
fuit contemporaneus Dauid, & regnū amborum fuit,
quasi vnum pp vnitatē tēporis, & subditorū, & sic nō
fuerat añ Dauid, nisi vnus rex qui posset ædificare tē-
plum dño: fuerant tñ quindecim iudices, & sic pp ma
gnitudinem temporis maior fuit opportunitas iudi-
cū ad ēdificandum templum dño, q̄ regnum, & sic fit
mentio de illis. Quarto pōt dici, q̄ de iudicibus fit hic
mentio, & non de aliis principibus pp multitudinē,
quia quasi totum tempus p̄cedens fuerat ipsorū, cū
ipsi fuissent quindecim iudices, vt dictum est. Alii au-
tem principes fuerunt pauci.

Nunc itaque sic loqueris ad seruū meum
Dauid: Hæc dicit Dominus exercituū. Ego
tuli te cum in pascuis sequereris gregem, vt
esses dux populi mei Israel, & fui tecum quo-
cunq; prexisti, & interfeci oēs inimicos tuos
coram te, feciq; tibi nomen quasi vnius ma-
gnorum, qui celebrabantur in terra. Et dedi
locum populo meo Israel. Plantabitur, &
habitauit in eo, & vltra non commouebi-
tur, nec filij iniquitatis atterent eos, sicut a
principio ex diebus, quibus dedi iudices po-
pulo meo Israel, & humiliaui vniuersos ini-
micos tuos.

Nunc itaque sic loquere ad seruum meum Dauid. Supra posuit Deus rationes, propter quas non erat necesse, q̄ Dauid ædificaret templum domino, hic autē Deus reddit ei gratiam pro bona voluntate, quamquam nō sit necessaria, nec opportuna executio, & dicit, quòd ipse fecit eum regem, cum esset prius pastor, & tamen faceret ei adhuc maiora bona, & dicitur ad seruum meum Dauid, quia erat Dauid specialiter seruus Dei propter magnam voluntatem, quam habebat ad co-lendum ipsum. *Hæc dicit dominus exercituum.* Deus Is-rael vocatur dominus exercituum, quia ipse erat ve-rus Deus, & est Deus exercituum, idest angelorum, qui faciunt magnum exercitum, & vocantur mili-tes Dei Iob vigesimoquinto, scilicet. Nunquid est nu-merus militum eius Scilicet angelorū. Vel dñs exer-cituum. i. habens potestatem super oēs exercitus, quia in manu eius est quis exercitus vincat, & qs vincat, si-ue multi, siue pauci sint ex vna parte, vel ex alia, sicut

dixit

dixit Ionathas filius Saulis. 1. Regum 14. Non est Deo A
difficile saluare in multitudine, vel in paucis. Sic etiam
dixit Iudas Machabæus, sicut fuit voluntas in cœlo,
ita fiet.

Ego tuli te cum in pascuis sequereris gregem, vt esses dux populi mei Israel. Refertur hic istud beneficium maxi-mum. s. q̄ Deus fecit Dauid de pastore regem, & dicit ego tuli te. q. d. nisi ego te tulissem de pascuis semper manssisses in officio pastorali, & nunquam fuisses exal tatus ad maiorem honorem. Intelligitur autem istud de prima vnctione Dauid in regem, nam Deus iussit Samueli prophetæ, q̄ vngeret vnū de filiis Isai Beth-lehemitæ in regem, & fuerunt oēs præsentati sibi suc-cessiuè fm ordinem natiuitatis, & nullus eorū a Deo B approbatus est, & cum nō reperiretur aliquis, in quo expleretur mandatum dñi, dixit Samuel ad Isai, nun-quid expleti sunt filii? Et ille ait, supereſt minimus, q̄ est in pascuis, & fecit illum vocare Samuel, erat autē ille Dauid minimus fratrum suorum, & cum vocat⁹ fuisset vnxit illum Samuel in regē inter fratres suos. 1. Reg. 16. *Et fui tecum quocunque perrexisti.* Idest adiuui te in omnibus negotiis, quæ incēpisti, & istud est secū-dum beneficiū. *Et interfeci omnes inimicos tuos coram te.* Idest intetfeci omnes inimicos tuos, te vidente. Vel interfeci eos faciendo fugere a te. Deus dicitur inter-fecisse inimicos Dauid, quia bella Dauid, vt in pluri-mum fiebant opere Dei, sicut declarabitur infra in quadam quæstione. Ideo omnes illę interfectiones, & C victoriæ attribuendæ sunt Deo. *Fecique tibi nomen qua-si vnius magnorum, qui celebrantur in terra.* Istud est aliud beneficium, q̄ præter alia bona, quæ Deus dedit Da-uid, adhuc Deus dedit ei magnum nomen. i. famam, sicut vnius magnorum celebrantur in terra. i. tantam famam habuit, sicut quilibet de viris magnis, qui erāt in toto orbe tempore suo, sicut dicitur 2. Reg. 7. feci tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum, q̄ sunt in terra. *Et dedi locum populo meo Israel.* Idest dedi Israe-litis propter te locum ad habitandum, & ad adoran-dum. *Plantabitur, & habitabit in eo.* Non dicit hoc, quasi nouiter nunc deberet incipere populus Israel ad ha-bitādum in terra, sicut arbor, quæ nouiter plantaī, qa D iam ex multo tpe habitabat Israel in terra Chanaā, sed signātur, q̄ nunc tpe Dauid inciperet populus Israel hr̄e quietam habitationem, q̄ prius non habuerat. Nā habitare non signāt solum manere in aliquo loco, sed ētibi quiete manere sine perturbatione, sic patet. s. in Isa cum dr̄: Cum habitaret Dauid in domo sua, & 2. Re. 6. vbi ponitur ista historia, dr̄: Factum est cum se-disset rex in domo sua, & dominus dedisset ei requiē ab omnibus inimicis suis: Israelitæ autem ante hoc, nunquam habuerant quietem, sed semper persecuti fuerant eos Gentiles, vt patet infra in litera, cum dici-tur: Nec filij iniquitatis atterent eos, sicut a principio, ex diebus, quibus dedi iudices super Israel. & sic nouis-ter inciperent nunc Israelitæ habitare in terra, & tem E pore præterito dicerētur habitasse. Plantare etiam si-gnificat quandam firmitatem, quia id quod planta-tur agit radices deorsum, & manet firmiter in terra, nec impellitur hinc & inde, ita Israelitæ fuerant ante hoc in terra cum persecutione, nunc autem cēpe-runt habitare firmiter, quia nullus concutiebat eos, sicut fuit tempore Salomonis, quando erat magna pax in Israel, & quilibet habitabat sub fitu sua, & vite sua. 3. Reg. 4. ideo nunc plantabatur populus Israel.

Et vltra non commouebitur. Idest non commouebitur vltra ab hostibus persequentibus eum.

Nec filij iniquitatis atterent eos. Chananæi, & alii Gē-tiles vocantur hic filii iniquitatis, quia erant viri mali, quos Deus reseruauerat in pœnam Israelitarum, vt quando peccarent, illi affligerent eos, vt patet iudicū secundo. Et de istis dicit, quòd iam non atterent eos, idest non affligentur, sic patet 2. Regum 7. s. & non turbabitur amplius, nec addent filii iniquitatis, vt af-fligant eum. *Sicut a principio.* Idest a principio habita-tionis Israelitarum in terra Chanaan, quia ex tunc in-cēperunt Chananæi Israelitas persequi, vt patet ex li-tera sequenti. s. *Ex diebus quibus dedi iudices populo meo Israel.* Idest a tempore Iudicum semper fuerunt per-secutores contra Israel, & nō prius, licet habitauerint Israelitæ in terra Chanaan ante tempus Iudicum, ta-men persecutio ipsorum non fuit, nisi ex tempore Iudicum, quod patet, quia Iosue introduxit Israelitas in terram Chanaan, vt patet ex processu libri Iosue, & in temporibus eius Chananæi non persequebantur Israelitas, sed potius Israelitæ occidebant Chananęos, & expellebant eos de terra, quousque obtinuerunt terram de manu ipsorum, vt patet per totum librum Iosue: mortuo autem Iosue succesſerunt iudices, & in temporibus eorum fuerunt bella, immo ipsi constitu ti sunt in iudices propter bella. Patet de primo iudi-ce, qui vocabatur Othoniel, nam ipse fuit factus iu-dex propter regem Mesopotamiæ, qui opprimebat Israelitas. Iud. 3. & sic erat de omnibus iudicibus, nam mortuo vno non succedebat alius, sed manebat popu lus sine principe, quandiu hostes non persequeban-tur eum, & cum hostes opprimerent Israelitas rursus fiebat alius iudex, qui liberabat eos de aduersitate illa, vt colligitur Iudicum secundo, & quasi per totum li-brum, post iudices etiam Israelitę afflicti sunt ab ho-stibus, nam succesſerunt Reges, quorum primus fuit Saul, & in tempore istius Philisthini persequebantur Israel, & etiam ipse Saul ab eis occisus est, 1. Regum vltimo, & supra decimo. Post Saulem erat nunc Da-uid, & in tempore eius etiam Philisthini persecuti fue rant Israel, & fecerant duo bella contra ipsum, vt pa-tet secundo Regum quinto, & supra decimoquarto, nunc autem Deus dicit, q̄ non affligerent amplius ho stes populum Israel. *Et humiliaui vniuersos inimicos tuos.* Scilicet confregi vires inimicorum tuorum, & feci eos esse humiles cum prius essent superbi, ita vt iam non auderent insurgere contra Dauid, supra decimo-quarto.

Quare ponuntur hic beneficia, quæ fecerat Deus Dauid.
Quæst. XVIII.

QVAERITVR ad quid ponuntur hic ista be-neficia, quæ Deus fecerat Dauid, quia non videntur agere ad propositum, nam Deus intendit hic dare gratiam Dauid pro bona voluntate sua, quam habuit ad ædificandum templū. Ista tamen beneficia iam præterita erant, & non pote-rant dari in remunerationem pro bono opere, quod iam transierat, & sic videntur frustra poni.

Respondendum, q̄ ista bene consonant intentio-ni Dei. Intendebat enim Deus dare remunerationem Dauid pro bona voluntate, & ad hoc inducuntur hic ista beneficia: possunt tamen multipliciter accipi: vno modo, q̄ ponantur in remunerationem, quamquam sint preterita: ita quòd dicatur, quòd omnia ista bona, quæ Dauid ante hoc habuerat, non meruerat prius, sed nunc meruit per istam bonam voluntatem, quam nunc habuit volendo ēdificare templum, sicut etiam multi tenent de beatitudine angelorum, quòd angeli boni meruerunt suam beatitudinē per aliquos actus, quos habuerunt postquam fuerunt beati, vt tāgit Ma gister sententiarum, libro secundo, distin. 5. Secundo modo potest accipi, q̄ ponantur hic ista beneficia ad incitandum Dauid magis in cultum Dei. Nam qñ aliquis recordaī bonorū suscepторū, nisi sit degene-

Id author non asserit sed inducit pro exem-plo.

ris animi, mouetur ad famulandum benefactori, erāt autem beneficia collata Dauid valde magna, ideo cū Deus referret illa Dauid moueretur Dauid magis ad colendum ipsum. Tertio potest dici, quod ista ponūtur hic ad remunerationem indicandam in aliis beneficiis quæ Deus adhuc facturus erat Dauid, & ad hoc, quòd adderet alia retulit iam ea, quæ prēterierant. Qđ patet, quia postquam posuit beneficia, quæ supra habentur, sequuntur alia, quæ nondum collata fuerant, scilicet annuncio tibi, quòd ędificaturus sit tibi dominus domum, &c. Quarto dici potest, quòd Deus fecit hoc ad ostendendum voluntatem suam bonam, quā habebat erga Dauid, vt sicut Dauid erga Deum bonā habebat intentionem colendi eum: Ita Deus habebat bonam intentionem erga Dauid ad benefaciendum ei, & vt appareat magis ista intentio, accumulat hic omnia beneficia, siue quæ fecerat ei, siue quæ facturus erat, quia magis sic apparebat quam si solū referret ea, quæ facturus erat.

An verum sit Deum fuisse per omnia cum Dauid. Quæst. XIX.

QVAERITVR quomodo est verum, quòd Deus fuit cum Dauid in omnibus, ad quæ perrexit.

Dicendum, quòd intelligitur hoc de omnibus negociis Dauid, quia Deus adiuuabat eū mirabiliter in illis, ita vt expedirentur faciliter, quæ alias non poterant expediri, sine magno labore, & longo tempore. Et in hoc dicitur Deus esse cum aliquo, vel ire cū eo, scilicet quandocunque negocia illius prosperantur in omnibus, sic patet de Isaac, de quo dixerunt Palęsthini. Vidimus Deum esse tecum, ideo diximus sit iuramentum inter te, & nos. Gen. 26. & hoc dicebant, qa viderant eum prosperari, ita quòd in pauco tempore creuerant nimis diuitiæ: nam seminauit vno anno in terra Palęsthinorum, & collegit centuplum, vt patet eod. c. Sic etiam fuit de Ioseph, de quo dixit dominus suus Putiphar, quòd Deus erat cum eo, eo quòd omnia negocia prosperabantur in manu eius. Gene. 39. ſ. Fuit dominus cum Ioseph, & erat vir in cunctis prospere agens, habitabatque in domo domini sui, qui optime nouerat esse Dominum cum eo, & omnia, q̄ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Sic etiam fuit de negociis Dauid, quia omnia prosperabantur, vt patet in fuga eius a facie Saulis: nam cum misisset Saul nūcios ad tenendum Dauid, coacti sunt prophetare, & postremo ipse Saul coactus est prophetare, & sic non potuerunt tenere Dauid 1. Reg. 19. Sic etiā bis conatus est Saul percutere lancea Dauid, & tamen casso vulnere euasit eod. lib. c. 18. & 19. Etiam cum circundarent serui Saulis domum Dauid ad tenendum eū, euasit manus eorum per fenestram dimissus ab vxore sua eod. c. 19. Sic etiam mirabiliter liberatus est coram Rege Achis fingendo stultitiam eodem lib. cap. 21. mirabilius iterum liberatus est a Saule in deserto Maon apud petram Diuidentem, quando Saul, & viri sui circundabant Dauid in modum coronę eodem libro capitul. vigesimotertio. Etiam quamquam Dauid fugeret a facie Saulis, Deus tradidit bis Saulem in manus eius, ſ. semel in spelunca, & iterum quādo dormiebat, & accepit Dauid lanceam eius eod. lib. capit. 24. & 26. & generaliter in omnibus bellis Dauid ipse fuit prosperatus, vt patet ex discursu primi, & secundi Regum, & ex hoc apparebat, quòd Deus erat cum illo, & cognoscebant istud populares videntes quanta Deus fecisset pro illo, vnde dicebant ei: Deus enim adiuuat te supra 13.

Quomodo intelligitur Deum interfecisse omnes inimicos Dauid. Quæst. XX.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd Deus interfecit oēs inimicos Dauid, qa non videtur hoc verum, quòd coram eo Deꝰ interficeret inimicos suos: nam Saul erat inimicus suus, & non fuit occisus corā eo. Et sic de multis aliis.

Respondendum est, qꝺ Deus interfecit multos de inimicis Dauid. Et ob hoc dr̄ interfecisse omnes, quia iste modus loquendi est sacræ Scripturæ, & dr̄ iſlud, quia vt communiter, quando pugnabat Dauid contra hostes, occidebat eos. Primus hostis Dauid fuit Goliath Gethęus, & occidit illum 1. Reg. 17. Deinde constitutus fuit princeps belli super viros Saulis, & erant tunc Philisthini hostes, quia cōtra illos erat bellum, & ipse in quolibet bello occidebat multos, vnde semel cum occidisset plurimos ipsorum, accepit ducenta pręputia eorum, quæ attulit ad Saulem 1. Reg. 18. Postea etiam pugnauit contra eos, & etiam cōtra Amalecitas, & contra gentem Gessuri, & Machati, & occidebat multos eod. lib. c. 19. & 27. & 30. postquam autem factus est rex super Israel, pugnauit bis contra Philisthinos, & fugauit eos atque occidit 2. Reg. 5. & supra 14. Cum autem obiicitur, qꝺ Deus non occidit Saulem hostem Dauid coram eo. Potest dupliciter responderi, vno modo quamquam dicatur, quòd occidit Deus omnes hostes Dauid, non est intelligendū, qꝺ occidit omnes, vt nullus maneret, quia tunc occidisset omnes Philisthinos, qui erant hostes eius. Etiā quando venirent aliqui ad pugnandum cōtra Dauid nullus illorum superesset, qui non occideretur, & tm̄ multi fugientes euadebant, & sic nō oportebat, quòd Saul occideretur, quamquam esset hostis Dauid, quia multi alii hostes eius non fuerunt occisi.

Secundo potest dici, qꝺ fuit occisus Saul inimicus Dauid coram eo: nam licet non occiderit ipse Dauid Saulem, nec pugnauerit contra eum, tamen Deus occidit eum propter Dauid: potuerat enim Dauid sępe occidere Saulem, sicut quando introiuit solus Saul in spelunca, in qua latebat Dauid, & viri sui, & nesciebat hoc Saul, & amputauit Dauid particulā chamidis Saulis 1. Reg. c. 24. & iterum quando dormiebat Saul, & totus exercitus suus, & descenderūt Dauid, & Abisai ad castra eius, introieruntque in tentoriū eius, & acceperunt hastam, quæ erat ad caput eius, voluitque eum Abisai occidere, sed Dauid vetuit hoc fieri eod. lib. c. 26. & hoc faciebat Dauid, quia Saul erat rex vnctus a domino, Deus tamen occidit Saulem per manus Philisthinorum propter Dauid: nam occisus est Saul a Deo propter peccata sua supra 10. vnum tamē de peccatis eius grauibus fuit, quòd iniustissime persecutus est sępe Dauid, ideo etiā pp hoc occisus est, & dicitur, quòd occisi sunt omnes hostes eius corā eo, quod etiam verum est de Saule, quia corā Dauid, ideſt viuēte eo occisus est, licet nō fuerit p̄sens Dauid in occisione illa.

Quomodo inter alia beneficia collata Dauid ponitur nomen magnum, quod habuit. Quæst. XXI.

QVAERITVR vlterius quomodo ponitur hic inter beneficia, quæ Deus fecerat ipsi Dauid, qꝺ fecerat ei nomen quasi vnius magnorū, q̄ celebrant in terra: nā cū fama nō sit aliqd qđ nos debeam⁹ desiderare, nō debet nobis cōputari inter diuina bn̄ficia. nam bn̄ficium non est, nisi de bono, quicunq; tm̄ desiderat famam, peccat: nisi pp alium finem fama sit, & quicunq; agit aliquod bonum

bonum propter famam, perdit illud, sicut dicitur de hypocritis Matth. 6. quòd receperunt mercedem suā, scilicet eo, quòd facīt opera sua, vt videantur ab hominibus, & acquirant inde famam. Respondendum est, quòd fama ponitur inter diuina beneficia, quia verè diuinū beneficium est, nec potest homini euenire, nisi ex quadam Dei dispensatione, & voluntate, sicut est in cęteris bonis fortunę. Pro quo considerādum, quòd fama est de bonis fortunę, vel habet magnam connexionem cum illis, & est de maximis bonis fortunę: nam maius est aliquem esse bonę famæ, & gloriosum inter homines, quam diuitem esse, & si contingat aliquem esse diuitem sine fama, & aliquē esse famosum circa aliquod bonum sine diuitiis, eligibilius est recto iudicio famosum esse, quam diuitem esse, & tamen diuitem esse est quoddam bonū, quod homines existimant esse magnū, à fortiori ergo fama erit maius bonum, & desiderabilius. Cum autē obiicitur, quòd non potest poni inter beneficia eo, qꝺ non est bonum, nec desiderabile. Dicendum quòd falsum est, pro quo sciendum, quòd aut consideratur fama secundum seipsam, aut secundum legem Dei. Si primo modo fama nimis eligibilis est, quia omne habens rationem boni est desiderabile, fama autem habet rationem boni, immo magni boni, vt dictum est, ideo valde desiderabilis est, & propter hoc antiqui desideraverunt eam nimis, & plurimi posuerunt felicitatem in ea. In tantum, quòd aliqui colentes virtutem non poterant deiici à virtute propter desideriū aliquorum bonorum, nec propter timorem malorū incidentium, & deiiciebantur propter timorem infamiæ: sic enim fuit de Lucretia, quę fuit flos matronarum Romanarum, nam ipsa valde dilexit castitatem coniugalem, & cum sollicitaret eam quidam cognatus mariti, & per noctem venisset ad lectum eius, & minaretur ei mortem, nisi consentiret, inuicta manebat volens potius mortem subire, quam virtutem pdere. Tandem minatus est ei, quòd si nō consentiret, occideret eam, & quendam seruum, poneretque in lecto eius vtrunque occisum, & diceret, quòd occiderat ambos, quia inuenerat eos pariter commiscerī, & sic territa Lucretia timore infamię futurę permisit adulterium, & tamē, quia virtutem desiderabat, ideo illa perdita, viuere nolebat, nam conuocatis omnibus cognatis suis, & viro flens exposuit eis casum, & tunc eis non aduertentibus gladio, quem occultè gerebat se occidit, vt ait Aug. primo de ciuitate Dei. Si autem consideremus famam secundum legem Dei non debemus eam desiderare, non quidem, quòd mala sit, sed quia desiderium illius in nobis malum est, & ratio huius est, quia fama nō est aliquod bonū necessatiū nobis ad vitam, sed est bonum, quo fruimur, quia gaudemus in illo propter se, & sic, qui famā diligunt, cōstituunt quodammodo in illa felicitatem, quia ista est regula certissima, quòd omne, quod desideratur, & non propter aliquem alium finem, est materia felicitatis, & tamen secundum veritatem fidei, & rationis summum bonum, quod est materia felicitatis, in solo Deo est, ideò solus Deus propter seipsum desiderabilis est. Et quia, vt communiter contingit nos famam desiderare non propter aliud delectabile, sed propter seipsam, est nobis interdictum desiderium famę. Diuitię autem minus bonum sunt, quā fama, vt dictum est, & tamen licitè desiderātur, eo quòd sunt quoddam bonum necessarium, sine quo vita humana non potest agi sine magnis laboribus. Potest tamē vita agi sine fama, ideo licitum est desiderare diuitias, famam autem nequaquam, & propter hoc aliquando illicitum est desiderare diuitias: nam diuitię inquā-
um sunt necessa riæ ad competentem sustentationē

vitę, sunt necessarię, & desiderabiles propter alterū: iō non est peccatum desiderare illas, & tamen diuitię superabundantes non sunt necessarię ad sustentationem vitæ, & ob hoc non sunt ordinabiles ad aliquid. sed si desiderantur, oportet quod desiderētur propter se, vt fruamur eis, & tunc peccatum est in desiderio illarum plusquam in desiderio famę: cum ipsa fama sit aliquid honestius, quam diuitię, & sic si aliqua res est, quæ nullo modo est necessaria ad vitam, non est desideranda, & peccatum est illam desiderari, nisi sit ipse Deus, & id per quòd peruenitur ad Deum, & ob hoc etiam honor non est à nobis desiderandus, quia in eo non est constituenda felicitas, nec etiam bonū ad vitam, aut subordinabile ad felicitatem. Si tamen interdum contingat famam, & honorem effici bona necessaria, sunt tunc desiderabilia licite à nobis, & sic est si aliquis desiderat habere famam non vt in illa glorietur, sed vt per illam incitet alios ad bene operādum iuxta illud Matth. 5. Luceat lux vestra coram hominibus, vt glorificent patrem vestrum, qui in cęlis est cum viderint vestra bona opera. Sic potest etiā aliquis desiderare honorē, & potentiam temporalē: nō vt fruatur eis, sed vt per illa fit dispositus ad corrigendum vitia aliorum per timorem, & reuerentiam, quia viri honorati sunt omnibus reuerendi, & viri potentes sunt omnibus metuendi, & ideo ponebat Aristo. honorem temporalem esse organa felicitatis dicens, multa per amicos, & per potentiam temporalem operata sunt. 1. Ethico. Et sic in aliquo casu licitū est famam desiderare, & saltem illa ponenda est inter diuina beneficia, si euenerit. Considerandum vlterius, quòd licet non debeat aliquis regulariter desiderare honorem, nec famam, debet tamen quilibet virtuosus conari summo labore, ne perdat honorem, vel famam, quam semel acquisierit, & ad hoc hortatur nos sacra Scriptura, sic dicitur Ecclesast. Curam habe de bono nomine, ideſt labore, vt habeas bonam famam, ideſt faciendo, vt non incidas in infamiam, & cōseruando bonam famam, quam habes, sic etiam dicebat Apostolus infra ad Chorin. 9. scilicet. Melius mihi mori est, quam vt gloriam meam quis euacuet, ideſt quam, vt auferat aliquis famam meam, vel honorem, si tamen ista non essent bona, quamquam homo perderet illa, nihil videretur perdere, nec propter illa dolere deberet, ergo magna bona sunt cum potius debeat quis velle carere vita, quam carere illis postquā acquisierit. Est ergo fama beneficium diuinum, quia inter bona ponitur, quę homini dari possunt.

Quomodo fama ponitur inter beneficia Dei. Quæst. XXII.

QVAERITVR vlterius dato, quòd fama sit aliquod bonum, quomodo ponitur inter beneficia Dei: nam interdum fama prouenit per errorem: nam multi homines sępe falsis vulgi rumoribus magnum nomen habuerunt, vt ait Boetius de Consolatione lib. 2. prosa 7. quod tamen prouenit errore populi, non debet computari inter diuina beneficia. Respondendum est, quòd fama ponatur inter diuina beneficia collata Dauid, est propter tria, primo quia fama orta est ex rebus magnis, quas fecit Dauid, sed Deus dedit ei, quòd faceret bella magnifica, & alia opera, propter quę extenderetur fama eius per totum orbem, ideo ipse dedit ei famam, & sicut beneficium erat, quòd dedisset ei, quòd faceret illa opera magnifica, ita erat beneficiū, quòd daret ei famam, quę sequebatur ex illis operibus. Secundo modo fama ponitur inter beneficia diuina propter seipsam, quia ipsa prouenit ex quadam

Dei

Dei dispensatione, & solum accidit illis hominibus, F quibus Deus vult accidere, & patet hoc, quia interdū aliqui homines faciunt opera magnifica, ex quibus deberet sequi rationabiliter fama, & tamen non consequuntur aliquam famam: & alij sunt, qui pauca, vel quasi nulla opera magnifica faciunt, & consequunt inde magnam famam, & longo tempore manētem. Etiam patet, quia interdum aliqui conantur habere bonam famam, siue per bona, siue per mala opera, & non contingit eis habere illam. Sic fuit de quodam iuuene Ephesio, qui desiderans esse famosus nimis, cum non posset hoc cōsequi per opera bona magnifica, cogitauit facere pessimum opus, & magnum, vt inde consequeretur famam, scilicet quòd cremaret templum Dianę Ephesinę, erat tamen templum il- G lud honorabilius in toto orbe, vt colligitur Actuum 19. & putauit, quòd occideretur propter hoc, & scriberetur tantum malum in historiis, vt sciretur destructio illius templi famosissimi, & sic saltē indirectè nomen illius iuuenis scriberetur in historiis, & maneret ad memoriam ęternam. Cum autem cremasset templum, & captus esset, quęsitum est ab eo, cur hoc fecisset respondit, quòd fecit, vt acquireret famā, ideo positum fuit decretum inter Ephesios, ne quis nomē illius iuuenis in aliqua historia scriberet, vt refert Frācisc̄us Petrarcha 3. li. inuectiuarum contra medicum H rusticum, procacem. Interdum etiam aliqui faciunt magnifica opera, & alii inuidentes glorię ipsorum conantur supprimere facta illa, vt non crescat fama, sic enim fuit de quodam viro sapiente, qui libros magnę doctrinę scripsit, & quia non erat de progenie Italorum, omnes Itali, quasi vno animo coniurati, procurauerunt, vt nullum nomē haberet doctrina illius in regione ipsorum, & ideo a nullo nominatur, nec allegatur, quamquam secretè propter eruditionem a multis ipsorum legatur in abscondito: sic enim refert de seipso beatus Hierony. quòd famuli sui in translatione Biblię, quam ipse fecerat de Hebręo in Latinū, vt patet in prologo huius libri, qui incipit Si septuaginta Interpretum, dicens. Obtrectatoribus meis tantum respondeo, qui canino dente me rodunt in publico detrahentes, & legentes in angulis. Alii autem I non possunt acquirere magnam famam, quamquam fecerint magnifica opera, quia eorum laudes nullus scribit, quod tamen per inuidiam maleuolorum, vel per inopiam scriptorum aliquis famam non consequatur a Deo prouenit. In aliis autem è contrario facit, quia quidam sunt, qui licet non fecerint magnifica opera, consequuntur magnam famam, eo quòd Deꝰ facit, quòd omnes sint eis beneuoli, & desiderēt bonum ipsorū, & laudent eos, etiā prouocat quosdā ad scribenda gesta ipsorum, & sic extenditur fama in longum tempus: in aliis autem permittit contrarium. Tertio modo fama ponitur inter beneficia Dei, eo quòd ipse facit illam conseruari in quibus vult, & in aliis facit eam perire: nam quidā sunt, qui aliquo tempore magnam famam habent, sed cum nullus scribat K gesta ipsorum morientibus eis fama periit, & si interdum gesta eorum scribantur libri ipsi pereunt cum auctoribus suis. Sic enim dicit Boetius de Cōsolatione li. 2. prosa. 7. scilicet. Sed quam multos clarissimos suis temporibus viros scriptorum inops deleuit obliuio, quamquam quid ipsa scripta proficient, quę cum suis auctoribus premit longior atque obscura vetustas? In aliis autem fit contrariū, scilicet vt gesta eorū scribantur, & maneant in perpetuum, & hoc a Deo fit, ideo fama beneficium Dei est in illo, cui prouenerit. Ad rationem in cōtrarium, cum dicebatur, quòd sępe prouenit fama per errorem vulgi concedendum est. Et cum dicitur, quòd illa, quę per errorem veniūt non sunt beneficia Dei, dicendum, quòd falsum est, quia licet aliquid accidat per errorem quantum ad hominem facientem, tamen respectu Dei nullus error est, quia ipse intendit, quòd fiat illud, quod causat per errorem, vnde interdum ipse facit, quòd aliquis erret, vt alius consequatur inde luerum, vel ꝙ aliquis erret, vt alius pereat, sic enim patet de illo, qui lapidem iacit, & a casu occidit alium: nam per errorem facit, & tamē Deus dicitur procurare, quòd hoc fiat, vt patet Exo. cum dicitur, qui non est insidiatus, sed Deus tradidit illum in manus eius, constituam tibi locum, in quē fugere debeat. & sic occisus a casu dicitur traditus a Deo in manus alterius, sic etiam probat Boetius 5. de Consola. Prosa prima, quòd nihil fit casu, vel fortuna, sed omnia habēt causam superiorem, quę intēdit tales effectus ꝓducere, & hæc est Deus, qui secundum prouidentiam suā omnia gubernat & dirigit in fines suos, & sic quando aliquis per errorem vulgi consequitur magnam famam, Deus vult, quòd populus erret, & quòd ille consequatur famam ex errore populi, i deo fama quomodocunque prouenit, siue verè, siue falsè beneficium Dei est, & ob hoc omnes viri famosi tenentur Deo ad magnas gratiarum actiones, quia non potuerat eis illa fama prouenire, nisi Deus illud specialiter facere intendisset.

Qualis fuerit modus, quo Deus dederit famam Dauid.
Quæst. XXI.

QVAERITVR vlterius dato, quòd Dauid consecutus fuisset magnam famam a Deo, quis modus fuit, quo Deus sibi daret istam famam.

Respondendum est, quòd multipliciter istam famam dare potuit. Primo modo dando ei, quòd faceret opera magnifica, ex quibus sequeretur dilatatio famę. Sic patet de duabus victoriis mirabilibus, quas Deus concessit Dauid contra Philisthinos supra 14. & 2. Re. 5. Nam ex illis secuta est magna fama Dauid per totam terram, vnde dicitur ibidem post victorias illas, diuulgatum est nomen Dauid in vniuersis regionibus. Secundo modo poterat Deus dare istam famam Dauid prouocando omnes gentes ad hoc, ꝙ laudarent eum, & tenerent ipsum tanquam virum honorandum nimis. Et hoc facile erat, quia Deus potest causare in cordibus hominum quācūque passionem. scilicet lętitiam, tristitiam, audaciam, timorem, iram, odium, & amorem. Patet enim de seipso Iacob, quem volebāt persequi omnes ciuitates confines Sichimorum, quia filii sui occiderant Sichimitas dolosè, Gen. 34. Et tamen Deus incussit timorem magnū omnibus illis gentibus, & non ausę fuerunt persequi Iacob, & filios eius recedentes de terra, Gen. 35. Sic etiam fuit de ipsomet Dauid cuius timorem Deus posuit super omnes gentes, vt patet supra decimo quarto, scilicet. Diuulgatum est nomen Dauid in vniuersis regionibus, & dominus dedit pauorem eius super omnes gentes. Et sicut Deus incitauit omnes gentes ad timendum Dauid, ita incitaret eas ad laudandum Dauid, quia ad quamcunque passionem potest Deus mouere cor hominis, iuxta illud Prouerb. vigesimoprimo. Cor regis in manu domini, & quocunque voluerit, vertet illud.

De differentia, quæ habetur hic, & secundo Regum capitul. septimo circa aliqua verba.
Quæst. XXII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, & dedi locum populo meo Israel, quia 2. Regū. 7. dicitur: dicitur: Et dabo locum populo meo. Respōdendum A quòd in hoc non est magna diuersitas, eo, quòd sacra Scriptura vtitur talibus modis loquendi mutando sę pe tempora, & potest hoc fieri propter certitudinem prophetię, quia ea, quę dicuntur propheticè, quāq̄ futura sint, tamen certa sunt, sicut illa, quę prędicta sunt, vel iam prędicterierunt. Et ob hoc scriptura loqui de futuro, sicut de prędicto in prophetis, & sic erat hic. Nam loquebatur Deus de templo, quod daturus erat in Ierusalem ad hoc, quòd Israelitę ibi colerent Deum, sicut aliqui intelligunt. Et istud nondum fuerat impletum tempore Dauid, sed implendum erat tempore Salomonis, qui ędificauit templum, quia tñ illud certissimum erat, sicut si iam accidisset. Ideo ad B hoc ponitur hic in prędicto ad certificandum certitudinem euentus futuri, & 2. Regum 7. ponitur in futuro ad significandum veritatem rei, quia verè futurū erat id, quod hic prędnunciabatur. Et potest intelligi alio modo, scilicet quòd ponitur hic in prędicto, & ibi in futuro, ad significandum diuersitatem locorū. Nam Deus daturus erat Israelitis locum, in quo Deū colerent, scilicet vrbem Ierusalem, quam ad hoc elegit sequenti lib. c. 6. Et in illa ędificandum erat templum, in quo coleretur Deus. Ista ciuitas tenebatur prius ab hostibus, & postea data est in manus Israelitarum. loquendo ergo quantum ad vrbem, in qua futurum erat templum, erat verbum de prędicto, quòd C Deus dederat locum populo suo Israel, quia iam dederat eis vrbem Ierusalem, quam ceperat Dauid de manu Amorrhęorum, & fuit ante hoc, vt patet 2. Re. 5. & supra 11. vnde iam habebat domum cedrinam Dauid in Ierusalem in castro montis Sion, quando Nathan locutus fuit hic ista, vt patet supra in litera. Secundus locus erat templum, & istud nō erat factū, nec fuit temporibus Dauid, sed postea Salomon fabricauit illud, & propter hoc dicitur 2. Reg. 7. Dabo locum populo meo, scilicet Sanctuarium, quod postea fiet: sic respondet Nicolaus, sed ista expositio nō est satis conueniens, quia non potest hoc intelligi de templo, nec etiam de vrbe Ierusalem, sed necesse est intelligi de tota terra Chanaan, quod patet, quia dicit D hic: Et dedi locum populo meo Israel, plantabitur, & habitauit in eo, sed non potest intelligi de templo Salomonis, quia non habitauit ibi populus Israel, cum nullus laicus habitaret intus propter sanctitatem loci. Etiam non potest intelligi de vrbe Ierusalem, quia non habitabit ibi populus Israel. Non enim vocatur populus Israel illa parua multitudo, quę erat in Ierusalem, sed omnis multitudo Israelitarum, quæ non poterat habitare in Ierusalem, sed habitabat in tota terra Chanaan. Et sic dicendum est, quòd intelligitur de tota terra Chanaan, quę fuit tradita Israelitis ad habitandum. Et dicitur: Dedi populo meo locum, scilicet totum locum terrę Chanaan, & istud clarum est, quia multi anni erant, quibus istum locum dederat Israelitis, scilicet à tempore, quo ipsi introierunt in E terram illam cum Iosue, sed quia 2. Regum 7. dicitur: Et dabo locum populo meo Israel, debet dici, quòd quamquam dedisset Deus locum istum Israelitis, tamen non pacificè possidebant, quia semper inquietauerant eos Chananæi, sicut dicitur in litera. Et ob hoc nunquam habitauerant Israelitę in terra propriè loquendo, quia habitare significat pacificè manere, sicut supra declaratum est. Et nunc Deus facturus erat, quòd Israelitę pacificè manerent, sicut fuit tempore Salomonis, vt patet 3. Regum. 4. Ideo rectè dicitur dabo locū, & patet, ꝙ iste sit sensus, quia dī dabo locū populo meo, Israel plantabitur, & habitauit in eo. q. d. ante hoc non erat plantatus populus, nec habitabat in loco illo pacifice, nunc autē hītaturus erat in pace, & sic de nouo dabatur populo, quòd habitaret in loco illo.

Quomodo verum sit illud, quod hic dicitur, scilicet, quòd populus plantabitur, & non commouebitur.
Quæst. XXIII.

QVAERITVR vlterius quomodo est verū, quod hic dicitur, scilicet plantabitur, & nō commouebitur vltra, nec filij iniquitatis atterent eos. Nam videtur, quòd postea cōmoti fuerunt Israelitę, & fuerunt pugnę contra eos. Et etiam ipsi moti fuerunt de terra illa, quando ducti sunt in Babylonem, & nunc non habitant in terra ipsa aliqui eorum, sed dispersi sunt per totum orbem, Aliquis dicet, quòd hic non promittebat Deus, quòd nunquam Israelitæ sustinerent aliquas tribulationes ab hostibus, sed quòd non sustinerent eas tam grauiter, sicut a principio. Et hoc patet aliqualiter ex litera, quia dicitur: Nec atterent eos filij inquitatis, sicut à principio, ideſt non illo modo, quo à principio atterebat, ideſt tam grauiter: aliquo tamen modo atterēt. Iste tamen sensus non stat. Primo quia dicitur hic, & nō cōmouebitur vltra, & nō dicitur hic, sicut prius, sed simpliciter dicitur, quòd non commouebitur vltra. Secūdo patet, quia falsum est, scilicet quòd Israelitę non affligerentur tam grauiter ab hostibus nunc, sicut a principio, quia post hoc fuerunt grauius afflicti, scilicet quando Syri premebant terram Israel, & erat rex clausus in vrbe Samarię, & prę magnitudine famis duę mulieres comederunt filium vnius 4. Regum 6. Postea etiam fuit grauius, quando Israelitę, scilicet decem tribus ducti fuerunt in Assyrios eo, lib. c. 17. Et postea duę tribus, quę vocabantur regnū Iuda ductę fuerunt in Babylonem eod. lib. ca. vltimo. Et postea grauius factum est per Romanos, quando omnes Iudæi, qui habitabant in terra illa partim occisi sunt, & partim dispersi per totū orbem, ita vt nullus maneret de eis in terra illa. Dicendum ergo aliter, quòd verum est, quòd Israelitę non erant vltra atterendi ab hostibus, nec etiam commouerentur de loco suo. Et tamen potest dupliciter intelligi, vno modo, quòd Deus dicebat istud pro aliquo tempore paruo, in quo pax futura erat, & non atterentur Israelitę. Et quamquam dicitur, & non commouebitur vltra: non excluditur per hoc omne tempus, sed solum aliquod paruum tempus. Simile patet 4. Regum 6. vbi dicitur: Et vltra non venerunt latrones Syrię in Israel. s. postquā duxit eos Elisęus cęcos in Samariam, Et tamen postea non post multos annos venerunt latrunculi Syrię in regnum Israel, & destruxerunt fere totam terram Israel, ita vt non relinquerent in toto regno, nisi quinquaginta equites, & centum currus, & decem millia peditum, eo. lib. c. 13. sic etiam dicit Isa. 2. Et non exercebuntur vltra ad pręlium. Et intel- E ligitur de tempore aduentus Christi: sic etiam patet Michęę quarto. Et tamen manifestum est, quòd post Christum fuerunt multa bella, & sunt quotidie, ita grauia, sicut fuerant ante eum, sed modicum tempus significatur per istud vltra, in quo Israelitę futuri erāt in pace, & istud fuit tempus Salomonis, quia non fuerunt aliqua bella in diebus eius, quę essent alicuius momenti, sicut dicitur 3. Regum 4. habitabat Iuda, & Israel absq; vllo timore vnusquisque sub vite sua, & sub ficu sua: a Dan vsque Berſabee cunctis diebus Salomonis. Sic etiam cum dicitur de tempore aduētus Messię, & non exercebuntur vltra ad bellum: intelligitur de aliquanto tempore, sed fuit ante natiuitatem Messię, & postea. Nam tunc erat tanta pax in toto orbe, quòd non reperiebant Romani aliquam gentem,

gentem, cum qua pugnarent. Et ob hoc totus orbis
subiectus fuit tunc Romanis sub Imperatore Octa-
uiano. Et sic potuit ipse iubere tunc, quòd describe-
retur vniuersus orbis, & vnusquisque iret in ciuitatē
suam ad hoc, quòd describeretur, vt patet Luc.2.
Et tūc Romani admirati de tanta pace fecerūt quod-
dam templum Paci tanq̄ deę, & vocauerunt illud tē-
plum Pacis ęternum. Postea tamen redierunt bella,
vnde tempore Neronis inceptū est bellum grauissi-
mum Romanorum cōtra Iudęos, & illud fuit de ma-
ximis bellis, & grauissimis, quę fuerunt in toto orbe,
vt refert Iosephus in principio libri de bello Iudaico.
Secundo modo potest dici, quòd hic dicitur, non cō-
mouebitur vltra, quia hic Deus intendebat, q̄ in ęter-
num, idest vsque ad finem sęculi maneret ista pax, &
sic futurum erat, nisi peccata Israelitarum contrariū
promeruissent. Nam toto tempore quo regnauit Sa-
lomon antequam peccaret, fuit pax maxima: nam ha-
bitabat totus Israel vnusquisque sub ficu sua, & sub
vite sua absque timore 3.Reg.4. Postquam aūt pec-
cauit Salomon, Deus suscitauit ei hostes, vt patet eo.
lib.c.11. & post ipsum peccauerunt posteri sui, & se-
cuta fuerunt semper mala grauia quousque diuisum
est regnum in duo regna: eo.lib.c.12. & postea 10. tri-
bus Israel, ductę sunt in Assyrios, & duę tribus, quę
erant regnum Iuda, ductę fuerunt in Babylonem. Si
autem non peccasset Salomon, nec posteri sui, man-
sisset semper populus in pace, & nunquam hostes p-
secuti fuissent Israelitas, & quamquam postea cōuer-
si fuissent ad Christum, semper mansissent in illa:
quod magis declaratum est 2.Re.7. Et iste modus est
satis conueniens, s. q̄ promissio illa, quę erat de terra,
propter peccata illorum, quibus fit, duret pauco tem-
pore, sicut patet Ier.18. de prophetiis promissoriis, &
comminatoriis, quę mutantur ad mutationem illo-
rum, quibus fit promissio, vel comminatio.

Annuncio ego tibi, quòd ędificaturus
sit tibi Dominus domum. Cumque imple-
ueris dies tuos, vt vadas ad patres tuos, suscita-
bo semen tuū post te, qd̄ erit de filiis tuis,
& stabiliam regnū eius: Ipse ædificabit mihi
domum, & firmabo solium eius vsque in
ęternum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit
mihi in filium. Et misericordiam meam nō
auferam ab eo, sicut abstuli ab eo, qui ante
te fuit. Et statuam eum in domo mea, & in
regno meo vsque in sempiternum, & thro-
nus eius erit firmissimus in perpetuum. Iux-
ta omnia verba hæc, & iuxta vniuersam vi-
sionem istam, sic locutus est Nathan ad
Dauid.

Annuncio tibi. Supra referebantur beneficia, quę Deus fecerat Dauid: hic ponuntur ea, quę facere promittebat, & dicitur. *Annuncio tibi ego, quòd ædificaturus sit domum tibi dominus.* Istud loquitur Nathan ad Dauid ex persona sua, s. Ego denuncio tibi, q̄ Deus vult adificare domum tibi, s. facere, q̄ descendat à te quędam familia, in qua maneat semper dignitas regalis. Dicitur aliquis habere domum, q̄n quis habet aliquā dignitatem, & habet successores, qui semper teneant illam dignitatem, vel hereditatem. Q̄n aūt aliquis habet filios, & tñ non relinquit eis aliquam certam dignitatem, vel hereditatem, in qua semper succedant illi, qui sunt de illa progenie, non dr̄ habere domū, quia nō erit progenies sua certa, nec cognita, sed cito peribit memoria illius ꝓgeniei. Et ob hoc in illis solis progeniebus dr̄ esse domus, in quibus est ius primogenituręq, quia illa, quę sunt de iure primogenituręq non possunt alienari, sed semper sunt in illa progenie, in qua semel sunt, & per illa cognoscetur certissimè quis est de illa progenie, s. quia cum viderimus aliquē possidentem illa, quę pertinęt ad ius primogenituręq illius progeniei, sciemus illum esse de tali progenie. Sic.n. fecit Deus nunc Dauid, quia si non dedisset ei regnum, vt maneret semper in progenie sua, non haberet domum, quia filij sui non succederent ei in aliqua magna dignitate, per quam cognoscerētur. Nūc autem cum deriuandum esset regnum semper per suam stirpem cognoscerentur filij sui ab omnibus.

Cumque impleueris dies tuos. s. dies assignatos tibi ad viuendum, quia cuilibet homini assignati sunt certi dies, quibus viuat, & postea non potest viuere, sicut dixit Iob. Breues dies hominis sunt, & numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius, qui prętereriri non poterūt. Iob.14. *Vt vadas ad patres tuos.* i. vt moriaris, & congregeris cum patribus tuis, qui iā mortui sunt, vel vt dicunt alij congregeris ad patres tuos, q̄ sunt in Lymbo. *Suscitabo semen tuum post te.* i. Salomonem, qui regnaturus erat post Dauid. & cum dr̄ suscitabo intelligitur in regno, vel honore, quia iam erat suscitatus ad viuendum. *Quod erit de filijs tuis.* Scilicet Salomon, qui erat filius Dauid ex Bethsabee, & dr̄, q̄ erit de filijs tuis, qa poterat esse, q̄ esset de semine Dauid, & non esset de filijs eius, sed esset de nepotibus, vel pronepotibus, & tunc poterat esse sensus, q̄ non succederent filij Dauid ei in regno, sed alii de alia progenie, & tñ post aliquanta tpa alii de posteris Dauid, i. nepotes, vel pronepotes resumerent regnū, & ad hoc, q̄ magis gauderet Dauid sciens, q̄ filij sui successuri erant in regno, dixit q̄ erit de filiis tuis.

Et stabiliam regnum eius. i. firmabo illud, s. non regnabit in contentione, nec habebit aliquem competitorem, pp quem regnum eius sit infirmum, sed solus regnabit, ideo regnum eius firmum erit. Hoc dixit Deus Dauid ad tollēdum ei timorem, quia Dauid poterat timere, q̄ licet aliquis de filiis suis succederet in regno non prosperaretur in regno, quia haberet competitorem. Deus ergo dixit ei, q̄ stabiliret regnum eius. i. q̄ confirmaretur, & nullus impediret. In Dauid.n. fuerat sic, quia q̄n ipse cępit regnare super Iudam habuit competitorem Isboseth filium Saulis, & facta est longa concertatio inter domum Dauid, & domum Saulis 2.Re.3. Ita poterat timere Dauid, q̄ fieret in filio eius. *Ipse ædificabit mihi domum.* s. faciet templum. Nam Salomon ędificauit templum dominō 3.Re.6. & seq.lib.c.3. Istud dixit Deus ad consolādum Dauid, quia cum voluisset Dauid ædificare templum ad honorem Dei, & Deus non permisisset, putaret se non esse acceptum apud Deum, qui dedignabatur de manu eius suscipere istum famulatum, iō, vt non affligeretur, licet non permisisset hoc facere, p-misit, q̄ faceret filius suus. Et tunc putaret Dauid, q̄ hoc non fiebat, quia Deus dedignaretur ipsum, & pgeniem suā, sed quia aliqua cā specialis erat in eo ad non faciendum, quę nō impediret filium. Quare aūt De' noluit, q̄ Dauid ędificaret sibi tēplū, & voluit, q̄ ędificaret illud Salomon, declaratū est 3.Re.5. in quadā qōne. *Et firmabo solium eius vsque in æternum.* Supra dixit Deus, q̄ stabiliret regnū filii Dauid, s. in persona sua: hic aūt dr̄, q̄ firmabit illud, s. in tota sua successione, quia dr̄. Et firmabo solium eius vsque in ęternū. Dr̄ istud ad ꝓsolandū Dauid, quia q̄q̄ sciret ipse, q̄ filius

filius suus successurus erat ei pp prędicta: tñ forte crederet, q̄ vnicus filius ei successurus erat, sicut Saul habuit vnicum successorem in regno, s. Isboseth, & illico transiit regnum ad Dauid post mortē eius 2.Re.2. & 4. & 5. & de hoc dolet Dauid, quòd progenies sua aliq̄n esset in magno honore, & postea incideret in magnas calamitates perdendo regnū: Iō certificatur hic, q̄ filii sui possidebunt in ęternū regnum Israel.

Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. s. diligam eum nimis, ita vt habeā eum, quasi filium, & ipse hēat me, quasi patrem. Istud dixit Deus ad includendū oīa genera bonorū, quia forte Dauid intelligeret, q̄ Deus solum conferret posteris suis hoc bonū, q̄ faceret eos reges, & nihil aliud. Et sic poterant adhuc pati multas calamitates. Iō volens significate, q̄ oīa genera bonorum eis conferret dixit: Ego ero ei in patrem, quia post dilectionem, quę est hominis ad seipsum, nulla maior est, q̄ patris, vel matris ad filiū. Et sic dixit istud Deus volens significare magnum gradum dilectionis, quem habiturus erat ad posteros Dauid. *Et misericordiam meam non auferam ab eo.* i. nūquam desinam ei misereri, s. q̄q̄ peccet nunquam auferam ei regnum, & in isto erat misericordia Dei. *Sicut abstuli ab eo, qui ante te fuit.* Abstulit Deus misericordiā ab illo, quia cū peccauit, abstulit ei regnum, & q̄q̄ quotidie lugeret, & ploraret Samuel ꝓ Saule, quia Deus abiecerat eū, ne regnaret super Israel, non misertus fuit Deus, sed potius indignatus fuit ꝺ Samuelem, eo q̄ orabat pro illo, primo Re.15. & 16. non erat sic futurum in posteritate Dauid. *Et statuam eum in domo mea, & in regno meo.* Idest firmabo eum in regem super Israel, & non solū intelligitur de ipso, sed etiam de posteritate sua, quia subditur vsque in sempiternum, & tñ non poterat Salomon regnare vsque in sempiternum. Iō intelligit̄ de eo, & de successoribus suis, & dicit̄ in domo mea, & in regno meo, i. in populo Israel. Nā totus iste populus vocatur domus Dei, sicut tota familia, quę moratur in aliqua domo sub patrefamilias, vocatur domus illius. Ita cum Deus specialiter esset rector totius populi Israel, dicebatur totus Israel esse domus sua tā-quā totus ille populus esset vna œconomia particularis, sicut accipitur Nu.12. cum dixit Deus ad Aarō, & Mariam. Si quis fuerit inter vos propheta domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum, at non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est, i. in toto populo Israel est fidelissimus, vocatur aūt totus populus Israel regnum Dei, quia specialiter erat Deus rex Israelitarū, licet esset rex omnium regnorū generaliter, & dominus regū terrę Apoc. primo: patet hoc, quia ipse Deus dixit Samuel. Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos 1.Reg.8.q.d. ante hoc Deus regnabat sup Israelitas specialiter, nam loquendo de regno generaliter non poterant Israelitę abiicere regnum quin regnaret super eos, cum esset rex omnium gentium.

Vsque in sempiternum. Idest istud regnum erit firmatum vsque in sempiternum, i. longo tempore.

Et thronus eius erit firmissimus in perpetuū. Eadē ista est, quia thronus est sedes regia, quę esset firma in domo Dauid vsque in ęternum. Considerandum, q̄ aliqua dr̄ hic, quę doctores nostri nolunt exponere de Salomone, sed de Christo, quia dicunt, q̄ non possunt competere Salomoni, sicut est illud. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, & illud. Et misericordiam meam non auferam ab eo, & illud. Et statuam eum in domo mea, & regno meo vsque in sempiternum, & hoc tenet Aug. allegando ista verba in libris de ciuitate Dei, S. ę etiam dicit de illis, quę hñt Psal. 71. qui incipit, Deus iudicium tuum regi da, & iustitiā tuam filio regis. Et titulus eius est in Salomonem. Et ponuntur ibi multa, quę dicit Aug. non posse conuenire Salomoni, sed Christo, sicut est illud. Orietur in diebus eius iustitia, & abundātia pacis, donec auferatur luna, dominabitur à mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Et secundū hoc necesse esset, q̄ hic fieret transitus, s. q̄ cum scriptura incepisset loqui de Salomone, transiret ad loquendum de Christo. Nico, ēt dicit, q̄ ista litera partim exponenda est de Christo, & partim de Salomone, sed quædam principalius cōueniunt Christo, quā Salomoni. Dicendum tñ, q̄ oīa ista conueniunt Salomoni ad literā, & ēt illa, quę hñr Psal.71. & quāquam aliqua illorū conueniunt Christo, tamē hic nō dicta fuerunt de Christo, vel saltem sensus historię non est ad Christum, sed ad Salomonem. Nec est aliquid in litera, quod ei plane non conueniat, vt declaratum est satis latè 2.Re.7. Dicendum tñ, q̄ aliqua eorum, quę ponuntur hic dr̄ de Christo, licet intentio historię sit ad Salomonem. Pater quia Apostolus ad Hebræ.1. allegat istud dictum fuisse de Christo, s. cui dixit aliq̄n dñs angelorum filius meus es tu, ego hodie genui te? & rursum. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium? Et necesse est, q̄ intelligatur hoc in sensu literali, quia sacra Scriptura non arguit, nisi in sensu literali, in mystico aūt non, sicut ait Dionysius in epistola ad Policarpum, q̄ mystica theologia non arguit, i. theologia, siue sacra Scriptura mysticè intellecta non est tantę auctoritatis, vt possimus ex illa arguere ad probandum, vel improbandum aliquid. De Salomone aūt pp laudes multas, quę ponuntur hic de eo, erat dubiū an saluus fuerit, vel perierit ęternaliter. De hoc tñ declaratum est luculime in quadam quęstione 2.Re.7. *Iuxta verba hæc & iuxta vniuersam visionem istam sic locutus est Nathan ad Dauid.* Hic excusat se scriptura de repetitione, vt euitetur prolixitas. Nam Deus, q̄n apparuit Nathan propherę per noctē, dixit ei omnia ista, & ponuntur hic, vt dicta Nathan à domino. Iterum aūt narrauit omnia hæc Nathan ipsi Dauid. Et scriptura deberet dicere, q̄n narrauit, & vt nō repetat, dicit, q̄ dixit Nathan ad Dauid iuxta omnia verba, q̄ supra posita sunt, & dr̄ iuxta verba hæc, & iuxta vniuersam visionem, quia ista, quæ dicta sunt hic dr̄ verba inquantum referuntur, & vocatur visio inquantum reuelata sunt ipsi Nathan visione imaginaria in somno, s. q̄ Deus immutauit phantasiā eius in somno, & fecit, q̄ appareret ei, q̄ ipse videbat Deū loquentem secum, & dicentem omnia hæc.

Quare inter beneficia Dauid ponuntur illa verba: Dedi locum populo meo, &c. Quæst. XXIIII.

QVAERITVR circa prædicta cum Deus referret beneficia, q̄ fecerat, & facturus erat ipsi Dauid, Quare posuit inter illa, Dedi locum populo meo: plantabitur, & habitabit in eo, & non commouebitur vltra, quia istud nō pertinet ad Dauid, sed ad populum.

Respōdendum, quòd factum est propter duo. Primo propter beneficium, nam licet beneficium populi esset directe, quòd populus Israel plantaretur, & habitaret secure, tamen etiam beneficium erat Dauid quòd populus esset in quiete. Nam Dauid erat rex, & filij sui successuri erāt in regno, & gloria eorum erat in bona habitudine populi, quia excellentia principātis est propter excellentiam subditorum, scilicet quāto aliqui subditi fuerint excellētiores, tanto princeps dignior est, vt patet primo Poli. capi. tertio, Sic autem erat si populus Israel plantaretur, & habitaret securè, quia tunc Dauid, & filii sui haberent multos subditos, & valde diuites, Si autem hostes persequerentur illos,

illos, & non habitarent securè in terra essent pauperes propter bella, & etiam pauci, quia multi in bellis moriuntur, & multi ad alias regiones fugiunt, vt ibi qetè viuant, & sic principatus Dauid, & filiorum suorum efficeretur paruus propter paucitatem, & paupertatē subditorum iuxta illud Prouerbi. 14. scilicet. In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia principis. Erat ergo beneficium magnum Dauid, & filijs suis, quòd Deus plantaret populum Israel, & faceret illum habitare securè. Secūdū erat pp meritū, nam omnia ista beneficia data Dauid à Deo, aliquo modo fuerunt propter meritum Dauid, & qa Dauid non solum meruit pro seipso, sed etiā pro populo, ideo cum fiat hic mentio de merito bonę volūtatis eius, & ponantur prędmia ei Impensa, propter hoc ponitur etiam beneficium impensum populo propter meritum Dauid, scilicet quòd populus habitaret securè. Pro hoc considerandum est, quòd rex, & populus suus sunt aliqua inter se cōnexa. Et ob hoc meretur rex pro populo, & populus pro rege, siue bonū, siue malum. De rege patet, quia rex, quando malus est meretē habere populum malum, & ideo dato, quòd populus aliquando bonus sit, Deus facit insurgere eū contra regem suum, & male eum tractare, si malus est. Sic enim fuit de Amasia rege Iuda, qui hēbat populū bonū subiectū sibi, & tñ, quia ipse coluit Deos idumeorū, propheta dixit ei, ꝙ Deus intendebat malum cōtra ipsum, & traditus est postea in manus seruorum suorum, qui eum occiderunt, vt patet sequen. lib. c. 25. & 4. Re. 14. E contrario autem populus, qñ malus est promeretur, vt Deus tradat ei malum regē, qui puniat eos, & depauperet, sic patet Iob 34. t. Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. Sic etiam patet Isa. 19. cum prænunciantur mala contra Aegyptum propter peccata ipsorum, & dicitur. Tradam Aegyptum in manus dominorum crudelium, i. faciam, ꝙ Aegyptii habeant dominos crudeles, qui affligant eos. Et non solum isto modo meretur rex, p populo, & populus pro rege, sed ēt meretē rex, vt populo infligātur mala, & interdum populus meretur, vt rex mala patiatur. De primo patet, quia Dauid peccauit numerando populum regni sui, & tamen populus punitus est, quia occisi fuerunt peste plusquam septuaginta millia, vt patet 2. Re. vltimo, & infra 21. De secūdo patet, quia interdum cum populus malus sit, rex punitur, vel quicunque princeps, s. quia aliqualis culpa principis est, ꝙ populus malus sit. Sic fuit de Heli summo sacerdote, qui erat iudex, & princeps Israel, & ipse bonus erat, & tamen, quia non correxit filios sibi subditos, qui mali erāt, mortuus est, & trāslatum est summum sacerdotium de domo sua ad aliā domum, vt colligitur primo Re. 2. 3. & 4. ita è ꝺrio, qñ rex bonus fuerit merebitur bonum pro populo, vel populus bonus merebitur bonum pro rege. Et quia Dauid erat bonus rex meruit pro populo suo, ꝙ viueret in pace, & non timeret hostes, & sic ponitur hic inter beneficia impensa Dauid, ꝙ populus suus plantaretur, & habitaret securè, scilicet quia ipse Dauid hoc meruerat.

Quare denunciauit Deus Dauid de ædificatione domus. Quæst. XXV.

QVAERITVR vlterius quare Deus denunciauit hic Dauid, quòd ędificaturus esset ei domum, quia istud non pertinebat ad tempora Dauid, bonum tamen hominis est in diebus suis solum, vt colligitur quarto Regum 20. & Isa. 39. quando Deus denunciauit regi Ezechię, quòd omnia, quę ipse possidebat ducerentur in Babylonē, eo, ꝙ ipse ostenderat illa nunciis regis Babylonis, & tamen non fieret hoc in diebus suis, sed in diebus filiorum suorum, & respondit Ezechias: Bonus sermo domini, quem locutus est, sit pax, & veritas in diebus meis, quasi dicat. Contentus sum de eo, quod dixit Deus, scilicet ꝙ ista mala venirent in diebus filiorum suorum, & non in diebus suis. q. d. fiat pax in diebus meis, & non curo de temporibus successorum meorum, an fiat in eis pax. Respondendū est, ꝙ Dauid erat vir valde bonus nimis acceptus Deo, & meruerat nō solum pro se, sed etiam pro posteris suis, ideo nō solum Deus voluit, ꝙ in diebus eius esset prosperitas, sed etia m filiorum, & etiam, ꝙ ipsi semper regnarēt. Istud autem bonum erat Dauid: non iudicatur tamē aliquid esse bonum nostrum, nisi inquantum participamus illo, & delectamur in eo, vtpote si quis habeat in domo sua thesaurum magnum, quem aliquis ei donauerit, & ipse nesciat de illo, & ob hoc sit semper in paupertate, non iudicabitur ille habuisse bonum, quod nunquam fuit delectatus in eo, nec magis ei ꝓ fuit, quā si nihil vnquam habuisset. Ita de Dauid erat, quia Deus propter merita eius volebat filiis suis præstare regnum, & alia bona post mortem eius, & si Dauid nesciret aliquid istorum futurum esse filiis suis, non magis gauderet, nec diceretur habere bonū, quā si nullum istorū bonorum futurum esset in filiis eius, ideo denunciatum est ei, quę bona futura essent in filiis. Et ex hoc Dauid gaudebat dupliciter: primo quia sciebat, ꝙ filii sui proiperandi essent post mortē eius, & sic moreretur securus gaudens de prosperitate futura filiorum. Secūdo gauderet, quia sciret, ꝙ ista bona eueniebant illis ꝓp eum, & ex hoc magis gauderet de ista prosperitate, quia magis erat sua, cum ipse eēt causa eius, quàm alias. Si autem nihil declararet Dauid non gauderet, & sic meritum suum quantum ad hoc esset supernacuum, quia bonum, quod prouērum erat ei de prosperitate filiorum suorum, nihil erat, nisi gaudium, quod ipse haberet in vita sua, sciēs futuram illorum prosperitatem. Sic etiam est de illis, qui conantur relinquere magnam memoriam de sepsis post mortem. Nam memoria illa post mortem ipsorum non est eis aliquod bonum, quia ipsi nesciū, an de eis memoria sit, nec in hoc gaudēt, sed bonum ipsorum est, quia dum viuunt, gaudent ęstimantes, ꝙ post mortem habebūtur in magno honore, & fama. Voluit ergo Deus declarare Dauid bona, q̄ filiis suis facturus erat post mortem eius, vt nunc dum viueret gauderet de eis, & dixit: Annuncio tibi, ꝙ dominus ędificaturus sit tibi domum, i. faciet posteros tuos regnare: Etiam dixit: Suscitabo semen tuum post te, quod erit de filiis tuis, & stabiliam regnum eius. Et istud erat secundum bonum, quia dato, quòd filius Dauid regnaturus esset post eum, nesciebat an ꝓspere se haberet in regno, an haberet competitores, & ex hoc esset regnum suum infirmum, & sic non haberet Dauid plenum gaudium. Ideo dixit Deus stabiliam regnum eius, vt non formidaret Dauid, quòd filius suus perderet regnum. Tertium bonum erat: Ipse ędificabit mihi domum. Nā Dauid non permisit fuerat ædificare domum domino. Et si non permitteretur aliquis de posteris eius, putaret se, & posteritatem suam à Deo contemni: Ideo dixit, quòd filius suus ędificaret templum. Et sic sciret Dauid, quòd non prohibitus fuerat ipse ędificare templum, tamen quam ipse cum tota progenie sua contemneretur à domino, sed quia fuisset aliquod impedimentum in eo, quòd non esset in filio suo, & sic ille ædificaret. Quartum bonum erat, quia dixit Deus, & firmabo solium eius vsque in sempiternum. Nam Dauid sciēs omnia prędicta, posset adhuc credere, quòd vnicus filius

filius ei successurus erat, & deinde transiret regnum ad aliam progeniē, sicut fuit in Saule, qui vnicum habuit successorem, scilicet Isboseth, & deinde transiuit regnum ad Dauid. Et de hoc tristaretur sciens, quòd aliquo tempore filii sui futuri essent in magna ꝓsperitate, deinde venirent in magnam calamitatem priuati regali dignitate. Ideo denunciauit ei Deus, quòd in ętternum māsurum esset regnum in domo Dauid. Quintum bonum erat, quia quamquam omnia ista essent, adhuc poterat esse solicitus de posteris suis. Nam licet semper habituri essent regnū, poterat esse, quòd haberent illud cum aduersitatibus, & Deus nō daret eis alia bona, nisi ꝙ essent reges: ad significādū ergo vniuersalem prosperitatem filiorum Dauid, s. ꝙ in omnibus eis prosperè euenirent, dixit Deus: Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, idest ita diligam eum, & benefaciam ei, sicut si essem pater eius, & ipse, ita me sentiet sibi esse gratum, sicut si eēt filius meus, & per hoc gaudebat Dauid bona sperans de posteritate sua. Ad rationem in contrarium, s. ꝙ bona, quę eueniunt filiis alicuius post mortem eius, non pertineant ad eum, dicendum, ꝙ falsum est. Nā multipliciter pertinent bona posterorum ad eos, qui iam mortui sunt, & potest tripliciter hoc esse. Primo modo dato, quòd illi, qui mortui sunt, nescirent dum viuerēt aliqua bona, vel mala prouentura esse filiis suis, & amicis post mortem. Nec etiam post mortem aliquo modo cognoscunt hęc, sed solum ex eo, quòd prouenit bonum, vel malum filiis, vel amicis viuentibus dicitur habere bonum, vel malum ipse, qui mortuus est. Et istud est quantum ad opinionem nostrā, quia ille, qui mortuus est manet in memoria nostra. Et secundum illum esse, quod habet in memoria, potest ei accidere bonum, vel malum. Nam si aliquis mortuus est fęlix, & filii sui postea prosperantur, efficitur ille clarior in opinione nostra. Et per hoc ipse defunctus dicitur habere bonum ex prosperitate viuentium. Sic etiam si mortuus est fęlix manet in honore magno in opinione nostra: Si tamen filii sui incidunt in calamitates imminuitur, vel obscuratur aliqualiter gloria memorię istius, & in hoc recipit malum quoddam, qui mortuus est. Istud tamen malum, vel bonum, quod euenit mortuis ex prosperitate, vel calamitate filiorum, vel amicorum viuentium paruū est, quia non est tantum, nec tale, vt possit efficere fęlices eos, qui mortui sunt in miseria, nec potest efficere miseros eos, qui fęlices mortui sunt. Ista est positio Aristo. primo Ethi. c. pro nepotum autem fortunas. Et istud est, quia Arist. nihil iudicat de statu defunctorum, ideo nihil loquitur de bono, vel malo, quod eis verè proueniat, & ipsi experiantur, sed de bono, vel malo, quod prouenit eis secundum, quod manent in opinione nostra. Secundus modus est ad hoc, quod defunctis proueniat bonum, vel malum ex bono, vel malo viuentium, quod reueletur eis post mortem, eo quòd animę manent solutę corporibus, quę sunt capaces tristitię, & gaudii, & dato, quòd nihil sciuerint, dum viuerent de bono, vel malo, quod futurum erat posteris suis, & amicis, poterunt verè lętari, & tristari de bono, & malo, quod eis euenerit, & tunc verè habent bonum, vel malum mortui ex bono, vel malo viuentium: patet hoc, quia mortui, siue sint in vita ętterna, siue in purgatorio, siue in inferno, curam habent de viuentibus, sicut patet de illo diuite, qui erat apud inferos, & rogauit patrē Abraham, quod mitteret Lazarum, & prædicaret quinque fratribus, quos habebat: ne ipsi venirent in illum locum tormentorum: Luęe 16. Qui tamen curam habet de aliquo, necesse est, quod gaudeat de bono illius, & tristetur de infortunio eius: mortui tamen aliquando per reuelationem sciunt bona, vel mala, quę accidunt amicis suis, & cognatis, ideo necesse est, quòd tunc lętentur, vel tristentur, & iste modus efficacior est, quam primus, & iste conuenit fidei catholicę, vt patet Lucæ decimosexto. Et de hoc Gregorius super Lucam, & Augustinus super Psalmos, & Magister quarto sentētiarū dist. vltima. Tertius modus est, quo bonum, vel malum successorum facit bonum, vel malū in mortuis, si quando illi antequam morerentur sciuerunt bonum, vel malum, quod euenturum erat illis, quia tunc non solum post mortem gaudebunt, vel tristabuntur, sed magis dum viuunt patientur hoc: licet illud futurū sit. Iste modus est efficacior aliis duobus, quia hic tam in morte, quam in vita est malū, & iste fuit in David tam in morte, quam in vita, cum reuelatum fuerit ei viuēti, quòd filii sui prosperandi ēent, ideo valde pertinebat ad eius fęlicitatem, quòd filiis suis eueniret aliquod bonum post mortem eius, & hoc reuelaretur ei. Cum autē obiicitur de Ezechia, qui dixit bonus sermo domini, fiat pax, & veritas in diebus meis. Non est sensus, quòd ipse non tristaretur de malo, quod euenturum erat filiis suis, quia propter hoc reuelatum est ei, sed non poterat mutari id, quod Deus volebat, ideo ipse dixit bonus est sermo domini, idest ego sum contentus, quòd fiat sic: non quidē, quòd non doleret de malo, quod euenturum erat filiis, sed quia nō poterat illud euitare, & quia pro peccato suo infligendum erat aliquod malum in diebus suis, vel filiorum suorum, voluit potius, quòd infligeretur in diebus filiorum suorum, quam in diebus suis, & ꝓpter hoc dixit fiat pax, & veritas in diebus meis. Et sic non probatur ex hoc, quòd non eueniret Ezechię malum ex malo filiorum suorum post mortem eius, sed quòd ipse magis voluit malum esse in diebus filiorum suorum, quam in diebus suis.

Mortuigandent & tristantur ex bonis, & malis suorum inter uiuos degentium.

Quare Deus non reuelauit mala, quæ euentura erant filijs Dauid. Quæst. XXVI.

QVAERITVR vlterius cum Deus reuelauerit hic Dauid bona, quę euentura erant filiis: quare etiam non reuelauit mala. Nam Salomoni filio Dauid euenerunt mala ante mortem suam, quia habuit hostes. 3. Re. 11. & Roboam nepoti eius prouenerunt maiora mala, quia priuatus est maiori parte regni, scilicet cum prius haberet 12. tribus Israel, manserunt ei solum duę, tertio Regum 12.

Respondendum est, ꝙ Deus reuelauit hic Dauid bona, quę euentura erant filiis suis, & non mala, vt nō affligeret eum. Nam Dauid meruerat nimis apud Deum pro bona voluntate sua, quia voluit ędificare templum, & quia erat vir nimis deicola: pro bono autem non est reddendum malum, sed si Deus reuelaret Dauid mala, quę habituri essent posteri sui, affligeret eum grauiter per hoc, ideo non debuit ei hoc reuelare. Nam interdum ista afflictio, quæ est sciendo mala futura posteris, est sola pœna inflicta pro aliquo peccato. Et declaratur hoc, quia interdum Deus denunciat alicui bona futura posteris eius in prędmium alicuius boni, quod fecit, sicut fuit nunc in Dauid, qa propter merita eius filii sui prosperandi erant post mortem ipsius, & illa bona non pertinebant ad eum, nisi inquantum ipse viuens gaudebat de bono euenturo filiis, vt declaratum est prędcedenti quęstione. Si ergo gaudium solum de bono futuro datur aliqñ in prędmium boni operis, dabitur ēt interdū in pœnam mali operis sola tristitia, quę est pro malo futuro, sic patet in Dauid. Nam qñ ipse fornicatus est cū Bethsabee, denunciatū est ei, ꝙ non exiret gladius de domo

sua

Universidad de Deusto
Biblioteca

sua in ęternum 2.Reg.12.& quia peccauit Salomon denunciatum est ei, ꝙ regnum suum diuideretur in diebus filij sui Roboam, & duę solę tribus manerent ei, decem transeuntibus ad Ieroboam 3.Reg.11.Sic etiã fuit de Ezechia: nam pro peccato suo, quia ostẽdit diuitias suas nuncijs regis Babylonis, Deus denunciauit ei, ꝙ in tempore filiorum suorum ducerentur omnia illa in Babylonem 4.Reg.20.& sic isti solum puniti sunt in afflictione, quam haberent sciẽdo mala futura posteris suis: Dauid autem nunc non peccauerat, sed potius meruerat, ideo iniustum videbat̃, ꝙ Deus reuelaret ei mala futura filijs suis, quia ex hoc affligeretur, & puniretur, quasi pro peccato.

De veritate verborum, quæ hic habentur, scilicet firmabo regnum eius in sempiternum. Quæst. XXVII.

QVAERITVR vlterius qũo dr̃ hic, firmabo regnum eius in sempiternum. Nam regnũ Salomonis, & filiorum Dauid non fuit in sempiternum: nam cessauit in captiuitate Babylonis, qñ ductus est rex illuc, & post reditum de Babylone non fuerunt reges de tribu Iuda, sed aliud genus principatus erat. Respõderi potest tripliciter: vno modo, ꝙ Deus promisit in ęternũ firmandũ esse regnum Salomonis accipiendo ęternum non ppriè pro eo, quod semper durat, sed pro aliquo tempore longo, & sic interdum tempus quinquaginta annorũ vocatur ęternum, sicut patet de seruo, qui volebat liberari anno septimo remissionis: nã de illo dr̃ Deute. 15.ꝙ erit seruus vsque in ęternũ, & tñ ille liberabat̃ in iobeleo: Leui.25.& fiebat iobeleus de quinquaginta in quinquaginta annos, & sic fuit hic regnum Salomonis in ęternum, quia durauit saltem vsque ad captiuitatẽ Babylonicam, & fuit istud tempus plusquã quadringentorum annorum, vt patet computando omnia tempora regum in processu 3.& 4.Regũ. Secundo potest dici, ꝙ regnum Salomonis confirmandum erat in ęternum, i. vsque ad finem sęculi, & sic Deus intenderet. Et tñ pp̃ peccata Salomonis, & posterorum suorum impeditum est, & sic verum est, quod dr̃, s. firmabo solium eius vsque in ęternum, qa Deus dicebat ad istam intentionem, vt in ęternũ maneret, nisi esset impeditum ex parte filiorum Dauid, & hoc satis verisimile est. Nam dato, ꝙ Christus veniret, si nunquam peccarent posteri Dauid, nunquam auferretur eius regnum, sed ẽt postquã conuersi eẽnt ad Christum manerent ipsi in terra Chanaan, in qua tunc erant, & haberent semper reges de progenie Dauid, quia ñ peccauerunt, nullũ mansit de eis. Tertio potest dici, ꝙ istud verum est, s. firmabo solũ eius vsque in ęternum, & ꝙ vsque hodie maneat regnũ Dauid, & etiam maneat in ęternum. Patet hoc, quia regnum Dauid mansit manifeste vsque ad captiuitatem Babylonis. ita ꝙ nunquam transiuit regnum ad aliam progeniem: post captiuitatem mansit ẽt regnũ in progenie Dauid, licet non tam clarè, eo, ꝙ ꝓgenies Dauid erat tunc admixta progeniei sacerdotali, & regebantur Israelitę partim per sacerdotes, & viros de stirpe Dauid vsque ad aduentum Christi. Et hoc necesse est dici, quia, Gen.49.dicitur. Non auferet̃ sceptrũ de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est. Ergo vsque ad Christi aduentum mansit sceptrum in domo Iuda: postea autem transiuit ad Christum regnum, quia ipse fuit rex, licet non modo temporali, cum dixerit: Regnum meum non est de hoc mundo. Iosue 18.& tamen sacra Scriptura vocat eum regem. Nam dicit, quòd accipiet regnum patris sui Dauid, & regnabit sapienter: Iere.23.Regnũ autem Christi durat in ęternum, vt patet Dani.2.in visione illa, qua vidit Daniel lapidem confringentẽ statuam, qui factus est in montem magnum, & dicit, quòd in diebus regnorum illorum suscitabit Deus cęli regnum, quòd in ęternum non dissipabitur, & populo alteri nõ tradetur, & istud fuit regnũ Christi, & tamen fuit Christus de semine Dauid, ideo durauit regnum Dauid vsque in ęternum.

An verum sit, quòd Deus abstulerit misericordiam à Dauid. Quæst. XXVIII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, & misericordiam meam non auferam ab eo, sicut abstuli ab eo, qui fuit ante te: nam videtur, quòd Deus abstulerit misericordiam suam à Salomone, quia non mansit regnũ eius semper integrum, sed immediatè post mortem eius diuisum fuit regnum in diebus Roboam filij eius tertio Regum decimosecundo. Aliquis dicet, quòd ista promissio facta est sub cõditione subintellecta, sicut fiunt alię promissiones, & comminationes diuinę. Iere.18. scilicet si gens illa manserit in statu illo in quo erat, quando facta est promissio, vel comminatio, & tamen Salomon, & reliqua posteritas Dauid non mansit in statu illo, in quo erat Dauid, quando facta est promissio, quia peccauerunt, ideo Deus mutauit promissionem. Dicendum tamẽ, quòd hoc non stat, quia Deus promisit Dauid, quòd licet peccarent filij sui, non auferret ab eis misericordiam, sed puniret eos leuiter, vt patet secundo Regum septimo vbi ponitur ista historia, scilicet. Ego erò ei in patrẽ, & ipse erit mihi in filium, qui si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum: misericordiam autem meam non auferã ab eo. Aliter dicet aliquis, s. quòd istud intelligebatur de Salomone in persona sua, quia solũ dr̃ de eo, s. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Etiam dr̃, quòd ipse ædificabit templum domino, quod non potest intelligi de alio, nisi de solo Salomone. Et de hoc verum est, quod Deus nõ abstulit ab eo misericordiam suam, quia quandiu ipse vixit, mansit regnũ suum integrum, & florens, & diuisum fuit tempore filij sui. Sed dicendũ est, ꝙ hoc non põt intelligi de solo Salomone, sed de tota posteritate sua, quia dicit: Qui si iniquè gesserit, arguam eum in virga virorum: misericordiam autem meam non auferã ab eo, sicut abstuli à Saul, quem amoui à facie mea, & tñ si Deus abstulisset partem regni filio Salomonis, quamquam non auferretur ipsi Salomoni, diceretur abstulisse ab eo misericordiam, sicut abstulit a Saule. Nam non abstulit Deus regnum Sauli viuenti, nec etiam filio suo Isboseth, sed fecit ne continuaretur in progenie illa: Ideo neeesse est, quòd intelligatur hoc de tota progenie Salomonis, quòd Deus non ablaturus esset ab ea misericordiam suam. Aliter ergo dicendum est, s. ꝙ Deus non ablaturus erat misericordiam in tota posteritate Salomonis, sicut abstulit a Saule, qa pro peccatis Saulis Deus totaliter abstulit regnum posteritati eius, & tamen pro peccatis Salomonis, & posterorum eius nunquam abstulit regnum posteritati suę, sed diminuit illud aliqualiter diuidendo in duas partes, & hoc significatur 2.Regum septimo cum dicit: Misericordiam autem meam nõ auferam ab eo, sicut abstuli a Saul, scilicet auferendo totum regnũ, sicut abstuli posteritati Saul, sed si inique gesserit arguam eum in virga virorum, idest corripiam eum, sicut corripiunt viri filios suos, scilicet puniendo, sed non occidendo, ita ergo auferam partem regni, sed non totum: de hoc tamẽ declaratum est magis 2.Regum 7.in quadam quęstione.

Cumque

Cumq; veniſſet rex Dauid, & ſtetiſſet coram Domino dixit. Quis ego ſum Domine Deus, & quæ domus mea, vt præſtares mihi talia? Sed & hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo, ideoque locutus es ſuper domum ſerui tui etiam in futurum, & feciſti me ſpectabilem ſuper omnes homines. Domine Deus meus quid vltra addere poteſt Dauid, cum ita glorificaueris ſeruum tuum, & cognoueris eum? Domine propter famulum tuũ iuxta cor tuum feciſti omnem magnificẽtiam hãc, & nota eſſe voluiſti vniuerſa magnalia.

Cumque veniſſet. Hic ponitur ſecundũ principale huius cap. ſ. Dauid reſponſio. Nam Deus locutus fuerat omnia iſta ad Nathan, vt diceret illa Dauid, & tunc venit Dauid ad reſpondendum domino, & dicitur.

Cumque veniſſet rex Dauid, & ſediſſet coram Domino. Scilicet audiuit Dauid tãta bona, quæ Deus dixerat de eo, & venit ad reddendum ei gratias, & ſtetit coram Domino, ideſt coram arca Domini, in qua ſpecialiter repreſentabatur preſentia Dei: nam introiuit in domũ illam, in qua erat arca ad loquendum iſta coram illa.

Dixit quis ego ſum Domine Deus. Quaſi dicat, non ſum ego tanti valoris, vt merear tanta bona, quãta tu mihi cõtuliſti, & quanta mihi in futurum promittis.

Et quæ domus mea, vt præſtares mihi talia. Ideſt domus mea, ideſt familia mea, & cognatio patris mei, nunq̃ talia meruit, ꝙ tu mihi præſtares. Iſtud eſt principium gratiarum actionis, & laudis diuinæ. Nam ſuſcipiens beneficium non poteſt melius reddere gratiarũ actiones, quam exaltando ipſum, quod datur, non poteſt magis exaltari ipſum donatum, quam cum ille, qui accipit confitetur ſe nullo modo mereri talia, & tanta, ſic fuit de Dauid, quia ipſe voluit de ſe excludere meritum, & quia poteſt aliquis mereri bonum per ſe, vel per alium, ſ. per coniunctas perſonas, excluſit vtrũ que meritum a ſe Dauid, dicens: Quis ego ſum, ideſt ego non merui, & quæ domus mea, ideſt, nec illi coniuncti mihi etiam meruerunt hoc, quia non erant tanti valoris, vt poſſent mereri talia.

Sed & hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo. Refertur ad bona quæ iam Deus prẽſtiterat Dauid, ſcilicet, quòd fecit eum regem, cum prius eſſet paſtor, & proſperũ fecit eum in omnibus, occiditque omnes inimicos ſuos coram eo, & fecit eum glorioſum ſuper omnes homines, ſed hoc paucum viſum eſt, ideſt non fuit Deus contentus facere ſolum iſta beneficia Dauid, ſed etiam voluit ei maiora beneficia prẽſtare, promittens in futurum.

Ideoque locutus es ſuper domum ſerui tui etiam in futurum. Ideſt quia parua viſa ſunt tibi beneficia, quæ iam mihi contuleras, voluiſti loqui de domo mea in futurum, ſ. promittendo, ꝙ faceres mihi domum.

Et feciſti me ſpectabilem ſuper omnes homines. Ideſt feciſti me glorioſum ſuper omnes homines, quia nullus rex erat tam famoſus tẽpore Dauid, ſicut ipſe in terra illa propter magnas victorias, quas Deus ei dederat de hoſtibus. Sic dicit̃ ſupra in litera. Feci tibi nomẽ quaſi vnius magnorum, qui celebrantur in terra.

Domine Deus meus, quid vltra poteſt addere Dauid. Ideſt quid poteſt Dauid plus petere cum tu dederis ei tanta, quanta ipſe non auderet petere, nec etiam plurimis bonis indiget, quam tu ei dederis. Et iſta eſt maxima laus beneficii, qñ dicit beneficiatus, ꝙ tãta ſibi collata ſunt, quanta ipſe neſciret petere, nec auderet, & hoc proprie conuenit Deo benefacienti nobis, quia Deus potens eſt ſuperabundantius nobis benefacere quam nos petamus, & intelligere poſſimus, vt ait Apoſtolus ad Ephe.3.

Cum ita glorificaueris ſeruum tuum. Ideſt glorificaſti eũ dando tanta bona, ꝙ iam ipſe neſcit plura petere.

Et cognoueris eum. Ideſt feciſti eum ſimilem tibi. Nã Deus dr̃ cognoſcere aliquem, quando eum habet nimis ſibi familiarem, & benefacit ei ſpecialiter, quia ad amicos pertinet cognoſcere nimis alios amicos ſuos, & benefacere eis. Sic enim dixit Deus ad Moyſem. Exo.33.ſ. Inueniſti gratiã coram me, & teipſum noui ex nomine, quaſi dicat, alios cognoſco ſub quadam cognitione generali, ſicut homo cognoſcit omnes de populo ſub quadam communi cognitione, ſ. quia populares ſunt, ſed neſcit nomina eorum, cum autẽ aliquis cognoſcit alium ex nomine, ſignificat̃ ibi aliqua familiaritas, quia alias non cognoſceretur nomẽ, niſi forte ille, cuius nomen cognoſcitur, vir famoſus ſit. Cognoſcebat ergo Deus Dauid, ſ. quia ſpecialiter ſe habebat ad eũ, & non cognoſcebat eum ſub cognitione generali, ſicut cognoſcebat alios.

Domine propter famulum tuum. Ideſt omnia iſta feciſti propter me famulum tuum ad benefaciẽdum mihi, licet cauſa motiua dicatur eſſe bonitas Dei, quia bonum ſuiipſius eſt diffuſiuum, & naturaliter ſe diffundit ad benefaciendum, & quia Deus eſt ſummum bonum, a ſeipſo mouetur maxime ad benefaciendum. Sic patet de creatione rerum, ad quam inductus eſt a bonitate ſua, & non ab alia cauſa, vt ait Boe. de conſo. lib.3.Metro.9.ſ.

Quem non externæ pepulerunt fingere cauſæ
Materiæ fluitantis opus, verum inſita ſummi
Forma boni liuore carens.

Ideſt forma bonitatis inſita Deo carens inuidia impulit Deum ad fingendum materiæ fluitãtis opus, ideſt ad reducendum materiam primam in diuerſarũ formarum corpora.

Iuxta cor tuum feciſti omnem magnificentiam hanc. Ideſt tu feciſti omnia iſta beneficia mihi, quæ pertinent ad magnificentiam, & hoc iuxta cor tuum, ideſt ſolum feciſti, quia voluiſti, & non propter meritum meum, vel alterius, & dicitur omnem magnificentiam hãc, quia iuxta Ariſtotel. quarto Ethicorũ, liberalitas eſt, qua quis bene ſe habet circa expenſas mediocres, & communes, dando cui debet, & quantum debet, & ſic de aliis circunſtantiis. Magnificentia autẽ eſt circa expenſas maximas, & non conſuetas. Ita nunc, quia Deus dederat Dauid beneficia excellentia non dicebatur facere ſecundum liberalitatem, ſed ſecundum magnificentiam.

Et nota eſſe voluiſti vniuerſa magnalia. Ideſt non ſolum voluiſti mihi benefacere, ſed etiam voluiſti oſtẽdere magnitudinem tuam conferendo tanta beneficia.

Quare Dauid ſedit coram domino, poſtquam locutus eſt ei Nathan propheta. Quæſt. XXIX.

QVAERITVR circa hoc quomodo Dauid ſedit corã Domino, poſtquam locutus eſt ei Nathã. ſupra dicta, & ad quid. Reſpondendum eſt, ꝙ Dauid audierat tanta beneficia, quæ Deus ei prẽſtiterat, & q̃ dicebat adhuc in futuro ſe prẽſtiturum, & noluit eſſe ingratus eis, ideo voluit ire ad ſedendum coram Domino, vt ibi redderet ei gratias pro tantis. Modus autem erat ſedenti coram Domino, ſ. quia Dauid ſedit coram arca: nam Deus vbique eſt. Ideo vbicũque homo ſit, poteſt loqui cum Deo, & eſt coram illo, & tamen in aliquibus locis Deus ſpecialius eſt, quam in aliis, & quãdo homo ibi fuerit dr̃ proprie eſſe corã

Cc domi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

domino. Erat aũt arca dñi in domo Dauid in quodã palatio semoto a reliqua domo, & nunq̃ illuc ĩtroibat Dauid, nisi quando ibat ad orandum, & dicebatur ibi sedere coram domino, quandocunq; ibi esset, & nũc intrauit Dauid in domum illã, & dixit omnia ista coram dño, ideo dicebatur sedisse coram eo, & loquebatur, sicut in oratione consueuit hõ loqui ad Deum q̃q nullus ei rideat, ad istum locum consueuerat introire Dauid, q̃cunque veniebant ei aliquæ aduersitates, vel prosperitates, vt oraret dominum reddendo gratias, vel pro reuelatione bonorum, vel pro reuelatione malorum, & tamen non introibat illuc Dauid, nisi prius mundificaretur, quia ille erat locus sacer, sic patet, quando mortuus est filius Dauid, quem susceperit ex adulterio cum Bethsabee. Nam flebat Dauid, & ieiunabat quousque moreretur puer, quo mortuo surrexit de terra, & lauit se, & vnxit, mutauitque vestem, & ingressus est in domũ Dauid, & adorauit. 2. Reg. 12. ita ergo nunc factum est, quia Dauid audiuerat magna bona sibi futura, ideo intrauit in domum illam ad agendum gratias domino.

An peccauerit Dauid circa ea, quæ dixit ad Deum.
Quæst. XXX.

QVAERITVR vlterius, an peccauit Dauid, & an verum diceret, cum ait. Quis ego sum Domine, & quæ domus mea, vt præstares mihi talia? quia ex hoc innuebat se non mereri ista, & tamen merebatur ea, quia Deus propter meritum eius in volendo ædificare sibi templum, dedit ei ista bona, vt colligitur ex litera.

Respondendum est, q̃ Dauid non peccauit dicendo ista, immo valde meruit humiliãdo se coram Domino, & recognoscendo beneficia eius, quia cum Dauid tanta suscepisset a domino, & nunc ei maiora promitterentur, obligabatur ad gratiarum actiones, & istud erat in recognoscendo beneficium. Sed hoc fecit Dauid maxime dicendo, Quis ego sum, & quæ domus mea? Et cum dicitur, an mentitus est Dauid. In hoc dicendum, quòd nõ fuit mẽtitus propter duo. Primo quia quamquã Dauid pro bona voluntate sua mereretur aliquid de his, quæ data sunt, tamen non merebatur omnia, quia nõ erat ęquã ponderatio operis sui, & bonorum, quæ ei cõferebãtur: nam sicut bona opera, quæ facimus non sunt condigna bono, q̃d habebimus in vita æterna ad Rom. octauo, scilicet. Existimo, quòd non sint condignæ passiones huius tẽporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ita ẽt non sunt semper condignæ operationes nostrę bonis, quæ Deus dat nobis in prȩsenti, sed quia ipse summè bonus est, dat nobis plusquam mereamur de bono iuxta illud: Lucę 6. Mensuram bonam, confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum. Ideo bona quæ Deus nobis facit superabundant ad meritum nostrum, & sic fuit de Dauid, vnde non mentitus est dicendo, quis ego sum, & quæ domus patris mei? s. quia nõ merebatur ipse, nec domus patris sui talia.

Secundo patet, quia dato, q̃ Dauid meruisset omnia ista de condigno, ita q̃ esset ęquiparatio meriti, & retributionis, non mentiretur Dauid, dicendo qs ego sum: & quia maxime meretur homo per humilitatẽ quam per alias virtutes, & hanc solam principaliter respicit Deus in homine, sicut dixit Domina nostra, & habetur Lucę 1. s. Quia respexit humilitatem ancillę suæ. Ad humilem autem pertinet se deprimere infra id, quod est, & considerare defectus suos, & non merita. Ideo humiles non mentiũtur quamquam dicant minora de seipsis, quam sint, quia ex habitu inclinantur ad hoc: nam propter habitum, qui inclinat eos ad considerandum solos defectus suos, & nunquam excellentiam suam, non cognoscunt totam perfectionem suam, & interdum credunt secundùm conscientiam suam, quòd ipsi sint minoris perfectionis, quam sunt, & ita poterat esse in Dauid, quòd humilitas inclinaret eum ad hoc, quamquam vere mereretur ista: non ergo mentiebatur dicendo ista.

An peccauerit Dauid dicens Deum fecisse eum spectabilem.
Quæst. XXXI.

QVAERITVR vlterius, an Dauid peccaret dicendo, quòd Deus fecerat eum spectabilem super omnes homines.

Aliquis dicet, quòd sic, quia in hoc videbatur Dauid nimis se iactare, quia faciebat se excellentiorem omnibus hominibus, nullus tamen debet de se talia asserere, dato quòd vera sint. Aliquis respondebit, quòd non peccauit Dauid, quia licet diceret de se istud quod pertinebat ad magnam laudem, non dicebat coram hominibus à quibus glorificari posset pro his, sed coram Deo, qui non debebat eum glorificare. Sed dicetur, quòd hoc non stat, quia si aliquis dicat laudes de se, etiam si illas solum dicat corã Deo peccat, sic patet Luc. 18. vbi reprehenditur quidam Pharisęus, qui orans coram Domino dicebat: Domine gratias tibi ago, quia non sum sicut cęteri homines, raptores, iniusti, adulteri, ieiuno bis in sabbatho, decimas do omnium, quę possideo. Et tamen Christus increpat illum ibidem. Dicendum est, quòd Dauid non peccauit dicendo, q̃ Deus fecerat eum spectabilem super omnes homines, sed potius merebatur, quia ipse volebat Deo reddere gratiarũ actiones pro beneficijs susceptis, sed non poterat hoc conuenienter agere, nisi referret illa beneficia ad laudandum ea, & quia erat potissimum, & quasi includens cętera, quòd Deus fecisset eum spectabilem super omnes homines, retulit istud. Et hoc conuenienter factum est, primo quia sciebat Dauid hoc verũ esse, eo quòd Deus asseruerat istud, dicens: Feci tibi nomen iuxta nomen magnorum, qui celebrantur in terra. Secundo quia Dauid non dicebat hoc ad extollendum se, sed solum ad laudem Dei: nam nullus erat coram eo, qui audiret istas laudes, & non confiteretur Dauid de seipso coram alijs hominibus, quòd erat spectabilior cunctis hominibus, & tamẽ coram Deo benę confitebatur. Ad rationem in contrarium de Pharisęo dicendum, quòd ille peccauit dicendo illas laudes de se coram Deo, & non peccauit Dauid. Ratio diuersitatis est multiplex. Prima quia iste Pharisęus mentitus est, dicens: Non sum sicut cęteri homines, ideò non sum malus sicut alij homines, & tamen ipse malus erat, quia ex hoc, quòd dicebat se non esse malum, sicut cęteri, erat superbus, & superbia quædam iniquitas est, potissimè quia Pharisęi mali erant solum obseruãtes bonitatem in habitu, & in his, quæ foris apparebant, sed non in corde, vt colligitur Matthęi 23. & tamen Dauid non exaltabat se super alios homines, dicens, quòd esset melior eis. Secundo peccauit Pharisęus, quia condemnauit alios homines, vocans eos adulteros iniustos, & raptores. Etiam condemnauit in particulari publicanum illũ, qui orabat coram Dño, dicens: Non sum sicut hic publicanus, iudicare tamen alios peccatum est, ideo ille peccabat. Dauid autem neminem condemnauit dicens eũ esse malum, ideo non peccauit dicendo hoc coram Dño. Tertio peccauit Pharisęus, q̃a dixit hoc ex quadã iuꝑbia, s. ꝓfidẽs de iustitia sua, & ꝓtemnẽdo alios, vt patet Lucę

Lucę 18. cum dicitur. Dixit Iesus ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cęteros parabolam de Pharisęo, & publicano. Dauid tamen non dixit hoc confidendo de iustitia sua, & aspernando aliquem, sed humiliando se coram Deo, qui tanta bona fecerat ei. Quartò peccauit Pharisęus, quia ista publicè dicebat in templo, & poterant audiri ab alijs, & sic dicebat in laudem suam potius, quam in laudem Dei. Dauid tamen dixit ista secretè, cum ipse solus esset coram Domino. Quintò peccauit Pharisęus, quia manifestè apparet, quòd dixit ista animo laudandi se, eo quòd non dixit beneficia, q̃ Deus ei cõtulerat, sed bona, quæ ipse faciebat propter Deũ. Nimis tamen differt in hoc, quia quando quis enarrat ea, quę fecit propter Deum, attribuit sibi laudes, & non Deo, cùm verò narrat aliqua beneficia, quæ Deus ei contulit, attribuit laudem Deo, & non sibi. Pharisęus autem dixit ea, quæ faciebat propter Deũ, scilicet ieiuno bis in sabbatho, & decimas do omniũ, quæ possideo. Dauid autem dixit beneficia, quæ Deus ei contulerat, scilicet quòd fecerat eum spectabilem super omnes homines, ideo peccauit Pharisęus, & non Dauid.

Vtrum homini oranti sit licitum aliquod bonum de se dicere.
Quæst. XXXII.

QVAERITVR vlterius an liceat homini in oratione sua dicere de se aliqua bona, quę facit, vel quæ Deus ei fecit. Respondendum est, quòd quamquã quęratur de oratione, in qua quis loquitur ad Deum, potest etiam dubitari, quando quis loquitur ad proximos, an liceat sibi talia dicere, ideo dicitur, quòd aut quęritur, quando homo loquitur ad Deum in oratione, vel cõtemplatione, aut quando loquitur ad proximum enarrando. Si primo modo dicendum, quòd aut bona illa, quę homo vult dicere sunt de illis, quę homo facit propter Deũ, aut de illis, quę Deus facit propter hominẽ. Si primo modo aut illa bona, quę Deus nobis fecit sunt talia, quæ reddunt nos laudabiles, aut non: verbi gratia si Deus aliquem liberauit à morte miraculosè, non est propter hoc laudabilis ipse, nec habet in se aliquam maiorem perfectionem, q̃ si non eripuisset eum. Sic etiam si Deus dedit homini diuitias, vel fecit pro eo aliquod miraculum cuius vtilitas omnino transiuit. Nam pp ista non redditur homo aliqualiter laudabilis, sed solum Deus laudatur, sed ẽt ille, cui conferuntur, sicut si Deus fecit aliquem subito esse sapientem, qui prius erat insipiens, vel si fecit aliquem robustum corpore, vel animosum, aut prudentem in agendis, vel dedit ei quamcunque aliam qualitatem bonam manentem. Nam tunc etiam iste, cui talia conferuntur laudabilis est, quia istę qualitates hominem perfectum reddũt, si aũt sint talia, quæ non reddant nos laudabiles non est malum dicere illa in oratione, vt si aliquis dicat, quòd Deus liberauit eum à morte, vel à periculo, vel à peccato, immo talis oratio est valde vtilis. Sic. n. orauit Iacob, Gene. 32. quando timebat fratrem suum Esau, dicens: Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac, Domine qui dixisti mihi. Reuertere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuę, & benefaciam tibi, minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua, quam explesti seruo tuo, in baculo meo transiui Iordanem istum, & nũc cum duabus turmis regredior: Ecce retulit ibi, quòd Deus fecerat eum diuitẽ, scilicet habentem duas turmas, cum prius non haberet, nisi vnum baculum. Et de talibus beneficijs Dei consulendũ est cuicunque homini vt in oratione sua illa referat, quia per hęc se humiliat, & solum Deum exaltat, & non videtur alius modus conuenientior orandi, eo quòd homo cum talia dixerit, non potest de illis extolli, cum per ea non sit ipse laudabilis, sed solus Deus. Si autem sint talia beneficia Dei, de quibus homo possit aliqualiter esse laudabilis,

Dicendum est, q̃ possunt dici in oratione, dum tñ homo dicendo caueat, ne aduertat ad seipsum, & extollatur, sed consideret solam bonitatem Dei, qui talia voluit conferre. Et sic orauit hic Dauid dicens, q̃ fecit eum spectabilem super omnes homines. Ex hoc enim laudari poterat Dauid, s. q̃a glorioſior erat super omnes, si tamen ipse diceret hoc solum ad regratiandum Deo, qui talia ei contulisset, & non ad cõfiderandum excellẽtiam suiipsius, vt ipso gaudeat, & fruatur seipso. Sic etiam orauit Salomon. 3. Reg. 8. & seq. lib. ca. 6. Iste bonus modus orandi est, sed non est tam securus, sicut præcedens, eo q̃ in primo non potest aliquis extolli orando. In secundo autem potest extolli, & tñ propter hoc non est auferendus talis modus orãdi, quin potius q̃ afficitur ad eum debet illum frequentare, quia facile est cauere inanem gloriã surgentem in oratione ex talibus, & debet quilibet frequentare talem modum orandi, in quo sentit se magis succendi in deuotionem, quia oratio ad nihil aliud est, nisi vt cor nostrum eleuetur in Deum. Si autem quęratur de bonis illis, quæ homo facit propter Deũ, videtur dicendum generaliter, q̃ homo non debeat dicere talia in oratione, quia per talia quantum ex seipsis Deus non laudatur, sed homo, & non est ista intentio orationis, potissime quia promptum est per talia, q̃ homo surgat in inanẽ gloriam. Item quia talis fuit oratio Pharisęi, qui reprobatus est a Christo: nam ipse solum enarrauit bona quæ faciebat propter Deũ, & non quæ recipiebat a Deo, dicens. Ieiuno bis in sabbatho, decimas do omnium, quæ possideo. Etiam nõ sum, sicut cęteri hoĩes raptores, adulteri iniusti. Luc. 18. Item quia dicere talia non est placitum Deo, cum sit contra conditionem magnifici talia audire. Magnificus enim non libenter audit ea, quę alii fecerunt pro ipso, sed ea, quæ ipse fecit pro aliis, & ideo quando quis vult impetrare aliquid a magnifico, non potest suadere, si dicat, quòd pro eo magnis laboribus se exposuit, sed melius suadebit si referat alia beneficia, quæ ab eo recepit, & super illa petat adhuc alia recipere. Sic enim fecit Dea Thetis quando orauit Iouem: nam non retulit ei id, quod pro eo fecerat, sed alia beneficia, quæ ab eo susceperat. Sic etiam Lacones orãtes susciperе auxilium Athenien sibus faciebant. Sic ait Aristotel. Ethicorum quarto capitul. de magnanimitate, scilicet. Videntur autem magnanimi in memoria habere eos, quibus vtique benefecerunt, eos autem a quibus vtique, vel passi fuerint, bene autem patiantur. Non minor enim qui patitur bene eo qui facit, vult antem superexcellere, & hoc quidem delectabiliter audit, hoc autem indelectabiliter, propter quod, & Thetin non dicere beneficia Ioui, nec Lacones ad Athenienses, sed quæ sunt bene passi, Deus autem valde magnificus est, ideo libentius audiet ea, quæ ipse pro nobis facit, quam quę nos pro ipso fecimus. Item patet hoc, quia sic est modus cõmunis orandi in scriptura. Nam Iacob aliqua bona fecerat propter Deum, & tamen quando orauit, vt liberaret eum de manu Esau non retulit aliquod bonum, quod ipse fecisset propter Deum, sed bona, quę Deus fecit pro ipso, s. in baculo meo transiui Iordanem, & nunc cum duabus turmis regredior: Gen. trigesimo secundo. Sic etiam quando Moyses orauit Deum, ne deleret Israelitas propter vitulum aureum, non dixit quid ipse fecisset propter Deum, & alii Israelitę, sed solum retulit, quòd Deus fecisset multa bona pro

pro ipso populo, ideo ꝙ nunc non deberet delere eũ, quia aliàs qui istud audirent, dicerent ꝙ Deus non poterat introducere Israelitas in terram pro qua iurauerat eum, ideo occidit eos in deserto: Exo. 32. Sic etiam iterum, quando orauit ne deleret Israelitas pro murmuratione in Cadesbarne, sic orauit Num. 14. Et non est iste modus orandi cõueniens, nisi quis referret bona, quæ facit propter Deum ad intentionem laudandi ipsum, quia dedit ei virtutem faciendi talia pro nomine eius, aliàs autem inconueniens modus est. Si autem quærat, an quis possit dicere talia bona de seipso aliis. Distinguendum est, sicut supra distinguebatur, scilicet, aut sunt bona, quæ Deus facit propter nos, aut quę nos facimus propter Deum. Si primo modo, aut sunt talia, ex quibus reddimur laudabiles, aut nõ, si non reddimur laudabiles propter illa, licet referre illa cuicunque, immo bonum est, quia per hoc notas facimus laudes Dei coram omnibus hoĩbus, & non laudamus nosmetipsos, & istud est, ad quod hortatur nos tota sacra Scriptura, vt patet pręced. cap. ſ. narrate omnia mirabilia eius, laudate nomen sanctum eius. Et tamen illa mirabilia erant, quę Deus fecerat in deserto pro Israelitis, ſ. liberando eos de manu Pharaonis, & in mari rubro, & dando manna, & faciendo similia, ex quibus non reddebantur laudabiles Israelitæ, sed solus Deus. Si autem essent talia, quæ facerent laudabiliorẽ ipsum, cui collata sunt, licet sit laus Dei illa denunciari, tñ poterit sequi inanis gloria, quia cõfitetur se habere aliquam perfectionem, & maius periculum est in locutione communi ista dicere, quam in oratione: nã in oratione loquitur homo soli Deo, coram quo non potest se glorificare, sicut coram hominibus, ideo licet sit laus Dei talia referre, tamen nõ debet talia dicere, nisi qui de seipso est securus, ꝙ non superbiet talia dicendo. Etiam non debent ista dici quibuscunque hominibus, sed illis solis, qui potius ea credent dici ad laudem Dei quam ad honorem dicẽtis, & hoc verum est, nisi aliquis referat bona, quæ fecit quasi coniuratus ab alio, vt dicat, vel quia forte nõ potest aliter se defendere ab aliquo periculo, nisi alleget bona, quæ fecit. Sic enim fuit de Abdia dispensatore regis Achab, cui dixerat Elias, ꝙ iret ad dicendum regi, adest Elias, & ipse erat ĩ perplexitate, quia si iret ad dicendum regi hoc, & postea non inueniretur Elias timebat, ꝙ occideretur, si autem non iret ad dicendũ ei obediendo verbis Eliæ timebat, ꝙ inducerent sup eum maledictionem, ideo orauit Eliam, ne mitteret eum illuc, & ad persuadẽdum sibi narrauit bona, quæ fecerat prophetis, ſ. ꝙ eripuit eos a morte, qñ quęrebat eos Iezabel ad occidendum, & pauit eos pane, & aqua in duabus speluncis 3. Reg. 18. & ibi late declaratum est in quadam quęstione, quando licet alicui referre aliis bona opera sua,

Domine non est similis tui, & non est alius Deus absque te ex omnibus, quos audiuimus auribus nostris. Quis enim est alius, vt populus tuus Israel gens vna in terra ad quã perrexit Deus, vt liberaret, & faceret populum sibi, & magnitudine sua atque terroribus eijceret nationes a facie eius, quem de Aegypto liberarat. Et posuisti populum tuũ Israel tibi in populum vsque in æternum, & tu Domine factus es Deus eius. Nunc igitur Domine sermo, quẽ locutus es famulo tuo, & super domum eius cõfirmetur in perpetuum, & fac, sicut locutus es, permaneatque & magnificetur nomen tuum vsque in sempiternum, & dicatur dominus exercituum Deus Israel, & domus Dauid serui eius permanens coram eo. Tu enim Domine Deus meus reuelasti auriculam serui tui, vt ędificares ei domũ, & iccirco inuenit seruus tuus fiduciam, vt oret coram te. Nunc ergo Domine tu es Deus, & locutus es ad seruũ tuum tanta beneficia, & cępisti benedicere domui serui tui, vt sit semper coram te: te enim Domine benedicente, benedicta erit in perpetuum.

Domine non est similis tui. Postquam Dauid recognouit beneficia magna, quæ Deus ei contulit, enarrat varias laudes eius, ſ. ꝙ non sit aliquis similis ei in bonitate, nec equalis in potestate, aut in alia virtute.

Et non est alius Deus absque te ex omnibus, quos audiuimus auribus nostris. In hoc dat ei maximam laudem, quia non potest maior laus dici de Deo, quam ꝙ Deus sit, quia istud nomen Deus importat maximam perfectionem, cum Deus sit id, quo nihil melius excogitari potest. Et dicit non est alius Deus absque te, ſ. quia nullus est, qui faciat tales virtutes, quales tu facis, & tamen cognoscitur aliquis esse Deus per magnas virtutes, ſ. per magnam potentiam, vtpote, quia potuit creare cęlum, & terram. Ista differentia ponitur inter Deum verum, & alios: Psalmo 95. scilicet. Omnes dii gentium dęmonia, Dominus autem cęlos, & terram fecit, sicut etiam dicit Ieremias. Dii, qui cęlos, & terrã non fecerunt, pereant, de terra, & de his, quæ sub cęlis sunt, qui facit terram in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cęlos. Cognoscitur etiam Deus per sapientiam, quia ad eum pertinet cognoscere futura: sic enim dicitur: Annunciate quæ vẽtura sunt in futurum, & sciemus quia dii estis vos: Isaię 41. Et dicitur ex omnibus, quos audiuimus auribus nostris, quia de omnibus, quorũ fama peruenerat ad Dauid, non erat aliquis, qui faceret talia miracula, sicut Deus Israel, nec putabat, quòd aliquis esset talis in tota terra, eo quòd credebat vnicũ esse Deum.

Quis enim est alius, vt populus tuus Israel. Postquam laudauit Deum in seipso, laudat Israelitas, quòd talẽ haberent Deum, & dicit: Quis est alius, vt populus tuus Israel? quasi dicat, nullus alius talis populus est in tota terra tanti honoris, sicut populus Israel, eo ꝙ nullus populus habet talem Deum sicut Israel. *Gens vna in terra ad quam perrexit Deus, vt liberaret.* Quasi dicat nimis honorandi sunt Israelitæ super alios homines, eo ꝙ p ipsis iuit Deus in Aegyptum ad liberandum eos de manu Pharaonis, & non fecit hoc pro aliqua alia gẽte. Ex quo apparet, quòd magis dilexit Israelitas quã alios populos.

Et faceret populum sibi. Ideſt iuit Deus in Aegyptum ad liberandum inde Israelitas, vt faceret eos populum suum postquam liberaret, & hoc factum est in monte Sinai, quando Deus dedit legem Israelitis, & per hoc fecit eos sibi populum peculiarem de cunctis populis terræ: Exo. 19. Et non fecit Deus, quòd alia gens de toto orbe esset sibi populus specialis, vt patet ibidem.

In magnitudine sua. Ideſt per magnitudinem potẽtiæ liberauit Israelitas de Aegypto.

Atque terroribus eijceret nationes a facie eius. Intelligit de Chananæis, quia Deus expulit septẽ populos Chananæorum de terra introeuntibus Israelitis: Deute. 7. & Iosue 3. & hoc fuit per magnos terrores, quia Deus misit terrorem super Chananæos, vt fugerent a facie Israelitarum: Exodi. 23. ſ. Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris, cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam, emittens prius crabrones, qui fugabunt Heuęum, & Chananæum, anteq̃ tu introeas.

Quem de Aegypto liberarat. Ideſt postquam liberauit Israelitas de Aegypto, expulit nationes Chananæorũ de terra coram eis. *Et posuisti populum tuum Israel tibi in populum vsque in æternum.* Ideſt fecisti, ꝙ populus Israel esset populus tuus specialiter vsque in ęternũ, & hoc erat si custodiret legem sibi datã a Deo vsque in ęternum, & haberet illa lex semper vigorem.

Et tu Domine factus es Deus eius. Scilicet accipiendo eos specialiter in curam tuam ad hoc, ꝙ conferas illis specialiora beneficia quam aliis populis.

Nunc ergo Domine sermo quem locutus es famulo tuo. Orat hic Dauid Deum, vt compleat promissiones suas: nã supra laudauerat eum, hic autem orat, & ponũtur illa verba laudis tanquã persuasoria, vt condescẽdat Deus precibus eius, & orat cõfirmari sermonem, quem dominus locutus est, ideſt illa, quæ promisit ei de perpetuando regno, & aliis beneficiis, quæ habentur supra.

Et super domum eius. Potest hic teneri, &, expositiue pro, ideſt, & non copulatiue, & tunc est sensus, ꝙ sermo quem locutus est Deus famulo suo Dauid, & super domum suam, ideſt de domo sua, ſ. ꝙ maneret regnum semper in domo eius confirmetur. Potest etiã accipi copulatiuè, & tunc sunt duę sententiæ. Prima est, ꝙ sermo, quem locutus est Deus ipsi Dauid confirmet, ſ. id quod locutus est de persona sua, & de populo. Alia sententia est, ꝙ sermo quẽ locutus est Deus super domum Dauid, ideſt super progenie eius confirmetur. Istud autem est, quia Deus promisit Dauid duo. Primum est, ꝙ pertinebat ad personam suam, & ad populum, scilicet, quòd populus in diebus eius speraretur. Aliud erat quantum ad perpetuationem regni in progenie sua, & vtrumque petit Dauid perpetuari.

Confirmetur in perpetuum. Scilicet sermo tuus: nam de vtroque dixerat Deus, quòd maneret in perpetuũ, scilicet, quòd populus non affligeretur in perpetuum ab hostibus, & etiam, ꝙ regnum maneret semper in domo Dauid.

Permaneatque, & magnificetur nomen tuum vsque in sempiternum. Ideſt fac, quòd nomen tuum permaneat in sempiternum, ſ. faciẽdo aliqua opera magnifica, propter quę nomen tuum maneat in æternum, & istud erat si Deus faceret, ꝙ populus suus nunquam iam ab hostibus inquietaretur, & etiam, ꝙ maneret regnũ in progenie Dauid, quia quãdiu ista beneficia manerẽt, semper esset memoria nominis Dei.

Et dicatur dominus exercituum Deus Israel. Ideſt noĩetur nomen tuum, & dicatur sic dominus exercituum Deus Israel, ſ. ꝙ sępe fieret mentio de laudibus Dei, & nominaretur nomen eius, vel aliter, & dicatur dominus exercituum, quasi dicat. Cum continuaueris beneficia suprадicta, videbitur potentia tua magna, & dicetur, ꝙ Deus Israel est dominus exercituum, idest est potens super exercitus, & istud diceretur ad significandum excellẽtiam Dei super omnes Deos gẽtium.

Et domus Dauid serui eius permanens coram eo. Ideſt, & erit domus Dauid permanens coram dño, ſ. quia non recedet regnum de domo Dauid, sicut Deus promisit, & sic dicetur manere in conspectu eius, quia vbicunq; res maneat, coram Deo est, cum Deus vbique sit. *Tu enim Domine Deus meus reuelasti auriculam serui tui, vt ædificares ei domum.* Ideſt tu dixisti mihi, ꝙ ędificares mihi domum faciendo, ꝙ filii mei regnarent semper, ꝙ ego non rogaueram hoc, ideo nunc rogo, ꝙ facias, sicut prius promisisti. Et dr̃ reuelasti auriculam serui tui, ideſt aperuisti illam, quasi dicat. Non locutus fili ego prius ad te, vt ędificares mihi domum, sed tu locutus es ad me, & in hoc aperuisti meam aurem: Nã ille, qui prius loquitur ad alium, dicitur aperire aurẽ eius, eo quòd ante istud erat auris quasi clausa, cum nihil audiret.

Et iccirco inuenit seruus tuus fiduciam, vt oret coram te. Quasi dicat ego non auderem rogare te tam excellẽti, ſ. ꝙ regnum maneret in ęternum in progenie mea, quia tñ me non orante tu dixisti mihi, ꝙ faceres mihi domum in ęternum, rogo ꝙ verbum tuum maneat, & ob hoc habeo audaciam ad rogandum istud, sed 2. Reg. 7. dicitur: Propterea inuenit seruus tuus cor suũ, vt oraret corã te, ideſt, quia tu promisisti mihi prius, ꝙ ędificares mihi domum: seruus tuus, ſ. ego, inuenit cor suum, ideſt inuenit audaciam in corde suo ad petendum hoc, & aliàs non inuenisset eam. *Nunc ergo Domine tu es Deus.* Ideſt quia tu es Deus obseruabis omnia illa, quæ promisisti. Nam Deus fidelis est, & seipsum negare non potest, & sic certissime faciet id, quod promisit, sic patet 2. ad Tim. 2. ſ. Ille fidelis permanet, & negare seipsum non potest.

Et locutus es ad seruum tuum tanta beneficia. Scilicet promisisti ei multa beneficia de perpetuatione regni in progenie sua, & de quiete populi nunquam vexandi ab hostibus. *Et cœpisti benedicere domui serui tui, vt sit semper coram te.* Ideſt iã incępisti benedicere domui meæ faciendo, ꝙ ego haberem regnum, & istud est principium quoddam ad hoc, ꝙ domus mea habeat regnũ in ęternum, ideo rogo te, ꝙ continues benedictionẽ istam. *Te enim Domine benedicente benedicta erit in perpetuum.* Ideſt si tu iudicas, ꝙ ipsa permaneat, ꝙ est benedicere ei, necesse est, ꝙ permaneat in perpetuum, & hoc est, ꝙ sit benedicta in perpetuum.

De quibusdam verbis dictis a Dauid, ſ. quis ego sum domine, &c. Quæſt. XXXIII.

QVAERITVR quare supra dixit Dauid, quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, vt pręstares mihi talia, quia in hoc innuit, ꝙ ipse non meretur beneficia illa, quæ Deus ei promittebat, nec ęt domus sua. Et pp hoc quasi admiratur qũo Deus talia beneficia promiserit, sed istud vr̃ esse superfluum. Nam posset Dauid dicere istud conuenienter, si Deus semper daret bona hominibus pro meritis ipsorum, & tñ certum est, ꝙ benefacit eis ęt si non mereantur. Nam ipse pluit super iustos, & iniustos, & facit solem suũ oriri super bonos, & malos: Matth. 5. Rñdendum est, ꝙ Dauid rationabiliter dixit istud. Pro quo sciendum, ꝙ quædam beneficia Dei sunt, quæ conferũtur hoĩbus, & non possunt conferri bonis, quin ęt cõferantur malis propter eorum permixtionem, & talia beneficia, licęt ſm veritatem vtrisq; proficiãt, tñ non vident esse collata malis p se, sed bonis solũ, & p accidens malis, inquantũ non possunt pficere bonis qn etiam proficiant malis, & in talibus non solent hoĩes referre spāles gratiarũ actiones. Sic est de serenitate aeris, & de fertilitate tporum, alia aũt sunt beneficia, quę possunt conferri bonis non conferendo malis,

licēt sint permixti, & ista sunt duplicia. Quædam sunt F
generalia, quæ omnibus conferuntur, sicut esse, & viuere, & conseruare ab aduersitate, ista differunt a primis, quia alia conferuntur omnibus tā malis quā bonis simul, scp pluuia descendens oībus proficit, & sol oriēs, nec oportet aliā pluuiam bonis, & aliam malis proficere, vel vnum solem orientem bonos illuminare, alium vero malos, sed idē sol est, qui illuminat omnes eodem actu. In istis aūt beneficiis cuilibet confertur per se. Nam Deus cuilibet confert esse, & viuere, & cōseruari a nociuis, & esse vnius nō est esse alterius, nec viuere, nec conseruari, ideo distinctè conferūtur, & possunt conferri quibusdam non conferendo aliis. Quia tamen ista omnibus conferuntur, vocantur be- G
neficia generalia, & pro his etiam non consueuerunt homines spāliter regratiari. Alia sunt beneficia specialia, quæ impermixte dātur hominibus, & ista sunt circa bona particularia, per quæ quidam homines excedunt alios, scilicet in potentia, in diuitiis, in fama, in robore, in honore, in sapientia, & virtute. Et ista possunt conferri quibusdam non conferendo aliis, & sic Deus facit, quia nō omnibus illa cōfert. Et pro istis homines consueuerūt Deo regratiari specialiter. De primis beneficiis, quæ dantur permixte bonis, & malis, dicendū quòd non dantur pro meritis specialiter, sed interdū Deus, sine merito alicuius cōfert ista omnibus, & interdum propter meritum vnius multis confert, & de H
hoc intelligitur, quod habetur Matth. 5. ſ. Qui pluit super bonos, & malos, & facit solem suum oriri super iustos, & peccatores, & de talibus beneficiis non intelligitur hic. Secunda beneficia etiam sunt, sine merito; nam Deus dat nobis esse cum nondum fuerimus, & tamen non potest aliquis mereri, nisi sit, ideo necesse est multa de his beneficiis, sine merito conferri. Tertia beneficia habent se indifferenter, quia interdū cōferuntur ex merito, & interdum sine merito. Et tamē ista magis consueuerunt conferri ex meritis quā alia precedentia. Et ob hoc quando homo nō meruit ea, quæ sibi cōferuntur, debet regratiari nimis, cp ei nihil merito conferantur bona. De Dauid autem dicendū, quod ipse nunc dixit: Quis ego sum, & quæ domus patris mei, vt prestares mihi talia? Et innuit in hoc duo. I
Primum est, quòd ista beneficia interdum conferūtur ex meritis, & cp homines tenentur pro illis ad regratiandum Deo. Secundum est, cp ipse non meruerat ea.

De primo dicendum, cp ista beneficia collata Dauid poterāt cadere sub merito, & iō ipse recte innuebat se non mereri talia, quamquam sub merito cadere possent.

De secundo dicēdum, cp Dauid meruerat aliquid, quia propter illam bonam voluntatem, quam habuerat de edificando templum Domini, & quia erat vir deicola meruerat ista, vt innuitur supra in litera ex verbis Dei ad Nathan, & tamē Dauid dixit hęc propter K
duo. Primum est, quia licet ipse aliquid meruisset forte non plene meruit tantum quantū sibi Deus dedit, & promisit, quia Deus semper abūdantius benefacit, quam nos mereamur, & propter hoc adhuc dicere poterat Dauid, cp nec ipse, nec domus sua meruerant talia beneficia sibi prestari, ſ. quia non sufficienter hoc meruerant, & pro illo, cp non meruerāt reddēdę erāt gratiarū actiones. Secundum erat, qa Dauid erat humilis, & ad humilē pertinet se deprimere, ideo quāquam Dauid meruisset omnia ista sufficienter, & de condigno, tamen deberet dicere, cp ipse, nec domus sua nihil horum meruerant, sed quia potius Deus faciebat hoc ex superabundanti bonitate sua.

Cap. XVII.

In quo Israelitæ magis laudantur. Quæst. XXXIIII.

QVAERITVR vlterius cū Dauid laudat hic Israelitas, qui habebant talem Deum, an in hoc sint laudabiles, vel in quo magis laudentur.

Respondendum est, quòd Israelitę erant laudabiles super alios populos, & Deo magis familiares in multis. Primum erat, quia Deus dedit legem Israelitis ad colendum eum, & etiam per quam ipsi viuerent inter se in negocijs foralibus, quam non dederat alijs populis, sicut dicitur Psalm. 147. scilicet: Qui annunciat verbum suum Iacob, iustitias, & iudicia sua Israel, non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Laus tamen erat habere legem a Dño datam, & propter hoc dicit Dauid non fuisse factum hoc alicui nationi. Secundum erat, quia dato, quòd alię gentes haberent legem, quam ipsi sibi fecerant, vel quam à dęmonibus acceperant, tamen nulla gens habebat talem legem sicut Israelitę, scilicet tam rationabilem, & honestam, tam in cęremonijs cultus diuini, quàm in legibus foralibus pertinentibus ad ipsos populares, sic patet Deut. quarto, scilicet: Quæ est alia gens sic inclyta, scilicet, quę habeat cęremonias iustaque iudicia, & vniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros. Quasi dicat nulla alia gens talem legem habet. Tertium erat, quia Deus eripuerat Israelitas de seruitute Aegypti adducendo eos inde cum magna potestate, inferendo plagas Aegyptijs, & postea miraculosè in deserto pascendo, & dirigendo eos in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctem, vt patet per processum Exodi, & libri Numerorum, & de hoc dicitur supra in litera, & secundo Regum septimo: Quis est alius, vt populus tuus Israel gens vna in terra, ad quam perrexit Deus, vt liberaret eam, & faceret sibi populum in magnitudine sua, atque terroribus eiiceret nationes à facie eius. Quartum est, quia Deus erat nimis familiaris populo Israel. Nam in omnibus, in quibus volebat populus consulere Deum, & scire veritatem de aliquo occulto, habebat eum sibi promptum. Nam quandocunque volebat consulere per sacerdotem magnum, Deus respondebat. Et quando volebant inquirere per prophetas, etiam Deus respondebat, vt declaratum est satis supra decimoquinto, & precedenti capitulo in quibusdam quæstionibus, & de hoc laudatur populus Israel super alias gentes, quia alij non poterant inquirere veritatem occultorum, nisi per dęmones, & auguria, & isto modo imperfectè cognoscebant: nam interdum falsa reuelabantur eis pro veris, & interdum etiam dęmones nihil respondere volebant verum nec falsum, Israelitę autem semper habebant Deum promptum ad respondendum sibi vera. De his Numeri vigesimotertio, scilicet: Non est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel, temporibus suis dicetur Iacob, & Israeli, quid operatus sit Dominus. ideſt dicetur ei temporibus suis in tęporibus opportunis, qñ petiuerint quid Deus operaturus sit. Quintū erat, quia Deus erat presto ad exaudiendum orationes Israelitarum in omnibus, quę deprecabantur eum, & non erat sic de dijs aliarum gentium, quia non exaudiebant cultores suos cito ad fatium, quia non exaudiebant cultores suos cito ad fatiendum miracula falsa. Sic patet quando Elias disputauit cum populis Baal in monte Carmello coram toto Israel ad inueniendam veram deitatem, & conuentum est inter eos, cp ille Deus, qui exaudiret cultores suos dando ignem de cęlo, haberetur in Deum verum. Clamauerunt autem cultores Baal vsque ad meridiem, & perfundebant se sanguine per-

percutiendo corpora sua lanceolis, vt exaudirentur, A
& tamen non exauditi sunt. Deinde ad primam vocem Elię venit ignis de cęlo 3. Reg. 18. de hoc Deut. quarto, scilicet: En populus sapiens, & intelligens, gens magna, nec est alia natio tam grandis, quę habeat Deos appropinquātes sibi, sicut Deus noster adest cūctis obsecrationibus nostris. Multa alia sunt, de quibus Israelitę poterāt laudari super omnes alias gētes, & tamē ista quinque sunt, de quibus eos precipue scriptura laudat. De his autem omnibus quid sit, in quo potius laudandi sint, Dicendum videtur, quòd non laudantur, maxime quia habuerūt legem à Deo, quia in hoc magis videtur esse laus Dei, cuius legi Israelitę se subiecerunt, quam laus, vel vtilitas Israelitarum. Quod patet, quia Deus hortabatur ipsos quasi B
orando, vt susciperem legem eius: Exod. 19. & ipsi vt seruirent ei receperunt eam. Si tamen precipuum beneficium Dei ad Israelitas consisteret in hoc, nō hortaret Deus illos, nec promitteret beneficia si legē susciperent, sed potius ipsi orarent Deum, vt daret eis legem. etiam non erat maxima laus ipsorum, quòd haberent legem optimam, quia lex nō est maxima perfectio, cum homo non sit propter legem, sed lex pp hominem, & bonam habitudinem eius. sed dicendū, quòd maxima laus Israelitarum erat, quòd Deus eduxisset eos de Aegypto, & de seruitute tam miraculosè, & hoc, quia per istam liberationem Israelitę acquisierunt maximum bonum, scilicet esse liberos, C
cum ante hoc premerentur grauissima seruitute. Item quia per hoc cęperunt esse vnus populus: nam ante hoc non erant vnus populus, cum non haberent vnitatem principis, nec legis, sed solum erat quędam multitudo seruorum. Etiam quia ex hoc significata fuit maxima dilectio Dei ad Israelitas potius, quam ad aliquam aliam de gentibus, cum nullam gentem sic liberauerit, & ista est causa, quare potius fit mentio de isto beneficio in veteri testamento sępissime, quam de alijs, scilicet quia maximum est.

Quomodo Israelitæ sint populus Dei. Quæst. XXXV. D

QVAERITVR vlterius quomodo Deus fecit sibi Israelitas esse populum. Respondendum est, quòd Israelitę possunt dupliciter dici popul⁹ Dei, vno modo, quia erant aliquid Dei, & erant populus, ideo erant populus Dei. Omnia enim Dei sunt, quia ipse omnia fecit, & conseruat, & quia Israelitę erant quidā populus, necesse erat, quòd esset populus Dei. Isto modo tamen potius dicuntur Israelitę esse aliqua res, vel possessio Dei, quā populus eius, quia hoc modo non magis ad Deum pertinent homines, quā bruta. Secundo modo possunt vocari Israelitę populus Dei specialiter, & dicitur esse populus alicuius, qui est subiectus ei in eo, quòd populus. Ad hoc autē, quòd aliquis sit populus, necesse est, quòd communicet in duobus, scilicet in vnitate legis, & loci, quia ista duo E
requiruntur ad hoc, quòd aliqui dicantur esse ciues, vt patet 3. Polit. Ad hoc ergo quòd aliquis sit populus, requiritur, quòd habeat legem, & ad hoc, quòd sit vnus populus, requiritur, quòd habeat vnitatem legis, & ad hoc, quòd sit populus alicuius, requiritur, cp habeat legem illius, & sic omnes qui hñt legem Dei dicuntur esse populus eius. Et tunc oportet, cp sm varietatem legis dicant aliqui varie esse populi Dei. Est aūt lex Dei duplex, quędam est naturalis, quam ipse nobis nescientibus inserit, de qua ad Rom. 2. Gentes, q̄ legem non habent, naturaliter ea, quę legis sunt faciunt. Alia lex est positiua, quam Deus dat hominibus verbo, vel scripto, quando vult. Primo modo omnes populi sunt vnus populus Dei, quia oībus dedit vnam, & eandem legem naturalem in cordibus suis. Secundo mō non est aliquis populus Dei, nisi populus Israel, loquēdo de tpe illo, quo nōdū venerat Christus, eo cp solis Israelitis Deus dedit legem verbo, sic dī Psal. 147. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Iste secundus modus legis est specialis, ideo per eū efficitur aliquis populus specialiter populus Dei, per primum modum efficitur aliqūis generaliter populus Dei. Solus ergo populus Iudaicus fuit specialiter populus Dei, qa solus ille suscepit legē à dño in voce, & qa ibi promisit obseruare legē Dei, & colere eum spāliter vocāt populus eius.

An obligabantur Israelitæ esse populus Dei. Quæst. XXXVI.

QVAERITVR vlterius, an Israelitæ obligabātur esse populus Dei. Respondendum, sicut dictū est precedenti quęstione, cp populus Dei dicitur esse aliquis dupliciter, primo modo generaliter per legē naturalem. secundo modo specialiter per legem positiuam. Accipiendo primo mō omnes populi sunt populus Dei, & sic necessario populus Israel erat populus Dei, & non obligabāt ad hoc, cp esset populus Dei, sed necessario erat populus Dei, sicut hō non obligāt ad esse hominē, sed necessario est homo, & istud est, quia naturaliter hoī inest lex, per quā dicatur esse de populo Dei. Accipiendo autem secundo mō est sensus, an obligaretur homo quilibet de Israelitis ad hoc, cp susciperet legē illam, quam Deus dedit. Et tunc dicendum est, cp aut intelligitur, cp obligarentur homines ad illā legem Deo dante illam, aut cp obligarentur ad eam, etiam si Deus non daret illam, sed tenerētur homines operari per illam sicut per legem naturæ, etiam si Deus illam expresse in verbis, vel scriptis non daret. Accipiendo secundo modo dicendum, cp Israelitæ non obligabantur ad istā legē, quia erat obligare eos ad impossibile: nam ipsi non poterant excogitare oīa, quę tradita sunt eis a Deo in lege, nisi aliqs eis diceret. Etiam dato, cp illa possent excogitare a casu, tamen non poterant certificari, an placeret Deo, cp obseruarent omnia ista, vel non. Si autem accipiatur primo modo, dicendū cp aut Deus daret istam legem Israelitis, aut aliis gentibus. Si secundo modo, dicendum cp non obligarentur Israelitæ accipere eam, nec effici populus Dei hoc modo, eo cp lex ista erat positiua, & non obligabat naturaliter ex seipsa, sed solum ex mandato, ideo solum obligaret illos quibus imponebar, dato namq; quòd Israelitę scirēt eū, q dabat istam legē esse Deum verum, ne scirent tñ, an ipse vellet, cp illi obseruarent istam legē si non daret eam illis, sed aliis gentibus, ideo non obligarent tenere eā. Si aūt Deus iuberet Israelitis suscipere istam legem, dicendum est, cp aut ipsi crederent datorem huius legis esse verum Deū, aut non. Si autem non crederent, vel saltem dubitarent, non tenebantur accipere legē eius. Si aūt constaret eis, cp erat verus Deus, tenebantur accipere illā, qa ad oē mandatū diuinū tenetur hō ex debito cum sit ei naturaliter subiectus, hoc tñ non obstante Deus non iussit Israelitis, cp susciperent legē eius, sed persuasit eis suscipere illam, inducendo ad hoc multa beneficia, quę eis contulerat, pp quę obligati erant suscipere legem, q̄ ipse daret: Exo. 19.

De modo, quo Deus factus est Deus Israelitarum, Quæst. XXXVII.

QVAERITVR vlterius qūo Deus factus est Deus Israelitarum, sicut hic dicitur: nam videtur, cp hoc nō poterat esse: nam Deus verus naturaliter est

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus omnium, & nullus est Deus præter ipsum, ideo necesse est, ꝙ ipse sit Deus oīum. Rñdendum est, ꝙ Deus proprie nomen absolutum est, quia est nomen naturæ, esse autem Deum istius, vel illius nō dicit naturam, sed relationē, ideo ille, qui est Deus verus est absolute Deus, & etiam est Deus omnium, sicut ille, qui est homo est absolute homo, & ad quemcunque cōparatus est homo, cum tamen dr̄ Deus istius, vel illius accipit relatiue, & est magis dominus q̄ Deus, & dr̄ esse Deus alicuius, idest dñs eius, s. quia tenetur sibi ille ad aliquem cultum, & quia Deus vult illi bene facere in aliquo, & sicut potest esse aliquis populus Dei dupliciter, s. generaliter, vel specialiter, ita potest Deus dupliciter dici Deus alicuius. Primo mō Deus dr̄ esse Deus omnium, inquantum oēs sunt subiecti ei, & tenentur ei ad aliquem cultum pp aliqua beneficia sibi impensa, & quia omnibus impēdit saltem beneficia naturalia, est Deus omnium, & isto modo nō potest aliquis accipere Deum in Deum suū, quia omnes obligati sunt ad tenendum eum, vt Deum. Secūdo modo dr̄ Deus esse Deus alicuius specialiter, inquantū ille tenetur sibi specialiter ad aliquē cultū, vel vult ei impendere illū, & Deus specialiter facit ei aliqua beneficia, & isto mō potest aliquis accipere Deū in Deum suum, quia licet omnes teneamur colere Deum, tamen determinate in isto cultu, vel illo non tenemur eū naturaliter colere, & sic q̄cunque aliqs voluerit impendere Deo aliquem cultum spālem, ad quē non teneretur ei ſm naturam, dr̄ accipere ipsum in Deum. Sic enim Iacob accepit Deum in Deum suum, vt patet Gene. 28. s. Si fuerit dñs mecum, & custodierit me in via, per quam ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestem ad induendum, reuersusque fuero prospere ad domum patris mei, erit mihi dñs in Deum, s. modo speciali, & subditur: Cunctorum que, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. Et sic accipiebat Deum in Deum suum, quantū ad istum cultū specialē. s. ꝙ offerret ei decimas, quas prius non tenebatur offerre, & sic Israelitæ acceperūt Deum in Deum suum, obligando se ad obseruandū legem illam, quam ipse eis dedit, sic patet Exodi 19. Et sic Deus accepit Israelitas in populum specialem, sicut ipsi acceperunt eum in Deum specialiter, vt patet ibidem.

De oratione Dauid circa perpetuationem regni. Quæst. XXXVIII.

QVAERITVR vlterius, quomodo Dauid orauit hic dñm, vt confirmaretur verbum illud, quod locutus fuerat de perpetuatione regni in ꝓgenie eius, quia istud certissimū erat, nec poterat euitari: nam iam Deus dixerat: Qui si inique aliquid gesserit, corripiam eū in virga virorum, misericordiam aūt meam auferam ab eo, sicut abstuli a Saule, qui fuit ante te. 2. Reg. 7. Aliquis forte dicet, ꝙ Dauid dubitabat an esset ista propheria promissionis, quæ mutaretur ſm mutationem eius, ad quem fiebat, vt paret Ierem. 18. & iō orauit, vt confirmaretur ita, ꝙ nullo modo periret regnum de domo Dauid, dato ꝙ peccarent filii eius. Sed dicetur, quòd hoc non stat, quia iam Deus promiserat, ꝙ non mutaretur ista prophetia: nam prius dixit, ꝙ regnum maneret in domo Dauid in ęternum, deinde dixit, ꝙ q̄q̄ filii Dauid peccarent, Deus non auferret ab eis misericordiam suam, idest non auferret regnum, ideo sup hoc non oportebat dubitari. Rēsponderi potest multipliciter. vno modo, ꝙ Dauid orauit istud, quamquā sciret misericordiam esse, & sic fieret, & magis orabat congratulando Deo, quam petēdo, vt fieret. Sic enim multa orat Ecclesia, quæ scit necesse esse fieri, etiam si non oraret illa, sicut petimus, ꝙ nomen Dei sit benedictum in sęcula, & ꝙ regnum eius maneat in ęternū, & tamen scimus necesse esse, quòd regnum Dei maneat in ęternum. Secūdo potest dici, ꝙ Dauid orauit istud dubitando. nam licet Deus dixisset, ꝙ maneret regnum domus Dauid in æternum, & ꝙ non auferret misericordiam suam ab illo, tamen nesciebat, an ista diceret ſm determinationē suam certam, vel secundum conditionē status Dauid, & dato, ꝙ per ista verba, qui si inique aliquid gesserit misericordiam meam non auferam ab eo: significaretur, ꝙ ista prophetia erat secundum certam Dei determinationē, tamē ignorabat Dauid adhuc per ista verba, an Deus sic vellet: multa enim similia fuerunt. Nam Deus dixit sępe ad Moysen, ꝙ non introiret in terram Chanaan, tamen ipse semper orabat, vt permitteretur illuc introire, & hoc, quia putabat, quòd Deus non dicebat istud secundum firmam sententiā suam, quousque Deus, dixit ei. Sufficit tibi, nequaquam vltra loquaris ad me de hac re. Deuter. 3. Sic etiam fuit de Samuele, per quem Deus prędixit Sauli. Scidit Deus regnum Israel a te hodie. Et postea dixit: Porro triumphator in Israel non parcet tibi, & pœnitudine nō flectetur. 1. Reg. 15. Et hoc significabat, quòd ista verba dicta erant ſm firmam sententiam Dei, s. penitudine non flectetur, & tñ hoc non obstante Samuel lugebat pro Saule omnibus diebus vitæ suæ, & desiderabat, ne penitus abiiceretur de regno, quousque Deus increpuit eum, dicens: Quousque tu luges Saulē, cū ego abiecerim eum, ne regnet super Israel? 1. Reg. 15. & 16. & sic nūc quamquam verba illa dicta ad Dauid, s. misericordiam autem meam non auferam ab eo: significarent prophetiam istam esse secundum dispositionem Dei immobilem, tamen dubitabat Dauid, an dicta essent, ſm statum prędentis iustitiæ, ideo orabat, vt cōfirmaretur. Tertio potest dici, ꝙ Dauid sciebat, ꝙ quamquam filii sui peccarent, Deus non auferret ab eis regnum, tñ nesciebat si ipse peccaret, si Deus auferret ei regnū, quia in verbis illis non dixerat Deus, nisi de filio Dauid, s. qui si inique aliquid gesserit virgarguam eum in virga virorum, misericordiam autē meam non auferam ab eo, & tamen nihil dixit de Dauid, ideo poterat ipse dubitare si pp aliquod peccatū suum, forte mutaretur ista prophetia, licet non mutaretur propter peccata filiorum suorum, & vt non accideret aliqd tale, pp quod mutaretur, rogabat Deū, vt cōfirmaretur sermo iste. Quarto potest dici, quòd Dauid orauit, eo ꝙ dubitabat, an maneret regnum in ęternum in domo sua, & illud, qđ Deus dixit, misericordiam autem meam non auferam ab eo, non satisfaciebat, quia illud solum dictum fuit de vno filio Dauid, s. de Salomone, quod patet, quia in litera dicitur, quòd nasceretur de semine Dauid, & ędificaret tēplū domino, & Deus acciperet eum in filium, & ipse acciperet Deum in patrem, & tunc sequitur, qui si inque aliquid gesserit corripiam eum in virga virorum &c. Et sic de Salomone manifestum erat, quòd etiā si ipse peccaret non auferretur regnū in diebus eius, & tamen de aliis filiis Dauid nihil dictum fuerat, & sic timebat de illis, quòd in diebus ipsorum auferretur regnum, & ob hoc orabat, vt Deus confirmaret sermonem suum. Quinto potest dici, quòd ista oratio Dauid non dirigebatur principaliter ad perpetuationem regni, sed de ista certificatus erat, sed magis ad quietē populi, quia Deus promiserat, quòd Israel non vexaretur vltra ab hostibus, sicut in diebus iudicum, & de hoc non dederat Deus aliquam certitudinem, ꝙ intelligeretur ſm firmā Dei dispositionem, ideo orabat, quòd etiam confirmaretur sermo Dei, quantū ad hoc, sed quatuor modi prędentes conueniētiores sunt literę, & veritati, quam iste quintus.

CAP. XVIII.

FACTVM est autem post hęc, vt percuteret Dauid Philisthijm, & humiliaret eos, & tolleret Geth, & filias eius de manu Philisthijm, percuteretque Moab, & fierēt Moabitæ serui Dauid, offerentes ei munera:

DESCRIPTO in prædentibus desiderio Dauid ad ædificādum Domino templum, hic ponitur circa ędificationem istam superueniens impedimentum, quod fuit triplex, vt dictum est in principio prędent. cap. Hic ponitur primum ipsorum, scilicet propter debellationem hostium. Nam quia vacabat bellis non potuit vacare ædificationi templi, vt paret 3. Reg. 5. scilicet: Tu scis voluntatem patris mei, & quia non potuerit ædificare domum Domini propter bella imminētia per circuitum, & circa hoc ponuntur duo, primò ponitur hostium debellatio, secundò regni Dauid ordinatio, ibi. *Regnauit ergo Dauid*. Prima in duas, quia primò ponitur bellum Dauid contra gentes, quæ erant sibi magis vicinę, scilicet contra Philisthinos, & Moabitas, secundò contra gentes magis extraneas, scilicet contra Syros, ibi. *Eo tempore*.

De continuatione ad prædentia, & an ista immediate fuerint post illa. Quæst. I.

QVAERITVR circa primum an ea, quæ habentur hic, sint continuata ad prędentia, & an fuerint facta immediate post illa, vel interiecto aliquanto tempore.

Ad primum dicendum, quòd hic est rectus ordo, quia prius facta sunt ea, quæ habentur prędent. capit. quam hic, quia dicitur hic in litera: Factum est autem post hęc, vt percuteret Dauid Philisthijm.

Ad secundum dicendum, quòd nō apparet an fuerint facta ista immediate post prędentia, vel fuerit interiectum aliquantum tempus inter illa. Constat tamen, quòd inter prędentia, & hæc non fuerunt aliqua gesta notabilia Dauid: nam 2. Reg. 7. & 8. ponuntur istę historię, quę habentur prędent. cap. & hic. Et nihil additur, nec subtrahitur. Si tamen aliqua gesta notabilia accidissent saltem exprimerentur hic. Cùm iste liber factus sit ad supplendum in eo ea, quæ in alijs libris, & potissime in libris Regū deficiebant, vt ait Hieronym. in epistola ad Paulinum cap. 7. Et in prologo Galeato, qui incipit: Viginti duas literas, circa primum dicitur. *Factum est autem post hæc, vt percuteret Dauid Philisthijm*. Scilicet postquam Dauid voluit ædificare templum Domino, & Deus prohibuit, pugnauit Dauid cum Philisthinis, & percussit eos, sci licet occidendo multos ipsorum. *Et humiliaret eos*. Scilicet humiliauit superbiam ipsorum. Nam ante istud bellum erant superbi Philisthini contra Israelitas, arbitrantes se superiores. Post istud autem bellū humiliati sunt, quia confractę fuerunt vires eorum, & non ausi sunt vlterius exponere se Philisthini contra Israelitas, vel humiliauit eos, scilicet ad faciendū, quòd Philisthini soluerent tributa Israelitis, sicut Israelitę prius soluebant eis. *Et tolleret Geth, & filias eius de manu Philisthijm*. Idest bellando contra Philisthinos abstulit vrbem Geth, quæ erat de terra Philisthinorum, & filias eius, scilicet alias vrbes minores subiectas ei. Nam Geth erat vna de metropolibus terræ Philisthinorum, primo Reg. 6. & Iosue 13. & sub illa erant multę alię ciuitates minores, quæ vocabantur filię eius, & omnes istas bello cepit Dauid, & adiunxit terrę Israel. *Percuteretque Moab*. Etiam pugnauit eo tempore contra Moabitas, qui erant in latere orientali terrę Israel, vt colligitur Num. 34. & Iud. 3. *Et fierent Moabitæ serui Dauid offerentes ei munera*. Bella fecit Dauid contra Moabitas, & cum cernerent se viribus minores subiecerunt se Dauid, & facti sunt serui eius, non quidem serui proprie dicti, sed serui, idest seruientes in solutione tributorum. Fecit autem magnam stragem Dauid in eis, quia secundo Reg. 8. dicitur, quòd percussit Moab, & mensus est eum funiculo coęquans terrę, mensus est autem duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificādum.

An verum sit, quòd Dauid percuteret Philisthijm. Quæst. II.

QVAERITVR circa prędicta quomodo dicitur hic, factum est post hęc, vt percuteret Dauid Philisthijm: nam post ea, quę habentur prędent. cap. videtur, quòd Dauid non fecerit aliquod bellū contra Philisthinos, nec sustinuit illud, quia secundo Reg. 7. dicitur: Factum est autem cum sedisset rex in domo sua, & Dominus dedisset ei requiem vndique ab vniersis inimicis suis. & eod. lib. cap. 8. ponitur ista historia, ideo videtur, quòd nūquam post illud pugnauit, quia aliàs non esset ei data requies ab omnibus inimicis suis.

Rēsponderi potest, quòd Dauid habebat iam requiem ab omnibus inimicis suis, & tamen acciderūt ei post hęc ista bella, quę habētur hic, nec per ista tollitur quin Deus dedisset ei requiem ab omnibus inimicis suis, & hoc potest stare dupliciter: vno modo, quòd dicatur, quòd Deus dedit requiē Dauid ab inimicis suis, scilicet ne ipsi insurgerent contra eum, & tamen non dedit ei requiem, quin ipse insurgeret cōtra illos, sic fuit hic. Nam sup. 14. ponuntur bella, quæ fecerant Philisthini contra Dauid, & post illa non ausi sunt insurgere contra Dauid, quia Deus dedit pauorē eius super omnes gentes eodem cap. Ipse tamen insurrexit nunc contra Philisthinos, vt acciperet vrbes eorum, & vniret terrę Israel, & tamen non obstante hoc non est intelligendum, quòd nullo modo hostes Dauid postea insurrexerint contra eum, quia aliqua bella facta sunt postea contra ipsum sicut bellum Absalō secundo Reg. 17. & 18. & alia bella Philisthinorum, & specialiter illud, in quo quidam Philisthęus conatus est occidere Dauid iam deficientem viribus, & occidisset, nisi fuisset ei auxiliatus Abisai frater Ioab, eodem lib. cap. 2. Sed intelligit hoc, quòd rara bella fuerunt contra ipsum post hęc, sed plurima ipse mouit contra hostes. Secūdo modo potest dici, quòd Deus dedit Dauid requiem ab hostibus, scilicet tam à bellis, quæ hostes facerent cōtra ipsum, quam à bellis, quę ipse faceret contra hostes, & tamen post hęc acciderunt ista bella. Et hoc non est inconueniens, quia Dauid habebat bella continua cum hostibus, interdum aggrediendo, & interdum sustinendo. Nunc autem pauco tempore antequam vellet ædificare tēplum Domino cessauerant hostes prosequi ipsum, & ipse etiam mouere bella. Ideo saltem pro illo modico tempore dicebatur habere requiem ab vniuersis hostibus. Patet hoc, quia quamdiu Dauid fuit rex super Iudam, fuerunt bella continua inter ipsum, & Isboseth filium Saulis secundo Reg. 3. cum dicitur: Facta

Universidad de Deusto
Biblioteca

cta est longa concertatio inter domum Saulis, & domum Dauid. Cum verò factus est rex super totum Israel pugnauit contra Iebusæos tenentes castrũ mõtis Sion in Ierusalem secundo Reg. 5. & sup. 11. Et postea Philisthini mox vt sciuerunt, quòd regnabat sup totum Israel, congregati sunt ad eum in bello, & superati sunt, & iterum congregati sunt contra eum in eodem loco, & victi fuerunt secundo Reg. 5. & sup. 14. & sic vsque ad illud tempus semper fuit Dauid in bellis, sed post hęc dedit Deus pauorem Dauid super omnes gentes, & nõ ausę sunt pugnare cõtra ipsum, & extunc fuit ipse in pace, sup. 14.

De audacia Philisthinorum contra Dauid. Quæst. III.

QVAERITVR vlterius quomodo Philisthini ausi fuerunt nunc pugnare contra Dauid. Nã sup. pugnauerant bis, & fugati fuerant à facie Dauid, & incusserat Deus timorem Dauid super omnes gentes: non ergo videtur quomodo possent audere pugnare contra Dauid.

Respondendum, quòd ipsi non mouerunt bellũ, sed Dauid mouit bellum contra eos, & tunc oportebat, quòd ipsi se defenderent, etiam si scirent se impares viribus Dauid, ne permitterent se indefensos occidi, & in hoc nihil audebant. Secundo modo potest dici, quòd Philisthini ausi sunt mouere bellum contra Dauid, licet prius non auderent, quia manifestum est, quòd aliquo tempore post hoc pugnauerũt contra Dauid egrediendo, vt patet secundo Reg. 21. quare non semper manebat eis idem timor, sed aliquo modo confidebant de se posse vincere. Sic enim fuit de Philisthinis, qui timuerunt aliquando Deum Israel, videntes, quòd infligeret eis plagas, & coacti sunt dimittere arcam Dei de terra sua primo Reg. 5. & 6. & tamen post hęc fecerunt bellum contra Israel eod. lib. cap. 13. & 14. & quasi per totum. Tertio potest dici, quòd timor Dauid incussus fuerat super omnes Philisthinos, ita quòd ipsi non auderent contra Dauid pugnare pro tunc, eo quòd in duobus bellis victi fuerant, & forte putabant, quòd istud erat propter adiutorium Dei speciale ad Dauid. Sciebant tamen Philisthini, & alię gentes, quę erant in circuitu terrę Israel, quòd quando Israelitę erãt cultores Dei, nulla gens poterat pręualere contra eos, si autem declinarent à lege Domini, faciliter tradebãtur in manus hostium, vt patet ex verbis Achior Iudith 5. Et sic putarent Philisthini, quòd quando Dauid bis pręualuit contra illos, erat cultor Dei specialiter, & ideo adiuuabat eum, nunc autem esset fortè in aliquo peccato, & Deus auerteretur ab eo. Ideo ausi sunt pugnare putantes se pręualituros. Quarto potest dici, quòd dato, quòd Philisthini timerent Dauid, tamen aggrederentur eum in bello, quia fortè volebant potius exponere se cuicunque periculo, quam videri minores Dauid, qui bis superauerat eos. Sic enim fuit de Philisthijm, quando pugnabant contra Israel, & venit arca Dei in castra. Nam timuerunt dicentes, venit Deus in castra: vę nobis, non fuit tanta exultatio heri, & nudius tertius, vę nobis, quis nos liberabit de manu deorum sublimium istorum? primo Reg. quarto, & tamen non obstante hoc dixerunt Philisthini inter se, confortamini, & estote viri Philisthini, ne seruiatis Hebręis, sicut illi seruierunt nobis, & tunc pugnauerunt fortiter, & superauerunt Israelitas eodem capit. ita forte accideret hic.

De ciuitate, quæ vocabatur Geth. Quæst. IIII.

QVAERITVR vlterius, quæ erat ista ciuitas Geth, & filię eius quas accepit Dauid de terra Philisthinorum.

Respondendum est, quòd tota terra Philisthinorum erat diuisa in quinque prouincias paruas, Pro quo sciendum, quòd terra Philisthinorum erat quędam pars terrę Chanaan declinãs ad latus australe eius. Et quando diuisa est tota terra Chanaan, fuit etiam diuisa Philisthijm, & maxima pars eius cecidit in sortem Iudę, vt patet Iosue 15. Nam ibi ponuntur pręcipuę vrbes terrę illius. Erat autem ista terra diuisa in quinque regiones paruas per quinque ciuitates metropolitanas, scilicet Aschalon, Azothus, Acarõ, Gaza, Geth, vt patet Ios. 13. & primo Reg. 6. Et erat vna de istis quinque metropolibus, & habebat quælibet earum vnum regem, qui propter paruitatem potentię regulus vocatur. Sic dicitur Iosue 13. quòd terra Philisthinorum in quinque regulos diuiditur. Vocantur etiam isti aliquãdo satrapę, ideſt principes, vel potentes solum, & non reges, sic patet primo Reg. 6. & 29. Vna de istis quinque ciuitatibus regalibus erat Geth, de qua fuerat Goliath Philisthinus, quem occidit Dauid primo Reg. 17. & in ista ciuitate fuit Achis rex. Nam quando fugit Dauid à facie Saulis, fugit in terram Philisthinorum in vrbem Geth ad Achis regem eius, primo Reg. 27. Et quia Geth erat ciuitas regalis, oportebat, quòd haberet multas alias sub se, quæ vocantur filię eius, ideſt subditę ei, de quibus vna erat Siceleg. Nam quando Dauid fugit ad Achis in Geth dixit ei, quòd non erat bonum, quòd maneret cum illo in vrbe regali, sed quòd daret sibi aliquam de vrbibus regni sui in qua maneret. Et tunc dedit ei vrbem Siceleg, in qua mansit toto tempore, quo fuit in terra Philisthinorum. *Vrbem Geth, & filias eius.* Ideſt alias minores vrbes de illo regno. Et quia Siceleg erat vna de illis etiam tunc obtinuit Siceleg de manu Philisthinorum, & habuit illam in specialem possessionem pro se, & alijs regibus Iuda: nam dum maneret Dauid in terra Philisthinorum, dedit ei Achis rex illã vrbem in suam, & ex eo tempore cępit esse regum Iuda, primo Reg. 27. Et tamen quando mortuo Saule recessit Dauid de terra Philisthinorum, & venit in terram Iuda, mansit Siceleg in potestate Philisthinorum, nunc autem recuperauit illam Dauid, & alias vrbes regni Geth de manu eorum. Sciendum autem quòd secundo Regũ 8. dicitur, quòd abstulit Dauid frenum tributi de manu Philisthinorum, vbi dicitur hic, quòd abstulit Geth, & filias eius, sed istud accidit propter quandam equiuocationem, quę est in Hebręo, de qua satis declaratum est ibidem.

An verum sit, quòd Dauid acquisiuerit Geth, & filias eius de manu Philisthinorum. Quæst. V.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd Dauid acquisiuit de manu Philisthinorum Geth, & filias eius, quia ista vrbs cũ aliis vrbibus Philisthinorum iam fuerant acquisitę ab Israelitis tempore Samuelis, antequã essent reges in Israel, quando pugnauit Samuel contra Philisthinos, & intonuit Dominus de cęlo super eos, & tunc sequitur: Facta est manus Domini super Philisthinos cũctis diebus Samuelis, & redditę sunt vrbes, quas tulerant Philisthęi ab Israel ab Accaron vsque Geth. primo Reg. 7. & sic tunc fuit terra illa acquisita de manu Philisthinorum.

Responderi potest vno modo, quòd ista terra nunquam fuerat accepta de terra Philisthinorũ nisi nũc. Et

Et cum dicitur, quòd accepta fuit tẽpore Samuelis, dicendum, q̃ non fuit accepta ciuitas Geth, sed solũ alię vrbes, quę erant apud Geth, quę prius fuerant de terra Israel, quia dicitur ibi, & redditę sunt vrbes, quas tulerant Philisthęi ab Israel ab Accaron vsque Geth, & non apparet an Accaron, & Geth cum alijs captæ fuerint, vel solum vrbes, quę erant inter Accaron, & Geth. Secundo potest dici, q̃ ciuitas Geth fuit accepta de manu Philisthinorum tempore Samuelis, & iterum postea tempore Dauid: & hoc quia Israelitæ perdiderunt istam postquam acquisierunt eam, hoc autem satis verisimile est. Primò quia tẽpore Samuelis dedit Deus victoriam Israelitis cõtra Philisthinos, & tamen postea tempore eiusdem, & tempore Saulis fuerunt Israelitę nimis subiecti Philisthinis, ita vt Philisthini premerent Israelitas tanquam seruos, & facerent, q̃ non haberent arma, nec esset aliquis faber ferrarius in toto Israel. Et ideo cum aliquis Israelita facere vellet aliquod instrumentum agriculturę, vt vomeres, vel ligones, oportebat, q̃ descenderet in terram Philisthinorum, primo Reg. 13. Et ponebant leges Philisthini super Israelitas, & erat vna statio militum Philisthinorum in terra Israel ad cogendum Israelitas manere in obedientia Philisthinorum eo. lib. cap. 10. & 13. Et quando Saul voluit pugnare contra Philisthinos rebellando illis, primò deleuit stationẽ Philisthinorum, qui erant in terra Israel eod. lib. c. 13. Tempore ergo isto vel ante hoc, quando Philisthini reducebant Israelitas in tantam subiectionem, poterant accipere vrbem Geth de terra Israel. Secundò patet hoc, quia inter Israelitas, & Philisthinos erant continua bella: & aliquando erant victores isti, & aliquando illi. Quando. n. vincebant Philisthini, accipiebant vrbes de terra Israel: cum verò vincebant Israelitę, accipiebant vrbes de terra Philisthinorum. Et sic sępe permittebantur vrbes de vno dominio in alterum: sic. n. patet primo Reg. 7. Cum dicitur, & redditę sunt vrbes, quas tulerant Philisthęi ab Israel, in quo apparet, q̃ aliquę vrbes prius possessę fuerant ab Israelitis, deinde Philisthini acceperunt eas bello de manu ipsorum. Et postea Israelitę recuperauerunt eas tempore Samuelis de manu Philisthinorum, ita poterant perdi postea, & recuperari tempore Dauid. Tertiò patet de vrbe Accaron. Nam illa fuit prius in terra Philisthinorum, quia est vna de quinq; metropolibus terræ illius: Iosue 13. & primo Reg. 6. Et Israelitę acquisierunt eam tempore Caleb de manu Philisthinorũ: Iud. 1. postea aũt perdiderunt eam. Nam tempore, quo arca Dei ducta est in terram Philisthinorum, Accaron pertinebat ad Philisthinos. Nam etiam ad ciuitatem illam ducta est arca, primo Reg. 5. Et satrapa illius ciuitatis obtulit munera arcę, quando reportabatur eod. lib. c. 6. Melius tamen dicẽdum est, quòd istæ duę vrbes, scilicet Accaron, & Geth fuerint tempore Samuelis acceptę de manu Philisthinorum, quàm q̃ acceptę fuerit aliq; vrbes solum vsq; ad terminos earum.

De causa pugnandi Dauid contra Philisthinos. Quæst. VI.

QVAERITVR vlterius, an Dauid habuit iustam causam pugnandi cõtra Philisthinos. Respondendum, q̃ sic, quia si non habuissent iustam causam pugnandi fuisset bellũ iniustum, & cum in bello sequantur multa damna, & occisiones, si bellum fuerit iniustum, magnũ peccatum est. Et sic computaretur inter peccata Dauid, quia scriptura computat peccata eius, & tamen non ponitur inter peccata sua 3. Reg. 15. ideo non peccauit in hoc. Habuit aũt Dauid causam pugnandi cõtra Philisthinos, quia illi erant vicini terrę suę, & sępe ingrediebantur in eam, & rapiebant, quod poterant, vt patet ex discursu primi libri Regum, ideo ad resarciẽdum saltẽ illa dãna, poterat licitè pugnare cõtra eos, cum ipsi non sponte satisfacere vellent pro illis. Secũdum erat specialiter, quia ante hoc bis fecerant bellũ Philisthini ꝰ Dauid sine causa, in quo magnã iniuriã irrogauerant ei ingrediendo in terram suam, & faciẽdo aliqua dãna, ideo pro illis poterat nunc Dauid mouere bellum versa vice contra illos. Tertium & principalius erat, quia Philisthini tenebant occupatã terrã pertinentem ad dominium Israelitarum, & nolebãt eam dimittere, sed potius volebant accipere maiorẽ partem de terra eorum, ideo poterant pugnare contra illos quoſque acciperent terram de manu ipsorũ. Patet hoc, quia tota terra Philisthinorum erat intra terminos terrę Chanaã, & Deus iusserat illã diuidi inter Israelitas per sortes: Iosue 13. Et cecidit maxima pars huius terrę in sortem Iudę: Iosue 15. & per hoc pertinebat ad proprietatem suam, ideo licebat eis pugnare contra Philisthinos quousque eruerent illam terram de manu ipsorum. Quartum & principalissimum erat, quia Israelitę obligabantur pugnare cõtra Philisthinos. Nam Deus iusserat eis, q̃ deberent omnes Chananęos interficere in ore gladij viros, & fęminas, paruulos, & senes, & non misererentur eorum. Deut. 20. Et si fortè Israelitę miserti eorum permitterent eos viuere: Deus induceret omnia mala super Israelitas, quę inducturus erat super Chananęos: Num. 33. & Iosue 23. Et quando aliqui ex pacto dimittebant aliquam gentem istarum viuere, Deus irascebatur eis, & nolebat adiuuare ipsos: Iud. 2. Ideo Dauid nunc volens obedire pręcepto Domini, pugnabat contra Philisthinos, quia erant Chananęi.

Quomodo pugnauit Dauid contra Moabites, & de qua gente erant. Quæst. VII.

QVAERITVR vlterius de Moabitis, contra quos Dauid dicitur hic pugnasse, quę gens erat, & qũo pugnauit contra eos. Respondendum, q̃ Moabitę erant vnus populus magnus de progenie Loth, & erant cognati Israelitarũ. Nã Loth erat filius Aram fratris Abrahę, vt colligitur Gen. 11. & qñ perijt Sodoma, duę filię Loth putãtes, q̃ nullus vir superesset in toto orbe, i quo possent concipere, procurauerunt cognosci à patre suo, & maior concepit ex eo, & peperit filium noĩe Moab, & ex illo deriuatus est populus Moabitarũ: Gen. 19. Iste populus accepit terram ad habitandum in latere terrę Chanaan, sapud Iordanem ad orientalem partẽ eius, vt colligitur Num. 34. & Deut. 3. & Iud. 3. Et propter hoc cum Israelitę possederunt terram Chanaan, quia erant vicini Moabitis, aliquando erant pugnę inter eos. Et incepit causa discordię ab introitu Israelitarum in terram Chanaan. Nam transituri erant Israelitę per terram Moab, & petiuerunt cibos emptos pecunia, & tamen non concesserunt eis Moabitę trãsitum, nec occurrerunt sibi cum cibis: Deut. 23. Sed potius rex Balach, qui tunc regnabat super Moabitas vocauit Balaam ariolum de Mesopotamia ad maledicendum Israelitis, vt perirent, sed non potuit maledicere, Deo impediente: Num. 22. & 23. & 24. Dedit tamen consilium cõtra Israelitas, quomodo inducerentur ad peccandum, & possent percuti: Num. 24. & 31. Et postea Moabitę deceperunt eos per mulieres, & sacrificia dęmonum: Num. 25. Et tunc occisi sunt vigintiquatuor millia de Israelitis eodem cap. & ob hoc Israelitę semper habuerunt Moabitas exosos,

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

& procurabant eis mala, immo & Deus iusserat, q̃ F Israelitę non quęrerent bona Moabitis omnibus diebus vitę suę: Deut. 23. Postea autem fuerunt multa bella inter eos. Nam Eglon rex Moab multo tempore fuit Dñs Israelitarum, & oppressit eos. Postea aũt fuit occisus per Aod iudicem Israel: Iud. 3. Et iterum fecerunt bellũ Moabitę, & Ammonitę contra Israel tempore Iephte iudicis Israel super petitione locorũ, quę fuerant de terra Moab: Iud. 11. Saul quoque pugnauit sępe contra Moabitas, vt patet primo Reg. 14.

Si licuit Dauid pugnare contra Moabitas.
Quæst. VIII.

QVAERITVR vlterius, an licuit nunc Dauid pugnare contra Moabitas. Aliquis dicet, q̃ G non, quia Deut. 2. vetuit Deus pugnari contra eos, cum dixit ad Israel: Non pugnes contra Moabitas: non .n. dabo tibi quicquam de terra eorũ, quia filijs Loth tradidi eam in possessionem.

Respondendum, q̃ licitè pugnauit Dauid contra eos, quia aliàs peccasset grauissimè mouendo bella iniusta, & poneretur istud inter peccata sua, & tamen non ponitur, vt patet 3. Reg. 15. Secundò patet, quia 2. Reg. 8. & infra in litera dicitur, q̃ saluauit Dñs Dauid in cunctis ad quę perrexerat, & adiuuit eum, & tamen Deus non adiuuat iniquos, quia odit omnes, qui operantur iniquitatem Psal. 5. Ideo licitè pugnabat nunc Dauid contra Moab. Tertiò patet, quia Moabitæ erant in finibus terræ Israel, vt declaratum est præ- H cedenti quæstione, & ob hoc aliquando mouerunt aliqua bella contra Israelitas, vt irrogarent eis aliqua damna, propter quę licitè pugnaret Dauid contra illos, potissimè quia sępe fecerant hoc Moabitę, s. tempore Iud. & tempore Saulis, vt declaratum est præcedenti quęstione. Et etiam fecerunt hoc tẽpore aliorum regum Iuda, qui fuerunt post Dauid, s. tempore Iosaphat seq. lib. capit. 20. Ideo ita verisimile est, q̃ facerent tempore Dauid. Et haberet ipse iustã causam pugnandi contra eos. Cum aũt obijcitur, q̃ Deus iussit, q̃ Israelitę non mouerentur in bellũ contra Moabitas, dicendum q̃ hoc non obstat, quia illud fuit mãdatum personale, & temporale, & non extenditur. I Quod patet, quia illud mandatum datum fuit Israelitis venientibus de Aegypto in terram Chanaan, & fuit datũ, quando transierunt per terram Moab, ideo non extendebatur ad successores sicut est nunc de iuribus localibus, & temporalibus. Secundò patet, quia non erat nunc illa causa, pro qua tunc vetitum fuit Israelitis pugnare contra Moabitas. Nam ipsi transibãt tunc per terram Moab, quæ erat coniuncta terrę Chanaan, quã illi accepturi erãt in hęreditatem, & ob hoc forte concupiscerent terram illam, & mouerẽtur ad pugnandum contra Moabitas, vt acciperent terram illam de manu ipsorum. Et tunc Deus iussit, quòd nõ mouerentur ad pugnandum, vt acquirerent terram vt patet: Deut. 2. si. Non pugnes contra Moabitas, nec K ineas aduersus eos prælium: non .n. dabo tibi quicquã de terra eorum, quia filijs Loth tradidi eam in possessionem. Et tñ si aliqua alia causa rationabilis pugnandi incideret, non vetabat Deus pugnari contra Moabitas. Et sic fuit nunc, quia fortè pro aliquibus iniurijs, & damnis datis Dauid pugnauit contra eos. Tertiò patet, quia si propter illud præceptũ obligarentur Israelitę ad non pugnandum contra Moabitas, tolleretur homini iusta defensio, quę est de iure naturę, s. q̃ in nullo casu, vel pro nulla re liceret Israelitis pugnare contra Moabitas licet Moabitę offenderent eos. Et tñ istud est irrationabile, ideo non obligabantur Israelitę ex illo præcepto nisi pro tunc, quando transierunt de Aegypto per terram Moab. Quartò patet, quia si teneretur isto præcepto nunquam licuisset Israelitis pugnare contra Moabitas, & tñ licuit, ga Aod iudex Israel, incitante Deo, pugnauit ꝯ Moabitas: Iud. 3. Et patet hoc, quia dicitur ibidem: Suscitauit Deus saluatorem nomine Aod. Sic etiam Iephte pugnauit contra Moabitas, & Ammonitas Iud. 11. & tñ spiritus Dei irruit eum ad hoc, vt patet ibidem. Sic etiam liceret nunc Dauid ex alijs causis iustis pugnare contra Moabitas.

Si licitum fuerit Dauid habere Moabitas sibi in tributarios.
Quæst. IX.

QVAERITVR vlterius, an licuit Dauid subijcere sibi Moabitas in tributarios, & an licuit sibi delere illos. Respondendum est, q̃ Moabitę erant hostes Dauid, & ipse mouit bellum iustum contra eos, vt declaratũ est præcedenti quęst. ideo poterat facere contra eos quidquid licebat fieri contra hostes, licitum est autem in bello iusto occidere, vulnerare, & prędari, ideo etiam Dauid potuit omnia ista facere. Considerandum tñ, quòd Dauid pugnauit nunc contra Philisthinos, & postea contra Moabitas, & non erat eadem habitudo ad vtrosque: nam Philisthini erant Chananęi, & tenebantur Israelitę occidere omnes illos in ore gladij: Deut. 20. ideo non solum licebat Dauid occidere Philisthinos, sed etiam tenebatur ad hoc data sibi opportunitate. Moabitę autem non erant Chananęi, quia erãt filij Loth, & cognati Hebręorum, ideo non obligabantur Israelitę occidere eos. Poterant tamen occidere in casu. Pro quo sciendum, q̃ quando Israelitę pugnabant ꝯ aliquam gentem, aut illa erat de Chananæis, aut non. Si erant de Chananęis tenebantur Israelitę delere illam vsque ad paruulos tam masculos, quam fęminas; si autem non esset gens de Chananęis tenebantur Israelitę offerre pacem cuicunque vrbi contra, quam irrent ad pugnandum. Et si illi, qui erant in vrbe traderent se sine bello, nõ licebat Israelitis occidere eos nec prędari, sed solum accipiebant eos in tributarios. Si autem non recipiebant pacem oblatam, nec aperiebant portas, pugnabant Israelitæ contra gentem illam, & cum pręualuissent occidebant omnes, qui erant in ciuitate pręter fęminas, & paruulos, qui accipiebant in seruos, & ancillas, & tota pręda diuidebatur exercitui Deuter. vigesimo. Istud verum erat, quando pugnabatur contra aliquam gentem existentem in vrbe sua, & Israelitæ mouebant illud bellum. Si tamen Israelitæ non mouerent bellum, sed alia gẽs contra ipsos, vel dato, quòd Israelitę mouerent bellum, si hostes sui exirent in campum ad pugnandum contra eos, nihil eorum, quæ supradicta sunt habebãt locum, ideo erat tunc in potestate Israelitarum occidere eos, quos vincerent, vel facere eos seruos, vel tributarios, vel parcere eis. Sic autem factum fuit nunc in bello Dauid contra Moabitas. Nam ipsi voluerunt resistere Dauid in campo, & fuerunt minores viribus, redegitque eos Dauid in potestatem suam. Et sic potuisset occidere illos omnes, si vellet, vel facere quodcunque aliud de eis, & sic fecit. Nam occidit plurimos, & misertus aliorum dimisit eos viuere faciens sibi tributarios, vt patet secundo Regũ octauo, vbi dicitur: Et percussit Moab, & mensus est eum funiculo coęquans terræ, mensus est autem duos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum, factusque est modo Dauid seruiens sub tributo.

Eo

Eo tempore percussit Dauid etiam Ada- A rezer regem Soba regionis Hemath, qñ perrexit vt dilataret imperium suum vsq; ad flumen Euphratem. Cepit ergo Dauid mille quadrigas eius, & septẽ millia equitũ, ac viginti millia virorũ peditum. Subneruauitq; oẽs equos curruum, exceptis centum quadrigis, quas reseruauit sibi. Superuenit autem, & Syrus Damascenus, vt auxilium prębere Adarezer regi Soba, sed & huius percussit Dauid vigintiduo millia virorum, & posuit B milites in Damasco, vt Syria quoque seruiret sibi, & offerret munera.

Eo tempore. Hic ponitur secundum huius partis, s. bellum Dauid ꝯ gentes magis extraneas. Nam Syri, ꝯ quos nunc pugnauit magis extranei erant, q̃ Philisthini, cum Philisthini essent intra terminos terrę Israel: Iosue 13. Syri aũt non, & dr. *Eo tempore percussit Dauid, & Adarezer.* Ideſt tpe quo pugnauit ꝯ Philisthinos, & Moabitas etiam pugnauit cõtra Adarezer regem. Nam tunc Dauid nihil habebat faciendum nisi C vacare bellis, ideo pugnabat ꝯ omnes conuicinos ter rę suæ, contra quos habebat cãm aliquam pugnandi. Fuit iste Adarezer rex potens sicut magis infra declarabitur in quadam quæst. *Regem Soba.* Nomen est regionis, vel vrbis. Potest .n. Soba esse nomẽ vrbis, quæ esset metropolis in regno suo, & nominaretur solum rex illius vrbis, quia erat caput regni sui. Sic patet de Og rege, de quo dicitur, q̃ regnauit in Astaroth, Iosue 12. & 13. manifestum est tñ, q̃ ipse alias vrbes habebat pręter Astaroth, vt patet ibidem, & Deut. 3. Et tamen ista erat caput, & nominata est: sic .n. quinque reges, quos occidit Iosue in die, quo stetit sol, vocantur reges quinque ciuitatum, s. vnus rex Ierusalem, & D alius rex Hebron, & sic de cęteris Iosue 10. Et tamen manifestum est, q̃ quilibet eorum habebat plusquã vnam ciuitatem. Vel potest Soba esse nomen regionis, cui prærat Adarezer, magis tñ dicendum est, q̃ erat nomẽ vrbis, quia dr hic, q̃ erat rex Soba regionis Hemath, si tñ Soba esset nomen regionis, non diceretur Soba esse regionis Hemath, quia ciuitas, vel locus dr esse in regione, & non regio in regione. *Regionis Hemath.* Ideſt Soba, cui prerat Adarezer erat in regio ne Hemath. Quid aũt sic Hemath, an ciuitas, vel regio declarabitur inf. in quadam quæst. *Quando perrexit, vt dilataret imperium suum vsque ad flumen Euphratem.* Scilicet istud bellum Dauid fuit cum Adarezer, quando ipse exiuit de terra sua, & pugnabat contra quasdam alias gentes ad dilatandum terminum suum vsq; ad Euphratem, quia regnum suum non pertingebat vsque illuc. Et voluit illud dilatare, & fortè ista fuit causa, quare pugnauit Dauid contra Adarezer, quia ille perueniens vsque ad fluuium Euphratem tetigit forte aliquid de terra Dauid, & ipse motus est in bellum contra illum. Est .n. Euphrates vnus de quatuor fluuijs paradisi: Gen. 2. & transit per terminum aquilonarem terræ Israel Gen. 15. *Cepit ergo Dauid mille quadrigas eius.* Hic ponitur id, quod cepit in bello, & fuerunt mille quadrigę, ideſt mille currus, significat tamen plus quadriga, quam currus, quia currus significabat solum plaustrum falcatum. Nam sępe nominantur currus falcati in libris regum, quadriga autem dicitur à numero equorum, s. quadriga est currus falcatus bus quatuor equos, si autem currus nullum equum habuerit vocabitur currus, vel plaustrum, sed nõ quadriga. Istę quadrigę, quas cepit nunc Dauid, habebãt singulæ quatuor equos portantes eas, & habebant ipsi currus in lateribus rotarum infixos enses curuos in modum falcis, vt omnia obstantia resecarent, & ideo vocabantur currus falcati, i. habentes enses in modũ falcium. Et super quemlibet currum erat saltẽ vnus vir armatus habens ibi multa iacula, & sagittas, & alia genera armorum missilium, & alius erat in timone currus, s. auriga flectens currum hic, & inde. Et cum moueret currus magna velocitate, omnes per quos transibat, timebant, & cedebant ei propter timorem ensium infixorum lateribus rotarum, qui omnia lacerabant. Et vocantur isti currus aliquando ferrei, vt patet Iosue 17. non quidem, q̃ facti essent de ferro, quia non essent portabiles, sed quia enses ferreos lateribus rotarum affixos habebant. Et sic idem est esse currus ferreos, & falcatos. Erat autem iste Adarezer potens, & sic habebat mille currus. Nam magnum erat inter antiquos, q̃ aliquis posset habere tot currus, sic patet Iud. 4. de rege Iabin, qui erat rex Chanaã, & potentissimus, oppressitque valde Israelitas per viginti annos, & ad significandum maximam potentiã eius, dixit scriptura, q̃ habebat nongentos currus falcatos eod. cap. *Et septem millia equites.* Isti non erant aliqui de illis, qui in curribus equitabãt, sed quidam pugnabant in curribus, & isti non habent nomen, alij pugnabãt sedentes in equis, & isti vocantur equites. Isti soli manent in vsu bellorum temporis nostri. Nam iam non est vsus curruum falcatorum. Et credo, q̃ ratio fuerit, quia iste modus pugnandi non competit omni regioni, sed solum regioni valde planę, & sic licet inter antiquos maximè viguerit iste modus pugnadi in terra Chanaan, & in Aegypto, tamen iã abolitus est. *Ac viginti millia virorum peditum.* Etiam cepit in bello istos pedites, reliqui autem fugerunt. Sed de istis non dr hic, an occiderit eos, vel vẽdiderit in seruos, credendum tamen est, q̃ occiderit eos, quia inf. dicitur, q̃ superuenit Syrus Damascenus ad adiuuandum Adarezer, & etiam huius percussit Dauid vigintiduo millia virorum. Ex quo apparet, q̃ etiam occiderat viros Adarezer, quia alias non diceretur, sed & ideſt etiam, quę est copulatiua. *Subneruauitque omnes equos curruum.* Fuerunt mille quadrigę quas cepit Dauid. Ideo oportebat, q̃ essent quatuor millia equorũ & omnes illos subneruauit, i. occidit, vel amputauit crura. Subneruare .n. proprie est nervos crurum scindere, quibus cęsis, animal non põt moueri, & fit ita inanimabile sicut si occideretur. *Exceptis centum quadrigis quas reseruauit sibi.* Hic apparet, q̃ quadriga non accipitur pro plaustro, sed pro quatuor equis plaustri, quia plaustrum non põt subneruari, sed solum equi eius, & est sensus, q̃ Dauid subneruauit tria millia, & sexcentos equos, qui trahebant nongentos currus, & cremauit ipsos currus, quadringentos aũt equos, & centum currus ipsorum seruauit ad vsum suũ. *Superuenit autem, & Syrus Damascenus.* Scilicet postquam Dauid superauit Adarezer regem Soba, & fudit exercitum eius, supervenit gens Syrorum de Damasco in auxilium Adarezer. Pro quo sciendum, q̃ Damasceni à Damasco appellantur. Est .n. Damascus ciuitas florentissima, & caput totius Syrię, vt patet Isa. 7. Terra tñ Syrię est magna, & est diuisa in duas partes. Quidam .n. Syri vocantur Damasceni, qui sunt in parte illa in qua est Damascus. Alia aũt pars Syrorum non vocatur Damascena. Adarezer aũt erat rex Soba, & illa terra est in Syria, tamen non est in Syria Damasci, sed in alia parte eius. Ideo serui Adarezer non vocabantur Damasceni, quia tñ omnes Syri inter se cõicabant, & nũc Adarezer qui erat Syrus fuerat superatus

à Da-

Universidad de Deusto
Biblioteca

à Dauid superuenerunt Syri Damasceni in auxilium F
eius, quamquam non essent de regno suo propter communicationem, & contra istos etiam pugnauit Dauid. *Vt auxilium præberet Adarezer regi Soba.* Veniebant isti Damasceni ad auxiliandum Adarezer: Dauid tamen mirabili celeritate bellum finiuit, ita quòd quãdo venit populus Damascenus, iam erat deletus exercitus Adarezer, & non potuit ei auxiliari, sed ipse commisit bellum ꝯ Dauid, & superatus est ab eo. *Sed & huius percussit Dauid vigintiduo millia virorum.* Scilicet in bello, quod habuit Dauid ꝯ regem Syrorũ Damascenorum, occidit vigintiduo millia virorum, & non dr̃ hic, an isti viri essent equites, vel pedestres, vel existentes in curribus, vt dicebatur sup. de viris regis G
Adarezer. *Et posuit milites in Damasco.* Scilicet vicit Dauid Damascenos, & exercitum Adarezer, & subiecit sibi Syriam, & tunc posuit milites in Damasco, ſ. custodes arcium, & receptores tributorum, vt seruiret Syria Dauid sub tributo. Et quia Damascus erat caput totius Syrię, posuit potius custodes in Damasco, quam in alijs locis. Vel fortè nomine Damasci intelliguntur omnia loca regni Damasci, scilicet ꝙ in illis posuit Dauid custodes. *Vt Syria quoque seruiret sibi, & offerret munera.* Idest posuit istos custodes, vt terra Syria, quæ subiugata fuerat ei in istis duobus bellis, offerret sibi munera, & maneret semper ī seruitio eius.

H

De Adarezer, & Syro Damasceno. Quæſt. X.

QVAERITVR quis fuit iste Adarezer, contra quem nunc pugnauit Dauid, & quis fuit Syrus Damascenus, qui superuenit in auxilium eius, & qualia fuerunt ista bella.

Respondendum est, quòd Adarezer fuit rex potens in terra Syrię, & dominabatur in illa Syria, quæ non pertinebat ad Damascum, voluit autem dilatare regnum suum versus terram Dauid vsque ad fluuiũ Euphratem. Et tunc Dauid insurrexit contra eum, & fecit bellum, quod habetur hic. De hoc dicit Iosephus septimo Antiquitatum, quòd Adrazarus filius Arai rex Sophinę pugnauit contra Dauid apud I
fluuium Euphratem. Et vocatur Adrazarus, idest Adarezer, & rex Sophinę, idest Sobab. In auxilium huius venit Syrus Damascenus, & non nominatur hic quis rex fuerit iste: Iosephus tamen septimo Antiquitatum dicit, quòd Adadus rex Syrię Damasci audiens, quòd Dauid expugnasset Adrazarum tanquã amicus venit in eius auxilium, cum magno exercitu, de hoc etiam meminit Nicolaus in quarto lib. historiarum, sicut ibidem Iosephus dicit: Post hęc transacto multo tempore, quidam prouincialium nomine Adadus fortissimus in Damasco, & alia Syria præter Phęnicem imperauit, & abijt contra Dauid regem Iudæę. Cumque multis prelijs dimicasset, nouissimè circa Euphratem victus est, qui tunc optimus regum K
robore, & fortitudine habebatur. Et etiam ait, quòd filij istius Adadi vsque ad decimam generationem regnauerunt. Et semper primogenitus accipiebat nomen patris, & succedebat in regno, ipsorum autẽ tertius valde potens, & reparare volens aui perditionem inflicto bello Iudęis vastauit prouinciam, quę Samaria nuncupatur. Et dicit Iosephus ibidem, quòd iste fuit Benadad, qui regnauit in Damasco tempore, quo in Israel regnauit Acab, & intulit ei multa bella. Erant autem isti duo reges Syrię potentes, sed magis Syrus Damascenus, qui secundùm Iosephum vocatur Adadus.

Cap. XVIII.

De causa belli Dauid contra Adarezer regem. Quæſt. XI.

QVAERITVR vlterius, an Dauid habuit iustã causam pugnandi cõtra Adarezer regem Soba. Dicendum est, ꝙ sic, quia Dauid cum esset iustissimus tpe suo, nullum vellet iniustè vexare, & tñ pugnauit ꝯ istum, ideo satis credendum est, ꝙ habuit iustam cãm pugnandi. Secundò patet quia Syri erant coniuncti terrę Israel, & ob hoc interdum lędebant eos inferendo damna. Nam multi latrunculi de terra Syrię veniebant in Israel, & interdũ ipsi reges veniebant ad pugnandum, vt patet 3. Reg. 15. & 20. & 22. & per totum processum quarti lib. Regum. Sic iste Adarezer regnans circa terram Dauid, fortè offendit eum in aliquo, propter quod Dauid habuit iustam cãm insurgendi ꝯ eum. Non est tñ intelligendum, ꝙ alias liceret Dauid pugnare ꝯ istum, sed accipiendum terram eius, vel solum desiderio occidendi, quia non erat iste de Chananęis, ꝯ quos licebat Israelitis pugnare absolutè ad occidendum eos. Nã Syria non erat intra terrã Chanaan, sed in latere aquilonari eius. Et vr̃ dicendum, ꝙ cã istius belli fuit, quia Adarezer voluit dilatare regnum suum vsque ad Euphratem, & ad hoc pugnauit ꝯ gentes, quę erant vsq; ad Euphratem. Regnum aũt Dauid perueniebat vsq; ad Euphratem, quia ipse dñabatur toti terrę Chanaã, & terra Chanaan habebat Euphratem pro termino aquilonari: Gen. 15. Et tunc tangeret Adarezer aliqd de regno Dauid, ꝑꝑ quod indignat⁹ Dauid pugnaret ꝯ eum, & hoc vr̃ significari in litera, cum dr̃, ꝙ pugnauit Dauid ꝯ Adarezer, qñ perrexit, vt dilataret imperium suum vsq; ad flumen Euphratem, q.d. ꝙ dilatatio illa fuerit causa istius pugnę, quia aliàs non scriberetur hic ista clausula, nisi aliquo modo pertineret ad causam istius pugnę.

An Hemath fuerit ciuitas. Quæſt. XII.

QVAERITVR vlterius de Hemath, de qua hic dr̃, an sit ciuitas, vel sit nomen alicuius regionis. Rñdendum est, ꝙ non apparet quid sit, & ideo vtrunq; põt dici, ſ. ꝙ sit nomen ciuitatis, vel sit nomen regionis in Syria, & aliquis volet, ꝙ magis dicatur esse nomen regionis, q̃ nomen vrbis, quia dr̃ hic regẽ Soba regionis Hemath, & sic regio erat, & non ciuitas. Item patet hoc, quia 4. Reg. 24. & 25. dr̃ de Reblata ciuitate, quę est in terra Hemath: ergo nõ est ciuitas, sed terra, in qua sunt multę vrbes. Dicendũ est, ꝙ necesse est dici Hemath esse regionem, vel esse aliq̃ vrbem magnam, quę esset caput alicuius regionis. Et cum dr̃ de Soba, ꝙ erat in regione Hemath, nõ est sensus, ꝙ Hemath esset regio, sed ꝙ esset quędam ciuitas à qua denominaretur regio aliqua, vel terra Hemath. Sic. n. erat de Samaria, quę erat ciuitas, & tñ dicebatur aliquando terra, vel regio Samaritanorum, & sic dr̃ Luce: In ciuitatẽ Samaritanorum, ne introieritis. & tñ Samaria erat ciuitas, vt patet 4. Reg. 6. & 7. Et magis 3. Reg. 17. Sic etiam dr̃, ꝙ Iesus transiit per vnam ciuitatem Samarię: Luc. 9. Et sic significatur Samaria tanq̃ regio, & tñ erat ciuitas vna, quæ erat metropolis totius regni Israel. Et quamquã vrbs que videretur posse stare, tñ dicẽdum est, ꝙ Hemath erat ciuitas, & non regio, licet ab illa nominaret quędam magna regio. Patet hoc primo quia dr̃ inf. in litera, ꝙ Thou rex Hemath audiuit, ꝙ Dauid percussisset omnem exercitum Adarezer, si aũt Hemath acciperetur pro regione, esset sensus, ꝙ Thou erat rex rotius regionis Hemath, & tñ hoc falsum est, quia Adarezer erat rex Soba, quæ erat in regione Hemath, & tamen

tamen erant isti duo hostes: Et sic haberent distincta A
regna, vnde non posset esse Thou rex Hemath, si Hemath esset nomẽ prouincię, sed esset rex cuiusdã partis Hemath, & Adarezer rex alterius partis, & nõ magis vocaretur Thou rex Hemath, q̃ Adarezer. Oportet ergo ꝙ Hemath sit nomen ciuitatis, & ab illa denominetur quędã prouincia magna: Thou autẽ erat rex ciuitatis Hemath, & non prouincię, sed erant etiã alij dñi in illa prouincia. Et erat ibi quędam ciuitas nomine Soba, quę erat caput regni Adarezer. Secundo patet, quia Nu. 34. vbi ponũtur limites terrę Israel, ponuntur ibi multę vrbes tanquam termini. Si enim Hemath esset nomen alicuius regionis, non poneret B
conuenienter tãquam terminus terrę Chanaan, quia non esset terminus limitatus, sed aliqua vna ciuitas poneretur pro termino, & tñ ponit Hemath pro termino, ideo nomẽ ciuitatis est, & non prouincię. Aliqui autẽ putant, ꝙ ista ciuitas Hemath est ciuitas Antiochię, in qua Beatus Petrus tenuit primo sedem, & postea translata est in vrbem Romę. Alij vero dicunt, ꝙ Reblata, quę est in terra Hemath, vt patet 4. Reg. 24. & 25. fit Antiochia, sed de hoc non constitit.

De quibusdam verbis, quæ habentur hic, & 2. Reg. cap. 8. Quæſt. XIII.

QVAERITVR qũo dr̃ hic, ꝙ Dauid cepit mille quadrigas Adarezer, & tñ 2. Reg. 8. vbi ponitur ista historia, non dr̃, quot quadrigas accepit, sed solum ponitur de centum curribus, C
quos sibi reseruauit Dauid. Rñdendum est, ꝙ Dauid cepit de exercitu Adarezer mille currus, quos habebat, quemlibet cum quatuor equis, & nongentos curribus combussit, & subneruauit tria millia, & sexcentos equos eorum, reliquos aũt cẽtum currus, & quadringentos equos ipsorum seruauit, & tñ 2. Reg. 8. vbi ponitur ista historia non fit mentio, quot currus accepe rat Dauid de exercitu Adarezer, nec etiam dicitur, ꝙ acceperit aliquos. Sed quia postea dicitur, ꝙ reseruauit sibi cẽtum currus, & omnes reliquos iugales curruum subneruauit: Intelligitur, ꝙ acceperit aliquos currus in bello, sed non expressit ibi scriptura summam. Et quia in isto libro intentio Esdrę fuit supplere ea, quę in alijs libris minus habebãtur, expressit hic D
summam curruum, quia erat mille, & manserunt centum.

De multitudine equitum, quos accepit Dauid de exercitu Adarezer. Quæſt. XIIII.

QVAERITVR vlterius qũo dr̃ hic, ꝙ accepit Dauid septẽ millia equites de exercitu Adarezer, quia 2. Reg. 8. dicitur, ꝙ accepit Dauid ex parte eius mille, & septingentos equites. Rñdet Nicolaus, & quidam alij, ꝙ in hoc non est aliqua difficultas, quia minor numerus intelligitur semper in maiori, & verum est, quia equites fuerunt septẽ millia, qui capti sunt, tñ 2. Reg. 8. ponuntur mille, & E
septingenti, hic aũt suppletur numerus deficiens. Sed ista positio non videtur satis conueniens. Nam si hic poneretur numerus equitum, & 2. Reg. 8. nihil poneretur, posset dici conuenienter, quòd non suppleatur hic id, quod ibi deficiebat, sicut ponitur hic, ꝙ cepit Dauid mille quadrigas de exercitu Adarezer. Et non ponitur aliquis numerus secundo Reg. 8. vbi ponitur ista historia, & hic suppletur numerus ibi. Quòd tamen ponatur hic quędam pars numeri, & non totus numerus, nimis esset irrationabile, nisi esset aliqua causa specialis, potissimè cum ponatur, ꝙ propheta, qui scripsit libros Regum, ignoraret illum numerum. Sed concedimus, quòd ipse sciebat. Item si fortè poneretur aliquis numerus hic, & alius secundo Reg. 8. qui per modicum differrent, erat satis verisimilis ista varietas, eo quòd interdum scriptura non curat ponere numerum sm vltimã taxationem suã, sicut etiam nos facimus, & quia hic scriptura supplet ea, quę deficiunt in alijs libris bene staret, quòd suppleretur hic aliqua pars numeri, sicut 4. Reg. 24. dicit, quòd regnauit Ioachim tribus mensibus, & sequenti libro capit. vlt. dicitur, quòd regnauit tribus mẽsibus, & decem diebus. Sic etiam Gen. 15. dixit Deus, quòd quadringentis annis peregrinum futurum esset semẽ Abrahę: Et tamen illi erant anni quadringenti, & quinque vt probatum est eod. capit. non curauit scriptura de illo paruo numero, & expressit numerum maiorem quasi precisum: hic tamen secus est, quia hic ponuntur septem millia equites, & 2. Reg. 8. ponuntur mille, & septingenti. Dicẽdum ergo videtur, quòd scriptura expressit ibi minorem numerum, q̃ hic, & verum est, quòd fuerunt septem millia equitũ, tamen posuit ibi scriptura mille, & septingentos, quia fortè isti erant principes aliorum, vtpote si erant distincti per decanos, vel per alios minores principes, & scriptura posuit hic omnes milites, siue principantes, siue subiectos, & ibi posuit solum principantes, vel poterat esse aliqua alia causa specialis excellentię, propter quam exprimerentur illi mille, & septingenti, & non alij, quia fortè expressis illis intelligebantur ceteri, vel fortè Dauid fecit multa bella cum Adarezer, & cum aliquo illorum occidit mille, & septingentos equites, quos expressit ibi scriptura, milites autem occisos in omnibus bellis enarrat scriptura hic.

De varietate peditum occisorum. Quæſt. XV.

QVAERITVR vlterius quomodo variatur hic numerus peditum occisorum, & 2. Reg. 8. quia in vno loco ponuntur viginti millia peditum. Et in alio ponuntur vigintiduo millia. Respondeti potest vno modo, quòd ponuntur in vno loco viginti millia, quamquam essent vigintiduo millia, eo quòd de paruo numero non curat interdum scriptura, & subtracet aliquam particulam, dum tamen exprimat maiorem partem numeri. Secundò potest dici, quòd fuerunt diuersa bella. Et in vna litera istarum ponuntur pedites occisi in omnibus bellis, ſ. vigintiduo millia, & in alia ponuntur pedites occisi solum in quibusdam bellis, ſ. viginti millia, & subtricentur duo millia occisorum in alijs bellis. Tertiò potest dici, quòd erant vigintiduo millia electorum, & quędam litera posuit omnes pedites occisos, alia verò solũ posuit pedites electos, scilicet vigintimillia.

De obligatione Dauid circa equites curruum, quos accepit. Quæſt. XVI.

QVAERITVR vlterius, an Dauid obligabatur subneruare omnes equites curruum, quos accepit in bello. Nam subneruauit omnes prẽter centũ quadrigas. Aliquis dicet, quòd obligabatur subneruare: nam si non obligaretur non erat verisimile, ꝙ vellet perdere tantam multitudinem equorum. Nã cepit mille quadrigas, quæ continebant quatuor millia equorum. Et de his solum reliquit centum curcur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

currus falcatos: Iud. 4. Et dato, quòd Dauid nollet vti illis ad bellum, sed vendere, haberet inde magnum pretium, quod patet, quia Salomon emebat currus, & equos ex Aegypto, & Coa. & quælibet quadriga cõstabat sexcentis siclis argenti, vt patet tertio Reg. 10. & sequenti libro cap. nono. Et tamen Dauid subneruauit istos equos, ideo videtur, quòd obligabatur facere, quia alias non fecisset. Secundò patet, quia Iosue 11. Deus præcepit Iosue pugnanti contra Chananæos, quòd equos subneruaret, & currus igne combureret: ita ergo Dauid facere tenetur. Respondendum est, quòd Dauid non obligabatur subneruare equos, nec comburere currus, sed fecit, quia voluit, cuius causa poneretur sequenti quæstione, & patet hoc, quia nullum præceptum erat in lege ad faciendum hoc, sed generaliter diffiniebatur, quòd cõtra quamcunque gentem pugnarent Israelitę, siue contra Chananæos, siue contra alios, prędam exercitui diuideret, vt patet Deut. 20. & Iosue octauo, nisi forte ciuitas subijceretur anathemati, quia tunc non licebat accipere aliquid de illa ad vsus humanos, sed omnia cremabantur, præter illa, quæ ponebantur in thesauris Dei. Sic factum est de vrbe Iericho. quæ fuit prima quam acceperunt Israelitę in terra Chanaan: Iosue 6. & 7. Sic etiam erat de omnibus ciuitatibus Israelitarum, in quibus erant idolatrę: Deut. 13. Sic etiam fuit de tota terra Amalecitarum, primo Reg. 15. Nunc ergo cum currus, & equi intelligantur in præda, non obligabatur Dauid subneruare illos, sed poterat sibi reseruare. Secundò patet, quia si equi, & currus essent illiciti ad vsum Dauid, & teneretur equos subneruare omnes subneruasset. quia præceptum generale erat, & tamen reseruauit sibi centum currus, vt patet in litera, ergo non obligabatur subneruare aliquos, sed solum voluit hoc facere.

Ad rationem primam in contrarium dicendum, quòd quamquam Dauid non obligaretur subneruare equos, & non subneruando eos multum inde lucraretur, voluit tamẽ subneruare, quia habuit ad hoc iustum motiuum, vt declarabitur sequenti quæstione.

Ad secundum dicendum, quòd præceptum illud datum Iosue nõ obligauit Dauid, nec aliquem alium nisi Iosue, quia fuit præceptum personale datum certę personæ, & non datum in legem. Etiam ipse Iosue non obligatus fuit omni tempore ad hoc, sed solũ in illo bello, & poterat in alijs reseruare sibi equos, & currus, & hoc, quia istud præceptum solum fuit sibi datum in illo bello, scilicet de equis, & curribus, quos ibi caperet: manebat ergo liberum Dauid, & quibuscunq; alijs retinere sibi currus, & equos quos in bellis caperent.

Quare equos, & currus, quos accepit Dauid subneruauit.
Quæst. XVII.

QVAERITVR vlterius, cùm licitum esset Dauid retinere sibi istos currus, & equos quos cepit in bello, vt declaratum est præcedenti quæstione: & vtile valde sibi erat retinere illos, vel vendere, & non subneruare, cur subneruauit.

Respondendum, quòd aut Dauid retineret sibi istos equos, aut venderet alijs gentibus, neutrum autem istorum erat sibi conueniens, ideo subneruauit eos. Non enim sibi conueniebat vendere illos, quia omnes gentes, quæ erant in circuitu regni Dauid erãt hostes ei, & si venderet eis Dauid istos equos, & currus, munirentur inde ad pugnandum contra ipsum. Et propter hoc in quolibet regno interdictum est ne arma hostibus vendantur. Et sic expediebat magis Dauid pdere precia istorum equorum, & curruum, quam vendere illos hostibus. Retinere autem sibi Dauid nolebat propter duo. Primo quia aliqualiter erat contra legem, quia Deus iusserat Deut. 17. quòd rex non multiplicaret sibi currus, & equos, ne reduceret populum in Aegyptum equitatus numero subleuatus, Dauid autem erat vir valde deicola, & in omnibus volebat sequi legem ad literam. Ideo nolebat tenere mille quadrigas equorum, quia erat multitudo magna. Secundum erat propter laudem Dei, quia si Dauid haberet secum currus in multitudine, videretur istis ad bellum, quia iste erat apparatus virorum illius temporis ad bellum, & victorię, quas haberet Dauid viderentur esse in virtute curruum, & equorum, sicut gentes confidebant in curribus, & in equis: vt ergo victoriæ suę attribuerentur Deo, noluit habere currus, & equos, nec similes apparatus belli. Ista fuit causa quare Deus iussit Iosue, quòd subneruaret equos, & cremaret currus, quos in bello caperet, vt declaratum est Iosue vndecimo. Quòd autem ista fuerit intentio Dauid, satis colligitur Psal. decimonono, scilicet: Hi in curribus, & in equis, nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus: ipsi obligati sũt, & ceciderunt, nos autem surreximus, & erecti sumus. Et etiam Psal. trigesimosecundo, dixit Dauid: Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur. Non ergo curauit Dauid habere currus, & equos, sed subneruauit illos. Salomõ autem filius eius, qui non tam recto corde sperauit in Domino, multiplicauit sibi currus, & equos in principio regni sui. Nam habuit quadraginta millia præsepia equorum currilium, & duodecim millia equestrium tertio Reg. 4.

Quare non subneruauit omnes equos, & currus.
Quæst. XVIII.

QVAERITVR vlterius, cum Dauid subneruauerit equos quasi quatuor millia curruum, quare reliquit centum quadrigas.

Respondẽdum est, quòd fecit hoc propter duo. Primò quia non erat contra legem Dei: nam si retinuisset sibi Dauid istas mille quadrigas equorum, faciebat contra legem Deuteronomij decimoseptimo, scilicet: Non multiplicabit sibi rex currus, & equos, ne reducat populum in Aegyptum equitatus numero subleuatus. Quòd autem retineret sibi centum quadrigas non erat multiplicare equos, ideo retinuit sibi. Secundum erat, quia Dauid volebat istas quadrigas equorum non ad bellum, sed ad ornatum, & ad ostendendum maiestatem regiam. Nam reges habebant currus falcatos quibus veherentur, & alij principes magni, & potissime illi, qui habebant spem regnandi vtebantur curribus. Sic enim fecit Absalom, quando voluit regnare viuente patre. Nam fecit sibi currum, & quinquaginta viros, qui præcederent eum secundo Regum decimoquinto. Adonias quoque quartus filius Dauid, qui regnare intendebat mortuo Absalom, fecit sibi currum, & viros quinquaginta præcedentes eum, & dicebat ego regnabo, tertio Regum primo. Dauid ergo, qui erat rex gloriosus tempore suo in tota terra, voluit adparatum regię maiestatis habere secum istos centum currus. Etiam volebat hoc ad exercitationem filiorum suorum, & aliorum de regno in apparatu bellico. Nam potissimus apparatus militaris gentium erat in curribus falcatis, & Iudæi non habebant tales currus, sed bello pedestri decertabant: vtile ergo fuit, quòd aliquando erudirentur ad modum pugnandi in curribus, ne essent minores Gentilibus in exercitatione bellica, & vt nossent omnem modum pugnandi.

De bello Dauid contra Syrum Damascenum an fuerit iustum.
Quæst. XIX.

QVAERITVR Vlterius an Dauid habuit iustum bellum contra Syrum Damascenum, de quo hic.

Respondendum, quòd habuit iustum bellum, quia Deus adiuuabat eum in omnibus his, vt patet in litera. Et tamen non adiuuaret iniustam causam pugnandi, vel saltem Scriptura non faceret mentionẽ, quòd Deus adiuuabat eum. Et hoc potest stare dupliciter. Vno modo dicendo, quod Dauid non mouit bellum cõtra Syrum Damascenum, sed sustinuit ab eo bellum quod patet, quia dicitur. Quod superuenit Syrus Damascenus, vt auxilium ferret Adarezer regi Soba. Et tamen in sustinendo bellum non esset iustum, vel iniustum, sed in agendo, quia pati est inuoluntarium, & in eo non est culpa. Potissimè, quia cuilibet est permissa defensio ab hoste. Secundo potest dici, quòd dato, quòd Dauid committeret bellum contra Syrum Damascenum habebat iustam causam. Nam Syrus veniebat in auxilium Adarezer, & Dauid habebat iustum bellum contra Adarezer, vt declaratum est supra in quadam quæstione, ideo haberet etiam iustum bellum cõtra omnes fautores Adarezer.

De impositione tributaria in Syriam Damasci.
Quæst. XX.

QVAERITVR Vlterius an licitè potuit Dauid imponere tributa Syrię Damasci, & habere ibi custodes ad hoc, quòd seruiret sibi Syria. Aliquis dicet, q̃ non, quia quando Israelitę pugnabant contra aliquam gentem, aut illa erat de Chananæis, aut non. Si de Chananęis tenebãtur occidere omnes, quos possent, & si parcerent alicui peccabant: Deuteronom. vigesimo. Si autem esset de alijs gentibus, tenebantur Israelitę offerre pacem vrbi, contra quam vellent pugnare, & si aperiret portas, & traderet se Israelitis, non licebat eis occidere quemquam, nec prædari, sed habebant eos in tributarios. Si autem non aperiebant portas, debebant pugnare contra eos, & occidere omnes præter mulieres, & paruulos, eodem capitulo. Et tamen Syri Damasceni non tradiderunt se sponte Dauid, sed pugnauit contra eos, ideo non poterat eos facere sibi tributarios, sed obligabatur occidere ipsos.

Respondendum est, quòd Dauid potuit licitè imponere tributum Syris Damascenis, & Syris regni Soba, vel occidere eos, aut facere quodcunque volebat de hoste, dum tamen non teneretur lege ad aliquid certum faciendum de illo. Nam in bello iusto victori licet facere quodcunque voluerit de hoste: dum tamen non teneatur lege ad aliquid certum faciendum de illo: sic autem erat nunc de Dauid, quia in bello iusto superauit Syros Damascenos, & Syros regni Soba, & lex non arctabat eum ad aliquid in hoc casu, ideo poterat facere quodcunque vellet. Sciendum tamen, quòd licet Dauid vicit regem Adarezer, & occidit totum exercitum eius, vt patet infra in litera: tamen non accepit terram illius, quia non pugnauit contra vrbes regis Adarezer, sed solum contra vrbes Syrorum Damascenorum, & cepit illas, posuitque custodes in eis, vt gens terræ illius non posset sibi rebellare, sed manerent semper subditi tributis. Cùm autem obijcitur, quòd Dauid non poterat gentem istam subijcere tributis, sed cogebatur occidere omnes viros.

Dicendum, quòd illud quod habetur Deuteronomij vigesimo, intelligitur quando pugnabant Israelitę contra aliquam gentem inclusam in vrbe. Nam tunc tenebantur offerre pacem. Quod patet, quia dicitur ibi de aperitione portarum. Si tamen pugnaretur in campo, non tenebantur Israelitæ offerre pacem, nec habebat locum illa lex. Et sic poterant facere quidquid vellent post victoriam.

Ratio differentiæ est, quia quando aliqua gens erat inclusa muris, nesciebatur de ea an haberet voluntatem pugnandi contra Israelitas, vel non. Ideo priusquam inciperent pugnare Israelitę tenebantur offerre pacem, si tamen aliqua gens exiret in campum, iam de illa certum erat, quòd volebat pugnare, ideo non oportebat sibi offerri pacem, quia pax offerebatur pro dubio. Et sic in isto casu non erat aliqua lex, ideo poterant Israelitæ occidere victos in campo, vel imponere eis tributum, aut facere quodcunque aliud vellent, sic fuit nunc de Israelitis pugnantibus contra Syros, quia pugnauerunt in campo, ideo licet restiterint eis, poterant sibi imponere tributum, & non obligabantur occidere eos. Vel potest etiam dici, quòd hic obseruata fuit lex illa de offerenda pace, quia fortè Dauid superauit in campo, Syros Damascenos, & occidit viginti duo millia, vt patet in litera. Deinde discurrit per ciuitates singulas Damascenorum ad obtinendum eas. Et cum timerent Damasceni Dauid, non ausi fuerunt resistere sibi, sed aperiebant sibi portas, & tunc secundum legem Dauid poterat eis imponere tributum, & non poterat aliquid aliud facere contra eos.

Adiuuitque eum Dominus in cunctis ad quæ perrexerat. Tulit quoque Dauid Pharetras aureas, quas habuerunt serui Adarezer, & attulit eas in Ierusalem, necnon de Tebath, & Cun vrbibus Adarezer æris plurimum, de quo fecit Salomon mare æneũ, & columnas, & vasa ænea.

Adiuuit eum Dominus in cunctis, ad quæ perrexerat. Istud ponitur hic ad declarandum vera esse omnia supradicta. Nam multa bella Dauid supra fecit contra reges potentes, & in omnibus prospere se habuit, de quo miraretur aliquis quomodo omnia ista sic euenirent, vel an esset istud aliquod fictum. Et dicitur, quòd Deus adiuuabat Dauid in omnibus his, quasi dicat, propter hoc Dauid potuit facere hæc, quia Deus adiuuabat eum in omnibus: alioquin non potuisset in omnibus prospere se habere.

Tulit quoque Dauid Pharetras aureas, quas habuerant serui Adarezer. Inter reliquam prædam specialiter fit hic mentio de Pharetris aureis, quia illę fuerunt magni ponderis auri, & ferebant eas serui Adarezer, quod intelligendum est de aliquibus armigeris Regis. Nam ille ad ostenden-

dam magnam gloriam suam cum esset rex dies fe- F
cerat Pharetras de auro, & quosdam alios apparatus
bellicos, armigeri sui ferebant coram eo istas Phare-
tras aureas, & alia arma aurea, vt regalem ostenderet
decorem.

Et attulit eas in Ierusalem. Totam prædam attulit Da
uid in Ierusalē, qa ibi habitabat, & specialiter vasa au-
rea, & argentea, quę accepit in omnibus bellis. Nam
illa tulit in Ierusalem, & consecrauit Domino, vt pa-
tet infra in litera.

Necnon de Tebath, & Cun vrbibus Adarezer æris plurimum. Scilicet, de Syria Damasci tulit multam præ-
dam, & tamen etiam de istis duabus vrbibus Adare-
zer tulit magnam copiam æris. Ista enim fuit precio-
sior præda terræ illius. Sciendum autem, quòd quā- G
quàm Dauid superauit prius in bello Adarezer regē
Soba quàm Syrum Damascenum, tamen terram Da
mascenorum peragratus est Dauid, & subiecit eā sibi
in tributum, & posuit custodes in ea, vt patet supra
in litera. In terra autem regis Adarezer non discur-
rit Dauid ad acquirendum vrbes, nec legitur posuis-
se custodes in ea, nec feciſſe illam sibi tributariam,
sed solum Syriam Damasci, præter quam de istis dua
bus vrbibus, quas prædatus est, & inuenit ibi multum
de ære. Vocantur aliter istę vrbes secundum Iosephū
octauo Antiquita. scilicet, Tebath vocatur Bachan,
& Cun vocatur Machon, nec istud est mirabile, quia
fortè tempore Iosephi iam erant mutata nomina ista
rum vrbium.

De quo fecit Salomon mare æneum. Scilicet de illo ære, H
quod tulit de vrbibus Adarezer fecit mare æneum
Salomon. Istud fuit in ędificatione templi: nam fe-
cit Salomon omnia vasa necessaria ad ministrationē
Sacerdotalem, & Leuiticam, & vnum de vasis mini-
strationis Sacerdotalis erat mare æneum. Erat au-
tem istud mare quoddam vas magnum rotundum
ad figuram dimidię spherę, & erat locatum super
duodecim boues æneos, & capiebat duo millia bat-
tos de aqua: magnitudo autem eius, & figura, & alia,
quæ ad ipsum pertinent habētur tertio Regum septi
mo. Erat autem istud mare ad habendum in eo sem I
per aquam, vt lauarentur ibi Sacerdotes, quando mi
nistrare deberent, quia non licebat alicui Sacerdoti
ministrare nisi prius lauaretur, & lauabant Sacerdo-
tes manus, & pedes quandocunque ministrabant, vt
patet Exo. 30.

Et columnas. Istę fuerunt duę columnę positę co-
ram porta templi Salomonis pulchrę nimis, haben-
tes capitella opere reticulato intermixtis ordinibus
malorum granatorum, de quorum figura, & operę
habetur. 3. Reg. 7.

Et vasa ænea. Multa etiam alia vasa fuerunt facta
de ære, scilicet, fuscinulę, & lebetes, & ignium rece-
ptacula, & generaliter omnia vasa, quæ seruiebant im
mediate altari holocaustorum, quorum nomina, &
numerus ponuntur. 3. Reg. 7. Et omnia fuerunt fabri
cata de isto ære portato de vrbibus regis Adarezer. K

Quomodo fuerit Dauid adiutus a Deo. Quæst. XXI.

QVAERITVR Vlterius cum dicitur, quòd
Dominus adiuuit Dauid in omnibus, ad quæ
perrexit, quomodo adiuuit eum.

Respondendum, quòd Dominus adiuuit
Dauid in omnibus bellis ad superandum hostes suos.
Et potuit eum adiuuare multipliciter, vno modo au
gendo vires, & animositatem Dauid, & virorum suo
rum, scilicet, quòd quamquàm ante hoc essent impa
res viribus cęteris gentibus, tamen per hoc acquisie-
runt vires, ita vt possent superare illas gentes. Sic fuit
de Hebręis, qui erant minores numero aliis populis
Deuteronom. 7. & superauerunt eos, quia Deus dedit
sibi vires: Deuteron. 8. ſ. Ne dicas in corde tuo, forti-
tudo mea, & robur manus męę hęc mihi omnia prę-
stiterunt, sed recorderis Domini Dei tui, quòd ipse ti
bi vires prębuit, vt impleret pactum suum. Alio mo-
do poterat hoc fieri incutiendo timorem Dauid su-
per hostes, ita vt non auderent ei resistere. Nā Deus
infligit timorem homini, vel quamcunque aliam
passionem, eo quòd cor hominis est in manu eius,
& quocunque voluerit vertet illud Prouerb. 21. sic
enim fecit Chananæis, quando Israeliaę pugnatū
erant contra eos, scilicet, incutiebat eis timorem, vt
fugerent: Exo. 23. scilicet. Timorem meum mittam
in præcursum tuum, & occidam omnem populum,
ad quem ingredieris, cunctorumque inimicorum
tuorum coram te terga vertam. Alio modo poterat
hoc esse, quòd Deus daret hostibus Dauid aliqua im
pedimenta pugnandi, vt quòd mitteret aliqua anima
lia, quę eos impedirent. Sic fuit quando pugnauerūt
Israelitę contra Chananęos, nam Deus misit crabro-
nes, ideſt, vespas ante faciem Israelitarum, vt morde-
rent Chananęos, & fugarent eos, ne possent subsiste-
re in bello: Exo. 23. & Sapi. 12. scilicet. Emittam cra-
brones, qui fugabunt Heuęum, & Chananęum. Et
quando aliquis fugiebat de Chananęis a facie Israeli-
tarum, & latebat, ita vt non possent eum inuenire Is-
raelitę, mittebat Deus crabrones post illum, qui erāt
tam venenosi, vt occiderent eum, nec poterant late-
re: Deutero. 7. scilicet. Insuper crabrones mitter Deus
in eos, donec deleat Deus omnes, qui te fugerint, &
latere potuerint. Alius modus erat, quòd Deus face
ret hostes Dauid indispositos ad pugnandum, vt ꝙ
incuteret ei aliquam passionem capitis, per quam ne
scirent pugnare, nec defendere se a Dauid, sed trade
rentur in manus eius sine labore, sic fuit quando Syri
circundederunt vrbem, in qua erat Eliseus, vt caperēt
eum, & portarēt in Damascum ad regem Benadad.
Nam percussit Deus illos cęcitate non quidem, quòd
non viderent, sed quòd non cognoscerent Eliseum,
quem videbant, licet ante hoc eum cognouissent, &
vidissent sępe, nec etiam cognoscerent loca, per quæ
trāsibant, quamquàm illa essent sibi frequentata. Et
sic Eliseus duxit illos in Samariam, & posuit illos in
medio hostium suorum, nec tamen illi cognoscebāt,
vbi erant quousque orauit Eliseus, vt aperirentur ocu
li eorum, & tunc cognouerunt, & timuerunt. 4. Reg.
6. Alius modus erat, quòd Deus daret Dauid aliquas
instructiones magnę prudentię, quas nescirent ho-
stes eius, & sic non possent resistere ipsi. Sic fuit de
Gedeone pugnante contra Madianitas, & Ismaheli-
tas, qui tulit secum trecentos viros habentes lagenas
in manibus, & buccinas in alijs, & circū dederūt exer
citum hostilem in circuitu per noctem, quando gra-
uis sopor oppresserat omnes de castris, & subito ap-
paruerunt lucernæ in circuitu castrorum, & trecentę
buccinę, & putauerunt Madianitę, quòd infinita mul
titudo venisset super eos, & essent iam in castris, & sic
turbati euigilauerunt, inceperuntque se mutuo per-
cutere putantes, quòd percuterent hostes, & ipsi
fecerunt totum bellum nihil facientibus Israelitis ni-
si clangere buccinis Iudic. septimo. Alius modus
erat, quòd Deus summitteret interdum soporem in
hostes Dauid, vel aliam passionem secundum quam
non possent se defendere. Sic fuit quando Saul per-
sequebatur Dauid. Nam Deus misit soporem grauē
super Saulem, & omnes de castris, & descēdit Dauid
cum Abisai per noctem in castra, & accipit lanceam,
quæ erat ad caput Saulis potuitq; occidere eū, sed no
luit: 1. Re. 26. Alius mod⁹ erat, ꝙ Deus faceret appere

aliquem

aliquem exercitum magnum, cum Dauid. ſ. multitu- A
dinem magnam Angelorum, & hostes videntes fu-
gerent. Sic enim fuit quando Syri obsederunt vrbē,
in qua erat Eliseus, & puer eius timuit. Orauitq; Eli-
seus, vt aperiret Deus oculos pueri & aperuit, viditq;
montem plenum curribus igneis, & equis igneis, &
sic consolatus est de timore suo. 4. Reg. 6. Si autem
vidissent hostes illam multitudinem Angelorum, ti-
muissent nimis, & fugissent, potissimè quia aspectus
eorum erat terribilis. ſ. quia videbantur currus ignei,
& equi ignei. Alius modus erat, quòd Deus mitteret
aliquos Angelos, qui adiuuarent Dauid, dato ꝙ non
viderentur. Et illi faciliter occiderent multos de ho-
stibus. Sic enim fuit de Angelo, quem Deus misit in
castra Senacherib, qui occidit in vna nocte de Assyrijs
centum, & octoginta quinque millia virorum. 4. Re. B
19. Sic etiā Angelus occidit primogenita Aegyptio-
rum in vna nocte, quando nolebant dimittere Israeli
tas: Exo. 12. Alius modus erat, quòd Deus mitteret
Angelos, qui apparerent viri bellatores, & realiter pu
gnarent contra hostes. Simile fuit de Heliodoro, quē
misit rex Celossyrię, vt acciperet pecuniam magnam
quę erat in templo, & apparuit quidam Angelus in
equo habens terribilem aspectum, & fustigauit eum,
ita vt semimortuus subito redderetur, vt patet 2. Ma-
chab. 3. Alius modus erat, quòd Deus faceret appare
re hostibus, quòd terra mouebatur sub pedibus eo-
rum, & audirētur fragores de cęlo, & territi fugerēt,
licet secundum veritatem non esset aliquis terręmo-
tus, sic fuit quando Philisthini congregati sunt con- C
tra Israelitas sacrificantes in Masphath, nam timue-
runt, & orauit Samuel pro eis. Intonuit Dominus
de cęlo fragore magno super Philisthinos, & fuge-
runt a facie Israelitarum occisique sunt 1. Regum 7.
Alius modus erat, quòd Deus faceret, quòd hostes
Dauid audirent aliquem sonitum tamquam exerci-
tus magni venientis contra se subito, & nihil vide-
rent: neque esset aliquis exercitus, & fugerent territi.
Sic fuit quando Benadad rex Damasci obsidebat Sa-
mariam, ita vt Israelitę perirent fame. Nam fecit
Deus audire in castris Syrorum sonitus curruum, &
equorum, & exercitus plurimi, & dixerunt Syri rex
Israel conduxit reges Hethęorum, & Aegyptiorum,
& ecce veniunt super nos. Et tunc prę timore fu- D
gerunt Syri, & reliquerunt in castris omnia, quę ha-
bebant quarto Regum septimo. Poterat hoc etiam
fieri per diem, dum tamen fieret inter arbores, vel in
alio loco occulto, vt hostes possent audire tumultū,
& nihil possent videre. Ideo putarent, quòd aliquis
exercitus magnus veniebat contra eos: sic enim fuit
semel quando pugnauit Dauid ꝺ Philisthinos: nam
Deus iussit ei, quòd non procederet contra hostes
quousque audiret sonitum gradientis in cacumine
pyrorum, secundo Regum quinto, & supra decimo
quarto. Et illud erat, quòd Deus volebat facere au-
diri sonitum exercitus magni Philisthinis. Et sic fu-
gerunt a facie Dauid. Alius modus erat, quòd Deus
faceret, quòd arma, & reliqui apparatus bellici hostiū
perirēt, vel lęderētur, ita quòd essent inhabilēs ad bel- E
la, & sic non possent se defendere ꝺ hostes. Et hoc sa
tis patet, quia Deus interdum facit, quòd aliquis appa
ratus bellicus sit melior quàm aliàs erat, ideo etiam
faciet, ꝙ aliquis interdum sit peior. Patet hoc de Na-
buchodonosor, quem Deus misit contra Israelitas, &
fecit ꝙ apparatus suus ad bellandum esset indeficiēs,
vt patet Isa. 5. ſ. Ecce festinus veniet velociter non est
deficiens, nec laborans in eo, non dormitabit, nec dor
miet, neque soluetur cingulum renum eius, nec rū-
petur corrigia calciamenti eius, sagittę eius acutę, &
omnes arcus eius extenti: vngulę equorum eius, vt

silex, & rotę eius quasi impetus tempestatis. Istam
fortitudinem, & apparatum Deus ei dabat, vt puni
ret Iudęos, vt patet Abacuch primo, scilicet, Domi-
ne in iudicium posuisti eum, & fortem, vt corriperes
fundasti eum. Simile patet Isa. decimo. Alius mo-
dus erat, quòd Deus mitteret turbationem super ho
stes Dauid. Et ipsi nescirent se defendere, vel nō pos-
sent. Sic enim fuit quando Ionathas, & armiger eius
ascenderunt ad castra Philisthinorum, vbi erat innu-
merabilis multitudo, & misit Deus turbationem in
castra, & solus Ionathas occidit viginti Philisthinos,
& ipsi etiam se percutiebāt: fugitque totus exercitus
a facie eius: primo Regum decimoquarto. Alius
modus erat, quòd Deus faceret, quòd hostes inter se-
ipsos non se cognoscerent, & pugnarent contra se: sic
enim fuit quando Moabitæ, Ammonitæ, & Idumęi
voluerunt pugnare contra Iosaphath regem Iudæ:
Nam positę fuerunt duæ partes eorum in insidijs, &
tertia manifesta manebat. Et consurrexerunt filij
Ammon, & Moab contra Idumæos, putantes se esse
hostes, cum essent socij, & occiderunt seipsos mutuis
vulneribus: perijtque totus exercitus hostium, nihil
faciente Iosaphath, immo nec vidente, sed postea cū
veniret ad locum hostium inuenit omnes occisos
sequenti lib. cap. vigesimo. Alius modus erat, quòd
Deus subito, & quasi insensibiliter per se, vel per An
gelum suum deleret aliquem exercitum: sic enim
fuit quādo Senacherib obsidebat Ierusalem, & Deus
misit Angelum suum per noctem, occiditque de ca-
stris Assyriorum centum, & octogintaquinque mil-
lia virorum, & non sentiebat vnus alium moriētem:
vnde Senacherib diluculo surgens vidit castra sua
plena cadaueribus, & cum paucis reuersus est in tet-
ram suam, quarto Regum decimonono. & Isai. trige
simoseptimo. Alius modus erat, quòd Deus mitteret
de cœlo lapidem, vel fulmina, aut aliud genus tempe
statis super hostes Dauid, & occideret multos. Sic. n.
fuit quando Iosue persequebatur quinque reges fu-
gientes die, quo sterit Sol: misit enim Deus lapides
grandinis magnos super Chananęos in descensu vr-
bis Bethoron, & plures occisi sunt lapidibus, quàm
ceciderant gladio Hebręorum Iosue decimo. Alius
modus erat, quòd Deus faceret, quòd hostes inter se-
ipsos non se cognoscerent, & pugnarent contra se: sic
enim fuit quando Moabitæ, Ammonitæ, & Idumęi
voluerunt pugnare contra Iosaphath regem Iudæ:
Nam positę fuerunt duæ partes eorum in insidijs, &
tertia manifesta manebat. Et consurrexerunt filij
Ammon, & Moab contra Idumæos, putantes se esse
hostes, cum essent socij, & occiderunt seipsos mutuis
vulneribus: perijtque totus exercitus hostium, nihil
faciente Iosaphath, immo nec vidente, sed postea cū
veniret ad locum hostium inuenit omnes occisos
sequenti lib. cap. vigesimo. Alius modus erat, quòd
Deus subito, & quasi insensibiliter per se, vel per An
gelum suum deleret aliquem exercitum: sic enim
fuit quādo Senacherib obsidebat Ierusalem, & Deus
misit Angelum suum per noctem, occiditque de ca-
stris Assyriorum centum, & octogintaquinque mil-
lia virorum, & non sentiebat vnus alium moriētem:
vnde Senacherib diluculo surgens vidit castra sua
plena cadaueribus, & cum paucis reuersus est in tet-
ram suam, quarto Regum decimonono. & Isai. trige
simoseptimo. Alius modus erat, quòd Deus mitteret
de cœlo lapidem, vel fulmina, aut aliud genus tempe
statis super hostes Dauid, & occideret multos. Sic. n.
fuit quando Iosue persequebatur quinque reges fu-
gientes die, quo sterit Sol: misit enim Deus lapides
grandinis magnos super Chananęos in descensu vr-
bis Bethoron, & plures occisi sunt lapidibus, quàm
ceciderant gladio Hebręorum Iosue decimo. Alius
modus erat, quòd Deus subuerteret, & occideret per
terremotum subito hostes Dauid. Sic enim fuit de
Amorrhęis, qui erant in insidijs apūd torrentem Ar-
non ad occidendum Israelitas, quando transirent. Et
erant in duabus cauaturis scopulorum. Inclinauit au-
tem Deus scopulos vsque ad torrentem, & ibi op-
pressit atque suffocauit omnes Amorrhęos, vt colli-
gitur Numeri vigesimoprimo, & patet in libro bello
rum Domini. Multi alij modi possunt esse ad hoc,
quòd Deus destruat hostes cultorum suorum, de
quibus in multis locis sacrę Scripturę habetur. Nec
est in hoc dubitandum, quòd Deus tot modis potest
aliquos occidere, quot modis voluerit, cum nihil
effugiat potentiam eius. Et sic poterat Dauid adiu-
uari a Domino aliquo de istis modis contra hostes,
vel multis alijs.

De Pharetris aureis. Quæst. XXII.

QVAERITVR Vlterius de Pharetris aureis,
quas tulit Dauid seruis regis Adarezer, &
ad quid portabant eas.

Respondendum est, ꝙ non solum porta-
bāt isti Pharetras aureas, sed etiam quędam alia ar-
ma aurea. Pro quo sciendum, quòd quædam sunt
arma offensiua, sicut lanceæ, & gladij, & quęcun-
que iacula: alia autem sunt defensiua, sicut lorica,
scutum, & pelta. Alia autem sunt, quę neutrū horum

habent, sed magis sunt ad custodiam aliorum armorum, sicut pharetrę, in quibus portantur sagittę, & similia vasa, arma autem offensiua nũquam fiunt de auro, nec habent laminas auri, eo quòd aurum nõ est conueniens metallum ad nocendum, sicut ferrum quod omnia domat, & frangit Daniel. 20. Arma autem defensiua etiam non fiunt de auro, quia nõ sunt tam conuenientia ad sustinendum ictus bellicos, sicut arma ferrea. Interdum tamen operiuntur laminis aureis ad fulgorem, & pulchritudinẽ: dum tamẽ interiora sint ferrea. Sic patet 1. Machab. 6. scilicet. Refulsit Sol in clypeos aureos, & resplenduerunt montes ab eis. Et ista scuta aurea erant Regum Gentiliũ, qui veniebant ad pugnandum contra Iudam Machabęum. Et illę laminę aureę non ponebantur in scutis propter aliquam vtilitatem bellicam, quia vtilius erat scutum de ferro puro, sed ponebãtur ad pulchritudinem, & ad ostendendum dignitatem regiam, qa ista scuta solum portabant reges, & armigeri eorum, qui præcedebant eos. Illa autem, quæ non sunt propter arma, sed armorum vasa, possunt fieri de auro, & æqualiter sunt vtilia de auro, vel de ferro, & sic sunt Pharetrę. Vnde nunc serui regis Adarezer portabãt Pharetras aureas, non tamen est intelligendum, ꝙ omnes serui Adarezer portarent Pharetras aureas, sed solum aliqui, qui erant specialiter serui regis, sed armigeri sui, & isti portabant Pharetras aureas ad ostendendum regalem gloriam, vt etiam significare tur differentia regis, & aliorum, & cognoscerentur per hoc armigeri regis. Interdum autem fiunt arma ad solam gloriam ostendendam, & non ad aliquem vsum bellicum, & tunc poterant omnia fieri de auro tam arma offensiua, quàm defensiua, sicut fuit de Salomone, qui fecit ducenta scuta de auro purissimo, & trecentas peltas, & ducentas hastas etiam de auro, vt patet tertio Regum decimo, & sequenti lib. capit. nono. Ista autem non erant ad bellandum, sed ad decorem regum: nam quando Salomon exibat de domo sua præcedebant eum scutarij sui ferentes ista scuta, & spheltas, & lanceas, tertio Regum decimoquarto.

Quid fecerit Dauid de Pharetris. Quæst. XXIII.

QVAERITVR Vlterius de istis Pharetris aureis, quid factum est.

Respondendum est, quòd Dauid omnia vasa aurea, & argentea, quę alias habebat in bellis in quacunque gente portabat in Ierusalem, & consecrabat illa Domino pro ędificatione templi futuri, vt patet infra in litera, scilicet. Sed & omnia vasa ænea, & aurea, & argentea consecrauit Dauid Domino cum argento, & auro, quod tulerat ex vniuersis gentibus tam de Idumęa, & Moab, & filijs Ammon, quàm de Philisthijm, & Amalec. Iosephus autem octauo Antiquita. dicit, quòd Dauid consecrauit istas Pharetras Domino, quas postea tulit Sesacus rex Aegypti, quando pugnauit contra Roboam nepotem Dauid: nam tunc tulit thesauros domus Domini, & thesauros regios, & scuta aurea, quæ fecerat Salomon, vt patet 3. Reg. 14.

An fuerit licitum fieri mare æneum &c. Quæst. XXIIII.

QVAERITVR Quomodo fieri licuit mare æneum, & alia vasa templi Domini de ære, quod allatum fuerat de terra idolatrarum. Nam id quod pertinebat ad idolatras non solum non poterat Deo applicari, sed etiam non licebat Iudęis transferre illud in vsus suos, nec etiam concupiscere licebat illud, Deuteronom. septimo. Item non solum hoc, sed etiam obligabantur Israelitę ea, quę erant in ciuitatibus idolatrarũ cremare, & nihil ex eis accipere Deuteronom. decimotertio. Item patet, quia non poterat accipi aliquod donum de manu idolatrę ad cultũ Dei, vt patet Leui. vigesimosecundo, scilicet. De manu alienigenę non offeretis panes Deo vestro, & quidquid aliud dare voluerit. Et subditur causa, scilicet. Quia corrupta, & maculata sunt omnia non suscipietis ea. Et tamen ea, quę possidebantur ab idolatris tam maculata erant si ipsi illa offerrent, sicut si Israelitę illa acciperent, & Deo traderent, quia macula eorum erat per hoc, quòd possessa, & contrectata fuerant ab idolatris, & tamen non licebat suscipi ea si offerrent illa idolatrę, ergo etiam non licebat illa suscipi, quando non offerrent ea idolatrę, sed acciperent ea Israelitę, & offerrent Domino.

Respondendum est, quòd licitum erat de auro, & argento accepto de manu idolatrarum facere vasa ad ministrandum Domino, & de tali auro, & argento facta sunt omnia, quę erant in templo Salomonis, nã ipse Dauid parauit omnes impensas in auro, & argento, lignis, & lapidibus, & cęteris materijs pro ędificatione templi, & vasorum eius, vt patet infra vigesimosecundo. Et tamen ipse congregauit illas materias in bellis, quæ habuit contra varias gentes, scilicet. Ammonitas, Moabitas, Idumęos, Amalecitas, Philisthinos, & Syros, vt patet infra in litera. Et in hoc non fecit Dauid contra legem. Nam sic factum fuerat tabernaculum Domini, quod Moyses fecit in deserto: Deus enim iusserat, quòd quando Israelitæ egressuri erant de Aegypto, peterent vasa aurea, & argentea ab amicis suis Aegyptijs, & Dominus dedit eis gratiam in oculis Aegyptiorum: & commodauerunt eis plurima vasa, quę illi secum tulerunt, vt patet Exodi tertio, & decimotertio. Et postea de illis factũ est omne opus Sanctuarij. Nam Deus iussit, quòd offerrent aurum, & argentum, & oblata sunt omnia vasa, quę erant in manibus Israelitarum: Exodi trigesimoquinto. Sciendum autem pro hoc, quòd aurum, vel argentum, aut erat idolorum, aut idolatrarum. Si erat idolorum illud aurum, & argentum, de quo ipsa facta erant, & etiam, de quo erant facta vasa pro ministratione sua, de isto dicendum est, quòd non licebat illud applicari ad cultum Dei, nec licebat Israelitis transferre illud in vsus suos, sed reputãdum erat tamquam contaminatum, & immundum ad omnem vsum, ideo comminuendum, & cremandum erat. Sic dicitur Deuteronom. septimo, scilicet. Sculptilia eorum igne combures: non concupisces aurum, & argentum, de quibus facta sunt, neque assumes ex eis tibi quidquã ne offendas propter ea, quia abominatio est Domini Dei tui, nec inferes quippiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema sicut, & illud est, quasi spurcitiam detestaberis, & velut inquinamentum, ac sordes abominationi habebis, quia anathema est. Si autem erat aurum, & argentum idolatrarum, licebat Israelitis accipere illud in vsus suos, & etiam offerre Domino ad faciẽdum vasa, patet hoc, quia quando Israelitę pugnabant contra quamcunque gentem, siue essent de Chananæis, siue non, diuidebatur præda exercitui, vt colligitur Deuteronom. vigesimo. De non Chananęis, & de Chananęis patet Iosue 8. Quod autem liceret illa applicari Deo, patet, quia ex illis factum est tabernaculum Dñi, quod Moyses fecit in deserto, vt supra declaratum est. Istud verum est, nisi cũ ciuitas subijceretur anathemati, quia tunc non licebat Israelitis accipere aliquid in vsus suos, sed omne aurum, & argen-

& argentum ponebatur in thesauris Domini. Sic. n. fuit in vrbe Iericho, quę subiecta fuit anathemati, & non acceperunt Israelitę quidquam de vrbe, sed omne aurum, & argentum, ęs, & ferrum in thesauris Domini posita sunt Iosue 6. Et ille qui accepit regulam auream occisus est Iosue 7. Ad rationem primam in contrarium dicendum, quòd licebat applicari cultui Dei, & vsibus humanis aurum, & argentum, quod possidebatur ab idolatris: dum tamen de ea nõ facta essent idola, vel vasa pro ministratione idolorum. Et quod objcitur Deuter. 7. non loquitur de rebus idolatrarum, sed de auro, & argento, de quo erant facta idola. Et cum dicitur, quòd si non licebat Israelitis accipere ista, a fortiori non liceret transferri in cultum Dei, non est verum, quia interdum aliquę res idolatrarum non erant licitę ad vsus Israelitarum, & licebant ad cultum Dei. Sic erat in rebus acceptis de ciuitatibus subiectis anathemati, sicut fuit in Iericho, quia omnia vasa aurea, & argentea posita sunt in thesauris Domini, & nihil licuit accipere Israelitis. Ad secundum dicendum, quòd illud quod habetur Deuter. 13. nõ intelligitur de quibuscunque idolatris, sed solum de Israelitis, quando conuertebantur ad idolatriam. Nam si pauci de Israelitis colerent idola in aliqua vrbe illi lapidandi erant: Deuter. 17. Sicut tota ciuitas, vel maior pars eius hoc faceret, & cum publicè fieret, nullus illud puniret, tenebantur alij Israelitę pugnare contra illam vrbem, & occidere viros, & fœminas, & paruulos, & iumenta, & generaliter omnia iumenta, & deinde omnia cremanda erant cum ipsa vrbe, nec licebat cuiquam accipere quidquam de vrbe, sed ibi omnia cremabantur, & in æternum manebat locus ille sine habitatione Deuter. 13. Istud tamen non fiebat, quando Israelitę pugnabant cõtra Gentiles Idolatras, quia illi non susceperant legem Dei, ideo non puniebantur ab Israelitis tãquam idolatrę, sed tamquam hostes, vnde licebat accipere omnia, quę illi possidebant in prędam, quia de hostibus victis pręda obtinetur. Quòd autem fieret tanta æquitas in vrbibus Israelitarum idolatrarum erat in detestationem criminis, quia idolatria est maximum crimen. Etiam quia Deus volebat nimis punire istud delictum, ne aliqui ad illud assuefierent. Dauid autem accipiebat nunc aurum, & argentum de Gentilibus idolatris, ideo non obstabat illud, quin applicari posset Domino, & etiam vsibus humanis.

Ad tertiam dicendum, quòd non licebat accipere de manu idolatrarũ aliqua munera ad cultum Dei, si illa munera essent ad sacrificandum, scilicet, animalia, vel panes, quę immediatè ponerentur in sacrificio, quia ista reputabantur tunc corrupta, & contaminata, & de hoc intelligitur Leuit. vigesimosecundo. De manu alienigenæ, non offeretis panes Deo vestro, & quidquid aliud dare voluerit. Nam non solum hoc, sed etiam non licebat ipsis Gentilibus introire in Sanctuarium Domini: Ezechielis quadragesimoquarto. & Actuum vigesimoprimo. licebat tamen Gentilibus offerre aurum, & argentum, & quamcunque rem, quæ per se non ponerentur in sacrificio, sed vt ex illa emerentur sacrificia, vel fabricaretur aliquid in templo. Sic patet de Seleuco rege Celessyriæ, qui dabat de redditibus suis omnes expensas necessarias in sacrificijs, vt patet secundo Machabęo. tertio. Sic etiam rex Artaxerses faciebat, dans de ęrario suo vsque ad talenta centum argenti, & centum battos vini, & centum battos olei, & centum choros frumenti, & omne quod pertinebat ad ritum Dei, primo Esdrę 7.

Quod cũ audisset Tou rex Hemath percussisse videlicet Dauid omnem exercitum Adarezer regis Soba, misit Adoram filium suum ad regem Dauid, vt postularet ab eo pacem, & congratularetur ei, eo quòd percussisset, & expugnasset Adarezer, aduersarius quippe erat Tou Adarezer.

Quod cum audisset. Ponebatur supra bellum, quod habuit Dauid cum Adarezer, hic ponitur exultatio, quam habuerunt quidam hostes Adarezer, quia victus est, & dicitur: Quod cum audisset Tou rex Hemath. Scilicet, audiuit iste Tou, quòd Dauid vicerat Adarezer. Erat iste Tou rex in Syria: nam Syria est magna prouincia, & in ea sunt multi reges, quorum hic ponuntur tres, scilicet, Adarezer, & Tou, & Syrus Damascenus, qui vocabatur Benadad. Et isti dominabantur in diuersis partibus eius, scilicet, Adarezer in Soba, & Tou in Hemath, quæ erat quędam ciuitas magna, & Metropolis regni. Benadad autem in Damasco.

Percussisse videlicet Dauid omnem exercitum Adarezer regis Soba. Istud audiuit Tou videlicet, quod Adarezer victus fuerat, & Dauid occiderat omnem exercitum eius. Et patet hoc, quia supra dicitur, quòd cepit mille quadrigas eius, & septem millia equites, & viginti millia peditum, & omnes istos occidit, nec refertur habuisse Adarezer maiorem exercitum.

Misit Adoram filium suum ad regem Dauid. Iste Adoram erat primogenitus Tou, & misit eum pater suus ad Dauid, vt peteret pacem, & multas diuitias tulit iste Adoram ad Dauid, sicut dicitur secundo Regum octauo, scilicet. Et in manu eius erant vasa argẽtea, & aurea, & ærea, quæ, & ipsa sanctificauit rex Dauid Domino, cum argento, & auro, quę sanctificauerat de vniuersis gentibus, quas subegerat. Sciẽdum autem, quòd ista historia ponitur secundo Regum octauo. Et tamen aliqua ponuntur ibi, quę subticentur hic, sicut est istud de muneribus, quæ tulit Adoram filius Tou ad Dauid, & alia eorum, quæ ponuntur sunt mutata. Nam ibi dicitur, & potuit Dauid prędium Damasci, hic autem dicitur. Et posuit milites in Damasco, eadem sententia est. Etiã dicitur hic, quòd tulit Dauid Pharetras aureas, quas habuerant serui Adarezer. Et significatur ibi plus quàm hic, quia ponuntur ibi torques aureę, quę erãt ornamenta colli, scilicet, circuli positi in collo, scilicet, facti de auro. Et istos portabant serui Adarezer ad ornatum, & excellentiam magnam, eo quòd erãt familiarissimi regi. Dicitur etiam quòd habebant arma aurea, scilicet, Pharetras, quæ nominantur hic, & alia arma, de quibus non fit mentio. Etiam ista nomina vrbium Adarezer sunt mutata, quia hic vocantur Tebath, & Echin, ibi autem vocantur Bethe, & Beroth. Etiam filius Tou regis, qui vocatur hic Adoram, vocatur ibi Ioram, & hoc fortè erat, quia vrbes erant binomię, vel quia liber Regum fuit scriptus a Ieremia, vt declaratum est in Prologo super istum librum. Et fortè inter tempus vtriusque mutata sunt nomina istarum vrbium. De filio autem regis Tou, dicẽdum est, quòd erat binomius, & sic ponitur hic vnum nomen eius, & ibi aliud, sicut fit de multis alijs. s. de Iacob, & Esau, & Isai, & Petro, qui in varijs locis Scripturę diuersa nomina habent, vt sępe dictum est.

Vt postularet ab eo pacem. Dicit. n. Iosephus 8. Antiqt. ꝙ iste Tou erat propinquus terrę Adarezer, & timuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

muit fortè, quòd ſicut Dauid deſtruxerat exercitum Adarezer, ita deſtrueret regnum ſuum, miſit ergo filium ſuum ad petendum pacem a Dauid, & obtulit ei munera multa, vt placaret ipſum. *Et congratularetur ei eo, quòd expugnaſſet, & percuſſiſſet Adarezer.* Magnas. n. gratias agebat Tou ipſi Dauid, qui expugnauerat Adarezer, quia in hoc contulerat ei magnum beneficium.

Aduerſarius quippe Tou erat Adarezer. Redditur cauſa quare Tou fertur congratulari Dauid de occiſione Adarezer, ſcilicet, quia Tou erat hoſtis Adarezer, & erant inter eos bella, nunc autem debellato Adarezer ceſſaret pugna inter eos, eo quòd Adarezer non habebat iam aliquem exercitum, quo vteretur ad bellum cõtra Tou, quia Dauid occiderat totum exercitum eius, vt patet in litera. Erãt autem inter eos inimicitię, quia erant reges confines, & confines ſolent ſibi inuicem nocere propter multa ſcandala, quæ accidunt in communicatione, & patet hoc, quia Tou erat rex vrbis Hemath, vt patet in litera, & Adarezer erat rex Soba, quę eſt in regione Hemath, vt etiam patet in litera. Ideo habebant magnam occaſionem hoſtilitatis,

An peccauerit Tou gaudens in occiſione exercitus Adarezer.
Quæſt. XXV.

QVAERITVR An peccauit Tou, quia gauiſus eſt de occiſione exercitus Adarezer, & cõgratulatus eſt Dauid propter hoc. Aliquis dicet, quòd ſic, quia gaudere de morte alicuius eſt gaudere de malo. Gaudium tamen de malo ſemper eſt peccatum, ideo non reperitur in eo magis, & minus, & medium, ſed ſemper eſt malum, ſic ait Ariſto. Ethic. 2. Vbi dicit, quòd quædam ſunt, quę mox nominata malitia ſunt conuoluta. Et ponit exemplum, ſicut gaudium de malo. Item Cato ait.

Morte repentina noli gaudere malorum.

Et ſic contra mores eſt, quòd aliquis gaudeat de morte alterius. Reſpondendum eſt, quòd iſte Rex Tou poterat hic licite gaudere, quia ipſe non gaudebat de morte hoſtis ſui, quia non erat mortuus, ſed gaudebat de exercitus ſui deſtructione, nec gaudebat hic directè de deſtructione exercitus, ſed de vtilitate, quę proueniebat ei exercitu perdito. Nam quãdiu Adarezer habebat exercitum, non erat in pace Tou, quòd Adarezer, qui erat hoſtis ſuus perſequebatur eum, ſed quilibet naturaliter deſiderat quietem ſuam, & licitum eſt illam deſiderare. Ideo licebat ei gaudere de deſtructione exercitus Adarezer: non inquantum per hoc proueniebat malum ipſi Adarezer, ſed inquantum per hoc ipſe acquirebat qȝ tem, quam aliàs non videbatur poſſe habere.

Sed & omnia vaſa aurea, & argentea, & ęnea conſecrauit Dauid rex Domino cum argento, & auro, quod tulerat ex vniuerſis gentibus tam de Idumęa, & Moab, & filijs Ammon, quâm de Philiſthiim, & Amalec. Abiſai verò filius Saruię percuſſit Edom in valle Salinarum decem, & octo millia, & conſtituit in Edom præſidium, vt ſeruiret Idumæa Dauid. Saluauitque Dominus Dauid in cunctis, ad quæ perrexerat.

Sed & omnia vaſa ænea, aurea, & argentea conſecrauit rex Dauid Domino. Intelligitur de omnibus vaſis, quæ obtulit ipſi Dauid Adoram filius Tou. Nam multa dedit ei, vt patet 2. Reg. 8. Et omnia illa conſecrauit Dauid Domino, ſcilicet, vouit, quòd illa eſſent ad cultum eius pro ædificatione templi, & vaſorum. Nam ipſe parauit omnes impenſas in auro, argento ferro, & ęre pro Sanctuario, vt patet infra 22.

Cum argento, & auro quod tulerat ex vniuerſis gentibus. Ideſt, etiam cõſecrauerat argentum, & aurum quod acceperat de omnibus gentibus, contra quas pugnauerat. Nam intentio Dauid fuit ſemper exaltare cultum Dei quantum poſſet, & ad hoc cogitauit ei facere templum, & ob hoc omnes diuitias, quas acquirebat in bellis ſeruabat pro ędificatione templi, ipſe autem viuebat de redditibus regni ſui, qui magis erãt ei ſufficientes ad ſuſtentandũeum, & ſuperabũdandũ.

Tam de Idumæa, & Moab, & filijs Ammon. De omnibus autem iſtis gentibus acquiſiuit Dauid diuitias magnas, quia contra omnes illas fecit bella, contra Idumęos autem fecit bellum, quando ſubiecit ſibi Idumęos in tributarios, & conſtituit præſidium in Ebdõ, vt ſeruiret Idumęa Dauid ȝ. in litera. Occiderat enim tunc Abiſai ſeruus Dauid decem, & octo millia Idumæorum, vt patet in litera, & 2. Reg. 8. Miſit quoque Dauid Ioab ad Idumęam, & occidit omnes maſculos terrę Ebdon, vt patet 2. Reg. 11. Pugnauit aũt Dauid contra Moabitas ante hoc, quando menſus eſt duos funiculos in terra Moab vnum ad occidendum, & alium ad viuificãdum. 2. Reg. 8. Et fecit tunc ſibi Idumęos tributarios. Pugnauit autem cõtra Ammonitas quando Ioab, & Abiſai iuerunt ad pugnandum contra filios Ammon pro iniuria, quam ſuſceperant filij Dauid infra 20. & 2. Reg. 1.

Quâm de Philiſthiim, & Amalec. Pugnauit Dauid ꝯ Philiſthinos ſępiſſime. Nam priuſquam eſſet rex, & viueret cum Saule occidit multos Philiſthinos, quia ipſe faciebat omnia bella Iſraelitarum cõtra Philiſthinos. 1. Reg. 18. & 19. Et deinde cum fugeret a facie Saulis ẽt pugnauit ꝯ Philiſthinos, ꝙ diripiebant areas vrbis Ceilę. 1. Reg. 13. Poſtquam aũt factus eſt rex ſuper totum Iſrael, pugnauit bis ꝯ Philiſthinos in principio regni ſupra 14. Deinde habuit aliquantam quietem, & rurſus redijt ad bellandũ contra Philiſthinos, & tunc abſtulit frenum tributi de manu eorum 2. Regum 8. Et abſtulit vrbẽ Geth cum filiabus ſuis ſupra in litera. Et in iſtis bellis egit magnas prędas in Philiſthinis. Pugnauit etiam contra Amalecitas, & iſtud fuit antequam eſſet rex, ſcilicet, quando erat in terra Philiſthinorum. Nam quando erat in acie cum Philiſthinis contra Saulem, venerunt Amalecitę, & prędati ſunt vrbem Siceleg, in qua erant vxores Dauid, & virorum ſuorum, & omnia bona eius, & ſuccẽderũt eam. Ipſe autem veniens inuenta vrbe ſuccenſa perſecutus eſt Amalecitas, & occidit oẽs prędictos qui euaſerunt in camelis. Cepitque prędam magnam 1. Reg. 30. *Abiſai verò filius Saruię.* Iſte Abiſai erat frater Ioab principis militię Dauid, habebat namque Dauid duas ſorores, ſcilicet, Abigail, & Saruiam, habuit Sauruia tres filios, ſcilicet, Ioab, Abiſai, & Aſael. Abigail autem habuit vnum filium, ſcilicet, Amaſan ſupra 2. Et iſte Abiſai frater Ioab fuit ſtrenuus vir in bellis, & ipſe erat princeps exercitus interdum cum Ioab, ſicut patet ſecundo Regum decimo, & ſequenti cap. & nunc fecit eum Dauid principem exercitus ꝯ Idumęos, vt patet in litera & 2. Reg. 8. Erat. n. vir aĩoſus: nam ipſe ſolus deſcendit cum Dauid in caſtra Saulis, vbi erant tria millia virorum, & voluit percutere Saulem lancea, primo Regum 26. Ipſe quoque fuit primus inter triginta viros fortes

fortes Dauid, ſecundo Regum vigeſimotertio. & ſupra vndecimo. & ipſe fuit princeps inter illos viros, qui venerunt ad Dauid, quando erat in Preſidio, & dixit, tui ſumus o Dauid, & tecum fili Iſai, ſupra duodecimo. Ipſe quoque liberauit ſemel Dauid a morte, quando quidam gigas Philiſthinus nitebatur occidere Dauid deficientem iam viribus. ſecundo Regum vigeſimoprimo.

Percuſſit Edom in valle Salinarum. Ideſt, pugnauit cõtra Idumæos, & percuſſit eos in valle Salinarum. i. in quadam valle vbi erat Sal. Erat enim Dauid intentus multis bellis ſimul, & non poterat ire ad omnia. Ideo miſit Abiſai principẽ belli ꝓtra Idumęos. *Decem & octo millia.* Iſtos occidit, & reliqui fugati ſunt.

Et conſtituit in Edom præſidium. Ideſt, poſuit milites in Idumæa ad cuſtodiendum fortalicia eius, vt terra non rebellaret Dauid.

Vt ſeruiret Idumæa Dauid. Ideſt, vt ſeruiret ei ſub tributo. Nam volebat Dauid facere omnes iſtas gentes tributarias, ſic dicitur, ſecundo Regum octauo. Et poſuit in Idumęa cuſtodes ſtatuitque præſidium, & facta eſt vniuerſa Idumęa ſeruiens Dauid.

Saluauitque Dominus Dauid in cunctis, ad quæ perrexerat. Ideſt, ſeruauit eum a periculis in omnibus bellis, quæ fecit. Iſtud dicitur, quia Dauid fecit hic multa bella contra multas gentes fortes, & in nullo eorum victus eſt, nec perdidit exercitum, nec paſſus eſt quicquam mali. Iſtud autem non poterat eſſe, niſi Deus ſpecialiter cooperaretur ei. Ideo dicitur, quòd ſaluauit eum Dominus in cunctis, ad quæ perrexerat.

De modo conſecrationis circa ea, quæ conſecrauit Dauid Domino. *Quæſt. XXVI.*

QVAERITVR Circa id quod dicitur hic, ꝙ conſecrauit Dauid Domino totum aurum & argentum, quod habuit de gentibus, contra quas pugnabat, quomodo fiebat iſta cõſecratio, & an licebat Dauid vti rebus iſtis cõſecratis.

Reſpondendum eſt, quòd in iſta cõſecratione nõ fiebat aliqua cęremonia, ſed ſolum vouebat quis aliquam rem Deo, & per hoc dicebatur ei conſecrata, ſic patet Leui. vlti. vbi agitur de iſtis votis, & conſecrationibus. Sic Dauid intendens ædificare templum Domino, congregabat aurum, & argentum, & alias materias pro iſta ædificatione, & vouebat omnia hęc dare Deo, q̃ per hoc dicebantur eſſe cõſecrata. Cùm autem quęritur an licebat Dauid vti iſtis ad aliquem vſum poſtquam conſecrabat illa Deo. Dicendum eſt ꝙ aut iſta applicabantur immediatè vſibus diuinis, aut non. Si applicabantur, non licebat Dauid transferre illa ad alios vſus, vtpote ſi de iſto auro, vel argẽto fierent aliqua vaſa ad miniſtrandum coram Domino, quia poſtquam ſemel miniſtraretur in eis coram Domino, non licebat cuiquam hominum reducere illa ad vſus ſuos. Si autem non applicabantur illico ad cultum Dei, licebat Dauid applicare illa ad vſus ſuos, dum tamen non alienaret ea, vt manerent ſemper pro Domino. Conſiderandum pro hoc per hoc quòd aliquis aliquam rem vouebat Domino ab dicebat a ſe proprietatem eius, & transferebat illam in Deum, ſiue in Sanctuarium. Et quia alienare non pertinet niſi ad habẽtem proprietatem, cum per alienationem tradatur proprietas, & non poſſet quis trãſferre in alterum quod nõ habet in ſe formaliter, vel virtualiter, ideo cum quis aliquã re conſecrabat Deo, non poterat illam poſtea alienare, niſi fortè eſſet aliqua res, quę poſſet commutari, vel redimi. Nam Leuitici vlti. erant taxata precia rerum, vt ſiquis voueret ſeipſum, vel rem ſuam erat taxarum quantum debebat dare, & dando illud manebat homo liber, & res ſua. Et hoc verum eſt, niſi voueretur animal immolaticium, quia illud non poterat commutari pro meliori, vel peiori, & ſi commutaretur de facto vtrunque cedebat in ius Dei, aurum autem, & argentum erãt ipſęmet pecunię, & in eis non erat aliquid redimendum, & ideo poſtquam Dauid vouerat aurum, & argentum pro templo Domini, non videtur, ꝙ poterat commutari, & ꝓĩr non poterat Dauid alienare aliqd iſtorum, quæ vouebat Dño. Sciendum tñ, ꝙ in re eſt duplex ius. ſ. proprietas, & poſſeſſio, & vnum non dependet ex alio. Et ſic poteſt aliquis habere vnum nõ habendo aliud. Ex proprietate enim pendet poſſe alienare: ex poſſeſſione pendet vſus rei. Ideo quamquam vouens abdicabat a ſe proprietatem, tñ non abdicabat poſſeſſionem. Ideo licet non poſſet alienare, poterat vti re ad voluntatem ſuam. Si autem quis abdicaret a ſe vtrunque ius. ſ. poſſeſſionẽ, & proprietatem, nihil habebat in re. Ideo nec poterat alienare illam, nec vti ea ad aliquid. Iſtud autem erat ſi quis voueret rem Dño, & immediate trãsferret eã in poſſeſſionem cultus diuini. ſ. vt ex illa fieret aliqd ſacrum. ſ. vas ad miniſtrandum. Nam tunc cum nihil haberet in re illa nihil competebat ei de ea. Sciẽdum tñ, ꝙ nõ transferebatur res aliqua conſecrata Deo in poſſeſſionem cultus eius per hoc, ꝙ poneretur in Sãctuario, ſed per hoc, ꝙ applicaretur alicui miniſtrationi ſacræ, ſic patet de gladio Goliath, quem Dauid cõſecrauit Dño, & poſitum eſt in Sanctuario: nam erat inuolutum pallio poſt ephod. Et tamen petente Dauid gladium aliquem ad neceſſitatem ſuam cum nullũ haberet, dedit ei Achimelech ſummus Sacerdos gladium Goliath, primo Regum 21. Ita nunc ſi Dauid conſecraſſet Dño iſtud aurum, & argentum, & poſuiſſet illud in Sanctuario, ſi non fierent aliqua vaſa ſacra de eo ſemper poterat Dauid vti illo. Nã multa alia depoſita erant in templo in auro, & argento, tamen non efficiebantur ſacra, ſed reddebantur dñis ſuis cum illa peterent, ſicut patet de illo depoſito, quod ſeruabatur in templo. 2. Machab. 3. Dauid tamen non tranſtulit iſtud aurum, & argentum in tẽplum, ſed ipſe tenebat penes ſe, & tenuit vſque ad mortem, & tunc dedit omnia illa Salomoni, vt ex eis ędificaret templum Dñi. Ideo poterat vti interim eis ad voluntatem ſuam, dum tamen per vſum iſtarũ rerum non minueretur earum valor.

De veritate aliquorum verborum, quæ habentur hic, ſcilicet, quòd Dauid conſecrauit Domino &c.
Quæſt. XXVII.

QVAERITVR Vlterius quomodo dicitur hic, ꝙ Dauid conſecrauit Dño oẽ aurum, & argentum, quod habuit a filijs Moab, & Ammon, & Edom. Philiſthim, & Amalec, quia in hoc ꝓſupponuntur aliqua, quę non videntur eſſe vera. Nã Dauid nondum pugnauerat contra Ammonitas qñ factum eſt iſtud quod dicitur hic, ſed iſtud bellum poſtea fuit, vt patet infra 20. & 2. Regum 10. & 12. ẽt Dauid non pugnauit contra Ammonitas, ſed Abiſai, & Ioab. 2. Regum 10. & 12. Item ꝓſupponitur, quòd Dauid pugnauit contra Idumęos. & tñ vr, ꝙ non pugnauerit, quia Abiſai pugnauerit ꝯ eos, vt patet hic. Item ꝓſupponitur, quod Dauid conſecrauit totum aurum, & argentum, quod congregauit de omnibus regionibus, quę noĩanť hic pro templo Dñi ędificando. Et tñ ſaltem non vr hoc verum de eo, quod congregauit pugnando ꝯ Amalecitas, quia illud factum eſt antequam Dauid eſſet rex ſuper aliquod regnum ſcilicet, quando erat in terra Philiſthinorum, & pugnauit ꝯ Amalecitas, qui ſuccẽderant vrbem Siceleg

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Reg. 30. Et tamen Dauid nondum habebat intentionem ædificandi templum Domino, sed paulo ei ante hoc aduenerat. ſ. poſtquam fuit rex Iſrael. Nam ipſe dixit q̃n cepit hoc cogitare: Ecce ego habito in domo cedrina: arca aũt Dñi ſub pellibus eſt. præcedẽ. cap. & tñ Dauid non habebat domum cedrinam vſquequo Hiram rex Tyri miſit ei artifices, & ligna cedrina ad ædificandum domum ſupra 14. Et illud fuit poſtquam factus eſt rex ſuper totum Iſrael.

Rñdendum eſt, quòd Dauid congregauit de omnibus his gentibus aurum multum, & argentum, & æs, quia ſæpe pugnauit contra iſtas gentes, & omnia hæc, quæ in bellis lucratus eſt, conſecrauit Deo pro ædificatione templi, quia ipſe ſufficienter poterat ſuſtineri de redditibus regni ſui. Ad primum in contrarium reſpondendum, quòd verum eſt, quòd quando facta ſunt bella cõtra Syriam, de quibus hic maxime agitur, nondum facta fuerant bella contra Ammonitas, ſed poſtea fuerunt, vt patet infra 20. & 2. Reg. 12. Et tamen hic non tenetur ordo naturalis narrando ſemper, ſed aliquando fit anticipatio, & recapitulatio, vt teneatur ordo artificialis, & dicantur interdum ſimul ea, quę non facta fuerunt ſimul, vt declaretur id, quod conuenit hiſtorię. Iſtud autem potuit fieri faciliter, quia iſta nõ fuerunt ſcripta illico, vt facta ſunt, ſed Eſdras ſcripſit hæc multo tempore, ſcilicet, plus quàm per quadringẽtos annos poſtquam facta ſunt. Et ſic ſciebat omnia antequam quidquam ſcriberet, & poterat pręponere, vel poſtponere quodcunque ipſe vellet. Ad ſecundum dicendum, quòd falſum pręſupponitur in arguendo. Nam dicendo pugnauit perſonaliter contra Ammonitas, verum eſt enim quòd a principio bellum õ Ammonitas, & contra Syros adiutores eorum incęptum eſt per Ioab, & Abiſai duos duces belli, vt ſecundo Regum decimo, & duodecimo. Et tamen quando iam prope erat, vt caperetur ciuitas Ammonitarum, Ioab vocauit Dauid, vt veniret ad bellum, & caperet vrbem ne victoria attribueretur ipſi Ioab. ſecundo Regum duodecimo. & infra 20. Dato tamen quòd non pugnaſſet contra Ammonitas Dauid, ſed Ioab, dicebatur pugnare ipſe Dauid, eo quòd ex mandato Dauid pugnabat Ioab, & ille dicitur aliquid agere cuius mandato illud fit, cum autem dicitur, quòd non pugnauit Dauid contra Idumæos, ſed Abiſai. Dicendum, quòd dubiũ eſt, & declarabitur infra in quadam queſtione. Dato tamen, quòd non pugnaſſet Dauid, ſed Abiſai, quia ille pugnabat nomine Dauid, dicebatur pugnare Dauid. Aliter autem adhuc poterat reſponderi, quòd hoc non præſupponitur, quòd Dauid pugnauit contra iſtas gentes, ſed ſolum dicitur, quòd congregauit aurum, & argentum de iſtis gentibus. Poterat tamen congregare aurum, & argentum de iſtis gentibus non pugnando perſonaliter, ſed mittendo pugnatores, & pars prędę acceptę proueniret Dauid. Ad tertium dicendum, quòd Dauid congregauit aurum, & argentum de omnibus iſtis gentibus, & totum illud conſecrauit Domino pro fabricatione tẽpli, & ipſe pugnauit contra Amalecitas ſępe, quando erat in terra Philiſthinorum, & faciebat quotidie prędas, & bella, primo Regum 27. Etiam pugnauit iterum contra eos, quãdo ipſi ſuccenderunt Siceleg, eodem lib. cap. 30. Et aurum, & argentum inde congregatum conſecrauit Domino ad ædificationem templi. Non eſt tamen intelligendum, quòd conſecrauerit illico, vt pugnauit contra iſtas gentes Amalecitarum, ſed reſeruauit ſibi argentum illud & aurum, & poſtea quando incidit ei voluntas ædificandi templum Domini, conſecrauit ei aurum, & argentum quod acquiſiuit de Amalecitis cum auro, & argento, quod acquiſiuit de alijs gentibus: nam non fuit conſecratio, & acquiſitio ſimul. Credendum etiam eſt, quòd Dauid non ſolum conſecrauit Domino iſtud aurum, & argentum, quod acquiſiuit in bellis, ſed etiam multum de auro, & argento, quod ipſe acquiſiuit de redditibus regni ſui. Nam Dauid habebat magnum regnum, ex quo proueniebant ei multi redditus, & etiam ipſe erat vir nimis intentus circa opera agriculturæ, vt patet infra 27. Et ex his multa acquirebat, quę poterat Domino conſecrare ad ędificandum templum.

An fuerit licitum conſecrare Domino aurum, & argentum acceptum Amalecitis. Quæſt. XXVIII.

QVAERITVR Vlterius an licuit Dauid aurum & argentum accipere de Amalecitis, & conſecrare illud Domino. Aliquis dicet, quòd non, quia Deus ſubiecerat interdicto omnia, q̃ erãt in terra Amalecitarum. Iuſſit enim quòd omnia viuentia occiderentur vſque ad pecora, & nihil concupiſcerent Iſraelitę de illis, quæ erant in terra Amalec, ſed omnia deſtruerent, 1. Regum 15. Nulli tamen licebat accipere aliquid de terra, vel ciuitate ſuppoſita anathemati. Aliquis reſpondebit, quòd verum eſt, q̃ non licebat Dauid accipere aliquid de illis, quæ erant in terra Amalec pro ſeipſo, & tamen licebat accipere illud ad conſecrandum Domino. Sic patet de anathemate Iericho, in quo nulli Iſraelitarum licuit accipere quicquam de præda. Et ille, qui cepit regulam auream lapidatus eſt Ioſue 7. Et tamen aurum, & argentum, & æs, & ferrum poſita ſunt in theſauris Domini Ioſue 6. ſic poſſet facere Dauid. Sed dicendum eſt, quòd hoc non ſtat, quia in terra Amalecitarum magnum anathema fuit poſitum, ſicut ponebatur in ciuitatibus Iſraelitarum idolatrarum, ſcilicet, quia ibi non licebat aliquid accipi pro Deo, vel ad vſum Iſraelitarum, ſed omnia cremanda erant cum vrbe: Deuterono. 13. hoc apparet, quia Saul occiſis Amalecitis ſeruauit multa pecora ad offerẽdũ Deo, & tamẽ diſplicuit nimis Deo de hoc, & propter iſtud priuatus eſt regno, vt patet primo Reg. 15. Ideo etiã nec liceret Dauid ex hac parte pro Deo accipere aurum, & argentum de terra Amalec. Secundo patet, quia ſic non liceret Dauid aliquid accipere pro ſeipſo de terra Amalecitarum, & tamen accepit multa, quia quando ipſe erat in terra Philiſthinorum cum Achis rege Geth ſæpe introibat in terrã Amalecitarum, & prædabatur in ea, & faciebat ſtragem niminiam primo Regum vigeſimoſeptimo. Et tamen non peccauit Dauid, vt probatum eſt ibidem.

Reſpondendum, quòd licuit Dauid accipere de terra Amalecitarum, quidquid poſſet, tam pro ſe, quàm ad conſecrandum Deo. Quod patet, quia cuicunque licet occidere, & prædari hoſtem ſuum, quando eſt iuſtum bellum, niſi lex ſpecialiter in caſu illo aliud determinet, & tamen Amalecitæ erant hoſtes Dauid, & totius Iſrael, & lex non obligabat eum ad aliquem modum determinatum habendum contra eos. Ideo poterat prædari, & facere quodcũque vellet. Cum autem obijcitur, quòd non licebat aliquid accipi de terra Amalecitarum, ſed omnia delere, dicẽdum, quòd illud fuit pręceptum perſonale, quod ſoli Sauli datum eſt, & eis qui cum eo erant. Ideo alij non obligabantur ad hoc. Etiam fuit aliud pręceptum tpale, quia datum fuit pro certo tempore. ſ. pro illo quo Deus miſit Saulem ad pugnãdũ ? Amalecitas: ideo ſi ante hoc voluiſſet Saul pugnare contra Amalecitas, vel poſt hoc, cum iam ſemel pecauiſſet, non obligabatur omnia delere, ſed licebat ei prædari

prædari quidquid poſſet. Hoc autem patet, quia iſtud præceptum datum fuit ſolum pro illa vice, vt colligitur ex verbis primo Regũ 15. & ſic non obligabat alijs temporibus. Sed aliquis obijciet, quòd, hoc non obſtante, obligaretur Dauid non accipere quidquam de terra Amalecitarum, quia licet iſtud præceptum fuerit perſonale, aliud fuit generale ad totum Iſrael: Deuteronom. 25. Et per illud obligaretur Dauid ad nihil accipiendum de terra Amalec, quia nomen gẽtis illius delendum erat, & non tantum prędari contra illam gentem. Reſpondendum dupliciter vno modo, quòd illud præceptum fuit datum ad totum Iſrael ſimul, vt erat populus, & non ad perſonas priuatas, vt erant priuatæ: Dauid autem, quando pugnabat contra Amalecitas: primo Reg. 27. & 30. erat perſona priuata, quia nondum erat rex ſaltem quantum ad poſſeſſionem. Ideo non obligabatur quantum ad illud præceptum. Secundo dicendum eſt, & melius, quòd ſiue Dauid eſſet perſona priuata, ſiue rex, poterat prædari de terra Amalecitarum, quia illud præceptum ſolum obligabat Iſraelitas ad delendum Amalecitas, & non ad aliquid aliud, poterant autem deleri occidendo ipſos, & prædando. Quòd autem præceptum fuerit Sauli, quòd ipſe demoliretur terram Amalec, & nihil concupiſceret de terra illa, ſed omnia deſtrueret, fuit modus ſpecialis agendi impoſitus, & ideo non obligabat Dauid nec aliquem alium.

De quibuſdam verbis, quæ habentur hic, & 2. Reg. cap. 8. quòd Abiſai occidit, &c. Quæſt. XXIX.

QVAERITVR vlterius circa hoc, quòd hic dicitur, quòd Abiſai occidit de Moabitis decem, & octo millia virorum, & 2. Regum 8. vbi ponitur iſta hiſtoria, dicitur, quòd Dauid cum reuerteretur capta Syria fecit ſibi nomen in valle Salinarum cęſis duodecim millibus, & in hoc eſt magna diuerſitas. Primo quia hic videtur, quòd Abiſai pugnauerit contra Idumęos. & ibi, quòd pugnauerit Dauid. Secundo quia eſt differentia in loco: nam hic dicitur in valle Salinarum, & ibi dicitur in Gebelem. Tertio quia eſt differẽtia in ſumma occiſorum, quia hic ponuntur decem, & octo millia, & ibi ponũtur duę ſummæ, ſcilicet, duodecim millia in valle Salinarum, & viginti tria millia in Gebelem. Reſpondet hic Nicolaus, quòd bellum iſtud, & illud idem eſt, & tamen eſt differentia, quia hic nominatur Abiſai, & ibi Dauid. Dicit autem, quòd ſecundum veritatem Abiſai fecit iſtud bellum, & tamen attribuitur Dauid, quia ipſe erat rex, & Abiſai erat ſeruus eius, vel quia Abiſai fecit hoc præcepto Dauid, & illud agere dicimur, quòd alijs facere iubemus. Sed dicendum, quòd hoc non ſufficit, quia ſolum tollit vnam difficultatem, ſcilicet, de diuerſitate bellatoris, ſed alias duas de diuerſitate ſummę, & loci non tollit. Dicendum eſt, quòd illud, quod dicitur 2. Regum 8. ſcilicet, quòd fecit ſibi Dauid nomen in valle Salinarum occiſis duodecim millibus, poteſt intelligi multiplicifer, vno modo, quòd Dauid nõ pugnauit contra Idumęos, ſed Abiſai loco eius, & quando dicitur, quòd fecit ſibi nomẽ in valle Salinarum, intelligitur, quòd erexit ibi fornicem triumphalem, & fecit ibi figurari aliqua geſta ſua, & quia ille fornix retinebat memoriam geſtorum Dauid, dicebatur nomen eius, ideſt fama ſua. Et cum dicitur occiſis duodecim millibus, non eſt intelligendum, quòd occidit illa duodecim millia in valle Salinarum, ſed quòd occidit alibi, & venit per vallem Salinarum, quæ eſt in terra Idumęę, fecitque ſibi nomen ibi, ſcilicet, erigendo fornicem triumphalem. Secundo modo poteſt intelligi, quòd Dauid fecit ſibi nomen, ideſt, fornicem triumphalẽ, vel famam acquiſiuit in valle Salinarum occiſis duodecim millibus, ſcilicet, in ipſa valle, & tamen dicemus, quòd vallis Salinarum iſta non erat in Idumęa. Et ſic differt ab illa, in qua Abiſai occidit decem, & octo millia, quæ erant in Idumęa. Et iſtud ſatis veriſimile eſt: nam multæ ſunt valles Salinarum, quia vbicunque ſit Sal vocatur vallis Salinæ, quia communiter Sal ſit in vallibus, ꝓpter aquas ex quibus fit, quæ in vallibus ſunt. Tertio modo poteſt dici, quòd Dauid fecit ſibi nomen in valle Salinarum, occidendo ibi duodecim millia virorum. Et quòd vallis Salinarum ſit in terra Edom, & quòd in eadem valle Abiſai occiderit decem, & octo millia virorum. Et ſic dicetur, quòd fecerint duo bella in terra Edõ vnũ Dauid, & alterum Abiſai, & vnum ponitur hic, & alterum. 2. Reg. 8. Quarto poteſt dici, quòd Dauid fecit nomen in valle Salinarum, ideſt, acquiſiuit famam occidendo duodecim millia, ſed iſta non fuerunt occiſa per ipſum, ſed per Abiſai, quia tamen erat ille ſeruus Dauid, & fecit ex mandato eius dicebatur ipſe feciſſe. Ponuntur tamen hic decem, & octo millia, & 2. Reg. 8. duodecim millia, quia ibi ponitur minor ſumma, & hic ſuppletur, & tamen eadem res fuit iſta, & illa, quis tamen iſtorum modorum ſit verior poſſet dici, quòd tertius, de hoc tamen magis declaratiſ eſt. 2. Reg. 8. de viginti tribus millibus occiſis in Gebelem non eſt aliquod argumentum contra prædicta eo, quòd iſtud fuit quoddam bellum factum ſpeciale in Gebelem, in quo Dauid occidit viginti tria millia virorum, & fecit ſibi nomen, & iſtud nullo modo pertinet ad Abiſai, & tamen an Gebelem ſit in terra Idumęæ, vel extra non apparet.

An iuſtum fuerit, quòd Dauid ſubijceret ſibi Idumæos. Quæſt. XXX.

QVAERITVR vlterius an Dauid potuit licite ſubijcere ſibi Idumæos in tributarios.

Reſpondendum eſt, quòd ſic, quia ipſe habuit iuſtam cauſam pugnandi cõtra illos: erant enim Idumæi confines terræ Iſrael: nam ex parte Meridiana terra Edom tangit terram Iſrael: Num. 34. & Ioſue 15. & regna vicina interdum ſibi inferunt moleſtias, & habent cauſas pugnandi mutuo, quando tamen aliquis habet iuſtum bellum contra aliquam gentem, poteſt occidere, & prædari, & ſubijcere in ſeruitutem, vel in tributum, aut facere quidquid voluerit, niſi a lege diffiniatur certus modus in illo caſu, ſic autem fuit in bello contra Idumęos: nam non obligabatur Dauid ad certum modum agendi ex lege, ideo poterat facere, quod vellet: non enim erant Idumæi de ſtirpe Chananęorum ad hoc, quòd Dauid obligaretur occidere omnes, & nulli parcere, ſed erant cognati Iſraelitarum, & vocantur fratres eorũ Deuteronom. 23. ſcilicet. Non abominaberis Idumęum, quia frater tuus eſt. Et iſtud erat, quia Iſraelitæ, & Idumæi deſcenderunt a duobus fratribus, ſcilicet, Iſraelitæ a Iacob, & Idumæi ab Eſau, vt colligitur Geneſ. 25. Cum dicitur, quòd duæ gentes erant in vtero Rebeccę, ſcilicet, duo pueri, a quibus deriuarentur duæ gentes. Fecit autem Dauid bellum contra Idumæos in campo, & ſuperauit illos, ideo poterat occidere eos, ſi vellet, vel ſubijcere tributo, quia lex, quæ habetur Deuteronom. 20. de offerendo pacem, ſolum intelligitur quando pugnatur contra vrbem, & non quando pugnatur in campo, vt patet ibidem, fecit autem Dauid magnam ſtragem in terra Idumęorum, quia occidit omne maſculinum eius, vt patet

Universidad de Deusto
Biblioteca

patet 2.Reg.10.fecit tamen Dauid vnum ſpeciale in terra Edō, ſcilicet, quòd fecit ſepe liri omnes, quos occiderat eodem capitu.& non faciebat hoc quando pugnabat contra alias gentes. Iſtud quod fecit nunc Dauid, prænunciatum fuerat ex multis temporibus ante hoc, ſcilicet, antequam naſcerentur conditores iſtorum populorum, ſcilicet, Iſraelitici, & Idumęi. Nam quando Rebecca geſtabat in vtero Eſau, & Iacob, collidebantur paruuli, & conſuluit Dominum ſuper hoc,& ille ait, quòd duę gentes erant in vtero eius,& duo populi diuiderentur ex ventre, & maior minori ſeruiret: Gen.25. Maior autem erat Eſau, qui prius natus eſt, quamquàm in eadem hora nati fuerint Iacob,& Eſau eodem capitu.& populus Idumęo rum deſcendens ab Eſau ſeruiuit nunc minori, ſcilicet, populo Iſraelitarum. Etiam Gen.27. in benedictione Eſau dixit ei Iſaac pater ſuus: viues in gladio,& fratri tuo ſeruies, & iſta ſeruitus fuit nunc ſoluendo tributa.

Dd ſeruitute, quam habuerunt Idumæi.
Quæſt. XXXI.

QVAERITVR Vlterius de iſta ſeruitute tributorum, quam impoſuit nunc Dauid ſuper Idumęos, quanto tempore manſerit, vel quomodo ſe habuerit.

Reſpondendum eſt, quòd Dauid ſubiecit ſibi Idumæos in tributarios in illis bellis,& Etiam Moabitas, & Syros,& alias gentes, vt patet hic in litera in 2.Re. 8. Tributum autem impoſitum ſuper Syros pauco tempore manſit, ſaltem non videtur manſiſſe poſt mortem Dauid, eo quòd Syri erant multi, & potentes, & non poſſent reges ſucceſſores Dauid defendere ſemper iura tributorum, quæ Dauid acqiſiuiſſet in terra illa: de tributis tamen impoſitis ſuper Idumęos, & Moabitas, dicendum, quòd multo tempore manſerunt, etiam poſt mortem Dauid: nam ſucceſſores eius habuerunt iſtas gentes ſibi in tributarias. Salomon enim ſucceſſit Dauid, & in tempore eius tam Moabitæ, quàm Idumęi ſoluerunt tributa ſolita, quia Salomon erat valde potens,& manebant Idumęi, & Moabitæ valde confracti ex oppreſſionibus, quas fecerat Dauid: ideo non potuerunt tempore Salomonis rebellare: verum eſt tamen, quòd Idumęi voluerunt aliquo modo rebellare: nam quidam Idumęus de ſemine regio nomine Adad fugit in Aegyptum, quando Dauid occidit omnē maſculum in terra Idumęæ,& manſit ibi ſemper dum viueret Dauid, quo mortuo audiuit hoc Adad in Aegypto, & voluit regredi in Idumęam.& iſte concitauit aliquo modo populum Idumęorum contra Salomonem, & in ſenectute ſua Deus ſuſcitauit ſibi illum in hoſtem propter peccata eius,& faciebat ille aliquas prædas,& offenſiones in terra Iſrael: tamen non potuit penitus auferre, quin Idumęi ſeruirēt Salomoni ſub tributo: poſtea ſucceſſit Roboam filius Salomonis in regno, & tempore huius etiam manebāt Moabitæ, & Idumęi tributarij Iſraelitarum: & tamen diuiſum fuit regnū in diebus eius, quando ipſe conſtituendus erat in regem in Sichem. 3.Reg.12.& duę tribus manſerunt ei, ſcilicet, Iuda,& Beniamin, & decem acceperunt in regem Ieroboam,& tūc etiam diuiſę fuerint iſtę duæ gētes tributarię, ſcilicet, Moabitę,& Idumęi: nā Moabitæ manſerunt tributarij regis Iſrael, qui regnabat ſuper decem tribus, & Idumęi manſerunt tributarij regis Iuda, qui regnabat ſuper duas tribus, & hoc factum eſt ex conuentione, ſcilicet, quia iſti duo reges diuiſo regno conuenerunt inter ſe, quòd diuiderent tributarios, vel ſorte factum eſt hoc viribus, quia Idumęi ſunt coniuncti ſortis Iudę in latere Meridiano,& orientali aliqualiter, vt colligit Ioſue.15. Moabitę aūt ſunt ꝓiūcti terrę duarū tribuū, & dimidię, quę eſt vltra Iordanē, & pertinebat ad regem Iſrael: i deo rex Iuda defendit ſibi Idumęos in tributarios, & rex Iſrael defendit Moabitas: manſerunt autem Moabitæ tributarij regum Iſrael multo tempore, ſcilicet, vſque ad regem Ochoziam filium Achab, vt patet 4.Reg. primo, ſcilicet, tempore Ieroboam primi regis Iſrael: poſt diuiſionem regni,& tempore Madab filij eius,& Baaſa, & Ela, & Zamri,& Amri,& Acab, qui fuerūt ſeptem reges: de quibus habetur. 3.Reg.a.12. capitu. vſque ad vlti. Mortuo autem Achab præuaricatus eſt Moab in Iſrael. 4.Reg. primo, ideſt violauit fidē, quā dederat de ſoluendo ſemper tributa, & quia Achab erat rex potens tempore eius, nunquam auſi fuerunt Moabitæ negare tributa, ſed mortuo eo,& ſuccedēte filio ſuo Ochozia illico negauerunt eod. cap. Erant autem magna tributa, quæ quolibet anno rex Moab dabat regi Iſrael, ſcilicet, quolibet anno dabat ſibi centum millia agnorum,& centum millia arietum cum velleribus ſuis, vt patet 4.Reg.3. Ochozias autem filius Achab cuius tempore negauerunt Moabitæ tributa, regnauit modico tempore, ſcilicet, duobus annis ſolum, & fuit vir iners, ideo non potuit reducere Moabitas ad ſoluendum tributa, quæ ſoluebant tempore patris ſui: ſucceſſit autem ei frater ſuꝰ Ioram. 4.Reg. primo,& ille fecit bellum contra Moabitas: nam vocauit ad ſe Ioſaphat regem Iuda, & etiā regem Ebdon,& omnes tres reges iuerunt contra,& pugnauerunt, occideruntque plurimos: deinde cum rex Moab non potens ſe defendere clauſus eſſet in vna vrbe, immolauit filium ſuum primogenitum ſuper muros in conſpectu exercitus Iſraelitarum præ angustia, quod videntes tres reges moti ſunt compaſſione, quòd ad tantam calamitatē deductus eſſet rex ille miſerabilis, vt filium ſuum primogenitum ſuper muros in conſpectu exercitus Iſraelitarum præ angustia immolare cogeretur: receſſerunt ſoluentes obſidionem,& ſic manſerunt Moabitæ in rebellione illa non ſoluentes tributa regi Iſrael: nec vnquam poſtea leguntur ſoluiſſe. Idumęi autem ſoluebant tributa ſemper regi Iuda toto tempore, quo ſoluerunt Moabitę regi Iſrael, ſcilicet, tempore Roboam, qui fuit primus rex Iuda poſt diuiſionem regni, & tēpore Abiæ filij eius,& Aſa,& Ioſaphat: nā tempore Ioſaphat tantum pertinebat diſpoſitio regni Idumęę ad eum, ꝙ dicebatur non eſſe aliquis rex in Ebdon. 3.Reg. vlti.& tamen erat, vt patet 4.Reg.3. ſed poſtea tempore Ioram filij eius receſſerunt Idumæi ne ſeruirent regi Iuda ſub tributis 4.Reg.8. Et hoc fuit, quia Ioram fuit valde malus, quia fuit deditus idolatrię, ambulauit enim in vijs Achab regis Iſrael, ideo nō ſolum rebellauerunt Idumęi, qui non erant de regno ſuo, ſed & ciuitas Lobna, quę erat in ſorte Iudę receſſit ne eēt ſub rege Iuda. 4.Regum 8.& ſequenti lib.cap.21. Et tunc impletum eſt quod dixit Iſaac in benedictione Eſau. ſ. In gladio viues,& fratri tuo ſeruies, tempus auteꝫ veniet, quo excutes iugum eius de ceruicibus tuis. Gen.27. & iſtud fuit nunc quando receſſerunt, ne ſoluerent tributa ſub Ioram. Poſtea autem rex Amaſias, qui regnauit in Iuda pugnauit contra Idumęos,& ſuperauit eos atque occidit plurimos, tamē non legitur, quòd ſubiecerit ſibi illos in tributarios. De hoc 4.Reg.14.& ſequenti lib.capit.15. manſerunt autem Idumęi ſubiecti tributis regibus Iuda quaſi cē tum,& ſexaginta annis: nam Dauid pauco tempore poſtquam regnare cepit ſuper totum Iſrael fecit iſta bella,& ſubiecit ſibi Idumęos, & Moabitas in tributarios. Regnauit autem Dauid triginta,& tribus annis ſuper

ſuper totum Iſrael. 2.Reg.5.& 3.Reg.2.& infra 29. & poſt ipſum Salomon quadraginta annis. 3. Regū 11. deinde Roboā decē,& ſeptē annis. eod.lib. ca.14. Poſtea Abiu tribus annis eod.lib.cap.15. & deinde Aſa quadraginta vno annis eod cap. Deinde Ioſaphat viginti quinque annis eo.lib.c.vlt. Et iſti ſunt anni cētum quinquaginta, & nouem, in diebus autem Iorā filij Ioſaphat receſſit Idumæa a ſolutione tributorū. 4.Reg.8. Moabitę autem quaſi per totum iſtud tempus ſoluerunt tributa regibus Iuda: nam non poterāt deficere viginti anni. Quod patet, quia mortuo Ioſaphat in principio regni Ioram filij ſui ſubtraxerunt ſe Moabitæ ab Iſrael,& tamen non regnauit Ioſaphat niſi viginti,& quinque annis: ergo non poterant eſſe adhuc viginti anni inter vnam ſubtractionem,& aliā. Patet hoc. 3.Re.vlti. vbi dicitur, quòd regnauit viginti quinque annis Ioſaphat,& tamen Ioſaphat vixit multo tempore in regno Iudæ dum regnaret Achab in Iſrael. Quod patet, quia ſępe deſcendit Ioſaphat ad Achab in Samariam, & iuit cum eo ad bellum contra Benadad regem Syrię. 3.Reg. vlti.& ſequenti lib.c. 13.& 18. & in hoc tranſirent ſaltem plures, quàm quinque anni. Et tamen Moabitæ manſerunt ſemper ſoluētes tributa regibus Iſrael q̄diu vixit Achab, & poſt mortem eius receſſerunt ab Iſrael, vt patet 4. Reg. primo videtur, quòd iam regnauerat Ioſaphat ſuper Iudam pluſquam quinque, vel ſex annis, quando ſubtraxerunt ſe Moabitæ ab Iſrael, & iſti demantur de vigintiquinque annis, quibus regnauit Ioſaphat: non manebunt viginti anni, quibus ſe prius ſubtraxerunt Moabitæ a ſolutione tributorum facienda regibus Iſrael, quàm Idumæi a ſolutione facienda regibus Iuda,& ſic manſerunt Moabitæ ad minus quadriannis centum, & quadraginta ſoluentes tributa regibus Iſrael,& iſtud habuit exordium a Dauid in iſtis bellis, de quibus hic.

Regnauit ergo Dauid ſuper vniuerſum Iſrael, & faciebat iudicium atque iuſtitiam cuncto populo ſuo. Porro Ioab filius Saruiæ erat ſuper exercitum, & Ioſaphat filius Abilud a commentarijs. Sadoc autē filius Achitob, & Abimelech filius Abiathar Sacerdotes, & Suſa ſcriba. Banaias quoque filius Ioiadæ ſuper legiones Cerethi, & Phelethi. Porro filij Dauid primi ad manum regis.

Regnauit ergo. Hic ponitur ſecundum principale huius cap. ſcilicet, regni Dauid ordinatio, & ponuntur officiales Dauid circa diſpoſitionem regni, & primo dicitur de ipſo in perſona ſua qualiter ſe haberet, deinde dicitur de officialibus ſuis,& dicitur.

Regnauit ergo Dauid ſuper vniuerſum Iſrael. Iam erat rex ſuper totum Iſrael, quando iſta faciebat, prius aūt regnauerat ſuper ſolam tribum Iudæ ſeptem annis, & dimidio 2.Reg.5.

Et faciebat iudicium atque iuſtitiam cuncto populo. Erat Dauid valde iuſtus circa ſubditos: neminē enim grauabat, nec erat apud eum acceptio perſonarum, ſed omnibus iuſtè iudicabat. Et dicitur, quòd faciebat iudicium, & iuſtitiam, quia iudicium eſt in diſcuſſione, iuſtitia autem in executione. Propriè autem loquendo iuſtitia eſt quidam habitus ſecudum quem iuſti dicimur, & iuſtè operamur, vt patet 5. Ethi. in principio, & tamen hic accipitur vulgariter, ſicut conſueuimus dicere: iſte operatur iuſtitiam, & ponuntur duo, ſcilicet, iudicium, & iuſtitia, quia vnum ſine alio parum valet. Iudicium eſt quaſi ius dicere, & iſtud eſt in diſcuſſione cauſarum inquirendo veritatem,& poſtea rectè ſententiando, iuſtitia autem eſt quaſi ius tueri, ideſt, defendere,& iſtud eſt in executione. Nam per executionem defendimus ius, quia parum prodeſt iura condere niſi ſit, qui tueatur, vnum autem ſine altero parum valet: nam ſiquis veritatem inquirit,& rectè ſententiat, nunquam tamen exequatur ſententiam, nihil tamen prodeſt, velut ſiquis panem famelico porrigat, & tamen non permittat ei eum comedere. Dauid autem vtrunque faciebat: ideo erat rex perfectè iuſtus,& non ſolum dicitur hic, quòd faciebat iudicium, & iuſtitiam: ſed etiam, quòd faciebat hoc cuncto populo,& ſic tā diuitibus, quàm pauperibus iura ſeruabat, & iſta erat magna virtus: nam aliqui iudices iniquè propter munera diuitibus ius reddunt, ſed pauperibus nunquam, ſicut dicitur Eſa. primo. Omnes diligunt munera, & ſequuntur retributiones,& poſtea dicitur: cauſa viduæ non ingreditur ad eos,& pupillum non iudicant.

Porro Ioab filius Saruiæ erat ſuper exercitum. Hic ponūtur officiales Dauid præcipui in gubernatione regni, & in domo ſua,& primus eſt princeps militiæ, qui faciebat omnia bella, ſcilicet, Ioab filius Saruiæ: nam Saruia erat ſoror Dauid, peperitque tres filios viros clariſſimos, ſcilicet, Ioab, Abiſai, & Aſael ſupra 2. Iſte Ioab fuit vir valde excellens in bellis, induſtrioſus nimis,& animoſus: erat enim magni cordis,& faciebat omnia bella Dauid: vnde ipſe acquiſiuit principatū militiæ virtute bellica: nam quando pugnabat Dauid contra Iebuſęos manentes in caſtro montis Sion in Ieruſalem, propoſuit præmiū, ſcilicet, quòd qui prius tangeret fiſtulas domatum, & percuteret Iebuſęum fieret princeps belli, Ioab autē percuſſit primo Iebuſæum,& terigit fiſtulas domatū,& factus eſt princeps belli ſemper 2.Reg.5.& ſupra 11. Iſte ſeruauit in omnibus honorem Dauid: nam quando pugnabat contra Ammonitas longo tempore egit graue bellum, & cum iam capienda erat ciuitas regalis Ammonitarum, noluit Ioab, quòd ſibi attribueretur tanta gloria, quòd ſubiecciſſet Ammonitas, ideo miſit ad vocādum Dauid, qui in regno ſuo quieſcebat, vt veniret antequam caperetur ciuitas, vt attribueretur gloria ſibi,& non Ioab, vt patet 2.Re.12. In quo fuit magna probitas Ioab,& oſtēdebatur, quòd veriſſimè diligebat Dauid. Erat tamen Ioab duri cordis,& ideo, q̄q̄ eſſet vtilis Dauid, tamen in multis offendit eum: erat quippe deſiderator honoris, & inuidebat volentibus excellere eum,& quocunque modo, ſiue rectè, ſiue per inſidias conabatur delere competitores ſuos: ſic enim fuit quando Abner princeps militiæ Isboſeth tractabat cum Dauid, quomodo efficeretur rex totius Iſrael, putans Ioab, quòd ſi hoc eueniret Abner efficeretur princeps militiæ Dauid, & ipſe perderet honorem ſuum, vocauit Abner pacificè, & cum fingeret, ꝙ vellet ſibi loqui ſecretè, percuſſit eum in inguine,& mortuus eſt per inſidias: licet Ioab finxerit, quòd occidit eum in vindictam ſanguinis fratris ſui Aſael 2.Reg.3. Et tunc Dauid iratus eſt grauiſſimè contra Ioab, & maledixit ei: tamen non auſus fuit ei nocere propter potentiam Ioab, dicens: viri iſti filij Saruiæ duri mihi ſunt: eod.capitu. Iterum autem offendit eum grauius, quando occidit Abſalom: nam cum eſſet bellum inter viros Dauid, & Abſalom volentem regnare, erat Ioab princeps belli, & iuſſit Dauid, quòd ſi caperetur Abſalom nō occideretur, Ioab tamen occidit eum percutiendo ipſum tribus lanceis pendentem in arbore ſecundo Regum decimooctauo, propter quod doluit Dauid grauiſſimè,& nolebat videre viros ſuos. Dixit tamen ei Ioab, quòd ſi non exiret,

exiret,& salutaret pacificè viros suos,quòd omnes re F
cederent ab eo, & esset ei peius, quàm omnia mala,
quæ euenerant ei a iuuentute sua. Timuit autem Da-
uid animositatem Ioab, & inuitus egressus est, &
quamquàm acerrimè doleret,coactus est ostendere
vultum hilarem,& loqui in gaudio viris suis secundo
Regum 19.post hoc autem Dauid priuauit Ioab prin
cipatu militiæ, & tradidit illum Amasę filio sororis
suæ Abigail,sed Ioab per insidias cum fingeret se vel-
le osculari eum,percussit eum in inguine, & mortu⁹
est secundo Regum 20.& sic mansit Ioab semper in
principatu militiæ etiam nolente Dauid, nec ausus
est Dauid nocere ei in aliquo, quia non poterat pro-
pter magnam potentiam Ioab,& fratris sui Abisai,sed
postea moriens iussit Salomoni filio suo, quòd occi- G
deret Ioab, & occidit eum in tabernaculo Domini
3.Regum secundo.Iste fuit exitus Ioab, & omnium
probitatum,& bellorum clarissimorum,quæ egit,

Et Iosaphat filius Ahilud a commentarijs. Iste erat ali⁹
officialis: & est a commentarijs vna dictio, sicut aca-
liculis,licet videatur esse ablatiuus cum prępositione.
Aliqui putant, quòd iste Iosaphat erat relator nego-
ciorum regis,scilicet, quòd reducebat ei in memo-
riam negocia,quæ præponebātur, vel quæ incidebāt,
vt expediret illa. Sic intelligit Rab.Salom.sed non
potest stare secundum literam nostram, quia a com-
mentarijs significat scriptorem,eo quòd commenta-
rius est scriptor non idem,qui scribit, sed qui compi-
lat multa ad hoc,quòd scribantur. Et idem dicitur H
commentum,ideſt, liber expositionis compilatus de
pluribus ad declarandum aliquid vnū.Et sic dicendū,
quòd iste Iosaphat erat chronographus Dauid: nam
scribebat omnia gesta eius,& historiam regni,& for-
tè historias aliarum gentium,quæ erant tempore Da-
uid,sicut fecit Propheta Gad, qui scripsit libū chro-
nicarum de omnibus regibus,& gentibus, qui fuerūt
in orbe tempore Dauid, vt patet infra capitu.vlti.&
istud significat nomen: nam iste erat a commētarijs,
scilicet, quia commentabat, ideſt, compilabat om-
nia gesta Dauid, & regni sui in vnum: istud tenet Io-
sephus 8.Antiqui. dicens, quòd Dauid habuit Iosa-
phat filiū Achil ad conscriptiones gestorum, ideſt,
scriptorem historiarum.

Sadoc autem filius Achitob, & Achimelec filius Abia- I
thar Sacerdotes. Isti duo erant Sacerdotes Dauid, scili-
cet,Sacerdotes magni:nam de minoribus Sacerdo-
tibus nullus hic ponitur,sed illi erant valde multi, &
hic solum ponuntur principes officiorum,vel digni-
tatum.

Et Susa scriba. Iste erat princeps scribarum in do-
mo Dauid. Et non erat idem officium Iosaphat, &
Susa:nam Iosaphat erat scriptor historiarum. Susa
autem erat scriba, scilicet, princeps scribentium con-
tractus,& negocia iudicialia: erat enim Susa protho-
notarius regis. Iste Susa vocatur Saraias secundo
Regum 8.nec est admirandum, quia erat binomius,
sicut multi alij: nam filius regis Tou vocatur supra
in litera Adoram, & secundo Regum octauo voca- K
tur Ioram.

Banaias verò filius Iosade super legiones Celethi, & Phe-
lethi. Ideſt Banaias fuit vir fortissimus secundi terna-
rij:ipse enim occidit duos leones terræ Moab, & oc-
cidit leonem alium in cisterna in diebus nivis cum so
lum haberet baculum in manu.Occidit etiam virum
Aegyptium staturę gigantis armatum, cum ipse Ba-
naias esset inermis, & arripuit, extorsitque lanceam
de manu Aegyptij: & occidit eum lancea sua 2.Reg.
23.& supra 11.istum dilexit nimis Dauid, & fecit eū
sibi auricularium a secreto eod. capitu.& postea con-
stituit eum principem super legiones Celethi,& Phe-
lethi:de quibus infra dicetur. *Porro filij Dauid primi ad*
manum regis. Scilicet, Dauid habuit multos principes,
& officiales. Et tamen principes omnium,qui erant
magis familiares regis ad manum eius,ideſt,qui sem-
per erant coniuncti ei,erant filij sui.

An verum sit,quòd essent duo summi Sacerdotes.
Quæst. XXXII.

QVAERITVR Circa id, quod dicebatur de
Sacerdotibus Dauid, quomodo ponuntur
hic duo Sacerdotes summi: nam summus
Sacerdos vnus erat secundum legem.

Aliquis dicet,quòd isti non erant Sacerdotes ma-
gni,sed de minoribus, quia non dicitur hic, quòd es-
sent Sacerdotes magni Dauid,quod non potest stare:
nam isti duo erant Sacerdotes summi, vt patet infra
24. Dicendum ergo,quòd Dauid habuit duos sum-
mos Sacerdotes simul. Et istud nunquam aliàs fuit,
quia secundum legem iubebatur, quòd esset vnus
summus Sacerdos. Accidit tamen, quòd nunc essent
duo,& causa huius fuit,quia tempore Saulis erat sum
mus Sacerdos,qui erat Achimelec, qui erat de pro-
genie Heli summi Sacerdotis:primo Reg.22.& filius
huius fuit Abiathar. Saul autem indignatus contra
Sacerdotes, quia videbantur fauere Dauid, occidit
Achitob summum Sacerdotem, & alios octoginta,
& quinque cum eo indutos ephod lineo, & deinde
occidit omnes,qui erant in vrbe Nobe: tam viros, q̄
paruulos,& fęminas vsque ad iumenta,& tunc Abia-
thar filius Achimelec Sacerdotis magni fugit de in-
terfectione ad Dauid eod.cap.mansitque semper cū
eo,& exercebat officium Sacerdotis magni: nam in-
duebatur ephod,& rationali, & consulebat Dominū
sępe pro Dauid primo Reg.23.& 30. Et tamen hoc
non pertinebat nisi ad summum Sacerdotem, quia
istę erant vestes solius summi Sacerdotis, vt patet
Exod.28.Cum autem occisus fuit Achimelec sum-
mus Sacerdos, & alij de progenie sua transtulit Saul
tabernaculum Domini de Nobe in vrbem Gabaon,
& cōstituit Sadoc in summum Sacerdotem, qui erat
de alia progenie.s.Eleazari primogeniti Aaron: Achi
melec erat de progenie Ithamar filij minoris Aarō,
& summum Sacerdotium pertinebat secundum le-
gem ad progeniem Eleazari, quia ille erat primoge-
nitus,fuerat tamen trāslatū tempore Heli ad ipsum,
qui erat de stirpe Ithamar propter peccata Sacerdotū
de stirpe Eleazari,vt declarat Iosephus 5.Antiqui.Cū
autem regnum Dauid super Iudam,& regnum Isbo-
seth super Israel erant diuisa, erat Sadoc Sacerdos
in regno Isboseth, & Abiathar erat Sacerdos in re-
gno Dauid,cum verò totum regnum traditum fuit
Dauid,erant isti duo summi Sacerdotes in regno suo,
& ipse nullum eorum voluit amouere. Et ratio fuit,
quia Dauid noluit amouere Sadoc a summo Sacer-
dotio, eò quòd competebat ei secundum legem,
cum esset de linea primogenitorum. Etiam secun-
dum Prophetiam Dei competebat sibi, quia Deus
prænunciauerat ipsi Heli summo Sacerdoti,quia pro-
pter peccata filiorum suorum, quia ipse noluit corri-
gere eos, auferretur Sacerdotium de domo sua, &
Deus faceret sibi alium Sacerdotem in cuius domo
maneret Sacerdotium in ęternum,& iste erat Sadoc,
qui factus est Sacerdos magnus occiso Achimelec:
ideo non ausus est Dauid amouere eum a summo
Sacerdotio. Etiam non amouit Abiathar, quia erat
filius summi Sacerdotis,& exercuerat coram eo offi-
cium summi Sacerdotis consulendo sępe Dominū,
& vtendo vestibus pontificalibus, etiam Dauid erat
nimis obligatus ipsi Abiathar. Primo propter pa-
trem

trem suum Achimelec, qui in tempore famis, & ne- A
cessitatis magnæ dedit sibi panes,& gladium Goliath
primo Regum vigesimoprimo. Etiam quia ipse
Achimelec,& tota domus sua occisi fuerant propter
Dauid,vnde dixit Dauid ad Abiathar: Ego sum reus
omnium patris tui. primo Regum vigesimosecūdo.
Secundo quia Abiathar fuit semper cum Dauid in
omnibus laboribus eius, vt patet tertio Regum se-
cundo. Ideo Dauid noluit priuare eum honore suo
faciendo,quòd careret summo Sacerdotio, sed poti⁹
statuit, quòd esset semper duo summi Sacerdotes,
vnus de domo Eleazar, & alius de domo Ithamar.
Qui enim erat de domo Ithamar, esset de filijs Abia-
thar,qui verò de domo Eleazar, esset de filijs Sadoc,
vt patet infra vigesimoquarto. Et mansit istud vi- B
nente Dauid,postea autem regnāte Salomone Abia-
thar perdidit summum Sacerdotium, quia coniura-
uerat cum Adonia fouendo partes eius contra Salo-
monem,& cum propter hoc potuisset occidi licitè,
noluit Salomon occidere eum propter labores,quos
tolerauerat cum Dauid,sed priuauit eum summo Sa
cerdotio,& fecit ne veniret vnquam in Ierusalem ad
templum,sed maneret in quadam villula sua nomine
Anathot,& ex illo die perijt summum Sacerdotium
de domo Ithamar,& redijt totaliter ad domum Elea
zar in stirpe Sadoc,& fuit ipse solus Sacerdos magn⁹,
ista omnia patent tertio Regum secundo. Et ob hoc
vnctus fuit iterum Sadoc in summum Sacerdotem, C
quia nouiter acquirebat totum summum Sacerdo-
tium,vt patet eodem cap.& infra vlti.

An verum fuerit Achimelec fuisse summum Sacerdo-
tem. Quæst. XXXIII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic,
quòd Sadoc filius Achitob,& Achimelec fi-
lius Abiatar erant Sacerdotes Dauid: nam
non erat Achimelec Sacerdos, sed Abia-
thar.

Aliquis dicet,quòd Abiathar erat binomius, sicut
multi alij, vt patet supra in litera de Susa, qui vocatur
Saraias secundo Regum octauo de Adoram, qui vo- D
catur ibi Ioram, & sic iste vocabatur aliquando Abi-
melec,& aliquando Abiathar. Sed dicendum,quòd
hoc non stat propter duo. Primò quia si vocaretur
hic Abimelec,& nihil aliud adderetur, poterat stare,
& tamē dicitur, quòd Abimelec filius Abiathar erat
Sacerdos, & sic non potest esse, quòd iste Abimelec
sit Abiathar,sed necesse est,quòd sit filius eius.Secun
do patet,quia si iste Abimelec esset Abiathar, & mu-
taretur hic nomen,vocarē hic Achimelec, & Alibi
vocaretur Abiathar,& tamen non stat, sed in omni-
bus locis, in quibus fit mentio de istis Sacerdotibus
ponuntur,sicut hic:nam sunt tria loca,scilicet,hic, &
secundo Regum octauo, & infra vigesimoquarto.
Non ergo dicetur, quòd iste Abiathar erat bino- E
mius.

Aliquis autem dicet,quòd Abiathar erat iam mor
tuus,& ideo filius eius Achimelec factus est summus
Sacerdos loco ipsius. Nam sic ordinabat Dauid,
quòd semper essent duo summi Sacerdotes, vnus de
stirpe Eleazar, & alius de stirpe Ithamar infra vigesi-
moquarto. Sed hoc non stat, quia Abiathar vixit
toto tempore,quo vixit Dauid: nam ipse fuit partia-
lis cum Adonia ad constituendum eum in regem,
quando Dauid erat propinquus morti tertio Regū
primo etiam post mortem Dauid ipse viuebat: nam
Salomon priuauit eum, tunc summo Sacerdotio,
& iussit manere in Anathot, tertio Regum se-
cundo.

Dicendum ergo,quòd Abiathar vixit semper quā-
diu vixit Dauid,& fuerunt ipse,& Sadoc simul Sacer-
dotes magni. Et patet hoc primo,quia Salomon pri
uauit eum summo Sacerdotio post mortem Dauid,
vt patet tertio Regum secundo,scilicet. Eiecit Salo-
mon Abiathar,vt non esset Sacerdos Domini. Nō
poterat tamen eijci de summo Sacerdotio nisi ante
hoc teneret illud. Secundo patet,quia secundo Re-
gum vigesimo vbi ponuntur etiam officiales Dauid,
sicut hic, & secundo Regum octauo dicitur: Sadoc
verò, & Abiathar Sacerdotes. Et tamen manife-
stum est,quòd fuit post id,quod habetur secundo Re
gum octauo,vbi dicitur, quòd Sadoc, & Achimelec
erant Sacerdotes: ergo videtur, quòd quando Achi-
melec filius Abiathar erat summus Sacerdos: etiam
Abiathar erat. Dicendū est ergo, quòd veritas huius
fuit,quòd Abiathar, & Sadoc fuerunt summi Sacer-
dotes semper viuente Dauid, quia constitutum erat
per Dauid, quòd essent semper duo summi Sacerdo-
tes vnus de domo Eleazar,& alius de domo Ithamar,
& quia Abiathar erat Sacerdos, prouenit summū
Sacerdotium post mortem eius ad filium suū Achi-
melec. Et ideo viuente eo aliquando ministrabat,&
sic dicebatur Achimelec filius Abiathar summus Sa
cerdos,& aliquando ipse Abiathar,& fortè, vt com-
muniter ministrabat Achimelec pro patre suo Abia-
thar, quia ille erat occupatus in negocijs alijs, sicut
Heli summus Sacerdos habebat duos filios,& illi mi-
nistrabant eo viuente in summo Sacerdotio primo
Regum secundo. Et non solum iste Abiathar erat
nunc summus Sacerdos cum Sadoc, sed etiam ipse
erat prępcipuus:vnde de eo solo dicit Iosephus octauo
Antiqui.quòd erat summus Sacerdos inquiens: insti-
tuit autem de domo principem Sacerdotum Abia-
thar,qui eius amicus erat.

De cognatione Selethi, & Phelethi.
Quæst. XXXIIII.

QVAERITVR Vlterius, quia dicitur supra,q̄
Banaias erat super Celethi,& Phelethi,qui erāt
isti Celethi, & Phelethi.

Aliqui putant, quòd isti erant aliqui magni
iudices, & arguunt ex interpretationibus nomi-
num, & istud vult tenere aliquo modo Rabi Salo-
mon.

Dicendum tamen, quòd Celethi, & Phelethi nō
erant viri,sed erant legiones militum, sic enim patet
secundo Regum decimoquinto, vbi dicitur, quòd
legiones Celethi,& Phelethi ibant cum Dauid,quan
do egressus est de Ierusalem fugiens Absalom. Et
dicendum,quòd erant istę legiones virorum electis-
simorum,qui semper propinqui erant Dauid, & erant
custodes corporis eius:sic enim dicit Iosephus octa-
uo Antiquita.quòd dedit Banaię filio Ioiadæ custo-
diæ corporis sui principatum,& conueniebat Banaię
iste principatus, quia erat vir fortissimus, & cui ni-
mis confidebat Dauid. Nam fecerat eum auricula-
rium a secreto. secundo Regum vigesimotertio, &
octauo,& vndecimo.

De diuersitate, quæ habetur hic, & secundo Regum
Capitu.octauo, circa filios Dauid.
Quæst. XXXV.

QVAERITVR Vlterius quomodo dicitur
hic, quòd filij Dauid erāt primi ad manum
regis:nam secundo Regum octauo vbi po-
nitur ista historia dicitur, quòd filij Dauid
erant Sacerdotes.

Respon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respondendum est, quòd filij Dauid non erant Sacerdotes, quia non erant de familia Sacerdotum: omnes enim Sacerdotes erant de familia Aaron de tribu Leui. Sic etiam dicit Apostolus ad Hebræ. septimo, quòd in tribu, de qua fuit Christus nihil locutus est Moyses, nec aliquis de illis præsto fuit altario. Nec est intelligendum, quòd ex aliqua dispensatione permitteretur filijs Dauid facere ministeria Sacerdotalia, & sic essent Sacerdotes in officio, quamquàm non in genere: nam circa hoc nullus poterat dispensare, quia Deus dixerat, quòd quicunque accedere vel let ad ministerium Sacerdotale præter filios Aaron occideretur. Numeri tertio. Etiam maior fuit rex Ozias, quàm filij Dauid, & tamen quando voluit offerre incensum Domino percussus est lepra. quarto Regum decimoquinto, & sequenti lib. capitu. vigesimosexto. Vocantur ergo filij Dauid Sacerdotes, idest, principes, quia Sacerdos non solum est nomen ministri diuini, sed etiam significat principem, & magnitudinem status, & quia filij Dauid erant maiores inter omnes principes, quos habebat Dauid, vocabantur Sacerdotes, & patet hoc, quia secundo Regum octauo, ponitur ista historia, & dicitur ibi, quòd filij Dauid erant Sacerdotes, hic autem vbi repetitur eadem, dicitur quòd erant primi ad manum regis: erant enim principes custodum corporis Dauid. Et hoc tenet Iosephus octauo, dicens: Seniores namque filij Dauid circa corpus, & eius custodiam erant.

CAP. XIX.

ACCIDIT autem, vt moreretur Naas rex filiorum Ammon, & regnaret Anon filius eius pro eo. Dixitque Dauid. Faciam misericordiam cum Anon filio Naas. Præstitit enim mihi pater eius gratiam. Misitque Dauid nuncios ad consolandum eum super mortem patris sui.

DICTO in præcedentibus de impedimento Dauid circa templi ædificationem propter bella, & consequenter de regni eius dilatatione, hic agitur de ingratorum oppressione. Nam Ammonitæ ingrati beneficio Dauid reddiderunt ei contumeliam pro honore. Et diuiditur in duo, quia primò agitur de sociorum punitione, secundo de ingratorum destructione sequenti capitu. Nam Syri voluerunt adiuuare Ammonitas, & Dauid pugnauit contra illos. de pugna contra Ammonitas pater sequenti capitu. Prima in duas, quia primò ponitur seruis Dauid inflicta contumelia: secundò insurgens ex hoc pugna, ibi.

Videntes autem. Prima in duas, quia primo ponitur Dauid gratia: secundò Ammonitarum contumelia, ibi. *Qui cum peruenissent.*

De continuatione ad præcedentia, & de connexione. Quæst. I.

QVAERITVR circa primum, an ea, quæ habentur hic sint continuata ad præcedentia, & an fuerint facta immediate post illa, vel interiecto aliquanto tempore.

Respondendum est, quòd hic est ordo continuus, quia licet non appareat an ista sint post præcedentia, tamen semper tenendus est ordo literæ, nisi appareat aliunde, quòd alius sit ordo. Hic autem non apparet, quòd istud fuerit ante præcedentia. Ideo dicendum est, quòd fuerit post illa. Item patet hoc efficatius, quia licet non appareat ex ista litera, an ista sint post præcedentia, tamen apparet hoc secundo Regũ decimo, vbi ponitur ista historia, & dicitur ibi in principio literæ. Factum est autem post hæc, vt moreretur rex filiorum Ammon. Et refertur illud ad præcedentia, & tamen ibi præcedunt omnia, quæ præcedunt hic, quia idem ordo est hic, & ibi: ideo necesse est, quòd ista fuerint post præcedentia.

Ad secundum dicendum, quòd non apparet an modico tempore, vel multo fuerint ista post præcedentia. Sed videtur dicendum, quòd non fuerint multi anni, & etiam, quòd non fuerint aliqua facta notabilia Dauid inter ea, quæ habentur hic, & præcenti capitu. verum est tamen, quòd secundo Regum nono interponitur quædam historia inter ea, quæ habentur hic, & præcedenti. capitu. scilicet, de Miphiboseth filio Ionathę, & nepote Saulis, quomodo susceptit eum Dauid in gratiam, quia tamen ibi plene enarrata est, non curauit Esdras hic repetere aliquid de illa. Circa primum dicitur.

Accidit autem, vt moreretur Naas rex filiorum Ammon. Idest accidit post præcedẽtia, quòd moreretur Naas rex Ammonitarum. Iste Naas fuerat amicus Dauid, & propter hoc motus fuit ad benefaciendum filio eius.

Et regnaret filius eius pro eo. Iste vocabatur Anon, vt patet in litera, & erat iuuenis: ideo secutus fuit malũ consilium seruorum suorum, vt dehonoraret seruos Dauid.

Dixitque Dauid faciam misericordiam cum Anon filio Naas. Intendebat facere misericordiam cum isto Anon, idest, benefacere ei in omnibus in quibus posset, quia erat iuuenis, & nunc regnare incipiens, indigebatque auxilio Dauid, & pro principio beneficiorum suorum misit ad consolandũ eum de morte patris sui.

Præstitit enim pater eius mihi gratiam. Idest, quia pater suus benefecit mihi, ego volo benefacere filio. Erat enim Dauid vir gratissimus, & memor acceptorum beneficiorum, & quamquàm mortuus esset Naas, qui præstiterat ei istud beneficium, nec speraret ab eo, nec a posteris suis alia, recordatus est benefacere Anon filio eius iuueni. Quæ autem gratia fuerit ista, quam Naas præstitit Dauid infra dicetur in quadam quæstione.

Misitque Dauid nuncios ad consolandum eum super mortem patris sui. Mortuus erat Naas pater Anõ, & Dauid mittebat eum consolari forte, dicens: quòd licet mortuus esset pater suus, & ipse eẽt rex nouus, & iuuenis, non angustiaretur, quia ipse auxiliaretur ei in omnibus necessarijs, sed secundo Regum dicitur: Misit consolans eum super patris interitu. Idest super ipsa morte mittebat eum consolari, quia propter illam nimis angustiaretur Anon.

Quis fuerit iste Naas. Quæst. II.

QVAERITVR quis erat iste Naas rex filiorum Ammon, de quo hic dicitur. Aliqui volunt, quòd sit ille Naas, de quo habetur primo Regum vndecimo, contra quem pugnauit Saul in principio regni sui, & deleuit totum exercitum eius atque dispersit, ita vt non manerent duo pariter. Sed dicet aliquis, quòd non potest stare, quia iste erat rex quãdo Saul incepit regnare: nam in principio regni eius accidit illud bellum, neque fecit aliquod aliud ille Saul

Saul ante illud: nondum enim dimiserat habitum rusticum, sed veniebat de agro sequens boues illa die, qua venerunt nuncij de labes Galaad significantes iniuriam, quam fecerat eis Naas rex Ammon primo Regum vndecimo. Regnauit autem Saul quadraginta annis. Act. decimotertio, & post mortem eius regnauerat Dauid super. Iudam 7. annis, & dimidio. 2. Regum quinto. Et postea regnauerat super totum Israel ad minus pluſquam quatuor annis, quia omnia, quæ fecit Dauid postquam factus fuit rex Israel habentur in isto libro a capitu. 11. vsque huc. & secundo Regum a quinto vsque ad 10. indigebant tribus, vel quatuor annis, & sic ad minus regnasset Naas 50. annis, quod aliquis non concederet fortè esse verum, quam quàm sit possibile: ideo dicet, quòd fuit alius Naas.

Respondendum est, quòd istud non obstat: nam non sequitur ex præcedentibus, quòd iste Naas tanto tempore regnasset: nam non est verum, quòd Saul regnauit quadraginta annis, & cum dicitur Actuum 13. quòd regnauit quadraginta annis, dicẽdum quòd ibi computantur anni, quibus fuit Samuel iudex, & Saul rex, sicut est positio omnium doctorum sacræ Scripturæ, & patet hoc, quia ab exitu de Aegypto vsque ad ędificationem templi Salomonis fuerunt anni quadringenti, & octoginta 3. Regum octauo, & colligũtur illi ex summis particularibus temporum, sicut probauimus ibidem inducendo: & tamen in illis summis particularibus immediatè post quadraginta annos quibus iudicauit Heli summus Sacerdos, ponuntur quadraginta anni, quibus regnauit Saul, & non interponuntur aliqui anni Samuelis. Ideo necesse est, quòd intelligantur anni, quibus iudicauit Samuel in quadraginta annis Saulis. Iudicauit autem Samuel pluſquam viginti annis, vt colligitur primo Regum 7 nam ibi exprimitur de viginti annis, qui transierunt sub eo in Israel: & tamen posti illud ipse iudicauit aliquanto tempore, & etiam filij sui post eum antequam Saul eligeretur in regem, vt patet primo Regum 7. & octauo, & sic iudicauit Samuel fortè pluſquam viginti duobus annis, & Saul regnaret 18. annis residuis. Istud consonat sententię Iosephi 6. Antiqui. dicentis regnasse Saul decem, & octo annis. Reliquos autem de quadraginta attribuit Samueli, & sic cum Naas regnaret in principio regni Saulis regnaret 18. annis viuente Saule: deinde mortuo Saule Dauid regnauit super Iuda septem annis, & dimidio, vt patet 2. Regum quinto, postea regnauit super Israel, & dum regnaret accidit mors Naas regis Ammõ, sed vt supra dictum est omnia gesta Dauid, postquã regnauit super Israel vsque tunc, poterant esse in quatuor annis, & sic poterant esse a principio regni Saulis vsque ad mortem Naas anni quasi triginta, & istis satis verisimiliter viueret Naas in regno.

Dicendum ergo, quòd iste Naas fuit ille rex, contra quem pugnauit Saul primo Regum 11. vel fuit aliquis successor eius, qui etiam sic nominaretur. Magis tamen videtur dicendum, quòd fuerit Naas, qui pugnauit contra Saulem: nam sic melius recipet Dauid, & benefaceret ei propter inimicitias, quas habebat cũ Saule, quàm alias cum esset Dauid hostis Saulis.

De origine Ammonitarum. Quæst. III.

QVAERITVR Vlterius, qui erant isti Ammonitæ quorum rex erat Naas.

Respondendum, quòd Ammonitæ, & Moabitæ fuerunt duo populi deriuati a duobus fratribus, scilicet, Ammon, & Moab: nam isti duo fuerunt filij Loth consobrini Abrahæ, quos suscepit ex duabus filiabus suis post destructionẽ Sodomę: maior enim filia peperit Moab, & interpretatur ex patre scilicet, quia ex patre suo susceperat illum filium: minor peperit Ammon, & interpretatur filius populi mei, siue ex populo meo: ad significandum, quòd susceperat eum ab vno, qui erat de populo suo, idest, de cognatione sua, & isti posuit nomẽ honestius, quàm maior. multiplicati sunt autem postea isti duo iuuenes in prolem, & descenderunt ab eis duo populi, scilicet, Ammonitarum, & Moabitarum, vt patet Gen. 19. Isti nati sunt in terra Chanaan, & acceperunt ad habitandum loca propinqua terræ Chanaam, & habitauerunt simul, scilicet, Ammonitę in vna regione, & Moabitæ in alia, & tamen istæ duæ regiones se tangebant in lateribus, & erant ista duo regna apud Iordanem ad Orientalem partem eius, vt colligitur Nu. 34. & Deuteronom. 2. & tenuerunt olim isti duo populi totam terram coniunctam Iordani ex parte Griẽ tis, sed postea duo reges Amorrhæi, scilicet, Sehon, & Og acceperunt magnam partem illius de vtraque regione, vt patet. Num. 21. Postea autem Israelitæ pugnantes contra istos duos reges Amorrhęos acceperunt totam terram eorum, quæ olim fuerat Moabitarum, & Ammonitarum: Num. 21. & Deuteron. 2. & 3. & propter hoc postea pluſquam per trecentos annos rex Ammonitarum, & Moabitarum repetiuit totam istam terram ab Israelitis, dum esset iudex in Israel Iephte Galaadites, & factum est bellum super hoc, fugatique sunt Ammonitæ, & Moabitæ, & manst terra in possessione. Israelitarum, sicut prius Iud. 11. Ista est terra, quæ data fuit duabus tribubus, & dimidiæ vltra Iordanem: nam tota erat de regno Ammonitarum, & Moabitarũ, vt patet Iosue 13. isti Ammonitę, & Moabitę fuerunt, per quorum terram introierunt Israelitæ in terã Chanaam, qñ rex Edom noluit concedere introitum eis per terram suam, vt colligitur. Num. 21. & Deuteronom. 2. Timuerunt tamen tunc Ammonitę, & Moabitæ Israelitas: ideo inuocauerunt Balaam ariolum de Mesoporamia, vt malediceret Israelitis, & morerentur, & non potuit maledicere, quia Deus impedichat linguam eius. Num. 22. & 23. & Deuteronom. 23. propter hoc autem insurrexit magna hostilitas Israelitarum contra Moabitas, & Ammonitas, & cũ essent regiones eorũ quinctę nullo intermedio, habebant inter se sæpe bella, & interdum poterant sibi benefacere.

Si fuit licitum, quòd Dauid mittent consolatores ad Anon. Quæst. IIII.

QVAERITVR vlterius an licuit Dauid mittere consolatores ad Anon regem Ammonitarum. Et videtur, quòd non, quia Deut. 23. dr, q Israelitæ non quærerent bonum Ammonitis, & Moabitis: nec haberent cum illis pacem vsque in sempiternum. Consolari tamen erat habere pacem, & promittere se fauorabilem in omnibus, quæ posset, ideo videbatur facere Dauid contra illam legem.

Respondendum, quòd Dauid non peccauit mittendo consolatores ad Anon regem Ammonitarũ, sed potius laudabiliter egit: nam Dauid susceperat beneficium a patre eius Naas, & tamen nõ rependerat ei aliquid pro illo, quia nõ occurrerat: ideo manebat sẽp naturaliter obligatus successoribus ad suis benefaciendum: voluit ergo consolari Anon filium eius, & per hoc promittebat se præstaturum fauorem ei in omnibus. Est autem magna virtus, q quis nõ obliuiscatur susceptorũ bñficiorũ, potissimè qñ benefactor nõ sperat plura collaturus: alig nãque reddũt vicem

pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro beneficijs ſuſceptis,& hoc, quia ſciunt,quòd per F
iſtam retributionem prouocabunt animos collatorũ
ad plura conferendum,& tunc illa retributio non eſt
virtutis,ſed vtilitatis acquirendę modus, nec eſt lau-
dabilis. Cum autem collator beneficij non ſperatur
plura poſſe conferre, ſed potius eſt taliter diſpoſitus,
vt egeat ſibi ſemper conferre,vtpote ſi incidit in pau-
pertatem,vel in alia infortunia,tunc virtuoſa, & lau-
dabilis retributio eſt,quia non propter aliquem quæ-
ſtum, ſed propter ſolam virtutem fit: ſic enim fuit
nunc in Dauid:nam Anon filius Naas erat iuuenis,&
nouus in regno,egebatque auxilio cuiuſcunque: Da-
uid autẽ erat rex potens, & glorioſus tunc inter om-
nes reges terræ, vt patet 2.Reg.7.& ſupra 17.Et ſic
non indigebat auxilio Anon nec aliorum regum vi- G
cinorum. Quòd ergo vellet conſolari Anon ſolum
erat propter virtutem,ſcilicet, quia nolebat obliuiſci
ſuſcepti beneficij,& adhuc plus erat,quia iſtud bene-
ficium non ſuſceperat ab Anon, quem nunc volebat
conſolari, ſed a patre eius:minus autem tenetur quis
ſucceſſoribus benefactoris ſui, quàm ipſi benefacto-
ri inquantum ſucceſſor non eſt eadem perſona reali-
liter cum eo,cui ſuccedit, ſed quantum ad quandam
iuris fictionem,& ad quãdam naturę identitatem. Et
ob hoc etiam minus mouemur ad benefaciendum
ſucceſſoribus benefactorum noſtrorum,quàm ipſiſ-
met benefactoribus, & ſic Dauid laudabilis fuit in
hoc,nec imputat ei ſacra Scriptura ad peccatum. Cũ
autem obijcitur, quòd Iſraelitæ,nunquam deberent H
quærere bona, nec habere pacem cum Ammonitis,
& Moabitis:poteſt reſponderi dupliciter,vno modo,
quòd Moabitæ,& Ammonitę eſſent hoſtes Iudęorũ,
& Iudęi nunquam procurarent habere pacem cum
eis,nec benefacere ſibi.Si tamen Ammonitæ,& Moa
bitæ prius benefacerent Iſraelitis, non prohibebãtur
ipſi reſpondere eis in ſimilibus beneficijs, ſicut colli-
gitur Deuterono.23.ſcilicet. Non facies cum eis pa-
cem:nec quęres eis bona. Quærere autem bona alicui
eſt,quando quis quærit quomodo benefaciat alteri,
quando tñ reſpondet ei pro beneficio ſuſcepto non
dicitur quærere ei bona, quia non eſt ab eo principiũ
operationis. Et ſic fuit nunc in Dauid,quia ipſe non
incępit benefacere Naas regi Ammonitarum, ſed il- I
le benefecit Dauid, ideo poterat Dauid, immo obli-
gabatur,retribuere ei,& ſic patet in litera, quia dici-
tur: Faciam miſericordiam cum Anon filio Naas:
pręſtitit enim pater eius mihi gratiam. Scilicet, pro
gratia mihi pręſtita benefaciam illi.Secundo poteſt di
ci,& melius,quòd Iſraelitis non prohibebatur bene-
facere Ammonitis,& Moabitis quantum ad omnia,
& habere pacem cum eis, quia tunc non poſſent re-
cipere aliquem de illis, qui vellet conuerti ad ritum
Iudaicum,& tamen ſuſcipiebant: nã Ruth fuit Moa-
bitis,& accepta eſt in vxorem a Maalon filio Noemi,
& poſtea a Booz,& de ſtirpe eius deſcendit Dauid,vt
patet Ruth.tertio, & quarto, ſed ſolum prohibeban-
tur Iſraelitę concedere honorem Moabitis, & Am-
monitis poſtquam conuerterentur ad Iudaiſmum, K
& etiam prohibebantur dare eis vxores de filiabus
Hebręorum, & patet hoc Deuteronom.23.quia ibi
ponitur de gentibus conuerſis ad Iudaiſmum,qui de
berent intrare in Eccleſiam Domini:& qui non. De
Aegyptijs,& Idumęis dicitur, quòd intrabũt in quar-
ta gñatione, de gbuſdã alijs dr̃,q̃ intrabunt in decima
gñatione: de Moabitis aũt, & Ammonitis dr̃,q̃ non
intrabũt in Eccleſiam Domini, etiam poſt decimam
generationem,nec in ęternum, & propter hoc dici-
tur: Non quæres eis bonum omnibus diebus vitæ
tuæ vſque in ſempiternum. Nam permittere alicui
genti intrare in Eccleſiam Domini erat benefacere

ei,& quibuſdam gentibus permittebatur illico intrã-
re,ſcilicet,omnibus gẽtibus præter Chananæos, Idu-
mæos Aegyptios,Moabitas,& Ammonitas, quibuſ-
dam permittebatur in quarta generatione, ſcilicet,
Aegyptijs,& Idumæis,alijs verò nunquam permitte-
batur eo,quòd omnes occidendi erant, ſicut erat de
Chananęis. Et tamen ſi alicui Chananęorum licitè
daretur vita,licebat etiam ei intrare in Eccleſiam Do
mini,ſicut patet de Raab, quæ erat Chananęa cum
eſſet de Iericho, & tamen accepta eſt in vxorem a
principe totius tribus Iuda,ſcilicet,Salmon filio Naaſ
ſon, vt patet Math.primo, & colligitur Ioſue 6.Moa-
bitæ autem,& Ammonitę non iubebantur a Deo oc
cidi,ſicut Chananęi eo, quòd Iſraelitæ accepturi erãt
terram eorum in poſſeſſionem, ſicut terram Chana-
nęorum, Deuteronom.ſecundo, & tamen ipſi ſoli
vetabantur in ætternum introire in Eccleſiam Domi
ni Deuteron.23. Eſt autem nõ introire in Eccleſiam
Domini, non accipere vxorem de filiabus Hebręo-
rum,& etiam non habere aliquem principatum inter
Iſraelitas:nam congregatio Iſraelitarum vocatur Ec-
cleſia Domini,ideſt, multitudo, vel cõgregatio Dei.
Si autem acciperet aliquis vxorem de mulieribus il-
lius congregationis, introibat in Eccleſiam Dei,
quia ſemen ſuum efficiebãtur pars Eccleſiæ Dei,cum
ſemen ſuum eſſet de ſtirpe Hebræorum: etiam ſi-
quis acciperet aliquem principatum inter Iſraelitas,
dicebatur introire in Eccleſiam Dei eo, quòd per
iſtum principatum efficiebatur caput Eccleſiæ Dei,
vt declaratum eſt Deuteronom.vigeſimotertio. Iſta
duo non vetabantur alijs gentibus, & tamen vetabã-
tur Ammonitis,& Moabitis: ideo dicebãtur Iſraelitæ
quantum ad hoc abominari Moabitas, & Ammo-
nitas. Et dicitur, quòd non quærerent eis bonum
omnibus diebus vitę ſuę vſque in ſempiternum, id-
eſt, nunquam permitterent eos introire in Eccle-
ſiam Domini:nam ſi Iſraelitis liceret aliquando quę-
rere bonum Moabitis, & Ammonitis, procurarent
eis tunc omnem honorem, quem poſſent, & ſic in-
troducerent eos in Eccleſiam Domini, ſicut faciebãt
de alijs gentibus. Et tamen nunquam permittere
debebant,quòd introirent in Eccleſiã Domini. Ideo
dicitur,quòd non quęrent eis bona omnibus diebus
vitæ ſuæ:alia tamen bona,quæ non erant introductio
in Eccleſiam Domini, non prohibebantur Iſraelitæ
facere Moabitis, & Ammonitis, & ſic Dauid fecit
nunc,quia ſolum volebat miſereri Anon filio Naas
præſtando ſibi fauorem: tamen non introducebat
eum in Eccleſiã Domini, ſcilicet,dando ſibi vxorem
de filiabus Hebręorum vel conſtituendo eum prin-
cipem in aliqua dignitate inter Hebręos. Sed obijcie-
tur, quòd non poſſit hoc ſtare, quia non ſolum pro-
hibebantur Iſraelitæ,ſcilicet, introducere Moabitas,
& Ammonitas in Eccleſiam Dei,ſed etiam beneface
re eis in alijs:nam dicitur Deuteronom.vigeſimotęr-
tio.Non facies cum eis pacem. Et tamen facere pa-
cem non erat introducere eos in Eccleſiã Domini.

Reſpondendum,quòd hoc ſolum erat, quòd ve-
tabat̃,& tamen dictum eſt,quòd non facerent pacem
Iſraelitę cum Moabitis & Ammonitis, quia per hoc
peruenirẽtur ad introducendum eos in Eccleſiam
Dei.

Pro quo ſciendum,q̃ aliud eſt facere pacem q̃ ha-
bere pacem:habere enim pacem nihil eſt niſi ceſſare
a bello, vel non pugnare:facere pacem eſt ponere fę-
dera,vel conuentiones inter aliquas gentes.primum
non erat vetitum Iſraelitis, quia aliàs obligarentur
ſemper pugnare contra Moabitas, & Ammonitas,
quod falſum eſt. Secundum erat illicitum: nam fa-
cere fędera pacis eſt, quando aliquę gentes volunt

totaliter

totaliter redire in concordiã, & vt iſtud ſemper duret, A
miſcent connubia:qa progenies inde ſurgens eſt vtro-
rumque,& per illam conſeruabitur pax:hoc aũt Deus
volebat fieri in Moabitis, & Ammonitis, quia prohi-
bitum erat recipi illos in Eccleſia Domini. Ideo dixit,
nõ facies cum eis pacem, ſ. per quam veniretur ad in-
troducendum Moabitas,& Ammonitas in Eccleſiam
Domini, & ſic non vetabantur Hebræi aliud bonum
facere Moabitis,& Ammonitis, niſi introducere eos
in Eccleſiam Dei, Dauid autem volens nunc conſola-
ri Anon regem Ammonitarum, nõ introducebat eũ
in Eccleſiam Domini,ideo non erat ei illicitum hoc.

De gratia, quam præſtitit Naas Rex Dauid regi.
Quæſt. V.

QVAERITVR vlterius,quæ fuit gratia, quã præ-
ſtitit Naas rex Ammonitarum Dauid, pro qua
nunc volebat Dauid benefacere filio eius. Re-
ſpondet Rabbi Sa. & quidam alij Hebræi, q̃ Dauid tu-
lit patrem ſuum,& matrem ad regem Moab, quando
fugiebat a facie Saulis, manebantq; cum eo, quandiu
Dauid erat in præſidio cum viris ſuis. Rex autẽ Moab
occidit patrem,& matrem Dauid, voluitque occidere
eum, & viros eius, & tunc fugit ad Naas regem Am-
monitarum, qui benigne ſuſcepit eũ, & præſtitit, quæ
potuit ad conſolationem eius. Quòd autem pater, &
mater Dauid fuerint cum rege Moab,quandiu Dauid
erat in præſidio terræ illius, verum eſt, quia Dauid reli-
quit illos apud regem Moab,eo quòd erant veteres,&
non poterant cum eo, & viris ſuis diſcurrere hinc, &
inde ad inſultus bellicos,& prædas, vt patet 1.Regum
22. & tamen an rex Moab occiderit illos, & voluerit
occidere Dauid non apparet, ſed Hebræi confingunt
hoc, quia nunquam poſt illud fit mentio de patre, &
matre Dauid. Iſtud autem motiuum leuiſſimum eſt.
Aliter poteſt dici, quòd cum Dauid magno tempore
fugerit a facie Saulis, & deſcenderit in terrã Philiſthi-
norum, & Moabitarum, etiam deſcenderit in terram
Ammonitarum,quæ coniuncta erat terrę Iſrael,& ibi
receptus fuerit benigne a Naas rege, & hoc ſatis veri-
ſimile eſt,quia Naas rex Ammonitarũ erat hoſtis Sau-
lis propter victoriã, quam obtinuerat de eo, & diſper- D
ſerat exercitum eius, ita vt nõ relinquerentur duo pa-
riter, 1.Reg.11. Dauid autem erat nũc hoſtis Saulis,&
fugiebat a facie eius. Ideo credendum eſt,q̃ reciperet
eum Naas benigne,quia ambo erant nunc hoſtes Sau-
lis, & ſciebat Naas, quòd Dauid erat vir fortis, & bel-
licoſus, qui poterat eum adiuuare contra Saulem, ſi
opus eſſet, ſicut quando Dauid deſcendit in terram
Philiſthinorum,& manſit cum Achis rege Geth, ipſe
duxit eum ſecum in bellum cõtra Saulem,ſciens eum
eſſe hoſtem eius, 1. Regum 29. & Dauid promiſit ibi
fac[illegible]ta contra Saulem, 1.Regum 28. & propter
iſta beneficia, quæ tunc ſuſceperat Dauid a Naas, vo-
luit filio eius Anon benefacere.

Qui cum peruenissent in terram filiorum E
Ammon, vt consolarentur Anon, dixerunt
principes filiorum Ammon ad Anon: Tu
forsitan putas, quòd Dauid honoris causa in
patrem tuum miserit, qui consolarentur te,
nec animaduertis,quòd vt explorent, & in-
uestigent, & scrutentur terram tuam, vene-
rint ad te serui eius. Igitur Anon pueros Da-
uid decaluauit, & rasit, & præscidit tunicas
eorum a natibus vsque ad pedes, & dimisit

eos. Qui cum abijssent, & hoc mandassent
Dauid, misit in occursum eorum: Grandem
enim contumeliam sustinuerunt, & præce-
pit, vt manerent in Iericho, donec cresceret
barba eorum, & tunc reuerterentur.

Qui cum peruenissent. Hic ponitur ſecundum huius partis,ſcilicet,viris Dauid inflicta contumelia, & dicit. *Qui cum peruenissent in terram filiorum Ammon.* Scilicet, In ciuitatem regalem in qua erat Rex, quę vocabatur Rabath: nam non erant conſolaturi regem illico, vt introirent in terram Ammonitarum, ſed cum peruenirent ad locum, in quo ipſe erat. *Vt consolarentur* B *Anon.* Ideſt, Vt dicerent ei verba conſolatoria, quæ iuſſerat eis dicere Dauid. *Dixerunt principes filiorum Ammon ad Anon.* Iſti erant principes regni, & conſiliarij regis, qui aſſiſtebant ei ad conſulendum in omnibus, quæ fieri deberent, potiſſime, quia Anon erat adhuc iuuenis, & nouus in regno, & neſciret quid oporteret fieri in ſingulis.niſi haberet conſiliatores.

Tu putas forsitan quòd Dauid honoris causa in patrem tuum miserit, qui consolarentur te. Iſtud dixerunt principes ad Anon, quia forte ille ſuſceperat bono animo nuncios Dauid, & credebat verbis eorum, & hilari vultu tra-
ctabat eos, tanquàm nuncios amici patris ſui, ideo principes dixerunt, quòd non putaret, quòd Dauid vellet honorare patrem eius Naas in hoc, ſed magis C
mittebat Dauid nuncios ad explorandum terram.

Et non aduertis, quòd vt explorent, & vt inuestigent, & scrutentur terram tuam venerunt ad te serui eius. Quaſi dicat, Non debes credere hoc, ſed magis, quòd venerunt inſidioſe ad videndum terram tuam,vt deſtruant eam. Et ponitur explorare, inueſtigare, & ſcrutari, & eſt multiplicatio in verbis, quia omnia iſta idem ſignant, ſcilicet, quòd veniebant illi ad inueſtigandum, quæ eſſent loca infirma terræ, per quæ poſſent Iſraelitæ introire, & capere vrbes, ſic enim dixit Ioſeph ad fratres ſuos fingens ſe ignotum, quando deſcenderunt in Aegyptum: Exploratores eſtis, & vt videatis infirmiora terræ veniſtis. Et iterum dixit: Immunita terræ huius conſiderare veniſtis, Geneſis quadrageſimoſecundo. D

Igitur Anon pueros Dauid decaluauit. Putauit rex inſipiens verum eſſe, quod dixerant filij principis, & ideo voluit inferre iſtis nuncijs Dauid pœnam, tanquàm exploratoribus regni venientibus in dolo, & decaluauit eos,ideſt,abſtulit omnes pilos capitis ſui.

Et rasit. Scilicet, Totam barbam ipſorum, & iſtud erat contra conſuetudinem illius temporis, ideo erat magna ignominia.

Et præscidit tunicas eorum a natibus vsque ad pedes. Veſtes Hebręorum erãt longę pertingentes vſque ad pedes, & præſcidit illas rex a natibus vſque ad pedes, faciens, quòd tota pars corporis, quæ erat a natibus vſque ad pedes eſſet diſcooperta. Et dicitur ſecundo Re- E
gum decimo. Præſcidit veſtes eorum medias vſque ad nates. Ideſt, Præſcidit veſtes eorum per medium, quia in natibus eſt quaſi medietas ſtaturæ hominis.

Et dimisit eos. Scilicet,Dimiſit abire in terram ſuam eos ſic deluſos.

Qui cum abijssent. Scilicet,Receſſiſſent de terra Ammonitarum. *Et mandassent Dauid.* Ideſt, Miſerunt illud ad dicendum Dauid, vt ipſe prouideret ſuper hoc, & non accipitur hic mandare pro imperare, ſed pro mittere ad dicendum, ſic enim eſt modus loquendi quarundam gentium,& ſic etiam ſacra ſcriptura conſueuit dicere,vt patet Geneſ.45. Cum dixerunt filij Ja-
cob ad eũ:Hæc mãdat tibi filius tuus Ioſeph. Ideſt, Hęc mittit tibi ad dicendum, quia filius non iuberet patri,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed potius rogaret, sic etiam dicitur Numeri 20. Hæc F mandat tibi frater tuus Israel. Idest, Mittit tibi ad dicendum: nam ibi loquebātur Israelitæ ad Idumæos, & nō imperabant, sed potius orabant, ꝙ permitterentur transire per terram Idumæorum, vt patet ibidem. *Misit in occursum eorum.* Sciuit Dauid quanta contumelia eis fuerat inflicta, & noluit, quòd sic confusi intrarent in terram suam, sed voluit quòd manerent in aliquo loco semoti a communicatione hominum, quousque crescerent barbæ eorum, & possent honeste apparere coram alijs in terra Israel. *Et præcepit, vt manerent in Iericho.* Ista est ciuitas in introitu terræ Chanaan ad Orientalem partem eius. Cuius muri miraculose corruerunt Israelitis lustrantibus vrbem, Iosue 6. *Donec crescerent barbæ eorum, & tunc reuerterentur.* Scilicet, Post- G quàm creseeret barba, honeste poterant apparere coram alijs hominibus, & tunc reuersuri erant, & non prius.

De iudicio temerario principum filiorum Ammon.
Quæst. VI.

QVAERITVR, quare putauerunt principes filiorum Ammon, ꝙ nuncij Dauid erant exploratores. Respondendum est, quòd multiplex motiuum habere poterant. Primum erat ex prudentia, quia ad prudentem pertinet cauere, & timere in illis, in quibus non est determinatus euentus, si possunt in malum exitum verti. Sic erat hic, quia dato, ꝙ H nuncij Dauid bona verba referrent, poterat esse quòd malo animo venirent ad explorandum terram, vt traderetur in manu hostium, & istud ad quemlibet pertinet cogitare, quando videt homines extraneos in regno suo, nisi constet ei de intentione illorum. Sic fuit de Ioseph, qui videns fratres suos in Aegyptum, dixit eis: Exploratores estis, & infirmiora terræ videre venistis. Et sic non errabant principes Ammonitarum cogitando, quòd serui Dauid essent exploratores, sed errauerunt iudicando ex abrupto illos esse exploratores, & condemnando tanquàm exploratores, cū non constaret eis de veritate. Secundum erat speciale ex parte Ammonitarum, propter quod magis deberent suspicari exploratores venire in terram suam, quàm aliæ I gentes, scilicet, ga habebant maiorem causam timendi: nam rex eorum erat nouus in regno, & iuuenis, & forte non bene erant dispositæ res terræ illius propter mortem regis Naas, qui pauloante hoc fuerat, ideo poterāt suspicari rationabiliter, quòd aliæ gentes insidiarentur eis tunc, quādo facilius erat eos debellare. Tertium erat ex parte Dauid, quia ipse erat vir bellicosus nimis, & subiecerat sibi in tributum omnes regiones, quæ erant in circuitu terræ Israel, scilicet, Moabitas, qui erant ad partem Orientalem, & Idumæos, qui erāt partim ad Orientem, & partim ad Meridiem, vt colligitur de ambobus, Numeri 34. & Deuteronom. 2. & 3. & Philisthinos, qui erant ad partem Meridianam, vt colligitur Iosue 13. & Syros, qui erant ad Aquilona- K rem partem, & sic non manebat aliqua gens de confinibus Israel, quæ nō esset subiecta Dauid in tributum, nisi Ammonite. poterant ergo verisimiliter præsumere, quòd Dauid vellet etiam eos subijcere sibi in tributarios, & ad hoc mitteret exploratores, vt viderent terram, & caperent eam. Quòd autem omnes gentes prædictas subiecisset sibi Dauid, patet 2. Regum 8. & præceden. cap. Quartum erat ex conditione Hebræorum, quia Hebræi erant infesti Moabitis, & Ammonitis propter duo. Primo propter legem, quia Deus iusserat Deuteronom. 23. Quòd Israelitæ nō facerent pacem cum Moabitis, & Ammonitis, nec quærerent eis bonum omnibus diebus vitę suæ. Secundo propter bella, quæ inciderant inter Ammonitas, & Israelitas, quando rex Ammon repetiuit terram, quàm tenebant Israelitæ, & indixit eis bellum tempore Iephthe Galaditis iudicis Israel, Iudicum 11. & sic putabant nunc, quòd insidiarentur eis Hebræi sub colore pacis ad auferendum terram.

De quibusdam verbis, quæ dixerunt principes Anon.
Quæst. VII.

QVAERITVR vlterius, quare dixerunt principes Anon regi: Putas, quòd Dauid honoris causa in patrem tuum miserit, qui te consolarentur? Et quare non dixerunt: putas, quòd causa honoris tui Dauid miserit, qui te cōsolarentur? Vel quòd dicerent absolute, putas quòd causa honoris miserit Dauid? Respondendum est, quòd hoc potuit esse propter multa. Primo, quia forte nuncij Dauid retulerunt in verbis cōsolatorijs, quòd Dauid recognoscens gratiam, quam susceperat a Naas patre suo, mittebat ad consolandum eum. Cum ergo propter patrem fieret consolatio filio, dicebatur fieri causa honoris Dauid in patrem Anon, & quia ista verba audierant principes Ammonitarum, retulerunt illa, sicut dixerant serui Dauid. Secundo potest dici, quòd principes Ammonitarum dixerunt hoc, dato quòd nihil de his retulissent serui Dauid, quia color veniendi ad Anon erat propter patrem eius: nam sciebant isti principes, quòd Naas rex Ammonitarū benefecerat Dauid. Et quòd nunc Dauid si vellet mittere exploratores sub colore aliquo, non haberet alium colorem, nisi quòd volebat consolari filium propter beneficia susceptā a patre, & sic retulerunt principes de honore patris. Tertio, quia dato, quòd principes nihil scirent de beneficio collato Dauid a Naas, nec serui Dauid illud referrent, mouerentur rationabiliter ad dicendum hoc, quia cum Dauid nunc benefaceret Anon, mittendo ad consolandum eum, non faceret istud sine causa, non tamen promeruerat aliquid Anon apud Dauid, quia erat iuuenis, & nunc nouiter acceperat statum regalem, ideo faceret istud propter patrem suum, & sic isti dixerunt.

An peccauerunt Anon, & serui eius decaluando seruos Dauid. *Quæst. VIII.*

QVAERITVR vlterius, an Anon, & serui eius peccauerunt, decaluando seruos Dauid. Aliquis dicet, ꝙ non, quia rationabiliter præsumebant istos esse exploratores, vt declaratum est supra in prima quæstione istarum. Ideo rationabiliter pœnam exploratorū eis infligebant. Rñdendū est, ꝙ valde peccauerūt Anon, & serui sui faciendo hoc. Serui quippe Anō peccauerūt ꝙsulēdo hoc regi, ipse aūt Anō peccauit credēdo eis, & iubēdo fieri cū esset iniustū. Et patet hoc primo, ga Dauid intulit bella Ammonitis solū pp hoc, si tñ nō peccauissent Ammonitæ in hoc, bellū inflictū a Dauid esset iniustū, & tñ Dauid iuste pugnauit nunc, ga nō reprehenditur in aliquo loco scripturæ de isto bello, cum tñ ponantur peccata sua, 3. Regum 15. Ergo illi peccauerunt. Secundo patet, quia infra dicit: Videntes aūt filij Ammon, ꝙ iniuriā fecissent Dauid, &c. Si tñ iuste fecissent, hoc, nō fecissent iniuriā Dauid, ga nemini facit iniuriā, qui vtitur iure suo, ergo peccauerunt. Tertio patet, ga serui Dauid nihil mali egerāt, nec facere intendebant, & inflicta fuit eis pœna, tanquàm malefactoribus, ergo peccatum fuit. Quarto patet, quia serui Dauid veniebant ad benefaciendū Ammonitis, scilicet, ad offerendum regi eorum amicitiam, quam habebat Dauid ad ipsum, & ad offerēdum ei

ei fauorem Dauid in omnibus. Ipsi verò retribuerunt A pro hoc contumeliam cum deberent referre gratiarum actiones, ideo non solum peccauerunt, sed etiam aliquid inhumanum fecerunt, quia inhumanum est auxiliatorem expelli, idest, malum retribui auxiliatori, vt patet octauo Ethicorum. Ad rationem in contrarium dicitur, quòd Ammonitæ verisimiliter poterant suspicari, quòd serui Dauid essent exploratores, tamen non propter hoc sequitur, quòd iuste illis pœnam intulerint, cum illi non essent vere exploratores, sed consolatores Regis. Nec excusat eos suspitio in hoc, quia non potest præcedi ex qualibet præsumptione ad condemnandum aliquem, sed solum ex illa, quæ est violenta. Ista autem non erat violenta, nec etiam omnino probabilis, sed satis remota, B ideo non excusat eū: dato, quòd Ammonitæ omnino crederent seruos Dauid esse exploratores, non debebant punire eos quousque constaret sibi, sed propter istum timorem iustum poterant eis iubere exire de regno, & quòd non ingrederentur in aliquas vrbes, ne viderent infirmiora terræ, & sic haberent remedium timoris sui, & nemini inferrent iniuriam. Nunc autem valde iniuste, & imprudenter fecerunt, quia non habita aliqua probatione qualicunque contra seruos Dauid punierunt eos.

De modo punitionis in seruos Dauid.
Quæst. IX.

QVAERITVR vlterius cum Anon vellet punire C seruos Dauid, quare potius rasit barbas eorum, & scidit vestimenta a natibus vsque ad pedes, & decalcauit eos, quàm faceret aliquid aliud. Respondendum est, quòd Anon volebat inferre contumeliam seruis Dauid, & putauit non posse alio modo melius inferre quā sic, eo quòd ista erat magna ignominia, ideo istud fecit eis: patet enim hoc, quia 2. Regum 10. Dicitur de istis: Erant enim viri confusi turpiter valde. Et hic dicitur grandem enim contumeliā sustinuerant: & patet hoc nam homines habent vestes principaliter ad operiendum verenda sic dicitur Ecclesiast. 29. Scilicet, Initium vitæ hominis panis, & aqua, & vestimentum, & domus protegens turpitu- D dinem. Nunc tamen reuelauit Anon pudenda istorum virorum scindens vestes eorum vsque ad nates, ideo erat magna ignominia. Etiam quia raderetur dimidia barba ipsorum erat confusio magna propter tria. Primum quia insolitum erat barbam radi, sed nutriebant viri comam, & barbam apud antiquos. Quod ergo raderetur barba alicui, erat quasi deficeret ei aliquid de illis, quæ erant de integritate naturæ. Secundum erat, quia isti viri passi fuerant aliquid contra legem suam. Nam Deus iusserat, quòd barbæ filiorum Israel non raderentur sic sicut nunc rasæ fuerant barbæ istorum, vt patet Leuiti. 19. Scilicet, Nec in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam. Quod tamen aliquis patiatur aliquid contra E legem ignominia est, eo quòd viuere contra legem illam Iudæi reputabant ignominiam. Sic patet de filijs Israel, qui circuncidebantur, & gentiles non circuncidebantur, & putabant Iudæi ignominiosum esse, quòd illi essent incircunciſi. Et dicebant eis hoc tanquam ignominiam. Sic dixerunt pater, & mater Samsonis ad eum, quare vis accipere vxorem de filiabus Philisthinorum, qui incircunciſi sunt? Iudic. 14. Et Ionathas filius Saulis dixit ad armigerum suum, Veni transeamus ad stationem incircunciſorum horum primo Regum 14. Quòd ergo viri isti raderentur barbam contra legem, erat ignominia. Tertio patet, quia fecit Anon radi medietatem barbæ cuiuslibet illorum, & ista erat maior confusio: nam etiam inter illos, quibus est vsus radere barbam ignominia magna est siquis dimidium barbæ rasum solum habuerit. Et tamen isti rasi sunt in sola medietate barbæ, ideo valde erant confusi. Quod autem decaluarentur etiam erat magna confusio: nam quod fit contra vniuersalem morem, est quasi fiat contra naturam, & tamen contra morem omnium erat, & est, quòd viri decaluentur, ideo confusio erat illos decaluatos esse. Et sic quamquam aliter posset eis nocere, tamen sic magis illudebat eis, & contemptibiles reddebat quàm aliter, ideo fecit hoc.

De diuersitate in verbis, quæ habentur hic, & 2. Regum cap. 10. circa iniuriam factam pueris Dauid.
Quæst. X.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd Anon decaluauit pueros Dauid, & rasit eos, & præscidit tunicas eorum a natibus vsque ad pedes, quia 2. Regum 10. Dicitur aliter, scilicet, Rasit dimidiam partem barbæ eorum, & præscidit vestes eorum medias vsque ad nates. Respondendum, quòd ista idem sunt, & tamen secundum consuetudinem scripturæ, quando idem factum narratur in pluribus locis, alicubi plus ponitur, & alicubi minus, potiūs quando vnus locus est ad declarationem alterius. Sic autem est in præsenti, quia iste liber Paralipomenon est solum ad supplendum ea, quæ omissa sunt in aliis libris, & potissime in libris Regum, sicut significat nomen suum, scilicet, Paralipomenon, idest, de omissis, vel relictis. Et patet magis in Epistola Hieronymi ad Paulinum cap. 7. Et in prologo Galeato eiusdem, & sic 2. Regum 10. significantur duo, quæ fecit Anon pueris Dauid, scilicet, quòd rasit barbam eorum, & quòd præscidit vestes, hic autem ponuntur tria: nam additur aliud, scilicet, quòd decaluauit eos. Modus ergo fuit, quòd Anon fecit omnes pilos capitis istorum radi, deinde rasit medietatem barbæ eorum, & reliquit aliam medietatem, vt turpiores apparerent, deinde scidit vestes eorum per medium, scilicet, super nates. Et secundum hoc concordatur litera ista, & illa: nam cum dicitur hic, quòd decaluauit eos, istud verum est, & supplet- D tur hic, cum non fuerit positum 2. Regum 10. Cum autem dicitur, & rasit, intelligitur de rasione barbæ, & istud magis declaratur 2. Regum 10. quàm hic, nam dicitur rasitque dimidiam partem barbæ eorum. Et quamquam iste liber sit quasi expositiuus librorum Regum, tamen aliqua habentur ibi plenius quàm hic, quia ea, quæ ibi plene scripta sunt non repetuntur hic, nec expedit repeti. Cum autem dicitur hic præscidit tunicas eorum a natibus vsque ad pedes dicitur ibi, scidit vestes eorum medias vsque ad nates. Et est differentia, quia ibi dicitur vestes medias, & verum est, quia vestes istorum scidit per medium Anon: nam medium staturæ hominis est super nates, & dicitur vestes medias, idest, per medium vestium, quia iste est modus loquendi, & dicitur hic vsque ad pedes, & ibi dicitur vsque ad nates, & idem est, quia potest accipi pars, quæ manebat cooperta de corpore facta ista abscisione, vel pars, quæ manebat nuda: si accipiatur pars operta, dicitur vsque ad nates, quia a capite vsque ad nates manebāt vestimenta operientia corpus, pars autem inferior erat nuda, & istud accipitur 2. Regum decimo. Cum dicitur, scidit vestes eorum medias vsque ad nates. Si autem accipiatur pars nuda erata natibus vsque ad pedes. Et sic accipitur hic, cùm dicitur, præscidit tunicas eorum a natibus vsque ad pedes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Videntes autem filij Ammon, quòd iniuriam fecissent Dauid, tam Anon, quàm reliquus populus miserunt mille talenta argenti, vt conducerent sibi de Mesopotamia, & de Syria Maacha, & de Soba currus, & equites. Conduxeruntque triginta duo millia curruum, & Regem Maacha cum populo eius. Qui cum venissent castrametati sunt è regione Medaba. Filij quoque Ammon congregati de vrbibus suis, venerunt ad bellũ. Quod cum audisset Dauid, misit Ioab, & omnem exercitum virorum fortium: egressique filij Ammon, direxerunt aciem iuxta portam ciuitatis; reges autem, qui ad auxilium eius venerãt, separatim in agro steterũt. Igitur Ioab intelligẽs bellum ex aduerso, & post tergum contra se fieri, elegit viros fortissimos de vniuerso Israel, & perrexit contra Syrum. Reliquam autem partem populi dedit sub manu Abisai fratris sui, & perrexerunt contra filios Ammon: Dixitque, si vicerit me Syrus, auxilio eris mihi, si autẽ superauerint te filij Ammon, ero tibi in præsidium. Confortare, & agamus viriliter pro populo nostro, & pro vrbibus Dei nostri: Dominus autem quod in conspectu suo bonum est, faciat. Perrexit ergo Ioab, & populus, qui cum eo erat, contra Syrum ad prælium, & fugauit eos. Porro filij Ammon videntes, quòd fugisset Syrus, ipsi quoque fugerunt Abisai fratrem eius, & ingressi sunt ciuitatem, reuersusque est etiam Ioab in Ierusalem.

Videntes autem. Hic ponitur secundum principale huius capituli, scilicet consurgens pugna: nam propter contumeliam factam in seruis Dauid, facta fuit ista pugna, quæ habetur hic, & alia, quæ habetur sequenti cap. & diuiditur in duo, secundum q̃ fuerunt duo bella facta contra adiutores Ammonitarum. Primum a solis seruis Dauid: secundum ab ipso Dauid ibi Videns autem Syrus, &c. Circa primum dicitur. *Videntes autem filij Ammon, quòd iniuriam fecissent Dauid* Scilicet, Postquàm decaluauerunt seruos Dauid, & miserũt eos, cogitauerunt sup hoc, & viderunt, q̃ male fecerant, q̃ ista iniuria inflicta illis viris, fuerat inflicta Dauid, qui erat rex potens, & poterat nocere Ammonitis. *Tam Anon, quàm reliquus populus miserunt mille talenta argenti.* Potest referri hoc ad verbum præcedens, vel ad sequens: referendo ad præcedens est sensus, quòd tam Anon quàm populus suus viderunt, quòd fecerant iniuriã Dauid: referendo ad sequens est sensus, quòd tam populus quam Anon miserunt ista mille talenta: viderunt enim Ammonitæ, q̃ fecerant iniuriam Dauid, & q̃ Dauid pugnaret contra eos, & ipsi non possent resistere ei, ideo conati sunt cõducere milites stipendiarios, vt adiuuarent eos, & ad hoc dederunt mille talenta argenti. *Vt conducerent de Mesopotamia, & Syria, Maacha, & de Soba.* Scilicet, De omnibus his regionibus, quæ erant propinquæ terræ Ammon, conduxerunt milites, & dederũt eis ista mille talenta. Mesopotamia est regio quædã in Syria, quæ vocatur in Hebræo Aram Naaraim, i. Syria fluuiorũ, & est illa pars Syriæ, quæ est apud Euphratem: nã diuidit eã Euphrates. Syria accipitur hic pro alia parte Syriæ, quæ non est apud Euphratem, & vocatur Syria absolute, quia aliæ partes Syriæ habent nomina specialia. Maacha nõ est nomen regionis, sed viri: nã quidã rex vocabatur sic: Vel põt esse q̃ Maacha sit nomen regionis, & dicatur rex Maacha, i. rex illius regionis. Soba est nomen regionis, quæ est in Syria, vel est nomen vrbis. Quidquid autem sit Soba est in Syria in regione vrbis Hemath, vt patet præcedenti cap. vbi dr̃. Quòd Adarezer erat Rex Soba, regionis Hemath. Ab omnibus his ceperũt Ammonitæ currus, & equites. *Currus, & equites.* Currus est plaustrum habens quatuor equos armatos portantes ipsum, & in rotis eius sunt enses curuati in modum falcis. Ideo vocantur isti currus falcati, de quibus magis declaratum est præcedenti cap. Equites autem non sunt illi, qui pugnabant super currus, sed viri solis equis insidentes, & pugnantes. *Triginta duo millia curruum.* Istos currus habuerunt Ammonitæ de omnibus regionibus suprapositis. *Et Regem Maacha cum populo eius.* Idest, Etiam venit Rex Maacha cum populo suo ad adiuuandum Ammonitas, potest vocari Rex Maacha, scilicet, quòd Maacha sit nomen eius, vel quòd sit nomen eius Regni. *Qui cum venissent, castrametati sunt è regione Medaba.* Scilicet, Omnes gentes istæ venerunt ad adiuuandum Ammonitas, & posuerunt castra sua è regione vrbis Medaba, scilicet, a fronte, vel contra vrbem Medaba, quasi irent ad pugnandum contra Medaba, quia contra illam direxerant vultum suum: est enim Medaba ciuitas quædam Ammonitarum, ad quam cõfugerunt quidam de vrbibus Moabitarum, & Ammonitarum, quando cepit eas Sehon Rex Hesebon, vt patet Numeri vigesimoprimo cap. Iugum ipsorum disperijt ab Hesebon, vsque Dabon; lapsi peruenerunt in Ophe, & vsque Medaba. Et in ista vrbe erat nunc Rex Ammonitarum, contra quem credebatur Dauid venturum ad pugnandum, ideo istę gentes posuerunt castra apud Medaba ad defendendum ibi regem ab hostibus. *Filij quoque Ammon congregati de vrbibus suis, venerunt ad bellum.* Ammonitæ erant pauci, & non poterant se defendere a Dauid, ideo congregauerunt exercitum magnum de omnibus istis gentibus, & etiã isti conuenerunt de omnibus ciuitatibus suis ad ciuitatem, in qua erat tunc Rex, & diuisus est exercitus in duas partes, scilicet, milites stipendiarij fuerunt in vna parte extra vrbem, & Ammonitæ fuerunt in alia parte apud portam vrbis, in qua erat Rex, sic colligitur 2. Regum 10. cum dicitur: Egressi sunt filij Ammon, & direxerunt aciem ante introitum portæ. Syrus autem, & Soba, & Rohob erant seorsum in campo. *Quod cum audisset Dauid.* Potest istud intelligi de contumelia inflicta viris suis, scilicet, quòd quando Dauid audiuit illam, fecit parari exercitum, & misit Ioab principem militiæ cum exercitu suo ad pugnandum contra Ammonitas, vel potest referri ad apparatum belli, quem fecerant Ammonitæ, scilicet, quòd congregauerunt milites de omnibus his nationibus, & posuerant eos apud vrbem Raab in campo. Et intelligendum est de apparatu belli, s. quòd illo audito misit Dauid exercitum suum cum Ioab, nõ est tamen intelligendũ, q̃ omnia ista essent facta, quando Dauid misit exercitum suum, s. q̃ essent istæ gentes apud vrbem Medaba in campo, & Ammonitæ essent apud portam vrbis, quia quamquã istę gentes venirent de terra sua nõ dirigerent aciem quouisq; viderent hostes. Sed est intelligendũ, q̃ Ammonitæ illico post contumeliã inflictam seruis Dauid, congregauerunt istas gentes in adiutorium suum, sed quia non poterant tot gentes de diuersis regnis congregari secrete, & in breui, sciuit Dauid quòd congregarentur antequàm essent congregati. Et interim fecit ipse congregari exercitum suum, & misit illum cum Ioab. Cum autem dicitur hic, quòd istę gentes erãt simul in campo, & Ammonitæ erant ad introitum portæ vrbis, debet referri ad sequentia, s. vt sciatur quomodo erat disposito exercitus, quando venit Ioab ad pugnandum contra Ammonitas. Et dr̃ hoc potissime ad declarãdum quomodo erãt duæ partes exercitus, & cõtra vnam pugnabat Ioab, & contra aliam Abisai, vt patet infra in litera. *Misit Ioab, & omnem exercitum virorum fortium.* Habebat enim Dauid electos iam viros fortes pro bellis, & aserat eos militiæ suæ, ita quòd quando oportuerit cõgregari illos ad arma cito congregarentur. *Egressique filij Ammon direxerunt aciem iuxta portam ciuitatis.* Subintelligendum est, quòd omnes filij Ammon de vrbibus suis cõuenerant in vrbe Medaba, in qua tunc erat rex, & manebant ibi expectando vsquequo venirent Hebræi ad pugnandum contra eos, milites autem stipendiarij erant simul in agro, & quando venit Ioab, egressi sunt Ammonitæ de vrbe, & ordinauerunt aciem suam, posuerũt eam iuxta introitum vrbis Medaba. *Reges autem, qui ad auxilium venerant separati, in agro steterunt.* Quatuor Reges erant, qui venerant in auxilium Ammonitarum, scilicet, Rex Syriæ, & Rex Mesopotamiæ, & Rex Maacha, & Rex Soba, vt patet supra in litera, & magis 2. Regum 10. Omnes isti steterunt separati ab Ammonitis, & fuerunt simul in agro distantes ab vrbe. *Igitur Ioab intelligens bellum ex aduerso, & post tergum contra se fieri.* Quando enim venit Ioab erant congregatæ istæ gentes, & posuerant in campo exercitum suum. Filij autem Ammon exeuntes de vrbe posuerant exercitum apud portam vrbis, & manebat locus medius, in quo necesse erat, quòd poneret Ioab exercitum suum si pugnare vellet contra aliquam de istis gentibus, & si introiret in medium, instaret sibi bellum a facie, & a tergo. Ideo dicitur, quòd vidit Ioab, quòd instabat sibi bellum ante, & post tergum. *Elegit viros fortissimos de vniuerso Israel.* Scilicet, De toto exercitu Israel elegit viros fortissimos, quot voluit, & accepit illos in partem suam. *Et perrexit contra Syrum.* Idest, Iuit ad pugnandum contra Syros. Omnes quatuor Reges, qui venerant in adiutorium Ammonitarum vocantur hic Syrus vno nomine, eo quòd omnes congregati erant in vno exercitu. Etiam quia omnes isti erant Syri quamquam essent de diuersis partibus Syriæ: nam Rex Maacha de Syria erat, & Rex Soba, quia Soba est de regione Hemath. Mesopotamia quoque Syria est: nam Mesopotamia vocatur in Hebræo Aran Naaraim, idest, Syria fluuiorum: contra omnes istos iuit ad pugnandũ Ioab. *Reliquam autem partem populi dedit sub manu Abisai fratris sui.* Scilicet, De toto exercitu, quem duxerat Ioab de terra Israel elegit viros fortes, quos voluit, & mansit minor pars, & infirmior exercitus, & istam tradidit Abisai fratri suo: fuit iste Abisai vir gloriosus in armis, vnde ipse ponitur primus in numero triginta virorũ fortium Dauid, 2. Regum 13. & supra 11. & ipse fuit dux militiæ contra Idumęos, & occidit decem, & octo mille, præcedenti cap. & 2. Reg. 8. Ipse quoque eripuit Dauid a morte, cum quidã Philisthæus niteretur percutere eum deficiẽtem iam viribus: tradidit ergo Ioab ei partem exercitus, q̃ ipse erat bonus dux belli. Accepit autem Ioab maiorem partem exercitus, & fortiorem: minorẽ vero tradidit fratri suo, quia ipse pugnaturus erat cõtra quatuor reges Syrorum, qui habebãt magnum exercitum: Abisai autem contra Ammonitas, qui pauciores erant, & minores viribus, ideo accepit minorem partem. *Et perrexerunt contra filios Ammon.* Non intelligitur hoc de Ioab, & Abisai, quia Ioab non iuit contra filios Ammon, sed cõtra Syros, sed intelligitur de Abisai, & exercitu suo. Q̃p iuerunt contra Ammonitas. *Dixitque si vicerit me Syrus auxilio eris mihi.* Ioab dixit hoc ad Abisai, quia pugnaturi erant ꝺ duos exercitus, & poterat vnus eorum superari ab hostibus. Ideo dixit Ioab, q̃ si ipse vinceret a Syris, veniret Abisai cum exercitu suo in auxilium eius, & si Ammonitæ prævalerent contra Abisai, iret Ioab in auxilium eius. Et dicitur si vicerit me Syrus, i. si inceperit me vincere: nam postquàm totaliter victus esset, parum proderat auxiliari, eo quòd plurimi essent iam occisi, sed in principio victoriæ succurrendum erat parti incipiẽti cadere. *Si autem superauerint te filij Ammon, ero tibi in præsidium.* Idest, Si inceperint prævalere contra te, ero tibi in præsidium, ideſt, defensionem antequàm succumbas. *Confortare, & agamus viriliter.* Ioab erat vir animosus, & magis instructus in bellis: Abisai autem erat iunior, licet esset robustior. Et ob hoc Ioab confortabatur eum, vt non timeret, & quòd ageret ambo viriliter contra hostes, licet esset magnus exercitus eorum. *Pro populo nostro, & pro vrbibus Dei nostri.* Ideſt, Pugnemus fortiter pro gloria populi nostri, & ciuitatum nostrarum: nam si nõ pugnarent nunc fortiter Ioab, & Abisai, esset magna confusio Israelitarum, quia sustinerent ignominiam suam, quam intulerant eis Ammonitę, & forte istę gentes, quæ congregatæ erant, irent contra Israelitas, vt prædarentur terram ipsorum, & caperent vrbes, putantes tunc, quòd non possent Israelitę resistere eis. Si autem fortiter pugnarent Ioab, & Abisai, obtinerent magnam gloriam, & auferrent ignominiam, quam intulerant eis Ammonitæ. Sed 2. Regum 10. dicitur: Et pugnemus pro ciuitate Dei nostri. Accipitur tamen ibi singulare pro plurali. Vel potest accipi ciuitas Dei specialiter pro illa ciuitate, in qua erat tabernaculum Domini: Sed primum est verius, quia hic dicitur pro vrbibus Dei nostri. Et sic omnes vrbes terræ Israel vocãtur vrbes Dei, quia Deus illas dederat Israelitis, vel illa terra erat specialiter terra Dei, & sic vocabat ipse eam hæreditatem suam, Leuit. 25. Sic etiam 1. Regum 26. *Dominus autem, quòd in conspectu suo bonum est faciat.* Ideſt, Nos faciamus, quòd in potestate nostra est, scilicet, pugnare fortiter, deinde Deus faciat, quod voluerit de nobis, & bonum sibi visum fuerit, scilicet, dare nobis victoriam de hostibus, vel tradere nos in manus hostium: nam exitus belli non est in potestate hominum, siue pauci sint pugnantes, siue multi, sed in voluntate Dei, qui tradit victoriam, cui vult, sicut dixit Ionathas filius Saulis, non est differentia coram Deo cœli saluare in multitudine, vel in paucis, 1. Regum 14. Sic etiam dixit Iudas Machabæus: Melius est nos mori in bello, quàm videre mala gentis nostræ. Sicut autem fuerit voluntas in cœlo ita fiat, 1. Machabæorum 3. *Perrexit ergo Ioab, & populus, qui cum eo erant contra Syrum ad prælium.* Scilicet, Iuit ad pugnandum contra quatuor Reges Syrorum, qui erant in vna acie. Et vocatur Syrus communi nomine, sicut supra dictum est. *Et fugauit eos.* Quamquam Syri essent multi, tamen viri Ioab erant viri animosi valde, quia elegerat fortiores de toto exercitu, & etiam erant amaro animo propter contumeliam susceptam. Syri autem non pugnabant pro seipsis, sed conducti pretio, ideo ad primos ictus belli fugerunt. Potissime, quia dato, quòd Syri voluissent resistere Ioab non potuissent, quia Deus adiuuabat eum specialiter hunc, cum foueret iustum bellum. *Porro filij Ammon.* Isti erant in alia acie, contra quos pugnabat Abisai.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Videntes quòd fugisset Syrus, ipsi quoque fugerunt Abisai fratrem eius. Idest, Viderunt Ammonitæ, quòd tota multitudo Syrorum fugerat a facie Ioab, ideo ipsi fugerunt a facie Abisai fratris eius; & causa huius fuit, quia Syri erant magnus exercitus valde, & fugati fuerant a Ioab, non ergo possent ipsi resistere Abisai, cum essent paruus exercitus. Secundo, quia fugatis Syris sciebant, quòd Ioab conuerteretur ad adiuuandum Abisai contra eos. Et tamen nunc non poterant resistere soli Abisai, a fortiori non possent resistere, quando pugnarent ambo contra eos. Tertio, quia exercitus Ioab erat fortior, quàm exercitus Abisai, vt patet in litera, cum Ioab elegerit fortiores de toto Israel, & sic pugnarent Ammonitæ, plusquàm contra duplam resistentiam, quàm prius, quod non possent facere. Ideo ne subito veniens Ioab deleret eos, fugerunt a facie Abisai.

Et ingressi sunt ciuitatem. Posuerant Ammonitæ exercitum suum apud portam vrbis, vt patet supra in litera. Et quando voluerunt fugere, non potuit eis prouidere Abisai quin ingrederentur vrbem, & non ausi sunt Israelitæ ingredi in vrbem post eos, nec accedere ad illam, quia illi, qui erant super muros mitterent super eos tela, & saxa, sicut factum est apud istammet vrbem pugnante Ioab, quando occisus est Vrias Hethæus, 2 Regum 11.

Reuersusque est Ioab in Ierusalem. Scilicet, Ioab cum toto exercitu, & etiam cum Abisai fratre suo redijt in Ierusalem post victoriam: Dicitur tamen solum de Ioab, eo quòd ipse erat princeps maximus exercitus. Abisai autem erat constitutus ab eo pro ista vice. Reuersus est autem Ioab in Ierusalem, eo quòd ibi erat Dauid, qui semper manebat in vrbe illa, quæ erat metropolis Regni, & sic dicebatur regnare in Ierusalem, & non pugnauit nunc Ioab contra Ammonitas, quamquam soli essent destituti auxiliatoribus suis propter causas, quę ponẽtur infra in quadam quæstione, sed post aliquantum tempus renouatum est bellum, vt patet in litera.

Quare in principio non viderunt filij Ammon iniuriam, quam fecerant Dauid. Quæst. XI.

QVAERITVR circa dicta, quomodo filij Ammon viderunt nunc quòd fecerant iniuriam Dauid, & non viderunt prius antequàm facerent. Respondendum est, quòd a principio Ammonitæ solum considerauerunt id, quod erat veri simile, scilicet, quòd serui Dauid essent exploratores, & solum iudicauerunt illud ad quod passio eos mouebat, scilicet, ad puniendum seruos Dauid. Postquàm autem fecerunt hoc, quia iam cessabat passio impellens eos ad vindictã, cęperunt cogitare id, quod iustum erat intelligere, scilicet, quòd isti erant serui Dauid. Et ideo iniuria inflicta illis infligebatur Dauid. Erat autem Dauid Rex potentissimus, ideo verisimile erat, quòd conaretur delere eos ad vindictam offensæ. Secundum erat, quia iuxta conditionem timentium accidit istis, quia timentes semper arguunt contra se, & concludunt id, quod deterius est. Audaces autem arguunt pro se, & concludunt semper id, quod bonum eis est. Sic fuit de istis Ammonitis, quia a principio erant audaces habentes iracundiam contra seruos Dauid, quos putabant exploratores, & concluserunt pro se, sicut passio inclinabat, scilicet, quòd punirent eos. Postquàm autem puniuerunt eos, & cessauit iracundia facta retributione, vt ait Aristoteles quarto Ethicorum, cap. de mansuetudine. facti sunt timidi, & inceperunt cogitare cõtra se, & concludere, & tunc putarent quod Dauid bono animo misisset illos viros ad consolandũ Anón, & ipsi indiscrete, & iniuste confudissent eos. Ideo quòd Dauid iustissime moueretur ad delendum illos. Tertium erat, quia cogitarent ipsi se malefecisse, eo quòd punierant viros, de quibus nesciebant, an aliquid mali egissent. Quartum erat, quia dato, quòd ipsi cognoscerent certissime, quòd illi viri missi fuissent a Dauid in exploratores, non debuissent eos sic afficere contumelijs, quia non expediebat sibi propter duo. Primo, quia dato, quòd essent exploratores, tamen non veniebant occulte, vt exploratores, sed veniebant, vt ambasciatores regis Dauid ad consolandum regem Ammonitarum. Ambasciatores autem debent esse tuti etiam apud hostes suos, quia istud est de iure gentium, cum non possent alio modo gentes semel inter se discordantes in concordiam venire. Secundum erat, quia dato, quòd isti venirent occulte, qa tamen sciebant Ammonitæ, qꝓ mittebantur a Dauid etiam si essent exploratores, non deberent eos contumelijs afficere, quia per hoc mouerent Dauid ad indignationem, & faceret bellum contra eos, ipsi tñ non possent sustinere eum, cum esset rex potens, ex quo sequeretur destructio terræ eorum. Si autem dimitterent illos impunitos, non haberet Dauid causam pugnandi contra eos, & forte non pugnaret: melius ergo fuisset, quòd nõ tetigissent eos. Si autem timerent, quòd illis explorantibus terram, sequeretur inconueniens, s. qꝓ denunciarent postea Dauid infirmiora terræ, & quomodo illam capere posset, poterant hoc euitare excludendo illos de terra, nõ permittendo introire in vrbes, nullam tamen infligendo contumeliam.

De cæcitate Ammonitarum, quare post peccatum non petierunt veniam a Dauid. Quæst. XII.

QVAERITVR vlterius, cum Ammonitę cognouissent se fecisse malum, quare non potius cognouerunt culpam suam, & petiuerunt veniam a Dauid, quàm quòd congregarent exercitum ad pugnandum contra ipsum. Nam cum Dauid esset clemens, forte acquiescęret precibus eorum, & nõ se querentur ista bella. Respõdendum est, qꝓ Ammonitæ nõ petiuerunt veniam a Dauid propter multa. Primo, quia desperauerunt, qꝓ Dauid veniam daret, cum esset tam grauiter læsus. Secundo, quia videbatur eis quasi contra naturã esse hoc remittere. Nam si Ammonitæ fecissent iniuriam Dauid quolibet alio modo, erat remissibilis aliqualiter, quod tamen Dauid vellet benefacere eis, & pro beneficio ei contumeliam inferrent, erat irremissibile quasi apud homines: quia pro bono reddebatur malum. Sic peccatum in Spiritum sanctũ dr̃ irremissibile, quia illud solum est p̃ bonitatem, quæ attribuitur Spiritui sancto. Alia aũt peccata fiunt p̃ potestatẽ, quæ attribuitur patri, vel p̃ sapientiã, q̃ attribuitur filio, & sunt remissibilia. De hoc tñ quid verum sit, & quomodo intelligatur irremissibile esse peccatum in Spiritum sanctum, declaratum est late Leuit. 5. Tertio, quia timebant Ammonitę maiora damna sustinere: putabant enim, qꝓ Dauid non remitteret tantã iniuriã, sed pugnaret p̃ eos, & insuper nuncios eorum ad se euntes occideret, vel graui pœna afficeret, sicut ipsi affecerant seruos Dauid euntes pacifice. Quarto, quia credebant bellum esse ineuitabile, & si tractarent prius cum Dauid, quòd remitteret eis iniuriam, non decebat interim conducere milites stipendiarios ad bellum, quia si hoc sciret Dauid magis indignaretur, & non remitteret. Si autem cum tractarent pacem, non conducerent milites stipendiarios, forte Dauid non remitteret iniuriam, sed veniret contra eos in bellum, & ipsi essent destituti auxiliatoribus, nec possent resistere Dauid. Ideo putauerunt melius esse, quòd mox vt intulerunt iniuriam Dauid, quærerent defensores contra eos. Quinto, quia forte moti fuerunt isti a Deo, ad hoc, quòd non solum pugnarentur ipsi, sed etiam Reges Syrorum cum eis: forte enim Reges Syrorum aliquid mali meruerant apud Deum, & volebat eis pœnam inferre: voluitque quòd Dauid esset minister eius. Et ad hoc dedit Ammonitis in corde, vt conducerent Syros in auxiliatores. Et sic vtrique occiderentur per Dauid, vel multa damna sustinerent.

An peccauerint Ammonitæ conducendo Reges Syrios contra Dauid. Quæst. XIII.

QVAERITVR vlterius, an peccauerunt Ammonitæ, conducendo istos Reges Syrorum contra Dauid, & dando eis mille talenta argenti. Respondendum est in pretio nulla est difficultas: nam licuit Ammonitis habere auxiliatores cõtra Dauid, licuit etiam dare illis pecuniam, quia nemo tenebatur suis stipendijs militare, vt ait Apostolus 1. ad Corint. 4. An vero licuit eis auxiliatores quærere contra Dauid, est dubium. Et pro hoc cõsiderandum, qꝓ aut isti quærebant auxiliatores ad pugnandum contra Dauid, aut ad defendendum se de eo. Primo modo manifestum est, qꝓ peccabant, quia Ammonitæ non habebant aliquam iustam causam pugnandi contra Dauid, quia nõ læserat eos, sed potius Dauid habebat causam iustissimam pugnandi cõtra illos, quia grauiter offenderunt eum. Ideo si pugnare vellent, esset bellum iniustissimum, quia iniuriæ addebatur iniuria. Et sic tam bellũ, quàm omnia dependentia ex ipso, s. apparatus ad pugnandum, & etiam inde secuta, s. mors, vulneratio, & præda iniusta essent. Quidam tamen sic faciunt, quia cum grauiter alios læserint cogitant, quomodo illos omnino occidant, vt non oporteat se cauere ab eis, sed expellant a se istam solicitudinem, & istud pessimum est. Hoc nõ videntur voluisse Ammonitæ: nam quamquam congregauerunt exercitum magnum de Syria, non iuerunt in terram Israel ad pugnandum, sed manserunt in terra apud vrbem Medaba, expectando an veniret Dauid ad pugnandum cõtra eos, & ibi pugnauerunt contra Ioab, & Abisai, vt patet supra in litera. Si autem Ammonitæ conducerent gentes istas ad se defendendum: Dicendum, quòd poterat esse hoc dupliciter: vno modo, qꝓ quamquam peccauissent, vellet tamen manere illæsi, nihil satisfaciendo Dauid pro iniuria suscepta, & ad hoc congregarent exercitum, vt, si Dauid vellet repetere satisfactionem, non posset propter multitudinem exercitus eorum. Secundo modo poterat esse hoc, quia Ammonitæ confiterentur peccatum suum, & peterent veniã, offerrentq; satisfactionem Dauid. Et si Dauid nollet recipere satisfactionẽ iustã in extimatione bonorum temporalium, poterãt ipsi congregare exercitum ad defendendum se a Dauid. Si primo modo Ammonitę congregarent exercitum ad se defendendum peccabant, quia ista defensio erat iniusta, cũ non principaliter ꝑsona defenditur, sed peccatũ, ne puniatur, nec pro eo satisfiat. Si secũdo modo, iuste Ammonitæ congregabant exercitũ ad se defendendum, quia ibi non defendebatur peccatum, de quo parati erant reddere iustã satisfactionem, sed ꝑsonæ quas iniuste Dauid vellet molestare. Et isto modo peccaret Dauid pugnando contra Ammonitas, qa inferret iniustum bellum cum ipsi offerrẽt satisfactionem. Et sic iam non pugnaret pro peccato, sed pro desiderio vindictæ, & ista nõ est iusta causa pugnæ. Dicendum autem est de Ammonitis, qꝓ voluerunt se defendere, & congregauerunt exercitum primo modo isto-

rum, s. quia peccauerant, & nolebãt sustinere aliquam pœnã pro peccato, nec offerre satisfactionẽ, & ad hoc congregabãt exercitũ, vt Dauid nõ posset ab eis satisfactionem exigere. Et sic habuit iustã causam pugnãdi, quia cum lęsus esset, non attulerunt ei Ammonitæ aliquam satisfactionem, sed potius conduxerunt contra eũ exercitũ. Ex hoc aũt põt apparere, qñ aliquis iuste se defendit in bello, & qñ iustum bellum infert quis ad repetẽdum iniurias: nam siquis defendat se ab aliquo, qui vult pugnare cõtra eum sine causa, manifestũ est, qꝓ licet per omnem modum se defendere, & occidere, & prædari in bello, cum bellũ ex parte sua iustũ sit. Si autem qs defendere vult se ab alio, quem læsit, aut offert sibi satisfactionem iustam, ne pugnet p̃ ipsum, aut non: si offert, & paratus est illico eam dare, peccat ille, qui mouet bellum contra eum quantumcunque iniuriam susceperit, & ille, qui se defendit iustum bellum fouet, & põt licite occidere, & prædari. Nec obstat si aliquis dicat, qꝓ interdum tanta infligitur iniuria, qꝓ non potest de ea satisfieri, nisi per mortem eius, qui intulit: nam satisfactio non est consideranda, fm magnitudinem delicti, ad hoc, qꝓ æquiparetur iniuriæ datæ, sed sufficit, qꝓ offeratur talis satisfactio, quam posset ipse qui iniuriam intulit sine corporis sui lesione sustinere, de quo magis immediate dicetur. Si autem ille, qui intulit iniuriam non offert se satisfacturum vere, & sine fraude; non põt iuste se defendere ab aduersario, sed ille iuste aget cõtra eum repetendo satisfactionem per bellum, quam ille non vult reddere in pace. Et sic limitandum est illud dictum commune, s. qꝓ defensio omnibus licita est, & qꝓ vim vi repellere licet. Et quòd in istis duobus casibus. Primus quando ille, qui lædit nihil mali intulit. Secundus quando aliquid mali intulit, & tamẽ paratus est iustam satisfactionem præstare, alioquin vim vi repellere non licet. Considerandum autem est pro declaratione eorum, quæ dicta sunt de oblatione satisfactionis pro inflicto damno, vel iniuria, quia interdum aliter a iure offertur, & aliter a parte. Pro quo sciendum, qꝓ satisfactio, aut offertur pro solo damno, aut pro sola iniuria, aut pro iniuria cum damno. Si primo modo, semper satisfactio fieri debet p̃ bona temporalia, quæ possidentur, vel quasi possidentur, quia damnum nunq̃ infligitur, nisi in rebus; dr̃ enim damnũ, quasi diminutio rerũ. Ideo per res debet satisfieri de illo, & in isto casu dicendũ est, qꝓ eodem modo satisfit a iure, & a parte: quia vtrobiq; per æqualitatem dr̃ satisfactio fieri a iure, qñ quis lęsus est, & sententia iudicis satisfit a iure, & a parte; quia vtrobiq; per æqualitatem dr̃ satisfactio fieri a iure, qñ quis læsus est, & sententia iudicis satisfit ei: a parte aũt fit satisfactio qñ quis læsit alium, & ipse offert se satisfacturum ei de plano, & in vtroq; casu satisfactio fit reddendo æquale, vel si non põt reddi æquale, saltem reddatur, quod est possibile vsque ad bonorum cessionem: Fallit tamen hoc, quia si interdum ius pro satisfactione damni non solum facit cessionem bonorum, sed etiam imponit aliam pœnam, quia inferens damnum fuit in crimine, imponet̃ tota ista pœna, si iudicialiter satisfiat, & tñ si satisfactio offeratur a parte, nõ obligat̃ pars offerre satisfactionem maiorem, q̃ vsq; ad bonorũ cessionẽ, & qꝓ plane satisfaciet si peruenerit ad pinguiorem fortunã iuxta formã, cap. Odoardus. de solutionibus. Si aũt aliquis offerat satisfactionem pro damno, & tñ non offerat eam æqualem damno, vel saltem quantã põt offerre, sicut supra dictũ est, si pugnauerit p̃ eũ aduersarius non põt iuste se defendere per bellum. Ideo mors, vulneratio, & præda, & quæcunque aliqua bellica ex parte sua secuta iniusta sunt. Si autem satisfactio offerri debet pro sola iniuria, est differẽtia, qa interdum iniuria talis, & tanta parua est, vel talis est

Universidad de Deusto
Biblioteca

conditio personæ inferentis eam, vtpote si est religio- F
sus, vel saltem clericus, vel talis est conditio personæ
patientis, vtpote si est seruus, quòd de rigore iuris non
debeat satisfieri in illa iniuria, nisi dando res possessas,
vel aliquid de illis, & in isto casu debet satisfactio of-
ferri eodem modo a iure, & a parte, vel a parte: nam
a iure cogetur lædens soluere æstimationem iniuriæ
integram, vel saltem quantum potest vsque ad bono-
rum cessionem, sicut supra dicebatur de satisfactione
damni dati, & sic etiam debet satisfieri a parte, quando
lædens sine iudice offert se læsis satisfacturũ de plano:
nam tenetur ad integram æstimationem, vel saltem
ad possibilem, & si non offerat istam satisfactionem,
& propter hoc contra eum pugnet ille, qui læsus est
iustam causam defendendi se non habet, ideo quidqd G
sequatur in bello ex parte sua iustum est. Interdum aũt
iniuria est talis, & tanta, vt pro ea de rigore iuris satis-
fieri debeat per corporalem punitionem inferentis,
& tunc dicendũ est, quòd aliter satisfactio de iure fit, &
aliter a parte offerenda est: nam in iudicio satisfiet per
corporalem pœnam, s. inferendo mortem pro morte,
iuxta illud. Oculum pro oculo, dentem pro dente, liu-
orem pro liuorem, qualem quis plagam intulerit ta-
lem sustinere cogetur. Exo. 21. Et Leui. 24. Si autem
satisfactio offeratur a parte, non tenetur offerre se oc-
cidendum, immo nec passurum mutilationem men-
bri, vel saltem sustigationem, vel aliam pœnam simi-
lem corporalem, dato quòd de iure pro tali iniuria
occidi deberet. Et ratio huius est, quia peccaret ille, H
qui offerret talem satisfactionem: nã iste sponte mo-
reretur, nullus tamen debet sponte mori, quia qui spõ-
te moritur, non occiditur sed seipsum occidit. Secus
autem est cum a iudice occiditur, quia tunc inuitus
patitur, & non cooperatur aliquid ad mortem suam.
Secundum est, quia iste, qui offerret talem satisfactio-
nem inducet, & hostem suum ad peccandum, scilicet,
quia faceret eum iudicem ad occidendum se. Et ta-
men in tali casu nulla lex nec ratio iurisdictionem tri-
buit. Tertium est, quia ille, qui talem satisfactionem
offerret, sponte læderet communitatem, cuius erat
pars, nam sicut ille, qui seipsum occidit, non facit sibi
iniustum, quia volens est, sed communitati, cuius est
pars, facit iniuriam, quia iniuste destruit quandam I
partem eius, vt patet 5. Ethi. circa finem. Et ob hoc
communitas punit tales se occidentes, vtpote non se-
peliendo eos, vel trahendo cadauera eorum per lu-
tum, & puluerem, vt patet ibidem: ita iste, qui sponte
se offerret hosti suo occidendum pro satisfactione læ-
deret communitatem, peccat tamen quicunque com-
munitatem lædit, quia agit contra maius bonum quã
si læderet personam priuatam, cum bona communia
sint amabiliora, & digniora bonis priuatis, vt patet pri-
mo Ethi. circa principium. Quarto patet, quia ille, qui
huiusmodi satisfactionem offerret, interdum ageret
contra priuilegium aliorum, & grauaret eos, & etiam
ille, qui acceptaret talem satisfactionẽ, peccaret, quia
infringeret priuilegium aliquorum, sic patet de illo
clerico, qui peccauerat in terra illa, in qua consuetu- K
do erat, quòd peccans sustineret certas percussiones
baculorum, & ille, vt satisfaceret consuetudini, subie-
cit se istis percussuris. Et tunc respondetur, quòd illi
laici, qui percusserunt eum, etiam si volentem inci-
derunt in canonem. Siquis suadente. Et excommu-
nicati sunt, quia fecerunt cõtra priuilegium clericale,
nam dato, quòd iste clericus inquantum erat persona
priuata posset renunciare priuilegio introducto in fa-
uorem suum, non poterat renunciare priuilegio in-
troducto in fauorem totius ordinis clericalis. Et sic
est istud, scilicet, quòd laicus non posset percutere
clericum, de hoc patet extra de sententia excommu-

nicationis cap. Contingit. Non ergo tenetur quis ta-
lem satisfactionem offerre hosti suo, etiam si grauis-
simam iniuriam intulisset, sed tenetur solum offerre
ei satisfactionem, quæ fit præter læsionem corporis
sui, & illa sufficit, vnde non tenetur pars offerre maio-
rem pro iniuria quàm pro damno, licet ius alio modo
reddat satisfactionem. Et siquis talem satisfactionẽ
obtulerit hosti suo, & ille non acceptauerit eam, quia
non æqualis iniuriæ, & propter hoc pugnauerit con-
tra iniuriantem, habet ille iustam causam defensionis,
& faciet iustum bellum, & mors, vulneratio, præda,
& quæcunque inde secuta ex parte eius, erunt iusta si-
cut in bello iusto. Si autem debeat offerri satisfactio
pro iniuria, & damno, simul debet offerri, sicut supra
dicebatur de ambobus diuisim, quia pro iniuria debet
offerri, sicut pro iniuria, & pro damno tanquam pro
damno, velut si iniuria, & damnum non prouenissent
ex eodem actu, sed ex diuersis. Et ideo debet distin-
gui, sicut supra distinguebatur, in satisfactionem dam-
ni per se, & iniuriæ per se.

Considerandum vlterius circa id; quod tangebatur
hic, scilicet, quando licet læso pugnare contra læden-
tem pro iniuria, vel damno dato, & quando licet lę-
denti defendere se ab hoste pugnante contra eum. Et
dicendum, quòd aut loquimur de læso mouente bel-
lum, aut de lædente defendente se. Si primo modo,
dicendum quòd aut læsus, & lædens habent aliquem
iudicem communem, aut non. Si habent iudicem
communem, nõ licet læso mouere bellum contra lę-
dentem p satisfactione iniuriæ, vel damni. Et nõ opor-
tet hic distingui an lędẽs offerat satisfactionẽ, vel non,
ga siue offerat illã, siue non, immo, quod plus est, dato
q̃ admonitus p partẽ satisfacere noluit, nõ licet parti
mouere bellum pro damno, vel iniuria: sed expecta-
bit, quòd pars satisfaciat, vel a iudice satisfactionem
petet; auctoritate tamen sua non licet bellum indu-
cere hosti. Si autem lædens, & læsus non habent ali-
quem iudicem communem, siue sit iniuria, siue dam-
num datum, aut lædens offert satisfactionem talem,
qualem pars parti offerre tenetur: etiam si non sit ta-
lis qualis per iudicem redderetur, aut nullam offert. Si
primo modo, non potest læsus mouere bellum contra
lædentem. Et si mouerit est iniustum, & mors, vul-
neratio, præda, & quæcunque inde secuta ex parte sua
iniusta sunt. Si autem nullam satisfactionem offert
debet læsus petere illam, & si reddere voluerit lædens,
nõ potest læsus mouere iustum bellum contra illum.
Si autem noluerit reddere, vel non tantam, quantam
debet, aut potest reddere, potest læsus indicere ei bel-
lum. Et mors, liberatio, captiuitas, seruitus, præda,
& quæcunque inde secuta ex parte istius iusta sunt. Si
tamen non petierit satisfactionem læsus, & propter
hoc quòd lædens non offert illam, bellum mouerit,
iniustum est: quia debuerat petere prius satisfactio-
nem. Et hoc verum est, nisi sciuerit, quòd lædens pa-
rat se ad resistendum læso, vt non reddat satisfactio-
nem. Et potest pugnare contra eum, tanquàm con-
tra expresse denegantem. Si aliquis dicet, quid si læ-
dens, & læsus habent iudicem communem, & ta-
men ille non facit iustitiam læso, quamquam petat?
an poterit mouere bellum? Dicendum, quòd debet
petere coram iudice superiore, vt satisfaciat. Sed quid
si ille superior etiam iustitiam non facit? Dicendum,
quòd debet discurrere per omnes iudices medios vs-
que ad vltimum superiorem petendo satisfactionem.
Sed quid si nec etiam ille superior iustitiam facit, cum
non sit vltra remedium via iuris, an licebit mouere
bellum? Dicendum, quòd quamquam forte sint ali-
qui modi, per quos potest quis sumere satisfactionem
sine iudice, vtpote retinendo apud se aliquas res ad-

uersarij si prius illas habebat, etiam si non essent sibi A
obligatæ ex aliqua causa, vel clam auferendo illas si-
cut aliqui volunt, tamen mouere bellum pro damno,
vel iniuria illata, quando iudex aliquis est non licet,
& bellum inde secutum iniustum est, licet illa, quæ
ablata fuerint vsque ad satisfactionem iniuriæ, vel
damni non tenetur restituere ille, qui mouet bellum,
cum aliàs illa essent sibi debita. Si autem loquamur
quantum ad lædentem, qui se vult defendere a læso
mouente bellum. Dicendum est sicut supra, quòd
aut lædens, & læsus habent aliquem iudicem com-
munem, aut non. Si nullum iudicem communem
habent, dicendum, quòd aut lædens offert satisfa-
ctionem, aut non: si offert illam qualis debet offerri
parti a parte, non potest iuste pugnare contra eum
læsus. Et si pugnauerit habet lædens iustam defensio-
nem, & mors, & vulneratio, & quæcunque damna
in bello ex parte sua secuta iusta sunt. Si autem non
offert satisfactionem, aut petit illam aduersarius, aut
non, si non petit: aut ipse parat se ad defendendum
contra hostem, & talem se exhibet, vt verisimiliter
putet hostis læsus, quòd non vult satisfacere, aut nihil
tale facit. Si primo modo, licitum est læso mouere
bellum contra lædentem nulla præmissa requisitione,
& tunc lædens non potest iuste se defendere, sed quæ-
cunque secuta in bello ex parte sua iniusta sunt. Si au-
tem nõ se exhibet talem, vt putetur verisimiliter vel-
le satisfacere de iniuria, vel damno; non potest læsus
mouere iustum bellum contra eum sine requisitio- C
ne, & si mouerit habebit lædens iustam causam de-
fensionis, & bellum ex parte sua erit iustum. Si au-
tem lædens, & læsus habent iudicem communem,
non est tunc distinguendum, an læsus offerat satisfa-
ctionem parti sine iudice, aut non, quia siue offerat,
siue non offerat, immo dato, quòd expresse deneget,
non potest mouere læsus bellum contra eum, & si
mouerit habebit ipse iustam defensionem. Ratio hu-
ius est, quia sicut supra dictum est, nunquàm licet læ-
so mouere bellum contra lædentem, quando habent
iudicem communem, quia potius debet pati læsio-
nem. Et sic si mouerit bellum, cum non habeat au-
ctoritatem ad mouendum, illud est iniustum: & con-
sequenter alius potest se de iure defendere. Et ideo D
iste est alius modus, in quo cuicunque licet vim vi re-
pellere, scilicet, quando ipse, & hostis suus habent iu-
dicem communem. Sciendum tamen est, quòd quan-
do quis læsit alium, & petit læsus satisfactionem, & re-
cusat lædens, & læsus mouet bellum, licet possit læ-
dens se defendere, tamen peccat inquantum noluit
satisfacere admonitus, & dedit occasionem hosti suo
pugnandi contra se.

An peccauerit Dauid pugnans contra Ammonitas sine admonitione. Quæst. XIIII.

QVAERITVR vlterius an Dauid peccauit pu- E
gnando contra Ammonitas nunc, cum non
monuerit eos. Aliquis dicet, quòd sic,
quia cum Dauid esset læsus debebat petere satisfactio-
nem iniuriæ priusquam moueret bellum. Et tamen
non petiuit, sed misit exercitum suum contra Ammo-
nitas. Respondendum, quòd Dauid non peccauit,
cum non redarguatur de isto bello, vt declaratum est
supra in quadam quæstione. Cum autem obijcitur,
quòd debebat monere prius Ammonitas: responderi
potest dupliciter, vno modo, quòd Dauid monuit eos,
& tamen ipsi recusauerunt satisfacere, sed potius con-
gregauerunt exercitum ad defendendum se a Dauid,
vt non satisfacerent ei. Et dato, quòd non scriptum
sit, hoc non obstat, quia multa facta sunt, quæ subti-

centur in sacra scriptura propter breuitatem. Secun-
do modo potest dici, & melius, quòd Dauid non mo-
nuit Ammonitas, vt satisfaceret, quia non obligaba-
tur admonere. Nam læsus ad hoc, quòd moueat iu-
stum bellum contra lædentem, oportet quòd moneat
eum vt satisfaciat, nisi appareat manifeste, quòd non
vult satisfacere, vtpote si paret se ad pugnandum, quia
tunc superflua est requisitio, vt declaratum est præce-
denti quæst. Sic autem fuit nunc, quia Ammonitæ
mox vt offenderunt Dauid, congregauerunt exerci-
tum multum de Syria ad resistendum Dauid, vt non
satisfacerent ei. Et cum audiuisset hoc Dauid, non
curauit admonere, quia inutile erat, sed misit exerci-
tum suum ad bellum contra eos, & patet hoc, quia
B in litera dicitur, quomodo Ammonitæ congregaue-
runt exercitum de Syria, & filij quoque Ammon de
vrbibus suis congregati conuenerunt ad bellum. Et
sequitur, quòd cum audisset Dauid, misit Ioab, & om-
nem exercitum virorum fortium. Et sic non erat ne-
cesse, quòd Dauid peteret satisfactionem ab Ammo-
nitis, antequam pugnaret, vnde bellum suum iustum
fuit contra eos, etiam non premissa monitione.

Si licitum fuerit Syris in auxilium Ammonitarum venire. Quæst. XV.

QVAERITVR vlterius an licuit Syris venire in
auxilium Ammonitarum contra Dauid. Ali-
quis dicet, quòd non, quia isti moti fue-
runt ex causa iniusta ad bellum, scilicet, vt acquirerent
pecuniam. Nam pro mille talentis argenti, quæ de-
derunt eis Ammonitæ, venerunt in bellum, vt patet
supra in litera. Ita isti venerunt ad bellum desiderio
prædandi, quia si præualerent contra Israelitas crede-
bant se inde magnum lucrum in præda consecuturos.
Respondendum, quòd ista non obstant, quin iuste
possent moueri Ammonitæ ad pugnandum. Ad pri-
mum dicendum, quòd licebat eis venire ad bellum
etiam propter solam pecuniam. Nam licitum est cui-
que locare operas suas, & acquirere victum vndecun-
que, dum tamen sit iustus modus acquirendi. Mani-
festum est tamen, quòd bellum iustum est aliquando,
ideo licebit in bello iusto alicui locare operas suas, si-
cut locaret ad quemlibet alium laborem corporalem.
Si ergo esset bellum iustum Ammonitarum contra
Dauid, non tolleretur quin Syri iuste venirent in
adiutorium Ammonitarum contra Dauid, quam-
quam propter pecuniam venirent. Ad secundum di-
cendum, quòd dato, quòd desiderio prædandi veni-
rent Syri in adiutorium Ammonitarum, non pecca-
rent. Et ratio est, quia sicut supra dictum est, licet
cuique desiderare lucra quæcunque ad sustentatio-
nem vitæ, dum tamen illa iusta sint. Et tamen præ-
da interdum iusta est, ideo licet alicui desiderare diui-
tem fieri de præda. Sic enim est in bello iusto, quia
mors, vulneratio, seruitus, & quæcunque damna in-
de secuta iusta sunt, ideo si iustum esset bellum Am-
monitarum contra Dauid, licite poterant desiderare
Syri spolia in bello illo, & propter illa sola poterant
moueri iuste ad bellandum. Dicendum ergo, quòd
in hoc solum attendendum erat, an Ammonitæ iu-
stum bellum fouerent, vel non. Si iustum bellum
fouerent, & Syri hoc crederent, poterant licite adiu-
uare eos pro mercede, vel desiderio spoliorum. Si au-
tem fouerent Ammonitæ iniustum bellum, & hoc
crederent Syri, peccarent adiuuando eos contra Da-
uid, & ita ipsi erant rei, & digni morte, sicut Ammo-
nitæ, quia cooperabantur malum facientibus: ad Ro-
man. 1. Si autem Ammonitæ fouerent iustum bel-
lum, & Syri putarent, quòd erat iniustum: & deside-

rio

Universidad de Deusto
Biblioteca

rio meredis mouerentur ad adiuuandum eos, peccabant, quia agebant contra conſcientiam. Et omne quod eſt contra conſcientiam, ædificat ad gehennam, & peccatum eſt, vt patet ad Roman. 14. Et de reſti. ſpoliat. cap. Literas, & de præſcrip. cap. quoniam omne. Si autem Ammonitæ fouerent iniuſtum bellum, & Syri putarent, quòd erat iuſtum, & propter hoc mouerentur ad adiuuandum eos, & aliàs non adiuuarent, etiam ſi magnas mercedes darent, non peccarent Syri, quia non agebant contra conſcientiam. In hoc tamen nimis debebant cogitare an bellum eſſet iuſtum, vel iniuſtum. Nam ex leui cogitatione non debebant ſe exponere magno periculo, quale eſt in adiuuando ad bellum, cũ inde ſequatur mors, & multa alia damna. Et ſi aliquando inciderit dubium an bellum iuſtum ſit, vel iniuſtum, potius ceſſandum eſt ab illo. Nam in tali caſu ſiquis pugnaret, & ſecundum veritatem illud bellum eſſet iniuſtum peccaret, & teneretur de omnibus malis, quæ acciderent in bello, quia in dubio voluit ſe exponere magno periculo, cũ per hoc det operam rei illicitæ, ſcilicet, exponendo ſe periculo. Et ſic eſt in homicidijs caſualibus, quia ſiquis dat operam rei illicitæ, & inde ſequatur homicidium caſu, dato quòd illud ſit contra voluntatem ſuã, tenetur de eo. Si autem ſit dubium, an bellum ſit iuſtum, & ſecundum veritatem ſit iuſtum, ille, qui ſe exponit ad pugnandum, peccat, eo quòd ſe immiſcet magno periculo non certificatus an bene, vel male agat, & tamen id, quod inde acquiritur non oportet, quòd reſtituatur, quia iuſte acquiſitum eſt, niſi acquirens habeat conſcientiam læſam, & non poſſit illam conformare, nec mutare, tenetur reſtituere id, quod accepit, ne ædificet ad gehennam faciendo contra cõſcientiam. Ideo dicendum generaliter, quòd quicunque mouet bellum, vel adiuuat mouentem, ſi non eſt plene certificatus, quòd bellum iuſtum eſt, ſiue ſit iuſtum ſiue iniuſtum, peccat mortaliter, quia exponit ſe periculo. De Syris autem nunc dicendum eſt, quòd peccauerunt adiuuando Ammonitas, quia Ammonitæ fouebant iniuſtum bellum, & Syri hoc ſciebant, quia erat notorium, ſcilicet, quòd Dauid vellet pugnare contra Ammonitas, quia contumelijs affecerant ſeruos ſuos. Adiuuare ergo iſtos ne ſatisfactionem facerent pro peccato, & offenſa inflicta Dauid, peccatum erat.

De illis, qui pro ſtipendio militant. Quæſt. XVI.

QVAERITVR vlterius circa ſtatum militum ſtipendiariorum, an licitum ſit alicui pro ſolis ſtipendijs adiuuare aliquando ad pugnandum, & occidere occurrentes hoſtes, & an iſti ſtipendiarii ſi moriantur in bello, in bono ſtatu decedant. Aliquis dicet, quòd illicitum eſt pro ſtipendijs adiuuare aliquem ad pugnandum, & occidere occurrentes hoſtes, cum iſti ſtipendiarij ſi moriantur in bello in bono ſtatu non decedant. Primo patet, quia iſti habent voluntatẽ occidendi homines & hoc pro ſolis pecunijs, & tamen occidere homines pro pecunijs, iniuſtum eſt, ideo iſti peccant. Secundo patet, quia occidere homines ſine cauſa, iniuſtiſſimum eſt, ſed iſti nõ habent aliquam cauſam, quia illi, quos occidunt non ſunt hoſtes eorum, nec nocuerunt eis in aliquo, ſed propter ſola ſtipendia occidunt eos, ideo peccant. Tertiõ patet, qa occidere hominem ſine auctoritate peccatum eſt, & tamen iſti non agunt ex aliqua auctoritate, quia non accipiunt auctoritatem a lege ad pugnãdum, cum illi contra quos pugnant non ſint hoſtes ſui. Et manifeſtum eſt, quòd ſi non ſuſceperint ſtipendia nullam omnino cauſam haberent ad pugnandum. Stipendia tamen non ſunt cauſa ſufficiens ad hoc, quòd quis moueat bellum contra alium, ideo peccant mouendo bellum. Quarto patet, quia ſi iſti morerentur in illo ſtatu, morerentur cum deſiderio occidendi homines, qui nihil ſibi nocuerunt, & iſte eſt ſtatus periculoſus. Quòd tamen aliquis ſe exponat periculo animæ quando liberum eſt, ſi vult exponere ſe, vel non exponere, peccatum eſt, ideo malus eſt ſtatus iſtorum. Quinto patet, quia iſti milites ſtipendiarij exponunt ſe periculo corporis in talibus bellis. Et hoc pro ſola pecunia, vitam tamen periculo ſubijcere pro ſola pecunia peccatum eſt, quia hic eſt magna deordinatio, ſcilicet, quòd maius bonum exponatur periculo pro minori bono. Sexto patet, quia milites ſtipendiarij nõ poſſunt facere veram pœnitentiam quãdiu manent in illo ſtatu, ſi tamen ille ſtatus non eſſet cum peccato ſemper coniunctus, & ſecundum ſe malus, poſſet fieri pœnitentia in illo, ideo ſtatus malus eſt. Quod autem non poſſent ſtipendiarij veram pœnitentiam agere, patet per Gregor. & habetur in Decretis de pœniten. diſtinct. 2. cap. falſas, & 4. Senten. dictin. 16. Cum dicitur. Falſas pœnitentias dicimus, quæ non ſecundum auctoritates ſanctorum pro qualitate criminum imponuntur: ideoque miles, vel negociator, vel alicui officio deditus, quod ſine peccato exerceri non poteſt, ſi a culpis grauioribus irretitus, ad pœnitentiam venerit, vel qui bona alterius iniuſte detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoſcat ſe veram pœnitentiam non poſſe peragere, niſi negocium relinquat, vel officium deſerat, & odium ex corde dimittat, & bona, quæ iniuſte abſtulit, reſtituat. Ecce qualiter dicitur, quòd miles non poteſt agere veram pœnitentiam, niſi dimittat officium ſicut ille, qui habet odium in corde, donec dimittat, & ille, qui detinet bona alterius, donec reſtituat, ſed manifeſtum eſt, quòd ille, qui habet odium in corde ſemper eſt in peccato mortali, donec remittat, & qui detinet bona alterius donec reſtituat, ergo etiam, qui miles eſt, ſemper eſt in peccato, quouſque officium deſerat.

Reſpondendum eſt, quòd milites ſtipendiarij poſſunt tenere officium illud ſine peccato, & tamen eſt ſaris periculoſus ſtatus eorum. Prima pars patet, quia cuilibet homini licet facere pro acquirendo victu, & ſuſtentatione quidquid voluerit, dum tamen non faciat aliquid iniuſtum. Et tamen milites ſtipendiarij pũt interdum facere iuſtum. Ideo non eſt illicitũ milites ſtipendiarios vacare militiæ. Patet hoc, quia in bello iuſto licitum eſt inferre mortem, & vulnera, & prædari, & quæcunque alia damna dare, ſed milites ſtipendiarij poſſunt adiuuare ad bella iuſta ſolum, ideo poſſunt facere, quòd in officio ſuo nunquam peccatũ interueniat. Secundo patet, quia leges humanę priuilegiauerunt valde milites ſtipendiarios, in tantum, quòd filiusfamilias, qui non poteſt eſſe aliàs dominus alicuius peculij, ſit vere dominus, & habeat adminiſtrationem peculij caſtrenſis, vel quaſi caſtrenſis. Vocatur autem peculium caſtrenſe ſtipendium militis, vel quæcunque alia lucra militaria, quæ ex caſtris habentur. Si tamen talis ſtatus eſſet illicitus, iura humana non priuilegiaſſent tantum peculium caſtrenſe, quod ad milites ſtipendiarios maxime pertinet, ergo ſtatus iſte licitus eſt. Tertio patet, quia manifeſtũ eſt, quòd ſi aliquis dominus habet bellum iuſtum cõtra quempiam, omnes familiares eius iuſte pugnant contra illum, & tamen familiares manent cum aliquo propter lucra, & ſuſtentationem, ergo ſimiliter licebit ſtipendiarijs adiuuare aliquem ad bellum quando habuerit bellum iuſtum. Patet de Abraham contra quatuor reges, qui prædati fuerant terram Sodomorum,

rum, & ad illud bellum duxit ſecum omnes ſeruos ſuos, ſcilicet, trecentos, & decem, & octo vernaculos: Geneſ. 14. Si tamen illi peccarent pugnando, non duxiſſet illos Abraham ad bellum: ergo videtur, quòd iuſte pugnabant, quia Dominus ſuus fouebat iuſtum bellum. Quarto patet, quia cum quis habeat iuſtum bellum, ſi conuocat amicos ſuos, & alios notos, & quoſcunque vt gratis adiuuent eum, de illis manifeſtum eſt, quòd iuſte pugnant, nec aliquis dubitat de hoc, & tamen inter iſtos, & milites ſtipendiarios nulla eſt differentia, niſi quòd ſtipendiarij agunt pro mercede, & iſti agunt gratis, & tamen adiuuare aliquem ad bellum pro mercede ex eo, quòd merces recipitur non eſt peccatum, cum liceat cuique operas ſuas locare, ergo licitus eſt ſtatus militum. Quinto patet, quia hoc dato auferrẽtur omnia bella iuſta: nam cum alicui inflicta eſt iniuria, ipſe ſolus habet iuſtam cauſam pugnandi. Si autem non liceret militibus ſtipendiarijs propter ſtipendia militare, non haberet iſte aliquos adiutores, vel rarò contingeret, quòd fieret aliquod bellum magnum, & haberet quis omnes adiuuantes gratis. Ideo ſi damnaremus ſtatum militum ſtipendiariorum, damnaremus indirecte omnia bella, dicendo nullum eſſe iuſtum ex quacũque cauſa inferretur. Sed hoc eſt falſum, quia multa bella iuſta eſſe dicimus, ideo non eſt cum peccato ſtatus militum ſtipendiariorum. Sexto patet, quia Apoſtolus approbauit iſtum ſtatum, dicens, Nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare. Et ex hoc probauit, quòd licebat prædicatoribus accipere, & petere temporalia ab illis, quibus prædicabatur 1. ad Corinth. 9. Et tamen ſi non eſſet licitũ pro ſtipendijs militare, non probaret Apoſtolus ſtatum ſuum ex ſtatu militari, ergo licitum eſt militare pro ſtipendio. Septimo patet, & magis clare, quia quando Beatus Ioannes Baptiſta erudiebat omnes ſtatus hominum qualiter viuere debebant, accęſſerũt ad eum milites ſtipendiarij, & dixerunt. Quid faciemus, & nos? & ait: Neminẽ concutiatis, neque calumniam faciatis. Lucæ 3. Et ſic Beatus Ioannes approbauit ſtatum militum. Quod patet ex duobus; primo quia dedit illis doctrinam ad viuendum in illo ſtatu: ſi tamen eſſet ſtatus illicitus, non daret illis doctrinam ad manendum in illo, ſed doctrina eſſet, quòd deſererent eũ, ſicut ſi aliquis latro petiuiſſet quomodo poſſet honeſte viuere in illo ſtatu, non daretur ei aliqua doctrina ad manendum in illo, ſed diceretur, quòd deſereret illud. Secundo patet, quia Beatus Ioãnes poſuit tria in doctrina militum, ſcilicet, neminem concutiatis, nec calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendijs veſtris. In quo innuit, quòd faciendo iſta tria ſolum poterant bene viuere, nec oportebat, quòd cauerent ab alijs, ad hoc, quòd iuſte tractarent negotium militare. Secunda pars erat, quòd iſte ſtatus erat valde periculoſus, quod patet, quia accidunt in eo plura pericula, quam in alijs, vtpote quia illi, qui habent officium militare interdũ pro ſtipendijs adiuuant in bellis iniuſtis, quia qui ſolum volunt patrocinari in bellis iuſtis, forte non haberent ſufficientem victum. Sic eſt de aduocatis, quos videmus pauperes eſſe ſi in ſolis iuſtis cauſis patrocinium præſtant. Secundum eſt, quia interdum putant ſe adiuuare in bello iuſto, & eſt iniuſtum, & per hoc exponunt ſe graui periculo. Tertium eſt, quia quando milites peccant, grauius peccant quàm alij homines, eo quòd inferunt frequenter mortem, & vulnera multa, & prædas magnas agunt, depopulantur loca, & reddunt terram habitatam in ſolitudinem, nec eſt aliqua calamitas, quã manus militaris non inferat. In alijs autem officijs, quamquam quis peccet, tamen non peccat tam grauiter, eo quòd non poteſt tanta damna inferre, minus ergo periculoſa cetera officia ſunt. Quartum eſt, quia ex peccatis aliquando ſequitur obligatio ad reſtituendum, & tamen in nullo officio eſt reſtitutio tam difficilis, ſicut in bello, quia ſiquis gerat bellum iniuſtũ, vel adiuuet in eo, tenetur ad omnia damna, quæ intulerit, & tamen vnus homo parui valoris poteſt vnam vrbem incendere, & facere, quòd pereant omnia, quæ in ea ſunt, & in talibus eſſet impoſſibilis ſatisfactio per æqualitatem. Quintum eſt, quia illi, qui bella gerunt ad hoc, quòd interim conſequantur optatum, oportet quòd diruant eccleſias, & male tractent loca ſacra, & religioſis viris moleſtias inferant, quæ omnia culpabilia valde ſunt. Sextum eſt, quia licet bellum ſit iuſtum, non debent inferentes illud, infligere quæ potuerint, ſed vſquequo ſubijciant ſibi hoſtes, poſſunt facere quæcunque. Habita autem victoria non licet plura damna inferre quàm ſufficiat ad ſatisfactionem iniuriæ vel damni dati, pro quo pugnatur. Et ſi plura inferantur, bellum iniuſtum eſt quantum ad illa, & tenentur facientes ad reſtitutionem, ſicut ſi eſſet bellum omnino iniuſtum. Et tamen poſtquàm bellatores inceperint pugnare præ ira, quam conceperunt, vix poſſunt tenere modum, ſed faciunt omnia mala, quæ poſſunt, ideo periculoſum eſt talia agere. Septimum eſt, quia non debet quis adiuuare niſi in bello iuſto. Et tamen difficile eſt diſcutere cauſas belli ad hoc, quòd ſit iuſtum, vel iniuſtum, quia illud debet colligi ex multis circũſtantijs particularibus, ideo periculoſum eſt talibus ambiguitatibus ſe exponere. Octauum eſt, quia in bello eſt periculum mortis, & niſi quis ſit liber ab omni vitio poterit ibi mori, & ponet ſe in periculo pereundi æternaliter. Et ſaltẽ iſtud periculum non eſt in alijs negotijs, quia licet aliqs peccet, non eſt ex hoc in periculo pereundi æternaliter, cum illud officium non ingerat mortem, ſicut officium militare. Nonum eſt, quia in bello ſunt multi motus, per quos prouocantur homines ad varias paſſiones. Et dato, quòd quis ſit purus a crimine quando ingredi debet bellum, difficile eſt quin in bello committat aliquod peccatum, & eſt in periculo moriendi in illo. Decimum eſt, quia milites propter potentiam armorum ſuperbiunt, & alios homines cõtemnunt, & ſic multas violentias eis inferunt, vnde ſunt proniores ad peccandum quàm cęteri. Vndecimum eſt, quia cum in bello ſit præda, & occiſio, aſſueſcunt milites per frequentia bella viuere ſemper de rapina, & committere alios exceſſus, & ideo iſtum modum viuendi frequentant etiam, quando non ſunt in bellis. Et quia iſta mala erant valde communia in militibus, Beatus Ioannes Baptiſta inſtruens eos qualiter viuere deberent, admonuit cauere ab his, dicens. Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, contenti eſtote ſtipendijs veſtris: Lucę tertio. Multa alia mala ſunt, & pericula in officio militari propter quæ difficile eſt illud tractare ſine peccato.

Conſiderandum tamen eſt, quòd cum ſit poſſibile illud ſine peccato agere, qui voluerit tenere iſtud officium, debet primo aduertere, vt nunquam patrocinium det niſi in bello iuſto. Pro quo eſt conſiderandum, quòd aut bellum eſt manifeſte iuſtum, aut manifeſte iniuſtum, aut dubium. Si primo modo, poteſt miles ſtipendiarius cum Dei timore, præſuppoſita recta intentione, adiuuare in illo bello, vt inde mercedem conſequetur ad ſuſtentationem vitæ. Si autem bellum iniuſtum ſit, nullo modo debet miles ſtipendiarius in illo adiuuare, etiam ſi magna ſtipendia ei dentur, dato quòd eſſet ſibi quaſi certum, quòd obtineret in illo bello. Si vero ſit dubium, aut tunc creditur bellum eſſe iuſtum, aut iniuſtum, aut neutra pars tenetur, ſed omnino eſt indeterminatum.

Si

Si primo modo, vtpote si aliquid est de iure dubium, & tamen asseritur ab illis, qui possunt de iure respondere, quòd bellum sit iustum, possunt milites stipendiarij patrocinium præbere. Si autem credatur bellum iniustum, peccarent patrocinium dando, quia agerent contra conscientiam, dato quòd secundum veritatem illud bellum esset iustum. Si autem omnino est dubium, etiam peccarent in tali bello adiuuando, quia etiam in illo fiunt multa damna, & quòd aliquis vellet illa facere nesciens an iuste agat, peccatum graue est, quia se exponit magno periculo.

Secundum est aduertendum, quòd cum istud officium est, valde periculosum, non deberet quis illud frequentare si alium modum quærendi victum habere possit honeste, quia in alijs modis viuendi non sunt tot pericula animæ, & corporis, sed interdum, quis propter consuetudinem patriæ aut conditionem temporis non inuenit alium modum quærendi victum, vel forte, quia istud officium tenuit a iuuentute, & non est circa alium modum viuendi expertus, & instructus, vel forte non posset iam honeste secundum conditionem status sui viuere, deserto illo officio, tunc cum Dei timore potest illud frequentare, aliàs tamen si posset melius esse, illo deserto, aliud tenere.

Tertium est aduertendum, quòd ille qui vult tenere officium militare, non debet moueri ad hoc ex aliqua ferocitate naturæ, sicut quidam sunt naturaliter inclinati ad effusionem sanguinis, & propter hoc, vt habeant in quo se exerceãt iuxta suam passionem volunt exercere officium militare. Nam in istis peccatum esset pugnare, sed debent moueri propter duo. Primum est ap petitus iustitiæ, scilicet, vt illi, qui iniusta admiserunt, nec satisfacere volunt, per insultus bellicos a suis iniquitatibus reprimantur. Secundum est desiderium acquirendi cibum, & necessaria vitæ honestæ, scilicet, per mercedem, quam ex militia habent, quam forte non possent commode per alia officia obtinere.

Quartum aduertendum est, quòd milites propter assuetudinem in armis non prædentur, & inferant violentias in tempore pacis. Nam cum tempore pacis milites nihil agendum habeant, & etiam pauca lucrentur, communiter volunt viuere de rapina, & furto, & violentia, opprimendo alios, debent tamen cauere ab istis, & contenti esse stipendijs suis, quæ tempore pacis, & belli acquirunt. Hoc autem admonebat valde Beatus Ioannes Baptista dicens. Neminem concutiatis, nec calumniam faciatis, contenti estote stipendijs vestris: Lucę 3.

Quintum aduertendum est, quòd fideliter se habeant in bellis, quia sicut mercedem recipiunt, ita fideliter præstent patrocinium exponendo se ad mortem pro illis a quibus mercedem recipiunt, & faciendo quidquid iustum est facere, secundum conditionem belli, sicut pro seipsis facerent. Et in hoc peccant milites stipendiarij sæpissime, quia cum non pugnent pro seipsis, sed pro mercede, sæpissime fugiunt ad primos ictus belli. Sic enim dixit Christus de pastore mercenario, scilicet, mercenarius, & cuius non sunt oues proprię, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus: Ioan. decimo. Sic etiam fuit nunc de istis militibus Syris, qui statim vt viderunt pugnantem contra se Ioab, fugerunt, vt patet 2. Regum 10. Scilicet, Iniuit itaque Ioab certamen contra Syros, qui statim fugerunt a facie eius. Et quando sic faciunt milites stipendiarij, tenentur ad omnia damna, & iniurias, quas sustinent illi, quibus patrocinium præstant, occasione fugæ ipsorum, de quo magis declarabitur infra in quadam quæstione.

Sextum est aduertendum, quia milites stipendiarij, & etiam illi, quibus patrocinium præstant, debent in bello iusto tenere istum modum, quòd vsquequo subijciant sibi hostes, vel cogant eos velle satisfacere, inferant omnia damna, quæ potuerint, per quę putant, quòd facilius inclinabuntur hostes ad satisfaciendum, vel cessandum a bello, vel diminuentur vires eorum. Postquàm autem coacti fuerint hostes velle satisfacere, vel habita fuerit victoria, non debent inferre aliqua damna nisi vsque ad satisfactionem iniuriarum, vel damnorum datorum, & ad solutionem expensarum factarum in bello, cum ipsi fuerint occasio istius belli nolendo satisfacere, sicut in iudicialibus victus victori in expensis condemnatur, quia ipse præstitit causam litigandi. Si autem præter hæc alia damna inferant, quantum ad hæc est bellum iniustum, & tenentur facientes ad restitutionem.

Septimum est aduertendum, quia milites in bellis debent habere in magna reuerentia ecclesias, & loca sacra, & personas religiosas, quamquam pertineant ad hostes, ne aliquod malum eis inferant, etiam si inferendo damnum istis, putaretur bellum facilius finiendum, quia potius è contrario accidit: nam quando debita reuerentia exhibetur locis sacris, & ministris Dei, impenditur Deo magnus cultus, quia propter eum specialiter istud fit. Et tunc Deus dirigit actiones illorum, qui sic eum honorant, & facilius obtinent in bello quàm aliàs, quia in manu Domini sunt omnia bella sicut dixit hic Ioab ad Abisai fratrem suum. Deus quod bonum est in oculis suis faciat. Et Iudas Machabæus dixit. Sicut fuerit voluntas in cœlo, ita fiat, primo Macha. 3.

Octauum est aduertendum, quòd cum in bello iusto pugnatur, antequam subijciantur hostes, licet pugnatoribus inferre omnia damna, quæ potuerint, cauere tamen debent ab illis damnis, quæ possunt infligere, per quæ non habetur facilior exitus belli: nam quædam damna infliguntur quibusdã personis, quæ etiam si non infligerentur, finiretur bellum, & obtineretur victoria, & tamen infligunt illa ex crudelitate, vel cupiditate, & talia inferre peccatum est. Et potissime cauendum est ab effusione sanguinis, quando sine illa effusione nihilominus obtineretur victoria. Multa quoque alia circa militarem exercitationem attendi possunt, vt iuste agatur, quæ quilibet potest cogitando inuenire.

Ad rationes in contrarium respondendum est. Ad primam, cum dicebatur, quòd milites stipendiarij habent voluntatem occidendi pro pecunijs, sed istud est iniustum: dicendum, quòd iniustum est occidi hominem, vt accipiantur pecuniæ eius, quia ad latrones, & fures pertinet. Etiam iniustum est, quòd occidatur homo pro pecunijs, ideſt, quòd siquis non habuerit aliquam causam occidendi hominem, & quia pecunia ei offertur illum occidit, iniustum est, quia illẽ accipit munera super innocentem, contra id quod habetur Psalm. 13. Et tamen miles stipendiarius in casu, in quo præstat patrocinium in bello iusto, non occidit pro pecunia, sed pro causa iusta, quia eadem causa est in principali cum præstatur fauor ad pugnandum, & etiam in stipendiario, sed ille fouet bellum iustum, ergo iste. Cum vero obijcitur, quòd iste non occideret nisi pro pecunia, dicendum quòd in isto actu sunt duæ causæ quantum ad stipendiarium militem, scilicet, vna excusatiua, & alia incitatiua. Causa excusatiua est iniuria, vel damnum datum, pro quo bellum iuste indicitur, & infligitur. Et in ista succedit stipendiarius propter adhæsionem ad illum, cui præstat patrocinium

trocinium. Causa incitatiua est merces, quam suscipit. Et verum est, quòd ista non potest facere actum honestum, & excusabilem, & tamen nec reddit eum acceptabilem, quia licitum est cuique locare operas suas in officio iusto sicut est bellum iustum, potissime cum nemo cogatur suis stipendijs militare, sed mercedem licite petet ab eo cui patrocinium præstat, vt patet 1. ad Corin. 9.

Ad Secundum in contrarium cum dicitur, quòd occidere hominem sine causa iniustum est, & tamen in milite stipendiario nulla est causa.

Respondendum, quòd habet causam excusatiuam eandem, quam habet ille, cui patrocinium præstat. Nam succedit in ea inquantum efficitur vnum cum illo ad vnitatem actus, scilicet, belli infligendi. Et cum obijcitur, quòd si militi stipendiario non daretur merces, nullam haberet causam pugnandi, & tamen merces non facit actum licitum.

Dicendum, quòd præter mercedem non habet stipendiarius aliam causam incitatiuam, & tamen habet aliam causam excusatiuam, scilicet, iustitiam eius, cui patrocinium præstat, quam debet requirere priusquam offerat se præstaturum patrocinium, & aliàs non debet offerre, etiam si sit magnitudo mercedis.

Ad tertium quando dicitur, quòd occidere hominem sine auctoritate non licet, & tamen stipendiarij non habent auctoritatem a lege cum illi, contra quos pugnant non sint hostes sui: dicendum quòd in casu, in quo ille cui patrocinium præstat potest bellum indicere non prohibente lege auctoritatem habent.

Ad quartum cum dicitur, quòd si isti moriantur in bello, moriuntur cum proposito occidendi homines, qui sibi non nocuerunt, & istud est malum. Dicendum, quòd verum est, quòd status militaris est periculosus nimis propter vndecim mala, quæ supra declarata sunt in eo esse, & multa alia, quæ non fuerunt dicta, sed non est periculum in hoc, quòd obijcitur, quia licet isti moriantur cum desiderio occidendi homines non est peccatum, quia cum liceat sibi occidere illos propter bellum iustum, quod fouent, a fortiori licebit desiderare illos occidere. Nec obstat, quòd illi nunquam sibi nocuerunt, quia nocuerunt illi cui patrocinium præstant, & per hoc videntur nocuisse ipsis, cum succedant in eadem causa, quam habet ille, cui patrocinium præstant. Etiam quia istud nihil aggrauat, quia licitum est nobis desiderare mortem alicuius, etiam si nobis nihil nocuerit, dum tamen secundum legem ille mortem mereatur.

Ad quintum cum dicitur, quòd milites stipendiarij exponunt se morti pro mercede, & ista est magna disordinatio, scilicet, exponere periculo maius bonum pro minori. Dicendum est, quòd iste status periculosus est, & melius esset, quòd quis alio modo victum acquireret quam isto, & tamen quando quis non potest honeste tenere alium modum viuendi, licitum est sibi tenere istum.

Ad sextum tamen dicitur, quòd milites stipendiarij non possunt facere veram pœnitentiam, nisi dimittant illum statum. Dicendum quòd etiam non dimisso illo possunt vere pœnitere, cum non importet necessario peccatum mortale.

Ad auctoritatem Gregorij respondeti potest tripliciter, vno modo, quòd ibi loquatur Gregorius non de bona vita solum, sed de bona, & secura, & tunc verum est, quod ad hoc, quòd aliquis secure viuat, dimittere debet officium militare propter pericula multa, quæ in eo esse supra enarratum est, & hoc debet imponi in pœnitentiam, non quidem per modum necessitatis, & præcepti, cum in isto officio possit quis iuste viuere, sed per modum consilij.

Secundo modo dicendum, quòd intelligit Gregorius, quòd tenetur miles deserere militiam, vt veram pœnitentiam agat, si ipse in militia exercet aliquem modum militandi, in quo semper est peccatum, vtpote patrocinium præstare in quocunque bello, vel prædari tam ab hostibus quàm ab eis, quibus auxiliatur. Nam tunc debet ei pœnitentia iniungi, quòd deseratofficium illud quantum ad illum modum militandi.

Tertio modo potest dici, quòd istud intelligitur generaliter quandocunque quis habet aliquod officium, quod vix sine peccato exerceri potest, & in illo commisit valde grauia crimina, & est inclinatus ad continuandum ea, quandiu manserit in illo officio, si confessor viderit, quòd est isti iam quasi impossibile recedere ab illo peccato retento officio, debet ei iniungere, quòd officium deserat, & ille tenetur obedire. Hoc autem satis facile est, quia in quibusdam propter magnam assuetudinem ad peccandũ sit quasi impossibile non peccare retento loco, vel officio, iuxta illud Ieremiæ decimotertio, scilicet, Si potest Aethiops mutare pellem suam, & pardus varietates suas, sic & vos poteritis bene operari, cum didiceritis malum. Et sic videtur intelligendum dictum Gregorij, quia non dicit solum, quòd militi venienti ad pœnitentiam iubendum sit, quòd deserat officium, sed hoc iubendum est si venerit culpis grauioribus irretitus, cum ait. Ideoque miles, vel negociator vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, si culpis grauioribus irretitus ad pœnitentiam venerit, recognoscat se veram pœnitentiam non posse peragere, nisi officium deserat, scilicet, si commisit culpas graues, & est inclinatus semper ad committendum similes, dum manserit in illo officio, tunc debet recognoscere se non posse veram pœnitentiam peragere, nisi deserat officium. Si tamen quis honeste vsus fuerit officio militari sicut satis possibile est, non debet obligari ad dimittendum officium ad hoc, quòd veram pœnitentiam peragat, quia illo retento potest peragere.

De diuersitate, quæ habetur in quibusdam verbis, quæ habentur hic, & 2. Regum cap. 10. circa viros conductos.

Quæst. XVII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd Ammonitæ cõduxerunt currus, & equites de Mesopotamia, & Syria Maacha, & de Soba, quia secundo Regum decimo, vbi ponitur ista historia dicitur, quòd conduxerunt Syrum Rohob, & Syrum Soba, & a rege Maacha mille viros, & ab Istob duodecim millia.

Aliquis respondebit, quòd isti, qui ponuntur hic, & ibi non sunt ijdem, saltem aliqui eorum, sed liber iste posuit eum per modum suppletionis, quia sic est, modus vsitatus, quòd ea, quæ omittuntur in libris Regum, supplentur hic.

Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia ibi ponuntur quatuor principes, & hic totidem, & etiam tot viri ponuntur hic conducti sicut ibi. Ideo necesse est, quòd isti, & illi sint ijdem principes. Et dicendum, quòd ijdem sunt, tamen aliqui eorum nominantur alijs nomnibus, quia cum dicitur hic, quòd conduxerunt Syrum Rohob, est Rohob nomen regionis in Syria apud terram Israel, & rex terræ Rohob vocatur hic Syrus. De hoc patet Numeri 13. vbi dicitur, quòd exploratores Israelitarum peruenerunt de Cadesbarne vsque ad terram Rohob, scilicet, quia illa est in latere Aquilonari terræ Israel, & est principium

terræ

Universidad de Deusto
Biblioteca

rerræ Syriæ. Est autem ciuitas Hemath apud istam F regionem, vel ciuitatem Rohob, vt patet eodem capitulo, & Numeri trigesimoquarto. Ponitur etiam hic Rex Maacha, sicut tertio Regum decimo, & potest accipi Maacha pro nomine Regni, vel Regis: Ponitur etiam hic Soba, sicut dicitur secundo Regum decimo, Syrus Soba, ideſt, quòd Rex Syrus de terra Soba venit ad istum bellum: Iste erat Adarezer Rex, quia ipse erat Rex in terra Soba, quæ est in Syria regionis Hemath, vt patet præcedenti capitulo. manet ergo Mesopotamia, quæ ponitur hic, & non ponitur secundo Regum decimo. Sed intelligendum est, quòd Istob, de quo dicitur ibidem, quòd conduxerunt ab eo duodecim millia virorum, erat ex Mesopotamia, & hic fuit positum nomen Regni, scilicet, Mesopotamia. Ibi autem nomen Regis, scilicet, Istob, & sic multotiens, quando ponuntur eædem personæ, vel eadem res in diuersis locis scripturæ, non ponuntur sub eisdem nominibus.

De discordia in verbis, quæ habentur hic; & secundo Regum decimo, circa multitudinem curruum.
Quæst. XVIII.

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, quòd cõduxerunt trigintaduo millia curruum ab istis Regibus, quia secundo Regum decimo, vbi ponitur ista historia dicitur aliter, scilicet, quòd conduxerunt viginti millia peditum a Syro Rohob, & Syro Soba, & duodecim millia ab Istob, & a Rege Maacha mille viros.

Respondet Nicolaus, quòd hic dicitur, quòd conduxerunt triginta duo millia curruum, ideſt, triginta duo millia virorum, existentium in curribus, quia licet non essent tot currus, erant tamen tot viri, quia in quolibet curru erant multi viri. Etiam dicit, quòd istud non est sic penitus intelligendum, quia ista triginta duo millia virorum non erant in curribus omnes, quia etiam computantur habere pedites, vt patet comparando istam summam illi, quæ habetur secundo Regum decimo, scilicet, quòd sint triginta duo millia curruum, ideſt, triginta duo millia virorum cum curribus, & ista summa ponitur ibi, scilicet, quòd I conduxerunt Ammonitæ a Syro Rohob, & Soba, viginti millia peditum, & ab Istob conduxerunt duodecim millia. Secundo modo potest dici, quòd fuerint secundum veritatem triginta duo millia curruum, & tamen omissi fuerunt illi, secundo Regum decimo, & supplentur hic, & pedites, qui ibi ponuntur subticentur hic. Et iste modus satis est conueniens, quia multa alia subticentur hic, quæ habentur ibi, & è contrario, vt patet comparando ea, quæ habentur hic, & præcedenti capitulo, ad ea, quæ habentur secundo Regum octauo, & decimo. Quilibet tamen istorum modorum habet aliquid difficultatis. Primus enim non videtur conuenire, quia nimis videtur abusiuum, quòd triginta duo millia virorum, & potissime pedi- K tum, vocentur triginta duo millia curruum, & tamen sic vocarentur hic. Secundus modus videtur aliqualiter difficilis, quia ponunt triginta duo millia curruũ, & non videtur quomodo tanta summa curruum potuisset congregari vltra nongentos currus, sicut patet de Iabin Rege Chanaan, quem scriptura dicit potentissimum. Et probat hoc dicens, quòd habebat nongentos currus falcatos, vt patet Iudicum quarto, & etiam Adarezer, quando erat in tota potentia sua, & pugnant contra Dauid, habebat solum mille currus, vt patet precedenti capitulo, & secundo Regum octauo. Item patet hoc, quia nimis videtur dissimile vero, quod secundo Regum decimo, solum computarentur triginta duo millia curruum, quia maior apparatus belli erat in triginta duobus millibus curruum, quàm in quingentis millibus virorum, immo pluſquàm in sexcentis millibus, eo quòd currus sunt magnorum sumptuum, & facilius est aliter habere centum millia virorum, quàm mille currus, sicut patet de Iabin Rege Chanaan, cuius exercitus erat quasi innumerabilis, & tamen solum habebat nongentos currus falcatos, Iudicum quarto. Dicendum est, quòd non est inconueniens, quòd conuenirent in isto bello triginta duo millia curruum, quia in alijs bellis adhuc maior apparatus fuit, sicut quando pugnauerunt Philisthiini prima vice contra Saulem: nam habuerunt in exercitu suo triginta millia curruum, & sex- G centa millia equitum, & reliquum vulgus peditum innumerabile, sicut arena, quæ est in litore maris plurima, primo Regum decimotertio. Dicendum tamen videtur, quòd secundum veritatem non fuerint nunc triginta duo millia curruum in isto exercitu Syrorum, & hoc, quia non videtur quomodo isti Reges possent habere tantam multitudinem, quia hic erant quatuor Reges, & vnus eorum, scilicet, Maacha non cõputatur in ista summa curruũ aliquid posuisse, sed dicitur, quòd erant triginta duo millia curruum, & Rex Maacha cum populo suo, præter hoc Rex Soba, scilicet, Adarezer, qui erat vnus de tribus residuis, non habebat aliquos currus, nec exercitum, quem nunc daret, quia mille currus, quos habuerat, & to- H tum exercitum eius deleuit, & occidit Dauid, vt patet præcedenti capitulo, & secundo Regum octauo. Item patet, quia Adarezer licet esset destructus, erat adhuc potentiòr alijs Regibus, quia isti tres Reges in hoc bello fuerunt sub Adarezer, vt patet infra in litera. Ideo videtur, quòd potentia eorum adhuc parua erat, & sic non poterant perringere ad triginta duo millia curruum. Item patet, hoc efficacius, quia dato, quòd potuissent isti Reges habere tantam multitudinem curruum, tamen secundo Regum decimo, exprimitur quantum quilibet eorum dederit pro isto bello, scilicet, Syrus Rohob, & Syrus Soba viginti millia peditum, & Istob Rex Mesopotamiæ duodecim millia: non ergo intelligendum videtur, quòd subticuerit ibi scriptura tantam multitudinem exercitus, quia illud quod expressum est, non est decima pars, nec vicesima in apparatu bellico de triginta duobus millibus curruum. Si ergo fuisset ibi expressa magna summa, & hic aliquid adderetur, erat verisimile, & tamen quòd non fuerit ibi expressa saltem pars vicesima exercitus, non est verisimile: potissime cum scriptura diligenter ponat ibi numeros, scilicet, quantum quilibet Rex dederit nunc de exercitu. Item patet hoc potius, quia ista summa concordat cum illa, quæ habetur secundo Regum decimo, accipiendo currus pro viris. Nam hic ponuntur triginta duo millia curruum, & ibi ponuntur triginta duo millia virorum, scilicet, viginti millia, quæ dedit Syrus Soba, & Syrus Rohob, & duodecim millia, quæ dedit Istob Rex Mesopotamiæ. Cum autem dicitur, quòd abusiuum est, quòd accipiantur triginta duo millia curruum pro triginta duobus millibus virorum. Dicendum, quòd non accipitur hic currus pro viro, quia ista erat improprietas abusiua loquendi, sed dicuntur triginta duo millia curruum, ideſt, triginta duo millia de curribus, scilicet, quòd veniebant triginta duo millia cum curribus. Pro quo sciendum, quòd in isto exercitu Syrorum fuerunt aliqui currus, quorum nõ ponitur numerus, & fuerunt etiam pedites, & equites, & computando equites, & pedites, & viros existentes in curribus erant triginta duo millia, & hoc concordat literæ, secundo Regum decimo, vbi ponũtur triginta duo millia virorum, & nihil dicitur de curribus. Patet ẽt hic aliqualiter, quia dicitur, quòd conduxerunt currus, & equites de his regionibus triginta duo millia curruum. Si autem triginta duo millia curruum essent solum ipsi currus: subticeretur numerus equitum. Et tamen expressum fuerat, quòd conduxerant currus, & equites, ergo oportet, quòd in illo numero triginta duorum millium intelligantur equites, & pedites, & viri existentes in curribus.

De differentia, quæ habetur hic, & 2. Regum cap. 10. Circa multitudinem populi, qui venerunt cum Maacha.
Quæst. XIX.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, ꝙ B venit rex Maacha cum populo suo, quia 2. Regum 10. Dicitur, quòd venit cum mille viris. Respondendum, quòd in isto exercitu Syrorum fuerunt quatuor reges, scilicet, Syrus Rohob, Syrus Soba, & Istob rex Mesopotamiæ, & rex Maacha, & tres illorum dederunt illam summam, quæ habetur hic, scilicet, triginta duo millia curruũ, ideſt, virorum cum curribus, quod patet, quia 2. Regum 10. Dicitur, quòd Syrus Rohob, & Syrus Soba dederunt viginti millia, & Istob rex Mesopotamiæ dedit duodecim millia. Rex autem Maacha dedit paruum exercitum, s. solum mille viros, ideo non computatur in summa aliorum, & cum dicitur hic, quòd venit cum populo C suo. Et ibi dicitur, quòd venit cum mille viris, intelligendum est, quòd iste rex Maacha erat regulus, & non poterat congregare nisi mille viros, & congregando illos congregabat totum populum suum, ideo dicitur hic, quòd venit cum populo suo toto 2. Regum 10. Dicitur quòd venit cum mille viris, quasi idem sit venire cum toto populo, vel cum mille viris.

An Ammonitæ peccauerint in faciendo defensionem.
Quæst. XX.

QVAERITVR vlterius an Ammonitæ peccauerunt nunc defendendo se a Dauid. Respondendum est, quòd peccauerunt, quia ista est regula communis, quòd si mouens bellum fouet D iustum bellum, defendens se habet iniustam defensionem, & è contrario si defendens se iuste se defendit, mouens bellum fouet iniustum bellum. Potest autem istud fallere interdum, sed rarissime, sicut declaratum est Iosue 22. De Israelitis, & Chananæis: nam Israelitæ iuste pugnabant contra Chananæos, & Chananæi iuste se defendebant ab Israelitis. Hic tamen non potuit hoc accidere, quia illud fiebat ex quadam ignorantia inuincibili diuini mandati, vel promissionis factæ Israelitis, de qua non constabat Chananæis, ideo iustissimam causam habebant defendendi terram suam, potissime quia Israelitæ non solum conabantur ad eruendum terram de manu Chananeorum, sed etiam ad occidendum omnes Chananæos, quia E Deus iusserat, quòd nulli eorum parcerent Deuter. 2. Chananæis autem licitum erat pugnare pro defensione corporum suorum. Hoc autem nihil tale erat, quia causa, pro qua pugnabatur manifesta erat, sed Dauid fouebat iustum bellum, vt supra dictum est, ergo Ammonitæ habebant iniustam defensionem. Secundo patet hoc, quia quando aliquis læsit alterum, si non habet cum eo iudicem communem, & ille parat se ad defendendum a læso, ne possit ab eo satisfactionem petere, fouet iniustam defensionem, & potest læsus nulla monitione indicere ei iustum bellum, vt probatum est supra in quadam quæstione. Sed sic fuit de Ammonitis, quia ipsi læserunt nimis Dauid, & nulla satisfactione oblata congregauerunt exercitum magnum ad resistendum ei, ne posset satisfactionem petere. Ideo poterat Dauid iustum bellum mouere contra eos, & consequenter ipsi non habebãt iustam defensionem, quia oportebat, quòd mox vt intulerunt iniuriam Dauid, obtulissent satisfactionem condignam, vel saltem essent parati reddere illam, quando Dauid peteret, & non pararent se ad bellum contra illum, & tunc Dauid non poterat mouere iustum bellum contra eos, nisi prius peteret satisfactionem, & illi eam negarent petenti.

De diuisione exercitus Ammonitarum in duas partes.
Quæst. XXI.

QVAERITVR vlterius quare Ammonitæ diuiserunt exercitum in duas partes, & quare fecerunt, ꝙ omnes milites stipendiarij essent in vna acie, & omnes Ammonitæ in alia. Ad primum dicendũ, quòd Ammonitæ fecerunt hoc, vt cautius pugnarent, & vt magis impedirent hostes suos in pugnãdo: nam disposuerunt exercitum taliter, quòd vna pars erat in agro, & alia pars erat apud portam vrbis. Et si Israelitæ vellent pugnare contra aliquam istarum partiũ, necesse erat, vt intrarent in medium acierum, & tunc haberent bellum ab anteriori, & a tergo, & impedirentur nimis in pugnando, vnde quando Ioab vidit istam dispositionem exercitus, miratus est, & mutauit dispositionem belli, quam ipse intendebat facere. Nam ipse intendebat, quòd ipse cum toto exercitu pugnaret versus eandem partem. Et videns hoc accepit vnam partem exercitus sui fortiorem, & aliam tradidit fratri suo Abisai, vt ipse pugnaret cõtra Syros, & Abisai contra Ammonitas, & sic essent duæ acies contra duas, & ambæ acies Israelitarum erant in medio duarum acierum hostilium, & vna respiciebat versus vrbem, scilicet, Abisai acies. Et alia versus agrum, scilicet, acies Ioab. Et isto modo non haberent Israelitæ aliquos hostes a tergo, sicut intenderant facere Ammonitæ, vt dispergerent faciliter Israelitas. Ad secundum dicendum, quòd omnes Syri fuerunt in vna acie, & omnes Ammonitæ in alia, quia licet Ammonitæ conduxissent Syros mille talentis argenti, non bene confidebant eis, timentes forte, quòd pro maiori pretio, quod acciperent ab Hebræis colluderent cum eis, & verterentur contra Ammonitas. Voluerũt ergo Ammonitæ procul esse ab eis, vt si aliquam fraudem molirentur, non possent sibi nocere.

De diuersitate locorum, vbi erant exercitus Ammonitarum.
Quæst. XXII.

QVAERITVR vlterius dato, quòd Syri, & Ammonitę deberent diuidi in duas acies, quare acies Syrorum posita est in agro, & acies Ammonitarum apud portam vrbis.

Respondendum, quòd propter multa. Primum erat, quia volebant Ammonitæ, quòd duæ acies pugnarent contra Israelitas, & quia ipsi erant pauciores quàm Syri, voluerunt accipere locum faciliorem ad pugnandum, & forte propter vrbis defensionem facilius erat paucos pugnare apud portam vrbis quàm multos pugnare in campo. Elegerunt ergo Ammonitæ pugnare apud vrbem. Et patet hoc, quia in muris, & turribus vrbis erat magna multitudo Ammonitarum, qui exinde sagittis, & fundis, & iaculis pugnabant, & propter illos non auderent Israelitæ appropinquare muris: sicut patet 2. Regum 11. Quando mortuus est Vrias in isto bello contra Ammonitas, eo quòd accessit circa muros vrbis. Et Dauid

Universidad de Deusto
Biblioteca

uid increpuit super hoc Ioab, dicens. Quare accessistis ad murum vt præliaremini, an ignorabatis, quòd multa desuper ex muro tela mittantur? quis percussit Abimelech Ierobaal? Nonne mulier misit super eum fragmentum molæ de muro, & interfecit eum in Thebes? eodem cap. Et cum propter hoc Israelitæ non auderent accedere circa muros, manerent securi Ammonitæ qui pugnabant iuxta portam vrbis. Secundum erat, quia vt dictum est præcedenti quæstione, Ammonitæ non plene confidebant de Syris, quos conduxerant, timentes, quòd colluderent cum Hebræis. Noluerunt ergo ponere eos apud portam vrbis, quia forte introirent subito in vrbem, & occuparent eam, traderentque Israelitis, vt fierent amici eorum, vel forte ipsi prædarentur eam, & vellent pro se accipere. Posuerunt ergo eos in agro, vt non possent in vrbem introire, dato quòd aliquod malum molirentur. Tertium erat, quia Ammonitæ volebant pro se securitatem potiusquam pro militibus stipendiarijs, & quia poterat esse, quòd Israelitæ prævalerent contra eos, voluerunt esse apud portam vrbis, vt si opus esset ingrederentur in eam, & ibi se defenderent. Quartum erat, quia volebant Ammonitæ, quòd Syri stipendiarij sui pugnarent fortiter, exponentes se ad omnia pericula, & propter hoc noluerunt eis dare aliquem locũ refugij, vt desperantes de refugio acuerent animos suos ad fortiter pugnandum. Si autem essent apud portam vrbis, & scirent, quòd poterant introire in eã, quando vellent, remissius pugnarent, & ex minori difficultate mouerentur ad fugiendum, & introeundum in vrbem.

De fuga Syrorum a facie Ioab, an peccauerint.
Quæst. XXIII.

QVAERITVR vlterius an Syri peccauerunt fugientes a facie Ioab, cum essent stipendiarij Ammonitarum. Aliquis dicet, quòd non peccauerunt, quia egerunt quod potuerunt, sed Ioab præualuit contra eos. Dicendum videtur, quòd non restiterunt Syri Israelitis quantum deberent, quia in primo ictu belli fugerunt, vt patet 2. Regum 10. Scilicet, Iniuit itaque Ioab certamen contra Syrum, qui statim fugit a facie eius. Et milites stipendiarij tenentur fideliter pugnare pro illis, a quibus mercedem accipiunt, & hoc propter duo. Primo quia mercedẽ accipiunt pro labore, & si non fideliter agunt, indigni sunt mercede. Secundo quia illi, qui conduxerũt eos confidunt eis, & ponunt sálutem, & statum suum in manibus eorum, ideo si non fideliter agerent, graviter peccarent. Et ad hoc debent milites stipendiarij aduertere. Primo ne colludant, quia ista est grauissima iniquitas eorum. Secundo ne remisse aliquid agant, sed toto conatu, sicut si bellum ipsorum esset. Tertio vt non quocunque timore fugiant, sed exponant se morti, & quibuscunque terribilibus pro salute illorum a quibus mercedem accipiunt. Et hoc secundum conditionem belli, quia non oportet, quòd omnibus terribilibus se exponant. Nec etiam est vituperabile si interdum fugiant, quia etiam ad virum fortem pertinet interdum fugere, vel magis cedere, scilicet, quando moriendum erat necessario nullam consequendo vtilitatem. Si autem propter fraudem, vel negligentiã, aut irrationabilẽ fugam militum stipendiariorum aliqua damna sequantur eis, quibus patrocinium præstant, tenentur ad satisfactionem illorum. Et ista est vna de causis, quare periculosus est status militum, quia interdum fugiunt non existente timore rationabili, & tenebuntur ad immensa damna, quæ inde sequuntur. De Syris autem dici posset, quòd ipsi fuerunt in aliqua culpa, quia non sustinuerunt timorem debitum, sed statim in primo beli impetu fugerunt 2. Regum 10. Potest etiam dici, quòd non fuerint in culpa, quia forte tantus fuit timor, quẽ incussit eis Ioab fortiter pugnando, quòd non potuerunt stare ante faciem eius, & istud videtur rationabilius, quia non erat verisimile, quòd Syri facerent aliquam fraudem colludendo cum Israelitis, quia erant hostes illorum, cum Adarezer, qui erat vnus de istis regibus Syris, supatus fuisset a Dauid, & destructus fuisset totus exercitus eius, vt patet præcedenti cap. & 2. Regum 8. Et propter hoc conaretur quantum posset contra Israelitas. Secundo patet, quia postquàm nunc Syri victi sunt a Ioab, ipsi congregauerunt rursus exercitus ad pugnandum contra Ioab, & non fit mentio, quòd Ammonitæ rursus darent eis mercedem sicut prius, non ergo colluserant cum Iudæis. Sed videtur, quòd maxime dolerent, quòd superati fuerant a Ioab, & propter hoc rursus congregauerunt exercitum cõtra eum.

Quare Ioab non pugnauit contra Ammonitas vsque ad deletionem. *Quæst. XXIIII.*

QVAERITVR vlterius cum nunc Ioab superauisset Syros, & Ammonitas simul, & manerent Ammonitæ destituti auxilijs, cur non pugnabant cõtra eos vsque ad deletionem, quia facilius nũc erat pugnare contra illos quàm prius. Respondendũ est, quòd Ioab noluit pugnare nunc contra Ammonitas propter multa. Primo quia difficilius erat nunc pugnare contra illos quàm prius, quia prius Ammonitæ erant in campo, & ibi faciliter, & in breui fugaretur vnus exercitus, vel alius, nunc tamen Ammonitæ, quia non habebant auxiliatores, non auderent exire in campum, sed manerent intra vrbem, & difficile erat Israelitis pugnare contra eos sic propter duo. Primo quia non auderent accedere ad muros, eo q desuper multæ sagittæ, lapides, & tela mittebantur, & multi Israelitarum perierunt simul quando accesserũt iuxta muros vrbis Ammonitarum, cum mortuus est Vrias 2. Regum 11. Secundo quia bellum quod fit cõtra manentes in vrbibus est diuturnum propter defensionem murorum, & non poterat Ioab etiam si viriliter pugnaret, delere faciliter Ammonitas vrbe clausos, sicut dispersérat Syros, & Ammonitas in campo manentes. Secundo principale erat, qa Ioab fecerat iam bellũ, quod ei iusserat Dauid, & nesciebat qd post hoc vellet Dauid, ideo non ausus est bellum restaurare inconsulto Dauid, sed redijt in Ierusalem. Tertium erat, quia forte ad restaurandum bellum, oportebat fieri aliquos apparatus de nouo, vel accipi maiorem partem exercitus, redijt ergo in Ierusalem ad faciendũ illos apparatus. Et sic postea fuit, nam ad bellum sequens non venit Ioab sicut prius, sed Dauid collegit totum exercitum suum, & venit ad pugnandum contra Syros, vt patet infra in litera.

Videns autem Syrus, quòd cecidisset coram Israel, misit nuncios, & adduxit Syrum, qui erat trans fluuium. Sophach aũt princeps militiæ Adarezer erat dux eorum, quod cũ annunciatum esset Dauid, cõgregauit vniuersum Israel, & transiuit Iordané, & irruit super eos, & direxit ex aduerso aciẽ illis cõtra pugnãtibus. Fugit aũt Syrus Israel, & interfecit Dauid de Syris septẽ millia currum, & quadraginta millia peditum, & Sophach exercitus principem. Videntes autem serui Adarezer se ab Israel esse superatos, trasfugerunt ad Dauid, & seruierunt ei: noluitque vltra Syria auxilium prębere filijs Ammon.

Videns autem. Hic ponitur secundum huius partis, scilicet pugna, quę facta fuit à Dauid, quia præcedens pugna fuerat facta à Ioab, & dicitur. *Videns autem Syrus, quòd cecidisset coram Israel.* Ideſt quatuor reges Syrorum, qui fuerant in bello præcedenti, viderunt, q̃ ceciderant coram Israel, ideſt non potuerunt sustinere Israelitas pugnantes contra se. *Misit nuncios.* Scilicet ad ducendum plus de exercitu, quia credebant isti quatuor reges, quòd si solum haberent exercitum, quem prius habebat, non possent resistere Israelitis. *Et adduxit Syrum, qui erat trans fluuium.* Isti erant Syri habitãtes vltra fluuium Euphratrem ad partem aquilonarem. Et vocatur hic Euphrates fluuius absolutè non expresso nomine proprio, eo quòd per excellentiam erat ipse fluuius in terra illa: nam in terra Chanaan, & Syria non erat aliquis fluuius tam ingens, sicut Euphrates. Ipse enim est vnus de quatuor fluminibus paradisi: Genesis secundo. Et sępe vocatur in scriptura fluuius absolutè. Sic patet Exodi vigesimotertio, scilicet: Ponam terminos vestros à mari Rubro vsque ad mare Palęsthinorum, & à deserto vsque ad fluuium. Et non exprimitur quis fluuius erat, sed intelligitur Euphrates, quia ipse erat terminus terræ Chanaan: Genesis decimoquinto, scilicet: Semini tuo dabo terram hanc. Scilicet à fluuio Aegypti vsque ad fluuium magnum Euphratem. Sic ẽt dicitur Psal. 71. Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terræ. Ideſt ab Euphrate vsque ad desertum, vbi erat terminus terræ. Considerandum autem pro hoc, quòd Euphrates est terminus aquilonaris terræ Chanaan, Genesis decimoquinto. Non tamen tangit Euphrates in totolatere aquilonari terræ Chanaan, sed in quadam parte eius, & in alia parte ad meridiem eius est quędã pars Syrię. Reliqua autem Syria est ad aquilonem. Et sic diuidit Euphrates Syriam. Isti autem quatuor reges pro maiori parte erant de terra Syrię ad meridianam partem Euphratis iuxta terram Chanaan. Nunc autem miserunt ad vocandum Syros habitãtes vltra fluuium, scilicet ad aquilonarem partem Euphratis, qui erant remotiores à terra Chanaan. *Sophach autem princeps militiæ Adarezer erat dux eorum.* Iste Adarezer erat vnus de quatuor regibus Syrorum, qui in superiori bello adiuuerant Ammonitas, & ipse pręcipue instituit, quòd vocarentur Syri, qui erant vltra Euphratem ad restaurandum bellum contra Israel. Et Sophach dux militię istius duxit omnes illos Syros, qui erant vltra fluuium ad locum belli. *Quod cum annunciatum esset Dauid.* Scilicet, quòd Syri rursus congregarent exercitum contra eum. *Congregauit vniuersum Israel.* Voluit ipse ire ad bellum contra Syros, & ad hoc congregauit exercitum copiosum, scilicet omnes de Israel, sicut congregauerant Syri multum exercitum. Et non est intelligendum, quòd Dauid congregasset totum Israel, ita quòd nullus maneret, sed congregauit multos. Et iste est modus loquendi scripturæ.

Et transiuit Iordanem. Erant enim isti reges Syrorum congregati apud vrbem, in qua erat rex Ammonitarum, & illuc iuit Dauid, & irruit super eos, & ex hoc patet, quòd terra Ammonitarum, in qua factum est nunc istud bellum, erat orientalis respectu terræ Chanaan, quia Iordanis erat terminus orientalis terræ Chanaan: Numeri trigesimoquarto. Et tamen Dauid ad eundum contra Ammonitas transiuit Iordanem. Ideo terra Ammon ad orientem erat.

Item patet hoc, quia terra duorum tribuum, & dimidiæ erat orientalis ad terram Chanaan: Numeri trigesimosecundo, & Iosue primo. Et tamen terra illa, & omnes vrbes eius fuerant quondam pars regni Moab, & Ammon, vt patet Iosue decimotertio. Et colligitur Numeri vigesimoprimo, & Iudic. vndecimo. Ideo terra Ammonitarum erat ad orientem terræ Chanaan.

Et irruit in eos. Scilicet subito Dauid mouit bellum contra Syros congregatos, & hoc est irruere, scilicet cum impetu agere, & ex inopinato.

Et direxit ex aduerso aciem illis contra pugnantibus. Scilicet direxit aciem suam Dauid contra Syros, & illi ex opposito etiam acies suas direxerunt, & non fuit hic talis ordinatio belli sicut prius contra Ioab, quia diuisus fuit exercitus in duas partes, ita vt haberet Ioab hostes ab anteriori, & à tergo supra in litera.

Fugit autem Syrus Israel. Ideſt omnes Syri, qui nunc congregati erant fugerunt à facie Dauid.

Et interfecit Dauid de Syris septem millia curruum, & quadragínta millia peditum. Ista fuit summa interfectorum, & non ponitur similis hic, & secundo Reg. decimo. Sed de hoc infra declarabitur in quadam quæstione: nam hic ponuntur septem millia curruum, & ibi ponuntur septingenti.

Et Sophach exercitus principem. Iste Sophach erat princeps omnium Syrorum, qui venerant de vltra flumen: & percussus est in bello, & statim mortuus est secundo Regum decimo.

Videntes autem serui Adarezer se ab Israel esse superatos. Hoc viderunt in duabus pugnis. Nam prima vice superati sunt à Ioab, nunc verò superati sunt à Dauid. isti serui Adarezer erant, qui venerant vltra flumen: nam ibi dominabatur Adarezer. Et non solum isti, sed etiam reges, qui in bello priori pugnauerant viderunt se victos, & ob hoc noluerunt vltra adiuuare Ammonitas, nec sequi intentionem Adarezer.

Transfugerunt ad Dauid, & seruierunt ei. Non est intelligendum, quòd transirent de terra sua ad habitandum in terra, vel vbi erat Dauid, sed mutauerunt dominium manendo in terra sua, quia iam noluerunt esse subditi Adarezer, sed Dauid. Et seruiebant ei dando tributa.

Noluitque vltra Syria auxilium prębere filijs Ammon. Scilicet, quia viderunt se bis superatos desperauerũt se posse vltra pugnare contra Dauid, ideo timuerunt præstare auxilium Ammonitis, & ob hoc Ammonitę faciliter capti fuerunt postea à Dauid non habentes auxiliatores, vt patet seq. c. & 2. Reg. 12.

Quis fuerit iste Syrus, de quo habetur hic.
Quæst. XXV.

QVAERITVR quis est iste Syrus, de quo dicitur hic, quòd videns Syrus, quòd cecidisset coram Israel, adduxit Syrum, qui erat trans fluuium. Respondeti potest dupliciter. vno modo, quòd iste Syrus erat totus exercitus quatuor regum Syrorum, qui nunc pugnauerant contra Ioab. Et patet, quia sic dicitur supra, perrexit Ioab contra Syrum. Et iterum, si vicerit me Syrus, auxilio mihi eris. Et tñ Ioab pugnauit cõtra omnes quatuor reges Syrorum, quia tamẽ omnes quatuor faciebant vnum exercitum, vocabantur Syrus vno nomine. Alio modo potest dici, quòd Syrus erat hic rex Adarezer.

zer. Ipse.n.misit pro istis Syris, qui erant vltra fluuiũ. Et ista est veritas,quia 2.Reg.10. dr̃: Misit Adarezer, & adduxit Syros, qui erant trans fluuium. Et misit pro eis solus Adarezer, quia erant serui eius habitantes in terra sua. Et ista fuit causa,quare Sophach princeps militiæ Adarezer fuit princeps Syrorum.

De diuersitate,quæ habetur hic,& 2.Reg.c.10.circa principem militiæ exercitus. Quæst. XXVI.

QVAERITVR vlterius qũo dicitur hic, quòd Sophach princeps militiæ Adarezer fuit dux eorum,quia 2.Reg.10. dicitur Sobach. Respondebit aliquis, ꝙ fuerunt duo principes militiæ Adarezer. Et de vno ponitur hic, & de alio ibi, & hoc non potest stare, quia eadem res narratur hic,& ibi, ideo necesse est,quòd iste princeps militię, de quo hic dicitur,& ille,de quo ibi sint idem. Dicendum ergo, quòd idem vir erat, & tamen vocatur hic Sophach,& ibi Sobach,quia erat binomius,sicut multi alij habent, qui interdum duo, & plura nomina habent,sic patet præcedenti capit.de Adoram qui vocatur ibi Ioram. Sic etiam de Iacob, & Esau, & de Beato Petro, qui multa nomina habent.

De Syris, qui fuerunt in secundo bello contra Dauid. Quæst. XXVII.

QVAERITVR vlterius de isto bello secundo Syrorum contra Israelitas,qui Syri fuerunt in eo,& vbi factum est. Respondendum, quòd dupliciter dicitur de hoc, vno modo, ꝙ quatuor reges, qui erant in bello precedenti, videntes,ꝙ fugati fuissent à facie Israel, & ꝙ non potuissent resistere ei cum tam paruo exercitu, miserunt pro Syris, qui erant vltra flumen,& etiam illi venerunt,& nunc omnes simul pugnauerunt contra Israelitas. Et sm hoc dici debet,ꝙ isti quatuor reges Syrorum, quamquam fugerunt à facie Israel, non abierunt in Syriã, sed manserunt in terra Ammon, & miserunt inde ad vocandum Syros,qui erant vltra flumen.Secundo potest dici,ꝙ isti quatuor reges Syrorum,qui fuerant in priori bello,non pugnauerunt iterum contra Dauid, & viros suos, sed abierunt in Syriam, nec curauerũt prestare auxilium Ammonitis.Vnus autem ipsorum scilicet Adarezer dolens, quòd superati essent ab Israelitis,misit pro Syris, qui erant vltra fluuium, quòd venirent ad pugnandum contra Dauid,& in isto bello non fuit Adarezer nec alij tres reges,qui fuerant in præcedenti bello, sed solus exercitus, qui venit de vltra fluuium.Et ob hoc fuit princeps eorum Sophach princeps militiæ Adarezer, & non aliquis de regibus, vt patet in litera, & secundo Regum decimo. Quilibet modus istorum est satis verisimilis. De primo patet, quia ponitur hic magnus exercitus nimis, scilicet septem millia curruum, & quadraginta millia peditum, qui in bello mortui sunt,& insuper fugerunt quinquaginta, & octo millia virorum à facie Israelitarum,vt patet secundo Reg.decimo. Et tamen non erat verisimile, ꝙ tantum exercitum haberet solus Sophach princeps militię Adarezer de Syris, qui erant vltra flumen, sed magis videtur,quòd exercitus quatuor regum cum illo, qui venit de vltra flumen fecerunt istam summam.Secundo patet,quia hic, & secundo Regum decimo, dicitur quomodo fugerunt Syri ista vice à facie Israel, & sequitur: Videntes autem vniuersi reges, qui erant in præsidio Adarezer victos se ab Israel, expauerunt, & fugerunt. Et sic videtur, quòd illi quatuor reges, qui fuerant in bello præcedenti, fuerunt etiam nunc in isto bello.

De secundo modo patet, quia solus rex Adarezer misit pro istis Syris,qui erant vltra flumen ad pugnandum iterum contra Israel. Si tamen omnes isti quatuor reges mansissent in terra Ammon ad faciendũ iterum bellum,omnes mississent pro militibus in terram suam. De hoc secundo Reg. 10. vbi dicitur de Adarezer,ꝙ misit,& non de alijs.Secundo patet,quia ille, qui adduxit istos milites de vltra flumen, fuit Sophach princeps militię Adarezer, si tñ omnes isti reges mississent pro militibus, quilibet haberet vnũ ducem militię,qui duceret exercitum de terra sua,ergo solus Adarezer misit.Tertio patet, & efficacius, quia dicitur, ꝙ pugnauerunt Syri contra Israel, & occisus est Sophach princeps militię, vt patet hic, & 2. Regũ 10.Et sic Sobach fuit princeps militię in isto bello facto nunc contra Dauid. Sed si isti supradicti quatuor reges, qui fuerant in precedenti bello, fuissent nunc in sequenti, non fuisset Sobach princeps militię, sed aliquis de regibus,saltem ipse Adarezer,cuius seruus erat Sobach, & tamen fuit Sobach princeps militiæ: ergo non fuit in isto bello Adarezer,nec aliquis de tribus regibus alijs. Hoc autem videtur verisimilius,licet vtrunque possit sustineri,& sic dicetur,quòd quatuor reges, qui superiori bello victi fuerant ab Israelitis, fugerunt in terram Syrię, & tres illorum non curauerunt post hęc de Ammonitis. Rex autem Adarezer doluit,quòd succubuisset coram Israel, & hoc quia ipse erat potentior inter omnes istos quatuor reges,& magis dolebat de confusione sua,quam quilibet aliorum:etiam quia Adarezer erat hostis Dauid, cum Dauid deleuisset totum exercitum eius,vt patet precedenti c. & 2. Reg.8. Ideo desiderabat Adarezer adhuc pugnare contra Dauid, si posset superare exercitum eius, & reparare aliquid de damnis, quæ susceperat à Dauid, & ob hoc venerunt Syri de terra sua de vltra flumen, & ipse non iuit nunc ad istud bellum, sed misit Sobach principem exercitus sui cum omnibus Syris. Et isti venerunt in terram Ammonitarum, non quidem ad vrbem, in qua prius fuerat bellum,quia illa erat Medaba, vt patet supra in litera, sed ad vrbem Helã, vt patet 2. Reg. 10. & ibi inuenit Dauid Syros cum principe eorum Sobach. Et non fuit ibi aliquis de quatuor regibus,qui fuerunt in precedenti bello, sed vr ꝙ fuerint ibi alij reges, qui erant subiecti Adarezer, & princeps eorum fuit Sobach, quamquam non esset rex,sed ille erat princeps totius militię Adarezer. Ad primam rationem, quę probabat alium modum, s. si solus Sobach cum Syris, qui erant vltra flumen venissent,non congregatus fuisset tantus exercitus sicut hic ponitur.Dicendum vr ꝙ totus exercitus, quem habuit Adarezer in precedenti bello fuit hic, licet non fuerit hic Adarezer, nec aliquis de alijs tribus regibus:& insuper congregauit Sobach omnem exercitum Syrorum, qui erant vltra flumen in terra Adarezer, & venerunt multi reges, qui erãt subiecti Adarezer in isto exercitu, & ob hoc fuit valde magnus, quamquam non essent hic illi quatuor reges, qui fuerant præcedenti bello. Ad secundum cum dicitur, quòd reges, qui erant in præsidio Adarezer, videntes se victos fugerunt ab Israel, & seruierunt Dauid, ergo in isto exercitu fuerunt reges quatuor qui fuerant in priori bello. Dicendum quòd verum est, quòd in isto bello fuerunt aliqui reges, & victi sunt ab Israelitis, tamen non fuerunt aliqui de illis quatuor regibus, qui fuerant in precedenti bello, sed quando Adarezer fecit vocari Syros, qui erant trans flumen in terra sua, venerunt multi reges, cum illis, quia multi reguli subiecti erant Adarezer, & isti pugnauerunt nunc contra Dauid, & victi sunt, fugerunt

runtque coram Israel. Et patet, ꝙ ista sit intentio lr̃æ, quia 2.Reg.10.dr̃: Videntes vniuersi reges, qui erant in presidio Adarezer victos se ab Israel expauerunt, & fugerunt. Ergo isti reges,qui nunc fugerunt, erãt de seruis Adarezer, & non erant illi quatuor reges, qui fuerant in precedenti bello, quia illi non erant serui Adarezer, eo quòd de quolibet eorum dicitur quantum exercitum dederit pro bello 2.Reg.10. Et tamen si fuissent serui Adarezer,ipse Adarezer diceretur dedisse totum illum exercitum. Item patet hoc magis,quia 2.Regum 10.dicitur:Videntes reges,qui erant in præsidio Adarezer se victos ab Israel fugerunt. Et hic in litera dicitur: Videntes autem serui Adarezer se ab Israel esse superatos transfugerunt ad Dauid. Et sic pro eodem ponitur,quòd fugerint serui Adarezer, vel reges, qui erant in præsidio Adarezer. Et tamen reges, qui fuerunt in præcedenti bello,non erant serui Adarezer: ergo non erant illi, qui fuerant in hoc bello, sed alij reges, qui erant serui Adarezer.

De diuersitate, quæ habetur hic, & 2. Regum capit. 10. circa multitudinem curruum occisam à Dauid. Quæst. XXVIII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd Dauid occidit septem millia curruum de Syris, quia secundo Reg.10. dicitur, quòd occidit septingentos currus. Respondet Nicolaus, quòd solum fuerunt septingenti currus,sicut dicitur 2. Regũ decimo.Et tamen in quolibet istorum curruum erãt decem viri, & sic in septingentis curribus erant septem millia virorum, sicut accipiebatur supra, quòd fuerint trigintaduo millia curruum in primo bello Syrorum contra Ioab, & tamen solum erant trigintaduo millia virorum sicut declaratum est supra in litera, & apparet secũdo Reg. decimo. Sed istud quod dicit Nicolaus, quòd in quolibet curru essent decem viri non videtur verisimile,quia etiam si sint congregati viri in curru non possunt capi decem viri armati in vno curru, aut vix capi possunt,quantomagis,quia illi, qui ibant in curribus ibant ad pugnandum,& habebant se taliter vt expedirè pugnarent, & vnus non impediret alium mittere lanceas, vel curuare balistas, aut facere alia, quæ requiruntur ad bellum. Secundo patet,quia dato,quòd in curribus possent capi decem viri,si essent currus valde magni, tamen equi non possent onerare tantum pondus,cum viri isti essent armati, & deberent habere multa iacula, & alia genera armorum in curribus ad pugnandum: non ergo videtur, quòd possent esse sub quolibet curru decem viri. Dicendum ergo aliter,scilicet quòd erãt septem millia curruum in isto bello secundo. Et tamen solum exprimuntur septingenti secundo Regũ decimo, & hic exprimuntur omnes, & hoc quia forsè soli septingenti erant currus electi. Alij autem erãt minoris valoris. Et ideo septingenti currus electi fuerunt positi sub numero secundo Regum decimo. Alij autem non. Sic autem factum est Exodi decimoquarto, quando Pharao persecutus est Israelitas exeuntes de Aegypto: nam dicitur, quòd tulit sexcentos currus electos, & quidquid in Aegyptum curruum fuit. Et sic alij currus non electi non ponuntur sub certo numero, sicut currus electi, hic tamen, quia supplentur ea, quæ minus habentur in libris Regum, ponuntur omnes currus tam electi, quam non electi. Et sic interdum ponuntur hic aliqua,quæ non habentur in libris Regum, & interdum ponuntur ibi aliqua, quæ non habentur hic. Sic patet in isto bello; nam ponuntur hic septem millia curruum, & ibi

subticentur cum non ponantur nisi septingenti, & è contrario subticentur hic quinquagintaocto millia virorum, quæ in isto bello fugerunt à facie Israelitarum, & subticentur hic.

CAP. XX.

EACTVM est autem post anni circulum, eo tempore, quo solent reges ad bella procedere, congregauit Ioab exercitum, & robur militiæ, & vastauit terram filiorum Ammon: perrexitque, & obsedit Rabba.Porro Dauid manebat in Ierusalem, quando Ioab percussit Rabba, & destruxit eam.

DESCRIPTA in præcedentibus pugnatione sociorum Ammonitarum,s. Syrorum, hic agitur de pugnatione ipsorum Ammonitarum. Nam totum bellum,quod factũ est in precedentibus, principaliter fuit contra Syros, qui erant adiutores Ammonitarum. Nam illi bis victi fuerant ab Israelitis. Ammonitę autem solum semel,vt patet præced. cap. & 2.Reg.10. Hic autem solum ponitur destructio Ammonitarum,quia cum iã non haberent auxiliatores faciliter destructi sunt. Et diuiditur in duas partes, scilicet in partem principalẽ, & in incidentalem. Prima est de destructione Ammonitarum. Secunda de numero bellorum Dauid, ibi. *Post hæc initum est.*

De ordine ad præcedentia, & si ista immediate fuerint post illa. Quæst. I.

QVAERITVR circa primũ,an ea,quę hñtur hic sint cõtinuata ad precedentia,& an fuerint facta immediatè post illa, vel interiecto aliquanto tpe. Rñdendum ad primum ꝙ hic est ordo continuus.Nam præced. c. dictũ est de principio bellorũ Dauid ꝺ Ammonitas. Hic aũt dicit de bello vltimo,in quo destructi sunt Ammonitę. Iõ necesse est,ꝙ ea,quę hñtur hic fuerint facta post præcedentia.Ad secundum dicendũ, ꝙ inter ea, q̃ hñtur hic,& præced.c.paruum tps intercidit,s.non vnus annus cõpleꝰ: nã duo bella,quę hñtur præced.c.fuerũt facta vno anno. Et istud qđ hẽtur hic fuit factum in principio seq. anni. Qđ patet, quia dr̃ hic, factum est post anni circulũ eo tpe,quo solent reges ad bella procedere.Et sic non transierat annus plenus. Circa primum dr̃.*Factum est autem post anni circulum.* Ideſt ea,quę hñtur hic acciderũ post circulum anni,s.ꝙ finito anno,in quo facta sunt precedentia in principio anni sequentis inceperunt fieri, q̃ hñtur hic. Annus dr̃ hẽre circulum, eo ꝙ annus voluit in circulo, ideo necesse est omne tempus habere circulum, potissimè,quando est completum,sicut annus: nam secus est de mense, & de hebdomada, quæ non causantur ex integris reuolutionibus cęli. Dies autem, & annus sunt duo circuli, quia fiunt per integras reuolutiones, sed magis annus facit integram reuolutionem, quàm dies, quia annus facit integram reuolutionem, secundùm motum primi mobilis, qui est motus diurnus, & secundùm motum cęli solis, qui est motus contra firmamentum.Dies autem facit integram reuolutionem quantum ad motum primi mobilis,sed nõ quãtum ad motum circuli solis,quia semper declinat,vel eleuat̃ in circulo suo ad Aquilonẽ,& Austrum,vsque

ad finem anni cum reditur de puncto ad punctum. *Et tempore, quo solent reges ad bella procedere.* Scilicet in principio veris. Tunc enim solent incipi bella propter temperiem temporis ad manendum in campo, & etiam quia tunc sunt pascua sufficientia iumentis in agro. Erat enim inceptum bellum cum Ammonitis ex anno præcedenti, & nunc rursus congregauit Dauid exercitum ad finiendum illud. *Congregauit Ioab exercitum, & robur militiæ.* Ioab erat princeps militæ Dauid, & ad eum pertinebat congregare exercitum, & etiam robur militiæ. Quid autem sit istud robur militiæ infra dicetur in quadam quæstione. *Et vastauit terram filiorum Ammon.* Scilicet segetes, & vineas destruxit, & succidit arbores, quia istud est, quod solent facere hostes in terram hostilem, vel intelligitur, q̃ ambulauit Ioab per multa loca terræ Ammon, & destruxit illa, & postea veniens obsedit vrbem Rabba, in qua erat rex, sed primum verius est, quia destructio aliarum vrbium facta est per Dauid, postquam cepit ciuitatem Rabba, sic patet infra in litera, & 2. Reg. 12. *Perrexitque, & obsedit Rabba.* Ioab voluit obsidere vrbem Rabba, & ad hoc prius vastauit regionem in circuitu ad hoc, quòd non haberent Ammonitę vnde prouiderent sibi, & sic facilius caperentur. *Porro Dauid manebat in Ierusalem, quando Ioab percussit Rabba, & destruxit eam.* Significatur in hoc, quòd Dauid non iuerit ad istud bellum, sed Ioab, & ideo quando percussa est ciuitas Rabba à Ioab, manebat Dauid in Ierusalē, sed hoc non est verum, quia Dauid cepit vrbem Rabba, & destruxit eam 2. Reg. 12. de quo declarabitur infra in quadam quæstione.

De circulatione anni quando congregatus fuit exercitus Dauid contra regem Ammonitarum. *Quæst. II.*

QVAERITVR circa id, quod dicitur supra quis anni circulus fuit quando Dauid congregauit exercitum ꝺ Ammonitas, de quo hic dicitur. Rñdendum est, q̃ anno præcedenti Dauid cępit pugnare contra Ammonitas, pugnauitq; contra eos, & adiutores eorum Syros, fecitque duo bella, in quibus mansit toto vere, & æstate. Aduenientę autē hyeme, quia non erat congruum tempus bellis, & in principio sequentis anni voluit restaurare bellum, & congregauit exercitum, ideo dicitur, qñ solent reges ad bella procedere, quia in principio illius temporis Dauid congregauit exercitum, vt superesset sibi tps illo anno ad finiendum sibi bellum ꝺ Ammonitas. Et est istud in principio veris. Dicitur aūt post anni circulum, vocatur circulus anni principium suum, quia tunc annus redit de puncto ad punctum, & principiū anni ſm Hebręos coincidit cum tempore, quo solēt reges ad bella procedere. Nam istud est in principio veris. Et tūc incipit annus ſm Hebræos. Incipit enim semper annus eorū circa æquinoctium vernale paulоante medietatem mensis Martij, vel paulopost. De quo declaratum est Exod. 12. & Leu. 23. Et tunc omnia virere incipiunt, potissime in terra Chanaan, vbi istud erat, quia illa est partim in tertio, & partim in quarto climate, ideo est calidior, quam ista regio, quæ est in quinto climate.

Considerādum etiam, quòd eo tempore, quo ista fiebant per Ioab, commisit Dauid adulterium cum Bethsabee, vt patet secundo Reg. 11. & 21. Et colligitur infra in litera, & tamen non ponitur hic illa historia, quia latè posita fuit ibidem, & ob hoc cum præcedēti c. ponatur historia, quę habetur 2. Reg. 10. Et hic deberet poni historia, quæ habetur secundo Regum duodecimo in fine capituli, de hoc tamen magis declarabitur infra in quadam quæstione.

De causa congregationis exercitus Dauid contra Ammonitas. *Quæst. III.*

QVAERITVR vlterius ad quid Dauid congregauit nūc exercitum contra Ammonitas, & an habuerit nunc iustum bellum contra eos. Respondendum est, q̃ Dauid cęperat pugnare contra Ammonitas. Et tamē quia Syri adiuuerunt eos, nondum potuerat contra eos prealere, ita vt caperet vrbes eorum, quia bella precedentia magis fuerant contra Syros, q̃ contra Ammonitas, & de illis occiderat Dauid omnem illam multitudinem, quę habetur precedenti cap. Et nullos adhuc legitur occidisse de Ammonitis: vt ergo illi non manerent impuniti, ꝺ quos Dauid directius intēdebat pugnare, restaurauit nunc bellum contra eos. Cum aūt queritur an istud fuerit bellum iustum. Dicendum, q̃ qñ quis pro irrogatis iniurijs, vel damnis datis fouet iustum bellum ꝺ aliquam gentem, non licet ei plura damna inferre, q̃ quousque subijciat sibi gentem illam ad satisfaciendum sibi, vel ipse inferat eis tot damna, vt per hoc satisfiat sibi de iniurijs, & damnis datis, & de expensis factis in illis bellis ad obtinendum satisfactionem. Cum autem obtinuerit istud, debet cessari à bellis, alioquin bellum, quod postea sequitur, iniustum est, quòd sine causa factum est, & tenetur faciens restarcire omnia damna, quæ intulerit. Dauid autem habebat iustam causam pugnandi cōtra Ammonitas pro iniuria inflicta seruis suis precedenti cap. Et quousq; satisfieret sibi pro illa offensa foueret iustum bellū. Si autem Dauid in priori bello habuisset satisfactionem de Ammonitis, non posset licite mouere aliud bellum contra eos. Si tamen nullam, vel non plenam satisfactionem obtinuisset, licebat ei mouere contra illos vnum, vel multa bella, quousque satisfactionem plenam consequeretur, sed in priori bello nullam satisfactionem Dauid consecutus fuerat de Ammonitis, sed solum de Syris, ideo licebat ei adhuc mouere bellum contra Ammonitas. Patet hoc, quia Ammonitę offenderant Dauid irrogando iniuriam seruis suis. Syri aūt offenderant eum adiuuando Ammonitas hostes suos, ideo de vtroq; satisfactio capiēda erat. De Syris verò cęperat Dauid aliqualem satisfactionem, quia in duobus bellis deleuerat magnam multitudinem eorum: nam in primo bello multi eorum ceciderunt, quamquam non ponatur numerus ipsorū. In scdo aūt perierunt septē millia currum, & 40. millia peditum, & fugerūt quinquaginta octo milia virorum, vt patet precedenti cap. & 2. Reg. 10. De Ammonitis autem nullam satisfactionem habuerat, quia nullos adhuc occidisse legitur, ideo restabat ei semper iustum bellum contra illos, quousq; deleret eos, vel integre sibi satisfacerent de iniuria inflicta seruis suis, & de damnis, & expensis factis in omnibus istis bellis, quia ipsi fuerunt occasio illorum.

De robore militiæ, quid erat. *Quæst. IIII.*

QVAERITVR vlterius quid est, quod vocatur hic robur militiæ. Respondendum est, quòd istud erat aliquid magnum. Nam sępe fit mentio de illo, sic patet tertio Regum primo. Cum dicitur: Celethi, & Phelethi, & robur exercitus Dauid non erat cum Adonia. Dicendum ergo est vno modo, q̃ robur exercitus vocatur multitudo militum, pp quā exercitus dr esse fortis, & sic qñ aliquis populus crescit ad magnam multitudinem, dr roborari. Et sic patet Exod. primo, cum dicitur: Filij Israel creuerunt, & quasi germinātes multiplicati sunt, ac roborati nimis, impleuerunt terram. Alio modo potest vocari robur exercitus aliqua pars exercitus fortior, quamq̃ sit minor, & istud vr verisimilius. Et tunc putant aliq, q̃ legiones Celethi, & Phelethi erant robur exercitus Dauid, eo q̃ isti erant fortissimi milites, & erant custodes corporis Dauid, vt ait Iosephus 7. Antiquit. Sed istud non stat, quia Celethi, & Phelethi, & robur exercitus Dauid differunt, vt patet 3. Reg. primo, cū dicitur: Sadoc vero, & Banaias, & Nathan Propheta, & Celethi, & Phelethi, & robur exercitus Dauid non erat cum Adonia. Videtur ergo dicendum, q̃ robur exercitus Dauid erant viri fortes eius, qui separati erāt à reliquo exercitu, habebat enim Dauid duos ternarios virorum fortissimorum, quorum aliqui interdū pugnauerunt soli contra vnum exercitum. Et prēter istos habebat triginta alios viros fortes minus, q̃ primos, & tamen erant fortiores reliquis de exercitu, de quibus secūdo Regum 23. & supra vndecimo. Isti conuenienter vocabantur robur exercitus Dauid, eo q̃ isti soli triginta sex viri valebant forte plusquā totus reliquus exercitus Dauid.

De ciuitate Rabba, quam obsedit Ioab. *Quæst. V.*

QVAERITVR vlterius, quæ erat ciuitas ista Rabba, de qua hic dicitur, & quare potius obsedit eam Ioab, quam aliquam aliam. Respondendum est, quòd ista erat ciuitas, in qua tunc erat rex Ammon. Pro quo sciēdum, q̃ qñ in prima vice iuit ad pugnandum contra Ammonitas, iuit ad vrbem Medaba, quia rex Ammon erat tunc in ea, & Syri adiutores Ammonitarum posuerant castra sua circa eam, & ēt omnes Ammonitę conuenerant ad illam ad defendendum ibi regem, vt patet precedenti c. Postea autem recessit rex Ammon de illa vrbe, & venit in illam vrbem Rabba, ideo quādo Ioab iuit in ista secunda vice ad pugnandum ꝺ eum, obsedit vrbē Rabba. Est autem Rabba quędam ciuitas magna, & famosior in tota terra Ammonitarum. Ideo vocatur ciuitas regia quasi ipsa sit sedes regni, vt patet 2. Reg. 12. In ista ciuitate erat lectus ferreus regis Og. Erat. n. Og, de stirpe gigantium, magnitudo erat excellens super magnitudinem aliorum, & habebat quendam lectum ferreum qui mansit in vrbe Rabba filiorum Ammon ad demonstrandum magnitudinem suam, vt patet Deut. 3. scilicet: Solus quippe Og rex Basam restiterat de stirpe gigantum, monstratur lectus eius ferreus, qui est in Rabba filiorum Ammon nouem cubitos hñs longitudinis, & quatuor latitudinis ad mensuram cubiti virilis. Ista etiam ciuitas erat posita inter duo flumina circundantia muros. Ideo vocabatur ciuitas aquarum, sic patet secundo Regum 12, scilicet: Capienda est ciuitas aquarum, scilicet Rabba. vt patet ibidem.

An Dauid percusserit Rabba, vel Ioab. *Quæst. VI.*

QVAERITVR vlterius qūo dicitur hic, q̃ Dauid manebat in Ierusalem, qñ Ioab percussit Rabba, & destruxit eam, quia non vr, q̃ manserit ibi, sed ipse iuit ad bellum, & destruxit vrbem, vt patet 2. Reg. 12. Respondendum, quòd habitis duobus bellis contra Syros, de quibus præcedenti c. voluit Dauid, quòd pugnaretur contra Ammonitas, & ad hoc congregauit exercitum in principio anni, & misit Ioab cum eo. Ipse autem non intendebat ire ad bellum, sed mansit in Ierusalem. Ioab autem pugnauit magno tempore contra Rabba, & dū hæc agerentur Dauid manebat in Ierusalem. & accidit tunc peccatum eius cum Bethsabee. Nam quadā die cum esset in palatio suo vidit eam lauantem se in solario domus suę. Et concupiuit, & duci fecit, & etiā tunc accidit mors Vrię, quia Dauid misit ad Ioab, vt poneret eum contra Ammonitas in loco periculoso. De isto peccato Dauid, & de pęnitentia eius pro eo habetur latè 2. Reg. 11. & 12. Et ideo scriptura nihil hic replicuit. Quòd autem isto tēpore acciderit peccatum hoc, patet quia 2. Reg. 11. ponitur id, quod hic, scilicet: Factum est post anni circulum, eo tempore, quo solent reges ad bella procedere. Et sequitur ibi de congregatione exercitus, & quomodo Ioab iuerit in terram Ammon, & tunc dicitur: Dauid autē mansit in Ierusalem dum hæc agerentur, accidit vt surgeret Dauid de strato suo post meridiem, viditque mulierem, se lauantem ex aduerso, & inde sequitur tota historia de adulterio Dauid, & Bethsabee. Scriptura autem tetigit hic principium historię, & reliqua omisit, vt intelligatur, quòd historia sit historia, quę iam enarrata fuit 2. Reg. 11.

Quare Dauid potius iuit ad bellum contra Syros, quam contra Ammonitas. *Quæst. VII.*

QVAERITVR vlterius quare Dauid non iuit nūc ad istud bellum cum iuerit ad bellum prędecens contra Syros adiutores Ammonitarum. Respondendum, q̃ Dauid habebat Ioab principem militię, qui erat animosus, & prudens valde circa bella, & cum ipse duceret exercitum, non erat opus, q̃ Dauid iret ad bellum, nisi interdum propter aliquā causam spālem. Ideo in principio bellorum contra Ammonitas, Dauid non iuit illuc, sed misit Ioab cū exercitu, vt patet precedenti capit. & 2. Reg. 10. Postea autem in secundo bello, videns Dauid, q̃ congregatus erat maior exercitus Syrorum, q̃ prius, & q̃ bellum difficilius pararetur, congregauit ēt ipse maiorē exercitū de toto Israel, & iuit ad pugnandum ꝺ illos precedenti c. Nunc aūt iam Syri erant subiecti Dauid, quia illi, qui erant serui Adarezer, & adiuuabant eum, videntes se victos esse à Dauid bis, & iam non posse resistere ei, fecerunt pacem cum eo, & seruierunt sibi in tributis, & desierunt auxilium prestare Ammonitis precedenti c. & 2. Reg. 10. Hoc vidēs Dauid, & sciens, q̃ nullos defensores habebant Ammonitę, credidit, q̃ faciliter poterant expugnari, ideo misit illuc solum Ioab cum exercitu, & ipse mansit in Ierusalem. Pugnauit autē Ioab magno tempore contra Rabba vrbem filiorum Ammon quousq; iam erat in promptum, vt caperet. Et quia ex hoc magna gl̃a acquireret Ioab, nolens ipse, q̃ ista gloria ascriberetur nomini suo, sed Dauid, misit ad vocandum eum, dicens: Capienda est vrbs aquarum. Nunc ergo congrega rel̃q̃ partem populi, & obside ciuitatem, & cape eam, ne cum à me fuerit vastata, nomini meo ascribatur victoria. Tunc Dauid congregato exercitu iuit, & cepit vrbem vastauitque eam, vt patet 2. Reg. 12. & si qñ dicitur hic: Porro Dauid manebat in Ierusalem, quando Ioab percussit Rabba, & destruxit eam'. Non est sic puncttuanda litera, vt tota vadat sub vno contextu. Sed fient duæ sententię sic, s. porro Dauid manebat in Ierusalem, quando Ioab percussit Rabba, idest quando pugnauit contra eam cogens eam ad deditionem: nā in continuis bellis multos Ammonitas occidebat, & sequitur alia clausula, scilicet & destruxit eam, non quidem Ioab, sed Dauid, quia subintelligenda est in medio historia illa, quę habetur 2. Reg. 12, vel potest aliter intelligi, q̃ Dauid manebat in Ierusalem dum Ioab percussit Rabba, s. occidendo multos de illis in bello, & destruxit eam, idest incepit destruere: nam iam in promptu erat, q̃ destrueretur, quando Ioab misit ad vocādum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dauid: nam dixit ei: Capienda est vrbs aquarum. i. in promptum est, ꝙ capiatur, vel pōt intelligi, ꝙ Ioab percussit eam, & destruxit attēdendo causalitatem, quia fm veritatem Ioab fecerat omnia, quę sufficiebāt ad destruendum ciuitatem Rabba, & potuisset eā iā capere, si voluisset, & tñ vt nō ascriberetur gloria nomini suo, sed potius Dauid, misit ad vocandum Dauid, ideo Dauid cepit vrbem magis in voce q̄ in re, sed realiter, & fm causam Ioab cepit illam, & destruxit. Et hoc considerauit hic Esdras dicens, ꝙ Ioab percussit vrbem, & destruxit dum maneret Dauid in Ierusalē, quia dum ipse maneret ibi, Ioab prestitit causam ad omnia hęc, & potuisset eam destruere dum manebat ibi Dauid. Et iste fortè est conuenientior sensus, quam præcedentes.

Tulit autem Dauid coronam Melchon de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentum, & preciosissimas gemmas, fecitq; sibi inde diadema, manubias quoque vrbis plurimas tulit. Populum autem, qui erat in ea, eduxit, & fecit super eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta transire, ita vt dissecarentur, & contererentur. Sic fecit Dauid cunctis vrbibus filiorum Ammon, & reuersus est cum omni populo suo in Ierusalem.

Tulit autem Dauid coronam Melchon de capite eius. Melchon erat idolum Ammonitarum, & colebatur in vrbe Rabath, & propter magnum honorem positum fuit super caput eius diadema regale, & illud abstulit Dauid pro se. de isto Melchon quid sit, magis infra dicetur in quadam quæstione.

Et inuenit in eo auri pondo talentum. Erat enim ista corona auri ponderis, & valoris. Nam habebat vnum talentum de auro. Est enim talentum magnum pondus: nam de vno talento auri factum fuit candelabrum Sanctuarij, quod fecit Moyses cum omnibus vasis suis. Et tamen candelabrum erat aliquid magnum, vt pater intuenti figuram eius, & multitudinem partium suarum, sicut habetur Exod. vigesimoquinto. Et sic ista corona erat valde magna, & tamen facta est tanti ponderis propter honorem illius idoli, vel si facta est pro rege, fuit magis ad honorem, & ad admirationem, quàm vt rex vteretur ea.

Et preciosissimas gemmas. Idest etiam in illa corona erant lapides precioſi multorum generum. Et illi erant forte maioris valoris, quàm aurum.

Fecitque sibi inde diadema. Idest noluit Dauid tenere illam coronam in tali figura, vel cum tanto pondere, ideo resoluit eam, & fecit sibi inde diadema regale.

Manubias quoque vrbis plurimas attulit. Idest etiam cepit multa alia spolia de vrbe, & tamen nominatur specialiter illa corona Melchon, quia forte fuit maioris valoris, quam reliqua spolia, & vocantur spolia manubię, quia manibus accipiuntur. Dicuntur enim manubiæ à manu, & brios, quod est mensura. Et ideo aliquando manubię accipiuntur pro quibusdam ornamentis brachiorum, quæ facta sunt ad mensuram ipsorum. Hic autem pro spolijs accipiuntur, quia manibus tenentur.

Populum autem, qui erat in ea, eduxit. Postquam posita est captio vrbis, ponitur pœna inflicta habitatoribus vrbis, quæ fuit satis grauis, & ad infligendam illam eduxit populum de vrbe. *Et fecit super eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta transire.* Acerrime occidit illos. Extrudebat enim eos in terra, & faciebat super eos transire tribulas, trahas, & carpenta ferrata, vt sic lacerarentur carnes eorum. Tribula vocatur instrumentum rusticum ad terendum fruges in area, & est factum de tabulis, sed in parte inferiori habet lapides acutissimos ad comminuendum paleas. Et vocatur tribula à terendo, quia omnia conterit. Nam officium suum est tritutare, idest multum terere. Et vocantur aliquando istę tribulę plaustra, sicut dicitur Amos primo, scilicet: Quia triturauerunt in plaustris ferreis Galaad. Traha genus est cruciatus. Et sunt instrumenta quædam ferrea facta ad lacerandum, & rumpendum, & dicuntur trahæ à traho trahis, quia extendunt, vel rumpunt trahendo. Carpenta ferrata sunt quadrigæ habentes rotas ferratas, & istas faciebat transire Dauid super Ammonitas, vt lacerarentur carnes eorum, vel potest accipi carpentum pro aliquo genere cruciatus. Et dicitur carpentum à carpo, quia carpit, idest rumpit, vel scindit.

Ita vt dissecarentur, & contererentur. Scilicet ista genera cruciatuum lacerabant, & comminuebant carnes Ammonitarum. Nam dissecare est lacerare quasi in diuersa secare, & ista instrumenta faciebant ista duo. Nam cum essent ferrea, & acuta, & haberent aliquid curuitatis, carpebant, idest lacerabant carnes. Cum autem essent magni ponderis sicut sunt carpenta ferrata, comminuebant carnes, & ossa eorum, sed secundo Regum duodecimo, ponuntur alia genera tormentorum, quia dicitur: Populum eius adduxens serrauit, & circumegit super eos ferrata carpenta, diuisitque cultris, & transduxit in typo laterum. Et aliqua illorum concordant cum istis, & aliqua non. Et ideo credendum ꝙst, quòd tam ista genera tormentorum, scilicet quæ exprimuntur hic, quàm illa, quæ exprimuntur ibi fuerunt super Ammonitas inducta, & tamen hic supplentur illa, quæ omissa fuerunt ibi. Cum autem dicitur, quòd serrauit eos, potest intelligi per hoc, quod dicitur hic, quòd fecit transire super eos trahas, quia serra est traha, quia trahit, & trahendo scindit, vel dicitur traha, quia trahit, idest rumpit, vel lacerat. Cum autem dicitur, & circumegit super eos ferrata carpenta, coincidit cum eo quod dicitur hic, scilicet fecit transire super eos ferrata carpenta. Cum autem dicitur, diuisitque cultris, non habet hic aliquid simile, quia non potest intelligi per tribulas, cum tribula, & gladius nimis differant, & tamen iam non manet aliquid aliud per quod intelligatur, cum dicitur. Et transduxit in typo laterum, aliqui intelligunt, quòd posuit eos in fornace in qua coquebantur lateres, sed non consonat litera huic sensui. Nam typus non potest significare fornacem. Et etiam quia dicit, & transduxit eos in typo. Et tamen si intelligeretur de clibano non diceretur, & transduxit, sed diceretur, & posuit eos in typo laterum. Intelligendum est ergo, quòd Dauid fecit, quòd traherentur Ammonitę super multitudinem laterum ad rumpēdum carnes eorum. Et lateres sunt durissimi, & asperi propter magnam decoctionem, ideo quando sunt prominentes, & trahitur quis super illos, magis rumpuntur carnes eius, quam si trahatur super lapides. Aliquis dicet, quòd ista genera tormentorum, quæ habentur hic, & secundo Regum duodecimo, sunt penitus eadem, & tamen nos nescimus ea concordare, sed ponuntur per diuersa nomina hic, & ibi. Dicendum, quòd falsum est, quia necesse est in aliquo differre. Nam hic ponuntur solum tria genera cruciatuum, & ibi ponuntur quatuor, quia hic dicitur, quòd fecit transire super eos tribulos, & trahas, & ferrata carpentaria. Ibi autem dicitur, quòd serrauit eos & circumegit super illos ferrata carpentaria, diuisitque cultris, & transduxit in typo laterum. Ideo necesse est saltem, quòd vnum illorum, quę ponuntur ibi, omnino differat ab his, quæ ponuntur hic. Et sic credendum est de omnibus alijs, nisi de carpentis ferratis, quæ coincidunt hic, & ibi. *Sic fecit Dauid cunctis vrbibus filiorum Ammon.* Idest ista genera tormentorum exercuit Dauid prius in Rabba, vbi erat nunc rex Ammon. Deinde cepit reliquas vrbes Ammonitarum, & in omnib' illis exercuit ista tormenta.

Et reuersus est cum omni populo suo in Ierusalem. Et reuersus est cum omni populo suo, ad significandum, quòd in isto bello Dauid contra Ammonitas nullus de seruis Dauid perierit, eo ꝙ iam vrbs erat in promptum, vt caperetur, quādo Dauid vocatus à Ioab iuit ad capiendum illam.

Quis nam erat iste Melchon. *Quæst. VIII.*

QVAERITVR circa prędicta, quis fuerit iste Melchon, de quo dicitur, ꝙ Dauid accepit coronam de capite eius? Respondendum est, ꝙ in hoc est dubium propter ęquiuocationem nominis hebraici. Nam in Hebręo ponitur hic Melchon, siue Melchā, & significat duo. Nam pōt esse nomen idoli, & est ꝓprium, vel potest significare regem. Nam Melech in Hebręo significat regem, & Melchon, siue Melcham interpretatur rex eorum. Et sic pōt intelligi, ꝙ Dauid accepit coronam Melchon, i. illius idoli, vel coronam Melchol, i. regis eorum, s. quòd quando cepit vrbem, cepit ēt coronam de capite regis ipsorum, & in hoc variauerunt scriptores. Nam Iosephus 7. Antiq. dicit fuisse coronam regis inquiens: Ipse verò tulit coronā regis Ammonitarum habentem pondus auri talentum, & lapides preciosos, & in medio sui sardonicē, q̄ ꝙ Dauid gestabat in capite. Alij aūt scriptores dicunt fuisse coronam idoli. Sic ait historia Scho. s. tulit diadema de capite Melchon, qui sonat rex eorum, & erat idolum Ammonitarum, & erant in diademate eius gemmę preciosę, quod conflauit Dauid, & conformauit ex eo sibi diadema in medio gemmarū stantes sardonicem. Propter hoc ēt ipsemet Hier. coactus est aliqualiter variare: nā 2. Reg. 12. vbi ponitur ista historia, dixit: Et tulit diadema Melchon regis eorum de capite eius, & Hieron. addit illud: nam in Hebręo solum dicitur ibi, & tulit diadema Melchon. Et tñ quia Hier. intendebat, ꝙ erat nomen regis, addidit ad declarationem istud. s. regis eorum. Hic aūt voluit intelligere Hier. ꝙ Melchon esset nomen idoli, ideo posuit solum, quod habebatur in Hebręo, s. tulit Dauid coronam Melchon de capite eius. Dicendum autem, ꝙ quamquam possit teneri vtrunque sine cōtradictione, tñ magis vr̄ consonare literę, & veritati, ꝙ sit Melchon nomen idoli, q̄ quod significet regem eorum. Primo patet, quia dr̄ tulit diadema Melchon de capite eius. Ex quo apparet, ꝙ quando Dauid cepit istam coronam erat tunc in capite Melchon: Et tamen non potest intelligi de rege, quia quando ciuitas caperetur, & essent Ammonitę in tāto periculo mortis, non est verisimile, ꝙ rex esset in apparatu, ita vt haberet coronam tanti precij in capite, sed magis fugeret, & lateret ne caperet à Dauid. Ideo videtur, quòd erat Melchon idolum. Et erat ista corona in capite eius posita ad magnum honorem suum. Et reperit illam ibi Dauid, & accepit de capite eius. Secundo patet, quia dicitur, ꝙ habebat talentum auri, & gemmas preciosas. Et tñ nullus rex teneret in capite coronam tanti ponderis, sic esset in capite idoli, in quo poterat esse maius pondus. Et patet hoc, quia talentum erat magnum pondus, quia de vno talento factum est totum candelabrum Sanctuarij cum vasis suis, & tñ habebat multas partes, & multa vasa in quibus infunderetur oleum, & sphęrulas, & calamos, & lilia, vt patet Exod. 15. Aliquis autem dicet, quòd ex hoc non apparet, quia licet apud Hebręos talentum esset magni ponderis, tamen apud alias gentes fortè erat minoris ponderis, sicut nunc accidit mensuras, & pondera variari secundùm diuersitatem regionum. Dicendum, quòd hoc non stat, quia iste liber scribebatur in Hebręo, & à viro Hebręo, & ad notificandum historiā istam Hebręis. Ideo ponerent talentum tale, quale erat apud Hebręos, & non quale apud alias gentes. si aliqua differentia erat. Item si non accepisset hic scriptura talentum sicut accipiebatur inter Hebręos, nominasset regionem illam secundùm cuius consuetudinem accipiebat talentum, & tamen non nominauit aliquid. Ideo intellexit de talento quod erat apud Hebręos, quia aliquando esset hic magna confusio, & nesciretur quanti ponderis erat talentum, & nihil notificaretur per hoc potius, quam si non poneretur talentum, vel aliud nomen ponderis. Erat ergo talentum istud, quod accipiebatur apud Hebręos, & sic esset corona illa magni ponderis, & nō esset apta, vt teneretur in capite Regis. Tertio patet, quia si accipiatur Melchon pro rege, litera nostra secundo Reg. 12. non poterit stare, quia dicitur ibi, & tulit diadema Melchon regis eorum de capite eius. Manifestum est tamen, quòd rex Ammonitarum, qui nunc erat non vocabatur Melchon, sed Anon, vt patet præcedenti cap. & secūdo Reg. 10. Ipse enim intulit iniuriā seruis Dauid, & propter eum facta sunt ista bella. Cū autem obijcitur, quòd Hieronym. voluerit 2. Reg. 12. ꝙ ista corona esset regis, dicens: Tulit diadema Melchon regis eorum, potest multipliciter intelligi. Vno modo, quòd non ponatur hic regis eorum ad significandum, quòd Melchon erat rex, sed ad declarādam interpretationem, scilicet Melchon regis eorum, i. quòd Melchon interpretetur rex eorum. Secundo modo potest dici, quòd dicitur rex eorum, idest quòd ista corona erat regis Ammonitarum, quia licet nunc esset in capite idoli Melchō, rex Ammonitarum deberat eam illi. Tertio modo potest intelligi, quòd ista corona erat regis ipsorum, scilicet quòd illud idolum vocabatur rex Ammonitarum, eo ꝙ Ammonitę habebant eum pro maximo Deorum.

De idolo Melchon. *Quæst. IX.*

QVAERITVR vlterius de isto idolo Melchon quid erat. Respondendum est, quòd Ammonitę, & Moabitę habebant multos Deos, & tamen inter eos habebant pręcipuum: nam Moabitę habebant Chamos in Deum, vt patet Num. & Iud. 11. Ammonitę autem habebāt Melchon, & iste Melchon putabatur Deus magnæ virtutis apud Ammonitas, & ob hoc in honorem magnum eius posita fuit ei corona de auro habens talentum auri, & gemmas preciosas, vt patet in litera. Et istud idolum vocatur aliquando Melchon, & aliquando Moloch. Quod vocatur Melchon patet hic, & 2. Reg. 11. & 4. Reg. 23. Quòd autem vocetur Moloch, patet 3. Reg. 11. Cum dicitur: Et Moloch idolum Ammonitarū. Quòd aūt idem sit Melchon, & Moloch, patet quia 3. Reg. 11. Dicit, ꝙ Salomon fecit templū Moloch idolo filiorū Ammon in mōte, qui est ꝓ Ierusalem, & 4. Reg. 23. dicitur, ꝙ destruxit Iosias templum, quod fecerat Salomō Deo Ammonitarū. Idola tñ interdum habent multa nomina sicut viri,

Sciendum autem, ꝙ Salomon accepit mulieres mul F
tas de varijs regionibus, & quia accepit filiam regis
Ammonitarum in vxorem inter alias, & inductus est
per eam ad sacrificandum Melchon Deo Ammo-
nitarum, & etiam fabricauit ei templum in monte
Olineti, qui est ꝓ Ierusalem 3. Reg. 11. Et istud templū
postea destructum est à Iosia cum alijs tēplis idolorū,
quę fabricauerat Salomon 4. Reg. 23. Et habebat iste
Moloch Deus in magna reputatione nō solum apud
Ammonitas sed etiam apud alias gentes, & etiā apud
Iudęos. Nam offerebāt sibi multi filios suos per ignē,
scilicet quòd cremabātur in manibus idoli Moloch.
Et per hoc dicebant sacerdotes Moloch tales pueros
translatos esse ad Deos super æthera, & quòd Deus G
Moloch benefaceret nimis patribus eorum prosperando eos in omnibus, quia obtulerūt sibi filios suos.
De cęremonijs autem istius oblationis declaratum
est Leuit. 18. & 19. & quarto Regum 13. Huic idolo
consuetudo erat inter Hebręos, quòd multi offerrēt
filios suos, & erat apud Ierusalem quędam vallis, in
qua fiebat ista consecratio, & oblatio, mansitque tem
pore omnium regum Iuda vsque ad Iosiam qui de-
struxit templum, & vetuit fieri tales oblationes quar-
to Reg. vigesimotertio, s. Contaminauit quoq; Tho-
phet, quod est in valle filij Ennon, vt nemo consecra-
ret filium suum aut filiam per ignem Moloch. Deus
ēt vetuerat nimis istā crudelem oblationem: Leu. 18. H
& 20. scilicet: Si quis dederit de semine suo idolo Mo
loch morte moriatur, populus terræ lapidabit illum.
Et tamen hoc non obstante credebāt Israelitę se pro-
sperari, si offerrent filios suos Moloch, & si colerent
alia idola potius, quam Deum, vt patet Ier. 44. Ideo
semper offerebant ei filios suos vsque ad tempora Io-
się regis, qui oēm idolatriā abstulit de terra 4. Reg. 23.

De impositione coronæ Melchon in capite Dauid an peccauerit, Quæst. X.

QVAERITVR vlterius, an peccauit Dauid ac-
cipiendo coronam Melchon, & imponendo
sibi. Aliquis dicet, quòd sic, quia tenebatur eā I
cremare, & redigere in puluerem ne veni
ret in vsus humanos, vt patet Deut. 7. s. Sculptilia eorū
igne combures, non concupisces argentum, & aurū,
de quibus facta sunt, nec assumes ex eis tibi quicquā.
Et tamen Dauid accipiebat coronam, ergo peccabat.
Aliquis respondebit, quòd Dauid non poterat accipe
re coronam illam, vt vteretur ea in figura illa, in qua
erat. Et tamen si conflaret aurum illud, poterat sibi li-
citè facere inde coronam, & sic fecit. Nam dicitur
hic in litera, quòd de corona Melchon fecit sibi dia-
dema Dauid, & istud erat per conflationem auri. Sed
dicendum, quòd hoc non stat, quia hoc modo fieret
fraus legi, & liceret Israelitis accipere aurum, & argen
tum de quibus facta erant idola aduersus Syros. Et ta- K
men scriptura vetuit hoc dicens Deut. 7. Sculptilia
eorū igne cōbures, nec concupisces aurū, & argentū,
de quibus facta sunt. Qui tamen conflaret aurum, &
argentum, de qbus erāt idola ad vsus suos, cōcupisce-
ret aurum, & acciperet illud pro se: ideo non licebat
illud conflare & accipere, nec etiam sine conflatione:
ideo ista conflatio nihil profecit Dauid ad excusan-
dum eum. Aliter respondet Nicolaus, scilicet quòd
illa lex de cremando Sculptilia, & non accipiendo
aurum, & argentum de quibus erant, solum intelli-
gitur de idolis terræ Chanaan, & non de alijs gentibus, & tamen Melchon erat idolum Ammonitarū,
& in terra ipsorum. Ipsi vero non erant Chananæi.
Ideo poterat Dauid licitè accipere coronam Mel-
chon, & etiam aurum, & argentum, de quibus essent
facta idola. Respondendum est, quòd verum est,
quòd Deuteronomij septimo, vbi ponitur ista regu-
la, scriptura loquebatur de Chananęis, & tamen non
debet intelligi, quod dicitur de idolis, solum de idolis
terræ Chanaan. Ratio huius est, quia licet aliquę com
municationes vetarentur Hebręis cum Chananæis,
quæ non vetantur cum alijs gentibus sicut contrahe-
re matrimonia, & facere pacem, vt patet Exod. 24. Et
Deuteronomij septimo. Tamen id, quod pertinet ad
cultum idolorum, commune erat quantum ad idola
Chananæorum, & aliarum gentium, quia non magis
Deus vetabat Israelitis colere idola Chananæorum,
quam aliarum gentium. Et tamen, quòd non acci-
perent Israelitę idola pro seipsis, sed cremarent illa, &
quòd non concupiscerent argentum, & aurum, de
quibus erant facta, erat vt per hoc non inducerentur
ad colendum idola, & tamen ita inducerentur acci-
piendo idola aliarum gentium sicut Chananæorum,
vel accipiendo aurum, & argentum, de quibus facta
erant, sicut patet de rege Amasia, qui pugnauit con-
tra Idumęos, qui nō sunt Chananęi, & accepit Deos
eorum in bello. Retinuitque illos sibi, quia pulchri
erant, & inductus fuit ad cōlendum, coluitque illos,
vt patet sequenti libro capit. 25. Ideo non magis ob-
seruanda erat illa regula in dijs Chananęorum, quam
in dijs aliarum gentium. Secundo patet hoc, quia Da
uid qui erat vir valde deicola obseruauit illam legem
in dijs omnium gentium: Ideo non solum intellige-
batur de dijs Chananęorum, sed etiam aliarum gen-
tium. Respondeti potest ergo dupliciter. Vno mo-
do, ꝙ illa lex solum habet locum in auro, & argento,
de quibus facta erant idola, cùm dicatur ibi non con-
cupisces aurum, & argentum, de quibus facta sunt, &
etiam habebit locum in vasis ministrationis illorum,
quia per vasa inducutur homines ad cęremonias ido
lorum. Et tamen si aliqua ornamenta, quæ erant
aliorum virorum, vel mulierum, essent eis circum-
posita liceret Israelitis accipere illa. Et hoc patet ex
duobus. Primo ex ipsa lege, quia dicitur non concu-
pisces aurum, & argentum de quibus facta sunt, &
non dixit de auro & argento, quod esset eis circum-
positum per modum ornamenti. Secundo patet ex
ratione motiua legis, quia propter hoc lex data est,
scilicet ne cum Israelitę acciperent ista mouerentur
ad colendum idola, & tamen non mouerentur ad co
lendum ea nisi habendo statuas ipsorum, vel figuras,
vel vasa, vel cultus ipsorum, quia per hęc desiderarēt
scire, quomodo ministrabat idolis in illis vasis. Orna-
menta autem, quæ aliàs pertinebant ad viros, vel mu-
lieres, non poterant mouere ad idolatriam, ideo non
verterentur Israelitę accipere illa. Secundo modo po-
test responderi, scilicet quòd ista corona non erat ido
li, quia non fuerat facta pro Melchon, ita vt esset or-
namentum eius, quod sibi semper manere deberet,
sed erat corona regis Ammonitarum. Et ipse propter
honorem posuerat eam super caput Melchon: lice-
bat ergo Dauid accipere illam.

De controuersia, quæ habetur in quibusdam verbis hic, & secun do Reg. cap. 12. circa coronam Melchon. Quæst. X.

QVAERITVR vlterius circa istam coronā Mel
chon, qūo potest stare id, quod hic dicitur, &
2. Reg. 12. quia vīr repugnare: nam ibi dicitur
quòd Dauid tulit diadema Melchon de ca-
pite eius, & impositum est super caput Dauid. Hic au
tem dicitur, quòd de illa corona Melchon fecit Da-
uid sibi diadema, & sic ibi innuitur, quòd diadema il-
lud quale habebat Melchon, imposuit sibi Dauid.

Hic aūt significatur, ꝙ Dauid resoluit illud, & non po- A
suit super caput suum, sed de illo factum est aliquod
diadema pro Dauid. Respondeti potest dupliciter.

Vno modo, quòd quando Dauid accepit diadema
de capite Melchon, imposuit illud super caput suum
ad videndum qualiter sibi coaptaretur, & tamen vi-
dens, quòd erat magni ponderis, vel quòd non dece-
bat illud gestare in tali figura, fecit aurū illius resolui
in conflatorio, & fecit sibi diadema alterius figuræ,
& minoris quātitatis de illo. Primum istorum signi-
ficatur 2. Regum 12. s. impositio coronę Melchon in
illa forma, in qua erat super caput Dauid. Secundum
significatur hic, s. fabricatio alterius coronę pro Da-
uid de illa corona, quam habebat Melchon.

Secundo mō potest dici, quòd Dauid accepit dia-
dema Melchon, & nihil fecit in eo, s. nō suppositit ca-
piti suo in illa forma, in qua erat, sed redegit in mas-
sam, & fabricauit inde aliam coronam, & hoc signifi-
catur tam hic, quam 2. Reg. 12. Hic tamen significa-
tur clare, ibi autem dicitur, quòd diadema illud im-
positum est super caput Dauid, scilicet non in figura
illa in qua erat, sed in alia redigēdo illud prius in mas-
sam.

De modo captionis vrbis Rabba. Quæst. XI.

QVAERITVR vlterius quis modus fuit captio-
nis vrbis Rabba, in qua erat rex Ammon.
Respondendum, quòd Dauid misit illuc Ioab prin
cipem militiæ suę, ille autem considerans qualiter ci-
to capi posset ciuitas, procurauit, vt Ammonitæ non
possent ducere necessaria de aliquo loco, & ad hoc va-
stauit totam regionem in circuitu, s. delendo terrę na
scentia. Et post hoc obsedit ciuitatem tanquam illo
expleto in breui ciuitas traderetur, hoc significatur su
pra in litera, cum dicitur: Congregauit Ioab exercitū,
& vastauit terram filiorum Ammon. Perrexitque &
obsedit ciuitatem Rabba. Erat autem magna angu-
stia ciborum, & aquarum in ciuitate. Nam licet mul-
tæ aquę essent in circuitu non permittebat eis Ioab
bibere de illis, ideo ex modico puteo omnes bibebāt.
Sic ait Iosephus 7. Antiquitatum, s. Porro Ioab Am-
monitas obsessione fortiter affligebat, aquam aufe-
rens eis, & rerum cęterarum vbertatem, multumque
cogebat eos cibi, & potus inopia laborare. Ex modi-
co namque puteo bibebant aquam omnes. Et licet
esset eis fontis auxilium, ne tamen deficeret non eo
largius vtebantur. In hac autem angustia fuerūt Am-
monitę longo tēpore, & interim facta sunt multa bel-
la inter eos, & Ioab. Et tunc occubuit Vrias percussus
ab Ammonitis industria Dauid 2. Reg. 11. Et post hęc
cum Ammonitæ essent diu afflicti, nec iam tolerabi-
le esset malum, sed oportebat eos se tradere: sciens
hoc Ioab scripsit ad Dauid, vt veniret, & caperet vrbē,
quia in breui erat, vt caperetur, ne si ipse caperet eam
nomini suo ascriberetur victoria. Venit autem Dauid
cepitque vrbem, & spolia multa, & affecit populum
vrbis variis tormentis, deinde discurrens per totā ter-
ram Ammonitarum cepit vrbes, & similiter habita-
tores earum puniuit. An vero Dauid occiderit Anon
regem Ammonitarum, non apparet. Satis tamen vi-
detur dicendum, quòd sic, quia cum ipse occideret
alios Ammonitas pro iniuria inflicta seruis suis, a for-
tiori occidere deberet regē, qui fuerat tota causa ma-
li huius, vnde dicitur a plurimis, quòd Dauid occidit
Anon regem tunc, & tradidit regnum Ammonitarū
fratri suo nomine Sobi, & ob hoc aliquanto tempo-
re post istud, cum Dauid fugeret a facie filii sui Abśa-
lom iste Sobi Ammonites filius Naas regis de vrbe
Rabba obtulit munera multa Dauid, vt patet secūdo A
Regum decimoseptimo.

*De crudelitate, quam fecit Dauid contra Ammonitas, an pecca-
uerit. Quæst. XII.*

QVAERITVR vlterius, an peccauit Dauid faciē-
do tantam crudelitatem contra Ammonitas,
s. faciendo super eos transire carpenta ferrata, & tribu
los, & trahas, & diuidendo eos cultris, & ducendo in
typo laterum, vt patet hic, & 2. Reg. 12.

Aliquis dicet, ꝙ peccauit, quia satis erat sibi, ꝙ occi
deret illos, & prędaretur terram eorum. Respon-den-
B dum est, ꝙ Dauid non peccauit faciendo hoc. Nam
non redarguitur de isto bello, vel seueritate, quia non
ponitur inter peccata sua. 3. Reg. 15. Et dicunt quidā,
quòd licuit sibi facere hoc ad exemplum aliorum, ne
alii reges, vel gentes vicinę auderent postea similia fa
cere contra Dauid.

Dicendum tamen est, quòd verum est, quòd causa
motiua Dauid ad tantam seueritatem exercendam
fuit, vt aliis esset in exemplum. Si cut declaratum est
2. Reg. 12. Et tamen causa excusatiua eius non fuit il-
lud. Nam si Ammonitæ non merebantur tales crucia
tus, non licebat Dauid ad relinquendum istud exem-
plum inferre eis tanta mala, quia hoc modo pro mini
C mo peccato liceret infligi maximam pęnam, vt si iu-
dex vellet aliquem semel mentientem atrocissima
morte occidere, vt daretur exemplum aliis non men-
tiendi. Manifestum est enim quia istud esset iniustum
valde, quia non daretur tūc maior pęna pro minimo
delicto quam pro maximo.

Ideo dicendum, quòd quādo tales seueritates exer
centur super aliquos, vt maneant in exemplum alio-
rum, ad hoc, quòd iuste infligantur, oporter quòd qui
patiuntur eas mereantur illas, & tamen forte iudices
aliqualiter temperarent rigorem, & darēt minorem
pęnam quam merebantur, nisi vt talia facta maneant
in exemplum, & sic mouentur ad non miserendum,
sed inferendum totam seueritatem, quæ de iure in-
D ferri potest. Ita fuit hic, quia Ammonitæ merebantur
totam istam seueritatem sibi infligi. Dauid tamē mi-
nuisset aliquid de illa, nisi quia timuit, quòd aliæ gen-
tes sequerentur factum Ammonitarum, vt ergo ma-
neret perpetuus timor omnibus talia committētibus
inflixit Ammonitis totam seueritatem, quam mere-
bantur. Sed tunc dicetur quomodo potuit esse, quòd
mererentur Ammonitæ tantam seueritatem cū non
nimis offendissent.

Respondendum est, quòd totum hoc meruerunt,
quia iniuria, quam Ammonitę intulerunt, nō fuit so-
lum iniuria seruorum suorum, sed directius erat iniu-
ria eius, cum facta esset ambasciatoribus suis. Iniuria
autem non accipitur ex re, quòd sit magna, vel parua,
sed ex persona cui infligitur. Et ob hoc dicit philoso-
phus 5. Ethi. Contra passum non est simplex iustum,
quia si rex percutiat rusticum non est repercutiēdus,
E quia maior valde iniuria ei irrogaretur quam ipse re-
tulerat. Et si rusticus percusserit regem, nō solum est
repercutiendus, sed etiam occidendus. Dauid tamen
erat rex glorioſissimus inter omnes reges terræ tem-
pore suo, vt colligitur supra 17. & 2. Reg. 7. Ideo iniu-
ria esset valde magna propter dignitatem eius. Secū-
do patet, quia ista iniuria fuit facta quasi contra natu-
ram, eo quòd Dauid volebat benefacere Ammoni-
tis consolando regem eorum, & ipsi retribuerunt ei
contumeliam pro gratia. Ideo ista iniuria erat valde
maior quam si aliàs fuisset inflicta, & sic merebantur
magnam seueritatem. Tertio patet, quia non solum
Ammonitæ intulerunt iniuriam Dauid deludendo

seruos

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruos suos, sed etiam cogendo eum ter ad pugnandum. Nam pugnauit contra Syros adiutores Ammonitarum, & nunc tertio pugnauit contra ipsos Ammonitas, in quo erat magna iniuria, & magna dãna, coactusque est Dauid multa expẽdere in his, pro quibus Ammonitę multa mala merebãtur a Dauid pati.

De Ammonitis occisis a Dauid in alijs vrbibus quam in Rabba circa crudelitatem. Quæst. XIII.

QVAERITVR vlterius, an Dauid occiderit in quibuslibet vrbibus Ammonitas eo modo, quo fecerat in Rabba per varia tormenta.

Aliquis dicet, quòd sic, quia dicitur hic, populum autem qui erat in ea eduxit, & fecit super eos tribulos, & trahas, & ferrata carpenta trãsire, ita vt desiccarentur, & contererentur, & sequitur, & sic fecit cunctis vrbibus filiorum Ammon. Respondendum, q̃ non est putandum, q̃ Dauid occiderit totum populum vrbis Rabba per ista tormenta, ita vt nullum relinqueret, & etiam, q̃ in aliis vrbibus Ammonitarum sic faceret, quia tunc sequeretur desolatio totius terrę Ammõ, nec maneret aliqua posteritas Ammonitarũ, sed falsum est, quia Ammonitæ post hoc fuerunt populus, sicut prius, & non solum hoc, sed etiam aliqui cognati regis Ammon, & fratres eius superfuerũt post hoc bellum: nam Sobi filius Naas regis Ammonites de vrbe Rabba superfuit, qui postea fuit amicus Dauid, & obtulit ei munera, quando fugiebat a facie Absalonis, & transiuit Iordanem veniẽs circa terram Ammonitarum. 2. Reg. 17. Sed intelligẽdum est, q̃ Dauid occidit illos, qui fuerunt causa iniurię seruis suis, s. Principes qui consuluerant hoc regi Anon, & cognationem suam, & alios, qui fauebant eis circa hoc. Et quia in vrbe Rabba quæ erat regalis erant plurimi, qui fauerant in hoc, & fuerant origo istorum bellorum, occidit ibi Dauid multos. In aliis autem vrbibus pauciores occidit. In qualibet tamen occidit aliquos, quia in qualibet erãt aliqui fautores, quibus placuerat de iniuria inflicta seruis Dauid, & fuerant occasio bellorum contra Dauid, vt non satisfieret ei pro iniuria inflicta. Et ideo quamquã Dauid intulerit istam pœnam Ammonitis non occidit omnes, sed mansit populus Ammonitarum, sicut prius, & habuerunt etiam Ammonitę reges post hoc. Vnde nõ solum de aliis Ammonitis multi superfuerũt, sed etiam de cognatione Anon regis, qui hoc malũ fecerat, manserunt aliqui illęsi: nam sibi frater eius filius Naas regis mansit, & fuit postea amicus Dauid, vt supra dictum est.

Post hæc initum est bellum in Gazer aduersum Philisthæos, in quo percussit Sobochai Vsathites, Saphai de genere Raphaim, & humiliauit eos. Aliud quoque bellum gestum est aduersus Philisthæos, in quo percussit Adeodatus filius Salt⁹ Bethlehemites fratrem Goliath Gethæi, cuius hastæ lignum erat quasi liciatorium texentium. Sed & aliud bellum accidit in Geth, in quo fuit homo longissimus sẽnos habens digitos, idest simul viginti quatuor, qui & ipse de Rapha fuerat stirpe generatus. Hic blasphemauit Israel, & percussit eum Ionathan filius Samaa fratris Dauid. Hi sunt filij Rapha in Geth, qui ceciderunt in manu Dauid, & seruorum eius.

Post hæc. Hic ponitur secundum huius capituli, scilicet pars incidentalis, & ponuntur tria bella, quæ fecit Dauid, & dicitur. *Post hæc initum est bellum in Gazer.* Scilicet post euersionem terrę Ammonitarum: Est enim Gazer quædam ciuitas in terra Chanaan in sorte Ephraim, in qua erant Chananæi, quos permiserunt Israelitę manere in terra, vt seruirent sub tributo: Iosue 16. & Iud. primo, manseruntq. ibi vsque ad tempus Salomonis. Nam tunc ascendit Pharao rex Aegypti socer Salomonis, & accepit vrbem Gazer occisis Chananæis, deditque illam in dotem filię suæ tertio Reg. 9. Sed an Gazer, de qua hic dicitur, sit illa, vel alius locus, non apparet. Nam secundo Reg. 21. vbi ponitur ista historia, quòd istud bellum accidit in Gab, & sic est locus binomius. *Aduersus Philisthæos.* Ista tria bella, quæ habentur hic fuerunt facta contra Philisthęos, vt patet ex litera. Nam omnes isti tres gigantes, qui occisi fuerunt in istis tribus bellis, erãt Philisthini, & erant de vrbe Geth, q̃ est terra Philisthinorum. *In quo percussit Subochai Vsatites Saphai.* Iste Subochai erat vnus de triginta viris fortibus Dauid, & ponitur in catalogo virorum fortium secundo Reg. 23. & supra 11. Et vocatur Vsatites, idest de vrbe nomine Vsath, sicut dicitur secundo Reg. 11. scilicet: Tunc percussit Subochai de Vsathi. Iste Suphai, qui fuit hic percussus vocatur Seph, vel Sephi secundo Reg. 21. Vbi ponitur ista historia, & tales mutationes nominum per additionem, vel subtractionem, vel alterationem sępe in Hebręo frequentarę sunt, vt declaratum fuit supra. *De generatione Raphaim.* Idest de genere gigantum intelligitur de Suphai percusso, & dõ de Subothai percutiente, quia in istis tribus bellis occisi fuerunt tres gigantes. *Et humiliauit eos.* Scilicet Philisthini humiliati sunt in isto bello videntes, quòd mortuus fuisset fortissimus eorum, scilicet Sophai gigas. Sic dicitur primo Reg. 17. quando Dauid occidit Goliath: Videtes Philisthini, quòd mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt. *Aliud quoque bellum gestum est aduersus Philisthæos.* Etiam istud fuit bellum Dauid: nam ad omnia hęc bella ipse ibat nisi postquam consenuerat. Et percutere eum Iahin de Nob gigas deficiente viribus, & liberauit eum Abisai frater Ioab. Tunc iurauerunt viri Dauid dicentes. Iam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israel. Et ideo an Dauid venerit ad ista bella, q̃a posteriora sunt dubium videtur, & declarabitur inf. in quadam quæstione. *In quo percussit Adeodatus.* Adeodatus est nomẽ viri, nam quidam sum mi pontifices sic vocati sunt. Sic vocatus est etiam quidam filius Beati Augustini, quem susceperat antequam cõuerteretur ad veritatem fidei. *Filius saltus Bethlehemites.* Iste vir erat Bethlehemites, idest de vrbe Bethlehem, & erat filius saltus, sic enim vocabatur, quia in saltu forte fuerat nutritus, vel ibi conuersabatur inter pastores, & secundo Reg. 21. vocatur etiam polymitarius, & subticetur hic, & dicitur polymitarius, idest faciens vestes polymitas. Vocatur enim polymita vestis varię tincturæ, & sunt vestes preciosę: sic enim Iacob fecerat filio suo polymitam vestem: Gen. 37. Quia diligebat eum nimis. Et dicitur polymita à polis, quod est pluralitas, & mitos, quod est gutta quasi multitudo guttarum, siue varietas tincturarum. *Fratrem Goliath Gethæi.* Goliath Getheus fuerat occisus à Dauid primo Reg. 17. Et nunc fuit occisus frater eius ab isto polymitario Bethlehemita. *Cuius hastæ, & lignum erat quasi liciatorium texentium.* Istud ponitur ad significandum vires istius gigantis, & poterat vti hasta tanti ponderis. liciatorium texentium est quodam lignum grossum, & rotundum, qđ vocatur axis telæ, & in eo voluitur, & cõplicatur totum, quod texitur. Et semper est istud lignum grossum. Sic dicit de Goliath Gethęo, q̃ hastile hastę eius erat quasi liciatorium texentium. Ipsum autem ferrũ hastę eius sexcentos siclos habebat ferri 1. Reg. 17.

Sed & aliud bellum accidit in Geth. Istud fuit tertium bellum, & est quartum in ordine. 2. Reg. 21. Et istud non fuit vbi alia, quia alia duo præcedẽtia quæ ponũtur hic fuerunt in Geth, vt patet 2. Reg. 21. siue in Gazer, quod idem est, vt dicitur hic, & istud vltimũ fuit in Geth: est enim Geth ciuitas, vna de quinque metropolibus Philisthinorum, q̃ ponuntur 1. Reg. 6. In ista ciuitate regnabat Achis, cũ quo mãsit Dauid quatuor mensibus, cum fugeret a facie Saulis 1. Reg. 27. Ista ciuitas postea fuit capta p Dauid de manibus Philisthinorum, postquam Dauid regnare cępit sup totum Israel, vt patet supra 18.

In quo fuit homo longissimus. Iste erat gigas, & quamquam essent alii duo gigãtes, qui mortui sunt in prioribus bellis, tamẽ iste erat maioris staturę quã ceteri.

Habens digitos senos. Iste erat gigas, & erat monstruosus, quia habebat digitos senos, s. in qualibet manu digitos sex.

Idest simul viginti, & quatuor. Non habuit istam mõstruositatem specialiter in aliqua manuum, vel pede, sed in vtraque manu, & in vtroque pede. Ideo habebat vigintiquatuor digitos cum ceteri homines habeant solum viginti. *Qui & ipse fuerat de Rapha stirpe generatus.* Idest etiam iste fuit de stirpe Rapha, sicut alii gigantes præcedentes, qui occisi sunt in superioribus bellis. Nam omnes quatuor isti gigantes, qui ponuntur partim hic, & magis 2. Reg. 21. fuerunt de stirpe Arapha, vt patet hic, & ibidem.

Hic blasphemauit Israel. Scilicet maledixit Israelitis, s. imprecando super eos aliqua mala, vel forte dixit, q̃ erant viri prauæ probitatis, & q̃ forte non auderent pugnare cũ eum, sic fuit de Goliath Gethęo, cũ quem pugnauit Dauid. Nam anteq̃ pugnaret cum illo veniebat per quadraginta dies quotidie ad castra Israelitarum petens si esset aliquis, qui auderet congredi cũ eo singulari certamine, & quia nullus audebat deludebat Israelitas, & blasphemabat eos 1. Reg. 17.

Et percussit eum Ionathan filius Samaa fratris Dauid. Scilicet occidit eum Ionathan filius fratris Dauid, q̃ erat vir valde fortis. Iste Semaa pater Ionathan erat frater Dauid, & erat tertius de fratribus Dauid, vt patet primo Reg. 16. & 2. Fuit autem iste Ionathan vir fortis nimis, & fuit vnus de viris fortibus Dauid, vt aliq putant, quia in catalogo virorum fortium Dauid ponitur Ionathan 2. Reg. 23. & supra 11. Sed non est verũ, quia non est ille Ionathan iste, qui occidit gigantem, q̃a iste erat filius Semaa fratris Dauid, & ob hoc erat Bethlehemites cum pater suus, & tota cognatio essẽt de Bethlehem. Ille autem erat filius Saga, & erat Ararites, vt patet supra 11. *Hi sunt filij Rapha in Geth.* Scilicet isti tres gigantes, qui occisi sunt in superioribus bellis. Et alius quartus, qui occisus fuit per Abisai fratrem Ioab, de quo 2. Reg. 21. Fuerunt filii Rapha, siue Arapha, & de stirpe illius, & dicitur in Geth primo in vrbe Geth, quia omnes ibi nati sunt..

Qui ceciderunt in manu Dauid, & seruorum eius. Idest occisi fuerunt isti gigantes per manum Dauid, & seruorum suorum, idest in bellis, quæ fecerũt Dauid, & serui sui. De quo dicetur infra quæstione vltima.

De istis tribus bellis contra Philisthæos, cur hic ponuntur. Quæst. XIIII.

QVAERITVR quare posuit hic scriptura ista tria bella, cum nihil attineant ad superiora, nec continuentur in hoc historia.

Respondendum est, q̃ hic texebatur historia secũdi libri Regum, quæ incepit enarrari supra c. 11. Et fuit aliqualiter continuata. Nunc autem facit hic Esdras magnam intercisionem: nam sequendo ordinẽ secundi libri Regum, oportebat de multis aliis dici, quia ea, quæ habentur supra in litera habentur 2. Re. 12. s. de bello Dauid contra Ammonitas, deinde sequebatur historia de defloratione Thamar, & morte Amnon primogeniti Dauid 2. Reg. 13. Deinde exiliũ Absalom, qui occidit eum eod. lib. c. 14. Postea coniuratio Absalom cum populo contra Dauid, & fuga Dauid de Ierusalem, & bellum Absalom, & mors ipsius eod. lib. c. 15. & 16. & 17. & 18. Deinde reductio Dauid ad regnandum, sicut prius, & reditus in Ierusalem cap. decimonono. Postea dissensio facta, & recessus populi ad Dauid propter Sibbam filium bochri. c. 20. Deinde fames, & occisio filiorum Saulis per Dauid ad petitionem Gabaonitarum cap. 21. Et ibidem ponuntur ista bella gigantum, quæ ponuntur hic. Omnia autem illa latissime ibi enarrata fuerant, ideo non curauit Esdras repetere ea hic, sed repetunt bella, in quibus occisi sunt isti gigantes. Sed dicetur quare fuerunt hic repetita ista bella, quia etiam ista posita fuerunt ibi satis latè: immo (quod plus est) latius fuerunt ibi posita quam hic. Nam 2. Reg. 21. Posita fuerunt quatuor bella gigantum, & hic subticetur primum illorum, quod præcipuum fuit, s. in quo Iabin de Nob conatus fuit occidere Dauid.

Respondendum est, quòd verum est, quòd ibi latè posita fuerunt ista bella, & tamen Esdras voluit illa repetere, quia multa interdum repetit in istis duobus libris, in quibus nihil addit ad id, quod habetur in libris Regum. Et tamen, quia fuerunt facta notabiliora inter cętera gesta Dauid, repetunt ea, sic fuit de bellis istis. Nam ista fuerunt valde notabilia propter gigantes, qui occisi fuerunt in illis. Erant enim isti viri famosi labore, & corporis magnitudine.

Quare Esdras non posuit hic occisionem omnium gigantum. Quæst. XV.

QVAERITVR vlterius cum Esdras repetiuerit hic bella, in quibus occisi sunt gigantes, quare omisit vnum illorum. Nam quatuor fuerunt, vt patet 2. Reg. 21. Respondent Hebręi, & Nicolaus, q̃ istud factum est propter honorem Dauid. Nam in illo bello Iabin de Nob gigas, conatus est occidere Dauid, & occidisset eum deficiẽtem iam viribus, & nisi succurrisset ei Abisai frater Ioab, & quia non est honor Dauid istud dici de eo, dicũt quòd subticuit Esdras. Sed istud non est satis verisimile, quia etiam si ipse subticeret iam expresserat illud Ieremias 2. Reg. 21. Et non poterat celari. Item si propter honorem Dauid decẽs esset istud celari, non solum subticuisset illud Esdras, sed etiam Ieremias. Ideo dicendum est, quòd nõ fuit propter hoc, sed magis, quia non curauit Esdras exprimere illud, sicut de multis aliis facit, quia quando enarrat hic historias, quę habentur in 2. Reg. omittit aliquid, sicut patet de obsidione, & captione Rabba vrbis Ammonitarum, quæ ponitur hic, & 2. Reg. 12. Et tamẽ aliqua subticẽtur hic, quæ ponuntur ibi, nec tamen fit istud propter honorem Dauid, quia maior honor eius fuisset, quòd exprimeretur illud.

An

Universidad de Deusto
Biblioteca

An ista tria bella contra Philisthæos fuerint immediate post destructionem Ammonitarum. Quæst. XVI.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, q̃ post hęc initum est bellum. In quo innuit, q̃ ista tria bella gigantum fuerunt facta post bella Ammonitarum. Et Nicolaus ponit hoc pro difficili, nec soluit, & dicit, quòd non fuerunt omnia ista tria bella post bella Ammonitarum, quia saltem vnū bellum istorum, in quo mortuus est Goliath Gethęus, fuit post prędecentia, quia illud fuit primum bellum Dauid. Ad hoc posset responderi dupliciter. Vno modo tenendo intentionem Nicolai, & quorūdam, scilicet, quòd hic enarretur bellum in quo mortuus est Goliath Gethæus per Dauid. Dicetur, quòd quando dicitur initum est bellum, non oportet, quòd extendatur ad omnia sequētia, sed solum ad id, super quod immediate cadit, & illud est bellū, in quo Subochoa occidit Suphai.

Et de isto dicetur, quòd fuit post bella contra Ammonitas. Bellum tamen, in quo occisus est Goliath, quod est hic secundum in ordine nō sequitur, quòd fuerit post bella Ammonitarum, nec est magnū argumentum si arguatur ex ordine literæ, quia interdū fit anticipatio, & recapitulatio, & non seruatur semper ordo naturalis.

Secundo modo, & verius dicendum est, q̃ omnia ista tria bella, quæ habent hic fuerunt post bella Ammonitarum, & sic ordo est continuus in litera. & cū obiicitur de occisione Goliath in aliquo istorum bellorum, dicitur quòd illud fuit antequam Dauid esset rex viuente Saule, omnia autem ista facta sunt postq̃ Dauid erat rex super Israel, vt magis declarabitur infra in quadam quæstione.

De discordia, quæ habetur in quibusdam verbis positis hic, & secundo Reg. ca. 21. ſ. de quo genere erat Suphai gigas. Quæst. XVII.

QVAERITVR vlterius quomodo dr̃ hic, q̃ iste Suphai gigas erat de genere Raphaim, quia postea dicitur, quòd erat de genere Rapha. Et 2. Reg. 21. dicitur, q̃ erat de genere Arapha.

Aliquis dicet, q̃ omnia ista idem sunt, sed fit aliqua mutatio in nominibus, addendo, subtrahēdo, vel alterando, sicut fit in multis aliis. Rn̄dendum est, q̃ istud non est verum, quantum ad omnia. Pro quo sciendū, q̃ Rapha apud Hebræos est nomen appellatiuū, & significat gigantes. Sic patet Deut. 3. cum dicitur. Solus quippe Og restiterat de stirpe gigantum. Et tamē Iosue 12. & 13. dicitur, q̃ Og restiterat de reliquis Rapha, & sic est Raphaim, & gigas. Omnes autē isti tres erant gigantes, & de stirpe gigātum. Ideo dicitur hic, quòd Sephi erat de stirpe Raphaim.

Rapha, & Arepha est nomen proprium, & nō apparet, an sit nomen viri, vel mulieris, & in Hebræo dr̃ Orpa, vbi nos dicimus Arapha: Putant autem Hebræi, q̃ sit nomen fęminæ, de qua nati sunt oēs isti gigantes, ſ. de stirpe eius, & volunt, q̃ etiam fuerit mater Goliath Gethęi, & ēt dicunt, q̃ ista est Orpha, de qua habet Ruth primo. q̃ fuit vxor Cheliō filii Noemi. Etiā dicūt, q̃ Goliath Gethęus pmissus est a Deo quadraginta diebus blasphemare cōtra Israel. 1. Reg. 17. propter meritum matris suæ Orpha, quia ipsa comitata est quadraginta passibus Noemi redeuntem in terram Israel.

Etiā dicunt, q̃ Goliath fuit filius vnius hoīs, & centū canū. De quibus satis dictū est, & improbata fuerunt. 1. Reg. 17. Et falsum est, quòd ista Arapha sit Orpha, de qua Ruth primo, qa ista fuit de stirpe Moabitarum. Nam Noemi dixit ad eā, & ad Ruth: Reuertimini filię Moabitę. Ruth primo. Ista autem Arapha fuit de stirpe Philisthinorum de vrbe Geth, vt patet hic, & 2. Reg. 21. Decipiuntur tamen Hebręi ex similitudine literarum, quia vtraque vocatur in Hebręo Orpa. Dicendum ergo quòd dubium manet, an sit Arapha nomen viri, vel fęminæ, & verisimilius est, quòd sit nomen viri, quia progenies magis nominatur per lineam virorum, quam mulierum. Quidquid tamen sit, dicendum quòd Rapha, & Arapha idem sunt, sed in Hebręo sępe consueta est mutatio nominis per subtractionem, & additionem, sicut patet de Aram, qui aliquando vocatur Aram, & aliquando Ram. Nam supra 2. vocatur Ram. & Matth. primo vocatur Aram.

De audacia Philisthinorum contra Dauid in mouendo bellum. Quæst. XVIII.

QVAERITVR vlterius qūo Philisthini ausi sunt nunc mouere bellum contra Dauid. Nā mouerūt ista tria bella, de quibus hic dicitur, cum Deus posuisset iam pauorem in cordę eorum, ne auderent pugnare ꝯ eum, vt patet supra 14. Rn̄deri pōt vno modo, q̃ forte ista bella non facta sunt à Philisthinis contra Dauid, sed Dauid fecit illa ꝯ Philisthinos. Et ideo quamuis ipsi timerent valde Dauid, & non auderent mouere bellum ꝯ ipsum, tn̄ saltem defenderent se ab eo, qn̄ ipse inferret eis bellum. Alio modo potest dici, q̃ Philisthini mouerint ista bella ꝯ Dauid, vel saltem aliqua illorum, & hoc verum est. Nam 2. Reg. 21. ponitur istam et historia, & dr̃: Factum est autem rursum consilium Philisthinorum aduersum Israel. Et sic Philisthini mouebāt ista bella. Et cum obijcitur, q̃ Deus incusserat eis timorem, ne auderent iam pugnare ꝯ Dauid. Verum est pro illo tempore, quo illa dicta sunt. Nam tūc pugnauerant bis Philisthijm contra Dauid, & victi fuerant in vtroque bello faciliter. Ideo credentes se iam non posse prævalere contra Dauid, non ausi fuerunt mouere tertium bellum contra eum. Et tamen post aliquantum tempus cęperunt rursus confidere de viribus suis, propter istos viros fortissimos gigātes, quos secum habebant, & pugnauerunt contra Dauid.

An in isto bello secundo contra Philisthæos fuerit occisus Goliath Gethæus à Dauid. Quæst. XIX.

QVAERITVR vlterius de isto bello secundo, quod hic ponitur, in quo dicitur, q̃ percussit Adeodatus fratrem Goliath Gethæi an fuerit bellum, in quo Dauid occidit Goliath Gethæum, de quo primo Reg. 17. Rn̄dendum, q̃ Nicolaus vult, q̃ istud fuerit bellum Dauid cōtra Goliath. Et q̃ ponitur hic inter cętera. Ideo vult historia Sch. dicens, q̃ Dauid vocatur hic quatuor nominibus in occisione Goliath, scilicet Adeodatus, & filius saltus, & polymitarius, & Bethlehemites. Dicit, quòd vocatur Adeodatus, quia fuit datus A deo ad liberationem Israelitarum de manu hostium. Dicit, quòd vocatur filius saltus, quia nutritus est in saltu in pascuis, & inde sumptus est ad regnum. Vocatur polymitarius, quia mater eius fuit de genere Beseleel polymitarij, qui fecit cortinas templi, & vestes sacerdotales opere polymitario: Exod. 26. & 28. Vel dicitur polymitarius, ideſt variatus colorum, quia multis modis diuinum cultum ampliauit. Sed dicendum est, quòd non potest stare. Non enim fuit istud bellum Dauid contra Goliath. Primo patet, quia hic ponit historia bellorum Dauid, & seruorum suorum contra Philisthęos.

sthęos. Et tamen bellum in quo mortuus est Goliath nō fuit de bellis Dauid, & seruorum suorum, sed fuit de bellis Saulis, quia tunc Dauid non erat rex, nec habebat aliquam dignitatem, sed Saul erat rex, & ipse faciebat bellum illud. Quod autem omnia ista bella fuerint Dauid, & in diebus suis postquam ipse fuit rex, patet, quia in fine literę dicitur, quòd isti gigantes nati sunt de Rapha in Geth, & ceciderunt in manu Dauid, & seruorum suorum, ergo Dauid habebat seruos tunc, & non habebat illos quādo occidit Goliath Gethęum, quia tunc erat vir simplex, qui missus fuerat de pascuis a patre suo ad visitandum fratres suos, qui erant in bello. 1. Reg. 17.

Secundo patet, quia scriptura voluit hic continuare ordinem temporum, & posuit bella Philisthinorum, quæ facta sunt post bella Ammonitarum. Nam dicitur in litera post hæc initum est bellum in Gazer aduersus Philisthęos. Et tamen bella Ammonitarum facta sunt postquam Dauid erat rex super totū Israel, vt patet hic ex ordine literæ, cū de constitutione eius in regem Israel dictum fuit supra 11. Ideo bella ista cōtra Philisthinos facta sunt postquam Dauid factus est rex, & sic non fuit in eis bellum Goliath. Et confirmatur hoc, quia manifestum est, quòd saltem primum bellum istorum cōtra Philisthinos fuit factum post bella contra Ammonitas, cum dicatur hic. Post hęc initum est bellum, ideo necesse est, quòd etiam bellum, in quo dicitur hic de Goliath, fuerit etiā post bella Ammonitarum, nisi forte aliquis dixerit, quòd nō est ordo continuus in litera. Et tamen hoc nō stat, quia 2. Reg. 21. vbi ponuntur ista bella, dicitur fuisse tertium bellum illud, in quo dicitur hic de Goliath, & secundum illud, quod ponitur hic primum. Et primum quod ibi ponitur subticetur hic. Et sic necesse est, quòd bellum Goliath, de quo hic dicitur fuerit in ordine post bellum, quod ponitur hic primum cōtra Philisthinos, & consequenter fuerit post bellum Ammonitarum.

Tertio patet, quia nullo modo videtur hoc consonare rationi, quia supra a c. 11. vsque ad finem istius libri tangit scriptura gesta Dauid postquam fuit rex Israel, & si inquirantur omnia singillatim non inuenietur aliquod de his, quæ fecerit Dauid antequam esset rex Israel, quomodo ergo interponetur hic illud, qđ fecit antequam esset rex Israel, & Iuda, & fere in principio annorum suorum? Idem argumentum est ex ordine secūdi libri Regum, vbi ponitur ista historia 21. cap. Et tamen in toto secundo Regum solum ponūtur gesta Dauid post mortem Saulis, postquā factus est Dauid rex Iuda, nec reperitur interpositum aliqđ aliud. Quomodo ergo interponeretur etiā ibi istud bellum Goliath, quod fecit Dauid, antequam esset rex?

Quarto patet, quia litera non consonat ei. nam dicit hic, quòd Adeodatus polymitarius interfecit istū. Si tamen iste esset Goliath, quem interfecit Dauid, diceretur manifeste, quòd Dauid illum interfecit, nec conueniunt ei ista nomina, ſ. Adeodatus: nam Adeodatus est hic nomen proprium, & Dauid non vocatur sic: nec conuenit, quod dicit historia scholastica, scilicet, quòd vocat̃ Adeodatus, ſ. quia fuit A deo ad adiutorium Israelitarum: nam in natiuitate eius pater, & mater nesciebant, q̃ Dauid aliquando perueniret ad ea, quæ peruenit, nec etiam pręsumebant hoc aliquo modo, cum ipsi nollent eum vocare, quando Samuel inquirebat vngendum in regem inter filios Isai. 1. Reg. 16. Etiam quia si istud fuisset nomen Dauid, aliquandò vocaretur illo in sacra Scriptura, & tamen in nullo loco reperietur, vbi agitur de Dauid, q̃ vocetur Adeodatus. Item nō conuenit, quia vocatur polymitarius, & tamen Dauid nō erat polymitarius. Et quod dicunt, quòd mater eius erat de stirpe Beseleel polymitarii, videtur esse aliquid cōfictum, quòd propter hoc vocetur polymitarius, quia multi alii ante eum de stirpe ista vocarentur polymitarii.

Quinto patet, & efficacius, quia dicitur hic, quòd in isto bello Adeodatus occidit fratrē Goliath Gethęi, tamen manifestum est, quòd Dauid non occidit fratrem Goliath, sed ipsum Goliath Gethęum 1. Reg. 17. Dicendum ergo est, quòd non fuit istud bellum, in quo Dauid occidit Goliath, sed fuit quoddā aliud bellum, quod fecit Dauid contra Philisthinos in senectute sua, cum esset rex Israel, & in eo quidam de viris suis fortissimus occidit fratrē Goliath Gethęi. Eratque ille vir Bethlehemites, & vocabatur Adeodatus, & polymitarius, quia forte habebat officium polymitarii. Et filius saltus, quia forte nutritus fuerat in saltu. Et tunc non est aliquod inconueniens contra literam de omnibus supra assignatis, qa erit tunc cōtinuata ista litera cum prędecenti, ſ. q̃ ista bella, in quibus mortui sunt gigantes fuerunt post bella Ammonitarum.

Item patet hoc auctoritate Iosephi 7. Antiq. qui ponit ista quatuor bella, in quibus occisi sunt gigantes, qui habentur hic, & 2. Reg. 21. Et de isto bello, in quo occisus est frater Goliath, dicit quòd quidam vir fortissimus nomine Ephron de cognatione Dauid, apparuit hic gloriosior omnibus aliis. & sic iste Adeodatus non erat Dauid, sed quidam alius nomine Ephrō de cognatione Dauid. Hebręi tamen, & multi de nostris mouentur ad dicendum, quòd fuerit istud bellū Dauid cōtra Goliath propter duo. Primo quia fit hic mentio de Goliath. Secundo quia dicit, quòd lignum lanceę eius erat, sicut liciatorium texentium. Et sic dicitur de Goliath primo Reg. decimoseptimo. Sed ista non obstant.

De primo patet, quia non dicitur hic, quòd in isto bello fuerit occisus Goliath Gethęus, sed frater Goliath Gethęi. Dauid tamen non occidit fratrem Goliath, sed ipsum Goliath Gethęum.

De secundo patet, quia istud ſ. portare lignum lanceę, sicut liciatorium texentium, non pertinebat ad solum Goliath, sed etiam ad quemlibet virum fortissimum, & tamen omnes isti quatuor occisi hic. Et 2. Reg. 22. erant gigantes, & viri robustissimi. Ideo poterat quilibet illorum portare lignum lanceę, sicut liciatorium texentium.

Sed adhuc obijcietur, quòd iste, de quo hic dicitur, fuerit Goliath Gethęus, quia 2. Reg. 21. ponitur ista historia, & dicitur, quòd Adeodatus percussit Goliath Gethæum. Ideo istud erit bellum Dauid. Dicendum, quòd istud declarabitur sequenti quæstione.

An verum sit, quòd Adeodatus percussit fratrem Goliath Gethæi. Quæst. XX.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, q̃ Adeodatus percussit fratrem Goliath Gethęi. Respondet Nicolaus, q̃ ista litera dupliciter se habet, vno modo occidit fratrem Goliath Gethæum, & dicit, q̃ tunc est sensus, q̃ Dauid occidit Goliath Gethæum fratrem, ſistorum gigātum, de quibus hic dicitur. Nam omnes fuerunt filii Arapha. Alio modo dicit, q̃ quædā litera habet fratrem Goliath Gethęi, & tunc dicit, q̃ est sensus, q̃ Dauid inter alios viros, iniquos, & gentiles, sicut erat Goliath Gethęus occidit ignorāter fratrem, ideſt fratrem suum, & propter hoc dicit secundum Hebręos, quòd fuit prohibitus ędificare templum Domino. Primus istorum sensuū non tenet, quia non est talis litera in Bibliis nostris, scili-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scilicet percussit fratrem Goliath Gethæum, sed fratrem Goliath Gethæi.

Secundo patet, quia dato, quòd staret illa litera nõ staret sensus Nicolai: nam cum frater sit nomen relatiuum, oportet quòd adiungatur ei id, ad quod refertur, & tamen intelligendo, sicut Nicolaus intelligit, non adiunguntur ei nomina illorum gigantum, qui erant fratres Goliath. Sed magis ista litera significaret, quòd Adeodatus occidit quendam Gethæũ fratrem Goliath. Secunda expositio non stat, quia non videtur hoc aliquo modo significare, quod Adeodatus, siue Dauid, vt ipse intelligit, occiderit fratrẽ suũ, sed fratrem Goliath Gethæi. Et etiam quod dicunt, quòd propter hoc Dauid prohibitus est ędificare tẽplum domino: Ridiculum est, q̃ pro nulla effusione sanguinis prohibitus est, sed propter bella multa, quibus erat occupatus, vt satis declaratum fuit. 3. Reg. 5. Sed Nicolaus vult dare istum sensum, quia præsupponit, quòd istud bellum fecerit Dauid. Et tamen de Dauid nõ habetur, quòd occiderit fratrem Goliath, sed ipsum Goliath Gethæum. 1. Reg. 17. Ideo nolunt exponere istam literam plane, sicut iacet, s. q̃ occidit fratrem Goliath Gethæi, sed quòd Dauid occidit fratrẽ suũ ipsius, sicut occidebat Gethęos, & alios gentiles, quod omnino est contra rationem, & contra sententiam literę, potissime quia istud bellum, quod habetur hic est illud, quod habetur 2. Reg. 21. Nam ibi ponuntur quatuor bella, quorum hic ponuntur tria. Et tamen ibi non potest intelligi, quòd Dauid occiderit fratrem suũ ipsius, cum dicatur, quòd Adeodatus percussit Goliath Gethæum. Ideo necesse est exponi istã literam aliter quàm Nicolaus exponit.

Et dicendum, quòd vera litera est, sicut communiter habetur in Bibliis nostris, s. in quo Adeodatus percussit fratrem Goliath Gethæi.

Et intelligendum est, quòd Goliath Gethæus erat gigas, quem Dauid occidit antequam esset rex. 1. Re. 17. Et habebat alium fratrem paruulum tunc, q̃ post aliquanta tempora factus est vir gigas, sicut Goliath, & etiam ipse vocabatur Goliath. Et quando Dauid erat iam senex rex super Israel, iste erat vir fortis, sicut frater suus Goliath, & venit cum aliis Philisthinis ad pugnandum cõtra Israelitas, & occisus est a quodam viro fortissimo Dauid, qui vocabatur Adeodatus polymitarius.

An bellum Dauid, quod habetur hic, & secundo Regum vigesimoprimo sint vnum, & idem.

Quæst. XXI.

QVAERITVR vlterius, an istud bellum, quod habetur hic de Goliath fratre sit idem cum illo, quod habetur 2. Reg. 21. Aliquis vellet negare esse idem, quia hic dicitur, quòd Adeodatus percussit fratrem Goliath Gethæi: Et ibi dicitur, quòd percussit Goliath Gethęum, sed nõ possumus negare, quia hic dicit, quòd Adeodatus filius saltus polymitarius Bethlehemites occidit istum fratrem Goliath, & ibi dicit, q̃ Adeodatus filius saltus polymitarius Bethlehemites occidit Goliath, ergo eadem persona erat occisa hic, & ibi. Quia dicitur hic, quòd lignum hastę huius erat quasi liciatorium texentium. Et idem dicitur ibidem.

Sed adhuc dicet aliquis, quòd non sit idem bellũ, quia licet persona occidens sit eadem, tamen fuerunt duo bella, & in uno occidit Goliath Gethæum, de quo ibi, & in alio fratrem Goliath Gethæi, de quo hic.

Sed istud nõ stat, q̃a eadẽ historia omnino est, quæ habetur 2. Reg. 21. & quę habetur hic. Ideo necesse est, q̃ idem sit bellum, quod legitur hic, & ibi fecisse Adeodatus. Secundo patet, & efficacius, q̃ si fuissent duo bella, & in vno eorum occidisset Goliath Gethęum, quia iste Adeodatus non fuisset Dauid, vt declaratum est quæstione penultima ante hoc, & tamẽ falsum est, quia Dauid occidit Goliath Gethæum, primo Reg. 17. Ideo Adeodatus nõ occidit Goliath Gethæum, & fratrem eius. Rñdendum est, q̃ idem omnino bellum est, quod habetur hic, & 2. Reg. 21. Et cum ponitur hic frater Goliath Gethęi, & ibi Goliath Gethæus, dicendum, q̃ Goliath Gethęus, quem occidit Dauid fuit gigas magnus, & habuit fratrem paruulum qui forte nondum erat natus, qñ ipse occisus est à Dauid, ideo parentes illius propter desideriũ eius, qui erat vir fortissimus, fratrem eius postea natũ vocauerunt nomine suo, s. Goliath. Sic. n. sępe fit tempore nro, s. q̃ patres filijs sibi nascentibus imponunt nomina filiorum mortuorum propter desiderium illorũ, vt videantur isti representare personas ipsorum: Iste etiam frater Goliath vocabatur Gethęus, s. de vrbe Geth, de qua fuerat frater suus. Iste qñ factus est vir fortis iam senescẽte Dauid forte ad vltionem sanguinis fratris sui processit ad bellum cum alijs Philisthinis contra Dauid, & ibi occisus est ab isto viro fortissimo Dauid, qui vocabatur Adeodatus, & sic consonat ista litera cum ea, quę habetur 2. Reg. 21. Quia hic dr̃. q̃ percussit fratrem Goliath Gethæi, quem occidit Dauid: 2. Reg. 21. dicitur, q̃ percussit Goliath Gethęum, quia iste gigas licet non esset ille Goliath, quẽ occidit Dauid, sed frater ipsius, vocabatur tñ Goliath Gethęus sicut ille pp cautam dictã, & sic est æquiuocatio in nomine potissime in nominibus proprijs, q̃a multi vocant eodẽ noĩe, & istę similitudines faciunt errare Hebręos, & multos de nris non valentes facere dissimilitudinem, & distinguere inter talia.

Quare hic dicitur gigantes cecidisse in manu Dauid, & seruorum seruorum. Quæst. XXII.

QVAERITVR vlterius quare dr̃ hic, q̃ isti gigantes, de quibus in litera, ceciderunt in manu Dauid, & seruorum suorum. Rñderi potest fm Nicolaum, & Historiam Scho. & alios, qui tenent, q̃ agat hic de bello Dauid ɔ̃ Goliath, q̃ dr̃ istud ad significandum, q̃ quidam gigantes istorum ceciderunt per manum Dauid, & alij per manum seruorum suorũ. Nã Goliath, de quo hic dr̃ fm ipsos occisus fuit à Dauid. Alij aũt tres gigãtes, de quibus hic, & 2. Reg. 21. occisi fuerant per manum seruorum suorum, quia tres viri fortissimi occiderunt illos, vt patet hic, & ibidẽ. Sed dicendum, q̃ hoc non stat, quia non agitur hic de bello Dauid ɔ̃ Goliath, vt declaratum est sup. in quadam quæst, & sic Dauid non occidit aliquem istorum quatuor gigantũ, de quibus hic, & 2. Reg. 21. Sed viri sui occiderunt illos, vt patet ex lra. Ideo dicendum, q̃ ista lra non est legenda copulatiuè, sed copulatim, vel decopulato extremo. Nam si legat copulatiuè, intelligetur q̃ sint duę clausulæ, s. q̃ hi gigantes, i. aliqui eorũ ceciderunt per manum Dauid. Et hi, i. quidam eorũ occisi fuerunt per manum seruorum suorum. Et sic prima pars copulatiuę esset falsa. Accipendo autem, q̃ sit de copulato extremo, non habet partes, sed totum legitur sub vna clausula, s. quòd ceciderunt isti gigantes per manum Dauid, & seruorum suorum. Nã si ceciderunt per manum seruorum Dauid, verum erit, quòd ceciderunt per manum Dauid, & seruorũ suorum. Dicitur tamen per manum Dauid, & seruorum suorum, ideſt quòd ceciderunt isti gigantes in bello facto per Dauid, & seruos suos contra Philisthinos,

sthinos, & hoc verum est, quia licet isti gigantes occiderentur a quibusdam seruis Dauid, & non ab ipso Dauid, nec ab aliis, tamẽ occidebãtur in bello, quia fiebat simul a Dauid, & seruis suis, & non faciebat illud Dauid per se, nec etiam serui eius, sed tunc dicetur, q̃ ad hoc oportebat, q̃ Dauid descẽderet ad omnia ista bella, in quibus occisi sunt gigantes, & tamen falsum est, quia solum iuit ad primum eorum, s. in quo occisus est Iesba de Nob, vt patet 2. Reg. 21. & in ipso bello conatus est gigas ille occidere Dauid deficientem iam viribus, & iurauerunt tunc serui sui, q̃ non descẽderet vltra cum eis ad bellũ, & sic videtur, q̃ ipse non interfuerit aliis tribus bellis posterioribus, in quibus tres gigantes occisi sunt.

Dicendum est, q̃ verum est, q̃ Dauid nõ interfuit illis bellis, & tamen dicantur isti gigantes ceciditsse in manu eius, & seruorum suorum, eo q̃ omnia bella, q̃ fiebant viuente Dauid fiebant iubente eo, ideo videbatur ipse omnibus interesse, & ipse cum suis dicebatur occidere omnes illos, qui in talibus bellis occidebantus per seruos suos.

CAP. XXI.

CONSVRREXIT autem Sathã contra Israel, & incitauit Dauid, vt numeraret Israel. Dixitque Dauid ad Ioab, & principes populi. Ite & numerate Israel a Bersabee vsque Dan, & afferte mihi numerum, vt sciam. Respondit que Ioab. Augeat dominus populum suũ centuplum quam sunt. Nonne domine mi rex omnes serui tui sunt? Quare hoc quærit Dominus meus, quod in peccatum reputetur Israeli? Sed sermo regis magis præualuit.

DESCRIPTO in precedentibus de impedimento Dauid ad ędificandum templũ Domini propter hostium debellationem: Hic agitur de impedimentis eius propter humanam elationem. Nam propter elationem fecit numerare populum, propter quod sequuta est punitio in populo. Et diuiditur in tria, quia primo ponitur Dauid iussio, secundo Ioab executio, ibi. *Egressusque est Ioab.* Tertio diuina punitio, ibi. *Displicuit autem Deo.*

De continuatione ad præcedentia, & si ista fuerint immediate post illa. Quæst. I.

QVAERITVR circa primum, an ea, quæ habẽtur hic sint continuata ad precedentia, & an fuerũt facta immediate post illa, vel interiecto aliquanto tẽpore. Ad primum dicendum, q̃ hic est ordo continuus, quia precedit c. ponuntur quędam bella Dauid. Hic autem agitur de numeratione populi, postquam non fecit Dauid aliquod bellum, quia iam erat in senectute magna, & etiam habebat pacem ab hostibus. Et iste ordo ponitur in secundo lib. Reg. quia ea quæ habentur precedit c. ponuntur ibi, s. c. 21. Et ea, quæ ponuntur hic, ponuntur ibi c. 24. Ad secundum dicendum, q̃ inter ea, quę habentur precedit c. & hic, fuit aliquantum tempus, tamen non apparet quantum, nec est hic idem ordo, qui ponit in 2. Reg. Nam ibi post bella posita precedit c. quæ habentur ibi c. 21. Sequitur quidam Psalm. Dauid, s. Diligam te Domine capi. 22. & ille est ordo continuus secũdum Iosephum sept. Antiq. Nam dicit, q̃ postquam Dauid cessauit a bellis conuertit se ad faciendum cantica in Deum, cum iam pace altissima frueretur, & hymnos vario metro composuit, alios quidem trimetros, & alios quidem pentametros diuersaque faciens organa. Docuit, vt Leuitæ in illis dicerent hymnos Deo per diem sabbathorum, & alias solennitates. Interponitur etiam ibi ca. 23. Catalogus virorum fortium Dauid, sed ille iam positus fuit hic supra 11. de Psal. Dauid, qui ibi interponitur non curauit Esdras, sicut multa alia omittit hic, quæ habentur ibi. Circa primum dicitur.

Consurrexit autem Sathan contra Israel. Ideſt surrexit Sathan ad vexandum Israelitas, desiderans q̃ punirẽtur, & fecit, quod sequitur.

Et incitauit Dauid, vt numeraret Israel. Istud fuit per modũ tentationis, quia stimulabat cor Dauid faciẽs, q̃ desideraret numerare populum, licet illud, nec esset vtile sibi, nec honestum.

Dixitque ad Ioab, & ad principes populi. Voluit, q̃ isti exequerentur numerationem populi. Et 2. Regum 24. Solum dr̃, q̃ iusserit hoc Dauid ipsi Ioab. Hic aũt dr̃, q̃ etiam iussit aliis principibus, & istud verum est, quia solus Ioab non posset exequi istam numerationem in breui, sed oportebat, q̃ multi alii adiuuarent eum, qui discurrerent per loca varia ad faciendũ particulares numerationes, ex quibus colligeretur summa totalis. Et tñ, quia Ioab erat princeps omnium expressum fuit solum de ipso 2. Reg. 24.

Ite & numerate Israel. Non erant numerandi omnes, qui erant in Israel, sed solum viri fortes, qui poterunt exire ad bellum, qui vocantur hic educentes gladiũ, & pugnatores, vt patet infra in litera.

A Bersabee vsque Dan. Isti sunt duo termini terræ Israel maxime distantes, intra quos includitur tota terra Israel. Et ponitur vnus eorum ad meridiem, s. Bersabee, & alius ad Aquilonem, s. Dan. Et sic sępe quando significatur tota terra Israel, ponuntur isti duo termini, vt patet 1. Reg. 3. s. Cognouit vniuersus Israel a Dan vsque Bersabee, q̃ Samuel esset prophera Domini. Simile patet 2. Reg. 17. & 24. & 3. Reg. 4. & in multis aliis locis. Est enim Bersabee quędam ciuitas in terra Philisthinorum, in qua moratus fuit Abraham, & ędificauit nemus quando fuit incola terræ Philisthinorum. Gen. 21. Ibi etiam moratus est Isaac. Gene. 26. Et vocatur locus iste Bersabee, ideſt puteus iuramenti. Vel puteus septẽ, s. quia Isaac, & Abimelec rex Gerarę iurauerunt super quodam puteo, quẽ fodit Isaac in vrbe illa, vocatur puteus septem, quia Isaac dedit septem agnas Abimelech regi Gerarę in signum, q̃ ille puteus pacifice pertineret ad eum, & Abimelech suscipiens illas de manu Isaac, confiteretur puteum illũ pertinere pleno iure ad Isaac, & si aliquod ius ipse habebat in puteo cedebat illud, vel donabat ipsi Isaac. Gen. 26. Est. n. Bersabee apud Geraram vrbem Philisthinorum. Ideo aliquãdo ponitur Gerara terminus terræ Chanaã, vt patet Gen. 10. Et aliq̃ Bersabee, vt patet hic. Dan est quædam ciuitas in extremo lateris Aquilonaris terrę Israel, quę ptinebat ad tribum Dã. Et vocabãt ista ciuitas prius Lais, vel Lesen, & postea filii Dan accipientes eam de manu Amorrhęorum, vocauerunt illam Dan a noĩe patris sui, vel Lesendã, vt patet Iosue 19. & Iudi. 18. De mõ aũt, quo capta est ista ciuitas habẽt latè Iud. 18. Et vocata fuit postea ista ciuitas Paneas, & postea Cęsarea Philippi, apud quã Christus quęsiuit a discipulis suis, quem dicunt hoĩes esse filium hominis Matth. 16. Apud istam vrbẽ sunt duo fontes, de quibus nascitur Iordanis, de quo magis dictum est Iosue 19.

Et afferte mihi numerum, vt sciam. Ideſt deſidero ſcire numerum totius populi mei. Ideo offerte mihi illū. *Respondit que Ioab.* Videbat Ioab, ꝙ ex iſta numeratione ſequeret aliqua plaga a Deo, ideo volebat perſuadere regi, ne populum numeraret. *Augeat dominus populum ſuum centuplum quam ſunt.* Scilicet Deus augeat populum Iſrael, qui eſt populus ſuus centuplum quam nunc eſt. Iſta verba dixit Ioab ad tollendum auguriū. Nam aliqui inſiſtentes ſuperſtitionibus nō audēt numerare res ſuas, timētes, ꝙ ſi numerauerint illas, iam nunquam augebuntur, ideo ad tollendum iſtud augurium, ne putaretur, ꝙ populus nunquam erat iam multiplicandus, quia numerabatur, dixit Ioab, augeat dominus populum ſuum centuplum quam ſunt. Et 2. Reg. 24. dicitur. Augeat dominus Deus tuus ad populum quantum nunc eſt, iterumque centuplicet in conſpectu domini mei regis. Et hic ſignificatur minor multitudo quam ibi in duplo, eo ꝙ dicitur ibi. Augeat Deus ad populum quantum nunc eſt, iterūque centuplicet. Hic autem ſolum dr̄ de centuplicatione, & ſimiles modi loquendi ſunt in Scriptura. Sic enim quando Moyſes voluit dicere Iſraelitis, ꝙ erant multi Deuter. 1. dicens. Non poſſum ſolus ſuſtinere vos, quia dominus Deus noſter multiplicauit vos, & eſtis hodie, ſicut ſtellæ cęli plurimi. Ne putarent Iſraelitæ qui erant ſuperſtitioſi, eſſe in hoc augurium, ne multiplicarentur addidit, dicens. Dominus Deus patrum veſtrorum addat ad hunc numerū multa mil lia, & benedicat vobis.

Nonne Domine mi rex omnes serui tui sunt? Iſta eſt vna atio Ioab ad ſuadendum, ꝙ non numeraretur populus, quaſi dicat Domine mi rex, ſi totus iſte populus non eſſet populus tuus, ſed ſolum quædam pars eius, iuſtū eſſet, ꝙ velles numerare illos, vt ſcires quot ſunt ſerui tui, & quot alieni, ne quiſquam tibi illos ſubtraheret. Et tamen quia omnes ſerui tui ſunt, ſuperfluū eſt, quod illos numeres.

Quare hoc quærit dominus meus, quod in peccatum reputetur Israel? Iſta eſt alia ratio ad perſuadendum, ſ. ꝙ Dauid non deberet velle numerare populum, quia iſtud imputaretur Iſraelitis in peccatum, ideſt punirentur pro eo. Et tamen ipſe cauere debebat quantum poterat damnum populi, nō ergo deberet illum numerare.

Sed sermo regis magis præualuit. Scilicet Ioab bene ſuaderet, vt non numeraretur populus, magis valuit ſermo regis ſemper dicentis, quòd numeraretur. Et cū Ioab vidit intentionem regis obſtinatam in hoc, propter reuerentiam eius noluit plus redarguere factum ſuum, ſed ceſſauit perſuadere, & executus eſt mandatum regis.

Quomodo Satan surrexit contra Israel.

Quæſt. II.

QVAERITVR vlterius, quare Satan dicitur, ꝙ conſurrexit contra Iſrael: nam ipſe inſurgit cōtra hominem ad inducendum ipſum ad peccatum, vt per hoc offendat Deum, & ęternaliter puniatur. Hic tamen non peccauit Iſrael, quia populus non iuſſit fieri iſtam numerationem, ſed potius inuitus ſuſtinuit illam cum Ioab, & alii principes exercitus reſtiterunt in hoc ſatis Dauid, vt patet hic, & magis ſecundo Regum vigeſimoquarto.

Ideo non videtur, quòd Satan conſurrexit contra Iſrael, ſed magis conſurrexit contra Dauid, quia Dauid peccauit in iſta numeratione, & non populus. Reſponderi poteſt dupliciter.

Vno modo, ꝙ vere conſurrexit hic Satan contra Dauid, quia incitauit eum ad peccandum, quod diabolus ſemper intendit, & non conſurrexit contra populum, quia non induxit populum ad peccandum. Dicitur tñ conſurrexiſſe ꝯ populum, eo quòd iſtud peccatum, quod fecit Dauid conſurgente Satā contra eum, venit in pęnam populi tanq̄ ſi Satā conſurrexiſſet ꝯ populum ad infligendum ei iſtam pęnā, & iſte eſt verè ſenſus literę. Scd̄o modo pōt dici, ꝙ Satā inſurrexit nunc contra Iſrael, quia intentio ſua fuit inſurgendi nunc contra populum non ad inducendum aliquam culpam, ſed ad inducendum pęnam nobis, quia iſta eſt conditio impiorum inuidorū. Ideo conatur inferre hominibus quęcunque mala potuerit. Et quia malum eſt duplex, ſ. culpę, & pęnæ, aliquā do conatur inducere hominem ad culpam, & aliquā do, vt incidat in pęnam. Culpa tñ maius malum eſt, q̄ pęna propter duo. Primo quia per culpam qualiſcunque, & quantacunque offendit homo Deum, per pęnam autem non offendit, cum pęna ſit inuoluntaria, & potius ſit emendatio offenſę diuinæ. Secundo quia per culpam meretur homo pęnam æternam, vbi punietur in æternum cum diabolo, & Angelis eius: Matthęi vigeſimoquinto. Per pęnam autem, quam hic patimur, nullum malum meremur, ſed potius de malis, quæ meruimus, ſatisfacimus, ideo quia maius malum eſt culpa, quam pęna, potius conatur diabolus inducere hominem in culpam, quam facere vt temporaliter puniatur, & tamen quando non poteſt vnum, ſaltem vult aliud, vt iuxta conditionem inuidorum habeat ſemper aliquod malum, de quo lętetur. Et quia difficile erat inducere totum populum Iſrael ad peccandum, conſurrexit ergo contra Dauid ſolum ad peccandum ipſum inducendo, & contra populum inſurrexit procurando, vt puniretur peccante Dauid, & ſic rectè dicitur: Conſurrexiſſe contra Iſrael Satan.

De controuersia, quæ habetur in quibusdam verbis hic, & secundo Reg. c. 24. circa Satan. Quæſt. III.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, ꝙ Satan conſurrexit contra Iſrael. Quia 2. Reg. 24. dicitur, ꝙ addidit furor Domini iraſci contra Iſrael, & iſta videntur eſſe diuerſa.

Reſpondendum eſt, ꝙ ſm veritatem, Satan conſurrexit contra Dauid, & contra Iſrael, ſicut hic dr̄. Et tamen idem eſt, ꝙ Satan conſurrexerit contra Iſrael, & ꝙ furor Dñi addiderit iraſci contra Iſrael, ſed vnū ponitur tanquam effectus, & aliud tanquam cā. Pro quo ſciendum, quòd diabolus cum ſit inuidus ſemper conatur inducere homines ad quodcunque malum, vt declaratum eſt prędcedenti quęſtione, & ſemper homines tentaret, & induceret eos ad malum, niſi à Deo compeſceretur facere hoc, & iſtud eſt per operationem Angeli boni, qui cōtinuè cuſtodit quęlibet hominem, & eſt datus ei in ſpecialem defenſionem. De quo declarat Magiſter 2. Sent. diſtinct. 11. Quando autem permittit tentare hominem, vel inferre ei aliqua mala, illico illud facit. Sic patet Iob primo, de ipſo Iob, de quo dixit Deus ad Satan: Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quòd non ſit ſimilis ei in terra? Et ait Satan nunquid fruſtra Iob timet Dominum? nonne vallaſti eum atque domum eius, & vniuerſam ſubſtantiam per circuitum? quaſi dicat, vallaſti eum protegendo quaſi quodam muro, vt ego non poſſim tangere ea? Et ſequitur: Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ poſſidet, & dixit Deus ad Satan: Ecce vniuerſa, quæ habet in manu tua ſunt, tantum ne extendas manum tuam

tuam in eum. Et ſic dedit Deus poteſtatem diabolo ſolum ad nocendum ei in rebus ſuis. Ideo non potuit nocere diabolus ei niſi in rebus. Et iterum dedit ei poteſtatem, vt noceret ei in corpore, & tunc nocuit, eodem capitulo. Iſtę autem permiſſiones, quas fecit Deus, vt aliqui puniantur, vel tententur, interdum fiūt propter bonum eorum, qui tentantur, ſicut fuit in Iob, vt ait Auguſtin. & Hieronym. & declarat Magiſter quarto Sententia. di ſtinct. decimaquinta. Interdum autem Deus permittit aliquem tentari, vel puniri propter peccata prędterita. Et tunc Deus dicitur illud facere propter iram, quia quandocunque aliquod malum nobis infligit ad punitionem. & vindictam pro peccatis prędteritis, dicimus nobis eum iratum, & quia nunc Deus permittebat, quòd Satan tentaret Dauid, & peccaret, & populus propter hoc puniretur, dicebatur furor Domini iraſci contra Iſrael, ideſt, dicitur iraſci contra Iſraelitas, quia furor non poteſt iraſci, ſed eſt, quo homo iraſcitur formaliter. Et ſic furor Dei fuit cauſa tentationis Satan: non quidem poſitiua, ſicut abſentia nautę eſt cauſa naufragij, vt ait Ariſtot. ſecundo Phyſic. Et ob hoc ponitur cauſa ſecundo Regum vigeſimoquarto. Scilicet, quòd addidit furor Domini iraſci contra Iſrael. Et hic ponitur effectus ſequens ex illa, ſcilicet, quòd Satan conſurrexit contra Iſrael, & quia ille modus loquendi erat aliqualiter obſcurus, Eſdras declarauit eum hic, dicens: Conſurrexit Satan contra Iſrael. Et dicitur ibi, & addidit furor Domini iraſci, ſcilicet, quia alijs vicibus iratus fuerat Deus contra Iſrael. Et paulo ante hoc quando intulerat famem per tres annos ſecundo Regum vigeſimoprimo, & nunc iterum iraſcebatur, ideo dicebatur addidit, ſcilicet, hoc ſuper alias vices.

Quomodo tentabat Satan Dauid.

Quæſt. IIII.

QVAERITVR vlterius cum furor Domini iraſceretur contra Iſrael, quomodo tentabat nunc Satan Dauid, quia in hoc non iraſcebatur Deus Iſraelitis, ſed magis ipſi Dauid permittendo, quòd peccaret.

Reſponderi poteſt dupliciter: vno modo, quòd Dauid permiſſus fuit hic peccare propter populum ſuū, ſcilicet, quòd Iſraelitę peccauerant, & vt ipſi punirentur Deus permiſit Dauid peccare, quem non permiſiſſet aliàs, niſi ex peccato eius ſequeretur pęna populi, & ſic permittendo peccare Dauid, iraſcebatur Deus contra Iſrael. Sic enim ait Gregor. in Moralibus, quòd ſępe ſecundum merita ſubditorum diſponitur vita rectorum. Etiam aliquando Deus iraſcitur principibus propter populos. Sic patet de Moyſe principe Iſraelitarum, qui dixit ad Iſraelitas. Iratus eſt mihi Dominus propter vos, nec exaudiuit me. Deuteronomij tertio. Sed dicendum eſt, quòd iſte modus quamquam videatur aliqualiter coloratus, non eſt omnino verus, ſcilicet, quòd Deus non erat permiſſurus, ꝙ aliàs peccaret Dauid, ſed quia volebat punire populum propter peccata eorum, permiſit, quòd peccaret Dauid: nam iſta magna iniuria eſſet, quòd maius damnum ſequeretur in Dauid, qui permittebatur peccare, quàm in populo. Quod patet, quia pęna, quæ infligebatur populo erat temporalis, pęna autem, quæ infligenda erat Dauid pro hoc peccato erat ęterna. Item per hoc, quòd populus puniebatur temporaliter, non offendebat Deum. Dauid autem per hoc, quod permittebatur peccare, offendebat Deum: ideo maior iniuria, vel dannum erat ei, quòd permitteretur peccare ſolum propter populum, quàm damnum quod infligebatur populo in hoc, quod puniebatur temporaliter. Et ſic non eſt veriſimile, quòd Deus propter ſola peccata populi permitteret ipſum Dauid peccare nunc deſtituendo eum auxilio ſuo, quem alias non deſtitueret, niſi propter populum. Et ſic videtur, quòd cùm nunc Dauid permiſſus fuerit a Deo peccare, non fuerit hoc propter ſola peccata populi, ſed magis propter peccata ipſius, quia aliquid ſaltem leue committeret ipſe Dauid, propter quod mereretur deſtitui auxilio diuino quantum ad aliquem actum, & permitti peccare. Cùm autem probatur poſitio iſta per id, quod dicit Gregorius, quòd ſępe ſecundum merita ſubditorum ordinatur, vel diſponitur vita rectorum.

Dicendum, quòd non intelligitur, quòd Deus faciat rectores alicuius populi peccare, vel permittat ipſos peccare. Et tamen tunc permittuntur propter ſubditos, ſed eſt ſenſus, quòd Deus diſponit vitam rectorum ſecundum merita ſubditorum, ideſt, dat illis talem rectorem, qualem ipſi merentur, ſcilicet, quòd ſi mali ſunt, dat eis malum rectorem. Et patet, quòd iſte ſit ſenſus, quia Grego. dicit iſtud in Moralibus ſuper illud Iob trigeſimoquarto. Scilicet, qui facit regnare hyprocritam propter peccata populi, & tamen ibi ſignificatur, quòd ſi populus eſt malus, Deus dat eis regem, qui ſit hyprocrita: non quidem, quòd faciat eum hyprocritam, vel permittat eum fieri hypocritam propter ſola peccata populi, ſed quòd illum, qui alias erat hypocrita ex voluntate ſua, Deus fecit eſſe regem ſuper populum malum, vt puniat illum iuxta peccata ſua. Cum autem obijcitur de Moyſe, quòd ipſe dixit ad Iſraelitas. Iratus eſt mihi Dominus propter vos, nec exaudire voluit.

Dicendum, quòd ibi Deus non induxit nec permiſit Moyſem peccare propter populum, ſed Moyſes volebat increpare populum, & videns malitiam illorum, tanto zelo iracundiæ inualuit, quòd non prouocauit populum ad laudandum Deum pro aqua, quam dedit eis de petra in Chadesbarne, ſed magis duriſſimè increpuit populum, dicens: Attendite rebelles. Et ibi peccauit Moyſes, propter quod Deus non permiſit eum intrare in terram Chanaam. Numeri vigeſimo, & vigeſimoſeptimo. Et Deuteronomij trigeſimoſecundo. Et ſic Deus non iratus eſt ſibi propter populum, ſcilicet, puniendo eum, vel inducendo ipſum ad peccandum, vel permittendo, quòd peccaret: Sed populus fuit occaſio turbationis Moyſi, in qua peccauit, & propter iſtud peccatum Deus non exaudiuit preces eius, nec miſertus eſt ſibi. Ideo dicitur, quòd propter populum Deus iratus fuit ſibi, & non exaudiuit eum.

Secundo ergo modo dicendum eſt, ſcilicet, quòd Deus permiſit nunc Dauid peccare, quia ipſe meruerat hoc propter aliqua peccata, quæ prius fecerat. Et tamen quia iſta permiſſio redundauit in damnum Iſraelitarum, dicitur permiſiſſe eum propter populum peccare, & fortè dato, quòd Dauid mereretur aliàs permitti a Deo, quòd peccaret, & ipſe miſereretur ei, nolletque ipſum permittere: tamen propter peccata populi, vt nunc punirentur per peccatum Dauid, permiſit Deus ipſum peccare.

De modo persuasionis Satan erga Dauid.
Quæst. V.

QVAERITVR vlterius quis fuit modus, quo Satan persuasit nunc Dauid, vt numeraret populum.

Responderi potest vno modo, scilicet, quòd apparuit Satan ipsi Dauid in figura, vel effigie humana, sicut solent apparere Angeli Dei. Nam sæpe Angeli Dei apparent in hac forma, sicut fuit de Angelo apparente Gedeoni, quem putabat esse hominem, & quando ascendit in fumo cum sacrificio cognoscens illum esse Angelum timuit. Iudicũ sexto. Sic etiam fuit de Angelo, qui apparuit patri, & matri Samsonis, & putabant esse illum virum. Iudic. decimotertio. Sic etiam fuit de Raphaele Angelo, qui duxit Tobiam per multa terrę spacia in forma viri, & post multum tempus cognitus est esse Angelus, vt patet Tobię a capitu. quinto vsque ad decimũquartũ. Dęmon autem iste modo se potest transfigurare, vt appareat vir, vel vt appareat Angelus. Sic enim dicit Apostolus secunda ad Corinthi. vndecima, scilicet: nam & ipse Satanas sępe se transfigurat in Angelum lucis, & in ista forma poterat loqui ad Dauid dicens ei, quòd numeraret populum. Secundo modo poterat fieri hoc, quòd Satan non appareret ipsi Dauid in aliqua effigie, sed solum, quòd tentaret eum stimulando cor eius ad hoc, quòd numeraret populum, sicut diabolus solet nos tentare non apparendo nobis, vel loquendo, sed ostendendo aliquod obiectum delectabile, vel concupiscibile: aut mouendo phantasiam, vt aliquid appareat nobis bonum, vel malum, vel concitando sanguinem, aut choleram, vel alios humores in corpore, vt per hoc suscitetur aliqua passio, scilicet, libido, vel ira, aut quęcunque cupiditas. De primo modo, quòd potuerit esse hic, apparet, quia dicitur hic, quòd consurrexit Satan contra Israel, & incitauit Dauid, vt numeraret populum, & ista incitatio poterat esse duobus modis dictis.

Dicendum tamen est, quòd licet vterque modus fuerit possibilis, & aliquando contingens: tamen hic non fuit nisi secundus. Quod patet, quia si Satan apparuisset Dauid, & loqueretur ei, intellexisset Dauid aliquam fraudem esse, quia ille, qui appareret, aut esset Angelus bonus, aut malus: non videbatur, quòd esset bonus, quia ille non veniret, nisi ad nunciandum aliquid valde bonum. Numeratio autem populi non erat aliquid tale, sed potius videbatur esse malum: potissimè cum non haberet aliquam causam: ideo suspicaretur malum Dauid, & non moueretur faciliter. Cum autem Satan moueret cor eius solum, & non appareret extra, nec loqueretur, non haberet Dauid causam suspicandi, quia non videretur istud esse ab aliquo alio, sed a seipso videretur moueri, & sic non crederet se decipi, sicut si appareret ei Satan. Secundò patet, quia si appareret ei Satan, & diceret numera populum, aut crederet Dauid illum esse Satan, aut Angelum bonum. Si putaret illum esse Satan, certum est, quòd nollet numerare populum suadente eo, quia diabolus semper incitat hominem ad malum. Si autem putaret eum Angelum bonum esse, crederet se obligatum esse ad numerandum populum, sicut ille iubebat, quia Angeli boni non veniunt ad nos nisi a Deo mittantur, quia omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem habent ęternæ salutis, Ad Hebræ. primo. Et tunc quando Ioab, & principes militiæ suaderent Dauid, vt non numeraret populum, & dicerent ei esse malum, Dauid responderet, quòd potius erat bonum, & necessarium, eo quòd Deus iusserat ei hoc per Angelum suum; & sic desisterent illi dissuadere, & tamen Dauid nihil respõdit defendendo pręceptum suum, sed solum instanter iubebat, quòd numeraretur populus: ideo videtur, quòd non apparuerat ei Satan, sed solum stimulauerat cor eius. Tertiò patet, quia si Satan apparuisset Dauid, & ille credidisset eum esse Angelum bonum bona fide deciperetur circa hoc credens ei, & ideo non diceret postea, peccaui, sed quando Deus ei reuelauit per Prophetam Gad tria genera pœnarum, ipse conquereretur de Deo, dicens, quòd ille deceperat eum mittens Angelum suum, qui induxerat eum ad hoc, sicut semel Ieremias conquerebatur de Deo, quia non sic euenerat, sicut putabat Ieremias in eo, quod sibi Deus præceperat: cum dicit conquerens seduxisti me Domine, & seductus sum, fortior me fuisti, & inualuisti, factus sum in derisum tota die. Ierem. vigesimo. Et tamen Dauid cognouit peccatum suũ, & nihil conquestus est, sed magis accusauit seipsum dicens, quòd Deus auerteret iram suam a populo, & conuerteret super eum, vt patet infra in litera, & secundo Regum vigesimoquarto. Ideo non apparuerat ei Satan, sed solum tentauit stimulando cor eius, sicut dixit beatus Petrus ad Ananiam: Cur tentauit Satanas cor tuum mentiri te Spiritui sancto, & fraudari de precio agri? Actuum quinto.

De desiderio Dauid in numerando populum.
Quæstio. VI.

QVAERITVR vlterius quare Dauid desiderauit numerare populum, cum nulla videretur in hoc ei esse vtilitas.

Aliquis fortè dicet, quòd motus fuit Dauid ex quadam cupiditate, scilicet, quia faciebat, quòd quilibet de numeratis solueret certam summam, & sic colligebatur magna summa pecuniæ Dauid numerando populum.

Dicendum, quòd hoc non stat, quia Dauid non lucratus fuit ex hoc aliquid, quia non vexabat populum tributis, sed potius erat liberalis erogando multa populo: potissimè quia si aliquid consequi deberet Dauid ex hoc, sciret illud Ioab, quando iubebatur sibi, vt numeraret populum, & ideo non diceret ipsi Dauid, quare vellet numerare populum, quia iam sciret causam. Et tamen ipse Ioab significauit in verbis suis, quòd Dauid non haberet aliquam causam ad numerandum populum, cũ dixit: nunquid non omnes, Domine mi rex, serui tui sunt? Quasi dicat, non habes aliquam causam numerandi eos, cum omnes sint tui. Item patet, quia si Dauid intenderet consequi aliquam vtilitatem ex ista numeratione, quando dixit ad Ioab, quòd numeraret populum expressisset hoc ei: & tamen solum dixit: ite & numerate Israel, & afferte mihi numerum, vt sciam, quasi intentio sua solum esset ad sciendum summam populi, & non ad aliquid aliud.

Dicendum ergo, quòd duplex causa fuit hic ad hoc, quòd Dauid numeraret populum, scilicet, vna fuit impulsiua, & alia finalis, & vna erat cognita Dauid, & altera ignota. Causa impulsiua fuit hic Satan, qui stimulauit cor Dauid ad hoc, quòd numeraret populũ, & per hoc ipse peccaret, & populus, & ita

& ita desiderabat istam numerationem ex magno desiderio, sicut si aliqua magna vtilitas, vel honor ex hoc sibi prouenire deberet. Causa finalis erat quędam delectatio pertinens ad inanem gloriam. Volebat enim Dauid totam summam populi sui scire, quia sciebat illum esse magnum, vt cognita particulariter, & distinctè illa summa, extolleretur, & gauderet de tanta multitudine sibi subiecta: nam in hoc est gloria Regum, quòd habeant magnos populos sibi subiectos. Sic patet Prouerbiorum vigesimoquarto, scilicet. In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia principis. Et cum cogitant reges intra se tantam multitudinem sibi subiectam, gloriantur in hoc, & complacent sibipsis, vt patet Sapient. sexto, scilicet. Audite reges, & intelligite, præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in tribubus nationum. Ex ista causa sciebat se Dauid moueri ad numerandum populum, & non cogitabat causam impulsiuam, scilicet, dæmonis tentationem, quæ magis eum mouebat: nam si solum fuisset istud desiderium in Dauid dęmone non cooperante, ad hoc non fuisset motus faciliter, vel nullo modo ad numerandum populum, quia tamen Deus destituerat eum nunc, & Satan consurrexerat contra eum, suadebat cor eius nimium ad numerandum populum.

De modo numerationis populi. Quæst. VII.

QVAERITVR vlterius quomodo numeratus fuit nunc populus, scilicet, de quibus tribubus fiebat numeratio, & qui erant, qui numerabantur.

Respondendum, quòd Dauid volebat, quòd omnes tribus numerarentur, tam duodecim tribus laicorum, quàm tribus Leuitica, quia omnes isti erant subiecti sibi: nam in veteri testamento non erat distinctio iurisdictionum, sed tam laici, quàm Sacerdotes, & Leuitę erant subiecti regi, & ipse iudicabat de Sacerdotibus in ciuilibus, & criminalibus, & condemnabat eos ad mortem, si deliquissent, sicut laicos, sicut fuit satis declaratum tertio Regum secundo. Et ibi satis colligitur ex litera. Et tamen Ioab non numerauit omnes tribus, quia dimisit tribum Beniamin, & Leui, vt patet infra in litera, & aliæ tribubus solum numeratæ sunt. De his autem tribus dicendum, quòd non omnes numerabantur, quia fœminæ nunquam numerabantur, eo quòd illę non erant ad bellandum, nec ad alios actus politicos, propter quos fieret numeratio: item non numerabantur paruuli, quia intentio Dauid erat scire numerum bellatorum regni sui, ideo numerandi erant viri in tali ætate, in qua iam essent potentes ad bellum, sic significatur infra in litera. Cùm dicitur: Et inuentus est numerus mille millia, & centum millia virorum educentium gladium. Et sic dicendum, quòd numerati sunt viri a viginti annis, & supra, quia in illa ætate iam incipiunt homines esse potentes ad bellum, & etiam esse animosi propter motum choleræ, & ardorem ætatis, & sic fiebant omnes alię numerationes Israelitarum: nam in principio secundi anni ab exitu de Aegypto numeratus est populus in deserto Sinai a viginti annis, & supra. Numeri primo. Item etiam anno quadragesimo ab exitu de Aegypto numeratus est populus in campestribus Moab super Iordanem, Numeri vigesimosexto. Sciendum etiam quòd Dauid iubens numerari Israel non dedit aliquam formam quantum ad illos, qui numerandi erant, sed solum dixit: Ite & numerate Israel, & hoc fuit, quia secundum legem erat iam datus certus modus numerandi. Ideo intelligebatur, quòd deberet Ioab numerare iuxtam illam formam. numerabantur autem homines per capita, ideo non poterat numerari, qui non habebat caput, nec transierat ad numerum populi, q̃ scilicet, ille, qui ante hoc non erat tamquam vnus de populo, non poterat nunc numerari: transibant tamen omnes ad numerum secundum legem a viginti annis, & supra, scilicet, quando quis complebat annum vigesimum, offerebat dimidium siclum, & per hoc transibat ad numerum, scilicet, quia ante hoc non computabatur tamquam vnus de populo, nec fiebat mentio de eo, ac si non esset: tunc verò incipiebat esse vnus de populo, & faciebat numerum cum cęteris, & sic nunc solum numerati fuerunt illi, qui erant a viginti annis, & supra.

Si enumeratio incœpit a vigesimo anno exclusiue.
Quæst. VIII.

QVAERITVR vlterius dato, quòd non computaretur aliquis nisi excederet annum vigesimum, an omnes excedentes annum vigesimum computarentur. Aliquis dicet, quòd non. Primò, quia intentio Dauid erat computare viros bellatores regni sui. Et tamen, sicut quidam non possunt esse bellatores propter defectum ætatis, ita alij non sunt bellatores propter excessum, scilicet, qui senio confecti sunt: ideo sicut minores vigesimo non computantur, ita, & maiores quàm viri, scilicet, senio confecti non computabuntur. Secundo patet, quia dicitur hic in litera inuentus est numerus mille millia, & centum millia virorum educentium gladium, & tamen senio confecti non possunt educere gladium, ideo non computantur illi.

Respondendum videtur, quòd omnes maiores vigesimo quantęcunque ætatis essent computabantur. Et ratio huius est, quia in modo communi computandi computabantur omnes, qui transierant ad numerum, & tamen licet illi, qui erant minores vigesimo propter defectum ætatis non transirent ad numerum, nullus propter multitudinem ætatis excludebatur a numero. Sic patet Exodi trigesimo, vbi ponitur forma de transeuntibus ad numerum, & dicitur: Qui habetur in numero a viginti annis, & supra dabit precium. Et sic posuit terminum ad excludendam paruitatem ætatis: tamen nullum posuit ad excludendum magnitudinem. Alioquin posuisset duos numeros annorum. Et tamen solum dixit a viginti annis, & supra. Item patet hoc, quia sic obseruabatur in omnibus numerationibus, quas faciebant Israelitę, quia numerabantur omnes a viginti annis, & supra, vt patet Numeri primo, & vigesimosexto. Si autem diceretur, quòd ibi non fuerunt numerati omnes, qui erant supra viginti annos quantumcunque essent senes, sequeretur magnum inconueniens, scilicet, quòd multi de illis, qui computati sunt in deserto introiuissent in terram Chanaan. Pro quo sciendum, quòd quando Israelitæ erant in Chadesbarne, & murmurauerunt, Deus dixit, quòd nemo illorum, qui numerati erant a viginti annis, & supra, introiret in terram Chanaan. Si ergo esset aliquis terminus propter magnitudinem ætatis, vtpote octoginta, vel nonaginta anni, in quo iam Israelitæ non numerarentur, essent multi de illis viris, qui essent supra illam ætatem, quando data est ista maledictio, & illi non prohibe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rentur introire in terram Chanaam, & sic multi introiuissent, & tamen falsum est, quia soli duo viri, scilicet, Iosue, & Caleb ingressi sunt in terram Chanaam de omnibus illis, qui erant a viginti annis, & supra in deserto, quando posita est maledictio, vt patet Numeri vigesimosexto, ergo videtur, quòd omnes, qui supra viginti annos quantęcunque ętatis essent senes. Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd intentio Dauid nō fuit nunc scire numerum virorum bellatorū, scilicet, qui erant potentes ad bellandum, nec impediebantur propter ætatem, vel ægritudinem, aut aliàs, quia tunc oporteret etiam dicere, quòd ab ista summa subtraherentur omnes, qui erant actualiter infirmi. Et propter hoc non poterant pugnare, quod nemo concedet, sed intentio Dauid fuit hic scire numerum populi sui. Nam dixit ite, & numerate Israel, & tamen nomine populi intelligūtur omnes, qui iam transierunt ad numerum cuiuscunque ætatis sint: ergo omnes fuerunt computati etiam senio confecti. Ad secundam dicendum, quòd quāquàm dicitur hic, inuentus est numerus mille millia, & centum millia virorum educentium gladium, non excluduntur propter hoc senes ab isto numero, quia non vocantur educentes gladium illi solum, qui actualiter erant potentes ad educendum gladiū, sed omnes illi, qui tunc erant potentes, vel aliquando fuerant potentes ad hoc, & hoc conueniebat omnibus, qui erant a viginti annis, & supra, quantumcūque essent senio confecti, & patet hoc per simile, quia Numeri primo, dicitur: Tolle summam filiorum Israel a viginti annis, & supra omnium virorum fortium procedentium ad bellum. Et tamen ibi fuerunt computati omnes, qui erant a viginti annis, & supra, etiam si essent senio confecti, vt supra probatum est.

Egressusque est Ioab, & circuiuit vniuersum Israel, & reuertus est Ierusalē: Deditq; Dauid numerum eorum, quos ircuierat, & inuentus est omnis numerus Israel, mille millia, & centum millia virorum educentium gladium. De Iuda autem quadraginta septuaginta millia bellatorum. Nam Leui, & Beniamin non numerauit, eo quòd inuitus exequeretur regis imperium.

Egressusque est. Hic ponitur secundum huius capit, scilicet, pręcepti executio, quia postquam vidit Ioab, quòd Dauid obstinato animo persistebat in in hac sententia, quòd numeraretur populus, noluit contendere cum eo, sed obediuit, & dicitur.

Egressusque est Ioab. Scilicet, de Ierusalem, vbi erat cum Dauid ad discurrendum per totam terram Israel.

Et circuiuit vniuersum Israel. Ipse, & principes exercitus, qui erant cum eo circuierunt totam terram Israel ad numerandum populum. Istud ponitur latius secundo Regum vigesimoquarto. & Esdras subticuit illud hic. Nam dicitur, quòd Ioab, & principes exercitus exeuntes de Ierusalem transierunt Iordanem, & venerunt in Aroer, & transierunt per terram Galaad vsque ad sylvestria Dan. Et venerunt iuxta Sidonem, & prope mœnia Tyri, redierunt in Bethsabee ad Meridiem terræ Iuda, & deinde venerunt in Ierusalem post nouem menses, & viginti dies postquam recesserant a rege, & significatur in istis forma circūeundi terram Israel, quam habuit Ioab: nam ipse incępit in parte Meridiana, scilicet, apud Ierusalem, & iuit ad Orientem transeundo Iordanem vsque ad Aroer, qui est locus maximè Orientalis in tota terra Israel, vt colligitur Iosue decimotertio, & secundo Regum vigesimoquarto. Et inde venit per partem Aquilonarem, scilicet, per sylvestria terræ Dan. Et postea ad partem Occidentalem, scilicet, iuxta Sidonem, & mœnia Tyri: & deinde versus partem Meridianam ad vrbem Bethsabee, & inde redijt in Ierusalem, de qua exierat faciens circulum perfectum. De quo magis declaratum est secundo Regum vigesimoquarto.

Et reuersus est in Ierusalem. Est Ierusalem Metropolis regni Israel. Ibi manebat semper Dauid, & ad ipsum locum redijt Ioab finita numeratione.

Deditque Dauid numerum eorum, quos circuerat. Idest, dedit illi numerum illorum, quos circuneundo numerauerat, quia omnes scribebantur in libris Ioab.

Et inuentus est omnis numerus Israel mille millia, & centum millia virorum educentium gladium. Idest, de toto Israel inuentus est iste numerus. vocatur totus Israel vndecim tribus, quia tribus Iuda per se computabatur, & dicitur educentium gladium, idest, omnes isti erant iam in ętate, in qua poterant educere gladium, vel aliquando eduxerant, scilicet, quia erant vltra vigesimum annum: non tamen erant omnes actualiter dispositi ad educendum gladium, ita quòd omnes tunc haberent vires, quia multi erant iam senio confecti, vt declaratum est præcedenti quæstione.

De Iuda autem trecenta, & septuaginta millia pugnatorum. Scilicet, de sola tribu Iuda erant isti pugnatores, licet plures ponantur, secundo Regum vigesimoquarto, vt infra declarabitur in quadam quæstione.

Nam Leui, & Beniamin non numerauit. Istud ponitur hic ad excusandum paucitatem numeri, quia diceret aliquis quomodo tam paucus numerus fuit de omnibus tribubus Israel.

Respondet, quòd non fuerunt numeratę omnes tribus. Nam tribus Beniamin, & Leui non fuerunt numeratæ, de quibus poterat colligi satis magna summa.

Eo quòd inuitus exequeretur regis imperium. Idest, Ioab contra voluntatem suam numerabat populum ad mandatum regis: ideo non plenè numerabat, quia quòd quisque inuitus agit, nunquam perfectè explet.

An Ioab numerans populum peccauerit propter imperium Dauid.
Quæst. IX.

QVAERITVR circa prędicta, an Ioab peccauit exequendo imperium Dauid de numeratione populi. Aliquis dicet, quòd sic, quia Dauid iubebat hic ipsi Ioab malum facere, & non tenetur subditus obedire Domino, quandocunque malum iusserit, quia per obedientiam eius repugnaret Deo, cui magis tenetur. Aliquis fortè dicet, quòd Ioab nesciebat istud esse malum, ideo non peccabat obediendo regi. Dicetur tamen quòd non stat, quia ipse sciebat malum esse: nam dixit ad Dauid: Quare hoc quærit Dominus meus, quòd in peccatum reputetur Israel, vt patet supra in litera: ideo peccatum esse sciebat. Respondendum, quòd Ioab nihil peccauit in hoc, aut valde modicum. Pro quo sciendum, quòd in eis, quæ iubentur a Dñis, vel prelatis, quędam sunt manifestè bona, & alia manifestè mala, & alia dubia. Si sint manifestè bona, iustissimum est eis obedire, quia etiam præter auctoritatem iubendi sola ratio deberet mouere ad talia exequendum. Si autem sint manifestè mala, & in omnem euentum mala, non est obediendum eis, quia iam non habent auctoritatem mandandi, quia omnis potestas a Deo est, & ordinata est: Ad Roma. tertio. Inquantum ergo recedit a Deo iubendo contrarium pro illo actu desinit esse potestas, & non est sibi obediendum, sicut si non esset in potestate constitutus, sed persona priuata: non tamen ex hoc incidendum est in errorem quorundam credentium, quòd quando dominus, & potissimè prælatus Ecclesiasticus est in peccato mortali, nullam habeat iurisdictionem, nec obediēdum sibi sit, & quod deterius est, non solum auferūt eis potestatem iurisdictionis, sed etiam characteris dicentes, quòd Sacerdos in mortali constitutus conficere non possit. Ista enim absurda sunt: nam de pertinentibus ad characterem, sicut est conficere, dicēdum quòd propter nullum peccatum mortale quantumcunque graue, & notorium possit impediri executio de facto, quin verè consecret talis Sacerdos, & non solum hoc, sed etiam si sit ab Ecclesia pręcisus, vt hęreticus, schisma ticus, excommunicatus, interdictus, suspensus, & qui cunque similis, dato quòd sit solemniter degradatus, quod est grauissium: nam etiam in talibus manet character, qui per Ecclesiam tolli non potest, quamquàm Papa conaretur hoc facere, cum sit character aliquid sacrum indelebile menti nostræ a Deo impressum. De actu iurisdictionis secus est, quia potestas iurisdictionis non est tam inhærens, sicut character. Ideo actus iurisdictionis potest facilius impediri: nam cum quæcunque iurisdictio conferatur ab Ecclesia, potest Ecclesia illam tollere in casu rationabili, & a iure determinato. Et tamen propter hoc non est dicendum, quòd propter peccatum mortale quilibet prelatus careat iurisdictione, ita quòd sibi mandanti non sit obediendum, quia semper obediendum est licet sit in peccato mortali, etiam si sit notorium quousque per sententiam priuetur iurisdictione, vel suspendatur ab vsu eius, vel sit tale peccatum, in quo incidens ipso iure sit priuatus executione iurisdictionis, sed solum hoc faciendum est, quòd non obediatur in eis, quę malè iusserit. Si autem ea, quæ iubentur sunt dubia, etiam dato quòd magis suspicemur illa mala esse quàm bona, obediendum est pręlato propter auctoritatem iurisdictionis, & in hoc multum operatur potestas mandandi, & est vnum speciale, quia siquis auctoritate sua, & voluntate faceret aliquid, de quo dubitaret an bonum, vel malum esset, & magis suspicaretur esse malum quàm bonum, peccaret mortaliter exponendo se periculo, & aliquando faciendo contra conscientiam, & tamen si iubente prælato fecerit quod dubium est, etiam si magis credatur malum esse quàm bonum nihil peccat, sed magis meretur quàm si propter scrupulum nollet obedire. Sic autem fuit nunc in Ioab, quia Dauid iussit ei aliquid quod erat dubium, an esset bonum, vel malum, & magis putabatur esse malum, quàm bonum, quia nulla causa videbatur, quare fieret: propter auctoritatem tamen Dauid debuit Ioab obedire. Et quando obijcitur, quòd Ioab sciebat istud esse malum, ideo non debebat obedire, dicendum quòd non sciebat illud esse malum, sed suspicabatur, eo quòd numeratio populi non habebat hic aliquam causam, & non erat fieri consueta sine causa, ideo dubitabat Ioab, quia tamen ad timentem pertinet semper deteriora suspicari, loquebatur Ioab ad Dauid in hoc tamquam esset manifestè malum, licet esset sibi dubium dicens. Quare hoc quærit Dominus meus quòd in peccatum reputetur Israel? Quia tamen Dauid erat Propheta, & vir deicola, dubitabat Ioab an fortè Deus dixisset hoc Dauid, vel moueretur aliqua inspiratione eius, vel saltem haberet aliquam causam secretam, quam noluisset ei exprimere. Alio modo ad hoc dici potest, quòd dato, quòd Ioab sciret istud esse malum, si tamen paruum malum erat, poterat illud facere, vt non repugnaret Dauid: nam Ioab erat princeps militię, & maior in toto regno post Dauid, & cum Dauid haberet nunc mentem obstinatam ad hoc, quòd numeraretur populus, si non obediret ei Ioab, sequeretur necessario schisma, & magnum scandalum in regno, pro quo euitando poterat permitti illud malum paruum. Ista est sententia quorundam, sed non est satis iusta: nam propter scādalum recedendum est a veritate doctrinę, & disciplinę, sed non a veritate vitæ, & sic si Ioab fuisset iudex, vel Dominus, potuisset permittere aliquid peccatum fieri non puniendo illud, vel differendo punitionem ad tempus, vt non sequeretur tantum scandalum, & tamen quòd ipse committeret aliquod peccatum, etiam si minimum esset, dum tamen esset mortale, nullo modo fieri licebat pro euitatione maximi scandali, etiam si totum regnum Israel perire deberet: & de hoc intelligitur illa regula, scilicet, vtilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur, scilicet, veritas vitę. extra de regulis iuris, capitulo. Qui scandalizauerit. Sic erat in Ioab, quia si peccatum erat numerari populum: cum nunc Ioab deberet illud exequi, faceret contra veritatem vitę, quę non est relinquenda propter scandalum. Ideo dicendum, sicut prius, scilicet, quòd dubitauit Ioab, & propter hoc non peccauit exequendo mandatum, vel si fuit peccatum, quòd fuit leue.

De quibusdam verbis, quæ dixit Ioab ad Dauid, scilicet. Quare Dominus meus quærit hoc, &c. Quæst. X.

QVAERITVR vlterius, quomodo dixit Ioab ad Dauid, quare Dominus meus quærit hoc, quod in peccatum reputetur Israel: nam ista numeratio non erat reputanda Israelitis in peccatum, quia ipsi non faciebant illam, sed Dauid, & illi inuiti patiebantur.

Responderi potest vno modo, quòd Ioab intelligebat, quòd reputaretur in peccatum ipsi Dauid, & tamen propter auctoritatem eius noluit dicere, quòd reputaretur in peccatum ei, sed populo. Et tamen Dauid intelligeret per ista verba Ioab, quòd ipse dicebat, quòd imputaretur ei in peccatum. Aliter potest dici, quòd Dauid peccabat in hoc, & tamen Ioab putabat peccatum esse puniendum propter peccatum regis: ideo non locutus est de peccato Dauid, sed de pœna populi, dicens, quòd in peccatum reputetur Israel, idest, reputetur in pœnam peccati, scilicet, quòd ita dabitur pœna populo pro hoc, sicut si peccaret.

Alio modo etiam potest dici, quòd Ioab putabat, quòd populus puniretur, quia numerabatur contra legem. Nam Deus dixit, quòd quando tollenda esset summa populi, acciperetur dimidium sicli a quolibet, & non esset plaga disperdens, quasi dicat, si non solueretur precium, esset plaga disperdens, & tamen Dauid iubebat numerari populum non soluto

Universidad de Deusto
Biblioteca

precio, ideo timebat Ioab, quòd esset plaga in populum, & sic reputaretur ei in peccatum.

De punitione populi. Quæst. XI.

QVAERITVR vlterius cum in ista numeratione populi solum peccauerit Dauid, quomodo punitoatur populus. Aliqui dicunt, quòd fortè populus consenserat sibi in hac numeratione, & ob hoc puniebatur. Sed istud non stat propter quinque. Primò, quia si propter consensum, vel fauorem præstitum regi ad hoc aliquis puniretur, potius deberet puniri ipse, qui principaliter mouebat istud, & operabatur, scilicet, Dauid, & tamen ipse non punitus est, non ergo puniebatur populus, quasi in hoc consensisset regi. Secundò patet, quia non cadebat in populum iste consensus, vel fauor: nam consentire, vel fauere eis, quę rex facere vult pertinet ad principes, & consiliarios suos, qui sunt in curia eius, & tractant facta regni. Ad rusticos autem, & agricultores, qui per diuersa loca morantur ad colendum terram, non pertinet hoc, quia ipsi nihil sciunt de negotijs regis. Et tamen hic plurimi, qui fuerunt occisi fuerunt de popularibus, qui erant extra Ierusalem: nam cum extenderet Angelus manum suam super Ierusalem, Deus iussit illi cessare, vt patet infra in litera. Ideo videtur, quòd non propter consensum, & fauorem præstitum circa istam numerationem puniebatur populus, quia sic soli principes morerentur. Tertiò patet, quia omnes principes exercitus repugnauerunt Dauid super ista numeratione, vt patet supra in litera. Et capiebat rex consilium cum illis: quomodo ergo verisimile erat, quòd populares, quibus nihil pertinebat defectus regis fauerent ei in hoc. Quartò patet, quia non petebatur in hoc consensus populi, quomodo ergo consentiret, vel faueret? Non enim poterat esse iste consensus, nisi quòd placeret eis de ista numeratione, quam rex faciebat, & tamen non est verisimile, quòd placeret eis, nisi esset in eorum vtilitate, quod falsum est, quia potius patiebantur damnum, cum ad istam numerationem faciendam oporteret principes discurrere per omnia loca terræ Israel, & in hoc aliqualiter grauarent eos, apud quos manerent, potissimè quia istud erat aliquid insolitũ, & homines non gaudent quando vident circa se fieri aliqua insolita. Quintò patet, quia Dauid dixit ad Deum: Ego sum, qui peccaui: isti oues sunt, quid fecerunt? vertatur, obsecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei, vt patet infra in litera: & secundo Regum vigesimoquarto. Et sic Dauid dicit, quòd populus nihil mali meruerat in hoc, sed solum ipse, & domus patris sui, ergo populus non præstiterat fauorem ad hoc, quòd fieret numeratio. Aliquis dicet aliter, scilicet, ꝙ populus punitus est solum propter peccatum regis, dato quòd nihil peccasset in hoc, aut in alio. Sed dicendum, quòd ista sententia est dura, nec est vera: nam nullus punitur nisi propter peccatum, quod aliquo modo est suum. Et quãdo dicitur communiter, quòd rex punitur pro peccato populi, est sensus, quòd rex in aliquo peccauit, & populus consensit ei in peccato illo, fauendo, vel cooperando, vel quod minus est si rex peccauit, & populus potens prohibere eum non prohibuit, peccauit. Et istud peccatum non est peccatum regis, sed populi: nam peccatum regis est inquantum facit; peccatum autem populi inquantum fauet, vel saltem non prohibet, & sic quando punitus fuerit tũc populus, non punietur pro peccato regis, sed pro peccato suo, Dicitur tamen puniri pro peccato regis, quia illud peccatum ortum habuit a rege. Sic etiam interdum populus peccat, & rex cum posset corrigere, non corrigit, & quia ad eum pertinet corrigere, Deus requirit hoc de manu eius, iuxta illud Ezechie. tertio. & trigesimosecundo. Et sic peccat, & punitur pro ista omissione, sicut mortuus fuit Heli, quia omisit castigare filios suos, vt patet 1. Regum quarto. Et tunc verè punitur rex, vel prælatus pro peccatis suis, scilicet, pro omissione. Dicitur tamen puniri pro peccatis populi, quia peccatum illud regis, vel prælati ortum habuit a peccato populi, scilicet, quia prælatus non omisisset nisi populus commisisset. Alius modus est, quo dicitur puniri populus pro peccato regis, & rex pro peccato populi, scilicet, quia aliquando rex peccauit grauiter, & etiam populus peccauit, & meretur infligi sibi pestem: Deus tamen parceret populo, vel differret pœnam eius ad alterum tempus, nisi propter peccata regis, scilicet, quia rex grauiter peccauit, & vult, q̃ grauiter puniatur dolendo nimis, quòd videat populum suum perire. In hoc casu populus pro peccato suo punitur, quia præsupponitur, quòd meruerit, & tamen non puniretur tunc, nisi rex peccauisset, vt ipse simul puniretur, & in hoc casu non præsupponitur, quòd populus fauerit regi in aliquo peccato, vel non prohibuerit eum, cùm possit, sed solum propter peccatum regis punitur populus eo tempore, quo aliàs non puniretur, & sic differt iste casus nimis a præcedenti. Aliquis autem dicet, quòd istud est iniustum, quòd populus, qui nullo modo peccauit cum rege, puniatur propter peccata eius.

Dicendum, quòd populus non punitur hic pro peccato regis, sed pro suo. Et tamen subtrahit ei Deus beneficium diuturnæ expectationis, quod aliàs impenderet, nisi obstarent peccata regis, quòd autem aliquis noceat alteri peccatum est, quod tamen non benefaciat, & in casu, in quo non obligatur, non facit ei iniuriam. Et sic est hic de Deo. Interdum autem est sic de populo, scilicet, quòd populus peccauit grauiter, & etiam rex. Et meretur rex incidere in calamitatem propter peccata sua, & tamen Deus non infligeret ei pœnam totam, quam meretur, vel saltem illam differret, nisi pro peccatis populi. Et sic rex pro peccato suo punitur: & tamen pro peccato populi subtrahitur ei beneficium diuturnæ expectationis, quod aliàs non subtraheretur. Istis modis dicitur populus puniri pro rege, & rex pro populo. Quòd tamen aliquando rex non peccauerit in se, nec etiam populo permisit peccare, & puniuerit peccata eorum quantum potuerit, & tamen puniatur pro peccatis populi falsum est, nec Deus vnquam talem pœnam intulit. Sic etiam quòd populus non peccauerit in se, nec regi peccanti fauerit, sed eum quantum potuerit ne peccaret impediuerit: & tamen punitur pro peccatis regis, falsum est. Ideo etiam falsum est, quòd populus non peccauerit hic aliquo modo, & solum propter peccata regis punitus fuerit.

Dicendum ergo est, quòd populus non peccauerat circa numerationem, quia non pertinuerat eam fieri, nec fauerat in illa: fecerat tamen multa alia peccata, propter quæ merebatur istam plagam, quæ nunc inflicta est: & tamen Deus non dedisset eam nunc nisi numeratus fuisset populus, & sic beneficium diuturnæ expectationis Deus subtraxit nunc populo propter peccatum Dauid, sed non puniuit propter peccatum regis aliquo modo, sed propter suum.

Quare

Quare populus, & non Dauid fuerit punitus a Deo. Quæst. XII.

QVAERITVR vlterius cum populus non peccauerit in numeratione ista, & Dauid peccauerit, quare saltem Dauid non punitus est, sicut populus. Nam ipse non fuit punitus peste, nec etiam cognatio sua, vt colligitur in litera ex verbis Dauid, scilicet. Conuertatur manus tua super me, & super domum patris mei. Respondeti potest vno modo, quòd Dauid meruit magnam pœnam pro numeratione ista, & tamen doluit nimis, quòd offendisset Deum, & merito contritionis remissum est peccatũ. Sic enim fuit quando Dauid adulteratus est cum Bethsabee, & occidi fecit Vriam. Nam Propheta Nathan declarauit ei magnum peccatum suum. Et tunc dixit Dauid peccaui Domine, & Nathan illico respondit: Dominus quoque transtulit peccatum tuum non morieris. 2. Regum 12. Secundo modo potest dici, quòd Dauid punitus fuit pro isto peccato, & tamen non fuit punitus immediatè in peste illa, quę inflicta est, sed Deus distulit pœnam eius ad alia tempora. Solet enim Deus longo tempore expectare peccantes, quia ideo expectat nos Deus, vt misereatur nostri. Isai. 30. peccata autem populi, pro quibus nunc venit ista pestis, fortè erant iam ex multis temporibus, & non satisfecerat populus pro illis. Ideo Deus noluit diutius expectare, sed intulit pœnam. Peccatum autem Dauid erat nouum, & Deus distulit pœnam ad aliud tempus. Tertiò modo potest dici, quòd Dauid punitus fuit nunc pro isto peccato, & fuit pœna in duobus. Primò, quia populus iste peribat. Nam licet pestis in populo esset pœna ipsius populi, tamen etiam erat pœna Dauid, licet nõ tam directè, cum populus sit aliquid regis, sicut interdum Deus infligit homini in pœnam peccati, quòd occidit filios eius, & dolor susceptus ex illa morte filiorum est pœna peccati. Sicut si ipsi patri irrogaretur aliqua pœna in corpore suo. Sic erat nunc, quia populus erat ipsius regis, & totum bonum regis est populus, quia excellentia principantis est secundum excellentiam subiectorum, vt patet primo Politic. cap. 3. Sed nunc multi de subditis Dauid excellentibus moriebantur, & per hoc minuebatur honor suus & potestas, ideo puniebantur. Item quia sicut dicitur Prouerbi. decimoquarto. In multitudine populi est dignitas regis, & in paucitate plebis est ignominia principis. Sed nunc populus Dauid minuebatur, ideo minuebatur gloria sua, & efficiebatur ignominiosus, & sic erat pœna. Secunda pœna fuit passio, quam tolerauit Dauid in corpore suo: nam videns Angelum Domini euaginatum gladium habentem, fuit nimis territus, ita quòd non potuit ire ad templũ Domini infra. Et dicunt, quòd ex eo tempore tãtus terror eum inuasit, quòd immutatũ est corpus eius, & infrigidatum ita, quòd calefieri nõ posset licet operiretur vestibus, & propter hoc quęsita est adolescentula virgo, quę cubaret in sinu Dauid, & calefaceret eum. tertio Regum primo. Dicendum autem, quòd secũdum veritatem Dauid merebatur mori propter istam numerationem populi, & ipse mortuus fuisset principaliter in ista peste nisi propter duo. Primò, quia doluit nimis de peccato, & orauit sibi remitti, vt patet infra in litera, scilicet. Peccaui nimis, vt hoc facerem, obsecro, aufer impietatem serui tui, quia insipiẽter egi. Secundum fuit propter nimiam charitatẽ, quam Dauid habuit cum populo in conditionibus pœnę sibi oblatis. Nam dabatur ei optio in tribus, scilicet, quòd septem annis famis esset, vel tres menses sterilitatis, & fugæ, aut tribus diebus pestilentia,

Alph. Tost. in lib. I. Paralip.

secundo Regum vigesimoquarto. Si autem elegisset Dauid famem non pateretur, quia ipse posset habere fruges pro toto tempore. Si autem persecutionem hostium, etiam non pateretur, quia habebat fortissimos custodes, sed damnum erat in exercitu. Elegit tamen pestem, in qua poterat ipse primus perire, & quia in hoc habuit magnam charitatem cum populo, & ordinatum affectum, meruit nimis, & non percussit eum Deus peste. Non tamen propter hoc remisit totam pœnam peccati, sed transtulit eam. Sic enim factum est quãdo Dauid occidit Vriam, & adulteratus est cum Bethsabee: nam ipse pro hoc a Deo occidendus erat, doluit tamen nimis, & dixit: Peccaui Domino. Illico autem Nathan dixit ei: Dominus quoque transtulit peccatum tuum non morieris, secundo Regum duodecimo. Ecce non dixit Dominus remisit peccatum tuum, sed transtulit, quamquàm doluisset Dauid. Et translatio fuit, vt puniretur in eo, in quo deliquerat. Ipse autem deliquerat in duobus, scilicet, in homicidio, & adulterio. Pro adulterio datum est, quòd moreretur paruulus natus de adulterio, Pro homicidio datum est, quòd non exiret gladius de domo Dauid, eodem capitu. sicut factum est, quia postea tres filij eius occisi sunt gladio, ideſt, Amon, secundo Regum decimotertio, & Absalon, secundo Regum decimooctauo. & Adonias, tertio Regum secundo. Sic fuit hic, quia Deus transtulit pœnam istius peccati, & puniuit ipsum Dauid in eo, in quo peccauerat. Ipse autem peccauerat in quadam elatione de multitudine populi, & propter hoc numerabat illum, vt gloriaretur considerata tanta summa. Deus autem puniuit eum minuendo de summa populi septuaginta millia virorum, qui perierunt peste, infra in litera. Et quia Dauid ex ista gloriatione consolaretur nimis, & lętaretur, Deus dedit ei afflictionem in corpore suo vsque ad mortẽ, scilicet, quòd infrigidaretur corpus suum, & cum operiretur vestibus non calefieret, vt supra dictum est.

Quomodo peccauerit Dauid numerando populum. Quæst. XIII.

QVAERITVR vlterius, in quo peccauit nunc Dauid numerando populum.

Respondet Iosephus septimo Antiquita. & plurimi Hebręorum, quòd peccatum fuit, quia numeratus est populus, & non fuit collecta summa pecuniæ. Lex enim iubebat, quòd cum tolleretur summa filiorum Israel, quilibet daret dimidium sicli, & non esset plaga disperdens in populo. Ex quo innuitur, quòd si tolleretur summa, & non pecunia, quòd esset plaga disperdens in populo. Exo. trigesimo. Et motiuum suum ad dicendum istud est, quia vident, quòd secuta fuit plaga in populo numerato post istam numerationem. Sed dicendum est, quòd non fuit in hoc peccatum suum principaliter, sed magis in elatione, quia ipse voluit numerare populum propter elationem, vt gloriaretur de tanta multitudine populi. Ideo dato, quòd colligeret summam pecunię ab omnibus numeratis, sequeretur plaga, quia iniustè mouebatur ad numerandum.

Dicendum igitur, quòd peccatum Dauid fuit in inani gloria, quam voluit habere de magna summa populi. Et etiam peccauit, quia cum numeraret populum, dato quòd indebitè numerabat, saltem debuisset summam pecuniæ colligere.

si plaga secuta est in populo propter numerationem, vel quia non tolleretur pecunia in numeratione. Quæst. XIIII.

QVAERITVR vlterius si Dauid collegisset istam summam a populo numerando illos, an sequeretur pestis. Et an propter hoc, ꝙ non tolleretur pecunia in numeratione populi, deberet semper sequi plaga.

Respondendum est, ꝙ ad hoc, ꝙ populus posset iuste numerari, non solum requirebatur, quòd colligeretur pecunia de numeratis, sed etiam quòd esset aliqua causa iusta ad numerandum, quia aliàs si aliquis princeps numeraret populum pro causa illicita, vt pro inani gloria, vel aliqua vtilitate indebita, quam inde consequeretur, & daret pecuniam Deo secundum legem, & propter hoc non veniret plaga, sequeretur, quòd Deus permitteret alicui peccare, dum tamen daret pecuniam Sanctuario. Et sic etiam possent principes inter Hebræos committere quæcunq; mala numerando populum, & tamen non punirentur de illis propter pecuniam, quam darent Deo, quod absurdum est. Dicendum ergo, quòd illa lex: Exo. trigesimo, intelligitur in casu, in quo licitè posset populus numerari. Nam sæpe populus numerandus erat ad multas necessitates, vt ad bella, & ad similia. Et tunc dato, quòd esset causa iusta numerandi, si nõ solueretur certa summa, s. dimidium sicli a quolibet, esset plaga in populo. Dicendum etiam est, ꝙ interdum aliquis rex vellet numerare populum sine causa, vel ex causa non honesta, & colligeret pecuniã a populo, peccaret dupliciter, scilicet, contra Deum, & populum. Contra Deum quidem, quia ex causa iniusta populum numerabat. Contra populum autem, quia cogebat populares ad soluendum pecuniã indebitè. Nam populus dabat pecuniam, & sic non erat necesse numerari illum. Cogebat rex populum sine causa dare pecuniam, & teneretur ei ad restitutionem, & ista fortè fuit causa quare Dauid non iussit nunc, quòd Ioab colligeret dimidium siclum a quolibet numerato, scilicet, quia sine aliqua causa, & vtilitate populi faciebat illum nunc numerari solum, vt ipse gauderet de magnitudine summæ: ideo iniustũ ei vilum est, quòd cogeret populum ad soluendum tantam summam pecuniæ sine causa, & sic non iussit. Cum autem quæritur, si populus numeraretur, & non solueretur summa pecuniæ, an semper deberet sequi plaga.

Respondendum, quòd in numeratione si aliqua culpa esset ex parte populi, non est dubium, quin sequeretur plaga. Si tamen est culpa solum ex parte regis iubentis numerari, non puniretur populus. Pro quo sciendum, quòd aut numeraretur populus ex causa iusta, aut sine causa, vel ex causa inhonesta. Si primo modo, aut populus recusaret dare pecuniã, aut rex non peteret illam, vel nollet recipere. si rex non peteret, aut recipere nollet, licet populus non solueret, non sequeretur plaga in populo, quia non peccabat populus, sed rex. Si autem populus recusaret dare pecuniam, puniretur populus. Et in hoc casu intelligitur Exodi trigesimo, scilicet, quòd esset plaga disperdens in populo, si non daret quilibet de numeratis dimidium sicli. Si autem populus numeraretur sine causa, vel ex causa iusta, videtur quòd non obligaretur ad soluẽdam pecuniam, dato quòd peteretur, quia tunc sequeretur, quòd lex obligaret populum ad sustinendum omnes fraudes, & calumnias, quas vellet facere princeps. Nam sæpe aliquis rex vellet numerare populum propter aliquam vtilitatem, quam inde consequeretur. Et si quilibet vice teneretur populus soluere pecuniam, posset rex sic spoliare populum occasione legis, quod absurdum est, ideo non tenetur soluere dimidium sicli, licet numerarentur, & non punirentur propter hoc.

De discordia, quæ habetur in quibusdam verbis hic, & secundo Regum cap. vigesimoquarto, circa multitudinem numeratorum. Quæst. XV.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, ꝙ inuentus est de Israel numerus mille millia, & centum millia virorum, quia 2. Regum 24. dicitur, quòd inuenti sunt octingenta millia virorum.

Respondent quidam Hebræi, quòd Ioab faciebat inuitus istam numerationem, ideo volebat afferre regi paruam summam, & ad hoc fecit duas summas, scilicet, vnam paruam, & aliam maiorem, & illam paruam volebat offerre Ioab Dauid. Et si fortè iratus retur offerret ei maiorem, & summa parua istarum ponitur 2. Regum 24. & summa magna ponitur hic. Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia si Ioab propter hoc, quòd inuitus faciebat, aliquid minus bene faceret in ista numeratione: Istud esset quantum ad releuationem laboris sui. s. quòd non totum populũ numeraret, sicut dicitur supra in litera, quòd tribum Beniamin, & Leui noluit numerare, eo quòd inuit' exequebatur regis imperium, quòd tamen faceret duas summas non pertinebat ad releuationem laboris, ideo non erat verisimile, quòd hoc faceret. Secundò patet, quia non erat verisimile, quòd Ioab daret summam minorem Dauid. Et postea si iratus esset daret ei maiorem, quia tunc magis iratus esset Dauid ipsi Ioab videns, quòd voluisset ei illudere. Tertiò patet hoc, & efficacius, quia tam hoc quod habetur hic quàm 2. Reg. 24. fuit regi Dauid exhibitum. Nã vtrobique dicitur, quòd Ioab dedit ipsi Dauid istum numerum. Aliquis dicet aliter. s. quòd ponitur hic summa omnium tribuum: & tamen 2. Regum 24. non ponitur summa tribus Beniamin, & Leui cum alijs tribubus, & istud in quo excedit ista summa ad illam, est propter Leui, & Beniamin.

Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia tribus Beniamin, & Leui non fuerunt numeratę, vt patet hic. Ideo summa earum non fuit posita hic, nec secundo Regum vigesimoquarto. Sed aliquis dicet, quòd dato quòd Ioab non numerasset istas duas tribus, nec dedisset illas regi: tamen Esdras, qui scripsit librum istum sciebat spiritu Prophetico quanta erat tunc summa illarũ duarũ tribuũ, & adiũxit eã cũ summa aliarum tribũ, quę numeratę fuerant a Ioab, & sic faciunt istam summam, quæ habetur hic.

Dicendum, quòd adhuc istud non potest stare, quia hic solum ponitur summa de alijs tribubus præter Beniamin, & Leui, quia dicitur, quòd ista summa, quę habetur hic dedit Ioab ipsi Dauid. Ideo non fuit ei data summa Beniamin, & Leui, sed aliarum tribuum. Dicendum ergo, quòd discordantia istarum summarum est propter hoc, quòd Ioab numerauit omnes tribus Israel prꝛeter Leui, & Beniamin, quæ perueniebant ad istam summam, quę habetur hic, & dedit eam Dauid in libro, in quo scripserat, & non dedit illam, quę habetur secundo Regum vigesimoquarto. Postea autem Dauid elatus ex tanta multitudine populi iussit illam scribi in libris historiarum suarum per summas particulares, & quia incepit plaga Dñi ꝙ populũ, dũ scribentur istę summę in libris regis non fuerunt scriptę omnes summę particulares, ex ꝙbus posset eligi ista summa, quæ habetur hic, sed poterat colligi ex illis illa summa, quę habetur 2. Reg. 24. Et ideo Ieremias, quando scripsit libros regum, secutus est libros fastorum regis, qui aliàs vocantur libri verborum dierum regum Iuda, qui sępe allegantur in libris regum, & posuit solum illam summam, quam potuit colligere ex eis, & est illa, quæ habetur 2. Reg. 24. Esdras autem non curauit sequi illam summam, sed posuit summã totalem, quam collegit Ioab, & posuit illam hic. Istud colligitur infra 27. cũ dicitur: Ioab filius Saruiæ cępe-rat numerare, nec compleuit, quia super hoc ira irrue rat in Israel, & iccirco numerus eorum, qui fuerant recẽsiti non est relatus in fastos regis Dauid. De hoc autem magis declaratum est 2. Reg. 24. in quadam quęstione.

De discordia, quæ habetur hic, & secundo Regum capitu. vigesimoquarto circa numerum in tribu Iuda. Quæst. XVI.

QVAERITVR vlterius, quomodo ponitur hic minor summa in tribu Iuda, quàm secũdo Reg. 24. quia ibi ponuntur quingenta millia, & hic solum trecenta millia, & septuaginta. Et istud est contra consuetudinem istius libri, quia iste liber est ad supplendum ea, quæ omissa fuerunt in libris regum, & ideo debet poni hic maior summa, quàm ibi, sicut patet in summa tribuum Israel, quia ponuntur hic mille millia, & centum millia. Et ibi ponuntur solum octingenta millia, nec possumus negare quin fuerint quingenta millia, cùm Scriptura ibi expresserit illud. Nam possumus dicere fuisse maiorem summam, quàm exprimatur in sacra Scriptura, quia per hoc non repugnamus ei, & tamen dicere fuisse minorem, quàm exprimitur, est negare Scripturam. Aliquis dicet, quòd hic est minor summa tribus Iuda, quàm ibi, quia ibi ponitur tota summa, quæ collecta est, & hic subtrahuntur omnes illi, qui mortui sunt in ista peste. Sed istud non stat, quia dato, quòd omnes, qui mortui sunt in ista peste, essent de tribu Iuda, quod fallum est: non deficeret tanta summa, quia solum perierunt septuaginta millia, vt patet infra in litera, & secundo Reg. 24. Et tamẽ de tribu Iuda deficiunt hic centum, & triginta millia, quia hic ponuntur trecenta, & septuaginta millia, & 2. Reg. 21. ponuntur quingenta millia. Secundò patet, quia tota summa numeratorum de tribu Iuda, & de alijs tribubus fuit oblata Dauid antequã inciperet pestis. Ideo non poterat detrahi de aliqua summa illarum numerus morientium in peste. Et tamen illa summa, quæ habetur hic, fuit exhibita regi, vt patet in litera. Ideo non fuit aliquid subtractum de ista summa 2. Reg. 24. quia etiam ibi dicitur, quòd illa summa fuit data Dauid. Dici potest, quòd verum est, quòd de tribu Iuda fuerunt quingenta millia, sicut habetur secundo Reg. 24. hic tamen omisit Esdras quandam partem illius summæ. Sic enim interdum fit in isto libro, quia narrantur ea, quæ habentur in libris regum, & ponuntur maiores numeri hic, ꝙ ibi. Sic patet supra 19. in bello Dauid contra Syros. Nam subtricentur ibi quingenta octo millia virorum fugientium de bello, quæ expressa fuerant secundo Reg. 10. ita forte factum est hic. Istud satis posset tolerari, sed quia non apparet aliqua causa, quare Esdras diminuerit istum numerum, non satisfacit. Nam nimis differt, quòd Esdras subtraheret hic aliquem numerum, qui habetur in libris regum nihil exprimendo de illo, & aliud est, quòd ponat numerum, qui ibi ponitur, & tamen in minori summa. Nam primum potest fieri sine causa aliqua speciali, eo quòd ea, quæ subtrahuntur hic, fuerunt posita in libris Regum. Secũdum tamen non potest fieri sine causa, quia saltem poneret Esdras numerum, qui habebatur in libris Regum. Dicendum ergo videtur, quòd Esdras subticuit istum numerum hic ex causa. Nam secundum veritatem summa tribus Iuda oblata regi fuit quingẽtorum millium, sicut dicitur 2. Reg. 24. & illud erat computando omnes viros de tribu Iuda a viginti annis, & supra tam existentes in ministerijs regis, quàm manentes in locis suis per sortem tribus Iuda: hic autem computati fuerũt omnes, qui erant in tribu Iuda demptis illis, qui erant in ministerio regis. Pro quo sciendum, quòd cum Dauid rex esset de tribu Iuda, ferè omnes seruitores sui, qui cum eo erant continuè in curia, & alij, qui erant per diuersa loca ministrando in officijs sibi datis a rege erant de tribu Iuda, & isti erant centum, & triginta millia, & erant iam scripti in libris regis propter officia regalia, quæ administrabant, & sic non oportebat eos numerari denuo. Ioab tamen quando tulit summam, & dedit eam Dauid, non solum dedit de illis, qui erant per diuersa loca nõ administrantes aliqua officia regalia, sed etiam de illis, qui iam numerati erant, & administrabant officia regis. Esdras tamen non curauit hic ponere illos, qui erant assignati officijs regis, quia illi iam numerati erant, sed posuit summam illorum, qui non numerati fuerant. Et ideo deficiunt hic centum, & triginta millia de illa summa, quæ habetur secundo Reg. 24. De hoc etiam dictum est ibi magis in quadam quæstione.

De multitudine virorum tribus Iuda & paucitate aliarum tribuum. Quæst. XVII.

QVAERITVR vlterius quomodo fuit tanta summa virorum de tribu Iuda, & tam pauca summa aliarum tribuum. Nam tribus Iuda habuit hic ferè tantum, sicut sex tribus de alijs quia tribus Iuda habuit quingenta millia, & aliæ tribus simul sumptę habuerunt solum mille millia, & centum millia.

Respondendum est, ꝙ hoc poterat prouenire ex multis simul collectis. Primũ quia non accepta fuit hic summa de omnibus tribubus. Nã duę tribus. s. Beniamin, & Leui fuerunt omissæ. Non. n. computauit eas Ioab, quia inuitus exequebat imperiũ Dauid, vt patet. s. in litera. Secundũ erat, ꝙa tribus Iuda semper fuerat maior alijs tribubus, vt paret in duabus numeraitonibus, quæ factę sunt in deserto. s. in monte Sinai, & in cãpestribus Moab. Nu. 1. & 26. Habebat. n. tribus Iuda vltra septuaginta millia. Et quędã tribus erãt, ad quas tribus Iuda erat tripla, & plus, eo ꝙ quędã non excedebãt viginti duo millia virorũ, sicut fuit de tribu Simeon: Nu. 26. Tertiũ erat, ꝙa contingit quasdã ꝓgenies aliquo tpe esse multiplicatas, & alio tempore diminui, sicut pater de tribu Simeon. Nam in prima numeratione eius, quæ fuit in deserto Sinai anno 2. ab exitu de Aegypto fuerunt quinquaginta nouem millia, & trecenti, & postea anno quadragesimo ab exitu de Aegypto in cõputatione facta in cãpestribus Moab, vbi debebat esse maior multitudo filiorum Simeon, q̃ prius, fuerunt solum viginti duo millia, & ducenti viri: Num. 26. Ita fortè contigit nunc, ꝙ tribus Iuda esset multiplicata valde, & alię tribus essent diminutæ, & sic perueniret tribus Iuda ad tantam summam, & aliæ tribus ad tam paruam. Quartum erat, & ꝓcipuum ex accidenti temporis, in quo fiebat numeratio. Nam poterat numerari nunc vna tribus, in qua non essent hodie centum millia virorum, & vsque ad duos menses essent ducenta millia virorum in ea, quod patet, quia in istis numerationibus solum

solum ponebantur illi, qui erant a viginti annis, & supra. Et illi, qui non habebãt completum vicesimum annum etiam si solum deficeret eis vnus mensis non computabantur. Et de istis, qui erant in anno decimonono, & nondũ compleuerant vicesimum, poterant esse centum millia in vna tribu, & non computaretur aliquis eorum. Et si post vnum mensem, vel duos fieret computatio, omnes isti peruenissent iam ad annum vicesimum, & essent centum millia virorum in illa tribu plus nunc, quàm prius. Et isto modo potuerat esse, quòd si numeratio ista facta fuerat per vnum, vel duos menses prius, non fuerant trecenta millia virorũ in tribu Iuda, & potuerat esse, quòd si fuerat facta ista numeratio post hoc per duos menses, fuerant in omnibus tribubus Israel plusquam bis mille millia virorum. Et sic non est admirandum de tanta multitudine tribus Iudæ, nec de tanta paucitate aliarum tribuum.

De quibus tribubus intelligatur per hoc nomen Israel. Quæst. XVIII.

QVAERITVR vlterius quomodo computatur hic Israel, ideſt, quæ tribus intelliguntur nomine totius Israel.

Respondendum est, quòd a principio nomine totius Israel intelligebantur omnes descendentes di stirpe Iacob de quacunque tribu essent, etiã si essent de tribu Leui. Postea autem Deus voluit separare tribũ Leui ad ministrãdum sibi, & iussit, quòd non conputarentur Leuitæ cum alijs tribubus Israel, vt patet Num. primo, sed summa Leuitarum tollebatur per se per alium modum: Num. 3. & 26. Verum est tamen, quòd aliquando nomine totius Israel intelligebatur tribus Leui, & aliquando non. De quo satis declaratum est supra 12. in quadam quæstione. Manebant autem duodecim tribus, quæ intelligebantur nomine Israel, inter quas erat præcipua tribus Iuda. Et ista cepit postea per se computari, & tunc manserunt vndecim tribus, quę intelligebantur communiter nomine Israel. Sed in hoc considerandum, quòd aliquando computabatur tribus Iuda per se, quia diuisa erat ab alijs tribubus, & aliquando computabatur per se, quamquàm non esset diuisa. De secundo patet, quia tempore Saulis non erat tribus Iuda distincta ab alijs tribubus, & tamen per se computabatur, & sic patet in bello Saulis contra Ammonitas. Nam dicitur, quòd fuerunt filiorum Israel trecenta millia virorum, & de Iuda triginta millia. Et in bello Saulis contra Amalecitas dicitur, quòd recensuit eos quasi agnos ducenta millia peditum de Israel, & decẽ millia virorum Iuda: primo Reg. 15. & 11. Sic fuit nũc, quia quando Dauid erat rex super totum Israel, tribus Iuda non erat diuisa ab alijs, & tamen computatur hic per se: quòd autem tribus Iuda esset diuisa ab alijs, & per se computaretur fuit bis. Primo tempore, quo cepit regnare Dauid super Iudam mortuo Saule. Nam tunc erat tribus Iuda vnum regnum per se, & alię tribus vndecim vnum regnum, & tunc nomine totius Israel intelligebantur vndecim tribus. Deinde regnum fuit reunitum tempore Dauid, & omnes duodecim tribus erant vnum regnum, & poterant intelligi nomine Israel. Et durauit hoc tempore Dauid, & Salomonis, deinde deuisum est regnum tempore Roboam filij Salomonis, manseruntque cum eo duę tribus, scilicet, Iuda, & Beniamin, & aliæ decem tribus datę sunt Ieroboam regi, vt patet tertio Regum 11. & 12. Et tunc nomine Israel solum intelligebantur decem tribus, & istud durauit semper postea, vsquequo viri de regno Israel translati sunt in Assyrios per Salmanasar regem, & mansit solum regnum Iuda, vt patet quarto Regum 17. Quando autem tribus Iuda per se nominabatur, & non erat diuisa ab alijs tribubus, intelligebantur nomine Israel sem per vndecim tribus eo, quòd ipsa sola tribus per se nominabatur. Et sic fuit hic, quia nunc regnum Israel erat vnum, & tamen nominata fuit p se tribus Iuda, ideo intelligabantur vndecim tribus nomine Israel.

Quare tribus Iuda per se numerabatur. Quæst. XIX.

QVAERITVR vlterius cũ tribus Iuda esset vna de tribubus Israel quare per se numerabatur, & condistinguebatur contra Israel. Non enim potest dici, quòd erat de tribu Iuda, sicut de tribu Leui, quia tribus Leui licet esset vna de tribubus Israel: tñ non computabatur cum alijs tribubus, quia omnes de illa tribu applicabantur diuinis mysterijs: Num. primo. De tribu tamen Iuda nemo applicabatur ministrationi Sanctuarij, quia omnes erant pure laici. Sic ait Apostolus ad Hebrę. 7. quòd in tribu Iuda, de qua Christus, & Dauid fuerunt nemo altario præsto fuit nec locutus fuit Moyses quidquam de Sacerdotio in tribu illa. Dicendum est, quòd tribus Iuda pars erat populi Israel cepit tamen per se computari, tamquã esset alius Israel, & hoc fuit propter duo. Primo propter multitudinem. Secundo propter dignitatem. De primo patet, quia ista tribus fuit semper maior, q̃ quælibet alia de tribubus Israel, vt patet in duabus numerationibus, quæ factę sunt in deserto: Num. primo, & 26. Nam in vtraque excedit tribus Iuda ad omnes alias tribus, & erat plusquam tripla ad qualibet tribus, vt patet comparando eam ad tribum Simeon: Num. 26. Sic etiam fuit semper maior multitudine alijs, vnde in ista numeratione nõ solum fuit maior, quàm quælibet alia, sed etiam fuit maior, quàm quinque de tribubus Israel. Nam in tribu Iuda fuerũt quinquaginta millia virorum secundo Regum. vigesimo quarto. Et in alijs tribubus simul sumptis mille millia, & centum millia virorum supra in litera. Ideo non erat iustum computari tribum Iuda tamquam vnã de alijs tribubus Israel, sed computabatur ipsa distincta ab omnibus alijs tribubus. Secundum fuit propter dignitatem, quia ista tribus erat dignior alijs. Et primo, quia de ista tribu credebatur venturum esse Messiam, vt colligitur in benedictione Iacob: Gen. quadragesimonono. Secundò, quia Iacob laudauerat istam tribum magis, quàm alias dicendo principes, & reges futuros de illa: eod. cap. cum dicitur: Iuda te laudabunt fratres tui: manus tua in ceruicibus inimicorum, adorabunt te filij patris tui. Et propter hoc in deserto trib⁹ Iuda fuit magis honorata, quàm aliæ. Nam castramętabatur prima inter omnes, scilicet, in plaga orientali, & ipsa habebat primum vexillum: Numeri secundo. Nam quando procedendum erat, ipsa præcedebat alias in itinere: Numeri decimo. Etiam princeps tribus Iuda fuit primus, qui obtulit munera sua in die dedicationis tabernaculi, ante principes aliarum tribuum, Numeri 7. Tertiò, quia Deus voluit magis honorare istam tribũ quàm alias constituendo de ea duces populi. Nam mortuo Iosue quæsierunt Israelitę, quis eorum primus ascenderet contra Chanaam. Et respondit Deus Iudas sit dux vester, Iudic. primo. Iterum etiam quando pugnare volebant omnes Israelitæ cõtra tribum Beniamin, cõsuluerunt Dominum in Silo, dicentes: Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Beniamin? Et respondit Deus: Iudas sit dux vester. Iudi. vigesimo. Propter hoc autem tempore Saulis regis tribus Iuda erat magis honorata, quàm alię tribus,

tribus, etiã magis, quàm tribus Beniamin, licet Saul esset de tribu Beniamin: primo Regum nono. Nam tribus Iuda per se computabatur tunc, vt patet in bello contra Ammonitas: primo Regum. 11. & in bello Saulis contra Amalecitas: primo Regum. decimo quinto. Et non computabatur per se tribus Beniamin, nec aliqua alia. Quartò, quia de ista tribu venerũt semper reges postea, cum Deus promiserit Dauid, quòd regnum filiorum suorum stabiliretur in sempiternum, vt patet secundo Regum. 7. & supra 17. & Psalmi 88. & 131. Istud autem erat nunc tempore Dauid, qui erat de tribu Iuda. Ideo computanda erat per se tribus Iuda.

Quare tribus Beniamin, & Leui non fuerunt numeratę. Quæst. XX.

QVAERITVR vlterius quare Ioab non cõputauit nunc tribum Beniamin, & Leui.

Respondet Nicolaus, quòd hoc fecit, vt si Dauid de eo conquereretur, vel irasceretur, posset se excusare potius, quàm si omisisset computare aliquam de alijs tribubus. Excusatio autem quantum ad tribum Leui erat, quia Leuitæ non computabantur, sicut Israelitæ, eo quòd alij computabantur a viginti annis, & supra Exod. 30. Leuitæ autem computabantur ab vno mense, & supra Num. tertio, & 26. Quãtum ad tribum Beniamin dicit, quòd erat excusatio, quòd non computauerat illam, quia erat valde parua in multitudine, ita vt de ea fieri mentio non deberet. Et hoc, quia omnes de tribu ista perierant, quando pugnauerunt Israelitæ contra viros Gabaa, præter sexcentos, qui euaserunt in petra Remõ. Iudi. 20. & 21. Sed istę excusationes non sunt satis rationabiles. De tribu Leui patet, quia Dauid iubebat nunc numerari omnes Israelitas inquantum erant pars populi Israel, & quantum ad hoc non poterat aliquis computari, nisi qui transierat ad nomen, & numerum. Et istud erat a viginti annis, & supra Exo. 30. Et commune erat tam Leuitis, quàm alijs Israelitis. Ideo cum deberent computari nunc Leuitæ tãquàm habentes nomen in populo, computarentur a viginti annis, & supra. Et ideo non esset aliqua difficultas in computando de tribu Beniamin. Patet adhuc manifestius, quia tribus Beniamin satis magna erat nunc: nec obstat, quòd fuerit ferè tota deleta, quando pugnatum est contra viros Gabaa, quia multi anni transierant ex illo tempore vsque nunc, scilicet, quasi quadringenti, in quo tempore poterat multiplicari tribus Beniamin, vt esset maior, quàm trib⁹ Iuda nũc: quod patet, quia Israelitæ, quando introierunt in Aegyptũ erant solum septuaginta animę computando viros, & paruulos: Exod. primo. Et mansérunt in Aegypto solum ducentis, & quadringinta annis ferè, vt declaratum est eod. capitu. & Genes. decimoquinto. Et creuerunt tantum, quòd in exitu de Aegypto erant sexcenta millia peditum præter paruulos: Exod. 12. Filij tamen Beniamin, qui euaserunt destructionem in petra Remõ fuerunt sexcenti viri potentes gignere, & datæ sunt eis vxores: Iudi. 21. Et habuerunt duplum tempus, scilicet, quasi quadringentos annos, qui ab illo tempore vsque nunc fluxerant. Et ideo poterant esse vltra sexcenta millia virorum. Et sic non est verũ, quòd posset Ioab excusare se, quòd non computasset illam tribum, quia pauciſſimi erant in ea, de quibus non erat curandum. Patet præsuppositum, quòd ab exitu de Aegypto vsque ad ędificationem templi Salomonis fuerunt anni quadringenti, & octoginta tertio Regum. 6. de quibus subtrahantur quadraginta anni, quibus manserunt Israelitæ in deserto, & viginti, & septem anni, vel quasi, quibus Iosue vixit postquam introiuit in terram Chanaam, vt ait Iosephus quinto. Antiqui. Et duo, vel tres anni, vel pauci, quibus viueret Dauid post istam numerationẽ, vt declaratũ est tertio Reg. primo, & quatuor anni, quibus regnauit Salomon antequam fundaret templum tertio Regum. 6. manebunt quasi quadringenti, & decem anni. Et hoc pręsupponendo, quòd ille casus de viris Gabaa, qui accidit Beniamitis, cum alijs tribubus, fuerit illico post mortem Iosue antequam essent aliqui iudices in Israel, vt probatum est Iudi. diçimonono, & 21. Sic etiam tenet Iosephus quinto Antiquit. Illi tamen, qui dicunt, quòd tribus Beniamin habebat paucos viros tempore istius computationis, decipiuntur, quia putant, quòd iste casus fuit post tempora omnium Iudicum pauco tempore ante reges. Et motiuũ est ex ordine literæ, quia iste casus ponitur vltimus in libro Iudi. non ergo tenent istæ excusationes Nicolai.

Dicendum ergo videtur, quòd Ioab non computauit tribum Beniamin, & Leui, quia inuitus exequebatur imperium Dauid, vt patet supra in litera. Ideo si potuisset, non numerasset aliquam tribum, quia tamen necesse erat fieri numerationem, si potuisset numerasset solum quatuor, vel quinque tribus, & omisisset alias, quia tamen Dauid cognosceret istam fraudem, non ausus est Ioab omittere tot tribus, sed omisit duas. Quare tamẽ magis omiserit istas, quàm alias, fortè non fuit aliqua causa specialis, sed quia sic venit in mentem ipsi Ioab. Ita enim potuisset omittere quascunque alias duas, quãquàm de tribu Leui posset dari aliqua causa, scilicet, quòd difficilius erat computari istam tribum, quàm aliam quamcunque, quia Leuitæ non habitabant in aliqua vna regione congregati, sicut quælibet alia tribus habebat sortem suam, sed erant dispersi per totum Israel, quia quælibet tribus dabat eis aliquas vrbes in quibus habitarent, scilicet, quadraginta octo, vt patet Nu. 35. Quare autem datæ fuerint de qualibet tribu: patet Iosue 21. & §. 6. ideo oportet discurrere per omnes tribus ad computandum tribum Leui.

An Dauid præceperit Ioab, quòd tribus Leui etiam numeraretur Quæst. XXI.

QVAERITVR vlterius an Dauid iusserit, vel noluit, quòd in ista computatione numeraretur tribus Leui cum alijs. Et dato, quòd ista numeratio populi fieret ex iusta causa, an deberet tribus Leui computari cum alijs tribubus.

Ad primum dicendum, quòd intentio Dauid fuit, vel fortè iussit expresse, quòd tribus Leui computare tur nunc cum alijs tribubus, quod patet, quia dicitur supra in litera, quòd Ioab non computauit tribum Leui, & Beniamin, eo quòd inuitus exequeretur regis imperium. Si tamen Dauid non iussisset, quòd computaretur nunc tribus Leui, vel non esset ista intentio eius, frustra diceretur, quòd non computauerat Ioab tribum Leui, & Beniamin. Voluit ergo Dauid, quòd computaretur nunc tribus Leui, quia volebat scire numerum omnium subditorum suorum, & tamen Leuitę, & Sacerdotes, ita erant subditi regi, sicut laici, vt declaratum est supra in quadam quęstione.

Ad secundum dicendum, quòd si fieret computatio ex causa iusta differebat ad quid illa fieret. Nam quædam erant in quibus Leuitæ reputabantur vna tribus Israelitarum, & quantum ad hoc computabantur cum alijs tribubus. Alia autem erant, in quibus Leuitæ non reputabantur cum cęteris tribubus. Et quantum ad hoc non computabantur Leuitæ

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum cęteris tribubus. Quæ autem erant illa, in quibus reputabantur, vt vna tribus, & quæ erant, in quibus non reputabantur, declaratum est supra 12.capi. in quadam quæstione, vnde si computaretur hic populus ad eundum ad bellum, vel ad soluendum tributum, aut ad alia onera, vel negocia temporalia, non cõputarẽtur Leuitæ inter alias tribus. Si autem computarentur ad aliquid, quod pertinebat ad cultum Dei, computarentur Leuitæ cum cęteris tribubus.

Desplicuit autem Deo, quod iussum erat, & percussit Israel. Dixitque Dauid ad Deũ. Peccaui nimis, vt hoc facerem. Obsecro, aufer iniquitatem serui tui, quia insipienter egi. Et locutus est Dominus ad Gad videntem Dauid, dicens. Vade, & loquere ad Dauid, & dic ei. Hæc dicit Dominus. Trium tibi optionem do, vnum quod volueris elige, vt faciam tibi. Cumque venisset Gad ad Dauid, dixit ei. Hæc dicit Dominus. Elige quod volueris: aut tribus annis pestilentiam, aut tribus mensibus te fugere hostes tuos, & gladium eorum non posse euadere: aut tribus diebus gladium Domini in mortem versari in terra, & Angelum Domini interficere in vniuersis finibus Israel. Nunc igitur vide quid respondeam ei, qui misit me. Et dixit Dauid ad Gad. Ex omni parte me angustiæ premunt. Sed melius mihi est, vt incidam in manus Domini, quia multæ sunt miserationes eius, quàm in manus hominum.

Displicuit autem. Hic ponitur tertium huius capit. in quo ponitur diuina punitio, & diuiditur in tria, quia primo ponitur pœnæ electio. Secundò eius executio ibi.

Misit ergo Dominus. Tertiò eius ablatio ibi. *Angelus autem.* Circa primum dicitur.

Displicuit autem Deo, quod iusserat. Idest displicuit Deo numeratio populi, quam iusserat fieri Dauid: nã fecerat eam ex elatione, quæ Deo displicet.

Et percussit Israel. Scilicet, pestilentia, vt patet infra. Et ponitur istud hic per anticipationem: nam nondũ missa fuerat aliqua pœna quousque Deus dedit optionem Dauid super hoc, vt patet infra. Aliqui tamen putant, quòd fuit ista quædam pœna inflicta antequã daretur Dauid optio. De hoc ifi, quod sit verum declarabitur sequenti quæstione.

Dixitque Dauid ad Deum, peccaui nimis, vt hoc facerem. Idest peccaui nimis faciendo hoc: in quo autem Dauid cognouerit nunc se peccasse, cum prius putaret se bene agere, declarabitur infra 2.quæstione.

Obsecro, aufer impietatem serui tui. Idest rogo, quòd dimittas peccatum meum, & intelligitur hoc tam de culpa, q̃ de pœna. De culpa quidem, ne Dauid eterna liter puniretur. De pœna autem, scilicet, ne inferretur pœna temporalis pro hoc crimine. & quãquàm istud nomen impietas magis significet culpam quàm pœnam, Dauid potius orabat hic pro dimissione pœnæ, q̃ culpę. Nã de dimissione culpę certꝰ erat, eo q̃ necesse est, q̃ Deus remittat homini culpam q̃cunque ingemuerit pro peccato. De pœna tamen erat dubium, an sibi vellet remittere illam, ideo pro hac instabat orando. *Quia insipienter egi.* Idest nimis stultè egi numerando populum, & sic Dauid confitebatur culpam suam, & hoc est primum, quod requiritur ad hoc, q̃ oratio nostra accepta a Deo sit iuxta illud: iustus in principio sermonis accusator est sui.

Et locutus est Dominus ad Gad videntem Dauid, dicens. Acceptauit Dominus orationem Dauid. Ideo misit ei Prophetã nomine Gad, qui proponeret ei tria genera pœnarum, & eligeret Dauid, quod veller. Vocatur Gad videns, idest, Propheta, quia Prophetę videbant ea, quæ alij non videbant, scilicet, futuros euentus, vt ait Hiero. in Epistola ad Paulinum: & istud nomen erat antiquum inter Hebræos, scilicet, quòd illi, qui postea vocati sunt Prophetę vocabantur a principio videntes: sic dicitur primo Re. 9. f. Olim in Israel sic loquebatur vnusquisque vadens consulere Dñm: venite eamus ad videntem. Qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns.

Hæc dicit Dominus trium tibi optionem do. In hoc faciebat Deus aliquã gratiam Dauid, quia dabat ei optionem inter pœnas: & istud proficiebat ei in duobus. Primò, quia posset eligere, quam reputaret minorem omnium trium pœnarum. Secundò, quia cum caderet aliquo modo sub electione, videretur minor pœna, quia difficilius fit homini, quod omnino inuitus patitur, quàm quod aliquo modo voluntariè. *Elige vnum, quod volueris, vt faciam tibi.* Licet esset libertas quãtum ad eligendum vnum de tribus, tamen non erat libertas simpliciter in eligendo, quia nõ poterat nihil eligere istorum, sed cogebatur aliquid de illis accipere. *Cumque venisset Gad ad Dauid, dixit ei.* Erat Prophęta Gad in Ierusalem, vbi erat Dauid: ergo eadem die, qua sibi Deus reuelauit hoc retulit ipse illud Dauid. *Hæc dicit Dominus. Elige quod volueris.* Scilicet, de istis tribus. *Aut tribus annis pestilentiam.* Scilicet, quòd per totam terram Israel esset pestilentia per tres annos, licet non esset valde magna. sed 2.Reg.24.dicit: Aut septem annis veniet tibi famis in terram tuã, & non dicitur pestis, sed ista differentia infra in quadam quæstione declarabitur. *Aut tribus mensibus fugere te hostes tuos.* Dauid erat consuetus ante hoc semper vincere hostes, & fugare illos. Si autem nunc fugaretur ab eis erat sibi magnum dedecus. Et sic duo malaincidebant Dauid in hoc. Primum erat damnum magnum exercitus, & terræ suæ. f. quòd occiderentur multi de illa ab hostibus, quia non solum Dauid fugeret a facie hostium, sed etiam non posset euitare, quin multi de suis occiderentur ab hostibus. Nam sic dicitur hic tribus mensibus fugere re hostes, & gladium eorum non posse euadere. Secundum erat dedecus magnum Dauid, & regni sui. Nã ante hoc erat Dauid rex gloriosus inter omnes reges terræ, quia fecerat bella magnifica, & superauerat omnes gentes, contra quas pugnauerat, eo quòd Deus adiuuabat eum in omnibus, ad quæ perrexerat supra 18. & etiam incutiebat pauorem eius omnibus gentibus, vt nullus auderet pugnare contra eum supra 14. Quia autem nũc fugaretur semper ab hostibus, erat magnũ dedecus sibi, & regno.

Et gladium eorum non posse euadere. Istud erat difficilius, quia si viri Dauid fugarentur ab hostibus, & tamen possent se tueri intra mœnia vrbium, esset tolerabile malum, & tamen nullo modo possent se defendere etiam intra vrbes, & sic occiderentur multi de exercitu Dauid.

Aut tribus diebus gladium Domini, & mortem versari in terra. Ista erat plaga pestis, sicut cõiter putatur, & tamen vocabatur gladius Domini, quia non erat sicut alia pestis, quę solet communiter accidere, sed sicut aliquid quod specialiter fiebat a Deo, ideo erat maior, quàm aliæ pestes. *Et Angelum Domini interficere in vniuersis finibus Israel.* Angelus erat, qui intulit istam plagam. Nam Dauid vidit eum habentem gladium euaginatum, & contremuit. Et etiam Hornam Iebosęus, & filij sui viderunt eum, & fugientes absconderunt se in domo infra in litera. Et dicitur in vniuersis finibus Israel, quia in toto Israel fuit ista pestis. Et credẽdũ est nullum fuisse locum, in quo aliqui non occiderentur. *Nunc ergo vide quid respondeam ei, qui misit me.* Hoc dicebat Gad, vt Dauid cito deliberaret, & eligeret. Nam cum omnia ista essent mala, fortè Dauid morari vellet multo tempore deliberando, vt posset euadere electionẽ inter illa: ideo Gad instituit, quòd cito deliberaret, vt ipse posset illico responsum dare Deo, qui misit eum ad ipsum.

Et dixit Dauid ad Gad, ex omni parte angustiæ me premunt. Scilicet non video aliquid istorum, quod cũ desiderio eligam, quia quodcunque elegero angustia & labor est.

Sed melius mihi est, vt incidam in manus Domini. Idest melius mihi est eligere pestem trium dierum, per quod incido in manus Domini, quàm aliquid de alijs tribus. *Quia multæ sunt miserationes eius.* Idest vtilius est incidere in manus Domini, quia multæ miserationes eius sunt, & forte ipse diminuet pœnam, vel cum misericordia illã infliget, quàm incidere in manus hominum, in quibus nulla misericordia est.

Quàm in manus hominum. Scilicet, hostium: nam vna de tribus pœnis erat, quòd tribus mensibus fugeret Dauid a facie hostium, & non posset euadere gladium eorum, & istam dixit sibi non esse bonam. De illis pœnis declarabitur infra in quæstionibus.

De percussione, quam Deus dedit Israel. Quæst. XXII.

QVAERITVR circa hoc, quod dicitur supra, scilicet, quòd percussit Deus Israel, quæ percussio erat illa, an erat pestis, quæ postea secuta est, vel aliqua alia pœna. Quidam dicũt, quòd postquam Dauid numerauit populum, & data est ei summa, Deus incępit punire populum immittẽdo pestem, vel aliam pœnam quãcunque, quod cum vidisset Dauid cognouit, quod pro peccato numerationis populi euenerat ista plaga, ideo doluit cognoscens peccatum suum, & dixit: Peccaui nimis, vt hoc agerem. Et tunc misit Deus Propherã Gad ad ipsum portãtem tres conditiones pœnæ. Elegitque Dauid pestem, & secuta est. Et secundum hoc fuerunt duę pœnæ pro peccato isto, vna antequam Dauid cognosceret se peccasse, & alia postquam cognouit, & doluit. Et etiam dicunt isti, quòd quando Deus intulit primam pœnam intendebat punire populum quantũ promeruerat, & etiam occidere ipsum Dauid, qui peccauerat, quia nondum doluerat de peccato. Postea tamen cognouit Dauid peccatum, & fleuit, & Deus mutauit sententiam, & modum punitionis dans Dauid, quòd eligeret in tribus pœnis. Istud satis conuenit ordini literæ istius, quia primo dicitur hic, quòd Deus percussit Israel, deinde quòd Dauid cognouit peccatum, & postea data est electio de tribus pœnis. Alius modus dicendi est, quòd non fuit data alia pœna præter pestem, de qua infra habetur. Et illa non fuit antequam Dauid cognosceret peccatum suum, sed postea, quando proposita fuit ei electio de tribus pœnis. Et cum dicitur hic, quòd percussit Deus Israel, dicunt quòd dicitur per anticipationem, quia multa ponuntur in scriptura per anticipationem, & recapitulationem. Vterque modus istorum posset sa-

tis tolerari: sed secundus est verus, quia dato primo modo fuisset modus cognoscendi Dauid peccatum suum per pœnam inflictam, & tamen non cognouit per pœnam, sed per stimulum cordis, vt sequẽti quæstione declarabitur. Secundo patet, quia cum supra ponitur, quòd Deus percussit Israel, non dicitur quis modus plagæ fuerit, & tñ si fuisset illa percussio distincta a peste, quã postea Dauid elegit, poneretur, quæ pœna fuisset: quia tamen Scriptura intendebat, q̃ vtraque erat eadem, supra nihil declarauit de modo pœnę, sed postea declarat. Tertiò patet ex eo, quod habetur 2. Reg. 24. quia ibi ponitur ista historia, quę hic, & tamen nihil exprimitur ibi de illa percussione Dei, quę supra ponitur, antequã Dauid cognosceret peccatum suum, sed de illa solum peste, quam elegit Dauid, ideo videt, quòd nulla alia fuerit, sed quòd istud ponatur hic per anticipationem.

De cognitione peccati Dauid. Quæst. XXIII.

QVAERITVR vlterius cum Dauid putauisset a principio bene agere, iubendo populũ numerari, quomodo cognouit postea, q̃ male egisset.

Responsio ista pendet ex præcedenti quæstione. Nam quidam putant, quòd Deus inflixit pœnam populo antequam Dauid cognosceret peccasse se, & postea cognouit, & deinde data est electio de tribus pœnis. Et secundum hoc dicetur, quòd Dauid cognouit se peccasse per pœnam, quam Deus cępit infligere, eo quòd Exod. 30. dicitur, quòd quando numeraretur populus, si solueret quilibet dimidium siclum, non esset plaga disperdens in populo. Ex quo innitur, quòd si non solueretur istud precium, quòd esset plaga in populo. Et quia non fuerat solutum istud precium, & videbat nunc Dauid plagam in populo, manifestè cogitaret, quòd ista euenerant pp numerationem populi, & sic cognosceret peccatum suũ, & doleret. Iste modus conueniens esset, sed præsupponeretur, quòd aliqua pœna fuisset inflicta populo, antequam Dauid cognosceret peccatum suum, & tamen falsum est, quia nulla talis pœna fuit, vt declaratum est præcedenti quæstione. Item patet, quia alius modus cognoscendi peccatum istud ponitur 2. Reg. 24. Dicendum ergo, quòd Dauid potuit cognoscere peccatum istud dupliciter, vno modo per viam communem, scilicet, cessante passione, alio modo per quendam stimulum a Deo datum ad hoc cognoscendũ. De primo patet, quia quando passio insurgit in homine iudicat bonum esse id, ad quod passio inclinat, licet malum sit, & postquam passio cessauerit cum relinquatur homo sibiipsi, incipit iudicare malum, quod fecerat. Ista est conditio incontinentium, scilicet, quòd antequam passio insurgat iudicant malum esse fornicari, inebriari, erapulari: adueniente autem passione iudicant ista bona esse, & eligunt illa: cessante autem passione, iudicant mala esse, quæ fecerunt, & dolent, vt declarat Aristot. 7. Ethi. Ideo dicit, quòd continens est egressiuus ab opinione, & pœnitiuus. Ita poterat esse in Dauid, quia per dęmonis instigationẽ, qui consurrexit contra Dauid, & Israel, vt patet supra in litera. Fuit in corde Dauid quoddam desiderium magnum numerandi populum, & non erat illud, sicut desiderium insurgens a ratione, sed sicut desiderium passionale. Et ob hoc quandiu Satan instigabat Dauid, habebat Dauid iudicium de numeratione, quòd bona esset. Consummato autẽ peccato, cessauit passio, quia Satan iam non instigabat eum, sicut prius ad numerandum populum, & tunc relictus Dauid sibiipsi, cognouit se peccasse. Secundus modus

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est per stimulum a Deo datum ad cognoscendum hoc. Verum est enim, quòd Deus omni tẽpore pulsat cor hominis monendo illud ad bonum, & vt malũ fugiat. Et ideo dicitur Deus semper stare ad ostium cordis nostri. Apocal. tertio, scilicet. Ecce sto ad ostiũ, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Et iste est modus, quo homines conuertuntur ad bonum, quia aliàs impossibile erat hominem conuerri per seipsum, sicut dixit Christus Io. decimoquinto. Sine me nihil potestis facere. Istam tamen pulsationem Dei non semper audit homo, quia aliàs nunquam peccaret, sed quando fortis est mouet hominem, ita vt interdum videatur eum inuitum trahere, & tunc vocatur stimulus Dei. Et sic contingit, quòd homines, qui peccauerunt, & nesciunt se peccasse, vel non considerant, moueantur a Deo pulsante cor eorum per somnium, vel in vigilia, vt cognoscant peccatum suum, & doleant, vt patet Iob. trigesimotertio, scilicet. Per somnium in visione nocturna, qñ irruit sopor sup homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina, vt auertat hominem ab his, quæ fecit, & liberet eum de superbia, eruens animam eius a corruptione, & vitam illius, vt non transeat in gladium. Vterque modus esse poterat nunc in Dauid. Et tamen dicendum, quòd fuit secundus, scilicet, stimulus Dei, sicut patet secundo Regum. vigesimoquarto. Nam data summa populi ipsi Dauid sequitur. Percussit autem cor Dauid eum postquam numeratus est populus, & dixit ad Dominum: Peccaui valde in hoc facto, sed precor, vt transferas iniquitatem serui tui. Et sic fuit cognitio peccati per cordis percussionem, & ista percussio nihil est, nisi quidam motus cordis nostri, qui a Deo fit. Quod patet, quia non dicitur percussit Dauid cor suum, sed percussit cor Dauid eum, & sic ab alio motus est. Ista percussio facta est a Deo in Dauid per noctem, sicut dicit Iob in prealegata auctoritate, quod patet, quia postquã cor Dauid pcussit eũ sequit: surrexit itaque Dauid mane, & sermo Domini factus est ad Gad: ergo videtur, quòd nocte pcedente Deus percusserat cor Dauid, & ideo surrexit sequenti die diluculo, vt quereret remedium in hoc. Sic etiam sepe percutiebat Deus cor Dauid prohibendo eum, ne faceret malum, sicut quando latebat in spelunca cum viris suis, & introiuit illuc Saul solus ad purgandum aluum, absciditque Dauid particulam chlamidis eius, & habuit intentionem occidẽdi eum, & Deus illico mouit cor eius percutiendo, ne occideret Saulem, vt patet primo Regum vigesimoquarto, scilicet. Surrexit Dauid, & prescidit oram chlamidis Saul silenter: post hæc percussit cor suum Dauid, eo quòd abcidisset orã chlamidis Saul: dixitque ad viros suos. Propitius sit mihi Dominus ne mittam manum meam in eum, quia Christus Domini est. Et sic quamquàm intenderet consilio seruorum suorum hoc facere, quia tamen Deus percussit cor eius, dixit quòd iam non occideret Saulem.

Quis erat iste Propheta Gad. Quæst. XXIIII.

QVAERITVR vlterius quis erat iste Gad, qui nunc venit ad Dauid.

Respondendum est, quòd tempore Dauid erant multi Prophetæ, & principaliter duo, scilicet, Nathan, & Gad. Istud fuit postquam Dauid cœpit esse rex. Nam antequam esset rex alius erat Propheta principalior, scilicet, Samuel, ipse tamen mortuus fuerat dum Saul persequeretur Dauid primo Regum vigesimoquinto. Nunc autem isti duo erant præcipui, & erant familiares Dauid, reuelabantque ei illa, quæ Deus volebat cognita esse Dauid. Nam vt Nathan reuelauit Dauid de regno suo perpetuando, & de filio suo Salomone nascituro, & ædificaturo templum secundo Regum septimo, & supra decimoseptimo. Reuelauerat etiam pœnam, quam inflicturus erat ei pro peccato occisionis Vriæ, & adulterij cum Bethsabee, secundo Regum duodecimo. Propheta etiam Gad reuelabat etiam aliqua. Nam reuelauit nunc istas tres conditiones pœnarum, & postea reuelauit modum, quo cessaret plaga sacrificando Domino, vt patet infra in litera. Etiam reuelauit Dauid, quòd non maneret in præsidio, scilicet, qñ Dauid a facie Saulis fugiẽs iuit in terrã Moab, manebat in præsidio. Et venit ad eum Propheta Gad dicens, quòd non maneret in præsidio, sed iret in terram Iuda: primo Regum vigesimosecundo. Non fuit tamen tam familiaris Gad ipsi Dauid, sicut Nathan. Nam omnia secreta sua reuelabat Dauid ipsi Nathan, vt declaratum fuit supra decimoseptimo in quadam quæstione: etiam in sacra Scriptura celebrior est Nathan, quàm Gad, quia in catologo patrum in Ecclesiastico ponuntur laudes Nathan, & non fit mentio aliqua de Gad, vt patet Ecclesiastico quadragesimosexto.

Propter quam causam misit Deus Gad Propetam ad Dauid. Quæst. XXV.

QVAERITVR vlterius ad quid Deus misit Propheram ad Dauid, quia ipse erat Propheta, & poterat scire omnia, quæ Gad reuelaret ei.

Respondendum, quòd Prophetæ non omnia sciunt, sed solum illa, quæ eis declarantur a Deo, & illa nesciunt omni tempore, sed eo tempore solum, quo illustrantur, & ideo contingit alio tempore, quòd Prophetæ sint, sicut viri simplices, & nesciant respondere ad ea, quæ interrogantur, sicut Moyses bis interrogatus fuit, & nescuit respondere quousque retulit quæstionem Deo, scilicet, semel a filiabus Salphaad. Nume. vigesimoseptimo. Et iterum a filijs Manasse. Nume. trigesimosexto. Sic etiam Ieremias quærebat a Domino an Israelitæ deberent descendere in Aegyptum, & nescuit respondere vsq; post decẽ dies: Ierem. quadragesimosecundo. Et Daniel interdum dubitabat super aliquo, & per tres hebdomadas orabat, & ieiunabat, vt reuelaretur ei, & tunc reuelabatur, Daniel decimo: & sic Dauid, quamquàm esset Propheta, poterat ignorare aliquid, & Deus reuelaret ei illud per alium Propheram. Sed obijcietur, quòd Prophetæ omnia sciunt, quia Lucæ septimo, Pharisæus, qui inultauerat Christum videns, quòd Magdalena tangeret pedes eius, dixit intra se. Hic si esset Propheta sciret vtique quæ, & quantus est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est. Et sic præsupponebat, quòd Prophetæ deberent scire omnia, alioquin non bene argueret, potissimè quia non solum præsupponebat, quòd Propheta debet scire omnia, quę exteriora sunt, sed etiam ea, quæ sunt in corde hominis, scilicet, peccata, quia dixit scire, quæ & qualis esset mulier, quæ tangit eum. Dicendum est, quòd Prophetæ non sciunt omnia. Et ad dictum istius potest tripliciter respondeti. Vno modo, quòd iste Pharisæus non bene cognoscebat conditiones Prophetarum: nam Prophetæ non sciunt omnia. Simile patet de Eliseo, qui habuit duplicatum spiritum Elię, quarto Regum secundo. Et sic fuit famosissimus Prophetarum tempore suo. Et tamen quando venit ad eum mulier Sunamitis, & procubuit ad pedes eius, nescebat quid illa quereret.

quarto Regum. quarto. Nam dixit ad puerum suum. Dimitte illam, quia anima eius in amaritudine est, & Dominus celauit a me, nec indicauit mihi. Secundo modo potest dici, quòd iste pharisęus sciebat, quòd Prophetæ nesciebant omnia, & tamen, quia ipse, & alij Pharisęi inuidebant Christum, & eum exosum habebant, quia reuelabat malitiam eorum, offuscabat intellectus eorum in iudicando circa Christum, eo ꝙ

Ira impedit animum, ne possit cernere verum.

Vt ait Cato. Sic etiam est de libidine, quia passio illa facit errare incontinentes iudicando in particulari, vt ait Aristo. septimo. Ethi. Sic etiam est de inuidia, & de omnibus alijs passionibus. Et ista fuit vna de causis, quare Pharisęi non cognouerunt Christum faciliter, sicut cognosci poterat ex operibus suis. Tertiò potest dici, quòd iste Pharisęus bene locutus est, eo quòd ipse non intelligebat de quocunque Propheta, sed excellentissimo Prophetarum, scilicet, Messia. Nam erat in populo quæstio, an Christus esset Messias, vt colligitur Ioan. septimo, scilicet. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cum venerit nunquid plura signa faciet quàm hic facit? Alij autem dubitabant cum dicitur ibidem. Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic est Christus: sed hunc scimus vnde sit: Christus autem cum venerit, nemo sciet vnde sit. Et magis patet Ioan. decimo cum dixerunt Iudei ad Christum. Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, dic no bis palam. De Messia tamen præsupponebatur, quòd sciret secreta cordium, & ideo non iudicaret hominem per ea, quæ exterius audiuntur, & videntur, sed per ea, quæ in corde habeerent, vt patet Isa. vndecimo, scilicet. Non secundum visionem oculorum iudicabit, nec secundum auditum aurium arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes. Qui tamen iustè iudicat, & non iudicat per ea, quæ videntur, neque per ea, quę audiuntur, necesse est, quòd iudicet per ea, quæ in corde sunt, quia nullus alius modus est ad iudicandum iusta cordis, & ille est vnus locus efficacissimus ad probandum contra Hebræos, quòd Messias futurus erat verus Deus: bene ergo arguebat Pharisęus, quòd si Christus nõ cognoscebat, quæ & qualis erat Magdalena non erat Messias. Et ob hoc ipse respondit ad cogitationes eius, ostendendo per hoc se esse Messiam, quia non solum sciebat, quæ, & qualis erat illa mulier, sed etiam sciebat, quid cogitabat pharisęus in corde suo: Prophetę autem alij non erant tales, sicut Messias, ideo multa ignorabant: ideo Dauid quãquàm esset Propheta poterat ignorare aliquid, quod reuelaretur ei per Prophetam Gad.

Quare Deus non reuelauit punitionem Dauid, sicut Prophetæ. Quæst. XXVI.

QVAERITVR vlterius dato, quòd Dauid posset aliquid ignorare, quod per alterum Prophetam posset ei reuelari, quare non reuelatum est potius ipsi Dauid quàm alteri Prophetæ. Nam etiam Gad Propheta, qui reuelauit ista Dauid, ne sciebat illa, nisi Deus reuelasset illa ei, vt patet in litera, ita ergo reuelare posset ipsi Dauid.

Responderi potest ad hoc multipliciter: primo quòd Dauid non erat talis Propheta, cui istud reuelaretur. Pro quo sciendum, quòd duplices erant Prophetæ. Quidam erant Prophetæ propriè dicti, scilicet, quibus reuelabantur secreta aliqua per Deum. Alij autem erant Prophetæ largè dicti, qui solum faciebant cantica de laudibus diuinis, etiam si nunquã Deus reuelaret aliquid eis, vel tangeret corda ipsorum. Sic patet de omnibus Leuitis, quia omnes cantores Leuitarum dicebantur Prophetare in organis, & citharis, & Psalterijs infra vigesimoquinto. Et quidam docebant alios in ista Prophetia. Et tamen Propheta propriè dictus non potest ab aliquo homine doceri circa actum Prophetandi, nec ipse potest alios docere, cum Prophetia solum sit quædam illustratio mentis humanę facta a Deo supernaturaliter raptim transiens, per quam eleuatur homo ad intelligendum illa, quę aliàs intelligere non poterat. Dauid autem non erat Propheta primo modo, scilicet, quòd Deus ei reuelaret aliqua secreta, sed solum erat Propheta, quia faciebat cantica diuinæ laudis, & in hoc excessit alios Prophetas, quia plures Psalmos, & cantica fecit quàm omnes alij Prophetæ simul sumpti. Et ideo quando Dauid comparatur ad Moysen, & ad alios Prophetas, scilicet, an fuerit excellentior Prophetarum, est comparatio equiuoca, quia ipse non erat Propheta, sicut alij. Ideo si intelligatur an ipse erat excellentior alijs Prophetis, ideſt, quòd plura secreta ei reuelata sint quàm alijs, vel pluries Deus locutus fuerit ei quàm alijs, non erit ipse excellentissimus Prophetarum, sed minimus omnium, quia nihil ei Deus reuelauit hoc modo, vel saltem non apparet tam manifestè, sicut de quolibet alio, quorum scripta habemus: sed erat excellentissimus Prophetarum secundi modi, scilicet, facientium cantica diuinæ laudis, quia nullus tot Psalmos, & cantica fecit, sicut ipse. Et sic dicendum, quòd quamquàm esset Propheta, quia tamen erat de Prophetis secundi modi, non fiebat ei aliqua reuelatio. Ideo si aliquid Deus vellet ei reuelare, debebat ei reuelare per alterum, qui esset de Prophetis primi modi, & sic erat Gad. Ideo per eum reuelauit Deus istud Dauid. Confirmatur istud, quia quandocunque Dauid aliquid volebat scire a Domino, non consulebat eum per seipsum, sed alius consulebat loco eius. Sic patet quando erat Dauid in Ceila, quia bis consuluit pro eo Dominum Abiatar Sacerdos: primo Regum vigesimotertio. Et iterum consuluit pro eo Dominum in Siceleg super Amalecitis: primo Regum trigesimo. Et iterum Achimelec Sacerdos consuluit pro eo Dominum, quando dedit ei panes, & gladium Goliath: primo Regum vigesimoprimo. Si tamen Dauid Propheta esset primi modi, non consuleret Dominum per alterum, sed per se, sicut Ieremias oratione sua petiit à Domino responsum an deberent descendere Israelitæ in Aegyptum: Ierem. quadragesimosecundo, & Daniel oratione sua petebat a Domino interpretationem in dubijs, vt patet Danielis decimo, quando etiam Deus volebat aliquid reuelare Dauid, non reuelabat ei per seipsum, sed per alterum reuelauit. Bis enim reuelauit ei secreta per Nathan, vt patet supra decimoseptimo, & secundo Regum septimo, & duodecimo. Bis etiam reuelauit ei secreta per Gad, vt patet hic, & primo Regum vigesimosecundo, & secundo Regum vigesimoquarto. Secundò potest dici, quòd Deus non reuelauit Dauid istud per seipsum, sed per alterum ad maiorem confusionem eius, & humiliationem, scilicet, quòd ipse peccauerat, & non erat dignum, quòd pro illa vice Deus daret ei tantam dignitatem, vt per ipsum reuelaretur ei id, quod Deus volebat facere, sed magis, quòd reuelaretur ei per alterum, tãquam ipse iam perdidisset istam dignitatem. Et patet hoc, quia quamquam Dauid nunc viderit Angelum percutientem, & locutus fuerit ad eum, vt conuerteret manum suam super ipsum, non respondit ei quidquam Angelus, sed præcepit Prophetæ Gad, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

diceret Dauid, quòd construeret altare, vt patet infra in litera. Et istud erat quasi regula: non solum in Prophetis secundi modi, quibus Deus nihil reuelabat, sed etiã in Prophetis primi modi, q̃bus Deus solebat loqui, quòd quando ipsi peccarent non reuelaret eis Deus mala, quæ ventura erant ipsis per seipsos, sed per alios. Sic enim fuit de illo Propheta, quem Deus misit ad prænunciandum mala contra altare Bethel, & præcipit ei Deus, quòd non comederet, nec biberet in loco illo, & seductus comedit. Et tunc reuelauit Deus alteri Prophetæ, qui sedux erat eum, quòd non inferretur cadauer suum in sepulchrum patrum suorum, tertio Regum decimotertio, & tamen melior Propheta erat ille, qui peccauerat quàm alius, per quem reuelatum est ei hoc: cum ille esset idolatra, & pessimus, vt patet ibidem, sed quia peccauit, debuit quantum ad hoc carere officio Prophetæ. Tertio factum est hoc, vt ista res magis nota fieret. Nam si Deus reuelasset hoc ipsi Dauid, elegisset plagam, quam voluisset, & nesciret populus an Deus dedisset Dauid istam electionem de tribus plagis. Et quia vtile erat, quòd populus sciret hoc, non reuelatum est Dauid per se, sed per alterum.

De electione Dauid circa istas tres plagas.
Quæst. XXVII.

QVAERITVR vlterius quare Deus dedit Dauid electionem de istis tribus plagis.

Respondendum, quòd Dauid merabatur occidi pro numeratione populi, & ipse etiam populus nimis affligendus erat pro alijs peccatis, quæ commiserat. Et si Dauid non doluisset de peccato isto, Deus inflixisset pœnam quam voluisset, & occideret Dauid, nec dedisset ei electionem super hoc, quia tamen Dauid doluit nimis, promeruit, quòd Deus remitteret partem pœnæ populo, & etiam, quòd daretur sibi electio circa pœnam, quam ipse vellet infligi populo.

An Dauid peccasset nolens eligere aliquam istarum trium pœnarum. Quæst. XXVIII.

QVAERITVR vlterius quid si Dauid noluisset eligere aliquam pœnam istarum quid fieret, & an peccauisset.

Respondendum est, quòd Deus dabat optionem Dauid de istis tribus pœnis, volens ei benefacere, vt minus malum eligeret, & si Dauid nollet eligere, priuaret se beneficio, quòd Deus ei impendebat. Et tunc Deus infligeret pœnam, quam vellet, & credendum est, quòd infligeret pestem, sicùt postea inflicta est per electionem Dauid, & tamen maior esset quam fuit, eo quòd Dauid nunc rogauit nimis Dominum super hoc. Et tamen si nollet vti beneficio sibi a Deo concesso, Deus infligeret tantum rigorem quantum aliàs infligere intendebat. Cum autem quæritur an Dauid peccaret nolendo eligere. Dicendum, quòd aut faceret hoc nolendo vti beneficio sibi a Deo concesso, aut quia dubitabat, quæ pœna esset grauior, & volebat se magis submittere dispositioni diuinæ, quia Deus melius sciebat, quid expediret sibi quàm ipsemet. Si primo modo dicendum est, quòd Dauid peccaret, quia quidam modus contemptus erat, quòd nollet Dauid vti beneficio à Deo concesso, cum potius deberet agere magnas gratiarum actiones, & cum magno desiderio amplecti illud, & Deus indignaretur valde super hoc. Sic enim fuit quando Achaz rex Iuda timebat, quòd rex Syriç, & Israel venirent coniurati contra ipsum, & delerent eum. Misit enim Deus Isaiam ad eum dicens, quòd non timeret, quia non fieret istud, & ad hoc dixit ei Isaias. Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra, ideſt, pete aliquod signum ad hoc, quòd certificeris verum esse quod Deus tibi dixit. Et dixit Achaz non petam, & non tentabo Dominum. Et sic noluit vti beneficio sibi a Deo concesso, propter quod Deus iratus est, vnde subdit, & dixit Isaias. Audite ergo domus Dauid, nunquid parum est vobis molestos esse hominibus, quia molesti estis, & Deo meo? Isaia septimo. Quasi dicat, molesti estis ei in hoc, quòd contemnitis beneficium eius. Si autem Dauid nollet eligere propter secundum, non peccaret, quia committeret se dispositioni diuinę, eo quòd ipse melius sciebat quid minus graue erat, & vtilius Dauid, sicut dicitur Matthæ. septimo. Pater vester cęlestis scit quid expedit vobis. Melius tamen fuit, quòd Dauid eligeret: cum Deus daret ei electionem inter ista tria. Nam si non expediret ipsi Dauid eligere, non proposuisset ei Deus, quòd eligeret.

De controuersia, quæ habetur in quibusdam verbis hic, & secundo Regum cap. vigesimoquarto, circa electionem pœnarum.

Quæst. XXIX.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, Elige quod volueris, aut tribus annis pestilentiam, &c. quia secundo Regum vigesimoquarto, dicitur: Aut septem annis veniet tibi fames in terram tuam, & non ponitur ibi pestilentia.

Aliquis respondebit, quòd Deus proposuit Dauid omnia ista, scilicet, famem, pestem, hostes, & Angelum percutientem, & secundo Regum vigesimoquarto, ponuntur omnia præter pestem. Ideo cum iste liber sit suppletiuus eorum, quę habentur minus in libris Regum, suppleuit hic Esdras pestilentiam, & omisit famem septem annorum, quæ posita fuerat ibi.

Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia secundum hoc essent quatuor, inter quę Deus daret optionem Dauid, & tamen hoc falsum est, quia solum erant tria, cum dicat hic litera: Trium tibi optionem do. Et etiam secundo Regum vigesimoquarto, dicitur: Trium tibi optio dabitur. Ideo necesse est, quòd dicamus solum fuisse tria. Et sic non exprimitur hic aliqua plaga, quam subticuerit Scriptura, secundo Regum vigesimoquarto.

Aliquis ergo dicet, quòd solum fuerunt tres plagæ, & tamen coincidunt. Nam pestilentia, quæ ponitur hic erat eadem cum fame, quę ponitur secundo Regum vigesimoquarto. Sed fames vocatur pestilentia, eo quòd pascitur, ideſt, destruit homines. Et hoc patet ex quibusdam libris. Nam quædam Bibliæ habent hic, aut tribus annis pestilentiam famis. Et faciunt idem esse pestilentiam, & famem. Et sic Scriptura nominauit hic istam plagam pestilentiam, & secundo Regum vigesimoquarto, vocauit eam famem.

Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia si fames, de qua ibi, & pestilentia, de qua hic, essent eadem plaga: duratio vtriusque esset eadem, & tamen hic dicitur, aut tribus annis pestilentiam, & secundo Regum vigesimoquarto, dicitur: Aut septem annis veniet tibi fames. ergo non erat eadem plaga.

Respon-

Respondendum quòd secundum veritatem prima plaga erat fames septem annorum, & pestilentia trium annorum non erat aliqua de istis plagis, vnde scriptores non faciunt mentionem de ista pestilentia trium annorum, sicut patet per Iosephum septimo Antiquitatum, & Historiam scholasticam, & alios scriptores, quia tamen litera ista posuit hic tres annos pestilentię. Dicendum quòd plaga prima, quã Deus posuit, erat fames septem annorum. Ex illa tamen sequi debebat pestis. Nam licet communiter pestis non sequatur ex sterilitate, sed ex saturitate, quia pestis à pastu dicitur: Tamen in illis septem annis non solum futura erat sterilitas terrę, sed etiam terrę nascentia futura erant rubiginosa, & pestifera, propter aerem corruptum, & sic indisponerent corpora humana. Vnde in quatuor primis annis famis indisponerentur corpora per malitiam ciborum, ita quòd in tribus annis sequentibus eiusdem famis multi perirent morbo victualium corruptorum. Et illa talis esset pestilẽtia trium annorum, & sic fames esset tanquam causa, & pestilentia, tanquam effectus eius, & ideo pertinent ad vnam plagã. Et quia principaliter ipsa fames erat plaga, ponitur secundo Reg. 24. Fames septem annorum. Et quia pestilentia secutura erat ex illa fame, noluit Esdras subticere illam, sed dixit, aut tribus annis pestilentiam.

Si fames euenisset, an hoc fuisset naturaliter, vel supernaturaliter.

Quæst. XXX.

QVAERITVR vlterius, si Deus infligere voluisset septem annorum famem, sicut proposuerat in vna de plagis, quomodo hoc eueniret: an naturaliter, an supernaturaliter, & an in vna prouincia. i. solum terræ Israel, vel in omnibus aliis terris coniunctis.

Respondebit aliquis, quòd non eueniret naturaliter ista fames: nam si naturaliter ventura esset venisset realiter, quia ea quæ naturaliter se habent, vniformiter se habent, & non mutantur propter merita, vel demerita humana. Dicendum est, quòd poterat euenire ista fames naturaliter, vel supernaturaliter. Primum patet, quia naturaliter euenire, poterat intelligi dupliciter: vno modo naturaliter, ideſt naturalibus instrumentis, alio modo naturaliter, ideſt per naturę curſum nulla alia causa exterius adiuuante, vel mouente aliter, quam consueuit mouere. Accipiendo primo modo, intelligitur quòd fames infligeretur instrumẽtis naturæ, scilicet mediantibus corporibus cœlestibus, quæ sunt instrumenta omnis generationis, quæ fiunt in terra, sicut dicit Aristotel. primo de Generatione, & corruptione, scilicet. Quod sol discurrens per circulum obliquum est causa omnis generationis, & corruptionis, quæ fit in terra. Et secundo Physicorum dicitur: Quod sol & homo generant hominem. Accipiendo hic, poterat adhuc fieri dupliciter ista fames. Vno modo, quòd Deus faceret, quòd planetæ, & astra, quæ causant naturaliter famem, concurrerent in certo aſpectu, & radiatione super terram Chanaan, certo tempore anni, & causarent famem naturaliter. Alio modo, quòd quamquam non conuenirent super terram Chanaan, tales planetæ, & astra in coniunctione, vel alio aſpectu, sed venirent illa astra. quæ aliàs secundum cursum naturæ ventura erant, & postea venerunt, quæ non causant naturaliter famem, quòd Deus mutaret efficaciam illorum, & causarent famem. Accipiendo primo modo erat aliquid naturale, & aliquid supernaturale. Naturale erat, q̃ illa astra posita in tali aſpectu tali tẽpore causarent fãmem. Super naturale autem erat, q̃ illa astra venirẽt ad talem coniunctionem, vel aſpectũ, ad quẽ aliàs vẽtura non erant, nec venerunt. Et istud poterat fieri à Deo, dato quòd planetę mouerentur velocius per circulos suos, quam aliàs, vel tardarent magis. Nam quibusdam velocius currentibus, & alijs magis solito tardantibus fieret quęcunque coniunctio, vel aſpectus, quem vellet ille, qui faceret astra velocius, vel tardius solito currere. Et sic factum est aliàs, s. quãdo Deus fecit stare solẽ ad p̃ces Iosue, vt patet Iosue 10. Sic etiam, q̃n retrocessit sol per decem lineas tẽpore Sedecię regis 4. Reg. 20. & tunc retrocesserunt oẽs cœli, & tempore Iosue steterunt oẽs stante sole, vt declaratũ est eisdẽ capitulis. Et tunc iste effectus esset aliquo modo naturalis, & aliquo mõ supernaturalis, quia partim erat causa naturalis, & partim supernaturalis. Aliquis dicet, q̃ esset naturalis simpliciter. Nam si aliquis homo ęgrotaret, & Deus educere t aliquam herbam de extremis partibus terrę, quę naturaliter haberet virtutem curandi illum morbum, & non inueniretur in illa terra, in quo erat ęgrotus: non diceretur ista curatio supernaturalis, sed naturalis, quia Deus solum applicuerat herbam illam. Illa autem habebat naturaliter virtutem curandi morbum. Sic autem esset hic, quia corpora cęlestia in tali, vel tali habitudine virtutem habent naturaliter causandi famẽ, vel saturitatem. Solum ergo erat, quòd Deus moueret illa corpora, vt essent in illa dispositione coniunctionis, vel aſpectus, in qua possent causare famem, sicut qui applicaret ęgroto herbam, quę naturaliter haberet virtutem curandi. Dicendum quòd non est simile, quòd Deus applicaret herbam ęgroto, & q̃ moueret corpora cęlestia ad talem aſpectum, in quo causarent famem. Nam licet illa herba, quã Deus applicaret ęgrotanti, non esset in terra illa, in qua erat ęgrotans, nec poterat pro tunc applicari ęgroto: tamen poterat aliàs adduci per omnem hominem, vel saltem erat adducibilis in quacunque parte terrarum esset. Secus tamen erat de motu corporum cęlestiũ ad talem, vel talem aſpectum, quia non poterat illud fieri per homines, sed per Deum. Ideo istud erat miraculũ, & illud non. Sed dicet, q̃ licet non posset fieri talis motus corporum cęlestium per hominem poterat fieri per angelos. Operationes tamen angelicę non sunt miraculosę, sed naturales, quia solius Dei operatio est miraculosa. Dicendum adhuc, q̃ erat ista operatio aliqualiter miraculosa, quia licet ãngeli moueant corpora cęlestia, tamen non possunt ipsi mouere in quacunque velocitate voluerint, quia determinata est potentia eorũ, & nõ possunt, vt ait Aristo. 12. Meta. mouere velocius, quã mouent, & sic causatur vniformitas motus, & licet fortè secundum veritatem possent moueri in maiore velocitate, quam mouent, tñ non possunt mouere in quocunque gradu velocitatis, quia hoc pertinet ad potentiã infinitã, & forte talis erat velocitas, quę requirebatur ad hoc, quòd corpora cęlestia conuenirent quolibet anno illorum septem in aſpectu, vt causarẽt famem, præsupposita habitudine, in qua nunc erant. Ideo videtur, quòd erat operatio miraculosa, sed dicetur, quòd nõ requirebatur ad hoc, quòd fieret motus in magna velocitate, sed quòd quędam corpora cęlestia starent, & alia mouerentur, & sic fieret coniunctio, vel aſpectus quicunque sine velocitate magna motus.

Dicẽdum, q̃ hoc verum est, & q̃ poterat fieri hoc per angelos, si Deus permitteret eis facere contra cursum communẽ naturę, & sic non erat hoc pure miraculum. Dicẽdum tñ, q̃ erat ex magna parte operatio miraculosa, & magis miraculosa, quam naturalis.

Alius modus erat ad hoc faciendum, ꝙ Deus nõ mo- F
ueret corpora cęlestia, aliter quam ipsa mouere debebant, sed daret eis virtutem causandi sterilitatem, quã aliàs naturaliter non causarent. Et tunc dicendum, quòd operatio esset aliquo modo miraculosa, & aliquo modo naturalis. Nam quòd Deus daret stellis virtutem causandi famem, quæ aliàs causarent saturitatem, supernaturale erat, quòd tamen ipsæ stellæ susceptra in se virtute illa a Deo causarent famem, naturale erat, sicut animam creari, & corpori vniri miraculum est. Operationes tamen, quas postea habet anima vnita corpori naturales sunt. Dicendum tamen, quòd ambo isti modi sunt partim naturales, & partim supernaturales. Et tamen magis supernaturalis est iste secundus quam primus, quod patet, quia in pri- G
mo nihil fiebat supernaturaliter, nisi quòd moueren
tur corpora cęlestia tali motu, quali non mouerentur aliàs, & istud poterat fieri per angelos. In secundo mo do debebant fieri duo, scilicet, quòd auferretur stellis virtus influendi, quam prius habebant, & daretur eis alia virtus. Istud autem facerent angeli. Nam istud est sicut facere corpora cœlestia de nouo. Angeli tamen non sunt creatores, nec concreatores, nec possunt mutare aliquas naturales virtutes, & operationes rerum. Istis duobus modis poterat Deus causare famem illic septem annis, & esset illa naturalis aliqualiter propter aliquam operationem naturæ, quæ ibi esset. Secundus modus principalis erat, quòd esset ista fames H
naturalis, idest per communem cursum naturæ, ita ꝙ aliqua causa exterior non concurreret mouendo, vel adiuuando aliter quam facere solebat. Et isto modo non moueret Deus corpora cœlestia aliter quam ipsa mouebantur illo tempore, vt conuenirent ad aliquem aspectum, in quo causaretur fames, nec etiam daret eis virtutem ad causandum famem, quam aliter naturaliter non causarent, & isto modo dicendũ, quòd non poterat induci fames illis temporibus, quia tunc etiam non peccante Dauid euenisset, & tamen non euenit. Non tamen propter hoc debet aliquis negare, quin aliquãdo fames purè naturaliter eueniat pp peccata, immo nunquam potest naturaliter veni- I
re, quin pp peccata eueniat, quia aliàs Deus infligeret hominibus aliquam pœnam, quam nõ mererent, nec esset pro peccatis. Et hoc falsum est, quia sic tolleret prouidentia Dei, secundum quam omnia iustè gubernantur. Causa autem quare fames non poterat nunc isto modo naturaliter induci erat, quia Deus ab æterno præsciuerat istam famem non esse futuram, & David non electurum esse famem, sed pestem. Ideo non ordinauerat sic corpora cęlestia, vt naturaliter illo tpe concurrerent ad causandum famem. Alius modus erat, & præcipuus, ꝙ causaretur ista fames purè supernaturaliter. Et de hoc non est dubitandum, quin fieri poterat, & tũc fierent multiplicitas, sicut Deus vellet. s. tollendo pluuias. ꝙꝙ naturaliter vęturæ essent, vel reddendo terram inhabilem ad producendum segetes, K
sicut dicitur Psa. 106 f. Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim: terram fructiferam in salsuginem a malitia habitãtium in ea. Poterat etiam hoc fieri si crescerent terræ nascentia, & Deus mitteret locustas, vel bestias ad deuorandum omnia, ita vt nihil colligerent inde Iudæi, vel mitteret hostes, qui omnia illa deuastarent. De istis modis patet Leuit. 26. scilicet. Visitabo vos velociter in egestate, & ardore, qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras: frustra seretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hostibus vestris, & subijciemini his, qui oderunt vos, fugietis, nemine persequente. Si autem nec sic obedieritis mihi, addam correptiones vestras septuplum propter peccata vestra, & conteram superbiam duritiæ vestræ, daboque cęlum vobis desuper sicut ferrũ, & terram ęneam, consumetur incassum labor vester, non proferet terra germen, nec arbores poma prębebunt. Sic etiam dicitur Deutero. 28. f. Sit cęlum quod super te est ęneum, & terra, quã calcas ferrea, det dñs imbrem terræ tuæ puluerem, & de cęlo cadat super te cinis donec conteraris. Multi alii modi esse poterant, per quos Deus supernaturaliter causaret famem in istis septem annis.

Si fames euenisset, an fuisset super omnes terras.
Quæst. XXXI.

QVAERITVR vlterius, si euenissent isti septem anni famis, an esset ista fames super omnes terras, vel solum super terram Israel.

Respondendum, quòd esset solum super terram Israel. Ratio huius est, quia ista famis infligebatur ꝓ peccato Dauid, & populi sui, sed in hoc nullus peccauerat, nisi Israelitæ. Ideo ipsi soli punirentur, nisi forte aliqua alia terra peccauisset in alio crimine. Et Deus, qui iudex est omnium hominum, vellet punire habitatores terræ illius, poterat facere istam famẽ esse communem Israelitis, & illi genti. Declaratur istud, quia aut ista fames eueniret supernaturaliter, aut pure naturaliter, aut partim naturaliter, & partim supernaturaliter.

Si primo modo manifestum est, ꝙ poterat venire sup Israelitas gentes, eo ꝙ poterat Deus percutere illam terram non percutiendo aliã, sicut põt percutere vnũ hoĩem non nocendo alteri, sicut fuit in isto angelo percutiente, ꝙ occidebat quosdã de Israel, & alios nõ, vt patet in litera. Sic etiam fuit in angelo percutiente, qui solum percutiebat primogenitos, Exo. 12. Si aũt secundo modo, s. purè naturaliter, dicẽdum, ꝙ poterat esse ista fames in vna terra, & ꝙ non esset in alia, quia sic videmus in omnibus accidentibus naturalibus, vt in fame, peste, frigore, & calore. Nam in quibusdam regionibus sunt, & non in alijs. Immo quod plus est, dicendum, quòd si ista fames eueniret naturaliter, non poterat euenire simul in omnibus terris, & etiam, ꝙ non potest esse aliquis effectus naturalis idem in toto orbe. Ratio huius est, quia oẽs generationes, & corruptiones in terra fiunt per motum solis, & aliarum stellarũ in circulo obliquo, i. in Zodiacho, vt ait Arist. primo de generatione, & corruptione. Et corpora cęli non operãtur solum per motum suum, sed principaliter per aspectum, & radiationem, & accessum, vel recessum secundum latitudinem ad aliq̃ regionẽ, sed impossibile est, ꝙ corpora cęlestia in aliquo vno tempore habeant eũdem aspectum, & appropinquationem ad omnes partes mundi. Iõ impossibile est, ꝙ aliquis effectus naturalis sit possibilis simul in tota terra. Et sic dicendum de diluuio in diebus Noe, ꝙ non euenit naturaliter, sed Deus fecit rumpi fontes abyssi magni, & apuit catharactas cęli, Gen. 7. in quo significatur, quòd opere Dei venerit diluuium, & non naturaliter. Diluuia autem particularia possunt euenire naturaliter, sicut fuit diluuium Ogigis regis in Thessalia, & diluuium Deucalionis, & Pyrræ, de quo Ouidius primo Meta. Nam ista solũ fuerunt in Græcia, & in insulis vicinis. De hoc Aug. 18. de ciu. Dei, & Isidorus 13. Etymolog. Si aũt tertio mõ partim naturaliter, & partim supernaturaliter eueniret ista fames, poterat euenire vno de illis duobus modis positis pręc. quęstion. s. ꝙ Deus moueret corpora cęlestia, vt conuenirent ad talem coniunctionem, vel aspectum stellę, quòd causarent famem naturaliter, vel ꝙ non mouerent corpora cęlestia aliter, quam ipsa mouebantur,

bantur, sed daret eis virtutes causandi famem, quam naturaliter non causarent aliàs. Si primo modo non solum poterat esse ista fames in vna terra, ita quòd nõ esset in alia, sed etiam necesse erat, quòd non esset in omnibus cũ fieret ope stellarũ. Et tñ impossibile est, ꝙ stellę habeant eundẽ aspectum, & accessum simul ad oẽs terras. Si aũt secundo mõ idem dicendum, quia mutaretur virtus stellarum, vt causarent famẽ, q̃ aliàs non naturaliter causarent. Et tamen istę stellę quarũ mutaretur virtus, non poterant habere eundem aspectum, & accessum ad omnes terras simul, ergo non poterat causari fames in omnibus terris, sed in sola terra Chanaan, vel in paucis sibi vicinis.

Quomodo fuisset inflicta Israelitis plaga ista famis.
Quæst. XXXII.

QVAERITVR vlterius cum ista fames futura esset solũ in terra Israel, & nõ in alijs locis vicinis: quo infligebat à Deo in plagã, quia poterant Israelitę hȓe sufficiens sibi sustentamentum de terris vicinis.

Rndendum est vno modo, ꝙ dato, ꝙ terrę coniũctę Israelitis non percuterentur fame, esset magna angustia Israelitis, quòd de regionibus vicinarum terrarum sustentationem habituri essent, & multi perirent pręinopia. Secundo, quia non solum eueniret eis dãnum propter raritatem, & valorem magnum ciborũ, sed etiam, quia Deus indisponeret terram ad germinandum, & si iacerent semina non proficerent, & hoc modo ante septem annos periret tota substantia Israelitarum. Sic factum est de Aegyptijs, qui habuerant per septem annos grauissimam famem, ita quòd terra nihil germinabat, & ante annum sextum coacti sunt vendere omnia, quę possidebant, & seipsos facere seruos regis, Gen. 47. Tertio modo, ꝙ adhuc sequeretur maius nocumentum, scilicet quia non solum haberent cum magna caristia, sed etiam non possent illos habere, quia gentes, quę erant in circuitu Israelitarum erant hostes eorum, & Deus efferaret magis nunc illas gentes contra Israelitas in pœnam eorum, & sic non darent eis cibos, vnde affligerentur ni- D
mis.

De positione duarum plagarum, quæ videntur esse eadem.
Quæst. XXXIII.

QVAERITVR vlterius quo ponunt hic duę plagę, quę videntur esse eadem. Nã prima est hic, quòd tribus annis veniret pestilentia super Israel. Secũda, quòd veniret mors tribus diebus, & gladius Domini. Et tamen ista mors erat pestilentia, quia Dauid elegit istam tertiam. Et tamen dr in litera, quòd misit dominus pestilentiam in Israel.

Respondendum est, quòd istę duę plagę non coincidunt. Et quando dicitur, quòd ambę sunt pestilẽtia, dicendum ꝙ q̃quã in nomine conueniunt, differunt tamen in re, quia alius modus mortis erat in illis tribus annis pestilentię, quàm in tribus diebus. Et patet ista differentia. Primo quia non est idem nomen: nam prima plaga vocatur pestilentia simpliciter. Secũda autem vocatur gladius Domini, & mors, & angelus percutiẽs, vt patet in litera. Secũdo patet, quia eadem plaga esset penitus, poneretur ęquale tempus pro vtraque. Et tamen pro vna ponuntur tres anni, & pro alia tres dies, ideo valde differebant in grauitate. Tertio dicendum, quòd differebant, quia pestilentia, quę ponitur tanquã tertia plaga erat per se pla- E
gę. Illa tamen pestilentia, quę ponitur hic tanquam A
prima, non erat per se plaga, sed erat effectus alterius plagę. Nam plaga principalis erat fames septẽ annorum, & ex illa secuta esset plaga pestis per tres annos, sicut declaratum fuit supra in quadam quæstione.

Quomodo hostes venirent contra Dauid.
Quæst. XXXIIII.

QVAERITVR vlterius quomodo venirẽt hostes per tres menses contra Dauid si illã plagam acceptasset. Nam nunc omnes gẽtes, quę erãt per circuitum timebant Israe- B
litas, eo quòd Dauid subiecerat sibi fere omnes illas gentes in tributarias, vt colligitur supra decimooctauo. Et hoc pręcipuè, quia Deus incusserat timorẽ Dauid omnibus istis gentibus, vt patet supra 14. Et sic tã in breui, scilicet in tribus mensibus non videtur quomodo auderent insurgere contra Dauid, vt tantum malum ei inferrent, quòd compararetur alijs duabus plagis.

Respondendum est, quòd verum est, quòd nunc omnes istę gentes subiectę erant Israelitis, nec auderent quantum ex se erat insurgere contra Dauid, & tñ istud fieri deberet opere Dei, ꝙa omnes istę plagę miraculosè venturę erant: fieret autem sic, ꝙ Deus confortaret corda gẽtium vicinarum contra Israelitas, & immitteret eis odium, vel procuraret illud, vt ipsi desiderarent valde pugnare contra Dauid, ita ꝙ nihil magis desideraret, quam pugnare. Et tunc Deus diceret C
suscitare hostes Israelitis. Sic enim fuit de Adad Idumęo, quem Deus suscitauit in hostem Salomoni in senectute sua 3. Regum 11. Et hoc satis apparet, quia ille Adad erat cum rege Aegypti, & audito, ꝙ mortuus esset Dauid, & Ioab, incidit ei magnum desiderium veniendi in terram suam, vt pugnaret contra Salomonem. Et erat desiderium illud magnum, sed nesciebat à quo esset: vnde Pharao rex Aegypti dixit ei: Quid deficit tibi, vt quęras ire ad terram tuam? & ille dixit: Nulla re indigeo, sed obsecro, vt dimittas me. eodem capitu. Et sic nesciuit respondere Adad quare vellet redire in terram suam, sed solũ dixit: Obsecro, vt dimittas me. Sic etiam sępe dicebat Deus suscitare hostes Israelitis, sicut tempore Iudicum, quando peccabant Israelitę, dicebatur, quòd Deus cõfortabat cõtra eos, vel suscitabat hostes, vt patet Iudicum 3. scilicet. Qui cõfortauit aduersum eos Eglon regẽ Moab, & copulauit ei filios Amon, & Amalec. Et sic Deus poterat nunc concitare animos omnium gentium, quę erant in circuitu terrę Israel, vt pugnarent cõtra Dauid vno anno in istis tribus mensibus, & inferrent ei magna damna.

Quomodo non potuisset Dauid effugere gladium inimicorum.
Quæst. XXXV.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur non posset effugere gladium hostium in istis tribus mẽsibus, quia videtur, quòd faciliter effugere poterat. Nam si Dauid nesciret, quòd ista plaga sibi infligenda esset, procederet confidẽter contra hostes, sicut prius consueuerat facere, & tunc Deus fortificaret hostes, & pręualerent contra eum. Et tamen cum iam Deus diceret ei, quòd non posset se defendere ab hostibus, dato quòd illi venirent ad inuadendum terram eius, non exiret contra eos, sed maneret in aliquo loco forti, sicut in Ierusalem, & ibi maneret in obsidione, potissime cum istud tempus esset paruum, scilicet trium mensium.

Responderi potest vno modo, quòd Dauid posset

Universidad de Deusto
Biblioteca

euadere si clauderet se in locis fortibus. Et tamen tunc F hostes deuastarent totam terram per circuitū, & non posset Dauid defendere illam. Et hoc erat non posse effugere gladium eorum. Secundo modo potest dici, quòd non posset effugere gladium, idest percussionem realem in se, vel in exercitu suo. Nam non intelligitur, quòd non posset effugere gladium eorū, scilicet ipsemet Dauid, scilicet, quòd exercitus suus, vel viri de regno suo non possent effugere. Et hoc verum erat, quia non poterant omnes Israelitæ cohiberi intra castra vrbium suarum, ita quòd nemo exiret in istis tribus mensibus. Et tunc hostes irruerent sup eos, & opprimerent illos. Et istud est, quod Deus intēdebat. Cum autem secundo quæritur quomodo in tam pauco tempore possent hostes infligere Israeli- G tis tanta damna, vt comparantur aliis duabus plagis, dicendum quòd hoc poterat fieri faciliter. Nam in ista peste perierunt nunc septuaginta millia virorū, vt patet infra in litera. Et tamen hostes poterant occidere plures, quam septuaginta millia in tribus mensibus, eo quòd Deus confortaret hostes contra Dauid. Nam sicut solebat confortare Dauid, & alios Israelitas contra hostes suos, ita confortaret nunc hostes cō tra Dauid, & omnibus aliis modis, quibus solebat adiuuare miraculose eum contra hostes, de quibus supra cap. decimoquarto, adiuuaret hostes contra eum in pœnam delicti. Et sic non est dubium, q̄ in tribus mensibus possent occidere plusquā septuaginta mil- H lia virorum, immo in vna die, & insuper deuastarent totam terram destruendo terrę nascentia, & succidēdo arbores, & sic redderent eam inhabilem ad fructificandum, vnde non solum esset occisio hostilis, sed etiam fames sequeretur.

Quomodo cessaret ista percussio post tres menses.
Quæst. XXXVI.

QVAERITVR vlterius si istam plagam hostium elegisset Dauid si semel suscitarentur isti hostes contra eum, & opprimerent ipsum tam fortiter, quomodo postea cessarent post tres menses: cum ista plaga deberet solum per tres menses durare, I & ipsi cum semel prœualerent contra Dauid, semper vellent contra eum pugnare.

Respondendum est, quòd multipliciter fieri poterat. Vno modo, quòd Deus daret hostibus Dauid desiderium non pugnandi contra ipsum. Nam sicut bella istorum trium mensium inceperunt per hoc, quòd hostes Dauid incitati fuerant a Deo ad pugnandum contra ipsum, cum aliàs non desiderarent istud, ita etiam immitteret eis desiderium, non pugnandi iam contra Dauid. Et hoc facile est, quia sicut dicitur Prouerbiorum capitulo vigesimoprimo, Cor regis est in manu Domini, & quocunque voluerit vertet illud, Ideo ad quamcunque passionem voluerit conuertet illud. Secundo poterat hoc fieri per hoc, quòd Deus incuteret iam timorem hostibus Dauid. Nam ante K hoc ipse confortauerat eos contra Dauid, cum prius non auderet pugnare contra ipsum. Ideo finito isto tempore ipse incuteret illis timorem, vt iam non auderent pugnare contra ipsum: Nam sic incusserat a principio, quando Dauid pugnabat contra istas gentes supra capitulo vigesimoquarto. Nam dicit. Quod dedit Deus pauorem eius super omnes gentes. Tertio modo poterat hoc fieri dando hostibus Dauid aliam occupationem maiorem, propter quam dimitterent bellum contra Dauid, vt prouiderent in illa. Sic fuit quando Senacherib erat apud Ierusalem, & volebat pugnare contra illam. Nam timuit Ezechias, & orauit Dominum super hoc, & ille respondit: Noli timere a facie sermonum, quos audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me, ecce ego immittam ei spiritum, & audiet nuncium, & reuertetur in terram suam, & deiiciam eum gladio in terra sua. Et dicitur: Immittam ei spiritum, idest ponam in corde eius desiderium, vel scrupulum ad redeundum vt dimittat Ierusalem. Et sic factum est, quia audiuit, quòd rex Aethiopum egressus fuerat ad pugnandum contra ipsum. Et dimisit Ierusalem, vt expugnaret eū, quarto Regum, capitulo decimonono. Quarto modo poterat hoc fieri per hoc, quòd hostes Dauid sentirent iam non posse prœualere contra Dauid. Et fieret sic, quia Dauid sciret per Dei certificationē, quòd ista plaga hostium duratura erat solum per tres menses, in quibus ipse non auderet pugnare contra hostes in campo, & post tres menses sciret se liberatum ab illa plaga. Ideo si hostes venirent auderet pugnare cū illis. Ipsi autem hostes nescirent an iam Dauid posset resistere eis: immo potius putarent, quòd non posset, quia ipsi nescirent istud euenisse Dauid ex plaga Dei data sibi ad tempus, sed ex accidenti, vel aliàs. Ideo cō fidenter pugnarent contra ipsum, & tunc Dauid prœualeret contra eos, sicut prius antequam ista plaga infligeretur ei, & hoc fortè fieret bis, vel ter. Et cum iam hostes viderent se non posse prœualere contra eum, sicut prius cessarent a bellis: sic factum est a principio regni Dauid super Israel. Nam scientes Philisthi ni eum in regem vnctum, congregati venerunt contra ipsum, & dispersit eos faciliter. Iterum etiam cretidentes, quòd possent prœualere, congregauerunt maiorem multitudinem contra eum, & etiam dispersi, & occisi fuerunt, secundo Regum quinto, & supra 14. Et tunc non ausi fuerunt amplius pugnare contra Dauid.

An Deus iustè concitaret hostes contra Dauid.
Quæst. XXXVII.

QVAERITVR vlterius an Deus iustè ageret concitando hostes contra Dauid. I. dando odium Dauid in corde eorum, & incitando, vt venirent ad pugnandum contra eum.

Aliquis dicet, q̄ malum erat, quia non poterat fieri istud sine magno odio, q̄ conciperent hostes contra Dauid, & odisse peccatum est. Ideo cum Deus esset causa istius odii, malum faceret.

Respondendum, quòd Deus non faceret malum in hoc. Nam quòd Deus iubeat ministris suis, vt exequantur iustitiam, non est iniustum. Ita Deus mouebat hostes Dauid, tanquam ministros suos contra Dauid, & Israelitas, ideo bonum faciebat. Sic dicitur Sapient. capitulo quinto. Armabit creaturam ad vltionem inimicorum, & pugnabit cum eo orbis terræ contra insensatos. Ipsi tamen hostes Dauid fortè non intelligerent se moueri a Deo, sed a seipsis, vel ex aliqua alia causa mouerentur secundum iudicium suum, & propter illam conciperent odium Dauid: etiam si Deus non immitteret illud cordibus ipsorum. Fieret enim sic, quòd Deus suscitaret aliquam causam belli inter Dauid, & hostes, quæ prius non erat, & daret eis animositatem ad pugnandum, ex quibus ipsi conciperent odium contra Dauid, & desiderium pugnandi. Nam fortè ante hoc non esset aliqua causa nimis mouens inter Dauid, & hostes suos ad pugnandum. Et ideo hostes non pugnabant: etiam dato, quòd desiderarent pugnare formidarent, quia Deus dederat pauorem Dauid super omnes gentes, supra capitulo decimoquarto. Nunc auferret Deus istum timorē de cordibus hostiū, & ipsi sentientes se confortatos pugnarent. Quod tamen Deus A daret causam inter Israelitas, & hostes, propter quam pugnarent, & istud pertinebat ad pœnam, & non ad culpam, iustum erat. Quòd etiam confortaret hostes ad pugnandum, iustum erat, sicut inde ministris suis det armamenta, vt prœualeant in executione iustitiæ contra iniquos. Sic etiam dicitur Abachuc primo de Nabuchodonosor: Domine in iudicium posuisti eum, & fortem, vt corriperes fundasti eum, idest, ideo dedisti illi fortitudinem, quia volebas facere eum ministrum iustitiæ tuæ contra Iudæos. Non ergo erat in istis aliquod malum.

An peccarent hostes pugnando contra Dauid.
Quæst. XXXVIII.

QVAERITVR vlterius an hostes Dauid, qui pugnarent contra eum in istis tribus mensibus, peccarent.

Respondendum est, quòd fortè haberent causam iustam ad pugnandum, vt si nunc aliqua insurgeret, & tunc haberent iustum bellum. Credendum est tamē, quòd bellum eorum esset iniustum in totum, vel pro maiori parte. Nam nunc Deus solum Israelitis pœnā, & non culpam infligeret. Quòd tamen hostes fouerent iustum bellum contra Israelitas, pertinebat ad culpam, & non ad pœnam, & ante hoc non habebāt C iustam causam pugnandi, ideo etiam nec haberent nunc. Sed aliquis dicet, quòd haberent iustum bellū, quia Israelitæ peccauerant, & illud peccatum erat dignum ista pœna, ideo iustè isti infligerent illam.

Item patet, quia isti mouebantur a Deo ad hoc: & tamen qui agunt spiritu Dei, non peccant, quodcūq; faciant, quia non sunt sub lege. Et ita erat de istis, ga Deus mouebat illos, ideo non peccabant. Nam in eis D erat iusta causa pœnæ infligendæ, & etiam auctoritas ad infligendum, cum Deus faceret eos ministros suos in hoc.

Respondendum est, quòd peccarent hostes Dauid in isto bello, quia ipsi non haberent aliquam causam ad pugnandum. Et etiam quia concessis victoriis a Deo abuterentur, vertendo illas in magnam crudelitatem. nam quando isti prœualerent contra Iudæos, deberent existimare, quòd Deus Israelitarum tradebat eos in manus ipsorum, cum ante hoc non possent se defendere ab eis, quando Deus ipsorum adiuuabat eos, & tamen habitis istis victoriis gentiles non dabant gloriam Deo Israel, sed diis suis. Sic patet de Philisthinis, quibus multas plagas inflixerat Samson, & Deus tradidit illum in manus eorum. Ipsi tamen attribuerunt gloriam istam Deo suo Dagon, nam conuenerunt ad templum eius, & fecerunt epulas magnificas, & laudabant Deum Dagon dicentes: Tradidit Deus inimicum nostrum Samson in manus nostras. Iudic. capitulo decimosexto. Sic etiam fuit de Saule, quem Deus propter peccata sua reprobauerat, & tradebat occidendum Philisthinis, primo Regum E vigesimooctauo, & supra decimo. Et tamen Philisthini gloriam victoriæ illius attribuerūt diis suis, ideo fecerunt, quòd caput Saulis circunferretur per omnia templa idolorum, & postea poneretur ad perpetuam rei memoriam in templo Dagon, & arma illius posita fuerunt in templo Astaroth ad laudem istorū Deorum, significando, quòd eis dedissent ipsi victoriam, vt patet supra decimo, & primo Regum vltimo. Et propter hoc Deus traderet postea istos in alias calamitates, & forte in manus Dauid, vt paterentur pro malo, quod in ipsis bellis fecissent. Cum autem arguitur, quòd istud bellum hostium contra Daniid erat propter peccatum, ideo iustum erat.

Alph. Tost. In Lib. I. Paralip.

Dicendum est, quòd peccauerant Israelitæ, & meruerant maiora mala, quàm forte infligeretur eis per verba hostilia, & tamen non licebat hostibus pro illo peccato pugnare contra Dauid, quia illud peccatum erat contra Deum solum, & non offenderat Dauid hostes suos, etiam si grauius peccasset contra Deum pro hoc. Item cum dicitur, quòd Deus mouebat Philisthinos, & alias gentes ad hoc. Dicendum, quòd hoc non iustificabat bellum ipsorum, quia licet Deus moueret eos, nō putabant ipsi se moueri a Deo, & sic bellum erat tanquam personarum, & sine aliqua causa factum. Ideo erat iniustum, nam ipsi non putabant se B a Deo moueri, nec etiam facere hoc propter aliqua peccata Israelitarum, sed desiderabant facere propter vtilitatem suam, nec etiam se ministros Dei in isto, sic patet de Senacherib, quem Deus misit contra Iudæos, & confortauit eum contra eos propter peccata illorum, & tamen putabat sic, sed quòd a seipso erat tota ista fortitudo. Ideo Deus puniuit eum, quamquam esset minister suus. Sic patet Isaiæ, capitulo decimo, scilicet. Væ Assur virga furoris mei, & baculus ipse, in manu eorum indignatio mea contra populum furoris mei, mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationē, quasi lutum platearum. Ille autem non sic arbitrabitur, licet ad conterendum erit cor eius. Dixit enim in fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi, & abstuli terminos populorum, & principes eorum deprædatus sum, & detraxi quasi puteus in sublime residentes, & inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum. Et tunc sequitur pœna eius, scilicet: Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eum, a quo trahitur, &c. Sic etiam fuit de Nabuchodonosor, quem Deus fortificauit, & vocauit ad puniendū Hebræos, ipse tamen non putauit, quòd Deus adiuuaret eum ad hoc, sed quòd in fortitudine sua faciebat hæc, de quo Isa. capitulo quinto, & septimo. Abachuc primo. Et postea isti duo reges traditi sunt in magnas calamitates, vt patet de Senacherib, qui occisus est a filiis, postquam exercitus suus destructus fuerat ab angelo, quarto Regum, capitulo decimonono. Nabuchodonosor autem factus, vt bestia, ambulauit cum bestus agri, & comedit fœnum, sicut bos certo tempore, quousque cognouit se peccasse. Et tunc restitutus est in regnum. Dan. 4. Ita fieret de hostibus Dauid si nunc pugnarent cōtra eum, quia abuterentur potestate sibi a Deo tradita, exercentes magnas crudelitates, ideo ipsi traderentur postea in magnam pœnam, & forte in manus Dauid.

Quæ fuerit ista plaga mortis.
Quæst. XXXIX.

QVAERITVR vlterius de ista plaga mortis, quā Dauid elegit, quæ plaga erat, an esset pestis, vel quid. Aliquis dicet, q̄ non erat pestis, quia tunc coincidissent duæ plagæ. I. illa, quæ ponitur hic prima, & est pestilentia trium annorum, & ista tertia, quam elegit Dauid.

Dicendum, quòd ista nō erat pestis eo modo, quo solemus accipere pestē pro corruptione in nobis causata ex corruptione aeris. Nā talis pestis licet sit morbus satis repentinus, tamen non poterat peruenire ad tantam celeritatem, sicut fuit in ista plaga, vt infra declarabitur. Potest tamen vocari pestis generaliter, eo quòd subito homines rapiebat, & sic vocatur hic, nā dicitur, quòd misit Deus pestilentiam in Israel. Sic etiam dicitur. 2. Regum 24. Aut tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Et iterum. Immisitque Dominus

pestilentiam in Israel. Aliquis autem dicet, q̃ nõ erat morbus ista pestis, sed magis erat mors violenta, quæ fit per vulnera, quod patet, quia angelus domini hñs gladium euaginatum percutiebat istos, qui moriebãtur. Respondendum, q̃ non erat mors violenta, quia angelus non infligebat vulnera, ita q̃ trucidaret homines, quia tũc nullo modo vocaretur pestis, sed magis hostilitas, vel bellum Domini, nec etiam angelus Domini habebat gladium ad percutiendum, sed apparuit cum illo gladio euaginato ad terrendum, de quo infra declarabitur in quadam quæstione. Veritas autẽ erat, q̃ mors ista erat magis per morbum, quam per vulnera, vel violentiam aliquam.

Sed tunc manet dubium, an fieret ista mors per aliquam corruptionem aeris, ex qua sequeretur corruptio in corporibus humanis, & subito morerentur, vel aliàs. Dicendũ videtur, q̃ non esset ista mors ex corruptione aeris, quia non videtur, q̃ aer tantum corrũpi posset, sed subito interficeret homines, nisi forte mutaretur a tota sua qualitate, nam in pestibus, quæ aliàs eueniunt, quamquam homines quasi subito moriant, postquam apparet in eis ille morbus: tamen non fit illa corruptio subito, sed ex multis diebus aer corrupt⁹ est, & non sentitur, & alterat paulatim corpora humana, & etiam non sentitur, quousque illa sint iã nimis malè disposita, quia paruæ alterationes non sentiũtur in nobis propter commissionem nostrã ad alios act⁹, nam magis sentiuntur in bestiis, & auibus, sicut patet de cornicibus, quæ clamant ante pluuias, quia sentiũt corpora sua immutari ab aere iam humefacto, corpora etiam nostra immutantur ab illo aere, & fiunt teneriora, & nos non sentimus, sed sentiunt illud pulices, & mordent nos grauius aliquanto tempore ante pluuiam, quia caro nostra est iam magis tenera, q̃ prius, Ideo stimulus eorum potest magis infigi carni, quam prius, & reddunt eam magis rubeam propter sanguinem quem exhauriunt. Etiam quia propter teneritudinem est corpus facilius passibile, & perspicacius sentit, sicut homo magis dolet de percussione, quam asinus propter diuersam carnis teneritudinem. Nõ fuit tamen sic tempore Dauid: nam quando ipse elegit istam pestem, non erat aer dispositus ad aliquam corruptionem, & in ipsa die de mane vsque ad horã prãdii perierunt septuaginta millia virorum, vt declarabitur sequenti quæstione. Ideo in tam pauco tempore non poterat tantum corrumpi aer, quin omnino exiret extra totam suam naturalem dispositionem. Secundo patet, quia si tanta corruptio fuisset in aere, nõ potuisset fieri, quando etiam corrumperentur terræ nascentiaa, & etiam morerentur pecora. Et sic non solum esset pestis in hominibus, sed etiam alia plaga terræ nascentium. Nihil tamen tale fuit, sed solum plaga in hominibus. Ideo non fuit hoc per corruptionem aeris. Tertio patet, quia si per aeris corruptionẽ fuisset istud, cum tantum esset aer corruptus, & subito corruptus, vt in tribus, vel quatuor horis occiderentur septuaginta millia virorum, nullus homo posset tantæ corruptioni resistere, ideo morerentur non solum illi, sed etiam omnes, qui essent in terra Israel. In aliis autem pestibus nõ moriuntur omnes homines, eo quòd aer non est tam corruptus, vt valeat inficere omnes, sed aliqui sibi resistunt, & tamen aer nunc esset tam corruptus ad hoc, quòd posset inferre tam subitam mortem, quòd nullus posset ei resistere, & tamen multi non perierunt, ideo videtur, quòd non fuerit per aerem corruptum.

Cornix cur futurã pluuiã prædicat.

Sed dicendum est, quòd ista plaga fuit particularis, & non per aliquid commune, scilicet non erat aer, vel aliquid aliud naturale commune omnibus, quod inficeret eos, sed fuit plaga particularis, ita quod angelus Domini quemlibet particulariter percutiebat, & morebatur. Et hoc patet, quia Deus dixit: Aut tribus diebus gladium Domini, & mortem versari in terram, & angelum Domini interficere in omnibus finibus Israel. Si tamen ista esset pestis per aerem corruptum, angelus Domini nihil faceret, sed ille, qui inficeretur ab aere moreretur. Ideo videtur, quòd plaga particulariter ab angelo infligebatur cuilibet, sicut si ipse percuteret quemlibet gladio. Modus autem percussionis poterat esse, quòd angelus apponeret cuilibet aliquid pestiferum, quo apposito illico moreretur, vtpote si applicaret illud angelus ad cor. Nam angeli subintrant corpora nostra, & poterant aliqua venenosa applicare cordibus, per quæ in ictu oculi omnes homines morerentur. Sic enim fuit in percussione primogenitorum Aegypti, nam omnes occisi sunt eadẽ nocte, & omnes in media nocte, & nullus alius occidebatur nisi ipsi, quod nõ poterat fieri si esset per corruptionem aeris, vel per aliquam plagam naturalem communem, sed erat per particularem percussionẽ, & sic significatur Exod. 12. vbi dicitur, quòd angelus transibat de domo in domum, & percutiebat primogenitos. Sic etiam fuit in destructione exercitus Senacherib, nam in vna nocte perierunt centum octoginta quinque millia insensibiliter, ita q̃ illi qui erãt apud alios, non sentiebant eos percuti & mori, vnde illi, q̃ non percussi sunt surrexerunt mane, & viderũt socios suos mortuos apud se, quorum mortem per noctem non senserant cum infligeretur. 4. Re. 29. & Isa. 27. de ista morte dicit Ioseph. 7. Antiq. Moriebantur nõ vno modo, vt facile languor potuisset agnosci, sed mors quidem inerat multis languorum occasionibus: aliis enim super alium moriebatur, & latenter imminens malum velociter ferebat interitum. Alii siquidem peribant cum vehementibus doloribus, & amaro gemitu animam relinquebant. Alii vero ipsis passionib⁹ marcescebant, ita vt neque curam exhibere corporibus prealerent, sed præ dolore deficerent. Alii autem repentinis tenebris eorum coratus abripientibus furocati protinus expirabant. Alii super mortuos, quos sepeliebant ipsi quoque moriebantur imperfectas relinquentes passim sepulturas.

De duratione pestis. Quæst. XL.

QVAERITVR vlterius de ista plaga pestis, quandiu durauit. Aliquis dicet, quòd tribus diebus, quia Deus dixerat: Aut tribus diebus gladium Domini, & mortem versari in vniuersis finibus Israel. Dicendum tamen, q̃ non tantum durauit, sed vt dicitur, solum durauit per tres, vel quatuor horas, s. incipiente die vsque ad horam prandii, vel sacrificii, nam Iosephus 7. Antiqu. dicit: Incipiente itaque pestifero languore eos ab hora matutina perimere, vsque ad horam prandii consummati sunt septuaginta millia. Alii dicunt, quòd durauit vsque ad horam, qua solet offerri sacrificium. Et istud est in mane, sicut dicitur, quarto Regum tertio. s. Factum est igitur mane, quando sacrificium offerri solet, &c. Et sic duraret modico tempore plaga ista. Sed obijcietur, quia 2. Regum 24. dicitur: Immisit Dominus pestilentiam in Israel de mane vsque ad tempus constitutum. Et tamen tempus constitutum erat trium dierum, ideo tanto tempore durauit. Dicendum est, quòd non durauit illis tribus diebus. Quod patet, quia dicitur: Immisit Dominus pestilentiã in Israel de mane vsque ad tempus constitutum. Mane autem est pars diei, & refertur ad alteram partem eiusdem diei, & ideo si pestis durasset per tres dies, non diceretur de mane vsque ad tempus constitutum, sed diceretur a primo

a primo die vsque ad tempus constitutum: Secundo patet, quia dicitur ibidem: Immisit dominus pestilẽtiam in Israel de mane. Et postea sequitur: Venit autẽ Gad ad Dauid in die illa, & iussit ei, q̃ faceret altare in area Hornam Iebusæi, & cohibita est plaga. Ergo videtur, q̃ in ipsa die, in qua plaga inflicta est cessabat. Ista est positio communis, scilicet q̃ non durauerit ista plaga per vnam diem, & quando obijcitur. q̃ dicitur vsque ad tempus constitutum, dicit Iosephus, quòd intelligitur vsque ad tẽpus prandij: tunc enim cessauit, sed istud non recipitur, quia in sacra scriptura tempus prandij non est aliquod tempus constitutum, ergo non potest intelligi de illo tempore, & sic dicunt, quòd intelligatur de tempore sacrificij, quia erat tẽpus constitutum ad offerendum sacrificium. Nam dr 4. Regum 3. Factum est ergo mane, quando sacrificiũ offerri solet. Et ab aurora vsque ad illud tempus fuit ista plaga. Dicendum est, quòd ista est communis positio, scilicet quòd nõ durauerit plaga per vnum diẽ, & ob hoc posset sustineri ista positio, sicut suprà dictũ est, magis tamen videtur dicendum, q̃ durauerit ista pestis per tres dies, & patet hoc, quia 2. Regum 24. dr. quòd immisit dominus pestilentiam de mane vsque ad tempus constitutum. Sed tempus trium dierum constitutum erat ad inferendum istam plagam, vt patet in litera, ergo tãto tempore durauit. Nec obstat, quod dicitur, s. q̃ tempus constitutum vocetur tempus, quo sacrificium offertur, quia istud nullo modo est ad propositum, eo q̃ Deus nihil loquebatur ibi de sacrificio. Secundo patet, quia si intelligeretur de sacrificio: cum de hoc non fuisset facta aliqua mentio, sed esset impertinens, exprimeretur, q̃ durauit vsque ad tempus constitutum pro sacrificio, sicut dicitur 4. Reg. 3. in alio facto impertinenti, factũ est igitur mane, eo tempore quo sacrificium offerri solet, & tamẽ nihil expressum est hic, ergo non intelligitur de tempore illo. Tertio patet, quia si intelligatur de tempore constituto ad sacrificium, poterit intelligi, quòd durauerit modicum, vel quòd durauit vsque ad solis occasum, nam sacrificium matutinum offerebatur in aurora, sacrificium autem vespertinum in occasu solis, & cum non exprimatur de quo sacrificio intelligeretur, poterit intelligi de tempore constituto pro sacrificio vespertino. Quarto patet, quia dato, quòd intelligatur de sacrificio matutino, non posset stare, quia tunc nihil duraret ista pestis, eo quòd dicitur, quòd immisit Dominus pestilentiam in Israel de mane vsque ad tempus constitutum. Et tamen sacrificium matutinum fiebat diluculo oriente Sole, vt declaratum est Leui. 6. Et etiam colligitur 4. Reg. 3. scilicet factum est ergo mane, quando sacrificium offerri solet, & sic vtrunque fiebat in mane, vnde non esset aliqua distantia inter principium illis pestis, & finem, quod falsum est, quia dicitur de mane vsque ad tempus constitutum. Quinto patet, quia isti dicunt, quòd non poterat intelligi de hora prandii, sicut dixit Iosephus, eo q̃ non erat tempus constitutum in lege, sed de tempore sacrificii, quia erat tempus constitutum in lege. Ex eadem ratione dici poterit, quòd durauit ista pestis per septem dies, eo quòd septem dies erant tempus constitutum ad comedendum azima, & ad seruandum festum tabernaculorum. Leuitic. 23. & ad faciendum quasdam purificationes ab immunditiis. Leu. 15. Satis ergo vr irrationabiliter dictum, q̃ tempus constitutum esset hic tempus sacrificii. Secundo patet ad principale, s. q̃ durauerit ista plaga per tres dies, qa hic dr: Aut tribus diebus gladium Domini. Et postea q̃ subditur de executione eius: non dicitur quantum durauerit, ergo præsupponitur, quòd durauit istis tribus diebus, alioquin exprimeretur tempus, quo durauit.

Alph. Tost. In Lib. I. Paralip.

Ad rationem primam pro ista parte dicendum, quòd dicitur immisit Dominus pestilentiam de mane vsq; ad tempus constitutum, ideſt vsque ad tres dies, & tamen dicitur de mane, vt significetur, q̃ ab aurora primi diei cepit ista plaga, & durauit vsque ad diem tertium: vel dicitur de mane, ideſt in mane illius diei, quo Dauid elegit pestem, cepit pestis. Ad secundam rationem, cum dicitur, venit Gad ad Dauid in die illa. Dicendum, quòd non intelligitur de illa die, in qua cepit pestis, sed de illa die, in qua Dauid vidit angelum habentem gladium euaginatum, vt colligitur ibi ex litera. Et ista erat dies tertia pestis: nam angelus Domini cepit percutere Israelitas, & percussit prius in omnibus finibus Israel, deinde venit in Ierusalem, & duobus diebus primis percusserat alia loca extra Ierusalem, & in die tertio apparuit in Ierusalem euaginatum gladium habens, & illa die venit Gad ad Dauid. Istud satis colligitur ex litera. 2. Reg. 24. quia dicitur: Immisit Dominus pestilentiam in Israel de mane vsque ad tempus constitutum, & mortui sunt ex populo a Dan vsque Bersabee septuaginta millia. Et sequitur: Cumque extendisset angelus Domini manũ super Ierusalẽ, vt disperderet eam misertus est dominus. Et sic prius fuit pestilentia in toto Israel, deinde in Ierusalem die tertio, & durauit vsque ad tẽpus constitutum, s. per tres dies.

De discordia quæ habetur circa tempus pestis, & verba Dei. Quæst. XLI.

QVAERITVR vlterius dato quòd ista plaga non durasset, nisi ab aurora vsque ad tempus prandii, vel vsque ad tempus sacrificii secundum positionem communem, quam etiam nos aliquando referimus sequẽdo aliorum positionem, quomodo staret, quòd Deus dixit, scilicet, quòd tribus dieb⁹ veniret pestilentia super Israel. Responderi potest, quòd Deus diffinierat occidere certam summam virorum nunc pro isto peccato. Et dicebat, quòd in tribus diebus occideret illos, ne tamen Israelitæ, tandiu vexarentur voluit illos viros occidere in tribus, vel quatuor horis, & sic nihil diminutum est de pœna, ideſt de numero occidendorum, sed de tempore occisionis, & sic fiet in eis, qui fuerint in purgatorio circa diem iudicii, nam post diem iudicii, non durabit pœna purgatorii, sed omnes erunt in vita æterna, qui aliàs in purgatorio erant. Aliqui tamen morientur tribus, vel quatuor diebus ante diem iudicii in charitate, quorum satisfactio, quæ restat agenda, requirebat decẽ, vel viginti annos fortè, & necesse est, quòd illi in illis tribus, vel quatuor diebus tolerent tantam pœnam intensiuè, sicut toleraturi erant in viginti annis extensiuè. Sed tunc dicet aliquis, cum Deus non benefaceret in hoc Israelitis, ad quid mutaret tempus a se constitutum, cum tantum passuri essent in tribus, vel quatuor horis, sicut in tribus diebus?

Dicendum, quòd hoc beneficium aliquod erat Israelitis, quia cum esset illa plaga durissima, si per tres dies duraret, essent per illos tres dies semper cum magno timore, qa quilibet de seipso timeret, q̃ in illa peste occidendus esset. Etiam cum duraret magno tpe, putarent Israelitæ adhuc plures occidi, q̃ occisi essent, & ex hoc nimis anxiarent: cũ aũt nunc in tribus, vel quatuor horis finiret plaga, essent liberati a timore in breui, & hoc erat eis magnũ beneficiũ. Secundo mõ posset dici, q̃ Deus ppoluerat occidere certã summã Israelitarum in tribus diebus, quia sic exigebat eorum culpa, postea tñ misertus est ipsorũ, & occidit paucio-res, & solũ in tribus, vel quatuor horis. Et cum obijci-

tur, ꝙ Deus dixisset pestem duraturam per tres dies, F
potest dici, quòd hoc non fuit secundum Dei diffinitionem, sed magis secundum comminationem, sicut exigebant merita Israelitarum. Postea autem, quia mutata fuerunt illa merita, eo quòd doluerunt Israelitę nimis de peccatis suis, mutata fuit prænũciatio Dei, nam prophetię comminationis, & promissionis sępe mutantur mutatis meritis illorum, ad quos diriguntur Iere.8.

Quare potius elegit Dauid pestem.
Quæst. XLII.

QVAERITVR vlterius, quare Dauid elegit pestem, & non aliam plagam. Respondet G
Iosephus, & ferè omnes alij scriptores, ꝙ istud fecit Dauid, vt nõ excluderet a se partem pęnę istius: nam si elegisset famẽ septẽ annorum, ipse non pateretur, quia haberet cibos pro se de alijs regionibus pro toto illo tempore, sed paterẽtur pauperes de regno suo. Si autem elegisset venire super se hostes, ipse posset defendi ĩ locis munitissimis: potissime, quia habebat custodes corporis sui viros fortissimos. Damnum autem esset in exercitu. Pestis autem communis morbus est regibus, & subditis: ideo elegit istam plagam, vt ipse, qui principaliter peccauerat cum cęteris puniri posset. Ista est positio communis, & secundum hoc Dauid nimis meruit, eo quòd voluit pęnam transferre in se, quam aliàs totam populus pateretur. Causa tamen non fuit ista, vt colligitur H
Vide q.46 in litera, & vt infra declarabitur in quadã quęstione.

Quare non elegit Dauid famem, sicut pestem.
Quæst. XLIII.

QVAERITVR vlterius quare Dauid nõ elegit famem septem annorum, quia videt, quòd in hoc posset magis prouideri, quam in peste, quam elegit. Respondendum, ꝙ nõ elegit famẽ, quia visa est sibi importabilis. Primo quia terra non posset aliquid germinare, quamquam coleretur, iõ oporteret, ꝙ duceret cibus de regionibus extraneorum, & ad hoc fierent sumptus infiniti, quos non possent tolerare Israelitę. Secundũ erat, ga dato, ꝙ Israelitę ferrent cibos de alijs regionibus, & seminarent in terra sua, vt aliquid colligerent: nihil inde haberent, & sic perderent semina: vnde faciliter exhaurirentur substantię eorum, & non haberẽt vnde cibos emerẽt. Tertio patet, quia si haberent vnde emerent, forte nõ darentur sibi cibi venales, eo ꝙ oẽs gentes, quę erant per circuitum terrę Israel erant hostes ipsorum Israelitarum, & contra omnes pugnauit Dauid, & subiecerat sibi in tributũ, vt patet supra 18. ideo illi videntes Israelitas in angustia famis, nollent eis succurrere, vt morerentur, & ipsi liberarentur à tributis, & possiderent terram eorum. Quarto, quia necesse erat Israelitas effici seruos gentium vicinarũ, K
vel oẽs perire fame: nã cũ ista fames duraret per septẽ annos, non haberent pecunias ad emendũ tanto tpe cibaria: nã sic factũ est in Aegypto, cũ esset fames valida: vendiderunt. n. Aegyptii pecora sua, & oĩa mobilia, & postea domos, & agros, & postea seipsos vendiderunt regi, vt daret eis cibos, & tñ non potuerũt habere sufficientia ꝓ septem annis famis, vt patet, Gen. 47. à fortiori fieret nunc: nam ibi clementer tractabat Aegyptios, & pro precio competenti dabat eis cibos: nunc ramẽ cum Israelitę habituri essent illos de manu hostium, pro magno precio haberent, & in breui cogerentur hostibus vendere omnia, quę erant in regno Israel, & facere se seruos illorum. Quinto quia necesse erat, quòd Israelitę perderent regnum, & traderetur in manus hostium, quia cum tanto tpe fames oppressura esset terram Israel, non valerent se sustentare Israelitę in ilia, & fugerent ad terras alias, vbi possent viuere, & tunc hostes introirent in terram Israel, & occuparent omnia loca munita, nec esset regressus postea Israelitis, & sic periret regnum, & gẽs Israel eẽt dispersa per oẽs nationes, nec esset postea vnus populus, sicut prius. Sexto quia data fame sequebatur hostilitas: Nam cum tandiu Israelitę premerẽtur fame, non haberent apparatum ad bellum, cum ad bellum requirantur magni sumptus, & multa vI
ctualia, & ideo hostes irruerent super eos, & faciliter terram ipsorum destruerent, quia saltem fame cogerent eos ad deditionem. Ideo nullo modo visum fuit Dauid tolerabile, quòd eligeret famem septem annorum.

Quare potius elegit pestem, quam plagam hostium.
Quæst. XLIIII.

QVAERITVR vlterius quare non elegit plagam hostium per tres menses. Respondendũ, quòd hoc visum est Dauid durissimum. Primo quia nesciebat ipse quantum malum possent inferre hostes in illo tempore. Nam si Deus adiuuaret illos contra Israel, sicut solebat adiuuare Israelitas cõtra eos, in breui possent deleri Israelitę. Nam Dauid adiutus à Deo subiecit sibi omnes gentes, quæ erant in circuitu terrę Israel, s. Philisthinos, Idumęos, Moabitas, Ammonitas, Syros, vt patet supra 18. & 2. Re. 8. & potuisset delere istas gentes si voluisset, ita vt nullus maneret. Nã in terra Idumæorũ occidit Dauid omne masculinũ 2. Re. In terra Moabitarum fecit duos funiculos, Nam coęquauit Moab terræ, & fecit vnum funiculũ de Moabitis ad occidendum, & alium ad viuificandũ 2. Re. 8. In terra Ammonitarum cepit omnes vrbes, & fecit super Ammonitas tribulas, & trahas, & carpenta ferrata, & diuisit eos cultris, traxitque in typo laterum 2. Regum 12. & præcedenti. A fortiori ergo omnes istę gentes congregarę, & adiutæ à Deo poterant facile delere Israelitas. Secundo quia dato, ꝙ I
Deus tantum malum inferret in peste, sicut hostes in persecutione, tamen cum magna clementia, & benignitate inferret illam pœnam, hostes autem cum magna seueritate sumentes per hoc vindictam de omnibus malis, quæ passi fuissent ab Israelitis. Tertio ga de malis, quæ Deus permitteret hostibus Dauid facere, mihi ipsi remitterent, sed conarentur si possent plura mala inferre, ꝙ Deus permittebat, nec moueretur vlla misericordia, Deus autem de malis, quæ facere posset, immo etiam de illis, quæ determinasset facere Israelitis, aliquid tolleret misericordia motus, sicut dicitur 2. Re. 24. & infra in Ira, quod cum extendisset angelus Dñi manum ꝰ Ierusalem, vt percuteret eam, misertus est dñs super afflictione, & dixit angelo percutienti, sufficiat nunc, contrahe manum tuã. Et hoc est, quod principalius considerauit Dauid in electione plagæ, vt patet in litera, scilicet. Ex omni parte angustiæ me premunt, sed melius mihi est, vt incidam in manus Domini, quia multæ sunt misericordiæ eius, quam in manus hominum. Quarto cæteris paribus ista pœna intolerabilior esset, quã quælibet alia, nam magis vellet homo pati à viro ignoto aliq̃ magnã pęnã, q̃ ab hoste suo minorem, ꝓp hoc, ꝙ qui patit, dolet nimis, eo ꝙ subiicit illi, quẽ maximè habet exosum. Etiam quia scit, quòd ille valde gaudet de malo suo, & potissimè erat hoc in Dauid. Nam ipse habebat omnes gentes vicinas sibi subiectas

ctas in tributum, ꝙ ergo nunc ipse subijceretur illis, A
erat sibi magna ignominia, & dolor, & volebat pati, potius quodcunque aliud.

Quæ istarum trium plagarum erat simpliciter peior.
Quæst. XLV.

QVAERITVR de istis tribus plagis, quę erat simpliciter peior. Dicendum, quòd aut ista comparatio fit præsuppositio, quòd sciretur summa occidẽdorum in peste. s. 70. millium, aut nescito hoc. Accipiendo primo modo, manifestum est, quòd pestis erat minus mala, quia consideratis inconuenientibus datis de fame, & de hostibus in duabus quęstionibus præcedentibus, in qualibet earum sequerentur plura mala Israelitis, quam occisio septuaginta milliũ virorum in tanto populo. Si autem nesciretur summa occidendorum, dicendum quòd per quamlibet istarum plagarum poterat verisimiliter perire totus Israel. De hostibus, & fame declaratum est in duabus quæstionibus præcedentibus. De peste autẽ satis manifestum est, quòd in illis tribus diebus poterat totus Israel perire, immo in vna die, sicut angelus domini occidit in vna nocte centum octogintaquinque millia Assyriorum de exercitu Senacherib. 4. Regum 19. & Isa. 27. & tamen hoc dato adhuc ista plaga minor erat, quam quæcunque alia, eo quòd isti facilius morerentur, & non cum diuturnis doloribus, sicut fieret C
in fame, & hostilitate, nam in qualibet earum totus populus poterat perire, vt declaratum est. Et si dicatur, quòd erat dubium an in aliis plagis periret totus populus, etiam dicetur, quòd dubium erat an periret in peste, & ideo in hoc erat æqualis conditio omnium plagarum. Item facilius erat homini ad tolerandum, quod a Deo per seipsum puniretur, quàm quòd mediantibus hostibus, & terræ sterilitate puniretur, sicut tolerabilius est alicui seruo, quòd a domino suo sustineat alapam, quam quòd dominus suus iubeat alteri seruo, vt eum alapa percutiat. Pestis ergo minor erat aliis plagis, & istam approbauit Dauid, dicens: Melius est, vt incidam in manus domini: Tolerabilior est. n. ista plaga, quam aliæ. D

Manet autem dubium de plaga hostium, & famis, quæ istarum esset peior. Dicendum est, quòd ꝓ quãlibet earum poterat totus populus Israel destrui, vt declaratum est in duabus quæstionibus præcedentibus, & quantum ad hoc erant æquales, sed aliquis diceret, quòd melius erat plagam hostium sustinere, quã famis: sic diffiniuit Ieremias Thren. 4. Melius fuit occisis gladio, quam interfectis fame: quoniam isti extabuerunt consumpti a sterilitate terrę. Dicendum est, quòd peior erat plaga hostium, quam famis, quod pater primo, quia Dauid nullam magis refugit, quã plagam hostium, vt patet hic 2. Regum 24. ĩ. Melius est, vt incidam in manus domini, in quo multę miseratio nes sunt, quam in manus hominum. Et hoc erat inciE
dere in manus hostium. Secundo patet, quia ꝓ vtrãq; plagam poterant perire omnes Israelitę, & tamẽ si perirent fame, non oporteret, quòd subiicerentur hostib⁹. Si autem morerentur in manu hostium, traderentur illis, & in hoc esset maior pęna, quia morerentur, & subijcerentur, & tamen morientes fame morerentur in toto honore suo. Tertio patet, quia tolerabilius est homini, quòd percutiatur a Deo, quam quòd percutiatur ab alio homine, sicut tolerabilius est homini, ꝙ percutiatur a domino suo, quam a subdito suo, vel æquali, & tamen si percuterentur fame Israelitę percutiebantur a Deo. Si autem fugerent hostes, percutebantur ab hominibus, ideo minus esset tolerabile. Quarto patet, quia gentes, quæ erant circuitu Israelitarum non scirent, quia istæ plagæ infligebantur eis a Deo propter peccatum, & ideo si fames opprimeret Hebręos, crederent gentes vicinæ, quòd hoc naturaliter veniebat. Si autem fugarentur ab hostibus, non crederẽt, quòd Deus hoc faciebat, sed quòd ipsi propter suam ignominiam fugiebant, & quòd iam nihil retinebant de probitate priori, vnde nimis inhonorabiles haberentur, quod non fieret si fame opprimerentur. Ad illud, quod dicit Ieremias. s. melius fuit occisis gladio, quam interfectis fame, potest tripliciter intelligi: vno modo, quòd melius fuit eis. i. minora tormenta sustinuerunt, nam qui fame moritur multis diebus anxiatur, & resoluitur, qui autem ab hostiB
bus occiditur subito perit, & hoc intellexit Ieremias dans causam dicti sui. s. quia isti extabuerunt consumpti a sterilitate terræ. i. qui moriuntur fame tabescũt, idest putrescunt, vel desiccantur antequam moriantr, & iste est locus cruciatus, qui nõ accidit occisis ab hoste. Secundo modo potest intelligi, quòd melius est occisis gladio, quam interfectis fame. i. quantũ ad seipsos, & tamen nõ quantum ad communitatem, cuius isti partes sunt, nam quòd moriantur aliqui fame a Deo inflicta, nullum dedecus est, quòd tamen occidantur ab hostibus, & subiiciantur eis dedecus est. Tertio modo potest dici, quòd differt an fames fit inflicta a Deo, siue naturaliter eueniat, vel causetur propter obsidionem: nam primo modo nullum est dedecus famem patienti, quia non est in potestate hominis, quid Deus agere velit, vel offerre per operationes naturæ: pati tamen famem in obsidione potestiꝰ dedecus, vt si obsessi patiuntur famem, quia non audent exire ad pugnandum cum hostibus. Ieremias autem loquitur de fame, quæ euenit propter obsidionẽ, & sic erat illa, quã tunc passi fuerant Iudęi a Chaldęis obsidentibus vrbem, & deterius est sic mori fame, q̃ perire gladio pugnando: fames tamen, de qua hic dr erat a Deo inflicta supernaturaliter, ideo nullum dedecus erat illam tolerare.

Quare Dauid potius elegit pestem.
Quæst. XLVI.

QVAERITVR vlterius, quare Dauid secundum veritatem elegit pestem, & non aliã plagam. Dicendum, ꝙ sicut fuit declaratum supra in quadam quæst. fecit hoc ꝓp populum, vt multi putãt, Vide q.42
quod falsum est. Dicendum n. ꝙ Dauid nõ considerauit hic, nisi vtilitatem. s. que plaga esset minor & illã voluit. Putauit aũt pestem esse minorem, ideo illã elegit. Sic patet ex litera. s. Angustię me premunt ex omni parte, sed melius mihi est, vt incidam in manus domini, in quo multæ misericordię sunt, q̃ in manus hominum. Si tñ Dauid elegisset pestem, vt ista plaga eẽt cõis sibi, & omnibus, non allegasset istam rõnẽ. i. melius est mihi, vt incidã in manus dñi, quia nihil ad ꝓpositum faceret. Itẽ non est verisimile, ꝙ si Dauid crediisset aliquã de aliis plagis esse minorem, q̃ ista, ꝙ eligeret istam, quia in hoc videretur peccare, & imprudenter agere, eligens id quod magis nociuũ erat populo. Nec obstat, ꝙ Dauid vellet istam plagam, eo ꝙ erat communis sibi, & aliis: nam licet propter hoc vellet eam aliquo modo, tñ iõ erat ista causa principalis volendi, sed quia erat ista plaga minor aliis.

De tempore inæquali dato istis plagis. Qũ. XLVII.

QVAERITVR vlterius, quare Deus dedit istis plagis tempora tam inæqualia. s. septem annos pro fame, & tres menses pro hostibus, & tres dies pro peste. Dicendum est, ꝙ peccatum vnum erat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

erat,pro quo istę pęnę infligebantur.Ideo oportebat, F quòd omnes essent aliquo modo ęquales, quia tamẽ erant inęquales in intensione, non debebat eis dari ęquale tempus durationis, quia sic essent totaliter inęquales, sed id, quod vna excedebat aliam per intentionem,debebat suppleri in alia per extẽsionem,sicut flagellari, & comburi, inęquales pęnę sunt,sed poterunt ęquari ratione temporis, vt si vnus sit in igne p quartam partem horę,& alius flagelletur per tres horas, sic erat hic:nam pestis est grauior, quam hostes absolutè,& hostes, quam fames,ideo ad hoc,ꝙ ęquarentur,dati fuerũt septem anni pro fame, & tres mẽses pro hostibus, & tres dies pro peste, quia tantum malum infligeretur in tribus diebus pestis,sicut in tribus mensibus hostilitatis, & in septem annis famis. G

Si peccaret Dauid eligendo aliam plagam, quam pestem. Quæst. XLVIII.

QVAERITVR vlterius, an Dauid peccaret si eligeret aliam plagam, nisi pestem. Aliq dicunt, quòd sic, quia in alijs plagis Dauid poterat esse liber à malo. In peste autem erat morbus communis sibi,& alijs.Ideo quòd vellet talem plagam,in qua non esset sibi periculum,sed populo,cum tamen non peccasset populus,sed ipse,peccatum erat.Respondendum est, quòd cum Deus daret optionem Dauid non peccaret ipse vtendo iure H suo alioquin diceretur, quòd Deus instigaret aliquẽ ad peccandum, & tamen dedit Deus optionem Dauid in istis tribus. Ideo poterat quodcunque illorum vellet eligere licitè: illi autem,qui credunt,quòd Dauid eligeret pestem,quia erat sibi, & alijs communis, vt ipse posset puniri,putant quòd peccasset,si nõ elegisset illam, & tamen isti adhuc errãt in fundamẽto, quia putant, quòd Dauid elegit pestem propter hoc, & tamen non elegit eam,nisi quia putabat esse minorem plagam, quam duas alias, vt patet in litera, & declaratum est supra in quadam quęstione.

De quibusdam verbis, quæ dixit Dauid, scilicet melius est, vt incidam,&c. Quæst. XLIX. I

QVAERITVR vlterius quomodo dixit hic Dauid melius est, vt incidam in manus domini, eo quòd omnes tres infligebantur à Deo. Dicendum quòd verum est,quòd p quamlibet earum incidebat Dauid in manum domini:tamen differt, quia porerat incidere in manũ Dei quãtum ad ordinationem. Omnes istę tres plagę erãt à Deo,quia ipse disposuerat,quòd veniret quęcũque earum eligeretur à Dauid,& tamen quantum ad executionem non pertinebant omnes ad Deum, sicut patet de plaga hostium , quia licet esset ipse moturus eos ad pugnandum contra Dauid, & non Deus: sic etiam erat de fame,quia illa causaretur opere corporum cęlestium,vel locustarum,aut aliorum animalium destruentium terrę nascentia, vel per modos similes,& in omnibus istis executio non fieret p Deũ, sed per aliquos ministrantes aliquo mõ naturales. In peste autẽ executio erat per Deũ, eo ꝙ angelus suus percutiebat, vt patet in litera. Ideo in sola peste dicebatur Dauid incidere in manus dñi,in alijs autem nõ, sed in manus hominum, vel aliarum rerum.

Quare dixit Dauid melius est mihi incidere in manus domini. Quæst. L.

QVAERITVR vlterius quomodo Dauid posita electione de istis tribus plagis,cum dixit melius mihi est incidere in manus domini, quam in manus hominum, quia per hoc nõ sufficienter comprehendit omnes tres plagas, sed duas, scilicet pestem p manus domini,& hostes per manus hominum. Aliquis dicet,quòd per manus domini intelliguntur duę plagę,scilicet pestis, & fames, eo quòd vtraque infligebatur à Deo hominibus nõ ministrantibus, sed istud non stat, quia tunc cum Dauid diceret. Melius mihi est,vt incidam in manus Domini.Non significaretur distincte, quam pœnã istarum vellet Dauid, scilicet pestem, an famem, & tamen per hoc significauit se eligere pestem, ideo non significantur duę plagę per hoc. Aliter ergo dici potest dupliciter:vno modo,ꝙ intellexit Dauid duas plagas dicendo,quam vt incidã in manus domini. Et manifestum est,quia vtraq; plaga, scilicet hostilitas, & fames per homines infligerẽtur:de hostilitate manifestum est : de fame autem dicẽdũ, quòd poterat infligi per homines, vtpote si hostes vastarent terrę nascentia: nam istud erat positum Israelitis in maledictionem , quando mali erant,scilicet.Frustra seretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur. Leui.26.Vel dato,quòd fames veniret opere corporum cęlestium , homines poterant adiuuare ad istam famem , scilicet quia necessarium erat, quòd Israelitæ non habentes cibaria in terra sua emerent à gentibus vicinis, & sic erat in potestate vicinorum vicinorum Israelitarum,scilicet an vellent dare eis segetes, & alia necessaria , vel non, & per hoc incidebant in manus hominum,quia vita sua erat in manu illorum.Secundo potest dici,quòd Dauid nullam plagam habebat magis exosam,quam hostilitatem,& nullam magis acceptabat,quam pestem.Ideo vtranque nominauit,vnam eligens , & aliam maximè respuens,scilicet Melius est mihi,vt incidam in manus Domini,quam in manus hominum . Aliam autem,quam nec maxime exosam habebat, nec maxime acceptabat, subticuit . Sed adhuc primus modus istorum est conuenientior.

Misit ergo Dominus pestilentiam in Israel, & occiderunt de Israel septuaginta millia virorum. Misit quoque angelum in Ierusalem, vt percuteret eam. Cumque percueretur vidit Dominus,& misertus est super magnitudinem mali,& imperauit angelo, qui percutiebat : Sufficit, iam cesset manus tua. Porro angelus Domini stabat iuxta aream Hornam Iebusęi, leuansque Dauid oculos suos, vidit angelum Domini stantem inter cęlum , & terram , & euaginatum gladiũ in manu eius, & versum contra Ierusalem , & ceciderunt tam ipse,quam maiores natu vestiti cilicijs proni in terram. Dixitque Dauid ad Deum : Nonne ego sum,qui iussi, vt numeraretur populus? Ego qui peccaui : ego qui malum feci : Iste grex quid commeruit? Domine Deus meus vertatur, obsecro, manus tua in me , & in domum patris mei, populus autem tuus non percutiatur.

Misit ergo. Hic ponitur secundum huius partis, s. pestilentię immissio, & dicitur. *Immisit ergo dominus pestilentiam in Israel.* Scilicet in omnes terminos Israel, vt

vt patet infra : nam non erat aliquis locus, in quo non A esset aliqui percussi,& non erat ista pestilentia verè, sicut alię ex corruptione aeris , sed per angelum Domini,sicut declaratum fuit supra in quadã quęstione.

Et ceciderunt de Israel septuaginta millia virorum. Accipitur hic Israel pro omnibus duodecim tribubus: nam non distinguitur hic tribus Iuda ab alijs tribubus,sicut distinguebatur supra in summa numerationis, quia tunc non moreretur aliquis de tribu Iuda: Sed non videtur hoc verisimile , quia ita peccauerant viri de ista tribu,sicut de alia. An inter ista septuaginta millia virorum computẽtur aliquę fęminę,vel paruuli,declarabitur in sequenti quæstione.

Misitque angelum in Ierusalem. Scilicet prius percussit B angelus in omnibus alijs locis terrę Israel,quam in Ierusalem,& ad vltimum venit illuc ad percutiendum aliquos in ea. Quare autem ad vltimum venerit in Ierusalem,& non potius à principio, cum ibi essent maxime peccatores , scilicet rex, infra dicetur.

Cumque percuteretur. Incepit angelus percutere in Ierusalem, & percussit aliquos. *Vidit dominus, & misertus est.* Modus loquendi est largus, nam Deus non videt, nec etiam misereretur, videreatẽ est passio animalis perfecti habentis oculos, Deus autem animal non est.Ideo videre non potest, sicut nec anima separata videt: Etiam non misereretur,quia misericordia est quędam passio , qua condolemus miseris : in Deo tñ nulla passio est , ideo nec misericordia. Scriptura tñ C loquitur modo humano attribuens passiones: nam cum aliquis nostrum liberat alium a miseria , dicitur ei misereri, & quia Deus liberauit Ierusalem ab angelo percutiente, dicitur misertus ei . Et quia nullus nostrum alteri misereretur, nisi miserias eius videret: ad hoc,quòd Deus misereretur Ierusalem,oportebat,ꝙ videret,ideo dicitur vidit,sed ista visio Dei non est, nisi intelligere , quia etiam nos dicimur videre aliquid cum intelligimus illud . Misereri autem Dei fuit sua dispositio immutabilis , qua ab ęterno disposuerat liberare Ierusalem ab angelo percutiente , vt tamẽ ista intelligantur, exprimit illa scriptura per verba significantia humanas passiones.

Super magnitudinem mali. Idest erat iam magnũ malum, quia perierant septuaginta millia virorum, ideo iussit cessare. *Et imprauit angelo , qui percutiebat, sufficit, iam cesset manus tua.* Iste erat angelus , qui habebat gladium euaginatum,& percusserat in omnibus locis,& nunc iubetur cessare. *Porro angelus domini stabat iuxta aream Hornam Iebusæi.* Iste Hornam erat quidam Iebusęus,qui manserat in Ierusalem , de quo infra dicet,& morabatur in parte superiori vrbis, scilicet in castro montis Sion,vbi erat palatium Dauid,Et in area istius fuit postea constitutum templum domini per Salomonem. Et angelus domini apparuit in illa area , vt Dauid videret eum,quia ipse prope erat.

Leuansque Dauid oculos suos vidit angelũ domini stantem inter cęlum, & terram. Angelus erat in aere eleuatus,& E Dauid cum non respiceret in altum, non videbat eũ, cum autem leuauit oculos vidit eum.Et dicitur inter cęlum , & terram , idest in aere medio,s.ꝙ non erant pedes eius in terra.Quare autem sic erat infra dicetur.

Et euaginatum gladium in manu eius. Habebat enim figuram gladij,& erat euaginatus ad significandum,ꝙ adhuc persistebat in occisione. *Et versum contra Ierusalem.* Potest intelligi de angelo, qui erat versus cõtra Ierusalem , scilicet quòd vultus eius erat contra Ierusalem:ad significandum , quòd volebat occidere aliquos in Ierusalem,vel intelligitur de gladio,quòd ille erat contra Ierusalem , & idem significatur per vtrunque.

Et ceciderunt tam ipse, quam maiores natu vestiti cilicijs proni in terram. Scilicet viso angelo in habitu tam horribili , ceciderunt in terram , & tamen an fuerit hoc ex timore , vel ex reuerentia declarabitur infra, & dr vestiti cilicijs , quia faciebant pœnitentiam pro peccato,vt Deus aduerteret iram suam ab eis . Sic enim quando Deus immiserat hostes cõtra Ioram regem, & erat obsessus in Samaria,& fames valida in vrbe,ita vt mulieres comederent filios suos . Indutus erat rex cilicio , & totus populus vidit cilicium , quod erat ad carnem eius 4.Regum 6.

Dixitque Dauid ad Deum Scilicet ista,quę sequuntur: & dixit ea per modum orationis. *Nonne ego sum , qui iussi,vt numeraretur populus?* Q.d, ista pœna datur pro numeratione populi.Ego tamen feci, quòd numeraret, ideo super me vertenda est. *Ego,qui peccaui,ego qui malum feci.* Repetitio sententię est ad exaggerandũ . Nã totum intelligitur de peccato numerationis populi. Et competit ista exaggeratio hominibus passionatis. siue per gaudiũ , siue per iram,aut dolorem,vel aliàs. Et sic Dauid erat nunc in magno dolore , quia videbat populum perire per manũ angeli,& ad expressionem desiderij sui magni reperebat sententiam.

Iste grex quid commeruit. Quasi dicat isti , qui percutiuntur, sunt greges mei, qui diriguntur ad mandatũ, & voluntatem meam:ideo peccatum non est in illis, sed in me. *Domine Deus meus vertatur , obsecro, manus tua in me.* Idest dic angelo tuo percutienti, quòd conuertat manum suam super me ad percutiendum me.

Et in domo patris mei. Idest etiam percutiatur cognatio mea , quę est domus patris mei.

Populus autem tuus non percutiatur. Idest populus iste. qui est tuus,& nihil meruit non percutiatur pro peccato meo . Putabat enim Dauid , ꝙ pro peccato numerationis occiderẽtur , sed falsum erat,quia occidebantur pro peccatis suis,quæ alias fecerant.

Si in occisione septuaginta millia virorum intelliguntur mulieres,& paruuli. Quæst. LI.

QVAERITVR circa prędicta de septuaginta millibus virorum , de quibus hic dr : an nomine illorum intelligãtur aliquę fęminę,& paruuli , vel quomodo intelligendũ est de istis,quia in tali occisione verisimile est,ꝙ perirent fęminę,& patuuli cum viris.Aliquis dicet,quòd ista pestis solum fuit in viris , & ratio est,quia fuit pro peccato numerationis,& tamen,nec nunc fuerũt numeratę fęminę,& paruuli,sed soli viri.ideo in eis esset solum pœna,& sic nullus paruulus , nec fęmina perijt. Sed dicendum,ꝙ hoc non stat,quia aut isti occiderentur, eo quòd numerati fuerant , vel quia peccauerant in numeratione . Si primo modo,manifestũ est,quòd non solum septuaginta millia , sed omnes de populo perirent,quia omnes numerati fuerant , vel quia peccauerant in numeratione . Si secundo modo manifestum est, ꝙ non solum septuaginta millia, sed omnes de populo perirent,quia omnes numerati fuerant,& tamen non perierunt,ideo non fiebat propter hoc.Iterũ patet,quia poterat populus numerare, ita quòd nihil peccaret,vt si rex numeraret eos inuitos:manifestum est,autem tunc, ꝙ non punirentur pro hac numeratione , quia iniustissimè fieret . Si autem pro peccato numerationis,etiam non punirentur isti,sed solum illi, qui peccauerant inducendo, vel consentiendo,aut fauendo,quòd populus numeraretur,& tamẽ Dauid peccauit in hoc maxime , & si aliqs fuit esset de principibus,& consiliarijs eius,& tamen isti, qui percutiebantur erant populares extra Ierusalem. Et illi,qui in hoc aliquo modo fauerant,vel potuerant fauisse, nõ percussi sunt,s.nec Dauid, nec principes,aut cõsiliarij eius,

eius, quia isti omnes erant in Ierusalē, & ibi fuit parua F
plaga, ergo non fuit pro peccato numerationis. Secūdo patet, quia dato, ꝙ esset pro peccato numerationis, occiderentur aliqui paruuli, quia licet illi nō peccassent, occiderentur pro peccatis patrum suorum. Aliquis ergo dicet, ꝙ fuerunt occisi multi paruuli, & fœminę in ista peste, & intelliguntur noīe virorū, s. ꝙ oēs isti percussi essent septuaginta millia, & quidam essent viri, & quidam paruuli, & quędam fœminę: nominantur tñ viri, quia digniores erant. sed dicendū, ꝙ istud non stat, quia litera dicit septuaginta millia virorum, iō oportet oēs istos septuaginta millia indicare esse viros, & si voluisset scriptura in ista summa intelligere viros paruulos, & fœminas non dixisset septua- G
ginta millia virorum, sed septuaginta millia animarū sic patet primo Macha. 2. Cum dī de illis, qui occisi sunt, qa nolebant se defendere in sabbathis, s. & occisi sunt ipsi, & vxores eorum, & pecora, & filii vsque ad mille animas hominum, quia noīe animę intelligīt omne viuens, iō non diceretur septuaginta millia virorum, sed animarum: dici pōt ergo duobus modis: vno mō, ꝙ ista pestis non fuit pro peccato numerationis, sicut supra declaratū est in quadam qōne, sed pro aliis peccatis populi, & quia in istis solum peccauerant viri, iō soli viri occisi. Secundo mō pōt dici, ꝙ hic occisi fuerunt viri paruuli, & fœminę licet plures viri fuerint, q̄ paruuli, & fœminę simul. Scriptura tñ so- H
lū dixit de viris pp duo. Primo qa consuetudo scriptu
rę est nunquam ponere numerum fœminarum, nec paruulorum, quia nō nominant, nisi qui transeunt ad numerū & nomen, fœminę tñ, & paruuli nunq̄ transeunt ad numerum, & nomen, sed solum, quę sunt à viginti annis, &. s. Exo. 30. iō non ponīt summa mulierum, nec paruulorū: sic patet Exo. 12. in exitu de Aegypto dī, quòd fuerunt ferè sexcenta millia peditū absque paruulis, & mulieribus, & cum eis erat vulgus promiscuum multū. Certū est aūt, ꝙ paruuli, & mulieres maiorem summā facerent, quam viri, & tñ nulla summa illorū ponīt, nec includunt sub numero sexcentorū milliū. Secūdo poterat fieri, ꝙ licet in ista peste aliq paruuli, & fœminę perirent, fuerunt tñ pauci. Iō nō curauit scriptura aliqd exprimere de illis, sed de solis viris, qui fuerunt septuaginta millia.

Si percussi fuerint aliqui ab angelo in Ierusalem, & si intelliguntur in numero septuaginta millium virorum.
Quæst. LII.

QVAERITVR vlterius an aliqui fuerint percussi ab angelo in Ierusalem, & si fuerint aliq an includant in summa septuaginta millia virorū. Quidam dñt ad primū, ꝙ non fuerunt percussi aliq in Ierusalē, quia 2. Re. 24. dī. Cumque extendisset manū angelus Dñi super Ierusalem, vt disperderet eam, misertus est dñs super afflictione, & dixit angelo, sufficit nunc, cōtine manum tuam. Ergo videtur, ꝙ nullū adhuc per- K
cusserat, sed extendebat manum ad percutiendū qñ Deus ei dixit hoc. Et tñ illico cessauit angelus Deo iubente. Iō nullus percussus est. Secundo patet, quia summa occisorū fuit septuaginta millū. Et isti occisi fuerant, antequā angelus veniret in Ierusalē, vt patet ex lra, s. Misit Dñs pestilētiā in Israel, & ceciderunt de Israel septuaginta millia virorum. Et sequīt: Misitq; angelū in Ierusalem, vt ꝓcuteret eā. Et sic iā fuerant occisi septuaginta millia, qñ venit Angelus in Ierusalem, sed nulla alia summa virorum ponīt de occisis, ergo nulli occisi sunt in Ierusalē. Rūdendū, ꝙ aliqui occisi fuerūt in Ierusalem, sicut in alijs vrbibus Israel, sed forte pauciores. Et patet, quia dicitur: Misit angelum in Ierusalem, vt percuteret eam. Cumque percu-
teretur vidit dominus, & misertus est. Ergo iam per- I
cutiebatur, quando Deus misertus est, vnde necesse erat, quòd aliqui perirent. Item patet 2. Reg. 24. quia dicitur, quòd Deus dixit angelo percutienti populū: Sufficit: contine manum tuam. Ergo videtur, quòd tunc percutiebat populum. Ad primum in contrariū dicendum, quòd verum est, quòd quando Deus misertus est, extendebat angelus manum ad percutiendum populum, tamen nō incipiebat tunc, sed aliquos iam percusserat, & extendebat manum ad continuādum percussionem. Ad secundum dicendum, quòd summa occisorum fuit septuaginta millia, & aliqui putant, quòd solum fuerit ista summa de occisis in
alijs vrbibus extra Ierusalem, quod concordat ordini G
literę, & quòd occisi in Ierusalem non exprimantur, sed dicendum est, & melius, quòd ista summa septuaginta millium virorum fuit de occisis tam in Ierusalem, quàm in aliis vrbibus, quia aliàs non videret bene positum, cum scriptura intēderet hic ponere summam omnium occisorum in ista plaga, & subticeret occisos in Ierusalem, sed omnes includuntur sub ista summa, & quando obiicitur, quia dicitur: Et ceciderunt de Israel septuaginta millia virorum. Et postea sequitur. Misit angelum in Ierusalem, vt percuteret eam. Ergo iam erant occisi omnes isti. Dicendum, ꝙ est anticipatio, nam sępe ponuntur aliqua per anticipationem, & recapitulationem in scriptura, & patet, quia dicitur: Ceciderunt de Israel septuaginta millia. Et cum nomine Israel intelliguntur omnes vrbes hebręorum, quia non distinguitur hic Iuda ab Israel.

De discordia, quæ habetur in quibusdam verbis, scilicet quòd Deus miserit angelum ad percutiēdum, & quòd iuberet ei ne percuteret.
Quæst. LIII.

QVAERITVR vlterius quomodo Deus mi- I
sit angelum in Ierusalem ad percutiendum eam, cum ipse iuberet ei, quòd non percuteret, vt pater in litera. Rełponderi potest dupliciter, vno modo, quòd Deus intendebat occidere aliquos in Ierusalem, sicut postea factum est. Erad occidendum illos misit angelū, quo facto, cū angelus nesciret an plures deberet occidere, extendebat adhuc manum ad percutiendum, & tunc Deus dixit, sufficit nunc, contrahe iam manum tuam, scilicet ga iam erat expleta executio sententię suę. Secundo potest dici, ꝙ scriptura loquatur hic modo humano. Interdum enim homines irati iubent aliqua mala inferre aliis, & cum videant illa inferri si magna sunt, moueantur misericordia, & iubent cessare, quamquam prius intenderent, quòd tota punitio inferretur. Sic nunc scriptura fingit eum tanquam iratum contra Ierusalem, & mittentem angelum, vt destrueret eam totaliter, sicut dicitur 2. Regum 24. quia angelus extenderet manum, vt disperderet Ierusalem. Incępit autem angelus hoc facere, & percussit aliquos, & tūc Deus videns magnitudinem plagę misertus est, & iussit angelo cessare, licet videretur prius intendere, & misisse angelum ad hoc, quòd totus Israel destrueretur.

De missione angeli ad percutiendum prius Israel, quam Ierusalem. Quæst. LIIII.

QVAERITVR vlterius quare Deus prius misit angelum ad percutiendum in aliis vrbibus Israel, quā in Ierusalē, quia potius debebat Incipere in Ierusalē, cum ibi essent maximi peccatores, scilicet Dauid, ꝙ iusserat numerari

rari populum, & alij consiliarij eius. Rūdendum est, A
ꝙ hoc factum est, vt non impediretur id, quod Deus ordinauerat de percussione populi, nam statuerat, ꝙ aliqui perirent de aliis vrbibus, & alii de Ierusalē. Si tñ inciperet plaga in Ierusalem, impediret ne alia loca percuterentur, iō debuit incipere in aliis: patet hoc, quia si plaga incępisset in Ierusalem, & vidisset Dauid angelum percutientē, sicut nunc vidit, aut oraret pro cessatione, & diceret ista verba, quę nunc dixit, s. ego sum, qui peccaui, &c. aut, nec oraret, nec aliquid diceret. Si oraret, aut Deus exaudiret orationem eius, aut non. Si exaudiret orationem eius, cessaret plaga à populo. Et sic nullus ꝓcuteret in alijs vrbibus Israel, B
quod erat contra dispositionem Dei volentis occidere illos, quos occidit. Si aūt non exaudiret orationem suā, sed percuteret, non videret aliqs modus cessationis, quia cessatio fuit nunc p orationē Dauid, & sic extenderetur pestis pluſquā nunc extensa fuit, eo ꝙ meritis Dauid, s. oratione sua deuota cessauit. Si autem Dauid non oraret ꝓcuteret populus. Et tñ eriā tūc nō videret aliqs modus cessationis eius, cū nunc cessauerit orāte. Ad hoc ergo, ꝙ Deus ꝓcuteret illos, quos intendebat, & tñ nō respueret orationē Dauid, & daret terminus plagę, non videbatur alius modus conueniēs, nisi iste, s. ꝙ ꝓcuterent pri⁹ aliq ciuitates, & qa ibi nullus esset cuius meritis, & oratione Deus cessaret, non sisteret pestis, & cum postea ꝓcuteret Ierusa- C
lem, & videret illud Dauid, oratione eius cessaret. Secundo patet, quia intentio Dei erat, ꝙ plaga cessaret faciendo sibi sacrificium in area Hornā Iebusęi, vt populus crederet illū locū esse Deo valde acceptum, vt haberet venerabilis: cum pp sacrificium ibi factum cessaret pestis, & istud erat, quia Deus volebat, ꝙ in area illa fieret postea templum p Salomonē, in quo esset tota deuotio populi, & ministratio cultus diuini, & vt anteq̄ fieret locus ille haberetur in magna reputatione tanq̄ sanctus, voluit eum decorare isto domo, s. ꝙ cessaret pestis facto ibi sacrificio. Si aūt plaga incepisset in Ierusalem, vel fieret sacrificium in area illa, vel non: si fieret sacrificium in ea, cessaret pestis, quod erat ꝫ intēționem Dei volentis percutere, quos percussit. Si aūt non cessaret, non haberet locus ille D
venerabilior alijs ad constituendum ibi templum, & tñ Deus hoc intendebat, ideo vel non fieret ibi sacrificiū pro cessatione, vel si fieret, cessaret plaga. Si aūt non fieret ibi aliquod sacrificium, non haberet modus ad reddendum locum illū venerabilē, sicut Deus facere intendebat. Iō aut simul fierent duo, q̄ Deus intendebat, scilicet quòd occiderent illi, quos volebat, & quòd redderetur locus areę venerabilis, non videbatur alius modus, nisi quòd inciperet pestis in aliis vrbibus, & finiretur in Ierusalem facto sacrificio in area. Sed aliquis dicet, quòd poterat fieri aliter, scilicet quòd inciperet pestis in Ierusalem, & quòd occiderentur omnes, quos Deus volebat occidi, & postea in alijs vrbibus, & deinde fieret sacrificium in area, & E
cessaret pestis in toto Israel. Dicēdum quòd iste modus non erat conueniens, quia iam cessasset plaga in Ierusalem, & sic non videretur cessasse propter sacrificium factum in area, & cum Ierosolymitę viderent iam pestem cessasse ibi, quamquam fieret sacrificium in area, & propter hoc cessaret pestis in aliis locis Israel: non esset ista manifesta probatio, sicut fuit quando pestis erat in Ierusalem, & facto sacrificio in area cessauit ibi, & sic non fuit alius modus conueniens ad faciendum hoc, nisi iste, quòd postremo percuteretur Ierusalem.

De modo imperandi angelo, ne percuteret Ierusalem. Quæst. LV.

QVAERITVR vlterius cum dicatur hic, ꝙ imperauit Deus angelo percutienti, dicens cesset iam manus tua. Quis modus fuit iste imperandi, & dicendi. Respondendum, ꝙ non fuit istud per aliquam locutionem realem inter Deum, & Angelum. Et hoc propter duo. Primo quia Deus non poterat loqui. Secundo quia angelus non poterat audire, etiam si Deus sibi loqueretur. Primū patet, quia locutio non potest fieri sine organis naturalibus, vel fabricatis. Deus autem non habet naturalia organa sibi coniuncta, quia non est animal: etiam non habet illa fabricata per artem, sicut angeli fabricant, quando volunt apparere nobis, vel loqui, quia Deus non potest induere tale corpus formatum de aere ad hoc, ꝙ loquatur, & operetur per illud, quia ista non possunt fieri sine motu: Deus autem non potest habere operationem cum motu, quia esse, & operari in Deo sunt idem, quia est purus actus, & esse summe simplex: etiam competit sibi hoc ex conditione ęternitatis, quia ęternitas dicit simul ratē essendi, quia est interminabilis vitę simul tota, & perfecta possessio: & tñ essentia Dei non est in motu, iō nec operatio sua pōt esse cum motu: loqui tñ non potest fieri sine motu, quia locutio formaliter includit successionem: nam in locutione est saltem vna oratio, & ista est minima locutionum. In oratione aūt sunt termini, & quilibet terminus habet literas, & syllabas, & ista nō possunt proferri, vtpote in ista dictione dñs, necessario pręcedit ista syllaba, Do, ad illam syllabam, Mi, & illa ad aliam syllabam, Nus, & si istę tres syllabę non haberēt aliquem ordinem pręcessionis, nō esset iste terminus dominus, quia non magis inciperet in, Do, quam in, mi, nec magis finiretur in, nus, quam in Do. Et sic destrueretur terminus. Includit ergo formaliter locutio successionē, sed impossibile est Deū loqui. Aliquis dicet, quòd quamquam in Deo operāte non sit successio, erit in opere suo, iuxta illud Boetij de Consola. lib. 3. Metro. 9. Stabilisque manēs das cuncta moueri. Dicendum, quòd non stat, quia verū est, quòd in opere Dei potest esse successio, scilicet in re operata, non tamen in opere, idest in operatione, vel actu. Causa huius est, quia res operata postquam producta est, habet in se esse per quod manet, & operatur successiuè, & illa conditio successionis suę non est à Deo, sed à conditione esse sibi traditi. Secus autem est in operatione Dei, quia operatio est in se aliquid dependens, & non habet esse, nisi id quod datur ab ea, à quo fit, & sic non est operatio, nisi quandiu operans operatur: si ergo operatio in successione est, necessario est, quòd operans in successione illam producat. Alioquin detur oppositum, scilicet quòd agens in instanti produceret, & tamen operatio ipsa consisteret in successione tantum, sequeretur, ꝙ operatio pro toto ille esse, quod habebat in successione à nullo dependebat, nec caulabatur ab aliquo, eo quòd operans totum esse, quod dedit, tribuit in instāti, & tamē istud absurdum est, quia operatio non est, nisi ab operante, nec illa mouet, nisi quandiu ille operatur. Sed aliquis dicet fortè, quòd Deus tradidit operationi totum esse in instanti, & tam illa non potuit suscipere illud in instanti, sed suscipit per successionem: sed hoc non stat, quia operatio, quę in successione est, semper habet aliam, & aliam partem. Et pars, quę est nunc differt realiter ab illa, quę est prius, nec differunt ex alio, nisi ex ordine pręcessionis, quia si vna non pręcederet aliam, omnes essent idem. Ideo quamquam diceretur de vna parte operationis, quòd operās dedit

illud

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud esse in instãti: tamẽ non posset hoc dici de aliis, F quę sequuntur, & differunt realiter à prima, quia si omnes illas causasset in instanti, non differrent realiter, sicut iste annus, & præcedẽs differunt realiter, & tamen si iste non præcederet illum, nec subsequeretur, sed essent omnino simul, essent penitus idem annus: ita ergo est de operatione, ꝙ si perducerentur omnes partes eius in instanti, essent oẽs idem, non potest ergo Deus facere operationem aliquam, quę includat successionem, & ista est causa, quare omnes operationes, quę sunt propriè diuinę sunt in instãti, vt creatio, & suscitatio mortuorum, & illuminatio cęcorum, & siles, s. qa non p̃ ipse operari in successione. Secũdũ erat, qa dato, ꝙ Deus loqui posset angelo nõ audiret, sed locutio solum est ad hoc, ꝙ audiat, qa G aliàs inutilis est, sicut color coram cęco, iõ nõ loqueret, ꝙ non posset angelus audire. Patet quia audire est actus organicus, qui fit mediante potentia auditiua, & sic pertinet ad animal, cum istę sint potentię sensitiuę: angelus tamen non est animal, ideo non potest audire. Sed obijcietur, quia licet naturaliter non habeat angelus organum auditus: potest illud sibi fabricare de corpore aereo, sicut etiam angeli non habẽt natutaliter organum locutiuum, & tamen sumunt corpus de aere, & loquuntur, sicut patet de tribus angelis, qui venerunt ad Abraham. Gen. 18, Et de multis aliis. Dicendum est, quòd angeli non possunt audire, quamquam possunt loqui. Ratio huius est, quia loqui est agere, & audire est pati. Consistit enim loq H in quadam formatione vocis articulatę, & potest fieri istud per artem datis organis sufficientibus: nam in organis musicis fiunt soni, sed non sunt articulati, eo quòd illa organa sunt imperfecta, quia requiritur in eis aliquid aliud, in quo specialius subtilietur aer, & collidatur, & tamen si reperiantur organa perfecta, poterit in eis per artificium formari vox articulata. Aliquis dicet, quòd istud non stat, quia licet causare sonum naturaliter fiat ex percussione, tamen articulare illum est specialis conditio rei animatę. Dicendum, quòd hoc falsum est, quia multę res animatę sunt, quę non possunt articulare voces, sicut omnia animalia pręter hominem, & tamen si conditio animę esset articulare voeẽ: in quibusdam brutis posset fieri articulatio. Ideo necesse est, quòd proueniat hoc ex conditione organorum, scilicet quòd homo haberet talia organa, in quibus naturaliter articulatur vox, & non fit propter discretionem hominis, qa tunc posset homo aliquando formare sonos non articulatos, sed hoc impossibile est, nisi fortè aperuerit guttur, & os, vt non collidatur aer in palato, nec in dentibus. Item patet hoc, quia si in hominibus deficiat aliquis de dentibus anterioribus, non possunt plenè articulare voces: nam multæ literæ sunt quæ nullo modo proferri possunt, ideo prouenit ex conditione organi: nam si ex conditione animę veniret, omni tẽpore æqualiter homo articularet. Et ideo, ꝙ in brutis non fiat articulatio vocis, cã est, qa organa sunt dissi- K milia organis humanis, sicut in asinis, & equis, in quibus sunt magna ora, & oblonga, ideo exsufflatur aer non perfecte collisus, quòd tamen requirebatur ad articulationem. Si ergo fiant aliqua organa talia, qualia sunt organa humana per partem poterunt in illis fieri voces articulatę, sed angeli faciliter possunt talia organa fabricare de aere, eo quòd aer est materia obediens cuicunque impressioni, & alterationi, & angeli sunt magni artifices, qui poterunt fabricare illa totaliter configurata organis humanis, ideo facile est, ꝙ per artem fiat locutio in organo non humano, & sic erit locutio, & non ab animali: de auditione autem est impossibile, quia audire est passio sensitiua, & determinat sibi formam, quę sit principium sentiendi, scilicet potentiam auditiuam, ideo vbi non fuerit potentia auditiua impossibile est esse auditionem, sicut si sit homo mortuus, est ibi organum largè, quia tamen nõ est potentia auditiua, nõ audit. Ita est de angelis, quia licet assumant corpora de aere, in quibus sit figura aurium, non est ibi potentia auditiua, quia ista solum est in animali, ideo non poterit angelus in corpore assumpto audire. Idẽ etiam est de videre, & odorare, & alijs sensationibus, quia nullam potest habere, vnde licet angelus in corpore assumpto appareat alicui homini, angelus tamen non videt hominem, nec audit vocem eius. Sed tunc diceretur: ad qd habet ista organa, vel similitudinem organorum? Dicendum, quòd propter tria: primo quia angelus vult apparere homini, & videri: ideo oportet, vt sumat aliquod corpus, quia aliàs, cùm sit spiritus, non videbit, & quia cum appareat in corpore vult assumere formam decentem, non est tamen aliqua magis decens, quam quòd in forma humana appareat. Ideo fabricat sibi omnia organa, licet illis non vtatur. Secundo quia licet angelus in corpore assumpto non vtat omnibus organis, vtitur tamen quibusdam, scilicet locutiuis, operatiuis, & motiuis, scilicet ore, pedibus, & manibus. Tertio quia licet angeli non audiant, nec videant, tamen quando apparent hominibus, volunt eis ostendere, quòd vident, & audiunt, vt credant homines, quòd voces eorum audiuntur ab eis, & ipsi videntur, quia aliàs non loquerentur ad eos cum crederent sibi non posse respondẽri, quia angeli non intelligerent quid ipsi dicerent, nec viderent, an essent eis pręsentes. Non ergo vident angeli, nec audiunt potius, quam si non assumerent corpus, & tamen scitur, quis sibi pręsens est, & quantum homo procul est ab eo, sicut si hominem viderent, etiam intelligunt quid homo loquatur, sicut si audirent vocem eius. Apparet ergo, quòd cùm angelus non audiat vocẽ, Deus non loqueretur sibi dato, quòd loqui posset, cùm per alium modum posset ei indicare quid intenderet. Cũ autem dicitur hic, quod Deus imperauit angelo dicens: Sufficit iam. Potest intelligi dupliciter, vno modo, quòd ista non esset locutio realis, sed esset aliquid vice locutionis, sicut nos per locutionem exprimimus ea, quę mente gerimus. Quia sunt ea, quę in vo- I cę sunt, earum, quę in anima passionum notę. Primo Periher. Ita Deus poterat notificare angelo per quendam alium modum, id quod intendebat, & illa notificatio vocaretur locutio, quia idem operabat, quòd locutio. Alio modo potest dici, quod Deus nihil imperauit angelo in voce, vel in alio signo, quia iam angelus sciebat quid facere debebat. Ad significandum tamen modum cessationis pestis scriptura finxit Deũ tanquam iubentem angelo percutere, & Deum prętsentem esse illi percussioni. Et quia angelus cõtinuabat semper plagam, & Deus volebat, quòd cessaret, oportebat, quòd iuberet ei, quòd cessaret, & ideo introducitur hic Deus iubens angelo cessare.

Quomodo intelligantur aliqua verba, quæ hic habentur, scilicet, Cesset iam manus tua. Quæst. LVI.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, Cesset iam manus tua, quia angelus non habet manum, nec operatur per illam. Aliqs dicet, quòd verum est, quòd non habet manum tanquam partem substantię suę: & tamen quando corpus de aere format, habet in eo manus, & alias partes organicas, vel similes organis. Nunc autem angelus sumpserat corpus, quia Dauid vidit eum inter cęlum, & terram, vt patet in litera. Etiam videtur, quòd operabatur

rabatur manibus, quia habebat gladium euaginatum A in manu versum contra Ierusalem. Dicendum tamẽ est, ꝙ licet angelus haberet manum, & in ea gladium: non operabatur manu, nec gladio. De gladio patet, quia non trucidabat homines, sed moriebantur magis per modum morbi, quam vulneris: non etiã operabatur manu, quia sicut declaratum est supra in quadam quęstione, ista mors fiebat per hoc, ꝙ angelus applicabat aliquid valde venenosum cordibus istorũ, qui percutiebantur: quo tacto corde subito moriebatur homo, & sic subintrabat angelus corpora humana, & applicabat illud pestiferum cordi, & tamen non poterat angelus in illo corpore assumpto subintrare corpora humana, ideo non operabatur manu B sua in plaga, quam inferebat. Sed dicendum est, ꝙ Deus dixit ei cesset iam manus tua, idest neminem occidas: nam manus est organum operatiuum, ideo oẽs operationes nostrę attribuuntur ei, etiã si ipsa non faciat, sicut sępe dicitur. Deus locutus est per manum Moysi. Vt patet Nu. 9. & tamen non poterat loqui p manum eius, sed per os: sic etiam consueuimus dicere istud negocium expedietur per manus meas, & tamen sępe dicimus hoc de negocijs, quę non indigẽt aliqua manuali operatione, sed solo verbo. Aliter potest dici, ꝙ hoc dictum est ad continuandum modũ loquendi, quem iam introduxerat scriptura, & vt correspondeant verba rebus, quę exterius apparebant, & C tamen angelus percutiens apparuit euaginatum gladium habens. In quo significabatur, quod percutiebat gladio, licet non esset sic in re, & ad hoc, vt significaretur cessatio debebat ei dici: cessa iam percutere, vel cesset iam manus tua.

De apparitione angeli. Quæst. LVII.

QVAERITVR vlterius quare angelus iste percutiens apparuit iuxta aream Iebusæi. Responderi potest tripliciter, vno modo, ꝙ factũ est, vt oẽs viri de Ierusalẽ viderent angelum: nam area Hornam erat in castro mõtis Siõ, & illud erat pars excelsior vrbis, & cum ibi esset, poterat videri ab omnibus, qui erant in vrbe. Si autẽ esset D in alio loco inferiori non videretur. Secundo modo p̃ dici, ꝙ factum est propter Dauid, vt videret illum: nam Dauid erat in castro montis Sion, quia ibi erat habitatio eius, & angelus volebat se ostendere illi, vt oraret pro cessatione plagę. Ideo apparuit circa locũ, in quo erat Dauid, & sic dicitur, ꝙ leuans Dauid oculos suos, vidit eum, & ceciderunt tam ipse, quam maiores natu proni in terram: si autem appareret in alia parte vrbis non videret eum Dauid. Tertio qa Deus volebat, ꝙ cessaret nunc plaga per sacrificium, quod fieret in area Hornam, & ad hoc fecit, ꝙ appareret angelus ibi, vt videretur habere vultũ ad percutiendũ, s. quia vultus eius erat contra Ierusalem, & gladius euaginatus, & ꝙ propter sacrificium, quod fieret in loco E ipso, cessaret illico plaga, & haberetur locus ille venerabilis, & Deo acceptus.

Si angelus percutiens apparuit in Ierusalem habens gladium. Quæst. LVIII.

QVAERITVR vlterius quare angelus apparuit nunc in Ierusalem, & an in alijs locis, in quibus percutiebat, apparebat sicut hic habens gladium euaginatum. Respondendum est, ꝙ apparuit nunc in Ierusalem ad hoc, quòd cessaret plaga: nam Deus volebat, quod cessaret oratione Dauid, scilicet cum ipse accusaret seipsum, dicens: Ego sum, qui peccaui isti oues sunt & 2. Regum 24. & tamen Dauid non moueretur ex tanto feruore ad faciendum orationem istam, nisi videret angelũ. Quod patet, quia antequam appareret iste angelus inceperat pestis, & Dauid affligebat se propter hoc, nã ipse, & seniores erant vestiti cilicijs, quando apparuit angelus, vt patet in litera, & tamen nondum fecerat Dauid illam orationem, s. Ego sum, qui peccaui, &c. propter quam Deus fecit cessare plagam, ideo expediebat, ꝙ angelus appareret etiam in vultu terribili nunc ipsi Dauid. Secundum erat ad infligendum pęnam Dauid, nam videns istum angelum timore magno conterritus est, ita vt non posset ire ad templum Domini, vt patet infra in litera, & ex hoc causata est in eo infrigidatio carnis, ita ꝙ licet operiretur vestibus, non calefieret, quousque quęsita est ei adolescentula virgo, quę calefaceret eum cubans in sinu eius, vt patet 3. Regum primo. Et nõ fuisset ista pęna inflicta Dauid, nisi appareret ei angelus, & tamen Deus volebat ei inferre istam pęnam pro numeratione populi. Ideo oportebat, quòd appareret angelus habens gladium euaginatum.

Si angelus percutiens apparuit in alijs vrbibus habens gladiũ euaginatum. Quæst. LIX.

QVAERITVR de alio, scilicet an apparebat angelus sic cum gladio euaginato in vrbibus alijs, in quibus percutiebat. Rũdẽdum est, ꝙ nõ, qa nõ erat aliqua necessitas ex parte plagę, eo ꝙ angelus nõ percutiebat gladio, nec manu, sed subintratione in corpore apponendo aliquid pestiferum cordi, & hoc nõ poterat facere in corpore illo assumpto, quia propter magnitudinem non caperetur intra corpora humana. Etiam nõ erat aliqua causa quare appareret in alijs locis, sicut in Ierusalem, quia ibi apparuit propter Dauid, & vt cessaret pestis, & tamen in alijs locis nõ erat cessatura, quousque percuteretur Ierusalem. Etiam dicendum, ꝙ in Ierusalem non apparuit angelus cum gladio euaginato, quando cępit percutere vrbẽ, quia tunc non apparebat, & percutiebat, postquam autem nullus percutiendus erat, apparuit angelus in vultu terribili, quasi vellet disperdere vrbem, & hoc, vt rogaretur Deus, ne disperderet eam. Sic enim cõsueuit Deus facere, quando vult rogari à nobis, ne aliquod malum inferat, ostendit se terribilem, quasi velit infligere, & tamen non vult, sic enim fuit, quando Israelitę fecerunt vitulũ, & adorauerũt, dixit Deus ad Moysen: Cerno ꝙ populus iste durę ceruicis est: dimitte me, delebo eos faciamque te in gentem magnam. Exo. 32. Sic etiam Nu. 14. manifestum est autẽ, ꝙ tũc Deus non intendebat delere Israelitas, quia si intendisset, non potuisset impediri. Et dicebat ad Moysen. Dimitte me, delebo eos. Quasi Moyses teneret eum violenter, ne posset illos delere, sed Moyses non tenebat eum, nec poterat. Dicebat tamen istud Deus ad significandum exterius, quòd haberet magnum desiderium delẽdi Israelitas, vt quanto tempore maius desiderium delendi illos ostenderet, tanto magis moueretur ad orandum pro illis, ne delerentur, & Deus meritis orationis suę non deleret illos. Sic fuit nũc in Ierusalẽ apparente angelo, quia volebat Deus nimis rogari. Ideo magnã ferocitatẽ angelus ostẽdit.

De apparitione angeli inter cœlum, & terram. Quæst. LX.

QVAERITVR vlterius quare angelus apparuit inter cœlum, & terram, sicut dicitur in litera: nam non poterat apparere in terra, cum appareret in forma humana. Dicendum quòd factum est propter duo.

duo. Primo vt videretur ab omnibus, qui erant in vr- F
be: nam propter hoc apparuerat in area Hornam, vt
dictum est supra in quadam quęstione, scilicet quòd
erat locus ille sublimior totius vrbis, & posset inde vi-
deri ab omnibus, & tamen hoc non sufficiebat, quia
si esset in area Hornam in terra, quamquam esset il-
le locus sublimior vrbis, illi, qui essent in parte infe-
riori, non viderēt eum obstantibus ędificijs interme-
dijs, vt autem ista non obstarent, apparuit in aere in su-
blimi, scilicet inter cœlum, & terram. Secundo fuit
hoc, & principalius, vt cognosceretur esse angelus:
nam ille apparebat in effigie humana, & si in terra vi-
deretur nesciretur, an esset angelus, vel homo. Ideo
vt sciretur, quòd erat angelus apparuit in aere: nam
cum videretur in aere pendens, manifestum erat, ꝙ G
non erat homo. Sed aliquis dicet, quòd etiam si non
esset elenatus in aere, appareret, quòd erat angelus ex
habitudine vultus, quia nō appareret talis, sicut vultus
humanus. Dicendum est, quod ex isto nō cognosce-
retur sufficienter, quia Raphael angelus fuit multo
tempore cum Tobia, & non cognouit, quòd erat an-
gelus, sed putauit eum semper hominem, quousque
euanuit, vt patet Tobię 5. cap. vsque ad 14. Si autem
videretur in aere cognosceretur esse angelus, quia p
hoc soliti erant Hebręi cognoscere angelos, de qui-
bus prius dubitabant. Sic patet de Gedeone, cui appa-
ruit angelus, quem putabat virum, & inuitauit eum
ad cibum, & cum posuisset cibos super petram, teti-
git eos angelus virga, & cremati sunt: ascenditque an- H
gelus ab eo, & tunc intellexit, quòd erat angelus do-
mini: Iud. 6. Sic etiā fuit de angelo, qui apparuit patri,
& matri Samsonis: nam non cognouerunt eum esse
angelum, quousque ascendit cum flamma altaris lu-
di. 13. Sed dicetur, ꝙ poterat cognosci iste angelus, ēt
si esset in terra, per gladium euaginatum, quem habe-
bat, quia veniebat ad percutiendum populum. Dicē-
dum, quòd etiam per hoc non cognoscetur, quia sic
fuit, quando Ioab erat in agro Iericho: nam reperit
angelum Domini in agro habentem gladium euā-
ginatum, & nescіens an esset angelus dixit ei: Noster
es an aduersariorum? Et ille ait, nequaquam, sed sum
princeps exercitus domini, & nunc venio: & per hoc
cognouit Iosue, quòd erat angelus, & adorauit eum,
ideo non sufficiebat ad cognitionem istius angeli, ꝙ I
haberet gladium, nisi in aere esset.

Propter quā causam angelus habebat gladium in manu.
Quæst. LXI.

QVAERITVR vlterius ad quid angelus ha-
bebat gladium in manu, quando apparuit
Dauid. Aliquis dicet, quòd cum iste esset
angelus percutiens populum habebat gla-
dium ad percutiendum. Sed dicendum est, quòd nō
stat, quia qui moriebantur non percutiebantur gla-
dio, sed morbo quodam, qui erat sicut pestis, ita ꝙ nō
apparebat in eis aliquod vulnus, sed moriebātur, quasi
illęsi. Aliquis ergo dicet, quòd erat iste gladius ad ter-
rendum. Et dicendum est, quòd apparuit angelus cū
gladio, propter duo. Primo ad significādum id, quod
faciebat, nam veniebat iste angelus ad percutiendum
populum, & si non haberet aliquod insignium per
quod cognosceretur, putaretur, quòd veniebat ad ali-
quid aliud, vt ergo sciretur, quòd veniebat ad percu-
tiendum populum, habuit gladium in manu, quod
erat insignium occisionis: sic etiam alij angeli veniē-
tes ad aliqua ministeria exercendi apud nos, osten-
derunt interdum insignia illius ministerij. Sic fuit de
illo angelo, qui apparuit Iosue in agro Iericho, nam
ille veniebat, vt liberaret Israelitas, & adiuuaret eos
contra Chananęos tanquam princeps exercitus. Si-
cut ipse dixit, quòd non erat de Israelitis, nec de Cha-
nanęis, sed erat princeps exercitus domini, & ad signi-
ficādum illud habuit gladiū euaginatū in manu, quia
tunc erat tps belli Ios. 5. & p hoc signabat actualē de-
fensionē Israelitarū, q̄ ipse exercere dēbat. Sic ēt in isto
angelo erat necessariū insigniū, vt cognosceret, ꝙ ve-
niebat ad pcutiendū pp̄m, quia aliter licet cognosceret
ꝙ erat angelus, & veneraret a Dauid, tñ non fecisset
Dauid illā oīonē. i. Ego sum, qui peccaui. Nec afflige-
ret tñ in corde suo ad hoc ꝙ Deꝰ exaudiret eū. Opor
tuit ergo, ꝙ appareret angelus cū gladio. Sc̄m erat,
q̄ Deus volebat nunc punire Dauid infligendo ei ti-
morē grauissimū, ita vt infrigidaretur ossa eius, & ma
neret in ægritudine, vsque ad mortem, vt declaratum
est. s. in quadam quęst. & tñ si angelus ille appareret
Dauid, nec incideret in istam plagam, ideo oportuit
ꝙ appareret in vultu terribili, & cum gladio euagina-
to, quia sic maximè terreret ipsum Dauid.

De gladio, quem habebat angelus. Quæst. LXII.

QVAERITVR vlterius de isto gladio angeli, qua-
lis erat, vel de quo erat. Rñdendū est, ꝙ nō erat
ferreus, quia si eēt ferreus esset ad aliq̄ operationē, q̄
aliter frustra erat assumere eū, & tñ gladius iste, quē nūc
assumpsit angelus nō fuit ad aliq̄ operationē, q̄ nihil
scindendū erat, sed ad signandū q̄d angelus vellet fa-
cere, & ad terrendū, vt declaratum est p̄ce q. iō nō eēt
ferreus. Sed dō patet, q̄ angelus debuit hr̄e gladiū ꝺde-
centē sibi, eo ꝙ res tunc est bñ ordinata, q̄n oīa, q̄ sunt
in illa inter se ꝙueniunt, & ēt ꝙueniunt fini suo, & tñ
angelus iste assumpserat corpus non verū de carne &
ossibus, sed solū apparens. s. de aere. Iō decebat gladiū
esse de aere, & non ferreū, q̄a corpori phantastico no
coaptāt gladius verus. Dicendū ergo, ꝙ erat iste gladi⁹
de aere taliter fabricatus, vt oīno appareret ferreus,
sic ēt erat corpus angeli, nā erat de aere, & tñ videbat
verū corpus humanū, & istud est, q̄a figura poterat fa-
bricari ab angelis talis qualis est figura humana, &
istud facile est. Sed difficultas est in colore, cū in cor-
pore humano sint diuersi modi, & gradus coloris, &
alii ēt in vestibus eius, quō oēs isti poterant inueniri
in corpore aereo, & dicēdum est, ꝙ istud fit p magnā
subtilitatē angelicā, & p cognitionē naturalū scię-
torū, nā colores causant ex mixtione elementorū, &
ex diuersam mixtionē ipsorū sunt variæ ꝑpēs, & gra-
dus colorū. Angeli aūt sciunt diuersimode ꝺdensare
aerē, vt ex illa diuersa ꝺdensatione causet diuersitas co
loris, sicut ex diuersa mixtione elemēt orū, & hoc ma
xime fit in aere, q̄a nullū elementū est tā passibile ad
recipiendū diuersas impressiones, sicut aer.

Quō angelus haberet gladium contra Ierusalem.
Quæst. LXIII.

QVAERITVR vlterius quō dr̄ hic, ꝙ angelus
hēbat gladiū versum ꝰ Ier̄m, nā istud signat, ꝙ
erat extra Ier̄m, q̄a existendo in illa non poterat hēre
gladiū versū ad eā, & tñ iste angelus erat in Ier̄m, q̄a K
erat in area Hornā Iebusęi, & illa est in castro montis
Sion, vbi postea fabricatum est templum, & tñ castrū
illud intra vrbem erat, quia Dauid habitabat in eo. Di-
cendum est, ꝙ ista area erat in castro montis Sion, q̄
vocatur ciuitas Dauid 2. Reg. 5. & supra 11. & est istud
castrū in vrbe: est tñ ad quoddam latus vrbis iuxta mu
ros eius, & ex alia parte est tota ciuitas, velut si castrum
esset ad meridiem, & tota ciuitas ad septentrionē, vel
è contrario, & sic angelus existens nunc in castro mō-
tis Sion, habebat vultum contra partem illam, in qua
erat tota habitatio vrbis. Ideo dicebatur habere vultū
contra Ierusalem non quidem contra vrbem, sed con-
tra habitationem vrbis.

De

De ilicijs, quibus induti erant rex, & seniores Ierusalem.
Quæst. LXIIII.

QVAERITVR vlterius quō dicitur hic, ꝙ quan-
do apparuit angelus cecidit Dauid, & seniores,
qui erant cum eo vestiti ciliciis: vnde vr̄, ꝙ antequam
veniret angelus ad vrbem erant vestiti ciliciis, & tunc
est dubium ad quid vestiebantur ciliciis, cum nōdum
appareret aliqua plaga. Respondeti potest vno modo
ꝙ ex eo tempore quo Dauid cognouit se peccasse: ti-
mens ꝙ Deus infligeret ei aliquam pęnam grauē in-
duit se cilicio, vt Deus misereretur eius, nec inferret
super eum totam indignationem suam, & sic mane-
bant adhuc vestiti ciliciis quousque scirent, qd Deus
faceret de eis. Secundo modo potest dici, ꝙ plaga pe-
stis durauit tribus diebus, sicut Deus cōstituit, vt patet
in litera, & Deus incepit illam inferre mox, vt Dauid
elegit eam, licet non incepit in Ier̄m, sed in aliis vrbi-
bus, & ex tunc Dauid indutus est cilicio, & alii senio-
res Ierusalem, qui cum eo erant, vt Deus misereretur
eis, & alleuiarer pęnam, quā dixerat se inflicturum. Et
non solum Dauid indutus erat cilicio, sed ēt seniores,
q̄a forte Dauid hoc iusserat pp afflictionē istā magnā,
vt oēs pęniterent: sic. n. fecerunt Niniuitæ, nā audien-
tes, ꝙ Niniue subuertēda esset post quadraginta dies
crediderunt, & prædicauerunt ieiunū, & vestiti sunt C
sacciis a maiori vsq; ad minorē, & rex indutus est sac-
co, sedit in cinere, & clamauit, & dixit: hoīes & iumē-
ta, boues, & pecora non gustent quidquā, nec pascant
& aquam non bibant, & operiantur saccis hoies, & iu-
menta, & clament ad Deū in fortitudine. Sic etiā fecit
Ioram rex Israel, q̄n erat fames valida in Samaria pp
obsidionem, nā indutus cilicio ambulabat super mu-
rum, & populus vidit ciliciū, qd̄ erat ad carnem eius.
4. Reg. 6. Tertio pt dici, ꝙ Deus, & senes inceperāt in-
dui cilicijs, postq̄ angelus incepit percutere Ier̄m: nā
licet nunc angelus apparuerit in area Hornā, tñ ante
hoc percutiebat vrbem, & ex tunc isti erāt induti sac-
cis, sed modus p̄cedens melior est.

Propter quam causam ceciderunt rex, & seniores videntes angelum. Quæst. LXV. D

QVAERITVR vlterius, cum Dauid, & seniores,
qui nunc erant cum eo ceciderunt viso angelo
percutiente, an ceciderint pp reuerentiam, vel pp ti-
morem. Aliquis dicet, ꝙ manifestum est fuisse pp
timorem, nam si pp reuerentiam fuisset, non diceret,
ꝙ cecidissent, sed ꝙ se inclinassent: Dicendum, quòd
hoc non probat, quia vbicunque in sacra scriptura dr̄
aliquo, ꝙ inclinat se coram alio in reuerentiam, dr̄
ꝙ cadit pronus in terram, vt patet sæpissime in Gene-
si, & in libris Regum, & tñ ibi reuerentia est, & non ti-
mor. Dicēdum tñ, ꝙ poterat intelligi vtroque modo
istud esse factū, nā angelus mittebatur a Deo, & fortè E
pp reuerentiā inclinarent se Dauid, & senes corā eo,
nam in veteri testō angeli adorabātur cum magna re-
uerentia: sic. n. Iosue videns angelum humiliauit se in
terram, & adorauit eum in agro Iericho, & ad maiorē
reuerentiam abstulit calciamenta de pedibus suis. Io-
sue 5. Vel poterat esse ex timore, quia videntes ange-
lum in vultu terribili, & cum gladio euaginato cade-
rent in terram: & dicendum ꝙ ista est veritas: nam p
timorem maximum timorem Dauid, non se potuit susti-
nere, sed cecidit in terram, & non solum hoc, sed etiā
ex tunc inflicta est sibi magna infrigidatio corporis,
quæ durauit in eo per totam vitam. Et colligitur hoc
quia dicitur infra in litera: Et non ꝑualuit Dauid ire
ad altare, vt ibi obsecraret Deū: nimio enim fuerat ti-
more perterritus videns gladium angeli domini. Si
ergo propter hoc non potuerat ire ad altare, etiā pro-

Aiph. Tost. In Lib. I. Paralip.

A pter hoc non posset se tenere, sed fuit istud causa, vt
caderet in terram.

De locutione Dauid, ad quem, & quō. Quæst. LXVI.

QVAERITVR vlterius ad quem loquebatur hic
Dauid cum dicit, dixitque Dauid ad Deum, &
quō loquebatur ad ipsum. Respondendum, ꝙ aliqui
putant, ꝙ loquebatur Dauid ad angelum percutien-
tem, & tunc est conueniens locutio, quia Dauid vide-
bat hic angelum, non poterat loqui ei, & istud vr̄ hic
consonare literæ, quia dicitur: dixit Dauid ad dñm,
B ego sum, qui peccaui: dñe Deus meus vertatur, obse-
cro, manus tua in me. Et tñ manifestum est, ꝙ ille, q̄
percutiebat non erat Deus, sed angelus. Ideo vr̄, ꝙ ad
angelum loquebatur. Sed tunc dicet, quō poterit hoc
stare, quia dr̄: dixit ad Deum. Respondendum est, ꝙ
istud non obstat, quia angelus sæpe vocatur Deus in
veteri testō: sic patet q̄n rubus visus est ardere, & nō
cremabat. Exod. 3. quia ibi locutus est Deus de medio
ignis, vt ibi dr̄, & tñ ille verè non erat Deus, sed angel⁹,
sicut dixit beatus Stephanus, & hr̄ Act. 7. Sic etiā fuit
de illo, qui dedit legem Israelitis in monte Sinai: nam
vocabat se Deum dicens. Ego sum dñs Deus tuus, qui
eduxi te de terra Aegypti. Exod. 20. & tamen iste erat
angelus, quia ad Gal. 3. dr̄, ꝙ lex data est Moysi p ange
los. Sed adhuc dicendum, ꝙ hoc non obstante iste, ad
quem locutus fuit Dauid, erat Deus, & non angelus,
quod patet, quia 2. Re. 24 dr̄: dixitque Dauid ad dñm
cum vidisset angelum cędentem populum, ergo an-
gelus cędens populum non erat ille Deus, ad quē lo-
quebatur Dauid. Cum autem obiicitur, quia infra in
litera dicitur: Domine Deus meus vertatur, obsecro
manus tua. Et hoc videtur intelligi de angelo. Dicen-
dum est, ꝙ in hoc loquebatur Dauid ad Deum, & ta-
men dixit vertatur manus tua. i. manus angeli tui, q̄a
ipse est nunc, quasi manus tua, eo ꝙ loco tui popu-
lum percutit.

An Dauid peccauit petens a domino, vt conuerteretur manus sua in ipsum. Quæst. LXVII.

QVAERITVR vlterius, an Dauid peccauit per
hoc, quòd dixit hic, scilicet conuertatur ma-
nus tua in me, & in domum patris mei. Aliquis dicet, quòd peccauit, quia Dauid rogauit hic pro
morte sua. Nullus tamen debet desiderare mortem,
ideo peccauit. Secundo patet, quia Dauid dixit: Con-
uertatur manus tua super domum patris mei. Et sic
orauit, ꝙ occiderentur aliqui de cognatis suis, & tamē
peccatum est desiderare mortem alicuius.

Respondendum est, quòd non peccauit nunc Da-
uid, sed potius meruit, quia per ista, quæ nūc dixit, Do-
minus misertus est, & fecit, quòd cessaret pestis, iu-
bens quòd construeretur altare in area Hornam. Et
patet hoc, quia Dauid accusabat se hic, & excusabat
alios, & istud pertinet ad virum iustum, nam iustus in
principio sermonis accusator est sui: non ergo pecca-
uit. Ad primum in contrarium dicendum, quòd desi-
derare mortem absolutè peccatum est, & tñ desidera
re eam sub aliqua condmone, si iusta est, non est pec-
catum, vtpote ꝙ aliquis magis vellet mori, si mortem
meruit, quam ꝙ alius, qui nihil meruit, moriatur pro
eo, vel ꝙ ēt ei sustineat aliquod malum. Sic autē erat
nunc, quia populus non peccauerat in numeratione,
nec merebatur mortem, sicut putabat Dauid. Ipse au-
tem meruerat, quia numerauerat eū sine cā. Si igit po
tuisset Dauid euadere populo non moriente, nō elegi-
sset mortem, & si eligeret eam peccaret, dato ꝙ me
reretur ipsam, & tñ quia populus occidebat, & crede-

Ii bat

bat ipſe, ꝙ non poterat ceſſare plaga, niſi occideretur ipſe, vel aliqui de domo patris ſui, voluit tamen ꝙ potius ipſe occideretur, quam populus periret. Et in hoc iuſtum voluit, quia iuſtius erat ipſum mori, quam populum iuxta ſuam extimationem. Ad ſecundum dicẽdum, ꝙ Dauid non poterat eligere mortem propinquorum ſuorum ſimpliciter, quamquam illa iuſta eſſet, ſed ſolum inquantum erat pœnalis ſibi. Pro quo ſciendum, ꝙ Dauid putabat pro iſto peccato numerationis inferri plagã, & in hoc principaliter ipſe peccauerat, quia iuſſerat, & fortè aliq de cognatione ſua conſenſerant in hoc, quo dato poterat eligere mortẽ propinquorum dupliciter, vno modo inquantũ erat iuſta, & hoc ſub conditione. ſ. ſi pro iſto peccato aliqui occidendi erant, rogabant Deum, ꝙ occiderentur aliqui de cognatione ſua potius quam alii, eo ꝙ iſti magis peccauerant, quam alii de populo. Alio modo poterat eligi iſta mors, tanquam nociua ſibi, quia Dauid peccauerat, & pro hoc volebat carere omni bono in pœnam peccati, & infligi ſibi quamcunque pœnam poſſibilem, & quia mors ſua erat ſibi maximè pœnalis, eligebat, vt ipſe moreretur. Et quia mors cognatorum ſuorum erat ſibi magis pœnalis, quã mors quorumcunque aliorum de populo, eligebat potius illos mori, quam ꝙ alii morerentur de populo, vt in hoc ipſe puniretur. Simpliciter ĩñ non eligeret mortẽ iſtorum. Alio modo p̃t dici, ꝙ Dauid dixit iſtud ex magnitudine doloris, non tñ ꝙ ſic intenderet. nam non intendebat, ꝙ moreretur ipſe, & cognati ſui, ſed multa dicunt homines præ dolore, quæ ſimp̃r nõ eligũt.

De quibuſdam verbis dictis a Dauid i. Ego ſum, qui peccaui, &c. Quæſt. LXVIII.

QVAERITVR vlterius qũo dixit hic Dauid. Ego ſum, qui peccaui: iſte aũt grex qd meruit? Nam populus puniebatur nunc ꝓ peccato ſuo, vt declaratum eſt ſupra in quadã quæſtione. Ideo aliquid meruerat, vt puniretur potius quam ipſe Dauid. Aliquis dicet, ꝙ Dauid dicebat hoc ex humilitate, quia humiles recognoſcunt ſe peccaſſe in illis ẽt, in quibus non peccauerunt, vt patet in c. Conſilium, de obſeruatione ieiunii. Sed dicendum, ꝙ hoc non ſtat, ſed potius dicebat hoc Dauid, qa ita credebat eſſe. Nam ipſe numerauerat populũ, & in hoc nemo videbatur peccare, niſi ipſe, & credebat, ꝙ pro hoc infligebatur iſta plaga, & erat ad iſtud motiuum conueniens. ſ. quia qñ Dauid numerauit populũ, illico Deus miſit ad eum prophetam Gad ferentẽ tres conditiones pœnæ, & ſic non credebat aliquẽ dignum eſſe pœna iſta, niſi ſeipſum. & verum eſt, ꝙ peccatum Dauid fuit occaſio iſtius pœnę, & tñ populus puniebaꝫ ꝓ peccatis ſuis, ſicut declaratum eſt ſupra: Dauid tamen neſciebat hoc, ſed credebat populũ pro pctõ eius puniri, ideo dicebat. Iſte grex quid commeruit?

Angelus autem Domini præcepit Gad, vt diceret Dauid, vt aſcenderet, extrueretque altare Domino Deo in area Hornam Iebuſæi. Aſcendit ergo Dauid iuxta ſermonem Gad, quem locutus ei fuerat ex nomine Domini. Porro Hornam cum ſuſpexiſſet, & vidiſſet angelum, quatuorque filij eius cum eo, abſconderunt ſe. Nam eo tempore terebat in area triticum. Igitur cum veniret Dauid ad Hornam, conſpexit eum Hornam, & prorecſſit ei obuiam de area, & adorauit eũ prõnus in terram. Dixitque ei Dauid. Da mihi locum areæ tuæ, vt ædificem in ea altare Domino, ita vt quantum valet argenti accipias, & ceſſet plaga a populo. Dixit autem Hornã ad Dauid: tolle & faciat dñs meus rex quodcunque ei placet, ſed & boues do in holocauſtum, & tribulas in ligno, & triticum in ſacrificium, omnia libens præbeo. Dixitq; ei rex Dauid. Nequaquam ita fiet, ſed argentum dabo quantum valet, neque enim tibi auferre debeo, & ſic offerre domino holocauſta gratuita. Dedit ergo Dauid Hornam pro loco ſiclos auri iuſtiſſimi ponderis ſexcentos, & ædificauit ibi altare Domino, obtulitque holocauſta, & pacifica, & inuocauit Deum, & exaudiuit eum in igne de cœlo ſuper altare holocauſti.

Angelus aũt. Hic ponit tertiũ huius partis. ſ. pene reuelatio, q̃ facta eſt ædificato altari in area Hornã, & dr. *Angelus autem Domini præcepit Gad, vt diceret Dauid.* Hic reuelatus eſt modus liberationis, & reuelauit eũ angelus, pphetæ Gad, vt ipſe reuelaret eum Dauid. An iſte angelus fuerit angelus percutiens, vel aliquis alius nõ apparet. *Vt aſcenderet, ſtrueretque altare Domino in area Hornam Iebuſæi.* Dẽbat Dauid aſcendere, quia area Hornã, in qua ꝓſtruendũ erat altare, erat in parte ſuperiori cã ſtri mõtis Sion, & domus Dauid erat in parte inferiori caſtri. *Aſcendit ergo Dauid iuxta ſermonem Gad.* ſ. aſcendit illico ad areã, ſicut dixit Gad. *Quem locutus fuerat ex ſermone Domini.* i. ſermo Gad fuit ex ſermone Dñi, qa ꝙ ſi Gad p̃ceptũ eſt, vt p̃operet Dauid, & ſic fecit ipſe, & vocat ſermo Dñi ſermo angeli. Nã angelus locutꝰ fuerat ad Gad, quia angeli in veteri teſtõ aliqñ vocant Deus, vt dictũ eſt. ſ. i. quadã q̃ne, vel erat ſermo Dei, quia licet angelus dixiſſet ipſi Gad: prius tñ Deus dixerat angelo. *Porro Hornã cum ſuſpexiſſet, & vidiſſet angelum.* ſ. angelũ pcutientem. Iſte angelus apparuerat in area Hornã, & illa erat apud domũ eius, vñ ipſe vidit angelũ cũ gladio euaginato eo tpe, quo vidit eũ Dauid. Et tñ primi qui viderunt fuerunt Hornã, & filii, quia ipſi tunc erãt in area, in qua apparuit angelus. *Quatuorq; filij eius cum eo abſconderunt ſe.* Hẽbat Hornã quatuor filios in area terentes fruges, q̃ cũ vidiſſent angelũ in aere cũ gladio euaginato, fugientes abſcõderunt ſe in domo. *Nam eo tempore ferebat in area triticum.* Declarat quõmo. Hornã, & filii ſui viderint angelũ pcutiẽtẽ. ſ. qa ille apparuit in area, in qua ꝓtigit tunc Hornã, & filios ſuos terere triticũ: erat. n. fortè finis menſis Maij, vel principij Iunii, qa eo tpe colligit triticũ in terra Chanaã, eo ꝙ illa regio calidior eſt, q̃ iſta: cũ illa ſit partim i tertio climate, & iſta ſit circa finẽ quinti. *Igitur cum veniret Dauid ad Hornam.* Veniebat ad eũ, vt emeret areã. qa Dẽ iuſſerat in illa ſacrificiũ fieri, & ad hoc oportebat, ꝙ pcederet Hornã. *Conſpexit eum Hornam, & proceſſit ei obuiam de area.* Qñ angelus pcutiens apparuit, erat Hornã in area, vt patet. ſ. & fugit ipſe, & filii ſui, abſconderũtq; ſe in domo. Poſtea euanuit angelus percutiens, & excluſo timore rediit Hornã ad areã, & ſic qñ Dauid venit ad eũ, erat rurſus terẽdo triticũ i area. *Et adorauit eum pronus in terram.* Humiliauit ſe Hornã coram Dauid, eo ꝙ rex erat, & dixit ei, qd cãẽ eſt, vt veniat Dñs meus rex ad ſeruũ ſuum? 2. Reg. 24. & illud ſubticetur hic. *Dixitque*

Dixitque ei Dauid da mihi locum areæ tuæ, vt ædificem in ea altare. Totam areã volebat ædificare, vt totus locus in circuitu eẽt iã ſacer. *Ita vt quantum valet argenti accipias.* i. Cũ iſta cõditione, vt accipiat in argento tantũ quantũ valet: forte enim moneta, qua vtebantur tunc Hebrei, erat tota de argento. *Dixit autem Ornam ad Dauid, tolle, & faciat Dominus meus rex quodcunque ei placet.* Per hoc ſignificabat Ornam ſe velle dare ſine pretio areã quãquam Dauid petiuiſſet eã, vt daret pretiũ, & eſt hic mutatio perſonę, quia dr tolle, & faciat Dñs meus rex, quod placet ei, quia vtrunq; deberet eſſe in ſecũda perſona, vel vtrunq; in tertia. *Sed & boues in holocauſtum, & tribulas in ligna.* Erat Ornam in hoc nimis liberalis, qa Dauid ſolũ petiuerat ab eo aream. Ipſe aũt offerebat ei boues, & tribulas: boues erant ad holocauſtũ, & tribulæ erant in ligna, i. vt cremarentur, & fieret ignis pro holocauſto. *Et triticum in ſacrificium.* i. triticum, quod excuſſum eſt in area volo præbere in ſacrificiũ, i. vt fiant ex eo libamenta, q̃ requirũtur in holocauſtis, vt declarabitur infra in quadã q̃ne. *Omnia libens præbeo.* Ideſt, Oĩa iſta do gratis, nolo pretiũ: Vel libens præbeo, i. nõ facio hoc pp verecundiã illectus præſentia regis, ſed libenter iſtud facio. Et ſic Ornam ex magna liberalitate volebat dare cõplementũ pro ſacrificio. Sed 2. Reg. 24. dr: Habes boues in holocauſtũ, & plauſtrum, & iuga boum in vſum lignorũ. Plauſtrũ enim eſt quadriga. Et dr plauſtrum a plaudendo, quia facit quendã ſonitũ q̃n mouetur, vel põt accipi pro tribula, ſicut hic dr. Nam tribula eſt inſtrumentũ planũ de tabulis, habens infixos lapides acutiſſimos in parte inferiori ad terendũ ſegetes, & dr tribula a terendo, & vtrunq; conuenit Jræ: Nã poterat ibi eſſe plauſtrũ, i. currus, quia ſegetes portantur ad areã in curru, manebatq; ibi currus: Vel accipitur pro tribula, quia ſic aliqñ accipitur in ſcriptura, vt patet Amos 1. Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor nõ cõuertam eum, eo ꝙ triturauerunt in plauſtris ferreis Galaad. Et tñ ad triturandũ nõ cõuenit plauſtrũ, ſ. currus, ſed tribula. Ideo accipitur ibi pro tribula: etiam ponuntur ibi iuga boum, quæ nõ ponuntur hic: eo ꝙ poterant habebant iuga ad trahendũ tribulã ſuper ſegetes: & hic exprimitur triticũ, quod nõ ponitur ibi, quia iſte liber eſt ſuppletiuus librorũ regũ, & illa, quæ ſubticentur ibi exprimuntur hic, & multa, quæ hic ſubticentur exprimũtur ibi, quia nõ curauit Eſdras oĩa repetere hic, ſed potius voluit illa, quæ ibi omiſſa fuerant ſupplere hic. *Dixitque ei Dauid, nequaquam ita fiet.* Scilicet, Non recipiam aream ſine pretio, ſicut tu offers. *Sed argentum dabo, quantum valet.* Ideſt, Dabo iuſtã æſtimationem in pecunia de argento. *Neque enim tibi auferre debeo, & ſic offerre Domino holocauſta gratuita.* Ideſt, Non eſt iuſtum, ꝙ ego ſic accipiam ſine pretio, & offerã Domino holocauſta gratuita, i. quæ nihil conſtant, ſed gratis data ſunt, quia ſic Deus non acceptaret illa. *Dedit ergo Dauid Ornam pro loco ſiclos auri iuſtiſſimi ponderis ſexcentos.* Quia nolebat accipere ſine pretio, coactus eſt Ornam accipere pretium, ſcilicet, ſexcentos ſiclos de auro. Et tamen 2. Reg. 24. dicitur quinquaginta ſiclis. Sed quomodo hoc ſtet infra dicetur. *Et ædificauit ibi altare Domino.* Scilicet, De lapidibus, vel de terra. *Obtulitque holocauſta & pacifica.* Duo genera ſacrificiorum ſunt, quæ nunc obtulit Dauid, de quibus infra dicet quare oblata ſunt. *Et inuocauit Deum* Scilicet, Rogauit, vt dimitteret pœnam peccati, & ceſſaret plaga a populo: vel inuocauit Deum rogando, quod oſtenderet ſignum, vt ſciretur quòd plagam relaxaturus eſſet, & acceptaret ſacrificium. *Et exaudiuit eum in igne de cœlo ſuper altare holocauſti.* Ideſt, Exaudiuit eum mittendo ignem de cœlo ſuper holocauſtum eius. Nam per hoc apparebat, quod exaudiebat eum, quia approbabat ſacrificiũ ſuum mittendo ignem de cœlo ad cremandum illud.

De Angelo, qui apparuit Prophetæ Gad. Quæſt. LXIX.

QVAERITVR de iſto Angelo, qui apparuit Prophetæ Gad, & dixit ei, quòd Dauid fabricaret altare in area Ornam Iebuſæi, an fuerit Angelus percutiens, vel aliquis alius. Reſpondendum, quòd non apparet. Quidam tamen dicunt, quòd non potuerit eſſe Angelus percutiens, eo quòd ille adhuc apparebat in area Ornam Iebuſæi, & manſit ibi vſquequo Dauid obtulit holocauſtum in altari, quod fecerat in area Ornam, quod patet, quia dicitur in litera, quòd Dauid obtulit holocauſta, & pacifica ſuper altare iſtud, & exaudiuit illum Deus, præcepitque Angelo percutienti, vt conuerteret gladium ſuum in vaginam. Et ſequitur protinus videns Dauid, quòd exaudiſſet eum Dominus in area Ornam, immolauit ibi victimas. Ergo videtur, quòd prius Dauid conſtruxit ibi altare, & ſacrificium: fecitque quòd Angelus conuerteret gladium in vaginam. Et tamen ipſe apparuerat in area Ornam gladio euaginato. Ergo videtur, quòd nondum diſparuerat vſque poſt oblationem ſacrificij, & cognouit per hoc Dauid ſe exauditum eſſe. Dicendum tamen videtur, quòd Angelus percutiens non ſemper fuit in area Ornam cum gladio euaginato, quouſque Dauid obtulit ibi ſacrificium: Quod patet, quia quãdo Angelus apparuit in area Ornam, erat ibi Ornam, & quatuor filij ſui. Et cum vidiſſent eum abſconderunt ſe fugientes ſupra in litera. Et tamen quando poſtea Dauid venit ad Ornam, vt emeret ab eo aream, erat iterum Ornam terẽdo triticum in area, vt patet in litera. Si tamen ibi adhuc maneret Angelus, nõ auſus fuiſſet Ornam redire in area propter vultum terribilem Angeli, & gladij: & tamen rediit, ideo videtur, quòd non erat nunc ibi Angelus. Et ſic dicendum videtur, quòd apparuit Angelus in area aliquanto tempore, ita vt videretur a toto populo. Poſtea autem diſparuit. Et forte percuſſit poſt iſtud aliquos de populo. Et cum diſparuit venit ad Gad. Dixitque ei, quòd peſtis ceſſatura erat ſi ædificaretur altare in area Ornam. Cum autem obijcitur, quòd Dauid prius obtulit holocauſtum in area Ornam, quàm Angelus conuerteret gladium in vaginam, & diſpareret. Dicendum, quòd non eſt attendendum ad ordinem literæ in hoc, quia licet poſt ſacrificium Dauid dicatur, quòd Deus iuſſit Angelo conuertere gladium in vaginam, non eſt tenendum, quòd tunc dixerit, ſed prius, quia ſæpe fit anticipatio, vel recapitulatio in ſcriptura. Et ſic ſupra fiebat, quantum ad numerum occiſorum in plaga iſta, quæ ponitur antequàm occiderentur viri de Ieruſalem. Et tamen etiam illi fuerunt de numero iſtorum ſeptuaginta millium, vt declaratum eſt ſupra in quadam quæſtione. Et cum dicitur, quòd protinus Dauid videns, quòd exaudiſſet Dominus in area Ornam, obtulit ibi victimas. Nam dicitur protinus, ideſt, immediate. Et tamen ante iſtud ponitur immediate in litera, quòd præcepit Deus Angelo, vt conuerteret gladium in vaginam, & conuertit. Dicendum, quòd non refertur illud ad conuerſionem gladij in vaginam, ſed ad aliud quod præcedit, ſcilicet, exaudiuit eum Dominus in igne de cęlo in altari holocauſti, & patet quòd referatur ad hoc, quia litera dicit videns Dauid, quòd exaudiſſet eum Dominus. Et tamen iſta exauditio non fuit in hoc, quòd Angelus conuerteret gladium in vaginam: ſed in hoc, quòd daretur ignis de cœlo, quod patet, quia dicitur inuocauit Deum, & exaudiuit eum in igne de cœlo: ideo non refertur ad Angelum, nec apparet ex hoc, quòd tunc cõuerterit Angelus gladium in vaginam. Aliter poteſt dici, ꝙ verum eſt, ꝙ Angelus

Universidad de Deusto
Biblioteca

lus percutiens non manſit in area Ornam, vſquequo F
ædificauit altare Dauid, ſed receſſit inde. Et tamen
apparebat per vrbem cum gladio euaginato, & non
reduxit illum in vaginam, quouſque ædificatum eſt
altare, & oblata fuerunt ibi holocauſta. Et ſic ſta-
bunt omnia, ſcilicet, quòd Ornam, & filij ſui latue-
runt quando viderunt Angelum in area ſua. Poſtea
tamen diſparuit inde, vel receſſit, & tunc ipſi exclu-
ſo timore redierunt ad aream, quia non erat iam ibi
Angelus, qui terreret eos. Et ſic Dauid quando aſcen-
dit ad Ornam, inuenit eum in area iam nihil timen-
tem, & tamen Angelus apparebat adhuc diſcurrens
per alias partes vrbis, cum gladio euaginato. Et cum
Dauid obtuliſſet ſacrificiū, iuſſit Deus Angelo, quòd
conuerteret gladium in vaginam, & conuertit. Et G
tunc diſparuit. Et ſic credidit Dauid ſe exauditum
fuiſſe, quia per hoc dabatur ei ſignum, quòd plaga
ceſſaret, cum Angelus conuertiſſet gladium in vagi-
nam. Tertio modo poteſt dici, quòd Angelus per-
cutiens apparuit in area Ornam. Et poſtmodum di-
ſparuit, ita quòd nec apparebat in area, nec in vrbe.
Et iſtud erat, quando Dauid aſcendit ad emendum
aream Ornam. Et propter hoc etiam Ornam, qui
prius latuerat viſo Angelo, redierat iam ad aream.
Et cum dicitur, quòd obtulit Dauid holocauſta, &
pacifica, & quòd præcepit Deus tunc Angelo con-
uertere gladium in vaginam. Non intelligitur de con-
uerſione gladij apparentis, ita quòd videretur coram
toto populo conuertere gladium in vaginam, ſed in- H
telligitur de ceſſatione peſtis, ſcilicet, quòd Deus iuſ-
ſit Angelo, quòd iam ceſſaret percutere. Et per hoc
mittere videbatur gladium in vaginam, eo quòd pu-
tabatur a popularibus, quòd ille gladius eſſet, quo
percutiebantur, qui moriebantur. Sic exponitur ſe-
cundo Regum vigeſimoquarto, Cum dicitur, quòd
poſtquàm Dauid fabricauit altare, & obtulit holocau-
ſta repropitiatus eſt Dominus terræ, & cohibita eſt pla
ga ab Iſrael. Et ſic ponitur pro eodem ceſſatio pla-
gæ, & conuerſio gladij in vaginam. Et ſic quocun-
que modo iſtorum trium dicatur, apparet, quòd An-
gelus percutiens non ſtetit cum gladio euaginato in
area Ornam Iebuſæi, in qua apparuerat, vſquequo
Dauid obtulit holocauſtum, ſed antequàm illuc aſcē- I
deret, diſparuerat, vel receſſerat inde. Et tamen ex
hoc nondum apparet, quod quærebatur, ſcilicet, an
Angelus percutiens fuerit, qui reuelauit iſtud Pro-
phetæ Gad. Et dicendum, quòd ſatis ipſe potuit re-
uelare, eo quòd non ſemper ſtetit in area Ornam, vſ-
quequo fieret ſacrificium. Et tamen an reuelauerit
ipſe non apparet. Satis tamen videtur dicendum,
quòd ipſe reuelauit hoc, quia hic fiebat ſæpe men-
tio de Angelo percutiente. Et poſtea dicitur: Ange-
lus autem Domini præcepit Gad, &c. Ideo videtur,
quòd referatur ad Angelum, de quo ſupra fit ſermo,
ſcilicet, ad percutiendum.

De Angelo percutiente, ſi erat bonus, vel dæmon.
Quæſt. LXX.

QVAERITVR vlterius, an iſte Angelus percu-
tiens fuerit bonus, vel fuerit dæmon. Reſpon-
dendum, quòd vtrumque eſſe poterat,
quia punitio bonorum, & malorum hominum indif-
ferenter exercetur per Angelos bonos, & malos. In-
terdum enim Angeli mali percutiunt malos, & inter-
dum percutiunt bonos. Et etiam Angeli boni inter-
dum percutiunt bonos, & interdum malos. De ma-
lis Angelis, quòd percutiant bonos, patet, quia Iob
erat vir bonus ſimplex, & rectus timens Deum, & re-
cedens a malo. Et Deus laudauit eum, quòd non eſ-
ſet ſimilis ſibi in terra. Et tamen iſte percuſſus eſt a
Satan, vt patet Iob 1. Quòd autem mali Angeli malos
puniant, patet in Angelis, qui intulerunt plagas Aegy
ptijs. Nam illi erant mali, vt patet Pſal. 77. ſcilicet, Miſit
in eos iram ſuam immiſſiones per Angelos malos. Sic
etiam mali interdum vexantur a dæmonibus, ſicut eſt
in arreptitijs. Quòd autem Angeli boni puniant in-
terdum malos, patet de Angelis, qui euerterunt vr-
bem Sodomorum. Nam duo Angeli boni erant, vt
patet Geneſis decimonono. Aliquando autem boni
Angeli percutiunt bonos, eo quòd datur eis poteſtas
ſuper illos ad aliqualem emendationem ipſorum, vt
puniantur. Et de hoc non ſunt tam manifeſta exem-
pla, ſed iſtud fuit hic. Et ideo non obſtat quantum ad
prædicta, quòd Angelus bonus, vel malus eſſet iſte
percutiens, quia vtrumque eſſe poterat. Videtur ta-
men dicendum, quòd fuerit Angelus bonus. Nam di-
citur in litera: Porro Angelus Domini ſtabat iuxta
aream Ornam. Et iterum dicitur: Leuans Dauid ocu-
los ſuos vidit Angelum Domini inter cœlum, & ter-
ram. Et tamen ſi eſſet Angelus malus, non vocaretur
Angelus Domini, quia dæmones non vocantur An-
geli Domini abſolute, ſed Angeli Domini mali, nec
etiam vocantur Angeli abſolute in ſcriptura: & ſic
etiam vocatur iſte Angelus Domini ſæpe ibidem.

Quare Deus præcepit fieri altare in area Ornam Iebuſæi.
Quæſt. LXXI.

QVAERITVR vlterius quare Deus iuſſit, quòd
fieret altare in area Ornam Iebuſæi, vt ceſſaret
peſtis. Reſpondendum vno modo, quòd Deus
fecit hoc ad reddendum locum illum venerabilem.
Nam populus erat nunc in maximo periculo, quia pu-
tabant, quòd Angelus Domini vellet percutere om-
nes, & liberati fuerunt per ſacrificium factum in area
illa. Ideo locus ille haberetur ab eis valde venerabi-
lis, quia per eum placabatur Deus ab ira ſua. Et iſtud
fuit, quia Deus volebat, quòd in loco illo ædificare-
tur poſtea templum per Salomonem. Et iſtud debe-
bat eſſe valde venerabile, eo quòd omnes cæremo-
niæ cultus diuini ibi fieri debebant, & totus popu-
lus illuc confluere. Et quia non eſſet tantæ venera-
tionis, niſi aliquod ſignum diuinæ acceptionis eſſet
in loco illo, voluit Deus, quòd antequàm templum
fieret, ipſe locus per ſe eſſet venerabilis. Non po-
terat autem eſſe magis venerabilis, quàm quòd Deus
amouiſſet tantam plagam a populo propter ſactifi-
cium ibi factum. Sed aliquis dicet, quòd non fuit
in iſta area Ornam templum Domini ædificatum per
Salomonem, quia ſequenti libro, cap. 3. dicitur: Cœ-
pit Salomon ædificare templum Domini in monte
Moria. Et tamen area Ornam erat in caſtro montis
Sion in Ieruſalem, vbi habitabat ipſe Dauid. Ideo vi-
detur, quòd non fuit in area Ornam.

Reſpondendum, quòd ædificatum fuit templum
K in area Ornam. Quod patet, quia poſtquàm Dauid
obtulit hic holocauſtum dixit: Hæc eſt domus Dei,
& hoc eſt altare in holocauſtum Iſrael, ſequenti ca-
pitulo: ergo ipſe prænunciabat, quòd locus ille areæ, in
quo nunc Dauid offerebat, futura eſſet domus Dei, &
ibi offerretur a toto Iſrael holocauſtum.

Secundo patet, quia ſequenti libro, capitulo ter-
tio dicitur: Cœpit Salomon ædificare domum Do-
mini in Ieruſalem in monte Moria, qui demonſtra-
tus fuerat Dauid patri eius, in loco, quem para-
uerat Dauid in area Ornam Iebuſæi. Cum autem
obijcitur, quòd mons Moria fuit locus ædificatio-
nis, & non area Ornam. Dicendum, quòd idem
locus eſt: nam mons Sion eſt intra Ieruſalem, &

pars excelſior eſt vrbis, ideo ibi erat caſtrum, & ha- A
bitabat ibi Dauid. Et in parte ſuperiori erat area
Ornam, & ibi ædificatum eſt templum, & mons Mo-
ria eſt idem, quod mons Sion. Ideo ſequenti libro,
capitu. tertio dicitur, quòd area Ornam erat in mon-
te Moria. Dicendum etiam, quòd in iſta area Ornam
multo tempore ante hoc Abraham obtulit Iſaac fi-
lium ſuum in holocauſtum, quando aries datus eſt ei
a Deo, vt immolaretur loco eius, ſic ait Ioſephus ſe-
ptimo Antiquitatum. Et hoc patet, quia oblatio
Abrahæ fuit in monte Moria. Nam Geneſis vigeſi-
moſecundo dicitur, quòd præcepit Deus Abrahæ, vt
iret in terram viſionis. Et in Hebræo dicitur ibi in
terram Moria, quia Moria poteſt eſſe nomen pro-
prium montis, vel nomen commune pro regione. B
Et litera noſtra accepit ibi tanquàm nomen commu-
ne, & tamen eſt nomen montis, ſed non differt in
hoc, quia idem eſt dici in monte Moria, vel in mon-
te viſionis, cum vtrumque ſit idem. Et tamen ſequen-
ti libro, cap. tertio dicitur, quòd cepit Salomon ædifi-
care templum in monte Moria. Ideo videtur, quòd
idem ſit mons, in quo oblatus eſt Iſaac, & in quo Sa-
lomon ædificauit templum. Secundo dicunt aliqui,
quòd fuit factum ſacrificium in area Ornam, vt vide-
tur colligi infra in litera, ſcilicet, tabernaculum Do-
mini, quod fecerat Moyſes erat ea tempeſtate in Ga-
baon, & non præualuit Dauid ire ad altare, vt ibi obſe-
craret Deum. Nimio enim fuerat timore perterri- C
tus. Et tamen quid in hoc verum ſit, ibi declarabitur
in quadam quæſtione.

De controuerſia, quæ habetur in quibuſdam verbis hic, & 2. Regum, cap. 24. de Ornam Iebuſæo.
Quæſt. LXXII.

QVAERITVR vlterius de iſto Ornam Iebuſæo,
quomodo vocatur hic Ornam, quia ſecundo
Regum vigeſimoquarto, vocatur Areu-
na. Aliquis dicet, quòd non ſunt idem vir Ornam, &
Areuna. Et tamen hoc non ſtat, quia eadem hiſto-
ria ponitur hic, & ibi: & hic dicitur, quòd Ornam Ie-
buſæus vendidit aream ad ædificandum altare, & ibi
dicitur, quòd vendidit illam Areuna. Neceſſe eſt D
enim, quòd eadem perſona ſit, quia iſtud idem nego-
cium eſt, & ſolum ſemel factum. Aliquis autem di-
cet, quòd eadem perſona eſt, & tamen erat iſte ho-
mo binomius. Et ſic vocatur aliquando Ornam, &
aliquando Areuna, ſicut multi alij homines binomij
ſunt, & trinomij, vt patet ſæpe in ſcriptura. Sed di-
cendum, quòd hoc non ſtat, quia Areuna, & Ornam
non ſunt duo nomina, ſed vnum, ſed eſt mutatio for-
mæ. Sæpe enim in Hebræo mutantur nomina per ad-
ditionem, vel ſubtractionem, vel alterationem, de
additione patet, quia aliquis vocatur Phalti, & ali-
quando Phaltiel. Nam primo Regum 25. dicitur, q̃
Michol data eſt in vxorem Phalti filio Lais: & tamen
2. Regum 3. dicitur Phaltiel. Sic etiam vocatur aliquis E
aliquando Geſſur, & aliquando Geſſuri, vt patet pri-
mo Regum 27. & 2. Regum 3. & 14. Aliquando fit
mutatio per ſubtractionē, ſicut in iſto nomine Aram,
quia quidam de genealogia Chriſti vocatur Aram,
Matthæi primo. Et aliquando vocatur Ram, vt patet
ſupra 2. Per alterationem aũt mutatur nomen, quãdo
nec additur, nec ſubtrahitur ad eaſdē ſyllabas, vel lite-
ras, ſed mutantur aliquæ literæ, vel ſyllabæ, ita quòd
maneat ſimilitudo nominis prioris. Sic autem eſt hic
Ornam, & Areuna. Ideo dicendum eſt, quòd non
erat binomius. Sed idem nomen eſt hic, & ibi, eſt
tamen mutatum per alterationem quandam litera-
rum, & ſyllabarum.

Alph. Toſt. In Lib. I. Paralip.

Quis erat iſte Ornam Iebuſæus. Quæſt. LXXIII.

QVAERITVR vlterius, de iſto Ornam Iebuſæo
quis erat, & quomodo Dauid communicabat
cum eo. Nam ſi erat Iebuſæus, non videba-
tur licita communicatio Dauid cum eo. Dici poteſt
dupliciter, vno modo, quòd iſte Ornam erat de genere
Iudæorum. Et tamen vocatur Iebuſæus, quia for-
te aliquando moratus eſt in terra Iebuſæorum, vel fe-
cit aliquid mirabile contra eos, & accepit nomen ab
eis. Vtrumque eſt ſatis conueniens: de primo patet,
quia Obededom, in cuius domo fuit arca, vocatur Ge-
thæus, vt patet ſecundo Regum ſexto, & ſupra 13. &
15. Et tamen ille erat Leuita, vt declaratum eſt ſupra
15. Nam ipſe erat vnus de ianitoribus inter Leuitas,
vt patet ibi, & ſupra 6. Et tamen Gethæi ſunt Philiſthi-
ni de vrbe Geth. Obededom autem vocatur Ge-
thæus, quia cum Dauid habitauit in Geth, & etiam
alij ſexcenti viri, qui erant Iudæi, & cognati Dauid,
& deſcenderunt cum eo in terram Philiſthinorum,
vocantur Gethei, ſecundo Regum decimoquinto, ſci
licet, quia cum Dauid habitauerant in terra Philiſthi-
norum in vrbe Geth: de ſecundo patet, quia Scipio
Romanus vocatur Scipio, & Africanus, eo quòd con-
tra Africam pugnauit, & ſubiecit illam Romanis. Et
ſic vtroque modo poterat iſte Ornam vocari Iebu-
ſæus, quamquam eſſet de ſtirpe Iudæorum. Et tunc
non eſt aliqua difficultas, quomodo Dauid commu-
nicaret cum eo, quia cum eſſet Iudeus, licita erat com-
municatio eius. Alij autem dicunt, quòd erat iſte Or-
nam Iebuſæus, ſcilicet, vere de ſtirpe Iebuſæorum.
Sunt enim Iebuſæi quidam populus de ſeptem popu-
lis Chananæorum, vt patet Deuteronom. ſeptimo, &
Ioſue tertio. Et ſic manſiſſet Ornam de genere Iebu-
ſæorum in Ieruſalem. Et hoc videtur dicendum, ſci-
licet, quòd cum Dauid cepiſſet caſtrum montis Sion,
reliquit iſtum de Iebuſæis. Nam Iebuſæi tenebant ca-
ſtrum montis Sion, antequàm Dauid efficeretur Rex
ſuper totum Iſrael. Et cum factus eſſet Rex, perrexit
illuc ad capiēdum caſtrum, & cepit ſecundo Regum
quinto, & ſupra 11. Et ibi dicitur, quòd Iebuſæi tene-
bant caſtrum: tunc Dauid relinqueret iſtum Ornam,
quia placuiſſet ei ex aliqua cauſa, & ille viuebat vſque
nunc. Et hoc etiam colligitur, quia iſte Ornam habe-
bat aream in caſtro montis Sion, ſuper ipſum mon-
tem. Nam ſequenti libro, cap. 3. dicitur, quòd cepit Sa-
lomon ædificare domum Domini in monte Moria in
loco, quem parauerat Dauid in area Ornam. Et ſic ip-
ſa area erat in monte: Iebuſæi autem habitabant in ca-
ſtro illius montis, antequàm Dauid caperet caſtrum.
Et ſic videtur, quòd iſte Ornam cum cæteris Iebuſæis
ibi habitaret. Et cum poſtea pepercifſet ei Dauid, ne
occideretur, reliquit ſibi domum ſuam, & aream, &
alia, quæ habebat in ipſo monte: hoc idem tenet Ioſe-
phus 7. Antiquitat. dicens: Erat autem Ornam genere
quidem Iebuſæus, Dauid autem præcipuus amicus: &
propterea nihil mali ei fecit, quando ciuitatem deua-
ſtauit. Cum autem arguit, quòd Dauid non poterat li-
cite communicare cum iſto Iebuſæo, quia Iſraelitæ te-
nebantur occidere omnes Chananæos, de quibus erāt
Iebuſæi, nec poterant eis miſereri, Deuter. 20. Reſpon-
dendum eſt, quòd de lege communi omnes Chana-
næi occidendi erant. Et tamen interdum propter ali-
quam ſpecialem cauſam poterant reſeruari, & hono-
rari inter Iſraelitas. Sic enim fuit de Raab Ierichonti-
na, quæ erat Chananæa, cum eſſet de vrbe Iericho, quę
erat Chananæorum, vt patet Ioſue 6. Et tamen ipſa
ſaluata eſt ab Iſraelitis, & tota cognatio ſua propter
eam, eo q̃ exploratores Iſraelitarum cuſtodiuit, vt pa-
tet Ioſue 2. & 6. Sic etiam poterat eſſe, q̃ iſte Ornam

Iebusæus impendisset aliquod beneficium Dauid, vel Israelitis, propter quod cum caperent castrum, & occiderent alios Israelitas, permitterent eum viuere, vel poterat esse, quod ipse Ornam erat aliquis princeps inter Iebusæos, qui erant in Ierusalem, & quando Dauid cepit castrum, forte interueniret aliquod pactum inter eum, & Ornam, quòd permitteret ei viuere, & habere omnia bona sua. Et forte fecit hoc Dauid, vt facilius posset habere castrum montis Sion. Et sic non esset illicitum dimittere Ornam viuere, quamquam esset Iebusæus. Et hoc magis tenendum est.

Cur Dauid emere voluit aream Ornam.
Quæst. LXXIIII.

QVAERITVR vlterius quomodo Dauid voluit nunc emere aream Ornam ad sacrificandum ibi, quia etiam si non emeret, nec donaretur sibi, poterat offerre ibi. Nam Dauid volebat nunc aream Ornam, quia Deus iusserat, quòd offerretur sibi in ea ad hoc, quòd cessaret pestis. Istud autem solum semel fieri debebat. Ideo pro illa vice, non oportebat, quòd area emeretur, nec donaretur, sed solum concederetur vsus eius pro illa vice. Aliquis dicet, quòd Dauid voluit emere aream, eo quòd non solum volebat illam pro ista vice, sed etiam vt fieret ibi templum Domini per Salomonem, & ad hoc oportebat, quod emeretur, vel donaretur. Dicendum est, quod hoc non stat, quia licet postea in ista area templum factum sit per Salomonem, tamen Dauid nunc quando voluit offerre in illa, nesciebat an futurum esset ibi templum, quia nesciebat aliquam dignitatem illius loci, nec etiam ipse obtulisset ibi, nisi quia præceptum est sibi. Postea tamen cum obtulisset, & vidisset, quòd Deus exaudiret eum mittendo ignem super sacrificium, obtulit rursus victimas. Et sciuit locum illum esse sanctum, & Deo acceptum, quia exaudiuerat eum. Et tunc Dauid dixit: Hæc est domus Dei, & hoc est altare in holocaustum Israel. Et sic non emit Dauid aream ea intentione, vt ibi fabricaretur templum, sed quia volebat ibi offerre sacrificium pro cessatione plagæ. Ideo dicendum, quòd Dauid solum intendebat offerre ibi sacrificium semel pro cessatione plagæ, si tamen non emeret illam aream, sed gratis sibi concederetur pro illa vice, rediret postea in vsus humanos, quia postea Ornam tereret ibi triticum, sicut prius. Et hoc nō videbatur honestum, quia si Deus exaudiret eum in loco illo faciendo, quòd cessaret pestis, debebat haberi locus ille in magna veneratione pro tanto beneficio. Et tamen si rursus ad vsus humanos rediret, nulla esset veneratio eius. Ideo decebat, vt fieret locus ille sacer, & iam non rediret in vsus profanos. Et ad hoc oportebat, quòd emeretur, vel donaretur, quia necesse erat, quod proprietas auferretur ipsi Ornam, cum locus ille sacer iam esset Deo dicatus, & non posset ab homine possideri.

Quare gratis offerebat Ornam Dauid non solum aream, sed etiam multa alia. *Quæst. LXXV.*

QVAERITVR vlterius, cum Dauid peteret ab Ornam, quòd daret ei aream suam pro pecunia, quare offerebat gratis non solum aream, sed etiam boues, & plaustra, & tribulas, & iuga boum, & triticum.

Respondetur potest, quòd Ornam voluit videri nimis liberalis propter regem, quia ipse erat amicus Dauid præcipuus, vt ait Iosephus septimo Antiquitatum. Nunc autem videns tantam clementiam Regis, inclinatus est ad dandum omnia hæc. Vidit enim, quòd Dauid cum esset Rex, poterat accipere aream istam, non petendo eam ab Ornam, & tamen humiliauit se ad petendum eam. Ideo credidit Ornam, quòd nimis honorasset eum in hoc, & voluit ipse rependere beneficium pro hoc honore, scilicet, quòd non solum illa, quæ Rex petebat eum pecunia, daret ei sine pretio, sed etiam multa alia, quæ ipse non petiuerat. Et patet hoc, quia non solum de facto, sed etiam de iure poterat Dauid nunc accipere aream Ornam non petendo eam, dum tamen daret pretium pro ipsa, quia Deus iusserat, quòd in illa area sibi sacrificaretur, ideo tenebantur Israelitæ illam aream habere pro sacrificio eius. Et sic dato, quòd nollet Ornam dare illam, Israelitæ poterant illam accipere ab illo inuito.

Secundo patet, quia expediebat toti populo, quòd in illa area offerretur sacrificium Domino, quia aliàs non poterat cessare plaga. Ideo si nollet dare aream, repugnaret in hoc bono publico maximo, & vellet quòd periret populus. Ideo non solum poterant Israelitæ accipere ab eo aream, sed etiam tanquàm hostem publicæ salutis poterant illum occidere, & sic cum teneretur Ornam dare aream in hoc casu, non erat necesse, quòd peteretur ab eo, quia non erat in potestate sua non dare, sed erat satis, quòd daretur sibi iustum pretium pro illa, & auferretur sibi etiam non requisito: a fortiori ergo Dauid posset facere, scilicet, tollere aream dando pretium, etiam si illam non peteret: inclinauit tamen se ad petendum, ideo ex hoc merebatur aliquid apud Ornam, vt ille sibi pro hoc rependeret. Item Dauid iuit nunc ad Ornam ad petendum aream: & in hoc maxime honorauit eum. Nam dato, quòd Dauid vellet aream accipere prius petendo, tamen non oportebat, quòd ipse iret ad Ornam ad petendum eam, sed satis erat, quòd mitteret aliquem seruum suum illuc, vt emeret eam, vel quòd mitteret ad vocandum Ornam. Et Dauid loqueretur ei super hoc. iuit tamen ipse Dauid ad Ornam existentem in area: ideo nimis honorauit eum, de quo miratus est Ornam, & dixit: Quid causæ est, vt veniat Dominus meus Rex ad seruum suum, secundo Regum vigesimoquarto. Et propter hoc Ornam vellet rependere Regi, quod posset pro tanto honore, & hoc fecit offerendo sibi aream, boues, triticum, & plaustra, quæ Dauid non petebat. Alio modo potest dici, quòd Ornam fecit hoc propter Deum. Nam videbat plagam, quæ vertebatur in populo. Et Dauid dixit, quòd volebat emere aream, vt faciendo ibi sacrificium cessaret pestis, sicut Deus dixerat. Ideo vt in hoc exhiberet Deo quoddam obsequium, voluit nimis liberalis esse in dando ea, quæ habebat, scilicet, aream, boues, plaustra, & triticum, quod erat in area.

Propter quam causam offerebat Ornam multa, quæ a Dauid non petebantur. *Quæst. LXXVI.*

QVAERITVR vlterius, dato quòd offerret Ornam ista propter Deum, vel propter Regem, ad quid tamen offerebat omnia hæc, quæ non petebantur?

Respondetur potest vno modo, quòd Ornam offerebat omnia hæc in sacrificium. Nam sciebat, quòd Dauid peteret aream ad faciendum in ea sacrificium Domino. Et ad sacrificium requirebantur multa. Ideo Ornam ex magna liberalitate voluit dare omnia requisita. Requiritur enim primo, in sacrificio locus, in quo fiat, & ad hoc Ornam dedit aream, vt ibi

ibi fabricaretur altare. Secundo requiruntur carnes, quæ debebant offerri in altari ad cremandum. Et ad hoc dedit Ornam boues. Tertio requiritur ignis, in quo cremetur holocaustum. Et ad hoc dedit iuga boum, & plaustra, & tribulas. Requiritur quarto libamentum quod offertur cum carnibus sacrificij, scilicet simila. Et ad hoc dedit Ornam triticum, quod erat in area. Ista patent ex litera: Sed, & boues in holocaustum do, & tribulas in ligna, & triticum in sacrificium, omnia libens præbeo. Idem patet secundo Regum vigesimoquarto. Sed dicendum, quòd istud non stat omnino, quia si Ornam voluisset dare omnia necessaria pro sacrificio Domini, plura adhuc dare debuisset. Quod patet, quia in holocaustis pacificis semper ponuntur libamenta, vt patet Numeri decimoquinto. Sunt autem libamenta, vinum, & oleum, simila, sal, & thus, & omnia ista quinque debent necessario poni, vt patet Numeri decimoquinto. Ornam tamen non obtulit hic, nisi vnum de libamentis, scilicet, triticum pro simila. Oleum autem, & vinum, & sal, & thus, non obtulit, ideo non intendebat dare omnia necessaria ad sacrificium. Sed dicendum videtur, quòd Ornam obtulit omnia hæc ad ostendendum magnam liberalitatem. Nam ponit aream solam Dauid, & Ornam obtulit sibi aream, & omnia, quæ in illa erant. Non erant autem aliqua alia, quæ in area donari possent, nisi hæc, scilicet, boues, qui terebant triticum, & ipse tribulæ, quibus terebatur. Et iuga boum, quibus vniebantur ad portandum tribulas, & plaustra, in quibus portatæ fuerant segetes de agris, & ipsum triticum, quod in area terebatur. Omnia autem hæc gratis concedebat Ornam.

De modo offerendi triticum in sacrificio.
Quæst. LXXVII.

QVAERITVR vlterius, quomodo offerebatur triticum in sacrificium. Nam sacrificium videtur fieri de animalibus, & non de triticeo. Respondendum, quòd sacrificium secundum modum largum nostrum dicitur esse occisio animalis in reuerentiam Dei ad cremandum in altari. Scriptura autem aliquando vtitur isto modo loquendi generali. Et tamen accipiendo proprie sacrificium, non est de animalibus, sed de vino, oleo, & pane, & similibus. Sic accipitur Numeri: Anima si obtulerit sacrificium de simila, & tamen simila farina est. Et ibi multa genera panum dicunt offerri in sacrificium. Sic etiam accipitur sæpe Numeri vigesimooctauo, & vigesimonono, vbi sacrificium est ipsum libamentum. Pro quo considerandum, quòd in oblationibus holocaustorum, & aliarum victimarum principale, quod offerebatur erat animal, vt cremarentur carnes eius in altari. Et ipsum animal vocatur hostia, vel victima, & non sacrificium. Sunt autem alia quasi accessoria per modum condimenti in istis oblationibus. Et ista vocantur libamenta, vel libamina. Sicut fit in cibis, quia aliquid ponitur proprie, vt cibus. Alia autem ponuntur, vt condimenta, & incitatiua saporis. Sic autem in oblationibus ipsæ carnes animalis erant tanquàm cibus, & libamenta erant tanquàm condimentum. Erant enim libamenta quinque, scilicet, simila, vinum, oleum, sal, & thus, quæ apponebantur in omni holocausto, & hostia pacifica, Numeri decimoquinto. Et ista vocantur sacrificia. Et licet istud nomen conueniat omnibus libamentis simul, magis tamen conuenit simile. Ideo interdum ponuntur ista simul, scilicet, sacrificium, & libamenta. Sicut patet Numeri vigesimooctauo, & vigesimonono, cum dicitur, quòd offerebantur holocausta cum sacrificio, & libaminibus suis. Ideo oportet distincta esse ista, scilicet, sacrificium, & libamen. Et vocabitur ibi sacrificium sola simila, & libamina vocabuntur alia quattuor, scilicet, oleum, vinum, sal, & thus. Et sic dixit Ornam, quòd offerebat triticum in sacrificium, eo quòd de illo poterat fieri simila, quæ erat sacrificium.

Quomodo offerebat Ornam triticum in sacrificium.
Quæst. LXXVIII.

QVAERITVR vlterius, quomodo Ornam offerebat triticum in sacrificium, ideſt, libamentum, quia inter libamenta non ponitur triticum, nec offerebatur aliquando, sed simila, quæ erat farina delicata, Numeri 15. Hic autem Ornam non offerebat farinam, sed triticum, quod in area habebat. Ideo non poterat dari in libamentum. Aliquis dicet, quòd poterat offerri triticum. Nam Leuitici 23. ponitur similis oblatio, scilicet, de spicis habentibus grana. Respondendum, quòd non potest hoc stare. Primo, quia illa oblatio spicarum non erat aliquid, quod quotidie fieri posset, sed solum fiebat semel in anno in festo Azymorum, Leuit. 23. Et non erat nunc illud festum, quia illud est die decimaquinta, vel decimasexta mensis primi, Leuit. 23. Et est ille mēsis Martius apud nos. Et tamen nunc quando Ornam obtulit triticum erat finis mensis Maij; vel principium Iunij, cum iam collectum esset triticum de areis. Secundo patet, quia dato, quòd nunc esset tempus faciendi illam oblationem, tamen nō poterat fieri in Ierusalem, eo quod ista erat de oblationibus, cum esset statuta in lege, & nulla talium poterat fieri extra Sanctuarium Domini, quod erat nunc in Gabaon, vt probatum est supra 16. in quadam quæstione. Et tamen Ornam offerebat istud triticum in Ierusalem. Tertio patet, quia illa oblatio fiebat de spicis, Leuitici 23. & tamen Ornam non offerebat spicas, sed triticum, quod excusserat in area. Nam tunc terebat spicas, vt patet in litera. Quarto patet, quia dato, quòd aliquis diceret, quòd haberet Ornam aliquas spicas, quæ nondum essent contritæ, non potest stare, quòd oblatio illa fiebat de spicis virentibus, Leuitici vigesimotertio. Iste tamen spicæ non erant virentes, sed aridæ, cum iam tererentur in area. Quinto patet, quia illa oblatio spicarum non fiebat de spicis tritici, sed de spicis hordei, Leuitici 23. Nam de tritico non dabantur primitiæ Domino in spicis, sed in panibus, quia dabant de quolibet homine duo panes de tritico nouo in festo Pentheostes, siue Hebdomadarum, eodem cap. Nō ergo poterat intelligi, ꝙ offerretur sic triticum. Sed dicendū est, ꝙ Ornam offerebat triticum in sacrificiū, non quidem ꝙ ipsum triticum esset sacrificium, i. libamentū, sed vt eo fieret farina, quę esset sacrificium, & ita intendebat Ornam, ꝙ pro multis diebus offerebat ipse sacrificium, quia de tritico illo fieret multa farina, quæ sufficeret pro sacrificio multorum dierum.

Quomodo Ornam offerebat in sacrificio boues, & triticum, &c. *Quæst. LXXIX.*

QVAERITVR vlterius quomodo offerebat nūc Ornam boues, & triticum in sacrificio. Et quomodo istud acceptauit Dauid, quia non licebat accipi talia pro sacrificio, eo quòd Ornam erat Gentilis, & Deus iusserat nō accipi aliquā oblationem ad sacrificandum de manu Gentilium, Leuitici vigesimosecundo, scilicet, De manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro: & quidquid aliud dare voluerit, quia corrupta, & maculata sunt oīa, non suscipietis ea. Erat tamē Ornam Gentilis, quia erat Iebusæus, ideo non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non licebat de manu eius accipi talia sacrificia. Aliquis respondebit, quòd licitum erat accipi sacrificia ista de manu Ornam, quia ipse de genere Iudæorum erat, dato quòd vocetur Iebusæus, quia vocatur sic, eo quòd erat conuersatus aliquo tempore in terra Iebusæorum, vel fecerat aliqua bella contra Iebusæos. Dicendum quòd qui tenent istam positionem, possunt respondere, sicut dictum est. Et tamen ista positio est aliqualiter falsa, quia videtur, quòd erat de genere Iebusæorum, sicut tenet Iosephus 7. Antiquitatum. Et declaratum fuit supra in quadam quæstione. Aliquis ergo dicet aliter, quod verum est, quòd Ornã erat de genere Iebusæorum, & quòd non licebat de manu eius accipere sacrificium. Et sic etiam factum est, quia licet ipse offerret illa, Dauid non suscepit ea, ne appareret de area. Et de ipsa non est dubium quin posset accipi de manu eius, eo quòd non erat res sacrificanda. Nam solum vetabantur Israelitæ recipere de manu gentilium ea, quæ ponenda erant in sacrificio sicut animalia, & simila, & vinum, & sal, & oleum, & thus, quæ erant libamenta sacrificiorum: pecuniam tamen ad emendum aliquid pertinens ad sacrificium poterant accipere. Et sic erat area, quia non erat aliquid sacrificandum. Ideo poterat accipi de manu Gentilis, vt declaratum est Leuitici vigesimotertio. Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia non solum Dauid accepit aream de manu Ornam, sed etiam boues pro sacrificio, vt patet secundo Regum vigesimoquarto, scilicet, Emit ergo Dauid aream, & boues argenti sichis quinquaginta. Et cum dicitur, quod hic non fit mentio, nisi de sola area, nihil obstat, quia quamquam hic omittatur, exprimitur secundo Regum vigesimoquarto. Et locus ab auctoritate negatiue non tenet. Dicendũ ergo, quòd Dauid accepit id, quod offerebat Ornam, scilicet, aream, & boues, & tamen non eo modo, quo ipse offerebat, quia ille volebat dare gratis. & Dauid accepit pro pretio. Et cum obijcitur, quòd de manu Gentilis non poterat accipi aliquid ad sacrificãdum. Dicendum, quòd verum est si ipse offerret illud. Et tamen bene poterat emi farina, vinum, oleum, & animalia a Gentilibus, quæ ipsi Israelitæ offerrent Domino in sacrificium. Sic colligitur Leuitici vigesimosecundo, 1. De manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro, & quidquid dare voluerit. Ergo solum intelligitur de his, quæ ipse dare vellet offerendo, sed non de his, quæ emerentur ab eo. Nunc autem Dauid non accepit de manu Ornam boues gratis ad immolandum, sed emit illos, ideo poterat illos offerre in sacrificium. Patet hoc, quia 2. Regum 24. Dicitur Emit ergo Dauid aream, & boues, argenti siclis quinquaginta. Licuit ergo istud facere Dauid licet esset Ornam gentilis.

Quare Dauid voluit emere, & non accipere gratis aream, boues &c. Quæst. LXXX.

QVAERITVR vlterius quare Dauid noluit accipere gratis de manu Ornam aream, boues, & alia, quæ dabat, sed voluit emere: nam cum Ornam esset amicus Dauid sicut ait Iosephus 7. Antiquitatum, alia maiora forte daret aliàs Ornam ipsi Dauid, & suscepere ea Dauid de manu eius: ita ergo nunc poterat accipere ista, & offerre Domino, & offerendo ea, non offerret rem alienam, sed propriam. Dicendum est, quòd Dauid fecit hoc propter multa. Primo quia sacrificium offerendum erat nunc pro remissione peccati, vt relaxaretur pestis. Et tamen Dauid peccauerat in hoc principaliter. Ideo pro eo sacrificium offerendum erat. Si tamen acciperet aream, & boues, & alia de manu Ornam sine precio, videretur illa offerre Ornam, & non Dauid. Et sic videretur sacrificium fieri pro Ornam, & non pro Dauid. Voluit ergo Dauid emere boues, & aream, & omnia alia, quæ pertinebant ad sacrificium, vt videretur pro eo offerri, & non pro aliquo alio. Secundo factũ est hoc, quia Dauid peccauerat, & pœna ei erat infligenda. Erat autem pœna quædam licet parua, quòd offerret sacrificium pro relaxatione istius pestis, dando expensas, quæ fierent in eius factione. Et ideo noluit accipere aream, & boues gratis, quia tunc non sentiret aliquam pœnam in relaxatione pestis. Istud est, quod dixit Dauid ad Ornam: Nec enim auferre tibi debeo, & offerre Domino holocausta gratuita, ideſt, non est bonum, quòd ego accipiam a te ista, quæ offers. Et sic offeram ego illa Domino, quia essent holocausta gratuita, ideſt, quæ mihi nihil constarent. Et sic non sentirem aliquam pœnam, & Deus non acceptaret talia. Tertio fuit hoc, quia Ornam erat Iebusæus, & nõ poterat accipi aliquid ad sacrificandum de manu eius Leuiti. 22. Et vt declaratum est præcedenti quæſtione, voluit ergo Dauid emere omnia hæc, vt istud opus non esset Ornam, & prohiberetur recipi, sed offerretur de manu Dauid, & non prohiberetur, dtiæ tamen causæ præcedentes sunt efficaciores. Nam ista tertia poterat euitari, scilicet, quòd quamquam Ornam daret gratis aream, & boues, susciperentur in sacrificium. Nam si Ornam offerret illa Domino, non susciperentur, quia erat gentilis. Si tamen ipse daret ea Dauid gratis, poterat ea postea Dauid offerre Domino, & tunc nõ reciperentur de manu alienigenæ, sed de manu Hebræi. Item patet, quia Dauid non fecit mentionem in excusatione sua de hoc, quòd Ornam esset gentilis, sed de duabus causis præcedentibus, scilicet, quòd nolebat accipere illa gratis, vnde dixit: Nec enim tibi auferre debeo, & sic offerre Domino holocausta gratuita. Et quamquã ista vera sint, tamen adhuc posset dici, quòd licet Ornam esset de genere Iebusæorum, tamen iam erat cõuersus ad ritum Iudaicum postquàm destructi erant alij Iebusæi, qui erant in Ierusalem, & sic poterant iam accipi oblationes de manu eius sicut de manu aliorum Israelitarum, qui descendebant de stirpe Iacob. Et istud satis verisimile est, quia non videtur, quòd Ornã permitteretur viuere inter Israelitas, potissime in loco sancto, s. in Ierusalem, nisi iam esset cõuersus ad ritum Iudaicũ. Et tamen si aliquis nollet cõcedere istud, sed asserat, q̃ manebat Ornã in gẽtilitate, poterit respõderi tribus modis sicut supra dicebatur,

De discordia, quæ habetur in quibusdam verbis hic, & 2. Regum cap. 24. circa pretium. Quæst. LXXXI.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, q̃ Dauid dedit sexcentos siclos Ornam, quia 2. Regum 24. Dicitur, quòd dedit quinquaginta. Aliqui respondent, quòd Dauid emit ab Ornam aream, & boues, plaustra, & triticum, & omnia, quæ habebat Ornam in area, & pro omnibus illis dedit sexcentos siclos: pro area tamen sola dedit quinquaginta. Et sic ponitur hic pretium datum pro sola area. Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia pro sola area. Sed contrarium. Nam istos sexcentos siclos, de quibus hic dicitur dedit Dauid pro sola area. Nam dicitur in litera: Dedit ergo Dauid Ornam pro loco siclos auri iustissimi ponderis sexcentos siclos. Et 2. Regum 24. Dicitur: Emit ergo Dauid aream, & boues, argenti siclis quinquaginta. Dicendum ergo aliter, quòd Dauid emit aream, & boues, & dedit pro eis quinquaginta siclos. Erat tamen differentia in siclis, quia quidam sicli erant magni valoris, alij autem minoris. Et tunc poterant quinquaginta sicli tantum valere, sicut sexcenti.

sexcenti. Et hoc potest stare dupliciter, vno modo, quòd tam hic, quàm secundo Regum vigesimoquarto, ponatur pretium datum pro bobus, & area: & tunc dicetur, quòd quinquaginta sicli erãt magni, & æquivalebant sexcentis siclis paruis, de quibus hic dicitur. Alio modo potest dici, quòd hic ponatur solum pretium datum pro area, quia dicitur: Dedit Dauid Ornam pro loco siclos auri sexcentos. Et secundo Regum vigesimoquarto, ponatur pretium datum pro area, & pro bobus. Et tunc dicetur, quòd sexcenti non erant tanti valoris, sicut quinquaginta, qui habentur ibi, eo quòd ibi dicitur, quòd illi dati sunt pro bobus, & area.

De controuersia, quæ habetur in quibusdam verbis, circa pretium, scilicet, an dederit siclos, vel argentum.
Quæst. LXXXII.

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, quòd dedit Dauid sexcẽtos siclos auri Ornam pro loco, quia supra dicitur, quòd dedit argentum, scilicet, Da mihi locum areæ tuæ, ita vt quantum valet, argentum accipias. Et iterum dicitur: Nequaquam ita fiet, sed argentum dabo quantum valet. Aliquis dicet, quòd Dauid dixit se daturum argentum Ornam, & tamen forte illi non placuit, sed forte potius voluit accipere aurum, ideo dedit ei siclos de auro, licet promisisset de argento. Sed dicendum, quòd hoc etiam non stat, quia secundo Regum vigesimoquarto dicitur: Emit Dauid aream, & boues argenti siclis quinquaginta. Ideo siclos dedit de argento, & non de auro.

Respondeti potest dupliciter, vno modo, quòd isti sicli secundum veritatem fuerunt de auro, & tamen promittebat Dauid argentum, non quidem accipiendo argentum pro metallo illo, sed pro omni pecunia, quia consuetum est apud alias certas nationes monetam de quocunque metallo sic vocari argentum. Et istum modum secuta est hic sacra scriptura. Et sic dicitur secundo Regum vigesimoquarto, Quòd dedit pro loco, & pro bobus quinquaginta siclos argenti. Et tamen erant de auro. Alio modo potest dici, quòd verum est, quòd non potuerunt dari ipsi Ornam sexcenti sicli de auro, & quinquaginta sicli de argento, quia vtrumque significat perfectam solutionem. Ideo vel erant isti sicli quinquaginta de argento, vel dati fuerunt sexcenti sicli de auro. Erant enim duplices sicli, scilicet, quidam de argento, & quidam de auro. Sicli de argento erant maiores nimis in magnitudine, & valore. Sicli autem de auro erant parui, & æquivalebant quinquaginta sicli de argento sexcentis siclis de auro. Scriptura autem non curauit insistere in hoc, vt declararetur, in qua specie monetæ facta est solutio, quia hoc modicum differebat, sed solum curauit declarare valorem, & quia eiusdem valoris erant sexcenti sicli de auro, & quinquaginta sicli de argento, vna litera posuit quinquaginta siclos de argento, & alia sexcentos de auro.

De sacrificio facto a Dauid. Quæst. LXXXIII.

QVAERITVR vlterius, quia hic dicitur, quòd obtulerit Dauid holocausta, & hostias pacificas, quæ sacrificia erant ista.

Respondendum, quòd tria erant genera sacrificiorum in lege, scilicet, holocaustum, hostia pacifica, & hostia pro peccato, vt patet per totum Leuiticum: Holocaustum erat sacrificium, quod fiebat solum ad honorem Dei, & non ad aliquam vtilitatem humanam. Et in isto omnes carnes cremabantur in altari, & non cedebat aliqua pars earum offerenti, vel sacerdoti. Sed quidquid erat in animali præter pellem, & fimum, totum comburebatur in altari, Leuitici primo. Pellis autem dabatur sacerdoti immolanti, quasi in mercedem laboris pro sacrificio, quod faciebat, vt patet Leuitici septimo. Hostia pacifica erat sacrificium, quod offerebatur pro pace, & hoc dupliciter, scilicet, quando aliquis volebat aliquid impetrare a Domino, & non poterat illud impetrare, nisi Deus esset sibi placatus, offerebat sacrificium. Et illud vocabatur pacificum, quia erat ad pacificãdum sibi Deum, vt concederet quod ipse petebat. Et istud etiam vocatur sacrificium votiuum, Leuitici septimo, & decimonono. Alio modo fiebat sacrificium pacificum pro gratiarum actione, scilicet, quando quis susceperat aliquod beneficium a Deo, quia illud non poterat susscipere, nisi Deus pacificatus fuisset sibi, offerebat sacrificium pacificum pro illa pace, ideſt, placatione, quam Deus habuerat cum illo, quando dedit sibi illud beneficium. De ritu sacrificiorum pacificorum habetur Leuitici tertio, & septimo, & decimonono.

Tertium erat sacrificium pro peccato. Et istud erat assignatum, vt offerrent Israelitæ quando peccarent, scilicet, si peccaret totus populus, vel si peccaret summus sacerdos, vel princeps terræ, vel aliqua persona priuata, quia pro quolibet erat assignatus certus modus sacrificij, vt patet de singulis Leuiti. 4. De cæremonijs autem sacrificiorum pro peccato habetur Leuiti. 4. & 5. & 6. Et Numeri 5. Non est tamen intelligendũ, quòd Israelitæ pro quolibet peccato debebant offerre sacrificium, sed in certis casibus, & maxime quando erat peccatum per ignorantiam in omissione alicuius cæremoniæ legis, vt declaratum est Leuiti. 4. & Numeri 15. In quadam quæstione. Hæc autem oblata sunt prima duo genera istorum sacrificiorum, scilicet, holocaustum, & hostia pacifica.

De causa oblationis duorum generum sacrificiorum.
Quæst. LXXXIIII.

QVAERITVR vlterius quare oblata sunt nunc ista duo genera sacrificiorũ. Respondendum est vno modo, quòd Deus iussit offerri sibi sacrificium nunc, vt patet in litera. Et forte expressit, q̃ ista duo genera sacrificiorum sibi offerrentur, ideo oblata sunt. Secũdo potest dici, quòd Dauid obtulit ista duo, quia conueniebant intentioni suæ in præsenti. De holocausto patet: nam holocaustum ad solum Dei honorem offertur, & non ad aliquam vtilitatem humanam, sicut declaratum est præcedenti quæstione: sed Dauid potissime intendebat honorare Deum in isto facto: Ideo principaliter obtulit holocaustum. De hostia pacifica, dicendum, quòd conueniebat in præsenti, quia hostia pacifica offertur ad obtinendum aliquid vel in gratiarum actiones pro aliquo beneficio obtento, vt declaratum est præcedenti quæstione. Et tamen hic offerebatur sacrificium ad hoc, quòd cessaret plaga. Conueniens autem erat, quòd offerretur pacificum sacrificium potiusquàm aliquod aliud. Vel potest intelligi, quòd offerebatur sacrificium pro gratiarum actione. Nam iam certificauerat Propheta ipsum Dauid, quòd cessaret pestis, & offerebatur sacrificium. Ideo erat quasi gratiarum actio pro illa cessatione. Et tamen pro gratiarum actionibus non offerebatur aliquod sacrificium nisi pacificum, quia sacrificium pacificum distinguitur per hostiam votiuam, & pro gratiarum actionibus: Leuit. 7. Conueniebant ergo nunc ista duo genera sacrificiorum.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De causa quare Dauid non offerebat sacrificium pro peccato. Quæst. LXXXV.

QVAERITVR vlterius, quare non offerebat hic sacrificium pro peccato, quia illud videbatur maxime conuenire in præsenti. Nam Dauid peccauerat numerando populum, & pro hoc fuerat inflicta plaga, & nunc tollenda erat per sacrificium, ideo videtur, quòd debebat offerri sacrificium pro peccato. Respondendum est, quòd sacrificium poterat esse pro peccato dupliciter, vno modo, quòd esset pro peccato, idest, quòd haberet tales cæremonias, quales habet illud genus sacrificij, quod vocatur pro peccato. Alio modo, quòd sit pro peccato, idest, quòd proficiat ad remissionem peccatorum. Accipiē- G do secundo modo dicendum est, quòd omnia sacrificia sunt pro peccato, quia siue holocaustum, siue hostia pacifica proficiunt ad remissionem peccati. Sic patet de holocausto: Leuiti. primo, scilicet, Ponet manus super caput hostiæ, & acceptabilis erit atque in expiationē eius proficiens. Expiatio tamen est a peccatis, ideo holocaustum proficiebat ad remissionem peccatorum. Et hoc modo dicendum est, quòd nunc oblatum est pro Dauid sacrificium pro peccato, quia oblatum est holocaustum, & hostia pacifica. Et ista duo proficiebant ad remissionem peccati, cum Dauid illa deuote offerret. Accipiendo primo modo dicendum, quod non fuit hic oblatum sacrificium pro peccato, quia illud non offerebatur pro omni peccato, H sed solum pro quibusdam. Nam pro peccatis pertinentibus ad proximum fiebat interdum oblatio pro peccatis, vt patet Leuiti. 5. Et Numeri 5. In peccatis tamen, quæ erant contra Deum, non fiebat oblatio pro omnibus nisi pro illis, quæ erant per ignorantiam, & omissionem aliquarum cæremoniarum. Quando tamen quis scienter peccabat cōtra Deum per superbiam non expiabatur peccatum illud per sacrificia, sed per contractionem, vt patet Numeri 15. Et ibi declaratum est. Dauid autem nunc peccauerat per superbiam, scilicet, per quandam elationem faciendo numerari populum: ideo nullum sacrificium pro peccato debebat offerri pro hoc peccato. Et sic non obtulit nisi holocausta, & sic pacifica sacrificia.

Quomodo per ignem exauditus fuerit a Deo Dauid. Quæst. LXXXVI.

QVAERITVR vlterius quomodo Deus exaudiuit nunc ipsum Dauid per ignem, & quomodo ostendebat per illum ignem, quòd Deus exaudierat Dauid. Respondendum est, quòd modus fuit, quia Dauid fecit animalia occidi, & poni carnes eorum super altare. Et cum non appositus esset aliquis ignis, Deus misit de cœlo ignem, & cremauit illa sacrificia. Dicebatur autem Deus per hoc exaudisse Dauid dupliciter, vno modo, quia forte Dauid orauerat Deum, vt ostenderet ei aliquod signum mirabile, per quod videret, quòd pestis cessatura erat. Et Deus misit ad hoc ignem super sacrificiū. Ideo exaudiebat ipsum Dauid dando signum, quod ipse petebat. Secundo modo potest intelligi, quòd Dauid petiuit, vt cessaret pestis. Et propter hanc cessationem offerebat nūc sacrificium, & Deus exaudiuit eum in igne, idest, ostendit per ignem, quòd acceptauerat orationem suam. Nam si non acceptasset eam, non misisset ignem de cœlo in quo decorabat, & honorabat sacrificium Dauid. Etiam fuit sic die prima, qua cepit Aaron ministrare postquàm cōsecratus est in pontificem. Nam positis carnibus super altare, venit ignis de cœlo, & cremauit sacrificium. Est autem F ignis signum valde conueniens ad ostensionem deitatis. Nam per ignem inuestigauerunt Iraelitæ, quis erat verus Deus. Cum enim contentio esset an Baal esset Deus, vel ille, qui dicebatur Deus Israel, conuentū fuit inter Eliam, & Prophetas Baal, quia ille Deus, qui exaudiret cultores suos mittendo ignem super sacrificium, haberetur verus Deus. Et tunc venit ignis super sacrificium Eliæ, & habitus fuit Deus Israel tanquam verus Deus Israel 3. Regum 18. Sic etiam Elias cognitus fuit, quòd erat homo Dei per ignem. Nam quinquagenarius dixit ad Eliam: Homo Dei descende de monte. Et dixit Elias, si homo Dei sum, descendat ignis de cœlo, & consumet te, & quinquaginta duos 4. Regū primo. Et tunc descendit ignis de cœlo bis super duos quinquagenarios. Et iudicatum est Eliā esse hominem Dei. Et sic in præsenti cognitum est Deum acceptare sacrificia Dauid per ignem, quem misit super illa, sicut sacrificia Aaron: Leuiti. 6. Et Ecclesiast. 46. Interdum etiam fiebat sic ad ostensionem diuinæ virtutis, vt patet 2. Macha. 2. De igne, qui ascendit de petra, & cremauit sacrificia. Sic etiam sacrificium Gedeonis igne cœlesti crematum est, Iud. 6. Et sacrificium patris, & matris Samsonis, Iudi. 13.

Præcepitque Dominus Angelo, & conuertit gladium suum in vaginam. Protinus ergo Dauid videns, quòd exaudisset eum Dominus in area Ornam Iebusæi, immolauit ibi victimas. Tabernaculum autem Domini, quod fecerat Moyses in deserto, & altare holocaustorum ea tempestate erat in excelso Gabaon, & non præualuit Dauid ire ad altare, vt ibi obsecraret Deum. Nimio enim fuerat timore perterritus, videns gladium Angeli Domini.

Præcepitque Dominus Angelo, & conuertit gladium suum in vaginam. Scilicet, Cum ista fierent, iussit Deus Angelo percutienti, qui habebat gladium euaginatum, I quòd conuerteret eum in vaginam. Et potest intelligi dupliciter, vno modo, scilicet, quòd vere conuerterit Angelus gladium in vaginam. Alio modo per similitudinem. Accipiendo primo modo potest intelligi dupliciter, vno modo, quòd Deus iusserit Angelo percutienti, quòd conuerteret gladium in vaginam. Et tamen, quòd non fuerit tunc quando Dauid obtulit sacrificium, sed prius. Nam apparuit Angelus in area Ornam. Et postea disparuit antequam Dauid veniret ad offerendum sacrificium, quia aliàs non rediisset Ornam ad aream, nec stetisset in ea, quando venit ad eum Dauid, vt emeret aream. Quod patet, quia quando Angelus apparuit a principio in area Ornam, videns eum Ornam, & filij sui fugerunt, & ab- K sconderunt se. Et tamen postea redijt Ornam ad aream, quia quando venit Dauid ad emendū aream erat Ornam in ea, vt patet supra in litera. Et sic iam disparuerat Angelus percutiens, quia aliàs non ausus fuisset Ornam redire ad aream, & tunc forte quando recessit Angelus de area misit gladium in vaginam. Et sic deberet poni ante hoc, tamen est ordo mutatus. Secundo modo potest dici, quòd Angelus percutiens nō reduxerat gladium in vaginam, quousque oblatum fuit sacrificium Dauid. Et tamen non erat tunc in area, sed discurrebat per alias partes vrbis, & finito sacrificio reclusit gladium in vaginam, vt significaretur cessatio pestis: accipiendo ista verba per similitudinē, est sensus, quòd Angelus reduxit gladium in vaginā, idest,

idest, cessauit a percussione. Nam per gladium, quem A Angelus habebat euaginatum, significabatur, quòd pestis versabatur. Cum autem reduceretur, significaretur, quòd cessabat. Ideo dicitur, quòd reduxit gladium in vaginam, idest, cessauit percutere. Potius tamen intelligenda sit ista litera secundum veritatem. Nam Angelus videbatur habere gladium in manu a Deo, ita visus est realiter mittere illum in vaginam. *Protinus ergo videns Dauid, quòd exaudiuit eum Dominus.* Idest, Illico videns Dauid, quòd Deus exaudiuerat cū. Potest hoc referri ad literā præcedentem, scilicet, præcepit Dominus Angelo, & conuertit gladium in vaginam, scilicet, quòd per hoc, quòd Angelus conuertit gladium in vaginam, cognouit illico Dauid, quòd Deus exaudiuerat eum, scilicet, quòd cessauerat pestis, B vel potest referri ad id, quod prius dicitur. Exaudiuit eum Dominus in igne de cœlo. Et sic dicit hic, quòd protinus vidit Dauid, quòd Deus exaudisse eum, scilicet, protinus, vt venit ignis de cœlo. Et istud verius est, quia supra dicitur, quòd in hoc exaudiuit eum Dominus. *In aream Ornam Iebusæi immolauit ibi victimas.* Idest, Vidit, quòd Deus exaudiuit eum mittendo ignē de cœlo in aream Ornam Iebusæi. Et quia in alijs locis non faciebat hæc Deus, credidit Dauid, quòd istud euenisset propter sanctitatem loci, scilicet, quia Deus acceptabat magis illum locum quàm alia loca. Ideo voluit frequentare sacrificium ibi, vt sepe exaudiretur. Et istæ victimæ fuerunt post illas, quæ oblatæ fuerunt pro liberatione a peste. Et in illis primis victimis exau- C diuit Deus Dauid dando ignem de cœlo. *Tabernaculum autem Domini quod fecerat Moyses in deserto.* Vult excusare hic scriptura ipsum Dauid de immolatione facta in area Ornam Iebusæi. Nam Leuiti. 17. dicitur, quòd nemo offerret sacrificium nisi super altare holocaustorum ad ostium tabernaculi. Istud tabernaculum tamen erat tunc in Gabaon: ideo tenebatur Dauid ire illuc ad offerendum sacrificium. Et tamen obtulit in area Ornam. Et sic videbatur egisse contra legem. Excusat autem eum scriptura, quòd fecit hoc propter timorem. Et dicitur tabernaculum Domini, quòd fecerat Moyses, scilicet, quia ad mandatū Moysi factum fuerat istud tabernaculum in deserto per artifices, vt patet Exo. 31. & 36. Quia tamen ipse iubebat D dicebatur facere. *Et altare holocaustorum.* Duo altaria erant in templo, scilicet, altare holocaustorum, & thymiamatum. Altare holocaustorum erat de lignis setim opertum laminis æneis, & in illo fiebant omnia sacrificia. Altare thymiamatis erat de lignis setim, & opertum laminis aureis, Exo. 30. Et in isto nunquā offerebatur aliquod sacrificiū, sed cremabāt thymiama mane, & vespere, Exo. 30 Et nō fit hic mētio nisi de alari holocaustorū, quāquā ēt verum erat, cp altare thymiamatū non faciebat ad propositū, eo cp hic scriptura volebat significare sacrificium debere fieri in Gabaon. Et tamen sacrificium fiebat in altari thymiamatum: Exo. 30. Ideo non E nunquam in altari thymiamatum nominari hic altare thymiamatum. *Ea tempestate erat in excelso Gabaon.* Idest, Eo tempore erant tabernaculum, & altare in Gabaon. Nam tempestas a tempore dicitur. Gabaon erat ciuitas in sorte Beniamin Iosue 18. Et ibi erat tempore Dauid sanctuarium. Nam tempore Saulis erat in vrbe Nobe, primo Regū 21. & 22. Occidit autem Saul omnes sacerdotes, & habitatores Nobe propter Dauid, primo Regum 22. Et tunc translatum est sanctuarium in Gabaon. Nam cum Saul esset de tribu Beniamin, voluit honorare illam, & transtulit sanctuarium in vrbē de terra Beniamin, vel in Gabaon, & mansit ibi toto tempore Saulis. Postea etiam regnante Dauid erat ibi tabernaculum, & nunquam illud abstulit Dauid, sed potius misit illuc Sadoc sacerdotem magnum cum alijs sacerdotibus, & Leuitis, vt ministrarent ibi supra 16 Et sic nunc circa mortē Dauid manebat ibi tabernaculum. Mansit etiam post mortem eius ibi. Nam regnante Salomone antequam ædificaret templum, erat tabernaculum in Gabaon. Et iuit illuc Salomon, obtulitque ibi mille hostias Deo, vt patet 3. Regum 3. Et sequenti libro cap. primo. *Et non præualuit Dauid ire ad altare.* Idest, Non potuit Dauid ire ad altare holocaustorum, quod erat in Gabaon, vt offerret ibi sacrificium. *Vt ibi obsecraret Deum.* Idest, Vt rogaret Deum ibi pro cessatione pestis, & pro hoc offerret sacrificium. Nam in Gabaon ire deberet ad hoc, quòd faceret orationē B istam, & offerret ibi sacrificium, eo quòd erat ibi tabernaculum Domini, quod fecerat Moyses. Et illuc secundum legem tenebatur ire quilibet offerens. Nam Salomon illuc iuit quādo obtulit mille hostias, & petiuit sapientiam a Deo, vt patet 3. Regum 3. Et sequenti lib. cap. primo. *Nimio enim fuerat timore perterritus videns gladium Angeli Domini.* Ista est causa excusatiua Dauid. Nam ad offerendum tenebatur ire in Gabaon cum esset ibi altare Domini, nisi aliqua causa intercideret excusans eum. Et ista fuit, quia non potuit illuc ire propter nimium timorem, quem passus est quando vidit gladium Angeli percutientis. Nam cecidit ipse tunc in terram, & omnes seniores, qui erant cum eo, vt patet supra in litera.

An Dauid peccauerit offerens sacrificium extra templum. Quæst. LXXXVII.

QVAERITVR cum Dauid obtulerit hic sacrificium sepe in area Ornam Iebusæi, & erat ille extra templum, si peccauerit. Respondēdum, quòd non peccauit. Nam licet secundū legem oblatio sacrificij fieri deberet semper in loco sanctuarij, tamen aliquādo recipiebat dispensationem. Et ita fuit hic. Quod patet, quia aut quæritur de sacrificio, quod fecit Dauid in ista area ad hoc, quòd cessaret pestis, aut alijs sacrificijs, quæ postea fecit. Si de primo, manifestum est, quòd non peccauit, quia Deus iussit illud fieri. Nam Propheta Gad venit ad Dauid, & dixit, quòd offerret sacrificium in area Ornam supra in litera. Si autem quæritur de sacrificijs, quæ postea fecit ibi Dauid. Dicendum cp non peccauit, eo quòd iam sciebat locum illum acceptum esse Deo ad sacrificandum, quod patet ex litera, cum dicitur: Videns Dauid, quòd exaudisset eum Dominus in area Ornam, immolauit ibi victimas. Item demonstratum est ei per Deum, quòd iste locus futurus esset templi, & ipse sacrificare debebat Deo. Nam publice illud dixit Dauid, vt patet sequenti cap. scilicet, Hæc est domus Dei, & hoc est altare in holocaustum Israel. Item patet sequenti lib. cap. 3. Cum dicitur, quòd Salomon cepit ædificare templum Domino in monte Moria in area Ornam Iebusæi in loco, qui monstratus fuerat Dauid. Non ergo peccabat Dauid offerendo ibi.

De victimis, quas obtulit Dauid Deo videns se esse exauditum. Quæst. LXXXIX.

QVAERITVR vlterius quæ victimæ fuerūt istę, quas obtulit Dauid in area Ornam quando vidit se exauditum a Deo. Responderi potest dupliciter vno modo, quòd illæ fuerunt victimæ, quas obtulit Dauid sepe in area Ornam post cessationem pestis. Et hoc conuenit literæ, scilicet, Videns Dauid, quòd exaudisset eum Deus in area Ornam, obtulit ibi victimas, scilicet, exaudiuerat Deus ipsum Dauid,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dauid, quando primo sacrificauit ibi orando pro cessatione pestis, & misit Deus ignem de cœlo super holocaustum eius, in quo Dauid vidit se exauditum, vt patet in litera, scilicet, Exaudiuit eum Dominus in igne de cœlo super altare holocausti. hoc videns Dauid obtulit postea multa sacrificia in loco ipso, credens per hoc, quòd locus ille erat acceptus Deo ad sacrificandum ibi: cum exaudisset ibi eum. Nam si non esset acceptus ei, non decorasset locum illum tanto miraculo, mittendo ignem de cœlo super sacrificium, quod offerebatur ibi. vel Dauid obtulit multa alia sacrificia ibi videns se exauditum, scilicet, credidit, quòd sicut Deus exaudiuerat eum ibi orantem, & sacrificantem pro cessatione pestis, ita exauditet in quibuscunque alijs, pro quibus ibi oraret.

Alio modo dicunt quidam, quòd intelligitur de sacrificio, quod obtulit Dauid pro cessatione pestis. Et quòd post hæc non obtulerit ibi alia. Et tunc dicetur, quòd videns, quòd exaudisset eum Deus obtulit victimas ibi, scilicet, exaudiuit eum iubendo Angelo percutienti, quòd mitteret gladium in vaginam, per quod significabatur pestem cessare. Et hoc erat, quod petebat Dauid.

Dicendum tamen, quòd primus modus est verior. Primo quia dicitur, quòd videns Dauid se exauditum obtulit victimas in area Ornam. Exauditio tamen Dauid non fuit in hoc, quòd Angelus percutiens mitteret gladium in vaginam, sed in hoc, quòd Deus misit ignem de cœlo super holocaustum eius, quia sic dicitur in litera, scilicet, Et exaudiuit eum in ignem de cœlo super altare holocausti. Et tamen quando ista exauditio fuit, iam Dauid obtulerat sacrificium, quia ignis de cœlo non venit nisi super carnes sacrificij positas in altari. Ergo oportet, quòd post oblationem illam, & cessationem pestis fuerint oblationes illæ victimarum, de quibus hic dicitur.

Secundo patet, quia ista exauditio ponitur tanquam allicitiuum ad hoc, quòd Dauid offerret victimam in area Ornam. Et tamen non potuit hoc esse respectu primæ oblationis, quæ facta est pro cessatione pestis, quia illam Dauid obtulit etiam si non exaudiret eum Deus, quia non offerebat nisi pro mandato Domini, scilicet, quia Propheta Gad dixit ei, I quòd offerret in area Ornam. Ideo dato, quòd non exaudiuisset eum, vel exauditurus esset, offerret ibi ad obediendum mandato Dei. Et tamen istę victimę, de quibus hic dicitur, non fuerunt ex necessitate, sed solum Dauid inclinatus est ad offerendum eas, quia exaudiuerat eum Deus in area illa, ergo non erat ista oblatio prima pro cessatione pestis, sed aliæ victimæ, quas Dauid postea obtulit ex deuotione.

Tertio patet, & adhuc efficacius, quia dicitur in litera. Videns Dauid, quòd exaudisset eum Dominus in area Ornam Iebusæi obtulit victimas ibi. Et sic videtur, quòd exauditio ista propter quam Dauid obtulit victimas fuit in area Ornam Iebusæi. Et tamen, quòd Deus exaudiret Dauid iubendo Angelo K mittere gladium in vaginam, non fuit in area Ornam, ideo oportet intelligi de sacrificio facto pro cessatione pestis in area Ornam, in quo Deus misit ignem de cœlo super carnes existentes in altari, & istud verum est.

Quare reprehenditur Salomon, quòd in excelsis obtulerit sacrificium, cum pater suus Dauid etiam extra sanctuarium obtulerit sacrificium. Quæst. XC.

QVAERITVR vlterius cum Dauid sepe obtulerit sacrificium in area Ornam, quod erat offerre extra Sanctuarium, cur Salomon F increpatur, quòd obtulerit in excelsis extra sanctuarium? Nam 3. Regum dicitur, quòd Salomon sequebatur viam Dauid in omnibus, excepto, quòd in excelsis immolabat, & succendebat thymiama.

Respondendum est, quòd Dauid obtulit sacrificium extra sanctuarium in duobus locis, scilicet, in area Ornam Iebusæi, & coram arca, scilicet, quando portabatur de domo Obededom in domum suam. Et postea cum esset in domo sua, vt patet supra 15. & 16. Et tamen in his non peccauit Dauid. Nam immolari coram arca vbicunque illa esset, licitum erat, eo q̃ in ea repręsentabatur maxime præsentia Dei, quã G in aliquo de vasis totius sanctuarij, de quo declaratum est supra 15. & 16. In area Ornam non peccauit offerendo, eo quòd Deus iussit ibi offerri, & approbauit locum, vt esset ibi locus sacrificij pro toto Israel. De Salomone autem secus erat, quia ipse offerebat holocaustum in multis locis, antequam fieret templum: nam erant constituta multa altaria per terram Israel, in quibus populus immolabat, cum nondum esset factum templum, vt patet 3. Regum 3. Scilicet, Attamen populus immolabat in excelsis, non enim ædificatum erat templum nomini Domini vsque in diem illam. Et sic Salomon offerebat in illis altaribus, in quibus populus offerebat, & tamen non erat aliqua excusatio pro istis altaribus ad hoc, quòd offerentes ibi non peccarent sicut erat excusatio pro oblatione facta in area Ornam, & coram arca. Ideo Da- H uid non culpatur aliquo modo, quòd obtulerit extra sanctuarium, & Salomon culpatur.

De excusatione Dauid ad quid ponitur. Quæst. XCI.

QVAERITVR vlterius ad quid ponitur hic ista excusatio Dauid, scilicet, quòd non potuit ire ad offerendum Domino sacrificium in Gabaon, vbi erat altare, quia nimio fuerat timore perterritus videns gladium Angeli Domini.

Respondet Nicolaus, quòd hoc non fuit ad excusandum illam primam oblationem, quam Dauid obtulit pro cessatione pestis, quia illa erat necessaria propter mandatum Dei, & non poterat peccare faciendo illam, sed potius peccaret, si non offerret ibi, sed iret ad offerendum in Gabaon, sed intelligitur de alijs sacrificijs, quæ Dauid postea obtulit in area Ornam, & potuisset ire ad offerendum illa in Gabaon, vbi erat sanctuarium Domini.

Sed dicendum, quòd hoc non videtur stare, quia tunc non stat ista causa assignata in litera, scilicet, quòd non potuit ire ad offerendum Domino in Gabaon, eo quòd fuerat nimio timore perterritus. Nam dato, quòd Dauid incidisset ex isto timore in aliquam passionem corporis, scilicet, infrigidationem membrorum sicut asseritur, tamen potuisset ire in Gabaon, quia sicut potuisset ire in aream Ornam equitando, vel aliàs, ita posset ire in Gabaon, ideo non est excusatio. Item patet, quia ista causa non videtur dari, nisi pro eo tempore, quo Dauid erat in timore, scilicet, quandiu vidit Angelum percutientem. Nam dicitur. Nimio enim fuerat timore perterritus. Et tamen iste timor non durabat in Dauid post cessationem pestis, quia iam Angelus percutiens recesserat, & nihil periculi erat, ideo videtur, quòd non intelligatur de oblationibus, quas fecit Dauid in area Ornam post cessationem pestis.

Sed dicendum videtur, quòd hoc potest intelligi dupliciter, vno modo, quòd intelligatur de sacrificio quod Dauid potuisset agere, & non fecit, vel quod debuisset rationabiliter agere, scilicet, quando Dauid

Dauid vidit Angelum percutientem, significabatur A enim in hoc, quòd Deus volebat populum disperdere, & ad euitandum hoc rationabile fuerat, quòd Dauid iuisset ad orandum, & sacrificandum Domino in Gabaon, & tamen non iuit. Et hoc fuit, quia quando ipse vidit Angelum, ipse iuisset, sed tanto fuit timore perterritus, quòd non potuit ire. Et hoc potest intelligi dupliciter, vno modo, quòd propter timorem non potuit ire, scilicet, quia timor fecit membra eius pro tunc quasi paralytica, & contracta, ita quòd moueri non poterat.

Alio modo potest intelligi, quòd non potuit ire, scilicet, quòd non ausus est. Nam timuit, quòd si exiret de vrbe ad eundum in Gabaon, Angelus percuteret eum, vel forte, & melius timuit, quòd, dum B ipse iret in Gabaon ad orandum Domino, tota ciuitas percuteretur ab Angelo, cum ostendisset se in vultu tam terribili. Ideo propter timorem Angeli, scilicet, ne percuteret vrbem, dum ipse ibat in Gabaon, non potuit illuc ire, scilicet, putauit, quòd non poterat ire conuenienter, sed credidit, quòd breuiori remedio opus erat. Et ob hoc orauit Dominum in Ierusalem, & non iuit in Gabaon.

Secundus modus erat, quòd intelligatur de oblatione illa, quam fecit Dauid in area Ornam pro cessatione pestis, scilicet, quòd Deus iussit illam fieri ibi. Et tamen vna de causis, propter quas fieri iussit, fuit, quia Dauid non erat tunc dispositus ad eundum in Gabaon propter magnum timorem, quem concepe- C rat ex visione Angeli. Primus tamen modus dicendi melior est, scilicet, quòd non potuerit Dauid ire, ideſt, nõ putauit esse expediens ire illuc propter timorem Angeli, scilicet, ne interim deleret vrbem.

An licitum erat populo post finem pestis offerre sacrificia in area Ornam Iebusæi. Quæst. XCII.

QVAERITVR vlterius an licuit populo offerre sacrificia in area Ornam, postquàm Dauid obtulit ibi, & cessauit pestis. Aliquis dicet, quòd sic, nam iste locus erat iam Deo acceptus ad sacrificandum, eo quòd Deus exaudiuerat ibi Dauid: ideo videbat, quòd pro sacrificijs quorumcunque de D populo esset iam locus aptus.

Secundo patet, quia Deus iussit Dauid, quòd offerret ibi sacrificium: ideo licitum erat offerri sacrificium ibi.

Tertio patet, & efficacius, quia non solum pro Dauid, sed etiam pro toto populo erat locus ille aptus ad sacrificandum, quia Dauid dixit. Hæc est domus Dei, & hoc est altare in holocaustum Israel, vt patet sequẽti cap. ideo toti Israel licebat ibi offerre holocaustum, & alia genera sacrificiorum.

Respondendum est, quòd non satis apparet an liceret ibi offerre sacrificium popularibus. Et tamen dato, quòd liceret offerre non erat licitum offerre ibi omnia genera sacrificiorum, sed solum quædam. Pro E quo sciendum, quòd quædam erant sacrificia de necessitate legis, & alia erant purè spontanea. Illa quæ erant de necessitate, nullo modo licebat ibi offerri. Nam sic erat coram arca, quia licebat coram illa offerre sacrificium. Et tamen sacrificium necessitatis non licebat ibi offerre, vt declaratum est supra 16. In quadam quæstione. De sacrificijs autem spontaneis an liceret offerri ea in area Ornam non apparet, ideo potest teneri vtrumque. Qui autem tenere voluerit, quòd non liceret ea ibi offerre, respondebit ad rationes in contrarium.

Ad primam cum dicitur, quòd per hoc, quòd Deus exaudiuit Dauid in loco isto dando ignem de cœlo, ostendit locum istum aptum esse ad offerendum sacrificia. Dicendum, quòd non constat ex hoc, quia licet ex hoc appareat, quòd pro illa vice fuerit locus ille aptus ad offerendum sacrificia, eo quòd Deus ibi exaudiuit tunc Dauid, tamen non apparet, quòd pro alijs vicibus faceret locum illum licitum ad offerendum in eo, cum staret regula generalis, quòd nullus offerre deberet, nisi ad ostium tabernaculi super altare holocaustorum: Leuiti. 17. Et Iosue 22.

Ad secundum dicendum, quòd Deus iussit Dauid nunc offerre sacrificium in area Ornam. Et per hoc erat locus ille sibi licitus ad offerendum, non tamen apparet an alijs esset licitus, quia istud mandatum fuit personale, & temporale, scilicet, datum fuit Dauid. B Et talia mandata non obligant alias personas, ad quas non dirigantur, nec etiam per talẽs dispensationes relaxant generaliter omnes obseruationes legis.

Ad tertium dicendum, quòd illa verba Dauid, scilicet, Hæc est domus Domini, & hoc est altare in holocaustum Israel. Possunt intelligi dupliciter. Vno modo de præsenti, scilicet, iste locus est iam altare in holocaustum pro omnibus Israelitis.

Alio modo hæc est domus, & hoc est altare, ideſt, in isto loco ædificabitur domus, & altare in sacrificium Israel. Et sic præfiguraretur templum, quo Salomon in loco illo ædificaturus erat. Intelligendo primo modo, licitum erat Israelitis offerre ibi sacrificium: intelligendo secundo modo non significatur, quòd erat licitum.

Qui autem tenere voluerit, quòd licitum erat Israelitis offerre ibi sacrificium, tenebit tres rationes supra positas. Et insuper, quia non solum Dauid obtulit illa vice, qua Deus iussit sacrificium in area, sed etiam postea, Deo non iubente, obtulit victimas. Nam dicitur, quòd videns, quòd Deus exaudiuerat eum in area Ornam, obtulit ibi victimas, & tamen Dauid non peccauit in hoc, nec increpatur, ideo licuit sibi offerre post cessationem pestis sine præcepto aliquo Dei. Et sic etiam liceret popularibus offerre in loco illo ex eodem motiuo, ex quo offerebat Dauid, cum Deus non iussisset Dauid hoc facere. Et sic satis potest teneri, quòd licebat popularibus offerre in area Ornam sacrificia, quæ non erant necessaria secundum legem. Sacrificia autem necessaria tenebantur offerre in Gabaon, vbi tunc erat tabernaculum Domini, quousque Salomon ædificaret templum, quia tunc translata fuerunt quæ erant in Gabaon in templum Salomonis, & non licuit amplius offerri in Gabaon, sed omnes tenebantur offerri in templo Salomonis.

CAP. XXII.

DIXITQVE Dauid, Hæc est domus Dei, & hoc altare in holocaustum Israel. Et præcepit, vt congregarentur omnes proselyti de terra Israel, & constituit ex eis latomos ad cædendos lapides, & poliendos, vt ædificaretur domus Dei. Ferrum quoque plurimum ad clauos ianuarum, & ad commissuras atque iuncturas præparauit Dauid, & ęris pondus innumerabile. Ligna quoque cedrina non poterant æstimari, quæ Sidonij, & Tyrij deportauerunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

tauerunt ad Dauid. Et dixit Dauid, Salomon filius meus puer paruulus est, & delicatus: domus autem, quam ædificare volo Domino, talis esse debet, vt in cunctis regionibus nominetur. Præparabo ergo ei necessaria. Et ob hanc causam ante mortem suam omnes præparauit impensas.

POSITA in præcedentibus deuotione Dauid circa templi ædificationem, hic ponitur eius deuotio circa materiæ præparationem. Nam voluit Dauid ædificare templum Domino, & prohibitus est ab eo. Ideo ne omnino frustraretur desiderio suo, voluit materiam præparare, vt Salomon ex illa ædificaret templum Domino. Et diuiditur in duo, quia primo ponitur materiæ præparatio. Secundo Salomonis ad ædificandum exhortatio, ibi. *Vocauitque Salomonem.*

An hic sit ordo continuus ad præcedentia, & si ista fuerint post illa pauco tempore. Quæst. Prima.

QVAERITVR circa primum an ea, quæ habentur hic sint continuata ad præcedentia, & an pauco tempore post illa fuerint facta vel multo. Ad primum dicendum, quòd est continuatus ordo. Nam supra ponebatur de desiderio Dauid ad ædificandum templum Domino, & de bellis, per quæ impeditus fuit ædificare, hic autem ponitur de materiæ præparatione. Et hoc fecit Dauid in fine dierum suorum. Nam toto tempore præcedenti fuit occupatus circa bella, & non potuit templum ædificare, nec congregare aliquam materiam. Nunc autem in senectute cessauit a bellis, eo quòd omnes gentes erãt sibi subiectæ per circuitum. Et sic potuit congregare materiam. Sic enim continuat istam historiam Iosephus 7. Antiquitatum dicens, quòd postquàm exauditus est in area Ornam, & declaratum est sibi, quòd ibi futurum erat templum, iussit numerari colonos, & instituit quosdam lapidum cæsores, & alios portatores. Ad secundum dicendum, q̃ inter istud, & præcedentia modicum tempus, vel quasi nullum fuit, eo q̃ quando Dauid obtulit holocaustum in area Ornam, declaratum est sibi, q̃ ibi ædificandum erat templum Dño, & illico iussit parari materiam. Et sic videtur litera continuare istam historiam, dicens: Dixit Dauid hæc est domus Dei, & altare in holocaustum Israel. Et præcepit, vt congregarẽtur omnes proselyti ex Israel, & constituit ex eis latomos ad cædendum lapides. Et sic videtur, q̃ modicum vel nullum tempus interciderit inter ista, & præcedentia, sed eadem historia continuata est. Circa primum dicitur. *Dixitque Dauid.* Scilicet, Quando obtulit sacrificium in area Ornam. *Hæc est domus Dei, & hoc est altare in holocaustum Israel.* Refert se ad ea, quæ habentur in præcedenti cap. scilicet, in isto loco, in quo nũc offero sacrificium, erit domus Dei, i. ædificabitur templum per filium meum Salomonem. Et hic ẽt ædificabitur altare in holocaustum Israel, i. ædificabitur altare, in quo totus Israel offerat omnia sacrificia sua. Et sic factum est, quia postea ędificato ibi tẽplo Salomonis fuit ibi altare, in quo Israelitæ offerebant omnia sacrificia sua, & non licebat alibi offerre. *Et præcepit, vt congregarentur omnes proselyti de Israel.* Quia Dauid cognouerat templum ædificandũ esse in area Ornam per Salomonem filium suum. Et ipse erat adhuc tener, & non poterat vacare tanto labori, s. vt congregaret tantam materiam necessariam pro tanto opere, voluit ergo adiuuare eũ præparando materiam, vt ipse minus laboraret postea ædificando templum. Sic dicitur infra in litera. Ista autem materia erat in lignis, & lapidibus: ideo Dauid congregauit operarios ad ligna cædenda, & lapides. Et ad hoc fecit Dauid congregari omnes proselytos de Israel. Vocantur autem proselyti conuersi de gentilitate ad iudaismum, & multi erant huiusmodi inter Israelitas. Et omnes istos fecit Dauid laborare in hoc opere. Et dicuntur proprie proselyti peregrini, vel exules, & conuenit istis conuersis de gentilitate. Nam vocantur peregrini, & exules, eo quòd relicta terra sua, & dijs patrum suorum, venerunt ad manendum inter Hebræos, & tenendum ritum eorum. Et ob hoc vocantur isti semper in lege peregrini, & aduenæ, vt patet Exo. 12. Et in multis alijs locis. *Et constituit ex eis latomos ad cædendos lapides, & poliendos.* Scilicet, De istis proselytis fecit Dauid quosdã esse latomos. Est enim latomus qui operatur aliquid circa lapides. Et erãt isti duplices artifices, q̃ quidam erant ad cędendum lapides tudes de lapidicina. Alij aũt erant ad poliendum illos, & quadrandum postq̃ essent scissi, & ducti de lapidicina. *Vt ædificaretur domus Domini.* Scilicet, Erant isti lapides ad ædificandũ ex eis templum Dño quod postea Salomon ædificauit. *Ferrum quoque plurimum.* Scilicet, ædificauit Dauid multum ferrum pro opere rempli, s. quia ad multa necessarium erat, vt patet in litera. Et ista fuit causa quare in Iericho q̃n ciuitas fuit subiecta anathemati, iussum est, q̃ aurum, & argentum, ęs, & ferrum non conseruarentur in thesauris Dñi, vt patet Iosue 6. *Ad claues ianuarum.* In templo Salomonis multæ ianuæ erant, vt patet ex modo fabricationis, q̃ ponitur 3. Reg. 6. Et ideo pro illis erãt necessarij claui. *Et ad commissuras, & coniuncturas præparauit Dauid æris pondus innumerabile.* Etiam ferrum istud erat ad coniuncturas lignorum, s. ad commissuras, s. q̃s lignum iungendum est ligno, oportet ibi esse clauum, multæ tagmen erant trabes, & ligna in templo Salomonis, quæ coniungi debebant, ideo necessarij erant claui. Erant ẽt ad cõmissuras secundũ, q̃ fit in ianuis. Nam tabulæ ianuarum cõiunguntur inter se, & in earum in cassturis ponuntur claui, vt inuicem se teneant tabulæ, ne diffiungatur vna ab altera. Etiam erat pondus innumerabile æris, quia magis erat necessarium æs templo Salomonis q̃ ferrum. Nam de ære fieri debebant vasa multa pro altari, etiam ipsum altare debebat operiri laminis æneis. Et vasa eius erant magna, sicut mare æneum, quod capiebat duo millia bathos de aqua, 3. Reg. 7. Et etiam luteres, & sedes eorum, & multa alia vasa erant ænea, & requirebaẽ multitudo æris pro illis, de istis vasis patet 3. Reg. 7. Vbi multa eorum nominantur. Habuit aũt Dauid istud æs de Syria de ciuitatibus regis Adarezer, quando pugnauit contra eum, vt patet 2. Reg. 8. Et supra 18. *Ligna quoque cedrina non poterant æstimari.* In templo Domini non legũntur posita alia ligna nisi cedrina, & abiegna, vt colligitur 3. Regum 5. Et sequenti libro cap. 2. Eo quòd ista erãt ligna pretiosa. Et adhuc de istis plura fuerunt cedrina, quam abiegna, vnde hic solum fit mentio de lignis cedrinis. Congregauit autem Dauid tot ligna cedrina, quòd non poterat æstimari numerus ipsorum, quia opus Dauid quod intendebat facere, erat valde magnum, & indigebat multa materia.

Quæ Sidonij, & Tyrij deportauerunt ad Dauid. Scilicet, omnia ista ligna, quæ congregauit Dauid pro ædificatione templi, fuerunt portata per Sidonios, & Tyrios. Isti enim erant de terra regis Hiram, qui in Tyro regnabat super Tyrum, & Sidonem, & in terra eius erat mons Libanus, de quo cedri, & abietes scindebantur. Ideo ipsi Tyrij, & Sidonij sciderunt ligna, & portauerunt ad Dauid. *Et dixit Dauid: Salomon filius meus puer paruulus est.* Hic ponitur causa quare Dauid præparauit totam istam materiam ad ędificandum, licet non esset per eum templum ędificandum, scilicet quòd Salomon, qui successurus erat Dauid, erat puer paruulus, & templũ, quod erat ędificaturus, erat magni laboris, & exigens multam materiam, ad quã non posset sufficienter laborare Salomõ propter ętatis teneritudinem. Ideo voluit adiuuare eum cõgregando materiam. *Et delicatus.* Idest nutritus in delicijs. Et propter hoc erat minus aptus ad labores, quia nutriti in delicijs grauius ferunt quodcunque malũ sibi superueniens, quam nutriti in laboribus, eo quòd ab assuetis non fit passio propter similitudinem causatam. Et tamen actio semper causatur à contrarietate, vt patet 5. Phy. *Domus autem, quam ædificare volo domino.* Idest quam volo, q̃ ędificet meus filius Salomon. Nam ipse Dauid nolebat iam ędificare domũ Domino, eo q̃ sciebat se prohibitum esse à Deo ędificare. *Talis esse debet, vt in cunctis regionibus nominetur.* i. debet esse talis, vt mereat nominari in omnibus gentibus. Et ad hoc requirebatur magnitudo operis, & pulchritudo, & preciositas: aliàs enim non esset famosa. Et ad hoc requirebantur multę materię, & magni valoris. Nam si solum debuisset Salomon ędificare aliquam paruam domum, dato quòd esset puer, sufficiens esset ad congregandum expensas, nec requireretur, q̃ Dauid congregaret ei materiam, quia tamen Salomon erat paruulus, & opus istud erat valde magnũ, requirebatur, q̃ Dauid adiuuaret Salomonẽ congregando ei materias. *Præparabo ergo ei necessaria.* Quia ipse fortè non erit sufficiens ad congregandum omnes materias, & ędificandum domum, saltem ergo præparabo ei materiam, vt minus laborare habeat. *Et ob hanc causam ante mortem suam omnes præparauit impensas.* Idest propter paruitatem Salomonis, & magnitudinem operis, congregauit Dauid omnes expẽsas necessarias, & non est intelligendum, q̃ congregauerit omnes, sed quasdam. Nam postea alias cõgregauit Salomon, vt patet 3. Regum 5.

De quibusdam verbis dictis à Dauid, scilicet hæc est domus Dei, &c. Quæst. II.

QVAERITVR circa ea, quę dicuntur hic, s. quomodo Dauid dixit hęc est domus Dei, & hoc est altare in holocaustum Israel, scilicet quomodo sciebat hoc Dauid. Aliqs dicet, quòd Dauid dixit hoc ex quadam præsumptione. Nam cum Deus exaudiuisset eum in loco illo dando ignem de cœlo, putauit, quòd ille erat locus, quẽ Deus eligebat: cum hoc, quòd fieret sibi templum ibi. Istud autem apparet aliqualiter rationabile. Nam ante hoc Deus habebat tabernaculum, quod fecerat Moyses, & non erat illud aliqualiter manens, sed mutabatur de loco ad locum, quia nondum Deus elegerat sibi aliquem locum, in quo maneret tabernaculum suum firmum, sicut ipse dixit ad Dauid, quando proponebat Dauid ędificare ei templum, vt patet 2. Regum 7. & supra 17. Cum autem Dauid potuit colligere per duo signa, quòd Deus eligeret illum locum, vt ędificaretur templum. Primum erat, quia ipse iussit ei sacrificare in loco illo, & nõ iubebat in alijs locis. Ideo apparebat, quòd ille locus erat sibi acceptus. Secundum erat, quia Deus ostendit in loco illo signum, quod non ostendit in alijs: nam super sacrificium, quod ibi fiebat, misit ignem de cœlo, quod specialiter pertinet ad acceptionem Dei, & non fiebat hoc in alijs locis, in quibus offerebat Dauid. Ideo crederet, quòd locum illum Deus eligebat specialiter, vt fieret sibi templum ibi: secundo modo potest dici, quòd factum est hoc per reuelationem prophetę Gad. Nam ipse dixit Dauid, quòd offerret sacrificium in area Hornam ad hoc, quòd cessaret pestis. Ideo credendum est ędificari templum. Et istud tenet Iosephus septimo Antiquitatum dicens: Vidēs rex orationem suam exauditam à Deo, & sacrificiũ susceptum, decreuit, vt ille locus area populi vocaretur, quam vocem opportunè tunc pro templo ibi ędificando prẽmisit. Deus enim misso ad eum ,ppheta dixit: templum illic filium eius esse facturum, qui succederet in regno. Tertio potest dici, quòd istud fuit demonstratum Dauid per vocem angeli, vel per aliquod aliud signum ei datum de cœlo. Et huic satis conuenit, quod habetur sequenti lib. capi. tertio, scilicet. Cępit Salomon ædificare domum domini in Ierusalem in monte Moria, qui demonstratus fuerat Dauid patri eius in loco, quem prępparauerat Dauid in area Hornam Iebusęi. Quocunque autem modo accipiatur dicendum est, quòd Dauid non dicebat hoc ex aliqua leui imaginatione, sed quia per certitudinem sciebat, quòd ibi ędificandum esset templum.

Quare significauit Dauid templum esse futurum per hæc verba: hæc est domus Dei, quam per aliquid aliud. Quæst. III.

QVAERITVR vlterius cum Dauid vellet significare hic futurum esse templum, quare potius significauit hoc dicendo, hęc est domus Dei, & hoc est altare, quam nominando aliquid aliud de eis, quæ futura erant in templo, cum in eo multa vasa futura essent, scilicet arca, & altare thymiamatum, & alia. Aliqui dicunt, quòd hoc factum est, quia altare holocaustorum erat vas dignissimum in Sanctuario, & voluit illud potius nominare Dauid, quam aliquod aliud. Dicendum, quòd non stat, quia si hoc intendisset, potius dixisset, hæc est domus Dei, & locus arcę, quia arca erat vas dignissimum inter omnia vasa Sanctuarii. Nam super illam specialiter repręsentabatur præsentia Dei specialius, quam super aliquod vas Sanctuarij. Et ideo ipsa ponebatur in loco secretiori, & honorabiliori, quam alia vasa Sanctuarii. Et tamen non expressit de illa, ideo nec expressit de altari propter dignitatem suam. Dicendum quòd factum est hoc propter duo. Primo quia volebat hic Dauid significare locum Sãctuarii, & in Sanctuario erant vasa pertinentia ad diuinum cultum, & inter illa, quædam erant intra ipsum Sanctuarium, alia vero extra. Intra ipsum erant omnia præter altare holocaustorum, scilicet arca, & mensa propitiationis, & candelabrum, & alia vasa. Extra Sanctuarium autem solum altare holocaustorum erat, quod ponebatur extra, quia ibi cremabantur carnes animalium. Et si esset intra Sãctuarium, flamma inde consurgens cremaret aliquid, aut saltem fumus denigraret pulchritudinem Sãctuarii. Ideo quãdo Moyses fecit tabernaculum, omnia vasa posuit intra illud. Solum autem altare holocaustorum posuit foris in atrio ad ostium tabernaculi, vt colligitur Exo. vigesimoseptimo. Sic autem Salomon, cum nunc faceret templum, omnia vasa sacra positurus erat intra illud. Solum autem altare holocaustorum positurus erat extra templum, ne fumus inde consurgens offuscaret totam pulchritudinem domus. Et sic non debuit exprimi aliquod vas, nisi altare holocaustorum, quia nomine domus Domini intelligebantur omnia vasa sacra, quæ intra illam ponenda erant. Altare autem holocaustorum non poterat intelligi nomine domus eo, quòd non erat intra domum, ideo nõ debuit exprimi aliquod vas, nisi altare holo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

holocaustorum. Secundo potest dici, quòd istud fa- F
ctum est, quia Dauid volebat reddere causam eorũ, quæ fecit nunc. Nam nunc ipse obtulit sacrificium in area Hornam. Et per hoc videbatur agere contra legem, quæ vetabat offerri in aliquo loco præterquã in Sanctuario, & vt appareret, quòd Dauid iussè hoc fecerat dixit, quòd in isto loco erat domus Dei, & altare holocaustorum, ideſt ibi ędificari debebant. Et sic ille, qui nunc offerret ibi sacrificium non peccabat, eo quòd ibi erat domus Dei, & altare holocaustorum. Si autem Dauid fecisset ibi aliquam aliam ministrationem, quę non fieret in altari holocaustorũ, sed in alio de vasis Sanctuarij: non solum nominasset ibi Dauid locum domus, sed etiam illius vasis: vtpote si esset candelabrum, vel mensa propositionis, aut al- G
tare thymiamatis. In nullo tamen fuit nunc ministratio, nisi in altari, eo quòd Dauid obtulit sacrificia in area Hornam, ideo non debuit nominari aliud vas, nisi altare holocaustorum.

Quare fuerunt omnes proselyti propter istud opus congregati.
Quæst. IIII.

QVAERITVR vlterius quare Dauid ad istud opus fecit congregare omnes proselytos de Israel.

Respõdendum est, quòd ista opera, quæ Dauid iubebat hic fieri erant opera grossa, & magni laboris, scilicet lapides cędere, & polire illos. Et sic de- H
bebant committi hominibus minimę dignitatis, sed inrer Israelitas illi, qui nouiter conuertebantur erant minoris dignitatis, quam alij, qui erant de genere Iudæorum: ideo non fuerunt alij assignati ad ista opera, nisi proselyti, qui erant conuersi ad Iudaismum. Dicunt autem doctores nostri, quòd per hoc significabatur, quòd gentiles ędificaturi erant Ecclesiam, scilicet illi, qui conuerterentur de eis, sicut nunc conuersi de gentilitate parauerunt materias pro tempore Salomonis. Sed ista ratio mystica est. Nam secũdum veritatem non erat ista causa, quę mouebat Dauid ad iubendum proselytis facere istud, sed solum, quia ipsi erant minoris dignitatis, quam Israelitę, qui erant de stirpe Iacob. Et dicit Nicolaus, quòd ita fuit de istis, sicut de Gabaonitis, qui erãt Chananæi, & positi fuerunt, vt ministrarent in templo domini ad portandũ aquas, & ligna, vt patet Iosue 9. Sed non erat idẽ, quia Gabaonitę eram serui, eo quòd obligati erãt ad mortem, cum essent Chananæi, & deceperunt Israelitas dicentes se esse de partibus longinquis. Comperta autem fraude, cum vellent Israelitæ occidere illos, Iosue misertus illorum, & propter iuramentum præstitum, mutauit mortem in ęternam seruitutem: qui tamen conuertebantur nunc de gentilitate erant liberi. Ideo nõ obligabantur isti ad opera hæc potiusquã Israelitæ, nec etiam Dauid cogebat eos ad hæc, sed pro mercede laborabant, vocauit tamen eos potius Dauid, quàm alios ad istud opus, quia ipsi erant mi- K
noris dignitatis, quàm Israelitæ.

De controuersia, quæ habetur hic, & tertio Regum capi. 5. in quibusdam verbis circa latomos.
Quæst. V.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd Dauid constituit latomos ad cædendũ lapides, & poliendum, quia 3. Regum 5. dicit, quòd Salomõ posuit istos latomos, scilicet octoginta millia latomorum in montem absque præpositis, qui præerant singulis operibus numero trium millium.

Respondendum est, quòd aliqui volunt, quòd isti latomi, quos posuit hic Dauid erant illi, quos posuit Salomon, de quibus habetur tertio Regum 5. Et hoc tenet Iosephus septimo Antiquitatum. Idem dicens, quòd isti latomi erant octoginta millia, sicut ponitur tertio Regum 5. Dicendum tamen, quòd non sunt ijdem, quia illi fuerunt positi per Salomonem, & isti fuerunt positi per Dauid. Sed dicendum est, quòd Dauid voluit parare materias necessarias pro templo domini, & ad hoc fecit, quòd multi lapides, & ligna pararentur, quia istę erant materię magis necessariæ, & magis communes. Et ad hoc constituit, ꝙ essent latomi in monte, & etiam sciſores lignorum. Mortuo autem Dauid, Salomon volens ædificare templum Domino, putauit nõ sufficere ad eius ædificationem materias, quas parauerat Dauid, ideo ipse rursus fecit cędi lapides, & ligna. Et ad hoc misit latomos in mõtem, & illi erant octoginta millia absque præpositis operum, tertio Regum 5 Quòd autem fuerint latomi, quos posuit Dauid non apparet: Iosephus autem vult, quòd fuerint nunc octoginta millia, sicut habetur tertio Regum 5. Et hoc fortè, quia putauit, quòd illi latomi quos Dauid habebat cum viueret, fuerunt etiam postea per Salomonem destinati ad istud opus. Et sic vtrobique erant octoginta millia latomorum.

De controuersia, quæ habetur in quibusdam verbis hic, & 3. Reg. c. 5. circa apparatum lapidum, & lignorum.
Quæst. VI.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd Dauid faciebat cædi lapides, & poliri ad ædificãdam domum domini. Nam tertio Regum 5. dicit, quòd Biblij parauerunt ligna, & lapides ad ædificandum domum.

Respondent quidam, quòd isti Biblii erant quidam latomi de istis proselytis. Et isti erant subtiliores cæteris latomis, & tradita est eis cura poliendorum lapidum. Sed dicendum, quòd istud non stat, quia Biblii erant gentiles, & pertinebant ad terram regis Hiram, scilicet ad regnum Tyri, & Sidonis. Et ideo isti erant ministri in nauibus Tyriorum, & in supellectilibus ipsorũ, vt patet Ezechiæ 27. scilicet. Senes Biblii, & prudentes habuerunt nautas ad ministerium variæ I
supellectilis tuæ. Alio modo posset dici, quòd proselyti poliebant lapides, s. quadrando eos, & complanando. Et tamen aliæ figurationes subtiliores, quæ factæ sunt in ipsis lapidibus, fiebant per Biblios. Sed istud non stat, quia in lapidibus non fiebant aliæ figurationes, nisi quòd poliebantur, & quadrabantur. Nam statuas non licebat Iudęis facere, potissime in opere tẽpli, quia ab illo loco maxime debebat excludi omnis imago, & statua, ne Israelitæ inducerent ad colendũ idola: vnde propter hoc iussum erat, ꝙ altare fieret de terra, & non de lapidibus, eo quòd de terra non poterant fieri statuæ, quia terra propter siccitatem dissolvitur, sicut fierent de lapidibus. Et si fieret altare de lapidibus non debebant tangi ferro: Exo. 20. scilicet, vt non fieret in eis aliqua statua. Item patet hoc, quia dato, ꝙ aliquæ figuræ fierent in lapidibus tam figurationes, quam parationes lapidum fierent per Biblios, quia 3. Regum 5. dicitur, quòd Biblii parauerunt lapides ad ædificandum domum. Et tamen nomine parationis intelliguntur omnia, quæ fiebant in lapidibus. Biblii ergo parauerunt, & poliuerunt lapides. Dicendum ergo, quòd latomi, quos Dauid instituit hic cędebant lapides rudes de lapidicina, & ipsi poliuerunt illos, & Biblii nihil fecerunt hic. Quòd autem dicitur tertio Regum 5. quòd Biblij parauerunt lapides, intelligendũ est de paratione tẽpore Salomonis. Nam

Nam Dauid volens omnes materias parare pro ædi- A
ficatione templi, fecit cędi lapides, & ligna. Et ista cę- sa sunt per proselytos, & non fuerunt ibi Sidonii, nec alij gentiles cędentes. Salomon autem postea fecit parari plures materias. Et tunc posuit de Israelitis multos sciſores lapidum, quia tamen viri de regno Tyri erant in ista arte paratiores, curã lapidum poliendorum commisit Salomon Biblijs, qui erant de terra Sidoniorum, & non Israelitis.

Quare Dauid fecit cædi ligna, & lapides propter domum Domini.
Quæst. VII.

QVAERITVR vlterius, quomõ Dauid fecit hic B
cędi lapides, & ligna ad ędificandum domum Domino. Nam ad ipsum non pertinebat ædificare illam, quia erat prohibitus.

Aliquis dicet, ꝙ hoc faciebat Dauid intentione ędificandi domum Domino, eo ꝙ tunc non erat a Deo prohibitus ędificare, sed postea prohibitus est.

Sed dicendum est, ꝙ non stat, quia Dauid non ædificauit aliquid, nec cępit facere aliquem apparatum antequã esse prohibitus, quod patet, quia mox, vt incidit sibi cogitatio de ædificãdo templum Domino, locutus est illud ad Nathan, & in ipsa nocte apparuit Deus prophętę Nathan, & misit illum ad Dauid prohibendo ędificare sibi templum, vt patet 2. Reg. 7. & C
supra 17. Secundo patet, quia quando Dauid fecit id, quod habetur hic, erat prohibitus ędificare templum Domino, quia istud fuit postquam Dauid obtulit sacrificium in area Ornam. Nam ibi cognouit, quòd in loco ipso ædificandum erat templum Domino, vt patet supra in litera. Et tunc iussit parari omnes istas materias, vt patet ex ordine literæ, & supra in quadam q̃stione. Et tamen Dauid multo tempore ante hoc, prohibitus fuerat ædificare templum Domino. Nam prohibitio fuit pauco tempore postquam Dauid constitutus est in regem super Israel, vt declaratum est, secundo Reg. 7. oblatio tamen in area Ornam fuit pauco tempore ante mortem Dauid, cum esset iam valde senex, vt declaratum est prꝫced. c. & 2. Regum 24. D
Ideo magno tempore prohibitus fuerat Dauid antę hoc ædificare templum. Dicendum ergo, ꝙ Dauid fecit parari lapides, & ligna ad ædificandam domũ Domini, non quidem ad hoc, quòd ipse ędificaret eam, quia iam erat prohibitus, sed ad hoc, quòd Salomon filius suus ędificaret eam ex his materiis. Sic patet supra in litera. Nam dixit Dauid, quòd Salomõ erat tener, & puer, & domus quam ipse ædificare intendebat, esse talis debebat, quòd nominaretur per vniuersam terram, ideo parauit ei impensas necessarias, quia credebat, quòd ille non sufficeret ad hoc, vel quòd multum laboraret in congregando istam materiã.

De præparatione ferri propter clauos portarum, & alias materias.
Quæst. VIII. E

QVAERITVR vlterius quomodo Dauid præparauit hic ferrum ad clauos portarum, & alias materias ad singulos vsus suos, quia poterat esse, quòd Salomon non ędificaret templum Domini, eo modo quo Dauid putabat. Et sic ista materialia, quæ ipse congregabat, non proficerent.

Aliquis dicet, quòd Dauid cõceperat in corde suo quomodo deberet ędificare templum. Et pro hoc congregauit materiam competentem, & postea cum prohibitus esset ędificare, dedit filio suo formã, quã ipse cognouerat, vt iuxta eam ipse operaretur. Et sic materialia, quæ congregauerat Dauid, proficerẽt Salomoni.

Sed dicetur, quòd adhuc istud non sufficit, quia dato, quòd Dauid dedisset Salomoni certam formã ædificandi domum Domini, videretur fortè alius modus melior, & poterat sequi illum. Et sic materialia, quæ Dauid congregauerat, non erant sibi vtilia. Poterat autem licitè hoc facere Salomon, quia non obligabatur sequi consilium patris sui per omnem modum, si sibi aliquid melius videbatur. Et sic etiam videtur Salomon aliquid declinasse ab intentione Dauid. Nam putabat Dauid se congregasse sufficientes materias pro ædificatione templi, & tamen Salomon fecit postea multo plures congregari tam in lapidibus, quàm in lignis, vt patet tertio Regum quinto.

Dicendum ergo aliter, quòd Dauid congregauit omnes istas materias, de quibus hic dicitur, & non poterant esse inutiles ad ędificationem templi futuram per Salomonem, eo quòd Dauid dederat certam formam Salomoni de numero domorum, & magnitudine eorum, & de figuris, & quantitatibus omnium vasorum, & illam formam tenebatur sequi Salomõ, eo quòd illa data fuerat a Deo, vt patet infra vigesimooctauo: vbi Dauid enarrat omnia vasa, quę fieri debebant in Sanctuario, & materias eorum, & postea subdit: Omnia, inquit, venerant scripta manu Domini ad me, vt intelligerem vniuersa opera exemplaris. Salomon autem tenebatur sequi formam, quã Deus tradiderat in hoc, & iuxta illam Dauid congregauerat materias. Ideo non poterant istæ materiæ, quas nunc Dauid congregauit, esse inutiles pro ędificatione, quam faceret Salomon.

De Sidonijs, & Tyrijs quomodo, & quando portauerunt ligna cedrina.
Quæst. IX.

QVAERITVR vlterius quando, & quomodo portauerunt Sidonij, & Tyrij, ad Dauid ista ligna cedrina, de quibus hic dicitur.

Quidam respondent, quòd portauerunt illa, quando Hiram misit ligna cedrina ad Dauid. Nã quando factus est Dauid rex super totum Israel Hirã D
rex Tyri misit ad eum artifices, & ligna cedrina supra 14. Et tunc portarent ei ista ligna. Sed dicendum viderur. ꝙ hoc non stat, quia illa ligna non fuerunt portata ad ædificandum templum, sed ad ędificandã domum Dauid, vt patet ibidem, & 2. Reg. 5. Aliquis autem dicet, ꝙ artifices Hirã tulerunt ligna multa ad ędificandum domum Dauid, & superfuerunt ex eis multa, quæ reseruauit Dauid ad ædificationem templi. Sed dicendum, ꝙ istud non stat, quia cum illa ligna portarentur ad ędificationem solius domus: non poterant superesse tot, vt sufficerent ad ędificationẽ tẽpli: potissimè, quia hic dicitur, ꝙ ligna cedrina non poterant extimari, quæ Sidonij, & Tyrij deportauerunt ad Dauid: ideo oportet, ꝙ alio tempore ista portauerint. Item patet, quia Dauid nunquam fecit prꝫparationem aliquam in istis materijs grossis pro templo Domini vsquequo sciuit locum eius, scilicet, in area Ornam Iebusei. Nam vt patet supra in litera, postquam Dauid dixit, hęc est domus Dei, & hoc est altare in holocaustum Israel, congregauit proselytos, vt cęderent lapides. Ita etiam intelligendum est, quòd tunc fecit cędi ligna. Dicitur igitur ꝙ aliquos apparatus fecit Dauid pro templo Domini, antequam sacrificaret in area Ornã, & aliquos postea fecit, & aliquos etiam antequam prohiberetur ædificare templum Domini, & sic fuerunt tria tempora, in quibus Dauid congregabat materialia. Primum fuit a principiõ regni Dauid, & prius vsque ad tẽpus, quo voluit ædificare templum, & prohibitus est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundum fuit tempus ex quo prohibitus est vsquequo sacrificauit Dauid in area Ornam. Tertium fuit ex quo sacrificauit Dauid in area Ornam vsque ad mortem suam. De primis duobus temporibus, patet 2. Reg. 8. & supra 18. s. Sed omnia vasa ænea, & aurea, & argentea consecrauit rex Dauid Domino cum argento, & auro, quod tulerat ex vniuersis gentibus tam de Idumea, & Moab quam de filiis Ammon, & Philisthijm, & Amalec. Manifestum est tamen, q̃ omnia ista bella fecerat Dauid antequam offerret sacrificium in area Ornam Iebusei, vt patet ex ordine libri tam hic quam in secundo Regum. Quod autem aliquæ comparationes istarum fuerint antequam Dauid prohiberetur ædificare templum patet, quia dicitur, quòd aurum, quod habuit de Amalecitis consecrauit Domino. Et tamen pugna Dauid contra Amalecitas fuit antequam Dauid esset rex tam super Iudam quã super Israel, scilicet quando Amalecitæ succenderunt Siceleg redeunte Dauid de bello, in quo mortuus est Saul. Nam tunc fecit magnam prędam in Amalecitis primo Reg. 30. Et postea factus est rex super Iudam, & de Iuda super Israel. Consecratio ergo auri, & argenti de pręda Amalecitarum, pertinet ad primum tempus. Omnia autem alia, quæ congregauit Dauid, de terra Syriæ, & Ammonitis, & Moabitis, Idumæis, & Philisthinis pertinent ad secundum tẽpus pro maiori parte, quia illa facta sunt postquam ꝓhibitus est Dauid ędificare. Nam prohibitio habetur 2. Reg. 7. & supra 17. Et ista bella habentur 2. Reg. 8. & supra 18. & fuerunt etiam omnia antequam offerret in area Ornam, quia istud fuit in senectute Dauid, & post hoc non legitur aliqua bella fecisse.

Sciendum tamen, quòd differenter Dauid congregabat materias pro templo in istis tribus tẽporibus. Nam in primo, & secundo tempore solum congregauit materias illas, quæ non poterant perire propter diuturnitatem temporis, & quę non possent esse inutiles quæcunq; forma ædificationis mutaretur, & istud erat in auro, & argento, & vasis æneis, & sic 2. Reg. 8. & supra 18. vbi ponuntur ea, quæ consecrauit Dauid de bellis solum ponuntur vasa ænea, & aurea, & argẽtea, quia nihil de alijs materijs congregabat. Et istæ materiæ erant vtiles ad templi ędificationem quęcũque figura, vel quantitas daretur ei. Alia erant materialia, quæ non proficiebant secundum omnem formam, s. quia poterant proficere fabricando templum vno modo, & non prodessent fabricando alio modo, & sic erant lapides, & ligna. Ideo ista non congregauit Dauid vsque ad tertium tempus, s. postquam obtulit sacrificium in area Ornam, & sic nunc Dauid faciebat lapides parari, & ligna, quæ proficiebant ad ędificationem certo modo faciendam. Considerandũ aũt est, ꝙ factum fuit hoc modo, s. Dauid cognouit, ꝙ templum ædificandum esset in area Ornam, vt patet supra in litera. Et tunc disposuit se ad congregandum lapides, & ligna, & collegit proselytos ex omni Israel, misitque illos ad cędendum lapides, & poliendum, misit etiam ad cędendum ligna, quia tamen inter Israelitas non erat aliquis, qui sciret ligna cędere, sicut Tyrii, & Sidonii, misit Dauid ad Hiram, vt faceret sibi cędi ligna cedrina in monte Libano. Patet hoc, quia sic dixit Salomon ad regem Hiram. Non est in populo meo vir, qui nouerit ligna cędere, sicut Sidonii 3. Reg. 5. Et ex hoc credẽdum est, ꝙ Salomõ habuit modum conueniendi cum Hiram rege Tyri, ꝙ serui sui cęderent ligna, & deportarent ea de Libano eod. c. Et apparet hoc, quia quando Salomon locutus est ad Hiram petẽdo ab eo ligna cedrina, & abiegna dixit. Tu scis, quia voluntatis patris mei fuit ædificare templum Domino, sed nõ valuit propter bellaimminentia. Et sic Hiram cognosceret istam voluntatem Dauid, s. quòd Dauid mitteret ei ad dicẽdum, quòd serui eius cęderent sibi ligna in Libano. Etiam credendum est, quòd Dauid daret regi Hiram sustẽtationem in hordeo, vino, & oleo, & tritico pro domo sua, sicut dabat ei Salomon tertio Reg. 5. Esdras tamen nõ curauit hic exprimere, quia putauit, quòd poterat hoc intelligi per id, quod dictum erat de conuentione Salomonis cum Hiram eodem cap. De modo autem portationis credendum est, ꝙ ista ligna portata fuerint per mare, s. quòd Sidonij cęderent ea in Libano, & deponerent inde ad mare, & componerẽtur in ratibus portarenturq; in Iopem, quę erat ciuitas in litore maris, non multum distans à Ierusalẽ, & inde in curribus, vel per alia artificia portarentur in Ierusalem sicut portata fuerunt ligna, quę fecit Salomon cędi in Libano, vt patet seq. lib. c. 2. & 3. Reg. 5.

De lignis, & lapidibus, quos congregabat Dauid pro templo. Quæst. X.

QVAERITVR vlterius quomodo Dauid potuit etiam nunc congregare materiam istam lignorum, & lapidum, quia cum nesciret de forma, & quantitate templi, & conditione materiarum, quas fortè Deus vellet poni in tẽplo, poterant esse oĩa ista, quę nunc congregabat inutilia ad ędificationem, vel nõ tam vtilia quantum ipse putat. Et rñdendum est, ꝙ verum est, ꝙ si Dauid nesciuisset figuram, & quantitatẽ, & conditionẽ materiarũ, quæ ponendę erant in ędificatione tẽpli, nõ potuisset conuenienter congregare materias istas, qa fortè Deus vellet, ꝙ fieret de talib⁹ materijs, vtpote fortè nollet, ꝙ fieret de lignis cedrinis, & abiegnis, sed de aliquibus alijs. Sic. n. pro fabricatione arcę, & altariũ, & pabulorum templi in deserto, elegit Deus, ꝙ fieret de lignis setim: Exod. 25. & 26. & 27. Sic ẽt poterat nunc ꝙ nollet Deus fieri parietes templi, de lapidibus, sed de terra simplici, vel de lateribus, vel si fieret de lapidibus, esset certa ꝑspecies lapidis, vel nõ polirentur lapides. Sic. n. fuit de altari, quod Deus iubebat facere Israelitis, s. ꝙ non esset de lapidibus, nec de alia materia, sed de terra. Et si de lapidibus fieret, ꝙ non polirentur lapides, nec tangerentur ferro Exod. 20. Si autem Dauid, non cognita voluntate Dei super his pararet istas materias, poterat errare nimis, & perdere omnes expensas, & labores, vtpote si Deus nollet sibi fieri templum de lapidibus politis. Et ĩñ Dauid omnes lapides poliri fecerat. vel si nollet fieri templum de lignis cedrinis, & abiegnis. Et ĩñ omnia ligna, quę congregauerat Dauid, erant cedrina, & abiegna. Dicendum ergo, ꝙ Deus reuelauit Dauid de quibus materijs, & qualiter fabricatis vellet ędificari templum, etiã dedit sibi quantitatem, & figuram omnium partium tẽpli, & figuram oĩum vasorum pro ministratione templi. Sic patet inf. 28. vbi Dauid enarrat oĩa, quę in templo fieri debebant, & post subdit: Oĩa inquit venerũt ad me scripta manu Dei, vt intelligerẽ vniuersa opera exemplaris. Et tunc Dauid posset intrepide congredi materias pro templo, nec erraret in aliquo. Dicendum etiam est, quod illa scriptura facta manu Dei venit ad Dauid antequam inciperet congregare istas materias. Modus autem fuit, scilicet quòd quando Dauid obtulit sacrificium in area Ornam Deus sibi reuelauit, quòd in loco illo futurum erat templum, vt patet supra in litera, & sequenti lib. capit. 3. Et propter hoc dixit Dauid tunc: Hęc est domus Dei, & altare in holocaustum in Israel. supra in litera. Et ista ostensio loci facta est Dauid per aliquem angelũ, vel per aliquod aliud signũ de cęlo datum, vt probatum

est supra in quadã quæstione, & tunc venit aliqua scriptura de cęlo, in qua erant scripta omnia prędicta.

Ideo dixit Dauid, ꝙ omnia venerant ad eum scripta de manu Domini. Tunc autem Dauid congregaret materiam conuenientem ædificationi, & sic quãquam postea non ędificaret ipse, sed Salomon, non fierent materiæ congregatæ inutiles. Vnum autem erat, in quo poterat errari, s. multitudo, & paucitas materiæ, quia quamquam cognosceret Dauid speciem materiarum congregandarum, & quantitatem ædificii, nesciret quantum de lapidibus, & lignis requirebatur pro illa ædificatione, & in hoc errauit. Nam putauit se congregasse sufficientem materiam in lapidibus, & lignis, vt colligitur ex litera, quia dixit, quòd parauerat omnia necessaria, tamen non collegit, quia multa ligna, & lapides Salomon postea collegit pro eodem ædificio, vt patet seq. lib. ca. 2. & 3. Reg. 5.

De congregatione istorum lignorum, & lapidum facta in senectute. Quæst. XI.

QVAERITVR vlterius, quare Dauid ante hoc non congregauerat istas materias, & collegit eas in senectute.

Aliquis dicet, quòd Dauid prohibitus erat facere hoc, ideo vsque nunc non fecit.

Dicendum, ꝙ non stat, quia Dauid solum prohibitus fuit, sed non fuit prohibitus congregare materias pro alio, vt ædificaret, vt patet infra in litera. Nam dicit, ꝙ voluerat ipse ædificare templum Domino, & prohibitus fuerat. Ideo congregauerat impensas pro filio suo Salomone. Item si illa prohibitio ædificãdi, quæ habetur 2. Reg. 7. & supra 17. extenderetur ad congregationem materiarum, etiam nunc non licuisset Dauid congregare materias, quia nunquam fuit ab olutus ab hac prohibitione, vt patet hic. Tertio patet, quia Dauid ante hoc etiam congregabat materiã pro ędificatione templi. Nam omne aurum, & argẽtum, & vasa ænea, quæ Dauid habere potuit de oĩbus gentibus, contra quas pugnauit, consecrauit Domino, vt patet 2. Reg. 8. & supra 18. Et declaratum est supra in quadam qõne. Dicendũ ergo, ꝙ duplices erant materiæ, quas Dauid congregauit pro ædificatione templi. Quædam erant, quæ non poterant esse inutiles, dato ꝙ mutaretur forma ædificationis, vel quantitas, vel figura faciendorum, sicut aurum, & argentũ, & alia metalla. Aliæ erant materiæ, quæ poterant esse inutiles, vel minus aptæ mutata forma ædificationis, sicut lapides, & ligna.

De primis dicendum, quòd non solum Dauid cõgregauit illa nunc postquam obtulit in area Ornam, sed magis congregauerat illa ante hoc, s. in omnibus bellis, quæ fecerat Dauid, vt patet 2. Re. 8. & supra 18. accipiendo de materiis. Secundo modo dicendum, quod nõ congregauit eas vsque post oblationem in area Ornam, & hoc fuit propter duo. Primo propter occupationem in bellis. Nam toto tempore ante hoc fuerat Dauid occupatus bellis, & non potuerat congregare tales materias, quia requirebatur cessatio ab omnibus laboribus ad faciendum hoc.

Patet istud, quia in opere cędendorum lignorum, & lapidum, oportebat esse plusquam cẽtum millia virorum. Nam in solis latomis erant octoginta millia virorum, quando Salomon ædificauit templum Domino, & multi alii cędentes ligna, & multi ꝓpositi istorum, vt patet tertio Regum quinto, & sequenti libro cap. secundo. Non poterat aũt Dauid dare tot millia hominum ad istud opus si vacaret bellis. Et ista fuit causa, quare Deus noluit, quòd Dauid ædificaret templum, scilicet quia erat nimis occupatus bellis tertio Reg. 5. Alias autem materias, scilicet aurum, & argentum, & vasa ænea colligere poterat Dauid tempore bellorum, immo potius isto tempore, quam alio colligeret, eo quòd ista omnia erant de prædis quas Dauid faciebat de diuersis gentibus, vt patet secundo Reg. 8. & supra 18. secunda causa erat propter incertitudinem circa speciem materiarum. Nam si Dauid ante hoc cõgregasset lapides, & ligna, poterat errare, quia fortè Deus nollet fieri sibi templum de illa specie lignorum, quæ Dauid congregasset, vel fortè nollet fieri templum de lapidibus, sed de terra, vel de lateribus, vel si de lapidibus fortè non de lapidibus politis, sed de rudibus, sicut declaratum est supra in quadam quæstione. Et sic non debuit Dauid congregare lapides, & ligna tempore prẽterito, sed solum postquam obtulit in area Ornan, eo quòd tũc venit ad eum quædam scriptura facta manu Dei, in qua certificatus est de pertinentibus ad ædificationẽ templi tam ad materias, quam ad figuram, vt patet infra vigesimooctauo. Et tunc potuit Dauid congregare securè materias istas. Alias autem materias Dauid congregauerat ante hoc, scilicet aurum, & argentum, & vasa ænea, eo quòd in istis non poterat errare, quia quicunque modus fabricationis esset proficerent semper aurum, & argentum, & vasa ænea.

An Dauid ante mortem suam omnia necessaria præparauit pro templo. Quæst. XII.

QVAERITVR vlterius quia dicitur infra, quòd Dauid prẽparauit ante mortem suam omnia necessaria pro ædificatione templi. Nam videtur, quòd non parauit omnia necessaria. Nam Salomon multo plura congregauit post mortem Dauid, vt patet sequenti libro capit. 2. & tertio Reg. 5. Si tamen Dauid congregasset omnia nihil Salomon postea congregaret de materialibus. Respondendum est, quòd Dauid congregauit pro tẽplo Domini omnia, quæ putauit esse necessaria tam in auro, & argento, quàm sub lapidibus, & lignis. Postea tamen visum est tempore Salomonis non sufficere illa, & fecit multo plura congregari. Nam in hoc poterat Dauid errare, quia licet sciret magnitudinem operis, & figuram, & omnia alia, non sciret determinatè quanta materialia requirebantur pro istis, quia etiam ipsi artifices nescirent dicere. Et congregauit ipse illa, quæ putauit necessaria. Deinde inchoata magnitudine operis visum est plura esse necessaria. Secundo modo potest dici, quòd Dauid congregauit omnia necessaria pro templo Domini in lapidibus, & lignis, vel quasi, nec Salomon eguit pluribus, fecit tamen Salomon congregari multa alia, eo quòd non solum ipse ædificaturus erat domum Domini, sed ẽt alias domos regias pro se, scilicet domum suam, & domum filiæ Pharaonis, & domum saltus Libani, de quibus tertio Regũ septimo, & fuerunt magnæ expensæ factæ in istis. Nam tredecim annis Salomon fuit in ædificando istas domos, & templum Domini ædificauit septem annis tertio Regum sexto, & septimo. Ideo pro illis domibus requirebantur multæ materiæ lapidum, & lignorum sicut pro templo Domini, & omnes materias attulit Salomon de monte Libano de terra regis Hiram tertio Regũ nono, Dauid autem solum congregauit expensas pro domo Domini. Ideo oportuit, quòd Salomon multo plures adhuc postea congregaret, de quibus tertio Regum quinto, & seq. lib. cap. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De tempore quando hæc verba fuerunt dicta a Dauid, scilicet Salomon filius meus, &c. Quæst. XIII.

QVAERITVR vlterius, quod tempus erat, qñ Dauid dixit istud, quod habetur hic, s. Salomõ filius meus puer paruus, & delicatus est, parabo ergo ei omnia necessaria. Aliquis dicet, ꝙ ista dicta sunt qñ Dauid obtulit sacrificium in area Ornam. Et ꝙ simul fuerint dicta ista, & precedentia, s. Hæc est domus Dei, & hoc est altare in holocaustum Israel.

Dicendum est, ꝙ hoc non stat, quia qñ Dauid dixit istud, certificatus erat, ꝙ Salomõ regnaturus erat. Et istud diuulgatum erat principibus Dauid. Nam vt pater in litera, ipse dixit, ꝙ Deus dixerat Salomõ regnaturum, & ædificaturum templum, ideo iussit, ꝙ omnes principes adiuuarent eum. Et cum istud non erat certificatum, quando Dauid obtulit sacrificium in area Ornan, quia tunc Dauid erat sanus, & poterat ꝑ se moueri, cum ipse ascenderit ad aream Ornan ad emendam eam, & sacrificandum ibi, preced. ca. Et tamen qñ notificatum est omnibus principibus Dauid Salomon regnaturum fore, erat iam Dauid in ægritudine, de qua mortuus est, & continue iacebat in lecto. Quod patet, quia Dauid in senectute sua infrigidatus est, ita vt licet operiretur vestibus non calefieret. Et tunc cum appareret propinquus morti, cepit Adonias filius eius cogitare de successione regni, & peruenit vsque ad hoc, ꝙ publicè fecit se vngi in regem. Et tamen hoc ignorabat Dauid, quia iacebat semper in lecto, & tunc Nathan propheta cõquestus est, ꝙ Adonias vnctus esset in regem, & tamen dixit, veruntamen Domine mi rex oculi totius Israel ad te sunt, vt dicas eis quis debeat sedere post te in throno tuo, & sic videtur, ꝙ adhuc tunc nesciebant Israelitæ quem vellet Dauid post se regnare. Et tunc Dauid fecit Salomonem vngi, & extunc cognitum est, quòd Salomon regnaturus esset. De quo 3. Reg. 1.

Dicendum ergo est, ꝙ ista verba Dauid dicta fuerunt postquam Salomon vnctus fuit in regem viuente Dauid, quia aliàs principes nõ cognouissent, an Salomon successurus esset in regno, & ædificaturus tẽplum esset. Dauid tamen loquebatur eis tanquam scientibus hoc, vt patet ex hoc, & ideo dicendum est, ꝙ istud factum est pauco tpe ante mortem Dauid, qñ iam erat Dauid in lecto semper, & cum operiretur vestibus non poterat calefieri 3. Reg. 1. Et tunc fecit vocari oẽs principes regni sui, & denunciauit eis de paratione istarum materiarum, & orauit, vt filium suũ Salomonem adiuuarent in ædificatione templi, & iã ante hoc multo tpe fuerat facta numeratio populi, & sacrificium in area Ornam. Cum autem obiicitur, ꝙ ista verba Dauid, & illa, quæ habentur supra. s. Hæc est domus Dei, & altare in holocaustum Israel, fuerint simul dicta.

Dicendum, ꝙ falsum est. Nam illa dicta sunt mox, vt Dauid obtulit sacrificium in area Ornam. Et tunc Deus misit de cælo scripturam omnium, quæ fabricãda erant in templo, & cepit congregare illa. Et cum magno tpe congregasset, iam omnibus paratis, vt sibi videbatur, vocauit Salomonem, & principes Israel, & dixit eis, ꝙ iam parauerat omnia necessaria pro ædificatione templi, & hortatus est Salomonẽ ad opus, & principes ad adiuuandum eum, & necesse fuit magnum tempus fuisse inter oblationem in area Ornã, & ista verba, quia tunc Dauid nondum cepit congregare materias lignorum, & lapidum, vt patet in litera. Et quando Dauid locutus est ista ad Salomonem, parauerat omnia necessaria, vt patet in litera.

Cap. XXII.

De ætate Salomonis, quando Dauid dixit de tẽpore Salomonis. Quæst. XIIII.

QVAERITVR vlterius de ætate Salomonis tempore, quo ista dicta sunt.

Aliqui dicunt, quòd erat Salomon solum duodecim annorũ. Ideo Dauid dixit. Salomon filius meus puer paruus, & delicatus est. Etiam isti dicunt alibi, ꝙ Salomon quando accepit sapientiã a Deo, erat duodecim annorum, eo quòd ipse vocauit se puerũ 3. Reg. 3. Sed hoc non conuenit, quia necesse est plusquam duos, vel tres annos intercidisse inter ista, & illa. Nam istud factum est saltem aliquanto tempore ante mortem Dauid. Et extunc cepit regnare Salomon, & regnauerat iam tribus annis, vel quasi, quando sapientiam petiuit a Deo, vt probatum est 3. Reg. 3. Ergo si nunc erat duodecim annorum, quando sapientiam peteret, esset iam saltem annorum quindecim.

Dicendum ergo, ꝙ Salomon erat nunc plusquam duodecim annorum, s. decem, & sex, vel decem, & septem annorum, & quando sapientiam petiuit, erat annorum viginti, vel quasi, vt declaratũ est 3. Reg. 3. Cum aũt dr hic, & ibi, ꝙ Salomon erat puer, & paruulus, & delicatus, erat verum dupliciter. Vno modo quantum ad ætatem. Nam etiam si esset quindecim annorum, vel viginti puer erat, vel puer vocatur. Alio modo vocatur puer comparando ad opus, s. quia cõsiderata magnitudine operis, quę nunc fieri debebat, & magnitudine regni, qđ nunc gubernaturus erat, puer erat respectu istorum, quia non sufficiebat ipse ex seipso ad faciendum aliquid istorum, nisi Deus ei sapientiam dedisset, & multi eũ in hoc opere adiuuarent. Et quia Dauid volebat dare causam quare congregauerat impensas pro ædificatione Sanctuarii, vt hortaretur principes, ꝙ adiuuarent Salomonem in ædificatione, nominauit eum puerum quasi ex seipso insufficientem ad hoc, nisi adiuuaretur.

Vocauitque Salomonem filium suum, & præcepit ei, vt ædificaret domum Domino Deo Israel. Dixitque Dauid ad Salomonem. Fili mi, voluntatis meæ fuit, vt ędificarem domum nomini Domini Dei mei, sed factus est sermo Domini ad me, dicẽs: Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti, nõ poteris ędificare domũ noĩ meo, tãto effuso sanguine corã me. Filius q̃ nascetur tibi, erit vir qetissimus: faciã. n. eũ regescere ab oĩbus inimicis suis ꝑ circuitũ, & ob hãc causam pacificus vocabitur, & pacẽ, & ociũ dabo in Israel cunctis diebus eius, ipse ædificabit domũ noĩ meo, & ipse erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem, firmaboque solium regni eius super Israel in æternũ.

Vocauitque. Hic ponitur secundum huius c. s. Salomonis ad ædificandum exhortatio. Et primo ponitur causa exhortandi, secundo ipsa exhortatio, ibi,

Nunc ergo fili mi. Intelligendum est, quòd Dauid iã cõgregauerat impensas omnes, quæ sibi necessariæ videbantur pro ædificatione. Et putabat se morti propinquum, ideo voluit disponere de omnibus, quæ ad ipsum ptinebant. Et ad hoc vocauit oẽs principes regni sui, & Salomonẽ filium suum, & corã eis hortatus est eũ, vt ædificaret tẽplũ Domino, & hortatus est princi-

principes, vt adiuuarent eum in ędificando. *Et præcepit ei, vt ædificaret domũ domino Deo Israel.* Subintelligẽdũ est, ꝙ Dauid dedit ei formam ędificationis, quę venerat ad eum scripta manu Domini, vt patet infra 28.

Dixitque Dauid ad Salomonem. Ponitur hic preambulum in ædificatione, vt Salomon non recuset istum laborem, quia diceret Salomon patri suo Dauid, quare iniungebat ei istum laborem cum ipse subiuisset illum. Nam melius potuisset Dauid ædificare templũ, cum esset vir maturus, & habens omnia necessaria, q̃ Salomon, qui erat puer, & delicatus. Dauid excusat se dicens quòd voluisset subire istum laborẽ, sed Deus non permisit.

Fili mi voluntatis meæ fuit ædificare domum nomini Dei mei. Idest ego desiderau hoc nimis, & proposueram hoc facere. Et dixit nomini Dei, & non dixit ædificare domum Deo, quia si dixisset domum Deo, intelligebatur, ꝙ ædificabat illam, vt Deus habitaret in ea, Deus tamen non habitat in domibus manufactis, sed dixit nomini Domini, idest voluit fabricare templũ, vel domum, in qua inuocaretur nomen Domini. Sic enim dixit Salomon in principio ordinis sui ædificato iam templo 3. Reg. 8. & seq. lib. c. 6. quòd non fecerat illam domum Deo, vt ipse habitaret in ea, quia cęlum, & cęli cęlorum non possunt capere eum, quanto magis domus illa ædificata, sed ædificauit eam, vt exaudirentur in ea orationes seruorum suorum.

Sed factus est ad me sermo Domini. Scilicet in quo prohibitus sum ædificare, & iste sermo habetur supra 17. & 2. Regum 7.

Dicens multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti. Ista fuit causa prohibitionis, s. quia Dauid in bellis erat assuetus, & sicut ante hoc semper erat in bellis, & in effusione sanguinis: Ita etiam post hoc futurus erat in multo pluribus bellis. Ideo non poterat ædificare templum Domino.

Non poteris ædificare domum nomini meo. Idest non habebis tempus otii ad ædificandum domum nomini meo, cum fueris occupatus tot bellis. *Tanto effuso sanguine coram me.* Idest cum tantum sanguinem effuderis in bello, & adhuc effusurus es continuo, nõ poteris vacare ędificationi. Ista litera videtur dicere, ꝙ Dauid prohibitus fuerit ędificare templum Domino pp effusionem sanguinis, idest pp quãdam irregularitatem cãtam ab effusione sanguinis. Et ex hoc plurimi de doctoribus nostris etiam de sanctis putãt, ꝙ habuerit principium in veteri testamento irregularitas causa ex homicidio, cum Dauid prohibitus fuerit ædificare templum Domino propter effusum sanguinẽ. Sed istud falsum est, vt declarabitur infra in quadam quæstione. Et dr tanto effuso sanguine coram me, idest ego video, ꝙ tantum sanguinem effudisti, & effusurus es, ideo non conuenit, ꝙ ego permittam tibi istum laborẽ ędificandi domũ mihi, quia non poteris vacare huic ędificationi. *Filius qui nascetur tibi erit vir quietissimus.* Hic subditur causa, quare Salomoni conueniret ista ædificatio, & non Dauid, s. qa Dauid nullam quietem habebat, cũ esset semper occupatus bellis, Salomon aũt habiturus erat magnẽ quietẽ, & sic poterat ædificare tẽplum Dño. & dr filius, qui nascet, qñ. ista verba dicta sunt Dauid, nondũ natus fuerat Salomõ, vt infra declarabit in quadã quæstione, & dr erit vir quietissimus, quia non poterat esse aliquis rex magis quietus, quàm Salomon, cum non fuerint aliqua bella quadraginta annis, quibus regnauit. Sic dicitur in litera, & pacem, & ocium dabo in Israel cunctis diebus eius. Hoc autem non fuit temporẽ Dauid, qui semper fuit occupatus bellis, nisi in extremo senectutis suę. *Faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum.* Idest faciam,

A quòd habeat pacem cum omnibus hominibus habitantibus in circuitu terrę Israel, qui sunt inimici sui. Omnia enim regna, quę sunt in circuitu terrę Israel habebant inimicitiam ad Israelitas, cuius causa declarabitur infra in quadam quęstione. *Et ob hanc causam pacificus vocabitur.* Idest quia tanta erit pax in diebus eius, quanta nũquam fuit in tempore alicuius de præcedentibus regibus, nec futura erat tempore alicuius successoris, vocabatur pacificus. Ista est causa, quare vocatus est Salomon: nam Salomon interpretatur pacificus, & sic impositum fuit sibi istud nomen in natiuitate propter pacem futuram tempore suo. *Et pacem, & ocium dabo in Israel cunctis diebus eius.* Pax erat diebus Salomonis, quia nõ hẽbant Israelitę aliquem, cũ quo pugnarent. Erat aũt ocium, qñ non hẽbant Israelitę aliquam occupationem. Nam tpe Dauid erãt ip occupati in bellis. Nunc aũt tpe Salomonis, quia non hẽbant aliq̃ bella, erat eis magnum ocium, & habitabat vnusquisque sub ficu sua, & sub vite sua, vt patet 3. Reg. 4. Fuit aũt datum istud ocium tpe Salomonis, vt ipse hẽret opportunitatem ędificandi tẽplum, quia si occupatus fuisset bellis sicut Dauid ex eadem causa impediret ędificare tẽplũ Dño. *Ipse ædificabit templum nomini meo.* Scilicet quia ipse hẽbit quietẽ, erit sibi opportunitas ędificandi, & ędificabit templũ ad inuocationem nominis mei.

C *Et ipse erit mihi in filium, & ego ero ei in patrem.* Scilicet diligam eum sicut si ipse esset filius meus, & benefaciam sibi in omnibus, & ipse poterit recurrere confidenter ad me, sicut ad patrem in singulis, & ego benefaciam in omnibus, quæ petierit, sicut si essem pater eius.

Firmaboq; solium regni eius super Israel in æternum. Idest faciam, ꝙ regnum suum non muretur, sicut regnum quoddam, s. ꝙ ipsi regnauerunt, & non posteri sui, vt fuit in Saule, sed faceret Deus, ꝙ regnaret Salomon, & ẽt ꝙ posteri sui succederẽt ei vsq; in æternum. Quomodo aũt regnum Salomonis fuerit æternum, cum videatur aliqñ cessasse, & diminutum fuisse tempore filij eius Roboam, declaratũ est satis sup. 17. & 2. Reg. 7. in quibusdam quęstionibus. Et hoc loco apparet contra Augustinum, & alios doctores nostros, qui volunt illa verba dicta 2. Reg. 7. s. Ego ero ei in patrẽ, & ipse erit mihi in filium. Intelligi solum de Christo, & non conuenire Salomoni. De quo etiam infra dicetur in quadam quæstione.

Cur Dauid locutus est ista verba nunc filio suo Salomoni. Quæst. XV.

QVAERITVR circa prędicta quare Dauid vocauit nunc Salomonem, & locutus est ei hæc. Respondendum, quòd Dauid erat iam in extremo senectutis suæ, & putabat se in breui moriturũ, & disponebat de omnibus negocijs, quorum dispositio pertinebat ad ipsum, ne per mortem suam sequerentur aliquæ intricationes, & dubia, dispoſuerat autem de vno & maximo, s. quis regnaturus esset de filijs suis post eum, assignauitq; Salomonem, & fecit eum vngi in regem, dum viueret tertio Reg. primo. Et iam factũ fuerat illud quando Dauid voluit facere ea, quę habentur hic, vt declaratum est supra in quadam quæst. Erat autem aliud negocium magnum Dauid, s. de ędificatione templi, pro qua ipse parauerat omnia necessaria, vt patet supra in litera. Aedificatio autem futura erat per Salomonem, sicut Deus iusserat, ideo nunc voluit Dauid denunciare ei istam ędificationem, vt post mortẽ suã illã inchoaret. Et ad hoc, vt magis istud imprimeretur menti Salomonis, vocauit eum coram principibus regni Is-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rael. Nam congregauerat eos ad hoc, & ad ordinandum alia pertinentia ad cultum Dei, vt patet seq. c. & vsque ad 27. Alia causa fuit, quia etiam voluit hortari principes, vt adiuuarent Salomonem in ædificatione, vt patet infra in litera. Et omnia ista poterant fieri simul conuocatis principibus, & Salomone, & erat melius sic fieri quàm aliter, quia Salomon in conspectu principum magis aduerteret ad verba Dauid quã eis absentibus, eo ꝙ mortuo Dauid si Salomon non faceret, quæ iusserat ei Dauid, principes, qui interfuerant huic iussioni, possent increpare Salomonem, quod nõ fieret si eis absentibus locutus fuisset Dauid ad Salomonem. Etiam erat hoc conueniens ex parte principum: nam Dauid hortatus est eos nunc, vt adiuuarent Salomonem in ædificatione templi, & ipsi concesserũt coram Salomone increpare eos, ꝙ non egissent ea, quæ promiserant coram Dauid, & non posset eos increpare si ista exhortatio ad principes facta fuisset absente Salomone, quia sic non posset increpare eos, licet fallerent fidem datam Dauid.

An Salomon tenebatur ædificare templum domino propter verba Dauid. Quæst. XVI.

QVAERITVR vlterius, cum Dauid hortatus est Salomonem, vt ædificaret templum Domino, an tenebatur ad illud.

Aliquis dicet, ꝙ nõ tenebatur, quia nemo tenetur ad opus supererogationis, nisi aliquo modo se obligauerit tacitè, vel expressè, ædificare autem templum Domino erat opus supererogationis, cum non esset præceptum in lege, ꝙ quis ædificaret templum Domino. Ideo non tenebatur Salomon. Item non videtur, ꝙ tenebatur ex præcepto patris, quia non videtur, ꝙ filius teneatur subire omnes labores, quos sibi pater imposuerit, quia aliàs sequerentur inconueniẽtia.

Respondendum est, ꝙ Salomon tenebatur ad mãdatum Dauid ædificare templum Dño, eo ꝙ Dauid probabat mandatum suum habere causam ex mãdato Dei, s. quia Deus iusserat, ꝙ filius, q̃ nasciturus erat ipsi Dauid, & successurus in regnum, ædificaret templum Dño, vt patet in litera. Tenebatur autem Salomon credere patri suo dicenti hoc propter reuerentiam paternam. Etiam quia erat Dauid vir sanctus, etiam quia congregauerat expensas pro ædificatione, & dabat eas Salomoni. Non erat autem verisimile, quòd Dauid ista faceret, nisi Deus ei dixisset de filio suo, ꝙ ædificaturus esset templum. Item & efficacius patet, quia si Salomõ nollet credere patri suo Dauid in hoc, poterat probare istud per Nathan prophetam, qui adhuc viuebat, vt patet 3. Reg. 1. Ille enim fuit, qui reuelauit Dauid ex parte Dei, ꝙ Salomon regnaturus esset, & ædificaturus templum 2. Reg. 7. & supra 17. Item patet, quia ista duo erant annexa, s. succedere in regnum, & ædificare templum, & tñ Salomon acceptabat successionem in regno, ideo tenebatur acceptare ædificationem templi, quæ coniuncta erat. Dicendum ergo, ꝙ Salomon tenebatur ædificare templum Dño, Dauid dicente ei hoc. Ad primam rationem in ꝓrium dicendum, ꝙ verum est, ꝙ nemo tenetur ad opera supererogationis. Et tamen ædificatio templi respectu Salomonis non erat opus supererogationis, sed cadebat sub præcepto, cum Deus iussisset, ꝙ qui succederet Dauid in regno ædificaret tẽplum. Ad 2m dicendum, ꝙ verum est, quòd nõ tenebatur Salomon ad omnia, quæ mandare posset ei Dauid, quia posset Dauid iubere aliquid inhonestũ, vel difficillimum, quòd non debebat, vel non tenebatur subire Salomon, & tñ istud onus tenebatur suscipere, quia Dauid mandabat hoc non a seipso, sed ex parte Dei. Item dato, ꝙ Deus non mandasset, tenebatur Salomon obedire Dauid in hoc, quia istud erat aliquod honestum, & facile ipsi Salomoni, cum Dauid parasset ei omnes impensas necessarias, vt putabatur pro ædificatione, vt patet supra in litera: etiã dabat sibi adiutores multos, s. omnes principes Israelitarum, vt patet infra in litera, & sic sine magno labore poterat exequi hoc. Itẽ patet magis, quia in potestate Dauid erat eligere sibi successorem, & eligebat Salomonẽ, qui erat minor inter fratres suos, cum potius conueniret regnum Adoniæ, qui erat maior. Ideo pro isto beneficio maximo, quod Dauid faciebat Salomoni, tenebatur ipse subire istud onus, & quodcũque aliud maius si Dauid illud imponeret, non dubitauit tamẽ Salomon subire illud, quia erat coniunctum iuri regnando.

De effusione sanguinis, propter quam prohibebatur Dauid ædificare templum. Quæst. XVII.

QVAERITVR vlterius circa ea, quæ dicunt hic, s. ꝙ Dauid non poterat ædificare domum Domino, eo ꝙ effuderat multum sanguinem coram eo, quis erat iste sanguis, quem effudit, & quomodo propter istum prohibebatur ædificare templum.

Respondent Hebræi, & Nicolaus cũ eis, quòd Dauid effudit sanguinem impiè, s. fuit causa effusionis, & etiam fudit aliquem per se, & dicunt, quòd hoc fuit in sacerdotibus Nobe, qui occisi sunt propter Dauid. Nam cum visus fuisset Dauid loqui cum Abimelec sacerdote quando fugit a facie Saulis, credidit Saul, quòd coniurassent sacerdotes ꝯ eum, & fecit occidere omnes sacerdotes vrbis Nobe, & etiam omnes habitantes in vrbe, & Dauid fuit causa omnium istorũ. Sic etiam ipse dixit ad Abiathar filium Achimelec. Reus ego sum omnium animarum patris tui, sciebã in die illa, quòd cum esset ibi Doeg Idumeus, procul dubio annunciaret Saul. primo Regum 22.

Etiam dicunt, quòd pro sanguine Vriæ, quem fecit Dauid iniustè occidi fuit hoc, de quo 2. Reg. vndecimo. Etiã quia multos alios viros innocentes de aliis familiis occidi fecit, quorum aliqui erant de stirpe Moysi. Ideo dicunt, quòd dicitur seq. c. Moysi quoq; hominis Dei filii enumerati sunt.

Sed dicendum est, quòd sanguis, quem hic Dauid dicitur fudisse non est sanguis istorum, qui dicti sunt, nam erat sanguis effusus in bello, cum dicatur hic. Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti. Et tamen isti, de quibus Hebræi dicunt, non fuerũt occisi in bello. Item nõ potest intelligi hic de sanguine sacerdotum, quia Dauid non effudit sanguinem illorum, nec fuit causa. Et si aliquo modo peccauit, fuit culpa leuis, vt declaratum est primo Reg. 22. in quadam quæstione. Et dato, quòd Dauid peccasset, tamẽ ipse non effudit sanguinem illorum. Hic autem dicitur de effusione sanguinis realiter facta a Dauid.

Item non est verum, quod dicunt, quòd Dauid occiderit multos alios viros iustos. Et quod quidã erant de stirpe Moysi: nam peccasset Dauid in illis: nõ peccauit tamen Dauid in aliqua occisione, nisi in morte Vriæ Hethæi, vt patet 3. Reg. 15. Ideo nullum aliumque hominis Dei filii annumerari sunt. Nihil agit ad propositum, quia ibi non significatur aliqua occisio virorum de stirpe Moysi, sed numerantur inter Leuitas. Item dato, ꝙ Dauid peccasset in occisione istorum, non prohiberetur propter hoc ædificare templum si nihil aliud esset, vt declarabitur sequenti quæstione.

Si propter effusionem sanguinis principaliter prohibitus sit Dauid ædificare templum. Quæst. XVIII.

QVAERITVR vlterius, an Dauid prohibitus est ædificare templum primò propter sanguinem, quem effudit. Respondẽt omnes doctores nostri ẽt sancti, ꝙ prohibitus est Dauid ædificare propter irregularitatem sequentem ex occisione, quia multum sanguinem effuderat. Et ex hoc dicunt irregularitates noui testamenti habuisse locum, scilicet quia in veteri testamento irregularis erat, qui sanguinem effudisset. Et prohibebatur à sacris, s. ab ædificatione tẽpli. Rñdendum est, ꝙ Dauid non fuit prohibitus ædificare templum Dño propter sanguinem, quem fudit, Quod patet, quia aut Dauid prohiberetur ædificare propter peccatum effusionis sanguinis, aut propter irregularitatem sequentem ex effusione sanguinis. Non propter primum, quia Dauid occidit omnes iuste, quos occidit, s. faciendo bella Domini, & non solum non peccabat, immo merebatur faciendo illa. Et hoc verum est, nisi in occisione Vrię, in qua peccauit, & tamen non prohibetur hic ædificare propter mortem Vrię, sed propter sanguinem effusum in bello, quia dicitur: Multum sanguinem effudisti, multa bella bellasti, non poteris ædificare templum nomini meo. Oportet ergo, quòd intelligatur non de culpa, sed de irregularitate cõtracta ex effusione sanguinis, quæ irregularitas causatur etiam ex homicidio iusto, sicut patet in iudicibus ferentibus iustas sententias capitales: nam irregulares sunt. Sed dicendum, ꝙ adhuc isto modo non prohibetur Dauid propter irregularitatem ædificare. Nam in veteri testamento non erat aliqua irregularitas. Primo patet, quia si irregularitas esset, maximè ista consisteret circa sacerdotes, scilicet, quòd possent effici irregulares propter aliquos actus, & ipsi tenerentur abstinere ab aliquibus officijs propter irregularitatem potius, quam alij, sicut in nouo testamento, si laicus incurrat irregularitatem, non arcetur ab aliquo officio, vel actu, quem prius habebat, sed solum interdicitur sibi ne ordinetur, sacerdos tamen si incurrat irregularitatem, priuatur officio celebrandi, & quocunque alio sacro. Et tamen in veteri testamento sacerdotes non prohibebantur ab aliqua administratione propter occisionem, sed potius sacerdotes erant bellatores. Nam Iudas Machabæus erat summus sacerdos, & post eum frater suus Ionathas, & deinde Simon, & omnes isti erant maximè bellatores, & occiderunt plurimos de Gentilibus, & tamen post istas occisiones isti Machabæi faciebant sacrificia, & omnia ministeria sacerdotalia, vt patet de Ionatha, qui induit se stola sancta, & celebrauit officia sacerdotalia post multa bella. Sic etiam Simon frater eius, & Iudas, vt patet sępe ex processu primi, & secundi Machabæorũ. Et tamen si propter effusionem sanguinis sequeretur irregularitas, quilibet istorum debuisset priuari summo sacerdotio, vel non debuissent assumi in summos sacerdotes, quia quilibet eorum antequam assumeretur in summum sacerdotem fecerat multa bella: à fortiori ergo Dauid, qui erat laicus non incurreret irregularitatem propter effusionem sanguinis, nec ex hoc prohiberetur ædificare templum Domino, si sacerdotes effundentes sanguinem non prohibebantur ministrare.

Secundò patet, & efficacius, quia non solum propter effusionem sanguinis non efficiebatur aliquis irregularis, & priuabatur ab administratione sacrorũ, sed potius quidam meruerunt à Deo effici summi sacerdotes propter effusionem sanguinis. Sic patet de Phinees filio Eleazari summi sacerdotis, qui occidit Zambri coeuntẽ cum Madianitide, & promisit ei Deus propter hoc summum sacerdotiũ in sempiternum. Nume. 25. Tertio patet, quia Mathathias sacerdos erat vir iustus, & tñ admonuit filios suos pugnare, & occidere gẽtiles, & filii sui erãt sacerdotes, vt patet primo Macha. 2. Quarto patet, quia sępe sacerdotes faciebant bella tempore Machabæorum, & quadam die multi ipsorum perierunt incaute bellando, vt patet primo Macha. 5. s. In die illa ceciderunt sacerdotes in bello, dum volũt fortiter facere. Quinto patet, quia si aliqua irregularitas contraheretur in veteri testamento, potius debebat homo per illam prohiberi ab officio digniori quàm a minori, & tamen non prohibebãtur sacerdotes propter effusionem sanguinis ministrare in sacrificiis, & in omnibus aliis, quę faciebant in templo Domini, a fortiori ergo non prohiberetur quis ædificare templum propter effusionẽ sanguinis, quia minus erat ædificare templum quàm ministrare in illo. Sexto patet, quia dato, quòd obseruaretur irregularitas in veteri testamento, scilicet, ꝙ inciderent homines in illam propter effusionem sanguinis, non prohiberentur propter hoc ædificare templum, quia ædificare templum nõ est aliquod officiũ sacrum, quo priuetur quis per irregularitatem. Septimo patet, quia nunc seruatur irregularitas strictissime, eo quòd multis modis incurritur in irregularitatem.

Et tamen dato, quòd aliquis millesies incurreret irregularitatem, nõ vetaretur propter hoc facere Ecclesiam: ideo nec vetaretur Dauid, nunc fabricare templum Domino propter sanguinem, quem effudisset.

Octauo patet, quia Dauid non fuit prohibitus cõgregare omnes impensas necessarias pro ædificatione templi. Nam congregauit illas, & reliquit Salomoni, ergo nec prohibitus est propter effusionem sanguinis ædificare templum. Quod patet, quia ædificare tẽplum potest dupliciter intelligi, s. vel manualiter agere, vel expensas ad agendum dare. Dauid autem non debebat fabricare aliquid manualiter, nec etiam fabricauit Salomon. Ideo si prohiberetur ædificare, solum prohiberetur dare expensas pro ædificatione, quia nihil aliud erat in ædificando, nisi ista duo: non fuit tamen impeditus Dauid a Deo congregare omnia necessaria pro ædificatione templi, nam congregauit illa, vt patet hic. Ideo non erat Dauid vere prohibitus ædificare, sed solum denunciabat ei Deus, ꝙ non posset ædificare, quia non habebat opportunitatem, eo ꝙ erat occupatus multis bellis. Nono patet, qa si Dauid fuisset prohibitus ædificare templum propter irregularitatem causatã ex effusione sanguinis, etiam fuisset Salomon prohibitus: nam ipse incurrit hanc irregularitatem faciendo, ꝙ occideretur frater suus Adonias. Etiam ꝙ occideretur Ioab 3. Reg. 2. Immo quod plus est, magis irregularis fuisset Salomon quã Dauid, quia Salomon fecit occidi Ioab in tabernaculo apud altare 3. Reg. 2. Dauid autem nullum occidit intra Sanctuarium, & tñ non fuit prohibitus Salomõ pp hoc, ergo nec Dauid. Decimo patet, quia Salomõ futurus erat rex, & sic erat iudex supremus in regno, & pertinebat ad eũ punire malefactores, in quo necesse erat, ꝙ incurreret irregularitatẽ, qa multos occideret, & sic Deus non imponeret ei onus faciendi templum cum sciret, ꝙ necessario ille incurrere deberet irregularitatem, & tñ imposuit. Ideo videtur, ꝙ irregularitas, quam incurreret Salomon iubendo occidi quoscunque reos non impediret eum ab ædificatione templi, & sic esset de Dauid.

Vndecimo patet, qa si p effusionẽ sanguinis cãret irregularitas in veteri testamento, non magis causaretur

retur per multa homicidia, quam per vnum, & non magis per homicidia facta in bello quam per effusionem sanguinis aliàs. Et tamen Deus non dixit hic de effusione sanguinis, quam faciebat Dauid occidendo viros iniquos, qui erant in regno suo, quia certum est, quòd multos occidit, vt patet 2. Regum. 1. De iuuene Amalecita, & ibidem c. 4. De latronibus occidentibus Isboseth, & 21. de filijs, & posteris Saulis, quos occidit propter Gabaonitas, sed solũ de sanguine effuso in bello.

Ideo videtur, q̃ non prohibebatur Dauid ædificare templum Domino propter aliquam irregularitatem causatam ex effusione sanguinis, sed propter occupationem magnam, quam habebat in effundendo sanguinem in bello.

Duodecimo patet, quia Salomon dedit causam regi Hiram, quare pater suus Dauid non ędificasset templum domino, & non dixit, q̃ hoc fuerat propter impedimentum bellorum 3. Reg. 5. ſ. Tu scis voluntatẽ Dauid patris mei, & q̃ non potuerit ædificare domũ Domini propter bella imminentia per circuitum, donec daret Dominus eos sub vestigium pedum eius. Et sic videtur, q̃ Dauid propter sola bella, quæ imminebant in circuitu, non poterat ędificare templum, & tamen postquam cessarent bella poterat ędificare, cũ dicatur, donec daret Dominus eos sub vestigio pedũ eius, quasi dicat, tunc ędificaret, ergo non prohibebatur propter effusionẽ sanguinis, quia si propter hoc prohiberetur, etiam si nullum bellum gessisset Dauid, non posset ędificare templum cum multos occidisset tanquam iudex.

Decimotertio patet, quia Dauid prohibitus fuit, & Salomon non, & redditur causa quare non prohibitus fuerit Salomon. Et dicitur, q̃ fuit hęc, quia erat in quiete, & habebat opportunitatem ad ędificandum, vt patet in litera, ſ. Filius, qui nascẽt tibi erit vir quietissimus: faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis in curcuitu, & pacem, & ociũ dabo in Israel cunctis diebus eius. Et sequitur. Ipse ædificabit domũ nomini meo. Cum ergo Salomõ probaretur esse cõueniens ad ędificandum templum solum ex hoc, q̃ habiturus erat quietem, Dauid solum prohiberetur ędificare, quia nullam habebat pacem. Alioquin si Dauid esset inhabilis ad ędificandum templum propter effusionem sanguinis, approbaretur Salomon ad ędificandum, eo q̃ nullum sanguinem effusurus esset, & sic non diceretur. Filius qui nascetur tibi, erit vir quietissimus, & ipse ędificabit mihi templum.

Sed diceretur filius, qui nascetur tibi nullum sanguinem effundet. Et tamen non dicitur, nisi de quiete, ergo Dauid non fuit prohibitus ædificare templum Domino, nisi quia in diebus eius non erat quies.

Dicendum ergo est, q̃ Dauid non verè fuit prohibitus a Deo ædificare templum, sed solum denunciatum est ei, quòd in diebus suis non poterat ędificari templum, eo quòd erat occupatus bellis, & requirebat istud opus magnam vacationẽ ab alijs laboribus. Vel si velimus dicere Dauid fuisse prohibitum, fuit ista prohibitio, quia non poterat ipse vacare ædificationi propter bella. Et istud sonãt omnia loca, in quibus agitur de habilitatione Salomonis, & inhabilitatione Dauid ad ędificãdum. Sic enim dicitur 3. Reg. 5. ſ. Nunc autem requiem dedit Deus meus mihi per circuitum, & non est Satan, nec occursus malus, quãobrem cogito ędificare templum nomini Domini. Item patet Eccle. 47. ſ. Salomon imperauit in diebus pacis, cui subiecit Deus omnes hostes, vt conderet domum in nomine suo. Sola ergo occupatio Dauid circa bella fecit eum inhabilem ad ædificandum, & sola magna quies Salomonis habilitauit eum ad ędificandum.

Cum autem obijcitur ex litera ista, quæ videtur dicere contrarium, scilicet. Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti, non poteris ædificare domum nomini meo tanto effuso sanguine coram me.

Dicẽdum, quòd intelligitur solum de occupatione circa bella, scilicet multum sanguinem effudisti, ideſt multum sanguinẽ effundere consuetus es in bello, quia multa bella facis, & ob hoc non poteris habere opportunitatem ad ędificandum templum mihi, quia ad hoc requiritur magnum ocium, & tunc semper es occupatus bellis. Et dicitur, non poteris ędificare domum effuso tanto sanguine coram me, ideſt, ga effudisti vsque nunc multum sanguinem coram me, scilicet vidi, quòd fecisti multa bella, & video, quòd multa alia facturus es, ideo non poteris ædificare tẽplum. Quòd aũt iste sit sensus literæ, patet: qa dicitur, multa bella bellasti. Et sic prohibitio est propter bellum, & non propter sanguinem, etiam quia immediatè in litera quando habilitatur Salomon ad ædificandum domum Domino dicitur. Filius, qui nascetur tibi erit vir quietissimus, ipse ędificabit mihi domum.

Et sic videtur, quòd propter quietem fuit Salomõ habilis ad ędificandum. Et Dauid, quia semper fuit in inquiete, non fuit habilis ad ædificandum. Litera tamen turbat quosdam, quia videtur in se grauis, eo q̃ loquitur de prẽterito, ſ. multum sanguinem effudisti, ex quo videtur in superficie, quòd Dauid impedierat ędificare domum Domino propter effusionem sanguinis, & tamen necesse est literam istam intelligi cum suppletione propter omnia supra assignata.

De causa quare Dauid non ædificauit templum Domino, dum erat in quiete. Quæst. XIX.

QVAERITVR vlterius dato, quòd Dauid non ædificauit templum Domino tempore prẽterito propter occupationem in bellis, nunc tamen cum esset in quiete, nec habiturus esset aliqua bella, quare non ędificauit templum domino.

Respondendum est, quòd Dauid non ausus est ędificare templum Domino, quia Deus dixerat ei, non poteris ædificare domum nomini meo, & nesciebat, an ista prohibitio cessaret, ideo non audebat ædificare, ne ageret contra voluntatem Dei. Deus autem nolebat ei dicere, quòd ędificaret, quia Dauid non erat nunc promptus ad hoc, quia toto tempore fuit Dauid occupatus bellis vsque ad numerationem populi, vt colligitur ex processu istius libri, & secundi Regũ. Post numerationem autem Dauid incidit in ęgritudinem: nam corpus eius in frigidatum est, & cum operiretur vestibus non calefiebat, vt patet tertio Regum primo. Et sic si Dauid inciperet istud opus non posset consummare illud propter ęgritudinẽ. Etiam quia modico tempore vixit post hoc, & si aliquid fieret viuente Dauid, non fieret tam diligenter, nec tam curioſe, sicut volebat Dauid, cum ipse non posset intereſſe propter continuam ægritudinem. Nam semper erat in lecto, ipse tamen volebat, quòd illa domus fieret tam curioſe, vt in omnibus regnis nominaretur, vt patet in litera. Non ergo fuit conueniens, quòd fieret aliquid tempore Dauid.

Quare

Quare simpliciter prohibitus est Dauid ædificare templum Domino. Quæst. XX.

QVAERITVR vlterius quare Deus prohibuit ipsi Dauid simpliciter ædificare sibi dicens: Non poteris ædificare templum nomini meo. Quia cum prohiberet ędificare eum propter bella, potuisset dicere, nunc non potes ædificare templum Domino, quia multa bella tibi imminent. Et tamen quando vacauerit tibi, ędifica si volueris.

Respondendum, quòd Dauid erat vir valde deiecta, & postquam fuit rex desiderauit facere templum Domino: toto tamen tempore septem annorum, & dimidij, quibus regnauit super Iudam secundo Reg. quinto, & tertio Reg. secundo. Non habuit aliquam opportunitatem ædificandi, ideo non curauit: nam erat bellum quotidianum inter eum, & Isboseth regem Israel secundo Reg. tertio, scilicet: Facta est longa concertatio inter domum Dauid, & domum Saulis. Postquam autem factus est rex super Israel, habuit bella cum Iebuſeis in Ierusalem, & postea bis pugnauit contra Philisthinos secundo Reg. quinto, & supra 14. Hoc tempore non poterat ædificare templum Domino, nec curabat. Postea verò videntes hostes fortitudinem Dauid, cessauerunt inquietare eum. Incusserat enim Dominus pauorem Dauid super omnes gentes supra 14. Et tunc putans Dauid, quòd nulla bella iam habiturus esset, quia omnes gentes timebant ipsum, cogitauit ædificare templum Domino, & dixit illud ad Nathan. Tunc Deus respondit, quòd nõ poterat ædificare templum, quia multum sanguinem effundebat. Videbat enim Deus bella multa, quæ imminebant Dauid, & postea venirunt. Ideo sciens, quòd non haberet aliquam opportunitatem ædificandi, dixit ei simpliciter non poteris ędificare, & non erat conueniens, quòd Deus diceret Dauid, nunc non potes ędificare propter bella superuenientia, sed quando potueris ædifica, si volueris, quia sequerentur ex hoc inconuenientia, scilicet quando Dauid cessaret ab aliquo bello, & non videret aliud sibi imminere, inciperet ædificare, & tamen superueniret rursus aliud bellum, quod Dauid ignorabat, & perirent sumptus, & labores habiti in ædificando, & sic depauperaretur Dauid, & non prosperaretur in eo quòd incipiebat.

Item sequeretur aliud inconueniẽs, quòd per hoc esset minus dispositus ad bellandum. Nam ad hoc, quòd Dauid deberet ędificare, prius congregaturus erat materiam lapidum, & lignorum, & ad istud requirebatur magna occupatio. Nam deberent dari plusquam centum millia virorum ad scindendum lapides, & ligna, & ad portandum, quia in sola scissione lapidũ de lapidicina prẽter artifices habebat octoginta millia operariorum tertio Regum quinto. Et si immineret aliquod bellum, essent omnes viri robusti, vel plurimi eorum occupati circa ista operaria, non posset Dauid parare se cito ad bellum. Videns ergo Deus, quòd toto tempore Dauid futurae erant bella ita, vt paucum tempus esset intra bellum, & bellum, dixit ei simpliciter: Non poteris ædificare templum nomini meo. ne aliquando Dauid credens se habere opportunitatem ędificandi inciperet ædificare, & postea periret, quod ędificauerat. Nunc autem habens pacem quandam post bellam Philisthinorum putauit se habiturum semper pacem, & volebat ædificare templum Domino. Et tamen Dominus prohibuit eum sciens, quòd in breui multa bella sibi instarent secundo Reg. septimo. Et supra 17. Nunc autem in senectute cum iam nulla bella habiturus esset, ostendit ei locum Deus templi, & dedit sibi descriptionem illius, cępitque Dauid cõgregare materias necessarias ad ædificandum, eo q̃ iam non erat impediendus bellis.

Quare Salomon non incœpit ædificare templum viuente Dauid, scilicet in fine suæ vitæ. Quæst. XXI.

QVAERITVR vlterius, cum Dauid prohibitus esset ędificare domum Domino, cur saltẽ Salomon non ædificabat eam in diebus Dauid, non quidem in priori tempore vitæ, quia tunc, cum esset Dauid occupatus bellis, etiam Salomon non posset ædificare, sed in fine vitæ Dauid numerato populo, quando congregabat materias ad ędificationem: poterat enim Salomon incipere ędificationem templi.

Respondendum, quòd non fuit hoc propter multa.

Primò quia Dauid non audebat facere istud, quia putaret se agere contra mandatum Dei. Nam viuente Dauid Salomon erat sub manu eius, & nihil poterat facere Salomon, quin illud diceretur facere Dauid iubendo, vel approbando, quia aliàs poterat illud prohibere, cum Salomonis cura pertineret ad eum. Et tamen Dauid erat prohibitus ędificare, ideo non poterat Salomon ędificare viuente Dauid.

Secundò patet, quia Salomon non erat dispositus tunc ad hoc, quia erat valde puer. Nam quando accepit sapientiam à Deo, erat puer, vt sequenti libro capit. primo, & tertio Reg. tertio. Et tamen illud fuit plus quasi per tres annos post ea, quę habentur hic, vt declaratum est tertio Reg. 3. in quadam quæstione. Ergo à fortiori nunc esset valde puer, ita vt non sufficeret ad disponendum tantum opus.

Tertiò patet, quia si Salomon inciperet ędificare viuente Dauid, oporteret, quòd moriente illo desisteret per multa tempora quousque confirmaret regnũ suum, confirmando omnes illos, qui erant sibi contrarij, scilicet Adoniã, & Ioab, & Semei tertio Reg. secũdo. Et in hoc tempore periret opus, quòd interceptum erat, nec poterat si vellet Salomon vacare operi nondum regno suo bene pacato. Ideo non expediebat, quòd viuente Dauid inciperet Salomon ędificare. Ista namque fuit vna de causis propter quas Salomon non ędificauit templum immediatè vt cęperat regnare, sed in quarto anno regni sui cępit ędificare, vt patet 3. Reg. 6.

Quartò non conueniebat, quia istud opus erat magnum, & Salomon non sufficiebat facere illud solo iudicio suo, sed requirebatur maior industria. Et istã haberet Salomon, quando Deus daret sibi sapientiã, & vsque nunc non dederat, ideo non expediebat, vt ędificaret, & sic quamquam Salomon cępit regnare non cępit illico ędificare, sed prius data est sibi sapiẽtia, & tunc ædificauit, vt patet tertio Regum tertio, & sexto. Sed aliquis dicet: Salomon nesciebat sibi sapientiam dandam esse à Deo, quia istud venit ex Dei munere. Quid ergo expectaret ad ędificandum?

Dicendum, quòd Salomon nesciebat sapientiam sibi dãdam esse à Deo, quamquam desideraret illam nimis, ideo non expectaret, quòd Deus sibi daret sapientiam, & ędificaret, sed pacato regno suo cum veniret ad ętatem maturam aliqualiter, in qua bene iudicaret de his, inciperet ędificare.

De

De causa odij, & inimicitiæ, quam habebant Israelitis omnes gentes, quæ erant per circuitum.
Quæst. XXII.

QVAERITVR vlterius quomodo omnes gentes, quę erant per circuitum terrę Israel inimicabantur Israelitis, vt litera dicit.

Dicendum, quòd terra Chanaan non poterat habere gentes aliquas vicinas nisi ad vnum de quatuor lateribus, & in omnibus illis erāt hostes. Nā in latere aquilonis terræ Chanaan est Syria, quę extenditur ab occidente vsque ad orientē, vnde Hemath, quę est in terra Syrię, vt patet supra 18. est terminus aquilonaris in terra Chanaan, vt patet Num. 34. Ad latus occidentale est mare Mediterraneum, & totum illud latus clauditur mari: Num. 34. Ad latus meridianum erat terra Philisthinorum, & partim terra Idumęorum Iosue 15. & Numeri 34. Ad orientem erat terra Moabitarum, & Ammonitarum: Moabitę cōtra Meridiem, & Ammonitę contra Septentrionē, quia ista duo regna perueniebant circa Iordanem, & ibi est pars orientalis terrę Chanaan: Num. 34. In omnibus istis partibus habebant Israelitę hostes. Nam Syri, qui erant ad Aquilonem erant hostes Israelitarum, quia Dauid pugnauerat contra Syros Damascenos, & contra Adarezer regem Soba, qui etiam erant in Syria, & subiecerat terras aliorum in tributum, vt patet secundo Reg. 8. & 10. & supra 18. & 19. A partę meridiana habebant Israelitę Philisthinos in hostes, quia Dauid pugnauerat sępe contra illos, & subiecerat eos tributo, acceperatq; ciuitates de terra ipsorū, vt patet secundo Reg. 8. & supra 18. Ab oriente habebant Israelitę hostes, scilicet Moabitas, & Ammonitas. Nam Dauid pugnauerat contra Ammonitas, & coęquauerat eos terrę, feceratque de eis vnum funiculum ad occidendum, & alium ad viuificandum secundo Reg. 8. & supra 18. Ammonitas etiam valde oppresserat Dauid. Nam ceperat eorum ciuitates, & diuersis tormentis affecerat eos, scilicet faciendo super eos transire ferrata carpēta, & trahas, & tribulas, & diuidendo eos cultris, vt patet secundo Reg. 12. & supra 20. Ab Occidente autem erat mare Mediterraneum, & ibi non erant aliqui hostes, Philisthini tamē tenebant quandam partem occidentis, licet prępuè tenerent latus meridianum: sicut etiam Syri erant in latere aquilonari Israel. Et tamen quędam pars Syrię erat in latere orientali, vt patet Isa. 9. scilicet: Eleuauit super eos hostes Syriam ab Oriente, & Philisthijm ab occidente, & deuorabunt Israel toto ore. Et sic ex omnibus partibus Israelitę habebāt hostes, & omnes isti quieuerunt tempore Salomonis.

Quomodo tempore Salomonis hostes Israelitarum fuerunt in quiete. Quæst. XXIII.

QVAERITVR vlterius quomodo Deus fecit quiescere omnes hostes Israelitarum, qui erāt tempore Salomonis.

Respondendum est, quòd poterant vno modo quiescere ex oppressione pręterita, scilicet Dauid tempore suo oppressit omnes gentes, quæ erant in circuitu terrę Israel diuersis cladibus, ita vt subijceret eas in seruitutem, vt declaratum est prędicenti quæstione. Ideo non audebant nunc insurgere contra Salomonem, quia confractę erant vires earum.

Secundò erat propter eminentiam potestatis, & diuitiarum Salomonis. Nam fuit Salomon potentior in rebus pertinētibus ad militiam, quam Dauid, quia habuit quadraginta millia prędepia equorum currilium, & duodecim millia equestrium 3. Reg. 4.

Putabant autem gentes per circuitum, quòd Salomon erat vir magni cordis, sicut Dauid pater suus, & cum haberet tantam potentiam, & apparatum bellicum, nulla gens audebat insurgere contra eum nisi Deus specialiter incitasset aliquos, sicut fuit Adad Idumęus de genere suo, & Razon, qui factus est princeps latronum in Damasco. Deus enim suscitauit istos duos contra Salomonem in senectute sua, vt patet tertio Reg. 11. Nulli autem alij ausi sunt insurgere contra ipsum.

Tertiò & principaliter, quia Deus dabat istud in cordibus gentium, quòd non auderent insurgere cōtra Salomonem, & dato, quòd nullos viros Salomō haberet, posset istud fieri: nam sic incussit Deus timorem omnibus ciuitatibus, quę erant in circuitu Sichem, ne insurgerent contra Iacob, qui nullius potestatis erat, & non sunt ausę persequi eum fugientē: Genesis 35.

Quartò poterat fieri, quòd Deus poneret istis gentibus tempore Salomonis aliquas difficultates, in quibus occuparentur, ad quos aduertentes non possent pugnare contra Israelitas. Alij modi multi poterant esse, quibus Deus moueret corda istarum gentium, vt non pugnarent contra Hebręos, quia cor hominis est in manu Domini, & quocunque voluerit vertet illud: Prouerb. 21.

De nomine Salomonis, quòd vocaretur pacificus.
Quæst. XXIIII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd Salomon vocaretur pacificus propter pacem magnam, quę futura erat tempore suo

Aliquis dicet, quòd istud intelligitur, quòd cum in diebus Salomonis videretur tanta pax quanta non fuerat in tempore alicuius de prędecentibus regibus vocaretur pacificus. Sed hoc non stat, quia pacificus non accipitur hic, vt nomen commune, sed vt proprium, quia in Hebręo Salomon ponitur, vbi nos dicimus pacificus, ideo oportet, quòd sit nomen proprium, & est sensus, quòd propter pacem, quę futura erat tempore suo ad hoc, quòd imponeretur sibi istud nomen, quia forte ille qui imponeret sibi nomen nesciret, an ista pax futura esset,

Respondendum est, quòd Salomoni impositum est istud nomen per prophetam. Nam antequam nasceretur reuelauerat Deus per Nathan Propheta qualis futurus esset, & etiam nomen suum indicauit, scilicet, quòd vocaretur Salomon. Ideo quando natus est impositum fuit sibi hoc nomen. Sed tunc est dubium quomodo Dauid sciret, quis erat ille filius eius, cui hoc competeret. Nam postquam istud dixit Nathan, nati sunt multi filij Dauid. Nam Bethsabee, quę erat mater Salomonis legitur habuisse quatuor filios ex Dauid, & inter illos fuit vltimus Salomon, vt patet supra 3. Nathan tamen non dixit primus filius, qui nascetur tibi, secundus vel tertius. Ideo cum nondum designauerit quis esset, non cognoscebat Dauid quis erat cui nomen Salomonis imponeret. Aliquis dicet, quòd cognitum fuit hoc ex tempore, quo dixit istud Nathan, scilicet, quòd forte post istam reuelationem natus est illico Salomon. Et ideo intelligebat, secundùm modum loquendi Nathan. Sed dicendum, quòd non stat, quia non fuit natus Salomō mox post istam prophetiā, sed multi alij prius. Nam Salomō fuit filius Dauid, & Bethsabee Matth. primo, & secundo Reg. 12. Et quando Nathan reuelauit

lauit istud, nōdum acceperat Dauid Bethsabee in vxorem. Nam ista reuelatio ponitur 2. Reg. 7. Et adulterium Dauid cum Bethsabee ponitur 2. Reg. 11. Et natus est ex adulterio quidam puer, qui mortuus est secundo Reg. 12. Et postea autem nati sunt quatuor alij cum iam esset Bethsabee vxor Dauid. Et istorum quatuor fuit vltimus Salomon supra 3. Ideo non poterat cognosci isto modo. Dicendum ergo videtur, quòd Nathan Propheta, qui reuelauit Dauid de illo filio nascituro, dixit ei quando nasceretur, & imposuit ei nomen. Non quidem, quòd quando dixit istam prophetiam, dixerit ei quòd tertius, vel quart' filius suus esset iste, qui regnaturus erat, sed solum dixit, quòd regnaturus erat, & declarauit nomen eius, & subticuit. Postea vero adueniente tempore, quo natus est Salomon, Nathan prophetauit ad ponendum ei nomen ex parte Dei, & vocauit eum Idida, ideſt amabilis Domino. Mater autem eius Bethsabee vocauit eum Salomon secundo Regum 12. Et tunc semper manet dubium, cum Nathan non posuerit ei istud nomen, sed Bethsabee illud posuerit antequam veniret Nathan, quomodo impositum est. Videtur dicendū, quòd ipsa Bethsabee nihil sciebat, sed velut à casu imposuit ei istud nomen, Deus tamen mouit eam ad imponendum illud, & sic non fuit erratum in nomine, quia Deus mouit matrem ad nominandum illum filium sic, & neminem prius vocauerat Salomonem.

De quibusdam verbis dictis, scilicet ego ero ei in patrem, &c. de quo intelligantur. Quæst. XXV.

QVAERITVR vlterius circa hoc, quod hic dicitur, scilicet ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium: An intelligatur istud de Christo, vel de Salomone. Respondet Augustinus in libro de ciuitate Dei, & plurimi de doctoribus nostris, quòd non intelligitur de Salomone, sed de Christo, quia ille est verus filius Dei. Et sic dicunt, quòd quędam alia, quę ponuntur hic, & secundo Regum 7. & supra 17. scilicet: Firmabo regnum eius in ętternum. & alia, intelliguntur de Christo, quia regnū Salomonis non fuit firmatum in ętternum. Dicendū est, quòd ista intelliguntur de Salomone ad literam. Et patet ex hoc loco. Nam si solum ponerentur ista verba secundo Reg. 7. & supra 17. Posset dubitari, an de Christo, vel de Salomone intelligerētur, eo quòd ibi non dicitur de quo filio Dauid intelligatur. Christus autem est filius Dauid sicut Salomon. Ideo poterat intelligi de eo sub nomine filij Dauid sicut de Salomone. Sed hic apparet, quòd istud intelligatur de Salomone, quia Dauid vocauit hic Salomonem, & locutus est ad eum ista, asserēs, quòd ipse erat de quo locutus fuerat, ideo ipse debebat ędificare templum. Et in hoc non est aliquod dubium. Sed tunc dicet aliquis, quòd cum intelligantur de Salomone ad literam, non possunt intelligi de Christo. Sed dicendum, quòd falsum est. Nam etiam de Christo oportet illa intelligi, quia ad Hebręos primo Apostolus ponit ista verba dicens: Et rursum: Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Non potest tamen accipi ibi in sensu mystico, quia scriptura nunquam arguit nisi in sensu literali, vt ait Dionysius in epistola ad Polycarpum, scilicet: Mystica Theologia non arguit. Ideſt non sumit Theologia argumenta ex mystico sensu.

Dicendum ergo quòd litera aliquādo habet duos sensus, quorum ambo sunt literales. Sed vnum intendit scriptura principalius, quam alium, sic patet de illo, quod habetur Exodi duodecimo, scilicet: Os non comminuetis ex eo. Et accipitur ibi de agno Paschali in sensu literali, & etiam in sensu literali intelligitur de Christo, cuius crura non erant frangenda in cruce, nec aliquod de ossibus eius. Et patet, quia sic arguit Beatus Ioannes 19. capitulo, scilicet: Ad Iesum autem cum venissent, non fregerunt crura eius. Et subdit: Vt impleretur quod dictum est, os non comminuetis ex eo. Et tamen si non esset ille sensus literalis illius scripturę, non diceretur scriptura impleri sic, cum sensus mysticus non sit aliquid certum, nec est ille sensus, quem intendit scriptura. Ideo cum impletur id, quod mysticè significatur, nō dicitur scriptura impleri, eo quòd possumus ponere quemcunque sensum mysticum voluerimus scripturæ.

An verum sit, quòd tempore Salomonis fuit otium, & pax in Israel. Quæst. XXVI.

QVAERITVR vlterius quomodo est verum, quod dicitur hic, scilicet, quòd Deus daret pacem, & otium in Israel cunctis diebus Salomonis. Nam non fuit semper pax, quia duos hostes habuit Salomon, qui inquietabāt terram eius, scilicet Adad Idumęus de genere regio, & Razon in Damasco, tertio Reg. vndecimo.

Dicendum est, quòd Salomon habuit pacem omnibus diebus suis, sicut hic dicitur. Et tertio Reg. 4. dicitur: Habitabat Iuda, & Israel absque vllo timore, vnusquisque sub vite sua, & sub ficu sua à Dan vsque ad Bethsabee, cunctis diebus Salomonis. Potest tamen intelligi dupliciter: vno modo, quòd omnibus diebus Salomonis, scilicet quibus bene vixit, fuit pax in Israel. Et verum est, quòd tunc nullos omnino hostes habuit Salomon: nam Adad, & Razon non insurrexerunt contra Salomonem nisi postquam peccauit, vt patet tertio Reg. 11. Tunc enim suscitauit istos duos, vt aliquo modo affligerent Salomonem, & minuerent gloriam regni eius. Alio modo potest intelligi, quòd omnibus diebus quibus vixit Salomon, est pax. Et cum obijcitur, quòd Adad, & Razon fuerunt hostes eius.

Dicendum, quòd non fit mentio de illis, quia illi modicum hostilitatis tribuerunt, vel parum perturbauerunt pacem Israel, & hoc, quia fortè modico tēpore durauit ista hostilitas, scilicet quia pauco tempore ante mortem Salomonis isti surrexerunt, vel dato quòd multo tempore aduersarentur, potestas eorum parua erat, & modicum nocere poterant.

Nunc ergo fili mi sit Dominus tecum, & prosperare, & ædifica domum Domino Deo tuo, sicut locutus est de te, detque tibi Dominus prudentiam, & sensum, vt regere possis Israel, & custodire legem Domini Dei tui. Tunc enim proficere poteris, si custodieris mandata, & iudicia, quæ prępepit Dominus Moysi, vt doceret Israel. Confortare, & viriliter age, ne timeas, neque paueas. Ecce ego in paupertate mea prępparaui impensas domus Domini auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum, æris vero, & ferri non est pondus, vincitur enim numerus magnitudine. Ligna, & lapides prępparaui ad vniuersa impendia. Habes

bes quoque plurimos artifices latomos, & cementarios, artificesque lignorum, & omnium artium ad faciendum opus, prudentissimos in auro, & argento, in ære, & ferro, cuius non est numerus. Surge igitur, & fac, & erit Dominus tecum.

Nunc ergo. Hic ponitur secundum huius partis, s. Dauid ad Salomonem facta exhortatio. Et diuiditur in duo, quia primo posuit Dauid exhortationem ad Salomonem filium suum. Secundo ad congregationem omnium principum, ibi. *Præcepit ergo Dauid.* Circa primum dicitur. *Nunc ergo fili mi sit Dominus tecum.* Idest quia sic est, q̃ Deus voluit, quòd tu ędifices templum, & necesse est, q̃ ędifices: Dñs sit tecũ, i. adiuuet ipse te in oĩbus. *Et prosperare.* Idest rogo Deũ q̃ prospereris, s. q̃ in omnibus, quę inceperis eueniat tibi finis optatus. *Et ædifica domum Domino Deo tuo, sicut locutus est de te.* Idest Deus dixit de te antequam nascereris, q̃ tu ędificares ei templum, ideo conare ad ędificandum, quia obligatus es. *Det quoque tibi Dominus prudentiam, & sensum, vt regere posses Israel.* Duo magna facturus erat Salomon, s. quòd ędificaret domũ Dño, & q̃ gubernaret populum. In primo requirebat substantia ne propter occupationem longi tẽporis desisteret Dauid ab opere, Secundo requirebat magnam prudentiam, s. gubernare tantam multitudinem populi. Ideo Dauid orauit hic Deum, vt daret prudentiam Salomoni, quia aliàs populus periret in manu eius sicut factum est in manu Roboã filij sui, qui pp stultitiam, & cõsilium iuuenum perdidit fere totum regnum 3. Reg. 12. Et dixit prudentiam, & sensum, licet ista duo pro eodem accipiantur: nam ad gubernãdum regnum non requiritur nisi prudentia. Põt tñ accipi prudentia pro habitu regulatiuo eorum, quæ pertinent ad oĩa agibilia humana, vt ait Arist. 6. Eth. Sensus autem accipietur pro viuacitate ingenij ad iudicandum subtiliter de qualibet re, & discernendum, & istud pertinet tam ad practica, quã ad speculatiua. *Custodire legem Domini Dei tui.* Idest det tibi iudicium bonum, vt legem intelligas, & det tibi rectam inclinationẽ, vt desideres facere, quę in ea scripta sunt, quia nihil prodest, quòd Deus det homini perspicacẽ intellectum ad discernendum, & non det ei voluntatẽ bonam ad desiderandum obseruare legem eius. Ideo in oratione nostra maxime petere debemus, q̃ Deus inclinet voluntatem nostram ad colendum eum. Sic dicitur Psal. 118. s. Inclina cor meum Deus in testimonia tua. Idest inclina illud ad hoc, q̃ desideret obseruare legem tuam. Sic etiam Salomon in oratione sua dixit. Sit quoque cor nostrum perfectum cum Dño Deo nostro, vt ambulemus in decretis eius, idest fac, quòd inclinetur cor nostrum perfecte ad ambulandum in præceptis Dei. Et ob hoc interdum conqueruntur aliqui de Deo, quòd non inclinat cor eorum ad illum, vt patet Isa. 63. scilicet: Tu Domine pater noster, redemptor noster à seculo nomen tuum, quare errare nos fecisti Domine de vijs tuis, & induratti cor nostrum ne sequeremur te? *Tunc enim proficere poteris si custodieris mandata, & iudicia.* Idest nunquam poteris, p̃sperari in negocijs tuis, nisi quãdo custodieris legem Dñi, aliàs aũt oĩa venient tibi aduersa. Et ponuntur mandata, & iudicia ad comprehendendum per hæc omnia, quę sunt in lege. *Quæ præcepit Dominus Moysi, vt doceret filios Israel.* Idest non debes aliud obseruare nisi ea, quę præcepit Dñs Moysi. Nam omnia, quę in lege sunt, tradita fuerũt Moysi à Deo, & ipse postea tradidit illa populo. Et sciendum, q̃ Deus non dedit legẽ Moysi, sed Angeli fuerunt, qui loquebantur oĩa hæc ad Moysem, & scribebant illa sicut dicit Apostolus ad Gal. 3. q̃ lex data est in manus mediatoris per Angelos. Et tñ Angelus in veteri testamẽto vocat Deus. *Confortare viriliter age.* Refertur ad oĩa suprædicta, scilicẽt confortare ad sustinẽdum totum laborem in diuturnitate ędificationis tẽpli, & ad sustinendũ laborẽ in regendo populum tantę multitudinis. *Et age viriliter.* i. fortiter, & intrepide in oĩbus non succumbendo laboribus propter mollitiem sicut fęmina, sed sustinendo illos, licet sint duri sicut vir. *Ne timeas neque paueas.* Idest quamquam magnitudo rerum tibi agenda committatur, non deficias in aĩo tuo, sed semper habeas animũ robustum oĩa sustinentem. Et ponuntur timere, & pauere, q̃ ad idem pertinent: nam ambo significãt timorem, sed pauere significat maiorem timorem, q̃ sit timere, & nullus gradus istius timoris debebat esse in Salomone: vel referuntur ista ad duo, quę Salomõ facere debebat, s. ędificare templum, & gubernare populũ. Et dr. Ne timeas, s. laborem, qui est in diuturnitate ędificationis templi, neq; paueas difficultatẽ, & laborem, quę est in gubernando tm̃ populum. *Ecce ego in paupertaticula mea.* Conuertit se Dauid ad diminuendum difficultatem ędificationis tẽpli. Nã dicebat hic, q̃ non paueret Salomon propter difficultatem ędificationis templi, & regiminis populi, & quia tanta requirebatur ad ędificationem tẽpli, q̃ Salomon haberet grauissimum oĩa illa colligere, Dauid diminuit laborem istum, oñdens q̃ maxima pars laboris transierat. Requiruntur. n. ad ędificationem magnam tria, s. expensę, & artifices, & vires in confidendo, vel tollendo quandam partem curarũ circa ędificationem, & in his tribus prouiderat Dauid Salomoni, ostendẽs primo, q̃ relinquebat ei sufficiẽtem materiam. Secõ dando artifices oĩum generum artificij Salomonis. Tertiò hortando principes, vt adiuuarẽt eum. De primo dicit, q̃ ipse in paupertaticula sua, i. in paruitate, & paupertate pecuniarũ parauit oĩs impensas pro ędificatione, s. licet esset pauper parauit omnia hęc, & vocatur paupertaticula parua paupertas, & est hic ista diminutio p̃ naturam aliorum nominum diminutiuorum, quia ibi diminutiuum semper significat rem suam cum quadam minoratione: minoratio ergo in paupertate est multiplicatio in diuitijs, s. qui minus pauper est magis diues est. Ideo melius est habere paruam paupertatem, q̃ magnam, & tñ Dauid ad significandũ magnitudinem paruitatis suę dixit: Ego in paupertaticula mea. Et est diminutio impropria, quia refertur diminutio hic ad diuitias, & non ad paupertatem. *Præparaui impensas domus Domini.* Idest parauí oĩs materias necessarias pro impensis, & non solum ad ponendum in opere ędificationis, sed ẽt ad dandũ artifícibus, quia quędam pars istorum talentorum auri, & argenti esset in expensas artificũ. *Millia talentorum.* Magna diuitiarum magnitudo est, nec potuit Dauid tantam copiam habere de regno suo, sed collegit ista toto tempore, quo fuit in bellis, congregando omne aurum, & argẽtum, quod reperit in omnibus regnis, quæ sibi subijciebat. Sic dicitur 2. Reg. 8. & supra 18. s. Sed & vasa omnia ęnea, & argentea consecrauit Domino, cum auro, & argento, quod tulerat de vniuersis gentibus, tam de Idumęa, & Moab, & filijs Ammon, q̃ de Philisthijm, & Amalec. *Aeris verò & ferri non est pondus.* Idest ferrum, & ęs relinquo tibi multũ & non relinquo in pondere certo, sicut aurum, & argentum. Non est sensus, q̃ tantum erat ferrum, & æs quod non poterat ponderari, Dauid tamen propter multitudinem suam non fecit illud ponderari. Aurũ aũt, & argentum, quamquam multum esset potuit in pondere certo, eo q̃ maioris valoris erat. *Vincitur enim numerus magnitudine.* Idest ferrum. Et non sunt in pondere certo, quia tanta est multitudo, q̃ non potest habere numerum, & sic maior est magnitudo numerabilis, quam ipse numerus, qui eam debeat denominare, s. quia ad tantum numerum peruenirent, q̃ excederet numeros à nobis vsitatos. *Ligna, & lapides præparaui ad vniuersa impendia.* Idest etiam parauí ligna, & lapides ad vniuersa impendia, idest ad vniuersas expensas necessaria. Nam ligna tulerant sibi Tyrij, & Sidonij de Libano, vt patet supra, s. Ligna quoque cedrina non poterant ęstimari, quę Sidonij, & Tyrij deportauerũt ad Dauid. Et tamen plura adhuc fuerunt necessaria, quia Dauid non potuit scire determinatè pro tanto opere, quanta essent ligna necessaria, & lapides, sed collegit, quot putauit necessaria, postea autem Salomon congregauit multo plura ligna tertio Reg. 5. Lapides autem habuit Dauid mittendo latomos in mõtem de proselytis Israel supra in litera. *Habes quoque plurimos artifices.* Istud erat secundum necessarium pro ędificatione tẽpli, & Dauid collegerat artifices multos de terra Israel, & magis de terris vicinis, quia ad quædam opera istorum Israelitę erant indocti. Sic enim fuit in scissione lignorum. Nam Sidonij, & Tyrij scinderunt ea, eo quòd non erat in Israel quisquam sciens scindere ligna docte. Sic enim dixit Salomon ad regem Hiram, s. Tu scis, quòd in populo meo non sit vir, qui nouerit ligna cędere sicut Sidonij. tertio Reg. 5. Et sic de quibusdam alijs artificijs, & ob hoc princeps omnium artificum in opere templi fuit quidam nomine Hiram de Tiro, quem misit rex Hiram ad Salomonem, vt in omnibus operibus præesset. Sic patet sequenti libro cap. 2. *Latomos, & cementarios.* Latomi sunt artifices lapidum, s. illi, qui cędunt eos rudes de lapidicina, vel qui eos poliunt. Cementarij vocantur fabricatores parietum, qui sciunt de lapidibus, vel aliàs parietes facere. Et vocantur cementarij à cemento, quia cementum est lutum, vel calx, qua lapides compaginantur, & sic dicitur, q̃ ędificantes turrem Babylonis habuerunt lateres pro lapidibus, & bitumen pro cemento, idest loco calcis ad cõpaginandum lateres: Genes. 11. Aliqui accipiunt cementarios, idest ponẽtes fundamentum domorum, quia putant cementum esse fundamentum, sicut accipitur in vulgari, sed errant, quia puerilis modus loquendi est iste. *Artifices quoque lignorum.* Etiam habes multos de istis. Et erant quidam istorum ad cędendum ligna in Libano, alij verò ad parandum ea quàlia esse deberent in opere. *Et omnium artium.* Multæ aliæ artes erant necessariæ pro opere templi præter dictas, & omnes illę erant in artificibus, quos congregauerat Dauid. *Ad faciendum opus prudentissimos.* Idest omnes isti artifices erant periti, quia Dauid elegerat viros peritos, eo quòd opus erat excellens. Et vocantur prudentissimi impropriè. Nam prudentia est habitus directiuus eorum, quę pertinent ad totam vitam, scilicet in agibilibus, per quę homo bonus, vel malus efficitur. Ideo prudentia virtus est 6. Eth. Ars autem habitus factiuus est, & differunt nimis à prudentia, ideo artifex sapiens non vocatur prudentissimus, sed peritissimus, vel sapientissimus, quia sapientia est virtus artis sexto Eth. Et sic vocamus aliquem sapientem statuificum, Scriptura tamen interdum non obseruat proprietatem terminorum. Sic accipitur Exodi trigesimoprimo. Vbi significatur peritia in arte illorum, quos Deus designauerat ad fabricandum tabernaculum vbi dicitur: Ecce vocaui Beseleel filium Vri filij Vr de tribu Iuda. Et impleui eum spiritu Dei, & sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere. Et tamen certum est, quòd isti sunt habitus speculatiui, & non factiui, accipiuntur tamen pro arte perfecta. *In auro, & argento, & ferro.* In omnibus istis metallis erat necessaria ars in templo. Nam de ferro fiebant claui ianuarum, de ęre fiebant vasa altaris holocaustorum, de argento, & auro fiebant lamine ad operiendum parietes templi, & etiam fiebant quędam vasa de auro, & argento. *Cuius non est numerus.* Scilicet tot sunt artifices, quos iam designaui ad istud opus, quòd non est numerus eorum. *Surge igitur, & fac, & erit Dominus tecum.* Idest habes omnia necessaria ad ędificandum, ideo nihil requiritur nisi executio, & sic surge, & fac, idest incipe iam facere, scilicet quando regnaueris post mortem meam, quia viuente Dauid nihil agere debebat ne videretur ipse Dauid agere, vt declaratum est sup. in quadam quæstione. *Et Dominus erit tecum.* Scilicet postquam tu apposueris animum tuum ad faciendum opus, si in aliquo indigeas adiutore, Dominus erit tecum ad te adiuuandum.

Quare non postulabat à Deo Dauid prudentiam pro filio suo, vt sciret ædificare templum.
Quæst. XXVII.

QVAERITVR circa prędicta cum Dauid supra imprecaretur bona Salomoni, & oraret, vt Deus daret sibi prudẽtiam ad gubernandum regnum, quare etiam nõ petebat illam dari sibi pro ędificatione templi. Nam duo opera magna facturus erat Salomon, s. templum ędificaturus, & regnum gubernaturus, & in vtroq; erat magnus labor. Ideo sicut requirebatur prudentia pro gubernatione, & petiuit eam Dauid, ita debuisset petere pro ędificatione templi. Dicendum, q̃ ad ędificationem templi non requirebatur in Salomone magna prudentia, quia iam erant congregatę materię, & artifices qui deberent opus excogitare. Nec etiam Salomon debebat laborare excogitando aliquem modum subtilem ędificationis, quia iam erat forma data, quam non licebat transgredi, s. quia omnia venerant scripta manu Dei ad Dauid, vt patet infra 28. Nõ ergo requirebatur in Salomone pro ędificatione templi, nisi cõstantia in opere, ita vt non affligeretur propter diuturnitatem, & desisteret ab eo. Pro gubernatione autẽ regni secus erat, quia nihil est, quod maiorem prudentiam requirat, nec sufficit prudẽtia vnius viri, sed multorum simul prudentium, & solertia requiritur, & ob hoc Dauid pro sola regni gubernatione petiuit prudentiam, Sic etiam ipse Salomon post mortem Dauid, quando petiuit à Deo sapientiam, siue prudentiam, solum petiuit prudentiam pro regimine populi, vt patet tertio Reg. 3. s. Tu Domine fecisti regnare seruũ tuum pro Dauid patre meo. Ego autem sum puer paruus, & ignorans egressum, & introitum meum, & seruus tuus in medio populi est, quem elegisti populi infiniti, qui enumerari, & supputari nõ potest præ multitudine: dabis ergo seruo tuo cor docile, vt inducere possit populum tuũ, & discernere inter malum, & bonum. Si aũt aliqua prudentia inquirebatur circa prouisionem aliquorũ in ista ędificatione, erat pauca in comparatione ad prudentiam requisitam pro gubernatione populi, ideo solum petiuit Dauid prudentiam pro gubernatione.

De quibusdam verbis dictis à Dauid ad filium suum s. tũc enim proficere poteris, &c. *Quæst. XXVIII.*

QVAERITVR vlterius qũo dicitur hic. Tunc enim proficere poteris, si custodieris mandata, & iudicia Dei, quia non solum homines dicuntur proficere in operibus suis custodiendo mandata, sed etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam quędam non custodiendo magis prosperãtur. Rñdent quidam, ꝙ intelligitur de profectu, qui est in virtute, quia tunc proficit homo in virtute cum custodit legem Dei, & aliàs non. Sic etiam dicitur Iosue 1. Custodias, & facias omnia, quę scripta sunt in lege, tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. Sed obijcitur, quia si hoc intenderet Dauid, non diceret tunc proficere poteris, si custodieris mandata, sed diceret tunc certissimè proficies. Rñdendum, ꝙ verum est, ꝙ custodiens legem necesse proficit in virtute, & tñ dixit Dauid, tunc poteris proficere, ideſt tunc proficies, & nõ poteris proficere aliàs, & sic exponetur negatiuè. Alio modo potest dici, ꝙ intelligitur de profectu, & prosperatione in negocijs nostris, ſ. ꝙ tunc homo proficiet in negocijs suis, & Deus diriget eum ad consequendum omnia, quę intendit si custodit legem. Quod patet, quia Deus proposuit multa bona obseruatoribus legis, & ꝙ auferret ab eis omne malum, & proposuit multa mala pro non obseruãtibus legem, vt patet Leu. 26. & Deut. 28. Interdum tamen illi, qui mali sunt prosperantur saltem quantum ad aliquod tẽpus, & de hoc est querela magna, & antiqua. Sic enim conqueritur Ieremias cap. 12. Quare via impiorum prosperatur, & bene est omnibus, qui præuaricantur, & inique agunt, plantasti eos, & radicem miserunt, proficiunt, & faciunt fructum. Prope es tu ori eorum, & longe impij viuunt, & subleuati sunt confortatiq; dimittis, domus eorum securę sunt, & paratę, & non est virga Dei super illos, bos eorum concepit, & non abortiuit, vaca peperit, & non est priuata fętu suo. Egrediuntur quasi gentes paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus. Dicendum est, quod aliquando impij prosperantur per alios impios, vt vnus impius puniat alium iuxta illud Iob 34. scilicet: Qui facit regnare hypocritã propter peccata populi, scilicet quia populus malus est, Deus facit, quòd hypocrita, ideſt vir malus simulans se esse bonum regnet super illos, & puniat eos. Quidquid tamen sit, si impij aliquando prosperantur non est prosperitas eius diuturna, sicut dicitur Iob vigesimo, scilicet: Hoc scio à principio ex quo positus est homo super terram, quòd laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritę ad instar puncti. Si ascenderit in cęlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium perdetur, & qui viderant eum dicent, vbi est? velut somnium auolans non inuenietur, transiet quasi visio nocturna: oculus qui eum viderat nõ videbit, nec vltra intuebitur eum locus suus, filij eius atterentur egestate, & manus illius reddent ei dolorem suum. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum, diuitias quas deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet illas Deus. Ipse quoque Iob, qui conquerebatur de prosperitate malorum, dixit illam breuem esse subdens: Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonũ dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Quoties lucerna impiorum extinguetur, & superuenit eis inundatio. Erunt sicut palęa ante faciem venti, & sicut fauilla, quam turbo dispergit. Deus seruabit filijs illius dolorem patris, videbunt oculi eius interfectionem suam, & de furore omnipotentis bibet. Iob vigesimoprimo. Dicendum tamen, quòd licet prosperatio impiorum sępe accidat, rarius accidebat inter Hebręos, quam inter alias gentes. Et hoc erat propter duo. Primò quia erant viri imperfecti, & modicę fidei, & Deus promiserat obseruatoribus legis bona multa, & violatoribus multa mala cõminatus est. Si ergo viderent Hebræi, quòd obseruatores legis non prosperabantur, sed violatores, putarent nullum Deum esse, vel non curarent de negocijs eorum, & sic non colerent ipsum. Nam etiam cum Deus benefaceret obseruatoribus legis, dicebant Israelitę, quòd nihil proficiebat colere Deum, vt patet Malach. tertio, scilicet Inualuerunt super me verba vestra, & dixistis. Vanus est qui seruit Domino. Et quod emolumentum, quod custodiuimus præcepta eius? Et quia ambulauimus tristes coram Domino? ergo nunc beatos dicimus arrogantes, siquidem ędificati sunt facientes impietatem. Tentauerũt Deum, & salui facti sunt. Si ergo ista dicebant Israelitę cum viderent modicum prosperare malos, multo peiora dixissent si boni opprimerentur & gauderent pessimi. Secundum erat, quia Israelitę erant adhuc carnales, & obseruabant legem Dei propter promissiones bonorum temporalium, & nõ propter aliqua bona æterna, quia illa non intelligebant. Si aũt ista temporalia auferrerentur eis, putarent nullã mercedem esse laboris sui. Ideo non colerent Deum, & sic erat quasi regulare inter Israelitas, ꝙ omnes obseruatores legis prosperarent in omnibus negocijs suis. Sic dicitur Deut. 12. & 16. scilicet: Lętaberis in omnibus, ad quę manum miseris. Ideſt habebis finem lętum, & optatum in omnibus, quę inceperis, scilicet obseruando legem sicut ibi dicitur. Nunc autem tępore noui testamenti, cum sint viri perfectiores, & non expectemus mercedem laboris nostri in temporali iucunditate, sed in æterna (cum potius quidam nostrum fugiant omnia terrena bona) non scandalizamur, quòd obseruatores legis opprimantur, & violatores eius prosperentur.

Quare impij prosperantur.

De mandatis, & iudicijs, quæ Salomon seruare debebat.
Quæſt. XXIX.

QVAERITVR vlterius, quę erant mandata, & iudicia, quæ dixit hic Dauid, quòd seruaret Salomon. Rñdendum est, quòd iussit ei seruare omnia mandata legis Moysi, distinguebantur autem mandata legis in tres modos, in moralia, cęremonialia, siue legalia, & iudicialia. Moralia sunt præcepta, quę naturaliter habent vigorem etiam si à Deo non sint data verbaliter, sic est de præceptis decalogi, & alijs similibus, quę ex iure naturali insunt, & etiam gentes, quę legem non habẽt naturaliter illa obseruãt, vt patet ad Rom. 2. De istis pauca exprimuntur in lege Moysi, quia quilibet illa cognoscit per se, quia dato, quòd non exprimantur, obligant. Cęremonialia sunt præcepta quędam introducta in cęremonijs cultus diuini, & ad ritum viuendi, & non habent ista aliquam rationem naturalem, vel motiuum in intellectu nostro, cur obseruentur, sed pendet obseruatio eorum, & obligatio solum ex mãdato eius, qui imposuit illa. Et ideo vocantur legalia, scilicet quia ex sola legis positione efficaciam habent obligandi. Iudicialia sunt præcepta data ad iudicandum in negocijs foralibus. Et per ista dirigitur homo in comparatione ad hominem, ita vt nõ noceat ei, nec præiudicet. Ista habent aliqualem rationem plusquam cęremonialia. Et tamen non sunt omnino præcepta naturalia, quia cum sint de rebus multum particularibus, & naturale iudicium est de vniuersalibus, quæ magis determinate se habent in essendo, non est de illis obligatio naturalis, sed de voluntate humana cum aliquali motiuo rationis imponuntur. De moralibus præceptis habetur Exodi vigesimo. Et Deuteronomij quinto, vbi est decalogus. Et Leuit. decimonono, vbi sunt multa similia. De iudicialibus habetur: Exod. 21. & 22. & 23. & Deuteronomij duodecimo, vsque ad decimũnonũ. Sunt autem ista tria genera præceptorum diffusa per omnes quatuor libros Moysi incipiendo ab Exodo. Nam in Genesi nullum præceptum est, cum solum contineatur ibi nuda historia temporis illius, in quo lex non fuerat data, omnia autem ista alia præcepta intelliguntur hic per duo, scilicet per mandata, & iudicia. Nam iudicia sunt præcepta iudicialia. Mandata autem sunt tam moralia, quam cęremonialia.

Præcepit quoque Dauid cunctis principibus Israel, vt adiuuarent Salomonem filium suum. Cernitis, inquiens, quòd Dominus Deus vester vobiscum sit, & dederit vobis requiem per circuitum, & tradiderit omnes inimicos vestros in manus vestras, & subiecta sit terra coram Domino, & coram populo eius. Præbete igitur corda vestra, & animas vestras, vt quæratis Dominum Deum vestrum, & consurgite, & ædificate Sanctuarium Domino Deo, vt introducatur arca fœderis, & vasa Domino consecrata in domum, quæ ædificatur nomini Domini.

Præcepit ergo. Hic ponitur exhortatio facta ad multitudinem principum: Nam hortatus est eos, vt adiuuarent Salomonem in ædificando. Et dicitur. *Præcepit ergo Dauid cunctis principibus Israel.* Congregauit Dauid omnes principes Israel, & locutus est eis nunc de ædificatione templi. *Vt adiuuarent Salomonem.* Scilicet vt susciperent in se partem solicitudinis cum Salomone, quia magnum opus erat. *Cernitis, inquiens, quòd Dominus Deus vester vobiscum sit.* Istud est allicium ad hoc, quòd principes simul cum Salomone ædificarent templum: Nam poterant dicere excusando se, quòd non poterant ædificare templum propter bella, & impedimenta hostium. Dauid autem tollit hæc dicens: Cernitis, quòd Dominus Deus vester vobiscum sit, ideſt vos videtis, quòd Deus vos adiuuat reprimendo omnes hostes, & dando quietem magnam. Ideo non debetis ponere aliquam excusationem quin ædificetis.

Et dederit vobis requiem per circuitum. Scilicet quia nulla de gentibus habitãtibus in circuitu terræ Israel pugnabat nunc contra Israelitas.

Et tradiderit omnes inimicos in manu vestra. Ideſt dedit vobis victoriam de istis, ita quòd poteratis occidere omnes illos si voluissetis.

Et subiecta sit terra coram Domino, & coram populo eius. Ideſt tota terra circunstantium subiecta est vobis sub tributo. Nam Syri, Ammonitæ, Moabitæ, Idumęi, & Philisthini, qui habitabant in circuitu terræ Israel erant subiecti Israel sub tributo, vt patet secundo Regum octauo, & supra decimooctauo. Et dicitur. Terra subiecta coram Domino, & coram populo, quia Deus Israel erat specialiter rex Israelitarum, vt declarabitur infra in quadam quæst.

Præbete ergo corda vestra, & animas vestras, vt quæratis Dominum Deum vestrum. Ad duo hortabãt Dauid Israelitas, scilicet quòd seruarent legem Domini, & quòd ædificarent templum. De primo dicit, præbete corda vestra, & animas vestras, vt quæratis Deum vestrũ, ideſt, vt custodiatis legem eius. Nam nihil est quærere Deum nisi ambulare per viam suam ad inueniendum eum. Via autem Domini est lex sua, quia per nullum alium modũ potest inueniri nisi per obseruationem legis. Et iste est modus vsitatus loquendi in veteri testamento. Sic patet sequenti libro capitulo decimoquinto, scilicet: Intrauit Asa ad corroborandum fędus, vt quærerent Dominum Deum patrum suorum in toto corde, & in tota anima sua. Si quis autem, inquit, non quæsierit Dominum Deũ Israel moriatur à minimo vsque ad maximum, à viro vsque ad mulierem. Et dicitur hic præbete corda vestra, & animas vestras, & accipitur cor pro voluntate, quia cor est ad desiderandum. Anima autem est ad intelligendum ex modo vulgari. vel potest accipi cor pro parte affectiua passionali, & anima pro parte rationali, & est sensus, quòd homo debet quærere Deum subijciendo se totum, scilicet tam desideria rationalia, quam affectiones suas passionales, regulando illas, secundùm legem Dei.

Et consurgite, & ædificate Sanctuarium Domino Deo, Cõsurgere dicuntur, non quòd ante hoc sederent, sed quòd ante hoc non operabantur, & post hoc operaturi erant in ædificatione templi.

Vt introducatur arca fœderis. Scilicet causa ædificandi est vt introducatur arca fœderis in domum, quę ędificatur Domino. Nam non erat honestè vsque nũc, sed exigebat locum honorabiliorem, & istum haberet, quando introduceretur in sancta Sanctorum facto templo.

Et vasa Domino consecrata. Etiam introducenda erant in Sanctuarium vasa alia consecrata ad ministerium Domini, sed quæ erant ista, & ad quem locum introducebantur, dicetur infra in quadam quæst.

In domum, quæ ædificatur nomini Domini. Ideſt in domum, quę ędificabitur, quia nondum cęperat ędificari, vel quę ędificatur, ideſt quæ proponit ędificari nomini Domini, ideſt ad hoc, quod inuocetur nomen Domini in illa.

De ædificatione templi, an tenebantur principes adiuuare Salomonem. *Quæſt. XXX.*

QVAERITVR vlterius, an principes tenebantur adiuuare Salomonem ad ędificandum tẽplum. Dicendum, quòd aut quęritur de obligatione aliqua, quam ipsi alias haberent, vel de obligatione, quę causabatur ex præcepto. Si primo modo accipiatur, non erãt obligati principes ad adiuuandum Salomonem, quia solum Deus dixerat de Salomone, quòd ędificaret ei templum secundo Regum septimo, & supra 17. Accipiendo secundo modo dicendũ, quòd obligabantur principes ad adiuuandum Salomonem ex præcepto regis, quia istud erat opus valde licitum, & tenebantur obedire regi iubenti hoc, & quęcunque alia licita. Ideo Dauid non locutus fuit hic per modum exhortationis, sed per modum præcepti. Nam dicitur, quòd præcepit Dauid cunctis principibus, quòd adiuuarent Salomonem.

De congregatione principum per Dauid facta.
Quæſt. XXXI.

QVAERITVR vlterius ad quid Dauid congregauerat istos principes.

Respondendum, quòd Dauid conuocauit eos ad disponendum cum eis de aliquibus rebus arduis, mouebat autem Dauid ad hoc ex duobus,

Primò quia non erant aliqua bella nunc, per quæ impediretur. Nam tempore præcedenti Dauid erat occu-

occupatus bellis, & non poterat vacare negocijs regni, & cultus diuini, nunc autem cessauerat à bellis, quia omnes per circuitum erant subditi, & vt patet supra in litera. Ideo habebat opportunitatem ad tractandum de his negocijs.

Secundò quia Dauid erat propinquus morti. Et quia negocia ista spectabant ad eum, voluit cum magna celeritate de illis disponere. Erat autem vnum negocium de statu regni post mortem Dauid. Nam iam fecerant, Dauid viuente, vngi Salomonem in regem, vt patet Regum tertio capitulo primo, & vt declaratum est supra in quadam quæstione. Nunc autem debebat recordari aliqua de modo se habendi principes ad Salomonem postquam regnaret: Ideo congregauit illos. Secundum erat ædificatio templi, quam non poterat facere Dauid, & incumbebat Salomoni. Voluit autem Dauid, quòd principes adiuuarent Salomonem, quia puer tener erat. Et ad hoc conuocauit eos presente Salomone. Et coram illo promitterent, quòd eum adiuuarent, vt postea non possent negare mortuo Dauid. Et hoc apparet in litera. Tertium, & precipuum erat, ordinatio cultus diuini quantum ad ministerium sacerdotis, & Leuitarum, qualiter illi ministrare deberent per tempora sua, & vices. Et hoc ordinauit Dauid ante mortem, vt patet sequenti capitulo, & vsque ad vicesimum. Et in hoc principes conuenerunt cum eo, vt patet sequenti capitulo, scilicet: Igitur Dauid senex, & plenus dierum constituit Salomonem filium suum super Israel regem, & congregauit omnes principes Israel. Et sequitur ibi de ordinatione Leuitarum.

De istis principibus qui erant. Quæst. XXXII.

QVAERITVR vlterius qui principes erant isti. Responderi potest dupliciter, vno modo, quòd erant principes tribuum, & familiarum: alio modo, q̃ erant principes exercitus, vel aliqui instituti à rege, vt præessent in aliquibus dignitatibus. De primo patet. Nã in qualibet tribu erat vnus princeps, & in qualibet familia alius princeps tribuũ. Veniebant per successionem originis, scilli, qui descendebãt à patribus, & auctoribus tribuum semper per lineam primogenitorum erant principes tribuum. Et in qualibet tribu non poterat esse nisi vnus de his, eo q̃ vnicus erat qui ab eodem tempore descenderet semper per lineam primogenitorum, & ipse est primogenitus. Sic etiam in familijs erant principes descendentes ab auctoribus illarum familiarum per lineam primogenitorum. Isti principes tribuum erant honoratissimi in toto populo. Nam quando dedicatum est tabernaculum Moysi in deserto, isti duodecim principes obtulerunt munera sua per duodecim dies Num. 7. Et in computando populum isti ponebantur tanquam capita, vt patet Num. 1. forte istos principes tribuum, & familiarum, & cum eis principes Leuitarum congregauit nunc Dauid. De secundo patet, quia Dauid habebat exercitum magnum. Et constituerat principes super illum. Et isti habebantur tanquam maximi in populo. Et dicendum est, q̃ isti principes exercitus conuenerant nunc. An verò cum eis etiam conuenerint principes tribuum, & familiarum, non apparet, patet hoc infra 25. scilicet Dauid, & magistratus exercitus segregauerunt in ministerio filios Asaph. Et sic principes exercitus erant, qui cum Dauid ordinabant cultum diuinum. Et ipsi etiam nunc essent qui conuenerant, quando Dauid exhortatus est eos, vt adiuuarent Salomonem.

An verum sit et quomodo Deus traderet omnes inimicos Israel in manus eorum. Quæst. XXXIII.

QVAERITVR vlterius quomodo erat verum, quòd Deus traderet omnes inimicos Israelitarum in manus eorum, & subiecta erat terra eis. Respondendum est, quòd omnes gentes, quæ habitabant in circuitu Israelitarum erant ei subiectæ, & non habebant aliquas alias in hostes. Ideo omnes hostes earum sibi subiecti erant. Nam non potest aliqua gens habere in hostes, nisi populos illos cum quibus aliquo modo communicat, quia in non communicantibus non possunt inferri damna, quæ sunt causa bellorum, Israelitæ autem non communicabant nisi cum gentibus illis, quæ erant in circuitu terræ ipsorum. Et illas habebant in hostes. Omnes tamen ipsos sibi subiecerant, quod patet quia Israelitę non habebant gentes aliquas in circuitu suo nisi ad quatuor latera, scilicet Syros habebant ex parte aquilonari, & aliquo modo ex parte Orientis, vt patet Isaię sexto, Moabitas, & Ammonitas habebant ex parte Orientis, Idumęos autem, & Philisthinos ex parte Meridiei, licet etiam Philisthini aliquo modo erant ex parte Occidentis. Hęc omnia probata sunt supra in quadam quæstione. Omnes istę gentes subiectę fuerant Dauid in bellis, vt patet secundo Regum octauo, & supra 18. Et subiectę fuerant taliter Dauid, quòd potuisset illas omnino delere, si voluisset, patet de Moabitis, quia coęquauit Dauid Moabitas terrę, & fecit duos funiculos vnum ad viuificandum, & aliud ad occidendum 2. Reg. 8. Et si fecisset vtrunque ad occidendum, occidisset omnes Moabitas, quia omnes erant distincti per illos duos funiculos: & tamen misericordia motus nõ occidit. De Ammonitis patet, quia Dauid cepit vrbem regiam Ammonitarum, & omnes alias, & ipsos diuersis tormentis affecit, faciens transire super eos carpenta ferrata, & tribulas, & trahas, & diuidens cultris 2. Reg. 12. & sup. 20. Et sic cum omnes ciuitates illorum ceperit, poterat omnes occidere. De Idumęis patet. Nam fecit Dauid magna bella in Idumęa, subiecitq; sibi eã in tributum, & occidit omne masculum in Idumęa, vt patet 2. Reg. 8. & 3. Reg. 11. De Syris patet, quia Dauid occidit omnem exercitum regis Adarezer. Et subiecit sibi in tributarios omnes Syros damascenos secundo Reg. octauo, & supra 18. De Philisthinis patet: nam abstulit frenum tributi de manu eorum, & accepit vrbem Geth, vt patet ibidem. Subiectis autem istis nationibus, nulla erat residua natio de hostibus Israelitarum, quæ non esset subiecta illis, quia nulla alia gens erat in circuitu terrę Israelitarum, quę posset cum illis habere hostilitatem.

De quibusdam verbis dictis à Dauid, scilicet, quòd Deus subiecerat omnes hostes suos, an verum sit. Quæst. XXXIIII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicit hic Dauid, quòd Deus subiecerat iã omnes hostes suos per circuitum eius, quia viderunt, quòd non fuerunt subiecti tempore Dauid, sed tempore Salomonis subiecti fuerunt, vt patet tertio Regum nono. Et sequenti libro capitulo octauo, scilicet: Omnem populum, qui derelictus fuerat de Hethęis, & Amorrhęis, & Pherezęis, & Heuęis, & Iebusęis, qui non erant de stirpe Israel, de filijs eorũ, & de posteris, quos non interfecerant filij Israel, subiugauit Salomon in tributarios.

Item patet hoc Ecclesiast. quadragesimoseptimo, scilicet: Salomõ imperauit in diebus pacis, cui subiecit

cit Deus omnes hostes, vt cõderet domum in nomine suo. Et sic non fuerunt subiecti omnes isti hostes tempore Dauid, sed tempore Salomonis.

Respondendum est, quòd omnes isti hostes Israelitarum subiecti fuerãt tempore Dauid, quia ipse pugnando omnes superauit, sicut colligitur hic, & etiã ipse Salomon confessus est 3. Reg. 5. s. Tu scis voluntatem Dauid patris mei, & quòd non potuerit ædificare domũ nomini Domini propter bella imminentia per circuitum, donec daret Dominus eos sub vestigio pedum eius. Ergo dederat eos sub pedibus eius. Ad rationem in contrarium responderi potest dupliciter: vno modo, quòd Dauid subiecit sibi omnes hostes Israelitarum, qui erant in circuitu terræ Chanaan, & Salomon nullos subiecit. Nam in circuitu erant Syri, Ammonitæ, Moabitæ, Idumæi, Amalecitę, & omnes istos subiugauerat sibi Dauid. Salomon autem non subiugauit quemquam de extraneis a terra Israel, sed solum de Chananæis habitantibus in terra Israel, vt patet tertio Regum nono, & sequenti lib. capitu. octauo, scilicet. Omnem populũ, qui derelictus fuerat de Hethæis, & Amorrhæis, & Pherezæis, & Heuęis, & Iebusæis, q̃ nõ erant de stirpe Israel de filijs eorum, & de posteris subiugauit Salomon in tributarios. Et ista responsio consonat litere, quia dicitur hic dederit vobis dominus requiem p circuitum, ideſt dedit quietem ab omnibus inimicis, qui erant in circuitu terrę Israel. Secundo potest dici, quòd Dauid subiugauerat omnes, qui pugnabant contra Israelitas faciendo bellum cõtra eos. Salomõ autem subiugauit sibi Chananæos, non quidem pugnando contra eos, sed fecit sibi illos tributarios sine bello. Et sic viuente Dauid erat iam pax perfecta in terra Israel ab omnibus inimicis suis. Et tamen non erant omnes Chananæi subiecti tributo. Salomon autem fecit sibi tributarios illos, quos Dauid non fecerat tributarios, nec tamen per hoc non fuit aliqua pars acquisita de nouo, quæ prius nõ esset ipe Dauid.

Quomodo intelliguntur hæc verba dicta a Dauid, terram subiectam esse coram Domino, & populo. Quæst. XXXV.

QVAERITVR vlterius quomodo dixit hic Dauid, quòd terra erat subiecta coram Domino, & coram populo eius. Nam semper terra subiecta fuit Domino. Non autem accipiatur hic subiecta esse quantum ad potestatem, ita quòd Deus faciat quidquid voluerit in terra illa. Nam isto modo manifestum est, quòd terra tota subiecta est Deo, & semper fuit, quia Deus siue in cę lo, siue in terra, facit semper quæ vult. Si autem accipiatur subiectam esse, ideſt, sponte subiecti ad obedię dum Deo, non est sic verum, quòd erant subiecti hostes Israelitarum Deo, quia Gentiles non colebãt Deum Israel, nec subijciebant se legi eius.

Respondendum est ad euidentiam huius, quòd Deus, qui est generalis princeps omnium, vt patet Apocalyp. primo. scilicet. Dominus dominantium, princeps omnium Regum terrę. Erat specialiter rex Israelitarum, & princeps eorum, sicut vnus homo est rex vnius regni, vt colligitur primo Regum octauo, cum Samuel doleret, quòd Israelitæ petiuissent regem, dixit Deus: Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Manifestum est autem, quòd accipitur ibi regnare particulariter. Nam si Scriptura loqueretur de regno large dicto, non diceret Deus, quòd Israelitæ petendo regem abijciebant Deum, ne regnaret super eos, quia etiam omnes alię gentes habebant reges, & tamen Deus dicebatur regnare super illas, quia est rex omnium regum terræ, Apocalyp. primo. Intellexit ergo de regno particulariter sumpto. Nam cum quis est rex vnius regni, si alius accipitur in regem, non manet ille primus iam rex. Sic erat de Deo, quia cum ipse, posito hoc in regem, dicat se abiectum ne regnet, prius regnabat specialiter. Et propter hoc aliqui boni inter Israelitas nolebãt effici reges, quamquàm populus hoc vellet, eo quòd putabant per hoc se præiudicare Deo, qui specialiter habebat dominum, & regimen Israelitarum. Sic patet de Gedeone iudice Israel. Iudicum octauo. Cui dixerunt Israelitæ: Dominare tu nobis, & filius tuus, & filius filij tui, quia liberasti nos de manu Madian. Et ille ait: Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis Dominus Deus. Si tamen Deus dominaret generaliter non auferebatur dominium Dei generale, & tamen putauit, quòd per dominium suum auferebatur dominium Dei, cum dixerit: Non dominabor ego vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis dominus Deus. Hoc præsuppositio, erat Deus inter Israelitas tamquam rex particularis illius politiæ: ideo cum populus sit in regente, & regnum in rege, quodcunque malum inferretur Israelitis videbatur Deo inferri. Et quodcunque bonum accideret eis videbatur Deo euenire, quia erat rex Israel. Et sic hostes Israelitarum erant hostes Dei, & amici Israelitarum erant amici Dei. Sic enim ipse dixit Exodi vigesimotertio, scilicet: Si audieris vocem eius, & feceris omnia, quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. Et quia nunc omnes istę gentes, quæ prius erant hostes Israelitarum, nunc subiectæ erant eis, dicebantur omnes subiecti fuisse Deo, non quidem tamquam Deo, vel gubernatori generali, sed tamquam regi specialiter Israel.

Ad rationem in contrarium cum dicitur, quòd erant subiecti sibi ex necessitate, sicut aliæ gentes, aut sponte ad colendum eum.

Dicendum, quod non est sufficiens diuisio, quia subijci Deo, sicut subijciuntur, & omnes gentes, est subijci sibi tamquam gubernatori generali. Subijci autem sibi ad colendum Deum est subijci, sicut Deo. Isti autem non fuerunt subiecti nunc Deo tamquam gubernatori, nec tamquam Deo, sed sicut regi Israel.

De vasis consecratis, quæ ponenda erant in domum Domini. Quæst. XXXVI.

QVAERITVR vlterius, quæ vasa erant ista consecrata, quæ inferenda erant in domum Domini, & in quibus locis ponenda erant.

Respondendum, & primò, quòd in templo Salomonis fuerunt eadem vasa in figura, & officio, quæ erant in Tabernaculo facto per Moysen: fuerunt tamen multiplicata, & quædam eorum acceperunt maiorem quantitatem, vt declaratum est tertio Regum septimo. Ideo dicendum est de vasis templi Salomonis, sicut de vasis templi Domini, quod fecit Moyses. In Tabernaculo enim Moysi erant sex vasa principalia, & cum illis erant alia accessoria, quæ erant subministratiua ipsorum. Primo erat Arca, in qua erant tabulæ legis. Et vocatur Arca fœderis. Ista ponebatur in loco secretiori totius Tabernaculi, scilicet, in Sancta sanctorum. Secundum erat altare thymiamatis, in quo offerebatur quotidie bis thymiama mane, & vespere Exodi trigesimo. Et istud ponebatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

batur in prima parte Tabernaculi ante velum sancti F
sanctorum. eod. cap. Tertium erat candelabrum, in quo erant septem lucernæ, & erat in eadem prima parte Tabernaculi ad Meridiem Exo. 26. Quartũ erat mensa propositionis, quę ponebatur cum panibus, & thure, & multis vasis aureis, & argenteis in prima parte Tabernaculi in parte Aquilonari. Exo. 26. Quintũ erat altare holocaustorum factum de lignis setim opertum laminis aureis, in quo cremabantur omnia sacrificia, & ponebantur ad ostium Tabernaculi extra illud in atrio, ne flamma inde consurgens cremaret cortinas. Aut saltem fumus inde ascendens eas inficeret, de quo Exo. 27. & 29. & Leuit. 1. Sextũ erat labrum æneum, in quo erat aqua, vt lauarentur Sacerdotes, quando introibant ad ministrandum. Nam ibi G
lauabant manus, & pedes. Eratque istud vas in atrio Tabernaculi, Exo. 30. Alia vasa erant minuta, quæ subseruiebant istis. Et vasa candelabri. s. emunctoria, & illa, in quibus ponebantur, quæ emuncta erant, Exo. 25. Etiam vasa mensæ propositionis, & altaris holocaustorum. Exo. 25. & 27. Et illa seruientia vasa erant coniuncta vasis principalibus. De omnibus his vasis dicendum est, quòd erant in templo Solomonis, quamquàm essent plura, quàm in Tabernaculo, quod fecit Moyses, quia quędam alia nominantur, 3. Regum 7. Primum vas istorum, s. Arca fœderis erat eadem in templo Salomonis, & in Tabernaculo Moysi. Et ideo dixit hic Dauid, vt introducatur Arca, scilicet, Arca fœderis, quæ prius erat in alijs locis, H
introduceretur tunc in templum Salomonis. & nũc introducenda erat ista in Sancta sanctorum. Nam tẽplum Salomonis erat diuisum in duas partes secundum longitudinem, scilicet, in domum interiorem, scilicet, & exteriorem. Domus interior erat minor, & ista erat Sancta sanctorum, eratque ibi Arca in medio domus, & apud parietem erant duo Cherubim de lignis oliuarum. vt patet. 3. Regum 6. Secundum vas erat altare thymiamatis, & istud fuit positum in prima parte templi ante parietem Sancti sanctorum, sicut in Tabernaculo Moysi. Erat autem velum Sancti sanctorum; ideo illi, qui ingrediebantur ad ponẽdum thymiama introibant intra Sanctuarium, vt patet de Zacharia patre beati Ioannis: Lucæ primo. I
Tertium erat candelabrum, in quo erant septem lucernæ, & nunc erant in templo Salomonis duo candelabra, vt patet infra vigesimooctauo. & ista posita fuerunt etiam in templo in prima parte eius ante Sãcta sanctorum, sicut Moyses posuit candelabrum in Tabernaculo suo. Exo. vigesimonono. Quartum erat vas, scilicet, mensa prępositionis, quæ erat in eodem loco, in quo in Tabernaculo Moysi. Quintum erat altare holocaustorum, & istud erat extra templum Salomonis in atrio Sacerdotum, quod non erat opertum tecto, sed vallatum parietibus, quia si esset intra templum, fumus consurgens de sacrificijs inficeret totam pulchritudinem templi. Et cum altari erant multa alia vasa pertinentia ad illud, scilicet, mare K
æneum, in quo lauabantur Sacerdotes, & luteres etiam cum sedibus suis, in quibus erat aqua ad abluẽdum carnes sacrificiorum. Omnia hæc erant in atrio Sacerdotum extra templum Salomonis, de quibus tertio Regum septimo. Sextum vas erat labrum æneum in Tabernaculo Moysi, & loco huius erat in templo Salomonis, scilicet, in atrio eius mare æneum. De quo nunc dictum est: omnia ista vasa erant consecrata Domino, scilicet, dedicata ad hoc, quòd ministraretur Deo in illis, & etiam erant consecrata, quia vngebantur oleo sacro, quod vocatur oleum vnctionis, de quo Exo. 13.

Cap. XXIII.

CAP. XXIII.

IGITVR Dauid senex, & plenus dierum regem cõstituit Salomonem filium suum super Israel, & congregauit omnes principes Israel, & Sacerdotes atque Leuitas. Numeratique sunt Leuitæ a viginti annis, & supra, & inuenti sunt triginta octo millia virorũ. Et ex his electi sunt, & distribuit in ministerium domus Domini vigintiquatuor millia: præpositorum autem, & iudicum sex millia. Porro quatuor millia ianitores, & totidem psaltes canentes Domino in organis, quæ fecerat ad canendum.

DESCRIPTA in prȩcedentibus deuotione Dauid circa templi ædificationem, hic ponitur eius deuotio circa diuini cultus augmentationem, fuit enim augmentatus cultus diuinus per hoc, quòd Dauid ordinauit Sacerdotes, & Leuitas in ministerijs suis secundum tempora sua, & vices, & diuiditur in duo, quia primo ponitur ordinatio Leuitarum, & Sacerdotum ad diuinum obsequium. Secundò ponitur ordinatio principum Israel ad regis ministerium infra 27. Prima in duas, quia primo ponitur Leuitarum diuisio in generali. Secundo magis in speciali sequenti capitu. Prima in duas, quia primo ponitur de ministerio Leuitarum quædam ordinatio. Secundo subditur eius ratio ibi. (Dixit enim Dauid requiem.) Prima in duas, quia primo ponitur Leuitarum numeratio, & per officia ordinatio. Secundo ponitur familiarum Leuiticarum distributio, ibi. *Et distribuit eos.*

An hic sit ordo continuus ad præcedentia, & si ista immediatè sint post illa. *Quæst. I.*

QVAERITVR circa primum an ea, quę habentur hic habent ordinem continuatum ad prȩcedentia. Et an fuerint facta immediatè post illa. Ad primum dicendum, quòd referẽdo ea, quę habentur prȩcedenti cap. ad aliqua, quę habentur hic: non est ordo continuus, vt patet quia dicitur hic in principio, quòd Dauid constituit Salomonem filium suum regem super Israel. Et tamen Salomon constitutus erat in regem, quando facta sunt ea, quæ habentur prȩcedenti cap. quia, vt ibi probatũ est in quadam quęstione, Salomon erat rex, quando Dauid iubebat principibus, quòd adiuuarent eũ ad ędificandum templum. Nam alias, si non esset cognitum, ꝙ Salomon regnaturus eẽt post Dauid, nõ diceret Dauid principibus, ꝙ adiuuarent eum ad ędificandum templum, quia ipse non ędificaret templũ, sed ille, qui succederet Dauid in regno, non fuit tamen cognitum, ꝙ Dauid vellet vngere Salomonem in regem quousque vnctus est. Nam illa die, qua Adonias fecit se vngi in regem viuente Dauid, populus erat turbatus, quia nesciebat an vellet hoc Dauid, & nunciatum est ei. Et tunc iussit, ꝙ Salomon vngeretur in regẽ, & vnctus est. Et sic eadẽ die cognouit populus, ꝙ vellet Dauid Salomonẽ vngi in regẽ, & vnctus est, & ĩ hic agit de vnctione Salomonis, & qñ facta sunt, quæ habentur prȩcedenti cap. sciebatur de Salomone, quòd futurus erat rex post Dauid: ergo illud

illud fuit ante illa. Quantum ad alia, quæ habentur A
hic satis videtur esse ordo continuatus, quia ista facta sunt in extremitate vitæ Dauid, cum dicatur in litera, quòd erat valde senex, quando fecit ista. Cum autem quæritur an inter ista, & præcedentia fuerit aliqua tẽporis distantia.

Dicendum, quòd non, sed videtur, quòd fuerint facta in eodem tempore, scilicet, quòd Dauid congregauerit principes ad omnia ista simul, & quando fecerunt id quod habetur præcedenti capit. fecerunt id, quod habetur hic, & vsque ad finem libri.

Circa primum dicitur. *Igitur Dauid senex, & plenus dierum.* Scilicet, quando fecit Dauid id, quod habetur hic erat valde senex, & ideo vocatur plenus dierum. Nam non sufficit dicere, quòd erat senex, sed additum est, quòd erat plenus dierum.

Regem constituit Salomonem filium suum. Bis Salomon B
vnctus est in regem, scilicet, semel viuente patre suo Dauid, & iterum post mortem eius. De prima vnctione patet tertio Regum primo. De secunda patet infra 29. Et fuit constitutio ista in regem propter cõtentionem: non enim curasset Dauid constituere Salomonem in regem, dum ipse viuebat, nisi propter Adoniam, quia ille, inconsulto Dauid, fecerat se vngi in regem tertio Regum primo. Et quia si non vngeretur Salomon post mortem Dauid, fortè post mortem eius impediretur ab alijs fratribus suis, quia quilibet vellet esse rex. Ideo fecit eum Dauid vngi, vt populus obediret ei, dum ipse viueret, & post mortem suam maneret in eadem obedientia.

Super Israel. Idest, super totum Israel, scilicet, su- C
per duodecim tribus, quæ intelliguntur nomine Israel, quia hic non distinguitur Iuda ab Israel, sicut supra duodecimo.

Et congregauit omnes principes Israel. Scilicet, omnes principes tribuum, & familiarũ, vel omnes principes exercitus, quia sic dicitur, 25. s. Dauid, & magistratus exercitus segregauerũt in ministerium filios Aaph. *Et Sacerdotes atque Leuitas.* Leuitæ sunt minores in gradu, Sacerdotes autem sunt maiores, quãquam sint de eadem tribu, & omnes istos vocauit Dauid ad ordinandum de cultu Dei.

Numeratique sunt Leuitæ a viginti annis, & supra. Vo- D
lebat Dauid ordinare Leuitas per vices suas, & tempora ad ministrandum. Ideo oportebat, quòd prius numeraret illos, vt sciret quot de illis dẽbar ponere in qualibet sorte, & non numerabantur hic Leuitę ab vno mense, & supra, sicut Numeri tertio, sed a vigin ti annis, & supra cuius causa declarabitur infra in quadam quęstione.

Et inuenta sunt triginta octo millia virorum. Computã E
do omnes familias Leuitarum, scilicet, Caathitas, Gersonitas, & Merauitas, non fuerunt plures inuenti, & per istos diuisa fuerunt officia Leuitica.

Ex his electi sunt, & distributi in ministerium domus Domini, viginti quatuor millia. Posita fuit numeratio Leuitarum, vt omnes numerati applicarentur postea aliquibus officijs, & de istis accepti sunt vigintiquatuor mil lia pro ministerio domus, idest, vt seruirent Sacerdotibus in ministerio templi in omnibus, quæ illi iubebant, & fuit ista maxima pars Leuitarum, quia istud ministerium, ad quod assumebantur erat magnę occupationis. *Præpositorum autem, & iudicum sex millia.* Præpositi sunt, qui prȩponuntur alicui dignitati, vel officio, & aliqui putant prȩpositos esse distinctos a iudicibus, sed non sunt, quia iudices vocantur præpositi, eo quia præponuntur illis, in quos iurisdictionẽ exercent, de quo infra dicetur.

Porro quatuor millia ianitorum. Isti ianitores obserua
bant ianuas Sanctuarij, & erant dispositi per omnes

Aiph. Tost. in lib. I. Paralip.

quatuor ventos cœli, vt patet supra 9. Pro quo sciendum, ꝙ templum Salomonis habebat solum vnam portam, scilicet, in latere Orientali. In omnibus alijs partibus erat clausum. Et illa porta non custodiebatur a Leuitis, sed a Sacerdotibus. Atrium autẽ, quod erat in circuitu templi habebat portas ad quatuor vẽtos cœli, scilicet, ad Orientem, Occidentem, Meridiẽ, & Aquilonem, & in qualibet porta istarum erant aliqui custodientes illam, vt infra declarabitur in quadam quæstione. *Et totidem psaltes.* Idest, quatuor millia cantorum: sic enim dicitur quarto Regum tertio, vocate mihi psaltem, idest, adducite cantorem.

Canentes Domino in organis, quæ fecerat ad canendum. Scilicet, isti quatuor millia Leuitæ canebant in organis, quę fecerat Dauid. Nam fecerat Acharam psalteria, & nabla, & cymbala, & tympana, & choros, & alia similia instrumenta, vt ait Iosephus 7. Antiquitatum: erat enim Dauid peritus valde in canticis diuinę laudis, & fecit cantica multa, quę Leuitę canerent, & organa musica, in quibus canerent.

De intentione Dauid circa Sacerdotes, & Leuitas.
Quæst. II.

QVAERITVR quæ fuit intentio Dauid ordinando hic Sacerdotes, & Leuitas in diuinum ministeriũ. Considerandum ad hoc, ꝙ Dauid voluit ordinare totum cultum diuinum, vt debitè se haberet, & ad hoc fecit prius numerari Sacerdotes, & Leuitas, vt postea assignaret eos certis officijs. Et primo fecit hoc de Sacerdotibus. Nam erant duæ familiæ Sacerdotales descendẽtes a duobus filijs Aaron, scilicet, vna ab Eleazaro, & alia ab Ithamar, & in qualibet istarũ erat vnus summus Sacerdos, qui prȩerat omnibus de illa familia Eleazari, & Achimelec filius Abiathar de familia Ithamar: sequenti cap. Reliqui autẽ Sacerdotes erant minores, & diuisi fuerunt omnes per vigintiquatuor sortes, vel partes, quarum quælibet habebat certum nomen, & in familia Eleazari, quæ erat magna, fuerunt decem, & sex sortes, & in familia Ithamar, quæ erat minor, fuerunt octo sortes, sequenti capit. Et Sacerdotes istarum sortium ministrabant per diuersa tempora secundum ordinem sortium suarum, vt declarabitur sequenti cap. manebant autem tres familiæ Leuitarum, scilicet, Caathitæ, Meraritæ, & Gersonitæ, & diuisi fuerunt etiam isti per officia sua, quia quidam facti sunt ianitores, alij cantores, alij thesaurarij, vt patet infra vigesimoquinto, & vigesimosexto. fuerunt etiam rursus isti diuisi per sortes, quia cantores diuisi fuerũt per vigintiquatuor sortes infra vigesimoquinto. Ianitores etiam & thesaurarij per alios modos sortium, de quibus magis ibi declarabitur: ista fuit ordinatio Sacerdotum, & Leuitarum, quæ nunc facta est per Dauid, & principes. Causa autem motiua ad faciẽdum ordinationem istam fuit duplex, prima fuit, quia priori tempore erant Sacerdotes, & Leuitę deordinati, eo quòd non erant certi, qui deberent ministrare, nec erant eis assignata certa tempora, sed erat aliqualis confusio inter ministrantes, & erat maior labor, nec ministrabatur tam debitè. Nunc autem Dauid voluit reducere omnia ad ordinem, scilicet, diuidendo omnes Sacerdotes in sortes certas, & eodem modo Leuitas, & assignando illis sortibus tempora certa ad ministrandum, & sic ministrarent debitè temporibus suis, nec impediret vnus alium. Secunda causa erat propter mutationem modi ministrandi. Nam vsque nunc fuerant Sacerdotes ministrantes in diuersis locis, vbi erat Sanctuarium. Nam mutabatur de loco ad locum, nunc autẽ mãsurũ erat

Universidad de Deusto
Biblioteca

semper in Ierusalem. Ideo oportebat dari alium mo F
dum ministrandi. Nam iam non essent diuisi Sacer
dotes per diuersa loca, scilicet, quidam ministran
tes coram Arca, & alij in Tabernaculo, sicut erat
ante hoc, vt patet supra 16.

De ordine dato a Dauid Sacerdotibus, & Leuitis in ministerio. Quæst. III.

QVAERITVR vlterius cum Dauid nunc de
derit ordinem conuenientem in ministerio
Sacerdotum, & Leuitarum, quare iste ordo
non fuit datus a principio a Deo in deserto,
quando data est lex, vel saltem postquam fuit San
ctuarium in terra Chanaan.

Respondendum, quòd hoc fuit propter duo. Pri
mo, quia Deus prouiderat, quòd Sanctuarium in ter
ra Chanaan non mansurum esset firmum in eodem
loco, sed aliquando esset in vno loco, & aliquando in
alio, quousque Deus eligeret sibi locum, in quo ma
neret semper. Et tamen ante tempora Dauid non
elegerat aliquem locum, in quo maneret, sed tunc
elegit Ierusalem, vt dicitur sequenti lib. capitu. sexto.
ordinatio autem ista Sacerdotum, & Leuitarum quę
dam hic conueniebat manente Sanctuario in eodem
loco, sicut iam futurum erat. Ideo tempore præce
denti, quando Sanctuarium sępe mutabatur, non cō
ueniebat iste ordo. Nam fuit mutatum istud San
ctuarium de Sylo in vrbem Nobe, & de vrbe Nobe
in Gabaon, & de Gabaon in Ierusalem, vt declaratū H
est primo Regum septimo. Secundum erat, quia
antequam esset templum Salomonis, Sanctuarium,
& Arca erant diuisa, quia magno tempore mansit
Arca fœderis extra Tabernaculum, quia post educta
est de Sylo, & captiuata a Philisthinis, primo Regum
quarto, & quinto. Nec reducta fuit ad Sanctuarium
vsquequo ędificatum est templum Salomonis, &
tunc posita est in illo, vt patet tertio Regum octauo,
& sequenti lib. cap. 6. Et sic quandiu fuit Tabernacu
lum Domini in Nobe, & postea in Gabaon, fuit Ar
ca ab eo disiuncta, & mansit in domo Aminadab in
Cariathiarim supra decimotertio, & primo Regum I
septimo. Et postea in domo Obededom Leuitę, &
deinde in Ierusalem in domo Dauid, vt patet secun
do Regum sexto, & supra decimotertio, & decimo
quinto. Erant ergo isto tempore quidam Sacerdo
tes, & Leuitę ministrantes coram Arca in Ierusalē,
& alij ministrabant in Tabernaculo in Gabaon, vt pa
tet supra decimosexto. ordinatio tamen Leuitarum,
& Sacerdotum, quę facta est hic non poterat conue
nire illi tempori, in quo ministraretur in diuersis lo
cis, eo quod omnes Sacerdotes erant hic diuisi per
vigintiquatuor sortes, sequenti capit. Et Leuitæ can
tores per totidem infra 25. Et vna sors debebat mi
nistrare post aliam. Si tamen ministrarent in diuer
sis locis, diuiderentur sortes, & non maneret iam
idem ordo. Ideo non potuit dari iste ordo, nec ali
quis alius Sacerdotibus, & Leuitis a principio ad hoc, K
quòd duraret omni tempore, quia ille ordo, qui da
retur, si conueniret tempori, in quo Tabernaculū,
& Arca erant diuisa, & mutabantur de loco ad locū,
non conueniret tempori, in quo ambo essent in eo
dem loco permanentes: nulla ergo lex data est an
te hoc. Nunc verò cum templum ędificaretur in
Ierusalem, & ibi semper mansurum esset Sanctua
rium, poterat dari lex vna, quæ iam conueniret om
ni tempori, quia omni tempori manendum erat in
eodem loco.

Cap. XXIII.

De auctoritate Dauid ad statuendum istum ordinem. Quæst. IIII.

QVAERITVR vlterius an Dauid habuit aucto
ritatem ad statuendum modum, quem tenere
deberent Sacerdotes, & Leuitæ in cultu Dei.
Aliquis dicet, quòd sic, quia licet Dauid non
haberet istam auctoritatem, tamen totus Israel pote
rat hoc scire, hoc autem fecit Dauid, quia congrega
uit omnes principes Israel, & Sacerdotes, & Leuitas,
qui repręsentabant totum populum. Et totus po
pulus poterat hoc facere. Sed dicendum, quòd hoc
non stat, quia populus poterat disponere de illis, quæ
pertinebant ad gubernationem suipsius, sed non de
illis, quæ pertinebant ad cultum Dei, quia nesciebant G
an tales cęremonię Deo placerent. Item patet hoc
efficacius, quia Deuteronom. duodecimo, dicitur,
quod præcipio tibi hoc tantum facito Domino Deo
tuo, nec addas quidquam, nec minuas. sed ordinan
do isto modo, qui habetur hic, multa addebantur ad
cultum Dei, quę prius non fuerant, ideo non lice
bat hoc omnibus Israelitis etiam simul sumptis face
re. Aliquis dicet, quòd licebat hoc facere Dauid,
ex eo quòd erat Propheta, & Prophetę sciunt volun
tatem Dei: & sic credere, quòd Dauid sciebat istam
ordinationem Deo placere. Sed dicendum, quòd
adhuc istud non stat, quia istud est verum de illis Pro
phetis, qui erant Prophetę primi modi, quibus
Deus consueuerat loqui, & reuelare aliqua occulta.
Secus autem de Prophetis secundi modi, qui solum
faciebant cantica diuinę laudis, & Deus nihil sibi
reuelabat, & sic erat de Dauid, vt declaratum est su
pra vigesimoprimo, in quadam quęstione. Ideo
non crederetur ex hoc, quòd Deus sibi reuelaret, qa
non consueuerat ei reuelare futura.

Dicendum, quòd licuit Dauid, & populo face
re istam ordinationem, quia faciebant auctoritate
Dei. Vnde non faciebant ipsi, sed magis promulga
bāt ordinationem a Deo factam, & est modus, scili
cet, quòd Deus faceret istam ordinationem, & mitte
ret eam ad Dauid scriptam de cœlo. Et postea Dauid
promulgaret eam cum omnibus de Israel: sic enim
fuit de forma ędificationis templi. Nam Deus mi
sit sibi totam figuram templi, & partium suarum, &
nomina materiarum, de quibus singula fieri debe
bant, vt patet infra 28. vbi cum Dauid retulerit Salo
moni nomina vasorum, & materiarum eorum, sub
dit: Omnia hæc venerunt ad me scripta manu Do
mini, vt intelligerem vniuersa opera exemplaris. Ita
credendum est de ista ordinatione. Nam Deus misit
figuram templi, & partium suarum ipsi Dauid, quia
poterat dubitare circa illam. Sed ita etiam poterat du
bitare circa ordinationem Sacerdotum, & Leuitarū,
ideo credendū est, qp de cœlo sibi hęc scripta miserit.

De ætate Dauid, quando hæc ordinauit. Quæst. V.

QVAERITVR vlterius quantę ętatis erat Dauid,
quando fecit hęc, quę habentur hic: cum litera
dicat, quòd erat senex, & plenus dierum. Aliquis di
cet, quòd erat in magna ætate, vtpote nonaginta, vel
centum annorum, quia hic significatur magna lon
gęuitas, cum non solum dicatur, quòd erat senex, sed
etiam plenus dierum. Dicendum est, quòd Dauid
non poterat esse septuaginta annorum, quando fecit
hæc, quod patet, quia Dauid erat triginta annorū, quā
constitutus est rex super Iudam, vt patet 2. Regum 5.
Regnauit autem postea quadraginta annis, scilicet,
septem annis, & dimidio in Hebron, & triginta, & tri
bus in Ierusalē, vt patet 2. Reg. 5. & 3. Reg. 2. & infra
29. Ideo

29. Ideo solum peruenit ad septuaginta annos. Et A
tamen dicebatur esse senex, & habere plurimos an
nos ætatis, vel plenus dierum, sic etiam dicitur 3. Re
gum 1. Et tamen Dauid tunc erat eiusdem ætatis cu
ius nunc dicitur: tamen senex, & plenus dierum, eo
qp in isto paruo tępore Dauid peruenerat ad magnā
senectutē: Nam senectus dicit corporis defectionē,
quando iam omnes vires languent, & sic erat in Da
uid: nam tantum fuerat debilitatus, quòd cum operi
retur vestibus non calefiebat, sed oportuit, quòd quę
reteretur sibi adolescentula, quæ cubaret in sinu eius,
& calefaceret eum. 3. Regum primo, potest autem
vocari plenus dierum dupliciter, vno modo, quia quā
quàm non vixisset multis diebus, tamen in illo tem
pore fecit opera multorum, qui autem pauca facit, di
citur paucis diebus viuere, etiam si multis annis vixe
rit. Qui autem nullum bonum facit quantumcūque B
vixerit dicitur nunquam vixisse, & qui multa bona
expleat etiam si pauco tempore vixerit, dicitur longis
simo tempore vixisse, sic dicitur Sapien. 4. de viro san
cto. s. consummatus in breui expleuit tempora mul
ta. Ideest vir consummatus, vel perfectus in virtute in
breui expleuit tempora multa. i. viuendo breui tem
pore vixit multis temporibus, eo qp in pauco tempo
re expleuit opera multorum annorum. Sic fuit de Da
uid, qui opera multa, & magnifica fecit, plura quàm
fecerint omnes successores sui simul sumpti: ideo di
cetur vixisse maiori tempore quàm omnes illi, & cō
sequenter erat plenus dierum. Secundo modo potest
intelligi, quòd Dauid erat plenus dierum, ideest, habe
bat plenitudinem ætatis, quia quando quis accedit ad C
illam ætatem, ad quam rationabiliter homines acce
dere possunt cum plenitudine iudicij sui, dicuntur es
se pleni dierum, sic erat de Dauid. Nam vixit septua
ginta annis, & ista est mensura vitę humanę, cum bo
na corporis habitudine, quia post hoc non est vita,
sed dolor, sicut dixit ipse Dauid, & habetur Psal. 89. s.
Anni nostri, sicut aranea meditabuntur, dies annorū
nostrorū in ipsis septuaginta annis. Si autem in potē
tatibus octoginta annorum, amplius labor, & dolor.
Sed ipse vixit septuaginta: ideo plenus dierum erat.

De anno determinato quando Dauid hæc ordinauit. Quæst. VI. D

QVAERITVR vlterius, in quo anno deter
minate Dauid fecit istas ordinationes, quæ
habentur hic. Quidam respondent, quòd
fecit in illo anno, quo adduxit Arcam de do
mo Obededom in domum suam, & patet hoc, quia
tunc ordinauit de ministratione Sacerdotum, & Le
uitarum supra 16.

Dicendum, quòd non stat propter tria, primò, quia
Dauid isto tempore, quo hęc fecit erat valde senex,
& plenus dierum, & tamen tunc non erat senex, quia
illud fuit quasi in principio regni sui, vt supra, vt de
claratum est secundo Regum sexto, & supra decimo
tertio, vixit tamen Dauid postquam cępit regnare su
per Israel triginta & tribus annis, vt patet secundo
Regum quinto, & tertio Regum secundo, & solum E
vixerat septuaginta annis, vt declaratum est prædē
ti quęstione. Erat ergo Dauid tunc non in senectute,
sed in medio ætatis. Secundò patet, quia Dauid prius
constituit Salomonem in regem, quàm faceret ordi
nationes istas de Sacerdotibus, & Leuitis, vt patet su
pra in litera. Salomon tamen non fuerat vnctus in re
gem, quando Dauid duxit Arcam de domo Obede
dom in domum suam: immo nec erat tunc natus,
quod patet, nam Salomō natus est de Dauid, & Beth
sabee. 2. Reg. 12. & tamen quando Dauid duxit Arcā
in domum suam, nondum acceperat Bethsabee in

vxorem. Nam de translatione Arcæ habetur. 2. Re. 6.
Et de adulterio cum Bethsabee habetur. 2. Reg. 11.
Et postea natus est vnus paruulus de Bethsabee ex
adulterio, qui mortuus est. 2. Reg. 12. Et postea na
ti sunt quatuor successiue, quorum vltimus fuit Salo
mon, vt patet supra 3. Ideo multo tempore post trās
lationem Arcę in domum Dauid, natus est Salomō,
& consequenter non fuerunt ista facta, quando por
tata est Arca in domum Dauid. Confirmatur istud,
quia Dauid quando mortuus est paruulus genitus ex
adulterio cum Bethsabee, introiuit ad orandum co
ram Dño in domum, in qua erat Arca in Palatio suo,
vt patet 2. Reg. 12. Et sic portata erat Arca tunc in
domum Dauid, & tamen Salomon nondum natus
fuerat, sed post illum paruulum nati sunt tres alij de
Bethsabee, & quartus Salomon supra 3. Ideo iam erat
Arca in domum Dauid. Tertiò patet, quia ordinatio
quam fecit Dauid de Sacerdotibus, & Leuitis, quan
do translata est Arca in domum suam, fuit solum di
stinguendo Sacerdotes, & Leuitas. s. qui ministrare
deberent coram Arca in Ierusalem, & qui ministrare
deberent in Gabaon. s. Sadoc summum Sacerdotem,
& quosdam Sacerdotes, & Leuitas cum eo, & alios
fecit manere coram Arca in Ierusalē, scilicet, Asaph,
& socios eius supra 16. nunc autem Dauid ordinauit
statum Sacerdotum, & Leuitarum ministrantium in
eodem loco, quia diuisit eos per sortes, & vna succe
debat alteri in ministrando, vsquequo omnes mini
strarent, & tunc ministrabat prima. Ideo non poterat
ista ordinatio conuenire illi tempori: immo ista fuit
vna de causis, quare non potuit ista ordinatio fieri ante hoc, nec decuit, quòd Deus illam fecisset prius, vt
declaratum est supra in quadam quęstione.

Dicendum ergo, qp Dauid constituit Salomonem
regem circa finem vitæ suæ, & post hoc ordinauit
ea, quæ habentur hic, fuitque istud anno vltimo vitæ
eius. Quod patet, quia infra 16. dicitur, quòd Da
uid ordinauit omnia hæc anno quadragentesimo re
gni eius, & tamen non regnauit nisi quadraginta an
nis. 2. Reg. 5. & 3. Reg. 2.

Propter quid Sacerdotes principes, & Leuitæ congregati sunt ad Dauid. Quæst. VII.

QVAERITVR vlterius ad quid Dauid con
gregauit nunc omnes principes Israel, & Sa
cerdotes, atque Leuitas.

Dicendum, qp propter multa. Primò pro
pter ędificationem templi, quia volebat Dauid oēs il
los exhortari de ędificatione, qp filium suum Salomo
nem adiuuarent, vt patet prędicenti cap. cum dicitur.
Quòd prędicepit omnibus principibus, vt adiuuarent
eum. Secundum erat ad concordandum aliqua de
statu regis Salomonis cum populo: nam nouiter
fuerat vnctus in regem, & reges nouiter vncti solent
facere aliquas concordias, vel pacta cum populis suis,
& illa vocantur leges regni: sic enim fuit quando vn
ctus est Saul in regem. Nam Samuel scripsit legem
regni, & publicauit coram populo, & posuit illam co
ram Domino, vt patet 1. Reg. 10. Ad faciendum tales
concordias requirebatur totum, vel aliqui repręsen
tantes totum regnum, & isti fuerunt oēs principes,
& Sacerdotes, & Leuitę, & propter hoc intelligendū
est, qp non solum fuerunt hic principes exercitus, sed
etiam principes tribuum, & familiarum, quia isti cō
uenientius repręsentabant oēs tribus, & familias qua
rum erant, quàm principes exercitus, qui curam gere
bant exercitus. Tertium erat propter istas ordina
tiones Leuitarum, quæ nunc factæ fuerunt. Sed
aliquis dicet, quòd non erat necesse ad hoc vocari

Universidad de Deusto
Biblioteca

totum populum, vel principes repræsentantes totum populum, eo quòd non tribuebant aliquam auctoritatem in ista lege, sed facta fuerat a Deo, vt supra dictum est. Respondendum, q̃ aut dicetur istam ordinationem a Deo fuisse datam, aut ab hominibus factam. Si erata Deo data, requirebatur, q̃ omnes de Israel conuenirent ad publicationem illius, vt susciperent illam, & obedirent sibi. Sic etiam in publicatione legis Moysi totus populus præsens fuit: Exo. 19. Et Deus fecerat omnes illos purificari, & præsentes esse, vt patet ibidem. Etiam in confirmatione legis omnes fuerunt præsentes, & responderunt se acceptare legem: Exo. 24. Et postea in maledictionibus non obseruantium legem, & in benedictionibus obseruantium fuit totus populus præsens. Et erant sex tribus ad vnam partem, & sex ad aliam, vt patet Deuteronom. vigesimo septimo. Ita autem hic cum reciperetur lex nouiter data a Deo, omnes præsentes esse debebant. Item requirebatur præsentia istius legis. Nam Leuitæ, & Sacerdotes numerandi erant ad hoc quòd distribuerentur per sortes, & ministeria, q̃ non fierent sine numeratione, & ad numerationem debebant esse præsentes ipsi Leuitæ, qui numerabantur, & etiam ipsi principes, qui numerabant præsentes esse debebant, etiam debebant postea Leuitæ diuidi. Et ad diuisionem istam, & assignationem officiorum conuenire deberent principes loco totius populi. Si autem data est lex ista ab hominibus: manifestum est, quòd requirebatur præsentia totius populi, vel aliquorum repræsentantium populum, vt legem facerent, potissimè cum esset ista circa cultum Dei, & requirebatur maior prudentia, & maturitas circa illam.

Propter quam causam Leuitæ fuerunt numerati.
Quæst. VIII.

QVAERITVR vlterius ad quid fuerunt nunc numerati Leuitæ.

Respondendum est, quòd nunc Leuitæ, & Sacerdotes diuidendi erant per officia, & sortes. Et ad hoc requirebatur numeratio. Nam vt sortes fierent æquales, vel quasi, oportebat, quòd sciretur quot erant Leuitæ, & Sacerdotes, & ponerẽtur in vnaquaque sorte, quod oportunum erat poni: aliàs nulla sors potest statui, nec etiam sciretur quot sortes fieri deberent. Et qui Leuitæ essent de ista, vel de illa sorte. Sed dicetur, quare ergo non fuerunt numerati Sacerdotes, quia etiam ipsi per sortes diuidendi erant?

Dicendum, quòd illi numerati fuerunt, & tamen summa eorum non ponitur hic, eo quòd Sacerdotes erant distincti a Leuitis, & de eorum diuisionibus, & sortibus habetur sequenti cap. Et ibi etiam non ponitur numerus eorum, sed ponuntur sortes, & dicitur, quòd illi numerati fuerant ad faciendum istas sortes.

De numeratione Leuitarum a viginti annis supra.
Quæst. IX.

QVAERITVR vlterius quomodo numerati fuerunt hic Leuitæ a viginti annis, & supra, quia Leuitæ non solent computari hoc modo, sed Deus iubebat illos computari ab vno mense, & supra, vt patet Num. 3.

Respondendum, quòd Leuitæ computantur multipliciter. Aliquando ad commutandum illos pro primogenitis popularium. Aliquando ad ministrãdum in officijs suis, & aliquando ad cessandum ab officijs. Primo modo computabantur Leuitæ ab vno mense, & supra, sic patet Nume. 3. Nam ibi iussit Deus cõputari Leuitas ad hoc, quòd darentur pro primogenitis omnium popularium. Nam primogeniti de popularibus obligati erant Deo, quia liberauerat eos ab Angelo percutienti in Aegypto, quia tamen abiecerat Deus omnes tribus præter Leuiticam quãtum ad hoc, quòd sibi ministrarent: accepit Leuitas loco primogenitorum aliarum tribuum. Et quia primogeniti quando offerebantur Domino, offerebantur intra mensem, vel quasi, scilicet, quando purificabatur mater offerebatur filius in templo, & debebant Leuitæ in computationem ab vno mense, & supra, quia commutabantur pro primogenitis, qui in illa ætate dabantur Deo. Secundo modo fiebat cõputatio Leuitarum ad ministrandum, & tunc computabantur interdum a triginta annis, & supra. Et interdum a viginti quinque annis. Istud autem fiebat, quia in principio ministrationis dabantur Leuitis leuiora ministeria, & postea dabantur grauiora, & sic a viginti quinque annis vsque ad triginta habebant leuia officia, & a triginta annis, & supra hẽbant grauiora, vel, vt alij volunt, in primis quinque annis non ministrabant, sed addiscebãt officium ministrandi: in annis sequentibus ministrabant: ideo Nume. quarto, computantur Leuitæ a triginta annis, & supra, & Numeri 8. computantur a viginti quinque annis. Tertio modo computabantur Leuitæ ad cessandum a ministerio, & tunc computabantur a quinquagẽsima annis, & supra. Nam tunc cessabant ministrare, & efficiebantur custodes vasorum: Numeri 8. hic non debuit teneri primus modus, quia non computabantur Leuitæ nunc ad commutandum eos pro primogenitis Israelitarum, sed ad ministrandum: ideo non computantur ab vno mense, & supra. Sed obijcietur, quòd interdum Leuitæ non numerabantur ad commutandum eos pro primogenitis Israelitarum, & tamen cõputantur ab vno mense, & supra, vt patet Numeri vigesimo sexto. Et non potest dici, quòd ibi dantur in commutationes pro primogenitis aliarum tribuũ, quia illa commutatio iam facta erat in Gabaon ab exitu de Aegypto in deserto Synai, quando tota tribus Leui data est Deo loco primogenitorum aliarũ tribuum. Et non poterant dari pluries, quia quod semel datum est in solutionem, non potest dari iterum ad satisfaciendum de alio debito, quia quod meum est ex vna causa, ex altera causa effici meum non potest, nisi desinat esse meum. Computatio tamen facta Numeri vigesimo sexto, fuit anno quadragesimo ab exitu de Aegypto, quando iam erant Israelitæ apud terram Chanaan iuxta Iordanem, vt patet ibidem: etiam ibi declaratum est. Ideo interdum numerabantur Leuitæ ab vno mense, & supra. Et non pro commutatione.

Dicendum, quòd Leuitæ aliquando computabantur ab vno mense, & supra. Et non in commutationem, sicut ibi, & non computabantur ad ministrandum, sed solum ad sciendum summam, & tunc non differebat, in qua ætate computaretur: si tamen cõputarentur ad ministrandum, computarentur in ætate, in qua possent ministrare, sed non possunt ab vno mense, & supra ministrare: saltem ergo ab anno vicesimo computarentur, & quia hic computabantur Leuitæ ad distribuendum eos per officia, non debebant computari ab vno mense, & supra, sed in maiori ætate, & sic computati sunt a viginti annis, & supra.

De

De computatione Leuitarum, quare non est facta secundum legem. *Quæst. X.*

QVAERITVR vlterius dato, quòd non deberent computari Leuitæ hic ab vno mense, & supra: tamen quare saltem non computabantur, sicut in lege, scilicet, a vigintiquinque annis, & supra, vel a triginta annis, & supra, vt patet Numeri 4. & 8.

Respondendum, quòd duo fuerunt propter quæ variatus fuit iste modus computandi a modo priori. Primum est, quia quando data est lex, & etiam toto tempore præcedenti, pauci ministri sufficiebant pro cultu Dei, eo quòd non fiebat solenniter, sicut factus est postea ædificato templo Salomonis. Ideo sufficiebãt prius accipi ministros a triginta annis, & supra: facto tamen templo per Salomonem, fuit cultus diuinus in magna solennitate, & requirebantur multi ministri, & si acciperentur omnes a triginta annis, & supra, non inuenirentur tot, quot erant necessarij. Ideo oportuit accipere ministros in minori ætate, vt plures inuenirentur, & sic accepti sunt a viginti annis, & supra. Secundum, & præcipuum erat propter ministrationem ministrationum. Nam antequam fieret templum Salomonis erant ministrationes Leuitarum graues, scilicet, quia debebant portare Sanctuarium, & omnia vasa eius de loco ad locum, cum non esset Sanctuarium manens: & ad ista officia requirebatur robur virile, & sic computabantur Leuitæ a triginta annis, & supra: Numeri quarto, vel a vigintiquinque annis, & supra pro alijs minoribus ministrationibus: Numeri 8. Nunc autem facto templo Salomonis Leuitæ non portaturi erant Tabernaculum, nec vasa eius de loco ad locum, eo quòd iam mansurum erat Sanctuarium Domini firmum in Ierusalem, & sic reliquæ ministrationes Leuitarum essent leues, pro quibus sufficeret Leuitas esse a viginti annis, & supra. Et sic statutum est, & istam causam expressit Dauid pro ista ordinatione, scilicet. Requiem dedit Dominus Israel populo suo, & habitationem in Ierusalem vsque in æternum, nec erit officij Leuitarum, vt vltra portent Tabernaculum, & omnia vasa eius ad ministrandum. Iuxta præcepta quoque Dauid nouissima supputabitur numerus filiorum Leuitarum a viginti annis, & supra, & ista fuit vna causa, & postissima, quare non potuit ista ordinatio Sacerdotium, & Leuitarum, q̃ nunc facta est fieri a principio, eo quòd ministeria, quæ tunc erant, nunc cessarent esse, & mutatis rebus, de quibus est lex, oportuit mutari legem, vel cessare illam.

In qua ætate computabantur Leuitæ. *Quæst. X.*

QVAERITVR vlterius cum Leuitæ computarentur hic a viginti annis, & supra, an computarẽtur omnes quantumcunque senes, vel solum vsque ad aliquam ætatem. Quidam dicunt, quòd solum computabantur a viginti annis vsque ad quinquaginta, quia hic computabantur Leuitæ ad ministrandum, & tamen in anno quinquagesimo cessabant Leuitæ ministrare, vt patet Numeri 8.

Respondendum est, quòd Leuitæ computabãtur hic ab anno vicesimo, & supra in quacunque ætate essent. Et ratio est, quia hic computabantur ad ministrandum, & istæ ministrationes, quæ iam competebant Leuitis erant leues, cum non deberent portare aliqua onera, & sic in quacunque ætate poterant illas exercere. Cum autem dicitur Num. 8. quòd Leuitæ in anno quinquagesimo cessabant ministrare, non dicitur, quòd cessarent simpliciter a ministratione, sed solum cessabant a portatione onerum, & ista erant difficilia, & tamen habebant alias ministrationes leues. s. custodire vasa sacra, & alia, quæ eis commendabantur: Num. 8. s. Cumque quinquagesimum annum ætatis impleuerint, seruire cessabunt, eruntq; ministri fratrum suorum in Tabernaculo fœderis, vt custodiant, quæ sibi fuerint commendata, opera autẽ ipsa non facient. Scilicet, opera grauiora, & tamen nunc iam cessauerant omnia opera grauia. s. portatio onerum. Ideo poterant ministrare Leuitæ etiã post annum quinquagesimum vsque ad mortem, & sic numerati fuerunt hic. Ideo dicitur hic a viginti annis, & supra, & nõ præfinitur aliquod tempus postea.

De multitudine virorum, scilicet, triginta octo millia.
Quæst. XI.

QVAERITVR vlterius de ista summa triginta octo millium virorum: an fuerit pro omnibus Sacerdotibus, & Leuitis, vel solũ de Leuitis. Aliquis dicet, quòd solum fuit summa Leuitarum, quia solum dicitur hic numerati sunt Leuitæ.

Dicendum est, quòd hoc non obstat, quia Leuita aliquando est nomen officij, & aliquando nomen progeniei. Primo modo distinguuntur Sacerdotes a Leuitis, qui erant Sacerdotes superiores in gradu. Secundo modo non distinguebantur Leuitæ, & Sacerdotes, quia omnes erant de tribu Leui, & sic patet de Aaron, qui erat summus Sacerdos, & tamen ipse vocabatur Leuita, vt patet Exodi quarto. s. Aaron frater tuus Leuites scio, quòd eloquens sit. Et sic poterãt accipi hic Leuitæ pro nomine stirpis, & nõ officij.

Dicendum, quòd verum est, quòd poterant intelligi Sacerdotes nomine Leuitarum, & tamen non intelliguntur hic nomine eorum, sed tota ista summa est Leuitarũ, quod patet, quia Leuitæ, & Sacerdotes fuerunt distincti per diuersa officia, & non pertinebant vllo modo officia Sacerdotum ad officia Leuitarum, vnde de Leuitis ponitur hic, & de Sacerdotibus sequenti cap. Et sic non intelligerentur Sacerdotes sub ista summa. Secundo patet, & efficacius, quia hic est summa triginta octo millia virorum, & omnes isti acceperunt officia Leuitica, vt patet in litera, scilicet. Vigintiquatuor millia eorum fuerunt pro ministerio domus, & sexmillia iudicum, & quatuor millia ianitorum, & totidem cantorum, quæ sunt simul triginta octo millia: omnes tamen isti erant Leuitæ, quia ad Sacerdotes non pertinebant tales ministrationes, sed illæ, quæ fiebant in altari, & sacrificijs cum accessorijs, vt patet infra in litera. soli ergo Leuitæ fuerunt isti. Et tamen computati fuerunt hic omnes tres familiæ Leuitarum, & postea fit distinctio earum.

De Leuitis distributis in ministerium domus.
Quæst. XII.

QVAERITVR vlterius, qui erant isti Leuitæ, qui distributi sunt in ministerium domus. Et quod erat istud ministerium, quod faciebant isti vigintiquatuor millia virorum. Quidam dicunt, q̃ istud ministerium erat Sacerdotale, quia propriè Sacerdotes erãt, qui ministrabant in domo Dñi, & sic volunt quòd vigintiquatuor millia erant de Sacerdotibus. Et tunc dicetur, quòd nomine Leuitarum intelliguntur hic Sacerdotes, sed istud improbatum est præcedenti quæstione: ideo dicendum, quòd erant Leuitæ. Nicolaus tñ dicit, q̃ istud ministerium domus erat adiu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uare Sacerdotes in excoriatione animaliũ pro sacrifi F
cijs, & similibus, quæ eis iubebantur. Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia Sacerdotes habebant officium istud, & non pertinebat ad Leuitas, sicut nec sacrificare, & facere alia ministeria altaris, nisi in casu necessitatis magnę, quando non erant Sacerdotes, qui sufficerent ad excoriãdum animalia, & instabant multa sacrificia facienda, poterant eos adiuuare Leuitæ. Sic enim factum est tempore Ezechię regis. Nam tempore Achaz patris sui fuerat totus populus in idolatria, & cessauerat ministerium domus Domini: ideo tempore Ezechię, quando voluit restituere diuinum cultum, erant paucissimi Sacerdotes, & multæ hostię oblatæ sunt propter solẽnitatem, & deuotionem populi tunc redeuntis ad G
cultum Dei, & quia pauci Sacerdotes erant, nec poterant facere omnes cęremonias sacrificiorum, adiuuarunt eos Leuitę ad excoriandum animalia, vt patet sequenti lib. cap. 29. f. Sacerdotes verò pauci erant, nec poterant sufficere, vt pelles holocaustorum detraherent, vnde & Leuitę fratres eorum adiuuerunt eos, donec impleretur opus. Nunc autem ponebatur lex de ministrando: ideo non daretur Leuitis in officium, quòd ministrarent adiuuando Sacerdotes ad excoriandum animalia, quia aliàs non cõpeteret eis propter necessitatem, sed ex lege, & tamen ex necessitate solum competebat, vt declaratum est, Leuitis istud officium. Dicendum autem quòd non apparet, quòd ministeriũ domus Domini esset istud H
quod habebant nunc Leuitæ. Nam vltra ministeria, quę ponuntur in litera, scilicet, esse iudices, & cantores, & ianitores, & prępositos, non reperiuntur aliqua alia in Scriptura. Sed aliquis dicet, quòd aliud erat ministerium Leuitarum, scilicet, quia quidam erant thesaurarij, vt patet infra 26. Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia thesaurarij, & ianitores pertinebãt ad idem officium. Et ideo de quatuor millibus ianitoribus, qui ponuntur hic, erant quidam ianitores, & alij thesaurarij, vt colligitur infra vigesimo sexto, potissimè, quia dato, quòd ianitores, & thesaurarij essent distincti, tamen non ponerentur viginti quatuor millia de thesaurarijs, quia pauci requirebantur ad illam ministrationem.

Dicendum ergo, quòd istud ministerium domus Domini erat quasi officium extraordinarium, scilicet, quòd non erat vnum officium, sed multa, scilicet, obedire Sacerdotibus in omnibus, quę iuberent subseruiendo eis ad ministeria sua: pertinebat enim ad Sacerdotes offerre sacrificia principaliter, & pro istis sacrificijs erant multa necessaria, scilicet, animalia, & libamenta, scilicet, farina, vinum, oleum, sal, & thus, & etiam ligna multa, & aqua ad lauandum hostias, & vt lauarentur ipsi Sacerdotes, quando ministrarent. & quamquàm Sacerdotes vterentur istis faciendo sacrificia, tamen parare illa, & ducere ad tẽplum, & offerre ipsis Sacerdotibus non pertinebat ad Sacerdotes, sed ad ministros inferiores, scilicet, K
ad Leuitas. Et quia occupationes istę erant multæ plusquam in alijs officijs Leuitarum, assignati fuerant vigintiquatuor millia Leuitarum pro ista ministratione, & in alijs officijs erant pauciores, scilicet, de cantoribus, ianitoribus, prępositis, & iudicibus: sic etiam in Ecclesia sit. Nam Sacerdos solus conficerat in pane, & vino. Et tamen præsentare sibi panem, & vinum ad consecrandum, & portare vasa ad hoc, & lumen, & librum, & ornare altare, ad alios ministros inferiores pertinet, scilicet, ad diaconum, subdiaconum, & Acolitum, vt ait Magister quarto Sententia. distinct. vigesimaquarta. Et in Decretis distinct. vigesimaprima, cap. cleros. Et distinct. vigesimaquinta, cap. perlectis. Et quia istud ministerium Leuitarum, in quo subseruiebant Sacerdotibus non erat vnum, sed multa, non habet vnum nomen speciale, sicut ministerium ianitorum, & cantorum, sed vocatur generaliter ministerium domus Domini quàm ministerium aliorum Leuitarum, eo quòd alij non subseruiebant Sacerdotibus, sed habebant ministeria sua deter minata, vt cantores, & ianitores, & quia Sacerdotes ministrabant magis propriè in domo Domini, quàm Leuitæ, & isti Leuitę subseruiebant Sacerdotibus, dicebantur isti habere ministerium domus Domini.

De officio præpositurę. Quæst. XIII.

QVAERITVR vlterius de Leuitis, qui erant prę positi, & iudices, scilicet, quod officium erat prępositura, & quorum erant iudices isti Leuitę. Aliqui volunt, quòd prępositi differant a iudicibus, & tunc dicentur prępositi in aliquo officio speciali quod hic non nominatur, & posset dici, q isti erant thesaurarij, & vocarentur prępositi, quia pręponebantur thesauris domus Domini, & sic vocantur infra vigesimosexto.

Dicendum tamen videtur, quòd præpositi, & iudices non differebant, sed ipsi iudices vocabantur prępositi, quia pręponebantur illis, in quos exercebant iurisdictionem, & patet hoc, quia si officium præposituræ esset per se distinctum ab officio iudicum: poneretur per se summa iudicum, & per se summa præpositorum: & tamen ponitur eadem summa pro vtrisque, scilicet, sex millia virorum, quod non fit in alijs. f. in ianitoribus, & cãtoribus: ergo non distinguũtur iudices, & prępositi. De iudicibus autẽ dubitatur quorum erant iudices isti Leuitæ.

Respondendum est, quòd erant iudices Israelitarum. Pro quo considerandum est, quòd Israelitæ habebant duos modos iudicum, quidam erant iudices maiores, de quibus nõ appellabantur, & isti erant septuaginta, quorum maximus erat summus Sacerdos, & erant semper in vno loco, & vocabatur domus consilij, vel domus iudicum, & licet omnes essent iudices ad deliberandum quid deberet iudicari; in causis tamen vnus eorum sententiam proferebat, scilicet, solus summus Sacerdos, & a sententia illius non poterat appellari, & siquis repugnaret occidebatur, Deuteronom. 17. Isti duces condemnauerunt Christum ad mortem, vt ait Iosephus 18. Antiqui. Et ob hoc in passione sępe dicitur, quòd princeps Sacerdotum, & seniores faciebant aliquid contra Christum, vel loquebantur, & vocantur seniores illi septuaginta iudices, qui erant sub summo Sacerdote, & ob hoc vocabantur seniores, quia successerat septuaginta senioribus, quos Deus dedit Moysi in deserto in socios, & coadiutores quantum ad regimẽ populi, vt patet Num. 11. Et sicut Moyses erat maior omnibus illis septuaginta, ita summus Sacerdos erat maior inter istos septuaginta seniores: infra istos erant alij iudices minores per singula loca Israel, & iudicabant causas minores, appellabaturque de eis ad domum iudicij, vel consilij, scilicet, ad septuaginta seniores, & isti iudices erant oriundi de locis illis, in quibus iudicabant, & quia isti non erant tam periti in lege, dabantur cuilibet iudici duo Leuitę tamquam assessores, vt ait Iosephus 4. Antiquitat. Et erat hoc, quia Sacerdotes, & Leuitę nouerant bene legem, & non populares, sed potius ab illis quę rere debebant, vt patet Malach. secundo, scilicet. Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem exquirent de ore eius, quia Angelus Domini exercituũ est. De

De hoc etiam patet infra 26. scilicet. Isaaritis vero A
præerat Chonenias, & filij eius ad opera forinsecus super Israel, vt docerent eos atque iudicarent. Sic etiam patet sequenti lib. cap. 19. scilicet. Constituit Iosaphat in Ierusalem Leuitas, & Sacerdotes, & principes familiarum ex Israel, vt iudicium, & causam Domini iudicarent habitatoribus eius. Et sic Leuitæ erant iudices super Israel, & isti sex millia virorum Leuitarum seperati fuerant, vt distribuerentur per omnia loca Israel in iudices.

De numero ianitorum. Quæst. XIIII.

QVAERITVR vlterius de ianitoribus quomodo ponuntur quatuor millia ianitorum, B
quia videtur, quòd superfluum erat poni tãtam multitudinem ianitorum, cum vnica esset domus cuius ianuas deberẽt custodire. Respondendum est, quòd ad sciendum hoc, oportet considerare de officio ianitorum, qualiter, scilicet, erant distributi, & quæ officia habebant, & dicendum est, q ianitores non custodiebant aliam domum nisi templum Salomonis. Sciendum tamen est, quòd templũ Salomonis propriè dictum erat quædam domus habens in logitudine duplum quàm in latitudine, & erat clausa parietibus, & tecto, intra quam erat arca fœderis, & omnia vasa præter altare holocaustorum cum vasis suis, vt declaratũ est præcedenti cap. in quadam quęstione, & istud templum habebat vnicam C
ianuam exteriorem, quæ erat in latere orientali. Ex omnibus autem alijs lateribus clausum erat: istam ianuam non custodiebant Leuitæ, qui vocantur hic ianitores, sed Sacerdotes, eo quòd intra templum nullus Leuitarum introibat, sed soli Sacerdotes, & ipsi custodiebant ipsam ianuam, erat autem in circuitu templi quidam murus magnę capacitatis, ambiens totum templum in circuitu, & intra illum murum, & templum caperetur multitudo hominum innumerabilis, & illud spacium vocabatur atrium templi. Erat autem illud spacium ad hoc, quòd Israelitæ venientes ad orationem manerent ibi. Nam nemo introibat in templum, quia non solum eis, sed etiam nec Leuitis licebat intrroire illuc. Istud atrium habebat in circuitu suo quatuor portas ad quatuor ven- D
tos, scilicet, ad Orientem, Occidentem, Aquilonem, & Meridiem. Et in istis erant ianitores custodientes, officium autem eorum erat, quòd custodirent ne quis accederet ad locum indebitum, vel si aliquis esset immundus non permitterent eum intrare ad locum, in quo erant mundi. Item siquis impediebat orationem, vel diuina officia expellebatur ab eis, & ad istos pertinebat eijcere animalia bruta, ne introirent in Sanctuarium habebant etiam ianitores aliud officium, quia intra atrium templi in circuitu parietum templi, erant quædam domus paruæ, quæ vocabantur exedræ, & illas custodiebant ianitores. De istis etiam accipiebantur thesaurarij: nam templum habebat thesauros multos in auro, & argento, & vasis preciosis, & vestibus Sacerdotalibus atque Leuiticis. Et custodiebantur omnia hæc in exedris sub manu Leuitarum, qui erant ianitores. Considerandum etiam, quòd isti ianitores non erant semper simul omnes actualiter custodiendo templum, & thesauros eius, sed aliquibus eorum commissa erat cura thesaurorum. Et isti diuidebantur per sortes, & quędam sors custodiebat vno tempore, & alia alio tempore. Alij autem, qui erant ianitores diuisi erant per quatuor sortes propter quatuor portas, quæ erant in atrio templi, & quælibet sors illarum diuidebatur per alias sortes minores, & vna pars custodiebat vno tempore, & alia alio, ita quòd semper erant aliqui custodientes, & aliqui quiescentes. Sciendum autem, quòd isti, qui non custodiebant, ibant ad ciuitates, in quibus morabantur, & ibi manebant illo tempore, quo non ministrabant, & cum aduenisset tempus ministerij ipsorum, veniebant in Ierusalem, & ministrabant, de quo magis declarabitur sequenti quæstione. De modo istorum ianitorum patet supra nono, cum dicitur. Per quatuor ventos erant ostiarij, ideſt, ad Orientem, & ad Occidentem, ad Aqilonem, & ad Austrum. Sed obijcietur, quia ibi dicitur, quòd omnes hi electi erant in ostiarios per portas ducentos, & duodecim. Dicendum, quòd istę erant portæ exedrarum, portæ tamen atrij, quæ erant exteriores, quatuor erant, scilicet, ad quatuor ventos cęli: patet etiam de hoc infra vegesimosexto vbi dicitur, quòd Leuitæ ianitores fecerunt inter se quatuor sortes ad custodiendum in quatuor portis, & erant pauci Leuitæ, scilicet, ad Orientem erant sex Leuitæ, & ad alias portas erant quatuor, & hoc erat per diem, per noctem autem plures erant, sed de his magis declarabitur ibidem.

De ministrationibus Secerdotum. Quæst. XV.

QVAERITVR vlterius circa habitudinem Sacerdotum, & Leuitarum in ministrationibus suis, scilicet, cum quidam eorum ministrabant quid faciebant alij, vtpote de Sacerdotibus, qui erant diuisi in quadra ginta quatuor sortes, & vna sors ministrabat vno tempore, & alia alio, & nunquam duæ sorres simul ministrabant, sic etiam Leuitę cantores diuisi erant per totidem sortes infra vigesimoquinto. Et nunquam simul ministrabant duę sortes. Dicendum est, quòd Sacerdotes, & Leuitæ non habitabant omnes in Ierusalem, vbi erat Sãctuarium, sed habebant quadraginta octo ciuitates in quibus habitabant, erant dispersi per totam terram Israel per singulas tribus: Numer. trigesimoquinto, & Iosue vigesimoprimo. Et quando Leuitæ, vel Sacerdotes ministraturi erant, veniebant in Ierusalem, & manebant ibi toto tempore ministrationis, in quibusdam domibus, quæ vocãtur exedræ, & erant intra ambitum atrij, scilicet, inter atrium, & templum. Ministrabat autem quælibet sors Sacerdotum, vel Leuitarum per vnam hebdomadam, qua finita alia sors sequens veniebat ad ministrandum, & illi, qui ministrauerant præcedenti hebdomada, redibant in vrbes suas, & manebant ibi quandiu non ministrabant. Istud colligitur quarto Regũ 11. scilicet. Tertia pars vestrum introeat sabbatho, & obseruet excubias domus regis. Et iterum dicitur. Assumẽtes singuli viros suos, qui ingrediebantur sabbathum cũ his, qui egrediebantur ex sabbatho. Ideſt, quædam pars Sacerdotum, & Leuitarum veniebat ad ministrandum die E
sabbathi, & alia pars cessabat ministrare die sabbathi. Sic etiam dicitur sequenti lib. capit. vigesimosecundo, scilicet. Tertia pars vestrum, qui veniunt ad sabbatum Sacerdotum, & Leuitarum, & ianitorum erit in portis. Idem patet supra nono, & magis clarè, scilicet. Fratres eorum in viculis morabantur, & veniebant in sabbathis suis de tempore ad tempus. Post quam autem aliqui cessabant ministrare, ibant in terram suam, & manebant in vrbibus, si tamen aliquis Leuitarum, vel Sacerdotum vellet semper manere in ciuitate, in qua erat Sanctuarium, vt semper ministraret per sortem, dabatur ei pars prouentuum, scilicet, de his, quæ proueniebant alijs Sacerdotibus, & Leuitis ministrantibus, vt patet Deute. 18. Et iste modus

Universidad de Deusto
Biblioteca

dus erat se habendi Leuitarum, & Sacerdotum tem- F
poribus, quibus non ministrabant.

De multitudine cantorum. Quæst. XVI.

QVAERITVR vlterius circa cantores, de quibus hic dicitur, quomodo erant tot cantores, scilicet, quatuor millia in domo Domini. Respondendum, quòd erant quatuor millia cantorum, qui non ministrabant in eodem tempore, sed erant distincti per vigintiquatuor sortes, infra 25. & quelibet sors ministrabat vna hebdomada, sicut supra dicebatur de ianitoribus, & alijs Leuitis, & Sacerdotibus, & finita ministratione redibat ista sors in terram suam, & succedebat alia, & sic per oēs vigintiquatuor sortes, & tunc prima sors redibat ad ministrandum. Officium istorum cantorum erat, quòd quidam cantarent in voce, & alij cum organis musicis, & illi, qui canebant in organis musicis, erant distincti, quia quidam canebant in quibusdam organis, & alij in alijs, sicut dicitur supra 15. Quòd Heman, & Asaph in cymbalis concrepabant, & Zacharias, & Oziel in nablis arcana cantabant. Et isti Leuitæ cantabant quotidie in mane, & in vespere, scilicet, tempore, quo ficbant sacrificia, scilicet, quia offerebatur sacrificium matutinum in aurora, & vespertinum in sero, & illo tempo re cantabant Leuitæ, vt solennius fieret sacrificium, etiam in Sabbathis, & kalendis, & alijs festiuitatibus cantabant solennius, de hoc infra in litera. Et habebant isti Leuitæ organa, quæ fecerat eis Dauid, in quibus cantabant, vt patet supra in litera. Nam Dauid erat sapiens nimis in canticis, & ordinauerat multa cantica, quæ dicerent Leuitæ, & dederat eis instrumenta, in quibus cantarent.

Et distribuit eos Dauid per vices filiorum Leui, Gerson videlicet, & Caath, & Merari. Filij Gerson, Leedam, & Semei. Filii Leedā principes Iahiel, & Zetham, & Ioel, tres. Filij Semei. Salomit, Osihel, & Aram, tres: isti principes familiarum Leedam. Porro filij Semei. Lehet, & Ziza, & Iaus, & Baria, isti filij Semei quatuor. Erat autem Leheth prior. Ziza secundus. Porro Iaus, & Baria non habuerunt plurimos filios, & iccirco in vna familia vna que domo computati sunt. Filij Caath: Amram, & Isaar, Hebron, et Oziel quatuor. Filij Amram: Aaron, et Moyses. Separatusque est Aaron, vt ministraret in Sancto sanctorum, ipse, et filij eius in sempiternum, et adoleret incensum Domino secundum ritum suum, ac beneciceret nomini K
eius in perpetuum. Moysi quoque hominis Dei filij annumerati sunt in tribu Leui. Filij Moysi, Gerson, et Eliezer: filij Gerson. Subuel primus. Fuerunt autem filij Eliezer Rohobia primus, et non erant Eliezer filij alij. Porro filij Rohobia multiplicati sunt nimis. Filij Isaar Salomith primus. Filij Hebron, Ieriau primus, Amarias secundus, Iaziel tertius, Iecmaam quartus. Filij Ozihel. Micha primus, Iesia secundus. Filij Merari Moholi, et Musi. Filij Moholi Eleazar, et Cis. Mortuus est autem Eleazar, et non habuit filios, sed filias, acceperuntque eas filij Cis fra tres earū. Filij Musi. Moholi, et Eder, et Ierimuth tres. Hi filij Leui in cognationibus, & familijs suis principes per vices, & numerum capitum singulorum, qui faciebant opera ministerij domus Domini a viginti annis, et supra. G

Et distribuit eos Dauid per vices filiorum Leui. Idest omnes suprapositos, scilicet, triginta octo millia virorū, distinxit Dauid per vices filiorum Leui, idest, per officia Leuitica, quia omnibus istis dedit officia, sicut supra habetur.

Gerson, videlicet, & Caath, & Merari. Isti sunt tres filij Leui, & sunt principes trium familiarū Leuiticarum, & dicitur, quòd omnes isti suprapositi diuisi fuerunt per vices, ideſt, per familias filiorum Leui, scilicet, per tres familias nominata a tribus filijs Leui, fuit facta diuisio Leuitarum. Prima enim diuisio Leuitarum est per tres familias, & deinde quælibet illarum diuiditur per alias minores familias, sicut infra dicetur. *Ex Gerson, Leedam, & Semei.* Gerson fuit princeps vnius familię, & filij eius fuerunt Leedam, & Semei, & isti fuerunt prepositi super thesauros templi infra 26. Iste Leedam vocatur alio nomine Lobni, vnde Num. 3. dicitur, quòd habuit Gerson duos filios, scilicet, Lobni, & Semei, a quibus descenderunt duæ familiæ, scilicet, Lobnitica, & Semeitica. Iste Semei non est ille, qui maledixit Dauid, quando fugiebat a facie Absalonis 2. Reg. 16. quia ille erat de tribu Beniamin, vt ibi declaratum est. Iste autem erat de tribu Leui: etiam iste fuit multo tempore ante illum, quia iste fuit nepos Leui, & sic mortuus est in Aegypto, ille autem fuit tempore Dauid, cum maledixerit ei, & postea occisus est per Salomonem 3. Reg. 2. I

Filij Leedam principes Iehiel, & Letha, & Ioel, tres. Continuatur hic progenies: nam Leedam habuit tres filios, qui nominantur hic, & fuerunt principes, & nominantur alio modo infra 26. Possunt autem vocari isti principes, scilicet, familiarum particularium, vel principes thesaurorum. Nam isti fuerunt de thesaurarijs templi, vt patet infra 26. Et etiam fuerunt principes familiarum particularium sub familia Gerson, sic dicitur ibi, scilicet, de Leedam principem familiarum, Leedam, Gerson, Iahiel, & mutantur nomina istorum, quia illi, qui vocantur hic Ioel, & Zetam: vocantur ibi Ierson, & Ledan. Nec est hoc mirum, quia multi viri sunt binomij, & trinomij, & qui vocatur hic Iahiel, vocatur ibi Iehiel per additionem literę, eo quòd in nominibus Hebræis sæpe fit additio, & subtractio literarum, sicut declaratum est supra 21. in quadam quæstione. Iste Ioel non est Ioel Prophe- H
ta, quia ille fuit filius Phanuel, vt patet Ioelis primo etiam iste fuit multo tempore ante illum, quia ille fuit tempore regis Oziæ, vt probatum est quarto Re. 15. & iste fuit, quando Israelitæ erant in Aegypto, vel paulo post exitum.

Filij Semei. Continuauit Scriptura narrationem progeniei Gerson per Leedam filium eius: hic ponitur progenies per alterum filium, scilicet, Semei.

Salomith, & Oziel, & Aram tres. Isti tres fuerunt filij Semei. Salomith aliquando est nomen viri, sicut hic, & ali-

& aliquando nomen fœminę, sicut habetur Leui. 24. A
Nā Salomith erat mater illius viri, qui blasphemauit nomē Domini in deserto, & lapidatus est. Iste Oziel non est ille, a quo nominatur familia Ozielitarum Num. 3. quia ille fuit de familia Caath. Et iste est de familia Gerson. Iste Aram non est ille, de quo habetur Mat. primo, & est in genelogia Saluatoris. Nam ille est de tribu Iuda, & iste est de tribu Leui.

Isti principes familiarum Leedam. Ideſt omnes suprapositi sunt principes familiarum descendentium a Leedam, & in hoc est dubium, quomodo istę sint familiæ Leedam, quia videntur esse familię Semei, quidam earum tenent, quòd non sint omnes familiæ Leedam. Sed quid in hoc sit verum, dicetur infra in quadam quæstione. B

Porro filij Semei Leheth, & Ziza, & Iaus, & Baria. Iste Semei est filius Gerson, & non ille, qui supra ponitur licet quidam contrarium putent. Ideo positis principibus familiarum descendentium a Leedam, ponuntur hic familiæ descendentes a Semei, & ponuntur quatuor filij Semei, qui putantur nominasse quatuor familias, & de istis tangitur infra 26.

Isti filij Semei quatuor. Scilicet, fuerunt filij eius immediati, & non descendētes ab eo per successionem, scilicet, filij, & nepotes. *Erat autem Leheth prior, & Ziza secundus.* Hic ponitur ordo natiuitatis istorum: fuerant enim isti principes duarum familiarum.

Porro Iaus, & Baria non habuerunt plurimos filios. Isti sunt alij duo filij Semei, & primi duo, scilicet, Leheth, C
& Ziza habuerunt multos filios, & quilibet eorum nominauit vnam familiam, sed Iaus, & Baria habuerunt paucos filios. *Et iccirco in vna familia vna que domo computati sunt.* Scilicet, si habuissent multos filios, scilicet, quilibet eorum nominasset vnam familiam, quia tamen erant pauci non potuerunt nominare duas familias, sed ambo nominauerunt vnam. Et dicitur in vna familia, & in vna domo, quia pro eodem accipiūtur hic. Ista tria sunt nomina progenierum, scilicet, tribus familia, & domus. Tribus est quędam congregatio magna multorum descendentium ex eodem capite, & sic duodecim filij Iacob ponuntur duodecim capita tribuum, & multitudo descendens a quolibet eorum vocatur tribus. Deinde diuiditur tribus per familias. Nam ille a quo denominabatur aliqua tribus habebat filios, & a quolibet illorum poterat nominari vna familia, vnde familiæ sunt cognationes magis particulares sub eadem tribu, quælibet enim tribus habet duas, vel tres familias aut plures, quæ autem istæ sint, patet Num. 26. Vbi ponuntur nomina omnes, & sub quibus tribubus sint. Deinde sunt aliæ cognationes magis particulares, quæ vocantur domus, & quælibet familia habet multas domos, quę sunt cognationes maximè particulares, & iam post illas non sunt aliæ cognationes, & sic quando diuidebatur totus Israel, primo diuidebatur per duodecim tribus, deinde quælibet tribus per familias suas, & postea familia quælibet per domos, & quælibet domus E
per viros, & ibi erat status. Sic patet Iosue 7. vbi Deus iussit, quòd inquireretur, qui furatus fuerat de anathemate, & applicatæ sunt omnes tribus Israel, & inuenta est tribus Iuda peccasse, & illa diuisa est per familias, & inuenta est familia Zare, & illa diuisa est per domos, & inuenta est domus Zabdi, & illa diuisa est per viros, & inuentus est Achor. Hic autem accipitur familia non pro ipsa familia, quæ subijcitur immediatè tribui, sed pro alia magis particulari, & illa iam est domus. Nam familia propriè dicta erat hic familia Gerson, eo quòd ipse erat filius Leui, a quo nominabatur tribus, filij ergo Gerson non poterant iam nominare alias familias, sed domos, & ideo familia, & D
domus idem est hic, & ob hoc litera posuit vtrūque pro eodem.

Filij Caath: Amram, Isaar, Hebron & Oziel quatuor. Posita fuit supra deriuatio familiæ Gersonitarum, hic ponitur deriuatio familiæ Chaathitarum. Nam Caath fuit vnus de filijs Leui, & ista est familia nobilior, eo quòd de ea nati sunt Leuitæ Sacerdotes, vt infra declarabitur, & ponuntur quatuor filij Caath, a quibus nominatę sunt quatuor familiæ particulares, scilicet, Amramitæ, Ozielitæ, Hebronitę, & Isaaritæ: Num. 3. Aliqui libri habent hic Chebron, vbi dicimus Hebron, & istud procedit ex conditione Græci idiomatis, quia vbi nos ponimus literam, h, pronuntiant ipsi literam Chi, & illa durius sonat, Ideo dicitur Chebron, & non Hebron. Sic etiam dicitur Aram, siue Haram pro Syria sępe in sacra Scriptura, vt patet Genes. 11. & tamen in Greco scribitur Charan, & sic scribitur Actuum 7. quia ille liber translatus fuit de Greco, & seruata fuit in latino conditio literarum, quæ erant in Greco.

Filij Amram, Aaron, & Moyses. Hic prosequitur Scriptura progeniē istorum quatuor filiorū Chaath, & primo ponitur progenies Amram, qui fuit primus eorum, & fuerunt duo filij Amram Moyses, & Aarō, & etiam Maria soror Moysi, vt colligitur Exo. 2. & 6. Et tamen non curauit hic Scriptura ponere Mariā, eo quòd progenies eius non erat hic computanda, quia filij nunquam nominantur de progenie matris, sed patris, eo quòd fœmina transit in familiam viri, & potuit esse, quòd acciperet Maria aliquem in virum, qui non esset de Leuitis, & progenie sua, & non pertineret ad tribum Leui, sed ad aliam, de qua esset vir suus, & ponitur Aaron ante Moysen, quia Aaron erat trium annorum quando natus est Moyses, vt colligitur Exo. 7. & Num. 33. Nam Moyses erat annorum octoginta in anno, quo exierunt Israelitæ de Aegypto, & Aaron erat octoginta, & trium, & ambo mortui sunt eodem anno, scilicet, anno quadragesimo ab exitu de Aegypto, & erat tunc Aaron centum viginti trium annorum Num. 33. Et Moyses erat annorum centum, & viginti Deuteronom. 34. etiam ponitur Aaron ante Moysen, quia de Aaron descenderunt omnes Sacerdotes, & ipse fuit summus Sacerdos. De Moyse autem descenderunt aliqui Leuitæ. vt patet infra in litera.

Separatus est Aaron, vt ministraret in Sancta sanctorum. Istud ponitur hic ad significandū distinctionem officij Moysi, & Aaron. Nam cum isti essent fratres, debebant habere eandem ministrationem, sicut fit in alijs familijs, & tamen Aaron separatus fuit ad hoc, vt haberet ministerū Sacerdotale: Moyses autem, & filij sui habuerunt solum ministerium Leuiticum, quod erat minoris gradus, & ponitur hic, vt ministraret in Sancta sanctorum, ideſt, in Sanctuario, quod erat valde Sanctum. Nam non accipitur Sancta sanctorum pro illa domo secretissima tabernaculi, in qua erat arca fœderis. Nam tunc non diceretur, quòd ministrabunt ibi Aaron, & filij eius: nam solus summus Sacerdos introibat in Sancta sanctorum quando erat dies propitiationis semel in anno, & alias nunquam, vt patet Leui decimosexto, & ad Hebrę nono. Filij autem Aaron, qui erant minores Sacerdotes non introibant in Sancta sanctorum. Et tamen hic dicitur, quòd ministrabant. Ibi ergo non accipitur pro illa domo, sed pro Sanctuario generaliter. Item patet, quia dicitur, vt ministraret in Sancta sanctorum. Et tamen accipiendo Sancta sanctorum pro illa domo non erat ibi aliqua ministratio. Nam nunquam introibat quisquam illuc, nisi semel in anno ipse summus Sacerdos, & tunc nō ministrabat,

sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed solum introibat ad orandum pro populo ferens F
sanguinem,& prunas: Leui.decimoiexto, & ad Hebræ,nono,ergo accipitur pro reliquo Sanctuario,in quo ministratio erat Sacerdotum.

Ipsi,& filij eius in sempiternum. Idest data est eis ista ministrario, vt in æternum duraret. Nam nunquam fuit mutata de progenie Aaron ad aliam progeniem, sed quandiu mansit status Iudaicus, tandiu ministrauerunt Aaron,& filij sui,& hoc facit ministrationem esse sempiternam.

Et adoleret incensum Domino secundum ritum suum. Istud erat aliud ministerium Aaron, & filiorum suorum, scilicet,adolere incensum,idest,cremare. Nam quotidie vnus de Sacerdotibus cremabat bis incensum super altare thymiamatum mane,& vespere: Exo.30. G
Et pertinebat hoc tam ad Sacerdotem magnum, quàm ad minores, & dicitur secundum ritum suum, idest, secundum ritum sibi traditum ad faciendum hoc,quia in hoc erant datæ cęremoniæ in lege, & in cęteris Sacerdotalibus officijs, quas obseruabant Sacerdotes quando ministrabant.

Et benediceret nomini eius in perpetuum. Scilicet,in officijs Sacerdotalibus,quæ faciebant Aaron, & filij sui benedicebant Deo,quia ista erant officia sacra, vel dicitur,quòd benedicebant nomini Domini, idest, benedicebant populo in nomine Domini. Nam Deus iusserat,quòd Sacerdotes benedicerent populo,& dederat eis formam ad benedicendum, quæ habetur Nume.sexto,scilicet. Sic benedicetis filijs Israel, & H
dicetis eis.Benedicat tibi Dominus, & custodiat te: ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui: conuertat Dominus vultum suum ad te,& det tibi pacem. & sequitur. Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Et dicitur, quòd ista benedictio debebat esse in perpetuũ, idest, quòd Aaron,& filij sui semper haberent istud officiũ benedicendi,quia erat Sacerdotale,& ministratio Sacerdotalis nunquam fuit tradita alteri familiæ, sed mansit semper in filijs Aaron.

Moysi quoque hominis Dei filij annumerati sunt in tribu Leui. Idest filij Moysi non habuerunt aliquam aliam dignitatem, nisi quòd numerati sunt inter Leuitas,& in hoc non habebant aliquam super alios Leuitas dignitatem,& dicitur hoc,quia cũ Moyses fuerit Propheta maximus,& princeps populi,& ipse ordinauerit omnia ministeria Sacerdotalia, & Leuitica,videtur quòd ipse, & filij sui deberent habere aliquam maiorem dignitatem quàm cęteri, & dicitur,quòd non habuerunt aliquid super cęteros, sed solum fuerunt computati in tribu Leui.& vocatur Moyses homo Dei, quia specialiter fuit Deo deditus, & Deus erat sibi valde familiaris: ideo loquebatur ei omnia, quæ dicere debebat filijs Israel, & quandocunque Moyses vellet interrogare Deum super aliquo dubio, introibat in Sancta sanctorum, & audiebat ibi vocem Domini loquentis ad se de propitiatorio super arcam inter duos Cherubim: Num.7.

Filij Moysi. Describitur hic progenies Moysi, & K
omittitur progenies Aaron, quia ab illo deriuata est progenies Sacerdotalis, & illa describitur sequenti c. & ibi diuiditur per officia sua. *Gerson,& Eliezer.* Nõ est iste Gerson filius Leui cuius progenies supra ponitur,sed Gerson filius Moysi. istum habuit Moyses de Sephora filia sacerdotis Madian, & vocauit eum Gerson, quod interpretatur peregrinus, vel aduena, quia quando eum genuit erat peregrinus, fugerat enim de Aegypto, in quo natus fuerat,a facie Pharaonis,& manebat in terra Madian, custodiens omnes oues Iethro Sacerdotis, & ibi genuit istum filiũ: Exodi secundo.

Et Eliezer. Iste est secundus filius Moysi, & non legitur habuisse alios, & quando Moyses de terra Madian redibat in Aegyptũ mandato Domini, erat incircũcisus Eliezer,& propter hoc Angelus Domini voluit occidere Moysen, quod videns Sephora vxor eius tulit lapidem acutissimum, & scidit præputium filij sui: Exod.quarto.

Filij Gerson, Subuel primus. Ponitur derivatio progeniei istorum filiorum Moysi, & filius Gerson fuit Subuel,& dicitur,quòd fuit primus, quia licet hic nõ ponantur alij filij Gerson,tamen alios habuit, & non nominauit aliquis familiam nisi iste primus, ideo alij subticentur. Ne tamen putaretur, quòd nullos alios habuisset Gerson,dicitur quòd fuit Subuel primus,& de isto dicitur,quòd fuit præpositus thesauri,vt patet infra 26.f. Subuel filius Gerson filij Moysi præpositus thesauri. An vero iste Subuel fuerit nepos Moysi, vel magis distans ab eo per lineam descendentium declarabitur. j.26. *Fuerunt autem filij Eliezer Roboia primus.* Idest primogenitus, & non dicitur hic primus tanquam habuerit alios filios, quia nullum habuit, vt dicitur hic,sed etiam hoc existente,iste erat primo genitus,& nominauit familiam.

Et non erant Eliezer filij alij. Scilicet,non habuit Eliezer alios filios.Ideo sub eo non fuit nisi vna familia, vel domus. *Porro filij Roboia multiplicati sunt nimis.* Licet habuerit vnicum filium.f.Roboia: tamen iste genuit multos,& sic familia Eliezer fuit magna valde.

Filij Isaar Salomith primus. Hic omittitur progenies Amram,qui erat primus Caath, & transit Scriptura ad numerandum familiam descendentem ab Isaar, qui fuit secundus filius Caath, vt patet.S.habuit etiã Isaar filios multos,sed nõ nominantur hic nisi vnus.f. Salomith,& causa est, quia fortè iste solus nominauit familiam, & non est iste Salomith,de quo habetur 8.& putant aliqui,quòd iste Salomith sit Chore. Nã Chore fuit filius Isaar: Nu.16. Et istud est satis rationabile,quia filij Chore nominantur valde inter Leuitas, vt patet. j.26.f.diuisiones ianitorũ & de Choritis etiã nominantur inter facientes Psalmos.Ideo verisimile est, quòd nominaretur pater eorum,ne familia sua esset incognita,& tamen constat Choritas esse filios Isaar. Ideo videtur,quòd Chore sit Salomith,per quẽ I
deriuata est hic familia Isaar. Et vocatur Salomith primus,quia ipse fuit primogenitus Isaar,& dato, quòd multos alios filios haberet, non nominauit alius familiam nisi iste, *Filij Hebron,Ierian primus.* Hic ponitur progenies tertij filij Caath.f.Hebron, & aliquãdo est Hebron nomen viri,& aliquãdo nomen loci,hic accipitur pro viro,& tamen interdum est nomen loci.f.ciuitatis,in qua regnauit Dauid septem annis, & dimidio 2.Reg.5. Et est in sorte Iudæ: Iosue 15.

Amarias secundus. Non est iste Amarias,qui ponitur supra 6.quia ille fuit de progenie summorum Sacerdotum. iste autem fuit de progenie Leuitarum.

Iaziel tertius Ieemaam quartus. Quatuor fuerunt filij Hebron,& a quolibet nominata est vna familia. Ideo ponuntur hic omnes quatuor. *Filij Oziel Micha primus, & Iesias secundus.* Iste Oziel est quartus filius Caath,vt patet supra, & habuit duos filios,a quibus nominatæ sunt duæ domus,vel familiæ particulares. Iste Micha non est ille, de quo habetur 2.Reg.9 quia ille erat filius Miphiboseth,& nepos Ionathæ filij Saulis, & sic erat de progenie Beniamin. Iste autem erat de progenie Leuitarum. *Filij Merari:Moholi, & Musi.* Hic ponitur tertia familia principalis Leuitarum.f.Meraritarum. Nam Merari fuit tertius filius Leui, vt patet supra,& fuerunt suprapositæ aliæ duæ familiæ,scilicet,Gersonitarum,& Caathitarum, hic autem ponitur tertia. Et habuit Merari duos filios, scilicet, Moholi,

Moholi,& Musi,a quibus deriuatæ sunt duę familiæ A
particulares,scilicet,Moholitarum, & Musitarum,vt patet Num.3.

Filij Moholi Eleazar,& Cis. Nominantur etiam filij Moholi,quia ab eo descenderunt duæ familiæ particulares nominatæ per duos filios eius, & iste Eleazar non est filius Aaron, de quo sequenti capitu. quia fuit de progenie Merari,& iste Cis non fuit pater Saulis,de quo primo Regum nono,& secundo Regum 21.quia ille fuit de stirpe Beniamin.

Mortuus est autem Eleazar,& non habuit filios sed filias. Ponitur istud ad ostendendum,quòd ab isto Eleazar non potuit iam deriuari alia familia,eo quòd non habuit filios, a quibus diriuaretur, & per quos continuaretur.

Acceperunt que eas filij Cis fratres earum. Scilicet, acceperunt eas in vxores,quia inter Hebræos illi, qui erãt de eadem tribu & familia,cõtrahebant,& potissimè, quando moriebatur aliquis sine filijs maribus, quia filiæ eius accipi debebant a cognatis suis, sicut fuit de filiabus Salphaad,quæ acceperunt maritos de cognatione sua,iubente Deo,quia pater earum non habuerat filios: Num.36. Et vocantur hic filij Cis fratres ista rum,idest,propinqui. Nam non erant fratres,sed patrueles,scilicet,filij patrui istarum puellarum.

Filij Musi, Moholi,& Eder,& Ierimuth,tres. Musi erat secundus filius Merari, & ponuntur hic tres filij eius, a quibus nominatę sunt tres familiæ, & primus est Moholi,sed non est iste Moholi filius Merari,quia ille est patruus istius,scilicet,frater patris sui Musi, scilicet.Ierimuth,aliquando est nomen vrbis, & aliquando nomen viri,hic accipitur pro viro, & Iosue ponitur pro vrbe. Nam de illa erat vnus de quinque regibus,quos occidit Iosue in die, qua stetit Sol, vt patet ibidem.

Ili filij Leui in cognationibus suis,& familijs suis. Refertur ad omnia præcedentia,scilicet,quòd omnes supra nominati fuerunt principes familiarum,& cognatio num in tribu Leui.Cognatio est nomen generale ad tribum, familiam & domum, familia autem est nomen speciale cognationis, scilicet, quia est cognatio minor quàm tribus, & ponitur hic cognatio pro domo,scilicet,quòd omnes isti supra positi erant principes familiarum,& cognationum, scilicet, quia aliqui eorum erant principes familiarum, aliqui principes domorum, quę erant minores,quàm familię.

Principes per vices,& numerum capitum singulorum. Idest omnes isti erant principes per vices, idest per sortes,vel per familias, sic accipitur supra in litera,scilicet,& distribuit eos per vices filiorum Leui, Gerson, Caath,& Merari,idest,distribuit eos per familias Gerson,& Caath,& Merari,quia istæ sunt tres familię Leuitarum,dicitur etiam, quòd erant principes per numerum capitum singulorum, scilicet, sub quolibet istorum erat certus numerus capitum,idest,virorum, ga quælibet familia,vel domus cõtinet aliquos viros.

Qui faciebant opera ministerij domus Domini. Scilicet, E
isti supra nominati erãt principes omnium illorum, qui faciebant opera ministerij,idest, quorumcunque erat ministrationem habebant in domo Domini, sine essent cantores,siue ianitores,iudices, & thesaurarij,& in quacunque alia ministratione. Nam omnes includebantur sub principibus istis,eo quòd non erãt alię familiæ, vel cognationes in tribu Leui nisi istę supra assignatæ.

A viginti annis,& supra. Scilicet,omnes isti Leuitæ computabantur a viginti annis,& supra, quia ante viginti annos non ministrabant nec transibant ad numerum.

De diuisionibus Leuitarum. Quæst. XVII.

QVAERITVR circa prædicta de diuisionibus istorum Leuitarum. Et dicendum est, quòd Leuitę sunt sub vna tribu, eo quòd Leui nominauit vnam tribum,cum esset filius Iacob, sicut quilibet de alijs filijs eius, quãquàm Leuitę non acceperũt hereditatem, sicut aliæ tribus, & ideo interdum non computantur Leuitæ tanquã vna de duodecim tribubus Israel,de quo declaratũ est supra 12.in quadam quæstione. Habuit autem Leui tres filios,scilicet,Gerson, Caath,& Merari, a quibus nominatę sunt tres familiæ principales Leuitarum. Gerson autem habuit filios duos,scilicet, Semei, & B
Lobni,& ab istis nominatæ sunt aliæ duæ minores familiæ,scilicet,Lobnitica,& Semeithica: Nume.3. Et vnus istorum.f.Lobni vocatur hic Leedam, vt supra declaratum est. Ab istis deriuatę fuerunt postea aliæ magis particulares,vt patet hic in litera. Et tamen de istis pauca mentio fit in Scriptura. Secũdus filius erat Merari,a quo nominata est familia Meraritarum, & habuit iste duos filios,scilicet,Moholi,& Musi, a quibus nominantur duæ familię,scilicet,Moholitica, & Musitica: Numeri tertio. Alius filius erat Caath, & iste habuit quatuor filios,scilicet, Amram, Isaar, Hebron, & Oziel, a quibus nominatę sunt quatuor familiæ particulares sub familia Caathitarum.habuit autem Amram primus istorum duos filios, scilicet, Aaron,& Moysen.Aaron enim non mansit in ministerio Leuitico, sed separauit eum Deus, & omnes filios suos,vt ministrarent in officio Sacerdotali. Ideo Aaronitæ non computantur inter Leuitas. Mansit autem Moyses filius Amram in gradu Leuitico, quia non habuerunt filij sui aliam dignitatem, nisi quòd essent Leuitæ, sicut dicitur in litera, scilicet, Moysi quoque hominis Dei filij annumerati sunt inter filios Leui,& sic soli filij Moysi vocantur de familia Amramitarum. Alij tres filij Caath, scilicet, Isaar, Hebron, & Oziel nominauerunt tres familias particulares,scilicet, Isaaritarum,Hebronitarum,& Ozielitarum,& sic istæ quatuor familiæ particulares includebantur sub familia Caathitarum,sic dicitur Nume.3. familia Caath habebat sub se populos Amramitas, Hebronitas,Isaaritas,& Ozielitas: isto modo diuidebatur tota tribus Leui.

Quare tam pauci hic nominantur de filijs Leui.
Quæst. XVIII.

QVAERITVR vlterius de istis,qui nominantur hic de filijs Leui, quomodo tam pauci nominantur. Nam incipit Scriptura continuare progeniem alicuius,& omittit illam,sicut patet supra in multis,nec potest dici, quòd non nominantur plures,quia non fuerunt plures descendentes de Leui, quia hic ponitur, quòd erant triginta octo millia Leuitarum,& tamen hic non computantur per enarrationem progeniei ipsorum nisi pauci, qui non accedunt ad quinquaginta. Aliquis dicet, quòd ponuntur isti soli, quia isti erant viri excellentes temporibus, quibus factę sunt istę diuisiones Leuitarum, & non curauit Scriptura de alijs.

Sed dicendum, quòd non stat, quia isti, qui ponuntur hic, non fuerunt tempore istarum diuisionum, eo quòd istę diuisiones factę sunt tempore Dauid, & tamen nullus istorum poterat esse tempore Dauid, quia hic computantur descendentes a Leui per diuersos filios suos, & ad plus nunquam computatur nisi vsque ad quatuor, vel quinque generationes a Leui: nullus tamen istorum poterat esse tunc,

quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia quatuor, vel quinque generationes durarent F ad plus per annos quadringentos, & tamen a Leui vsque ad Dauid fuerunt plures quàm septingenti anni, quod pater, quia ab exitu de Aegypto vsque ad fundationem templi Salomonis fuerunt anni quadringenti, & octoginta tertio Regum sexto, & ab introitu in Aegyptum vsque ad exitum fuerunt anni ducenti, & quindecim, vt probatum est Genes. decimoquinto. Et antequam intraret Leui in Aegyptum erat annorum quadraginta, vel quasi, vt probatum est Genes. quadragesimosexto. Et isti anni simul sumpti efficiunt annos septingentos, & triginta, & quinque: de quibus debent subtrahi quatuor anni, qui transierant fere de regno Salomonis, quando fundatum est tem lum tertio Regum octauo. Nam in vltimo anno regni Dauid facta est illa computatio; manebunt ergo G anni septingenti, & triginta vnus a natiuitate Leui vsque ad istam distributionem Leuitarum, & ideo in tanto tempore fluerēt plures quàm septem, vel octo generationes, & tamen incipiendo a Leui non peruenitur hic ad plus nisi ad quatuor, vel quinque generationes, ergo non potuit esse aliquis istorum tempore Dauid. Sed dicendum est, quòd isti nominantur hic, & non alij, eo quòd ipsi fuerunt principes familiarum, & domorum in tribu Leui, & nulli alij, & quia familiæ, & domus nominantur ab illis qui, sunt primi in cognatione aliqua, solum nominatæ fuerunt hic familiæ, & domus a filijs, & nepotibus, & pronepotibus Leui, & sic quot viri nominantur hic, tot H fuerunt familiæ, & domus descendentium a Leui. Patet hoc supra in litera, quia numeratis omnibus istis dicitur. Hi filij Leui in cognationibus suis, & familijs principes. Idest, omnes isti erant principes familiarum, & cognationum, & refertur ad omnes præcedentes, & ista est causa quare cum incipiat numerare progeniem aliquam Leuitarum, cito cessat numeratis duobus, vel tribus descendētibus, eo quòd non fuerunt plures per illam lineam qui nominarent familias, & domos. Sed cęteri descendentes includuntur sub istarum familijs, & domibus.

Si Semei fuerit filius Gerson. Quæst. XIX.

QVAERITVR vlterius quando supra dicitur filij Semei, Salomith, & Oziel: an ille Semei sit filius Gerson, vel sit de descendentibus ab eo. Aliqui putant, quòd cum Gerson habuerit duos filios, scilicet, Leedā, & Semei, & dicat illico: filij Leedā principes Iahiel, & Zethā, & Ioel tres filij Semei Salomith, & Oziel, & sic volunt, quòd Leedam, & ille Semei fuerint fratres, & postquam ponuntur tres filij Leedam, ponuntur alij filij Semei fratris sui. Sed dicendum, quòd non stat, quia cum dicitur filij Semei, Salomith, Oziel, & Aram, sequitur: isti principes familiarum Leedam: ergo videtur, quòd Semei, Salomith, Oziel, & Aram fuerint principes familiarum de stirpe Leedam. Secundo patet, quia postquam dicitur. Isti principes familiarum Leedam: sequitur K cognatio Semei, & dicit. Porro filij Semei, & Leeth, & Ziza, & Iaus, & Baria, si tamen Semei, de quo supra ponebatur esse filius Gerson & frater Leedā, non repeteretur hic, & diceretur. Porro filij Semei. Ideo tota cognatio præcedens erat Leedam, & ille Semei, de quo supra dicebatur non erat frater Leedam. Tertio patet, quia postquam dicitur, Porro filij Semei, & Leeth, Ziza, Iaus, & Baria: sequitur isti filij Semei, quatuor. Si tamen Semei, de quo supra dicitur esset idem cum isto, & esset frater Leedam, non diceretur isti filij Semei quatuor, sed diceretur, isti filij Semei septem, quia quatuor filij ponuntur istius Semei, & tres filij alterius Semei, de quo supra dicitur.

Dicendum ergo, quòd ille Semei, qui ponitur prius in litera, non fuit frater Leedam, & filius Gerson, sed ille Semei, qui postea ponitur, & ille, qui primus fuit de familia Leedam. Sed motiuum erandi est, quia non ponitur quis fuerit pater eius. Sed dicendum videtur, quòd ille Semei primus fuerit filius Ioel, eo quòd Ioel ponit immediate ante ipsum, & interdum Scriptura sic ponit nomina aliquorum, subticendo quis fuerit pater eorum, eo quòd innuit, quòd præcedens sit pater sequentis, vt declaratum est supra quarto, & quinto. Vel potest intelligi, quòd iste Semei erat idem, quòd Ioel, sed erat binomius, sicut multi alij in Scriptura, vt patet supra de Leedam, qui vocatur alio nomine Lobni, scilicet, Nume. tertio, vt declaratum est supra in litera, & sic cum litera vocasset eum prius Ioel, postea vocauit Semei.

De separatione Aaron. Quæst. XX.

QVAERITVR vlterius cum dicatur hic, quòd separatus est Aaron, vt ministraret in Sancta sanctorum, quæ separatio fuit ista, & quare separatus est Aaron potius quàm aliquis alius.

Respondendum est, quòd Deus volebat habere ministros, qui colerent eum inter filios Israel, faciendo specialiter cęremonias cultus eius: nam licet totus populus deberet eum colere, tamen quia non poterant omnes occupari faciendos cęremonias, assignari debebant aliqui, qui specialiter haberent istud efficium, & hoc facere debebant illi, qui essent magis obligati Deo, sed nullus erat inter Israelitas magis obligatus Deo, quàm primogeniti, eo quòd ipse liberauerat oēs primogenitos Israelitarū in Aegypto ab Angelo percutiēte primogenitos Aegyptiorū, & ex illo die oēs primogeniti Israelitarum pertinuerunt ad Deum specialiter, sic enim ipse dicit, scilicet. Mihi est omne primogenitum in terra Israel, ex die, qua eduxi Israel de Aegypto. Num. tertio, & octauo, & sic Deus accepturus erat in ministros suos omnes I primogenitos Israelitarum: ipse tamen habuit exolas omnes tribus Israel propter vituli fabricationem, & adorationem; quia omnes peccauerūt in illa pęcter Leuitas, quia nihil peccauerūt in ea, vel minus quàm cęteri, & eriam ipsi adiuuerunt Moysen ad punien dum deliquentes: nam cum Moyses vidisset populum peccasse dixit. Qui Domini est, iungatur mihi. Idest quicunque habet zelum Dei veniat ad me, & congregati fuerunt tunc omnes Leuitæ cum Moyse, & occiderunt de populo quasi viginti tria millia hominum, vt patet Exod. trigesimosecundo, & tunc Deus elegit tribum Leui ad ministrandum sibi, quia ipsa sola zelauit cultum Domini, & propter hoc fuerant ministri Dei de sola tribu Leui, sic patet Exod. trigesimoprimo. Cum dixit Moyses ad Leuitas post occisionem idolatrarum. Consecrastis manus vestras hodie Domino vniusquisque in filio, & fratre suo, vt detur vobis benedictio, idest, vt ipse benedicat vobis dando potestatem ministrandi sibi: Moyses quoque in benedictionibus Israelitarum Deuteron. laudat Leuitas tanquam immunes ab idolatria, & quia occiderunt idolatras, cùm dicitur. Qui dixit patri suo, & matri suæ nescio vos, & fratribus suis ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt. Elegit Deus propter hoc tribum Leui ad ministrandum sibi excludendo omnes alias, & sic iussit, quòd non computarentur Leuitæ cum alijs de populo, sed per A se tolleretur summa eorum, & ipsi soli ministrarent Nume. primo. Siquis autem accederet cum eis ad ministrandum occideretur, & tunc elegit Deus tamquam principem ministrorum suorum Aaron, & filios suos, & istis tradidit omnem curam de ministratione sibi facienda, quia tamen ipsi pauci erant, & non poterant soli sufficere ad faciendum omnium ministrationem necessariam, dedit illis Deus adiutores, & ad hoc fecit, quòd tota alia tribus Leui vltra Aaron, & filios suos traderetur in potestate Aaron, & filiorum suorum, vt ad mandatum eius ministrarent in omnibus necessarijs pro cultu Dei: Num. tertio. Primogeniti autem tenebantur facere istam ministrationem, & seruire Aaron, & filijs suis mini- B strantibus, quia cum Deus repulerat omnes tribus a ministratione sua, fecit, quòd Leuitæ reliqui adiuuarent Aaron, & filios in ministrando, & propter hoc totus populus obtulit Leuitas ipsi Aaron, & filijs suis pro seipsis, scilicet, quia ipsi tenebantur ministrare, & erant inhabiles: ideo dabant pro seipsis alios seruientes, & quia aliqui de primogenitis Israelitarū non poterunt hoc modo redimi, dederunt pro seipsis precium, scilicet, fecit Deus, quòd darentur Leuitę pro primogenitis Israelitarum, & quia plures erant primogeniti Israelitarum quàm Leuitę, fecit Deus, quòd pro illis primogenitis, qui supererant soluerentur precium, scilicet, pro quolibet quinque sicli, vt patet Nume. tertio, & dati fuerunt isti sicli Leuitis, eo C quòd ipsi ministrabant loco primogenitorum Israelitarum. Et iste fuit modus, quo tribus sola Leui ministrauit, & quòd separatus est Aaron, scilicet, quia ipse principaliter separatus est, & quòd ipsi, & filijs suis tradita fuit ministratio. Alij autem Leuitæ non fuerūt principales ministri, sed dati sunt in adiutores, & seruientes ipsi Aaron. Hic tamen accipitur segregatio Aaron aliter, scilicet, quòd segregatus est ab alijs Leuitis: nam erat Aaron de progenie Leuitarū, & videbatur, quòd deberet habere idem officium, quod reliqui, & tamen habuit ipse specialem ministrationem, quia ipse separatus est ad hoc, quòd ministraret in Sacerdotio. Reliqui autem de tribu Le- D ui ministrabant in minoribus officijs.

De ministratione Aaron. Quæst. XXI.

QVAERITVR vlterius de ministratione Aaron, & filiorum quid competebat eis. Nam dicitur, quòd ministrauit Aaron in Sancta sanctorum, & ad adolendum incensum.

Respondendū est, quòd ministrationes Sacerdotales erant multę. Prima erat introire in Sancta sanctorū ad orandū cum sanguine, & thymiama te, & non competebat hoc cuilibet Sacerdoti, sed summo Sacerdoti semel in anno in die propitiationis Leui. decimosexto, & ad Hebræ. nono, intrabant E tamen interdum minores Sacerdotes in Sancta sanctorum, scilicet, quando mouenda erāt castra de loco ad locum, & velabatur arca, vt portaretur a Leuitis, vt patet Numeri, sed tunc licebat minoribus Sacerdotibus introire, quia non apparebat tunc gloria Domini super arcam in propitiatorio, sicut alijs temporibus, vt declaratum est Numeri. Secunda ministratio erat offerre thymiama super altare thymiamatū, erat enim altare istud opertum auro intra tabernaculum infra apud Sancta sanctorum, & quotidie vnus de Sacerdotibus introibat bis ad cremandum in eo thymiama, scilicet, mane, & vespere: Exod. trigesimo. Tertia ministratio erat parare lucernas candelabri: erat enim candelabrum de auro habens septem lucernas, & erat illud intra tabernaculum ad partem Meridianam eius Exo. 26. & Aarō, vel filij sui introire debebant quotidie bis ad disponendum lucernas, vt bene arderent, & fiebat in mane, & vespere, scilicet, quando cremabatur thymiama. Ideo idem Sacerdos faciebat vtrumque: Exod. trigesimo, & istæ duæ ministrationes pertinebant tam ad Sacerdotem magnum, quàm ad minores. De apparatione lucernarū patet Exo. vigesimoseptimo: nam dixit Deus. Collocabunt lucernam Aaron, & filij eius de thymiamate. Patet ergo, quòd idem Sacerdos faciebat vtrumque: Exod. trigesimo. Et tamen Sacerdotes minores poterant incēdere, & disponere lucernas, ergo etiam ipsi poterant cremare thymiama. Quarta ministratio erat ponere panes in mensa propositionis: erat enim mensa propositionis de lignis setim operta laminis aureis. Exod. vigesimoquinto. Et erat intra tabernaculum ad latus Aquilonare eius: Exod. vigesimosexto. Et super istam erant semper duodecim panes magni in memoriam duodecim tribuum Israel, & ponebantur isti panes in sabbatho: sequenti autem sabbatho tollebantur, & ponebantur alij recentes, & sic fiebat per omnia sabbatha, vt patet Leui. vigesimoquarto. Et hoc pertinebat tam ad Aaron quàm ad filios eius, & ideo ipsi comedebant illos eod. capitu. Quinta ministratio erat immolare animalia in omni genere sacrificiorum, scilicet, holocaustis, hostijs pacificis, & pro peccato: nā nul lr licebat facere sacrificia, nisi esset Sacerdos, & istud pertinebat ad omnes Sacerdotes: nam quidam faciebant sacrificia vno tempore, & alij alio, sicut sortes eis eueniebant, vt patet sequenti capitu. Sexta ministratio erat cremare vitulam ruffam, quæ non erat in sacrificium, vt probatum est Nume. decimonono in quadam quæstione. Et tamen non licebat hoc facere nisi Sacerdoti, quia Eleazar filius Aaron faciebat istud eod. c. Septima ministratio erat iudicare de leprosis qñ erant mundi, & quando immundi, & facere circa eos ritum purificationis: nam ad solum Sacerdotē hoc pertinebat, vt patet Leui. 13. & 14. Ideo Christus dixit leprosis, qui petebant ab eo sanari. Ite ostendite vos Sacerdotibus. Lucę 17. Istę erant principales ministrationes Sacerdotum. Alię erant minus principales. s. accessorię ad istas, sicut in sacrificijs requirebantur libamenta. s. farina, vinum, oleum, & similia, & paratio istorum libamentorum pertinebat ad Sacerdotes, vt patet infra in litera, scilicet, Sacerdotes autem super panes propositionis, & ad similę sacrificium, ad lagana, & azyma, & sartaginem, & ad feruētem similam. Etiam pertinebat ad Sacerdotes conficere thymiama ex aromatibus, & oleum vnctionis, vt patet supra 9. s. Filij autē Sacerdotum vnguenta ex aromatibus conficiebant. Sic ēt erat de quibusdam alijs ministrationibus accessorijs ad præcedētes, quas soli Sacerdotes faciebant. Hic aūt ponunt in generali ministrationes istę, quia dicitur separatus est Aarō, & filij eius, vt ministrarent in Sancta sanctorum, & per ministrationem in Sancta sanctorum intelliguntur omnes ministrationes, quę erant in Sanctuario, & exprimitur in speciali ministratio illa, quæ erat in altare thymiamatis.

De differentia inter Moysen, & filios suos, & Aaron, & filios suos. Quæst. XXII.

QVAERITVR vlterius quare Moyses, & filij sui olum fuerunt positi inter Leuitas, & Aaron, & filij sui fuerunt positi in maiori ministerio. s. vt ministrarent in Sacerdotio. Nam videtur, quòd rationabilius

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionabilius erat Moysen, & filios suos exaltari, quàm F
Aaron, quia Moyses erat vir sanctus, cui Deus loquebatur, & ipse laudauit eum super oēs Israelitas, dicēs. Siquis fuerit inter vos Propheta Domini in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum, at non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: ore enim ad os loquor ei palam, & nō p ęnigmata, & figuras Dominū videt. vt patet Nu. 12. Etiam ipse Moyses non peccauit contra Dominum. Aaron autem peccauit, quia ipse fabricauit vitulum aureum ad adorandum: Exo. 32. & Deus fuit iratus nimis ꝫ Aaron, & delere voluit eum: Moyses tamen orauit pro ipso, vt non deleretur. Deut. 9.

Respondendum est, quòd non est dubium, quin Moyses potius merebat effici summus Sacerdos, & G
ꝙ filij sui essent in maiori dignitate, quàm Aaron, & filij sui. Et tamen dicet aliquis, quòd hoc factū est, qa dignitates istę debebant dari primogenitis, sicut postea succedebant primogeniti in summo Sacerdotio, & in alijs dignitatibus.

Sed dicendum, quòd istud est nimis dubium, quia oportet ad hoc præsupponi, ꝙ Caath fuerit primogenitus Leui ad hoc, quòd Aaron, qui erat filius eius haberet summum Sacerdotium potius quàm aliquis alius de familia Gersonitarum, vel Meraritarum, & tamen magis videtur, quòd fuerit Gerson primogenitus Leui: eo quòd ipse præponitur semper alijs duobus filijs Leui, vt patet hic in litera, & tunc Leedam, qui erat primogenitus Gerson debebat habere sum- H
mum Sacerdotium, & non Aaron, sed non factum est sic: ideo videtur, quòd non fuerit propter primogenituram. Nam dato, ꝙ Deus vellet, ꝙ primogeniti haberent istas dignitates, sicut postea fuit per modū successionis: tū a principio, cum adhuc nulla lex erat, poterat dari summum Sacerdotium alicui non primogenito, & postea statueretur, ꝙ primogeniti descendentes per lineam illius haberent summum Sacerdotium, & sic Moyses posset habere summum Sacerdotium, quamquàm non esset primogenitus, & deinde cęteri primogeniti.

Dicendum ergo, ꝙ non fuit propter hoc, sed noluit Deus dare summum Sacerdotium Moysi, vt tolleretur scandalum, & vt lex per eum data reciperet: I
nam si Moyses attribueret sibi summum Sacerdotiū, & filijs suis, putarent multi de populo, quòd Moyses faciebat oīa hæc, vt acquireret sibi magnum honorē, & diuitias, & posteris suis inter Israelitas, & sic minus crederetur ei, & multi non assentirent eis, quæ ab eo dicebantur, sed putarent, quòd ipse fingeret oīa hęc, & ꝙ Deus loquebatur cum eo, vt acquireret honorē, & diuitias, habebant Israelitæ ad hoc aliquale motiuum: nam Deus loquebatur in secreto Moysi, & nesciebāt ipsi quid loqueretur, vel an loqueretur ei aliquid, habito ergo aliquali adminiculo exterius ad istam præsumptionem, crederēt quòd Deus nihil ei loquebatur, ad tollendum ergo istam præsumptionē, noluit Deus dare Moysi summum Sacerdotium, nec facere eum aliquo modo Sacerdotem, sed simplicem Leuitam. K

Confirmatur illud, quia Moyses non erat summus Sacerdos: nec habebat aliq̄ dignitatem Sacerdotalē, & ſi præsumebant ꝫ eum aliquo modo Israelitæ, ꝙ faceret oīa ad se extollendum: vnde, & Chore, & multi alij de Israel dixerunt ad Moysen, & Aaron: Sufficiat nobis, quia oīs multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dns, cur eleuamini super populum Dñi? Nu. 16. a fortiori ergo si Moyses accepisset sibi summum Sacerdotium, vel aliam dignitatem pro se, & posteris suis, habuissent Israelitę occasionē suspicandi ꝫ cū: Deus tū nolebat aliq̄ suspitionem in hoc nasci, quia esset nimis in detrimentū legis datæ a Deo per Moysen. s. quia dubitaretur an Moyses a Deo susceperat legem illam, quā dabat populo, ideo non fuit queniēs, ꝙ daretur summum Sacerdotium Moysi.

Sed dicet aliquis, daretur saltē filijs suis post ipsum, & sic tolleretur suspitio. Dicendum, ꝙ idem inconueniens erat, si daretur filijs Moysi, quod ipsi Moysi: nam idem vult pī pro filijs, quòd pro seipso: ideo in acquirendo aliquid pro filijs ita suspectus est, sicut si pro seipso deberet acquirere, & sic maneret semper ratio præsumptionis. Item pater, quia Moyses proferebat ipso non egebat summo Sacerdotio, quia ipse dum viuebat erat maior in populo, cū summus Sacerdos, & omnes alij ad vocem eius deberent dirigi, sed forsitan vellet summum Sacerdotium, vel quemcunque aliū honorē pro posteris suis, & sic relinquēdo illis summum Sacerdotium, q̄q̄ ipse viuens non haberet illud, esset semper cā præsumptionis ꝫ ipsum. non ergo deberet cuit, ꝙ Deus daret summum Sacerdotiū Moysi, vel alicui de posteris eius, sed ꝙ manerent in statu simpli ci, ita ꝙ nullus posset eis inuidere: nec suspicari quicq̄ contra ipsos: decuit ergo, ꝙ daretur potius summum Sacerdotium Aaron, & posteris eius.

Dixit enim Dauid: Requiem dedit Dominus Deus Israel populo suo, & habitationem Ierusalem vsque in æternum, nec erit officij Leuitarum, vt vltra portent tabernaculum, & omnia vasa eius ad ministrandū. Iuxta præcepta quoque Dauid nouissima supputabitur numerus filiorum Leui a viginti annis, & supra, & erunt sub manu filiorum Aaron in cultum domus Domini in vestibulis, & in exedris, & in loco purificationis, & in Sāctuario, & in vniuersis operibus ministerij templi Domini. Sacerdotes autē super panes propositionis, & ad similæ sacrificium, & ad lagana, & azyma, & sartagi nem, & ad torrendum, & super omne ponderis atque mensuram. Leuitæ verò, vt stent mane ad confitendum, & canendum Domino, similiterque ad vesperam tam in oblationem holocaustorum Domini quām in sabbathis, & Kalendis, & solēnitatibus reliquis, iuxta numerum, et cæremonias vniuscuiusq; rei iugiter coram Domino, et custodiant obseruationes tabernaculi fœderis, et ritum sanctuarij, et obseruationem filiorū Aarō fratrū suorū, vt ministrēt ī domo Dñi,

Dixit. n. Dauid. Hic ponit. s. posīę ordinationis rō. qa. s. deū fuerat. s. ꝙ cōputarent Leuitę a viginti annis, & s. hic ponit rō quare hoc fieret, & ēt addunt ę. dā de dria ministrationis Leuitarū, & Sacerdotū, & dr. *Dixit. n. Dauid: Requiem dedit Dominus Deus Israel populo suo.* Scilicet p̄cedētibus tpibus Leuitę cōputabant ad ministrandū a triginta annis, & s. Nūc aūt cōputabunt a viginti annis, & s. eo ꝙ fiebat illud, q4 ministrationes Leuitarū p̄cedentibus tpibus erant graues, tū portādo onera, & nō sufficiebāt ad illa, nisi viri maturę ętatis. s. a triginta annis, & s. Iō in illa ętate incipiebāt ministrare: Nume. 4. Nūc aūt quia Deus dederat requiem

requiem Israelitis, s. quia mansurum erat tabernaculum semper in eodem loco, non oportebat, ꝙ essent ministri in tanta ætate, s. in anno tricesimo, sed sufficiebat, ꝙ essent a viginti annis, & supra, quia leuia ministeria habituri erāt, & dicitur: Requiem dedit Deus populo suo Israel. Scilicet, ꝙ iam non turbabitur ab hostibus, sicut dī 2. Regum 7. & supra 17. Vel dedit ei requiem, s. ꝙ nō oportet, ꝙ moueat iam Sanctuarium de loco ad locum, sicut prius. *Et habitationem in Ierusalem vsque in æternum.* Idest, Deus dedit habitationē pro se, & Sanctuario suo in Ierusalem vsque in æternum, & non oportebit, ꝙ iam moueatur de loco ad locum, & portentur vasa Sāctuarij a Leuitis. *Nec erit officij Leuitarum, vt vltra portent tabernaculum, & omnia vasa eius ad ministrandum.* Idest, Ante hoc officium Leuitarū erat, ꝙ portarent Sāctuarium Domini de loco ad locum, & etiam vasa eius, & etiam cum iam non erit mutandum, nunquàm habebūt hoc in officium: & ponitur hic tabernaculum, tam pro tabernaculo, q̄ pro atrio eius, quia tabernaculum est domus facta de tabulis in circuitu, & supra velata cortinis, & alijs velamentis. Atrium autem erat quoddam spatium clausum velis, & columnis in circuitu tabernaculi, & a Leuitis portabantur illæ columnæ, & vela, sicut omnes partes tabernaculi: & tamen tabernaculum sæpe accipitur pro toto Sanctuario, omnia autem vasa eius etiā portabantur a Leuitis, s. arca, & altare thymiamatum, & altare holocaustorum, & candelabrū, & mensa propositionis, & labrum ęneum cum vasculis istorum, vt patet Numeri. *Iuxta præcepta Dauid nouissima supputabitur numerus filiorum Israel a viginti annis, & supra.* Idest, Propter hoc præcepta Dauid nouissima, i vltimæ ordinationes factæ a Dauid, fuerunt ꝙ Leuitæ computarentur a viginti annis, & supra. Et vocantur illa præcepta Dauid, non quod ipse præcepit, sed quod ipse promulgauerit, quia præceptum a Deo datum est, & venit ista lex de cœlo ad Dauid, sicut figura tabernaculi, & tota fabricatio venit ad eū scripta manu Dei, infra 28. Vocantur autem ista præcepta Dauid nouissima, quia anno quadragesimo regni sui fuerunt data. Nam ista ordinatio, & numeratio factæ sunt tunc, vt patet infra 26. & ille erat annus vltimus vitæ, & regni Dauid, quia solum regnauit quadraginta annis, vt patet 2. Regum 5. & 3. Regum 2. Et post hoc nihil ordinauit de pertinentibus ad statum regni, vel ad cultum Dei, sed illico mortuus est. *Et erant sub manu filiorum Aaron.* Scilicet, Omnes Leuitæ, qui computabantur a viginti annis, & supra erāt sub potestate Aaron, & filiorum suorum, quia tota ministratio cultus diuini tradita est Aaron, & filijs suis, sed cum ipsi non sufficerent ad explendum omnes cæremonias, reliqui Leuitæ dati sunt eis, vt subseruientes, & manebāt semper ad præceptum Aaron, Numeri 3. & 18. Et ob hoc populus obtulit omnes Leuitas Aaron, & filijs suis in donum, Numeri 3. *In cultum domus Domini.* Intelliguntur per hoc omnia ministeria Leuitica, scilicet, cantorum, ianitorum, iudicum propositorum, vt patet supra in litera. Et dicuntur omnia esse in cultum, idest, seruitium, vel ornatum domus Domini, quia omnia ista officia erant ad hoc, ꝙ Leuitæ subseruirent sacerdotibus per illa in templo. *In vestibulis, & in exedris.* Ponuntur hic loca in quibus ministrabant Leuitæ, & primus est vestibulum. Dicitur autem vestibulum, scilicet, a vestibus, s. locus in quo vestes conseruantur, vel locus, in quo homines vestiuntur, & tamen ex vsu loquēdi, vestibulum dicitur aliquod spatium ante domos, & sic dicitur vestibulum portæ, idest, aliquod spatium, quod est ante portam domus, ita nūc vocabatur vestibulum spatium, quod erat inter templum, & murum exteriorem atrij. Et sic dici-

tur totum clausum intra murum atrij vestibulum. & diuersæ partes istius atrij vocabantur diuersa vestibula. Et sic dicitur inter vestibulum, & altare plorabant sacerdotes, idest, inter altare holocaustorum, & portam templi. Nam ibi erat quoddam spatium, quod vocabatur vestibulum, & ibi sacerdotes plorabant. In istis autem vestibulis Leuitæ faciebant diuersa ministeria pertinentia ad sacrificia, & alias ministrationes sacerdotales, scilicet, disponendo materias ad præceptum sacerdotum. Exedræ dicuntur esse quædam domus in circuitu templi Salomonis per latera eius, & erant paruulæ domus existentes intra murum atrij, & illę erant ad custodiendum ibi thesauros templi, & vestes etiam, ad hoc quòd manerent ibi sacerdotes, & Leuitæ tempore, quo ministrabant: nam sacerdotes, & Leuitæ non morabantur omnes in loco Sanctuarij, sed dispersi per totam terram Israel in quadragintaocto ciuitatibus, Numeri trigesimoquinto, & Iosue vigesimoprimo. Quando autem veniebant in Ierusalem ad ministrandum, dabantur eis domus, in quibus manerent intra ambitum atrij, & istę vocantur exedræ, de hoc patet supra 9. cùm dicitur: Quòd Leuitæ, & ianitores per gyrum templi morabantur in custodijs suis, vt cum tempus fuisset ipsi in mane aperirent fores. Et sic manebant intra atrium, vt clauderent, & aperirent. Cantores etiam manebāt intra atrium in istis exedris toto tempore, quo ministrabant per diem, & per noctem ad ministrandum semper, vt patet supra 9. scilicet, Hi sunt principes cantorum per familias Leuitarum, qui in exedris morabantur, ita vt die, & nocte iugiter in suo ministerio deseruirent. In istis exedris ministrabant Leuitæ, quia ibi custodiebant thesauros templi, vt patet infra vigesimosexto, & faciebant quidquid aliud iuberent eis ibi sacerdotes. *Et in loco purificationis.* Idest, Ministrabant in loco purificationis. De isto loco est dubium quid erat, & potest intelligi vno modo, quòd vocabatur locus purificationis, scilicet, in quo purificabantur sacerdotes, & etiam carnes sacrificiorum: erat enim quoddam vas magnum æneum rotundum in figuram hemisphęrij, capiens duo millia bathos de aqua, idest, duo millia amphoras, & vocabatur mare æneum: mare quidem, quia cōtinebat multitudinem aquæ: æneum autem, quia erat factum de ære, & ibi sacerdotes lauabant pedes, & manus, quando ministrare debebant, sicut fiebat in labro æneo in tabernaculo Moysi, Exodi trigesimo. Erant etiam luteres multi ænei in modum amphorarum, & erant locati super sedes æneas pulchras, de quarum figura, & opere patet 3. Regum 7. Et in istis luteribus erat aqua ad abluendum leuiter carnes sacrificiorum, vt declaratum est ibidem. Omnia ista vasa erant ad purificationem, scilicet, sacerdotum, & sacrificiorum, & Leuitæ ministrabant in istis, scilicet, replendo illa vasa aqua recenti, & auferendo aquam veterem, quando esset immunda. Non est tamen intelligendum, quòd Leuitæ portarent istam aquam de loco suo, sed Gabaonitæ, qui erant Chananei cōuersi ad ritū Iudaicum erant astricti huic ministerio: nam ex eo ꝙ fefellerūt Israelitas, condemnauerunt eos Israelitæ ad ęternā seruitutem, scilicet, vt portarent aquas, & ligna pro templo Domini, vbicunque esset, Iosue 9. Sed Gabaonitis non licebat introire ad loca sacra, s. ad atrium sacerdotum, vbi erant ista vasa, scilicet, mare æneum, & luteres, vt declaratum est, 3. Regum 7. & 4. Regum 16. Ideo Leuitæ acciperent ab eis aquam, quando illi accederent ad Sanctuarium, & introducerent ad loca vasorum: idem esset de lignis pro sacrificijs, ideo ministrabant Leuitæ in loco purificationis. Alio modo potest

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligi locus purificationis, ſ. q̃ eſſent aliquæ hydriæ F paratæ in Sanctuario, in quibus deberent purificari immundi immunditia legali, & ad purificationem illam, tam ponendo aquam in vaſis, quàm faciendo cæremonias purificationis ſeruirent Leuitæ. Simile patet Ioan. 2. cum dicitur, q̃ erat Ieſus in Chana Galilææ, quando voluit conuertere aquam in vinum, & fecit impleri ſex hydrias, & dicitur: Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ ſecundum purificationem Iudæorum, capientes ſingulæ metretas binas, vel ternas. Et ſic erant hydriæ ſecundum purificationem Iudæorum, i. ſm conditionem purificationis, quia conſuetudo erat, q̃ purificarentur, & ita forte erant multæ hydriæ poſitæ in atrio templi ad purificationem Iſraelitarum, in quibus miniſtrarent Leuitæ, ſed pri- G mum melius eſt, quia purificatio ſecunda magis videbatur ſæcularis, quàm ſacra, ſ. q̃ quilibet poſſet facere illam: nam in quolibet loco Iudæorum erant tales hydriæ poſitæ, & ſic Chana Galilææ, quamquam eſſet viculus paruus, tamen erant ibi hydriæ ad purificationem Iudæorum, & in Sanctuario omnes Leuitæ miniſtrantes vbicunque miniſtrarent in Sanctuario, quia nunquàm miniſtratio aliqua diuina fiebat extra templum, & atrium eius. Dicebantur tamen illi Leuitæ miniſtrare in Sanctuario, qui miniſtrabant in loco magis ſacro, ſicut cantores, qui ibant ad atrium ſacerdotum, vt ibi canerent, quando fiebat ſacrificium mane, & veſpere. *Et in vniuerſis operibus miniſterij templi Domini.* Ideſt, Etiam miniſtrabant in H omnibus operibus, quæ fiebant in templo Domini, in quibus eſſet neceſſaria miniſtratio ipſorum, & per hoc tanguntur omnia miniſteria Leuitarum: nam Leuitarum quidam erant cantores, alij ianitores, alij theſaurarij, alij iudices, & præfecti, & alij qui miniſtrabant generaliter in omnibus, in quibus ſacerdotes indigebant miniſterio eorum. Cantores ſignificantur hic per miniſterium, quod fiebat in Sanctuario, ideſt, in atrio ſacerdotum cantando. Ianitores ſignificantur per miniſterium, quod fiebat in veſtibulis. Ianitores autem manebant in veſtibulis, ideſt, apud portas, & locus apud portam vocatur veſtibulum. Theſaurarij ſignificantur per miniſtrantes in exedris, eo quòd theſauri ſeruabantur in exedris. Il- I li autem, qui miniſtrabant quoddam generale miniſterium, erant illi, qui miniſtrabant in loco purificationis. Præpoſiti autem, & iudices erant, qui ſeruiebant ad omnia alia opera domus Domini, ſcilicet, erudiendo Iſraelitas, & iudicando eos, quod pertinet ad domus Domini miniſterium. *Sacerdotes autem ſuper panes propoſitionis.* Ponuntur hic aliqua de miniſterio ſacerdotum.

Sed aliquis dicet, quomodo ponuntur hic aliqua pertinentia ad ſacerdotes, quia hic agitur de ſacerdotibus, & officijs eorum, ſed ſequenti cap. ponuntur diſtributiones ipſorum.

Reſpondendum eſt, quòd non ponitur hic principaliter ad declarandum quid pertineat ad miniſterium ſacerdotum, ſed ponitur ad tollendum dubiũ: nam dictum fuerat hic de Leuitis, quòd miniſtrabant in omne miniſterium domus Domini ſeruiendo ſacerdotibus, putaretur etiam, quòd ipſi conficerent panes propoſitionis, & frigerent ſimilã in ſartagine, & facerent omnia ſimilia, quæ pertinebant ad diſponendum materiam ſacrificiorum, ideo dicitur, quòd non, ſed ſacerdotes faciebant hoc: ipſi enim accipiebant a filijs Iſrael ſimilam, & formabant inde iſtos panes. De cæremonia autem circa iſtos panes, & quare ponebantur coram Domino, declarabitur infra in quadam quæſtione. *Et ad ſimilæ ſacrificium.* Ideſt, Etiam ſacerdotes diſponebãt ſacrificium, quod fiebat de ſimila, ideſt, libamen. Conſiderandum autem eſt, quòd ſacrificium accipitur dupliciter, vno modo large ſecundum noſtrum modum loquendi, & vocatur ſacrificium animalis, quod immolatur, & ſic dicimus eſſe tria genera ſacrificiorum, ſ. holocauſtum, hoſtiam pacificam, & pro peccato. Alio modo accipitur proprie pro libamento, & eſt libamen, vel libamentum aliquid quaſi acceſſorium ad ſacrificiũ, ſicut condimentum ad cibos, & ſunt quinque libamenta, ſ. ſimila, vinum, oleum, ſal, & thus, vt colligitur Leuitici 2. & Numeri 15. Et iſta vocantur ſacrificium, & ipſum animal immolatum vocatur victima, vel hoſtia, & tamen adhuc omnia iſta quinque libamenta non vocantur ſimul ſacrificium, ſed ſola ſimila, & ſic dicitur Numeri 28 & 29. Quòd offerebantur carnes victimarum cum libamentis ſuis, & ſacrificio. Et ſic diſtinguitur libamentum a ſacrificio, quia libamentum ponitur, & etiam ſacrificium erit ipſa ſimila, ſic dicitur Leuit. 2. ſ. Anima cum obtulerit oblationem ſacrificij. Hic autem dicebantur eſſe ſacerdotes ad ſacrificium ſimilæ, ideſt, ad diſpoſitionem farinæ pro ſacrificio coquendo illam in clibano, vel in ſartagine, vel in craticula ſecundum diuerſos modos, qui ponuntur Leuitici 2. Quomodo tamen, & quidam quæſtione. *Et ad lagana.* Ideſt, Etiam ſacerdotes habebant officium faciendi lagana. Nam in ſacrificijs offerebant lagana: fiebant autem lagana de ſimila cocta in clibano, & poſtea perfundebat oleo, & vocantur lagana oleo lita, vt patet Leuitici 2. & 7. Ad quid autem proficiebant iſta lagana, & in quibus ſacrificijs ponerentur, declarabitur infra in quadam quæſtione. *Et azyma.* Ideſt, Ad conficiendum panes azymos, quia iſti neceſſarij erãt pro quibuſdam ſacrificiis, ſ. in hoſtijs pacificis, vt patet Leuit. 7. *Et ad fermentum ſimilam.* Iſtud etiam erat officium ſacerdotum, & vocatur ſimila frixa in ſartagine. Nam prius ponebatur aliqua paſta maſſæ in aqua, ſicut nos lagana facimus, & particulæ maſſæ ponebantur in ſartagine in oleo feruenti, & illa vocatur ſimila feruens: multoties autem ponebantur iſta lagana, vel ſimila feruens in ſacrificijs, de quo Leuitici ſecundo, & ſeptimo, & infra dicetur.

Et ſuper omne pondus, atque menſuram. Ideſt, Etiam ſacerdotes habebant curam de omnibus, quæ conſtituebantur in pondere, & menſura, & pertinebant ad Deum. Iſtud intelligitur de libamentis, vel quali: quorum quædam conſiſtebant in pondere, & alia in menſura: nam vinum, oleum, & ſimila, dabantur in menſura certa pro libamentis, ſecundum differentiã animalium, quæ offerebantur: nam ſiquis offerret agnum anniculum in holocauſtum, dabat duas decimas ſimilæ, & tertiam partem hin de oleo, & tertiam partem hin de vino. Si autẽ offerretur aries, vel ouis, dabatur cum eo vnam decimam ſimilæ, & quartam hin de vino, & quartam partem de oleo. Si autem offerretur bos, dabantur tres decimæ de ſimila, & medietas hin de vino, & medietas hin de oleo, & K decimoquinto. Omnia iſta conſiſtebant in menſura, & ſacerdotes ſoli habebant curam de iſtis libamentis. Alia etiam erant quaſi libamenta, ſcilicet, illa, quæ dabantur in purificatione leproſorum, & fluentium ſemine, de quibus Leuitici decimoquarto, & decimoquinto. In pondere autem conſiſtebat moneta de auro, & de argento, quæ debebant dari aliquando ſacerdotibus, ſicut qñ quis læſerat alterũ, & ille mortuus erat, nec relinquebat hæredem, vel non ſciebat ad quem pertineret res illa, in qua læſerat alterum, tenebatur dare eam ſacerdotibus, vt patet Numeri: Etiã qñ quis vouebat ſe Dño, vel aliquam aliam rem, erat ſtatutum

ſtatutum pretium, quod deberet dari ſacerdotibus, & redimebatur res illa, quæ voto oblata fuerat. Iſta pretia ſingularum rerum ponuntur Leuit. vlti. Et de omnibus iſtis Leuitæ habebant curam, quia ipſi ſuſcipiebant hæc: ideo iſtud non vñ conuenire intentioni literæ, quia iſtud non erat onus, ſed emolumentum, hic tamen de officijs, & miniſtrationibus agitur. Ideo dicendum, q̃ intelligitur de confectione thymiamatis, & olei vnctionis: nã thymiama conficiebatur de multis aromatibus ſiccis, & cõtuſis, atq; redactis in pulueremminutiſſimum, & oĩa iſta aromata erant in pondere certo. Quæ autẽ eſſent, & in quanto tepore, patet Exo. 30. Sic etiã oleum vnctionis cõficiebatur ex multis aromatibus, & rebus liquidis ſumptis in pondere certo: de qua confectione Exo. 30. Facere iſtas confectiones pertinebat ad ſolos ſacerdotes, vt patet ſup. 9. ſcilicet, Filij autem ſacerdotum vnguenta ex aromatibus conficiebant, & quãtum ad hoc dicebantur præeſſe oĩbus, in quibus attendebatur mẽſura, & pondus. *Leuitæ vero.* Poſita fuerunt quædam miniſteria ſacerdotũ, de quibus poterat veriſimiliter dubitari, an pertinerent ad Leuitas, hic agitur de miniſterijs Leuitarũ explicando aliquid de eis. *Vt ſtent mane ad confitendum, & canendum Domino.* Ideſt, Ad officium Leuitarum pertinebat ſtare diluculo ante Dñm ad confitendum, & laudandum ipſum, & ad cantandum, ſ. cantica laudis: iſtud erat officium cantorum, qui erant quatuor millia, vt patet ſupra, & ſtabant quolibet mane cantando, ſq̃ fiebat holocauſtum matutinum, quod erat iuge. *Similiter, & ad veſperam.* Ideſt, Etiam erant ad Solis occaſum cantando coram Domino, quãdo offerebatur ſacrificiũ veſpertinum, quod incipiebat in occaſu Solis, & durabat per totã noctem. De modo aũt miniſterij cantorum dicetur infra in quadam qõne. *Tam in oblationem holocauſtorum Domini.* Ideſt, Leuitæ canebant, quando offerebatur holocauſta Domini: dicuntur holocauſta Dñi ad differentiã aliorum holocauſtorũ: nã holocauſta ordinaria, quæ fiebãt ex neceſſitate ad cultum Dei, vocantur holocauſta Dñi, & iſta erant duo, ſ. ſacrificium matutinum, & veſpertinum. Sacrificia aũt holocauſtorũ oblata ex deuotione a popularibus non vocabantur holocauſta Dei, ſed plebis, & in illis duobus holocauſtis, ſ. matutino, & veſpertino aſſiſtebant ſemper Leuitæ canentes. *Quàm in ſabbathis, & calendis.* Ideſt, Etiam Leuitæ cantabant in diebus Sabbathorũ, & Calendarum, dies Sabbathorum non accipiuntur, ſicut aliqui volunt pro quolibet die, ſed ſolum pro ſeptima die, quæ erat celebrior inter Iudæos. dies Calendarum erat principium menſis apud Hebræos.

Pro quo conſiderandum, q̃ dies Calendarum erat magnæ ſolennitatis nomine, & cæremonia, infra dicetur in quadam quæſtione. *Et in ſolennitatibus reliquis.* Præter Sabbathum, & Calendas erant quinque ſolennitates, ſ. feſtum Azymorum, & Phaſe, quod durabat per ſeptem dies, & incipiebat die decimaquarta menſis primi, ſ. Martij, & feſtum Penthecoſtes, ſiue feſtum Hebdomadarum, ſ. quia fiebat per ſeptem hebdomadas poſt diem primum Azymorum, & feſtum Clangoris, quod erat prima die menſis ſeptimi, ſ. Septembris, & durabat vna die ſolum, ſicut feſtum Penthecoſtes, & feſtum Propitiationis, ſiue Expiationis, quod fiebat die decima menſis Septembris, & durabat vna die, & feſtum Tabernaculorũ, quod fiebat die quartadecima Septembris vſque ad viceſimum ſecundum diem eiuſdem menſis: hæc omnia habentur Leuitici vigeſimotertio, & Numeri vigeſimooctauo, & vigeſimonono. In his diebus Leuitæ cantabant ſolenniter, quia erant magnæ feſtiuitates. *Iuxta numerum, & cæremonias vniuſcuiuſque rei.* Ideſt, Leuitæ cantores cantabant in omnibus his diebus, & faciebant omnia ſecundum numerum, ſcilicet, quòd erant pro ſingulis ſolennitatibus deſignata eis certa cantica, & in quibuſdam ſolennitatibus plura cantica dicere debebãt, quàm in alijs diebus, & hoc eſt dicere iuxta numerũ, ideſt, cantare iuxta numerum canticorum aſſignatorum cuicunque diei, complendo illum numerum. Et dicitur iuxta cæremonias vniuſcuiuſque rei, quia præter differentiam in numero canticorum erat differentia in modo cantandi, & in cæremonijs apparatus ad cantandum, quia aliqua die induebantur veſtibus pretioſioribus ad cantandum, quàm alia. Et in hoc tenet Eccleſia modum veteris Teſtamenti, quia pro quolibet die habet diuerſitatem aliquam in officio diuino, & plura vno die dicuntur, quàm alio, etiam differentia B eſt in cæremonijs, quia miniſtri Eccleſiæ non induuntur omnibus diebus eiſdem veſtibus ad diuinum miniſterium. *Iugiter coram Domino.* Ideſt, Leuitæ cantores debebant manere iugiter coram Domino, ideſt, omni die, quia quolibet die cantabant in ſacrificio matutino, & veſpertino. Et dicitur iugiter, ideſt, omni tempore, ſ. tam per diem q̃ per noctem. Et etiã iſtud venerat, quia Leuitæ cantores tam per diem, q̃ per noctem manebant in Sanctuario, eo q̃ per noctem miniſtrabãt, ſicut per diem, ſicut dicitur ſupra 9. ſ. Hi ſunt principes cantorum per familias Leuitarũ, qui in exedris morabantur, ita vt die, nocteq̃, iugiter in ſuo miniſterio deſeruirent. Erat autem neceſſarium miniſterium cantorum per noctem, quia cantabant tempore holo C cauſti matutini, & veſpertini quotidie, vt patet in litera, & tamen ſacrificium veſpertinum fiebat per totam noctem, vt patet Leuitici 6. Ideo Leuitæ cantores per noctem manere debebant in Sanctuario. *Et cuſtodiant obſeruationem tabernaculi fœderis.* Ideſt, Cuſtodiant ea, quæ obſeruare debent ad cultum tabernaculi fœderis. Vocatur tabernaculum fœderis, quia in eo ſeruabatur arca fœderis, & illa vocatur arca fœderis, quia in ea erant tabulæ legis, ſuper quam fuerat factum fœdus inter Deum, & Iſraelitas, vt obſeruarent eam, Exodi vigeſimoquarto, & dicitur vt cuſtodiant obſeruationes tabernaculi. Et propter hoc debent manere Leuitæ cantores iugiter coram Domino, vt ſint ſemper ſic obſeruando quid iubeatur D eis de pertinentibus ad tabernaculum fœderis, ſcilicet, ad quamcunque miniſtrationem, quam iuberent eis facere ſacerdotes.

Et ritum Sanctuarij. Idem eſt ritus Sanctuarij, & tabernaculum, & eſt repetitio ſententiæ, vel poteſt intelligi diſtinctio, ſcilicet, quia tabernaculum ſignificat ſolum templum, Sanctuarium autem ſignificat tam templum, quàm atrium eius, Leuitæ autem ſignificãt aliquid pertinens ad tabernaculum, ſ. diſponebant oleum, vinum, & farinam, quæ requirebantur pro miniſtratione quadam intra templum: nam intra templum erat menſa propoſitionis, in qua ponebantur panes, habere autem curam de ſimila ad conficiendũ illos panes pertinebat ad Leuitas, vt patet ſupra 9. cũ E dicitur: Quòd Leuitæ ianitores, qui habebant credita vtenſilia Sanctuarij præerant ſimilæ, & vino, & oleo, & thuri, & aromatibus. Etiam in candelabro, quod erat intra templum miniſtrabant: ponendo oleum, & in altari thymiamatum, quod etiam erat interius miniſtrabant, cremando quotidie thymiama, & tamen Leuitæ habebant curam de oleo, & thymiamate, ſupra 9. Et quantum ad hoc ſeruiebant in ritum tabernaculi, ideſt, templi: omnes autem aliæ miniſtrationes eorum erant in atrio templi, ſcilicet, miniſtratio cantorum, & ianitorum, & theſauriariorum, & in hoc obſeruabant ritum Sanctuarij, ideſt, cæremonias requiſitas in Sãctuario, qa Sanctuarium accipitur tam pro tẽplo q̃ pro atrio, ſcilicet, pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus locis, in quibus aliqua ministratio cultus diuini fiebat. *Et obseruationem filiorum Aaron fratrum suorum*. Etiam debent manere Leuitæ semper in Sanctuario, vt custodiant obseruationem filiorum Aaron, ideſt, vt attendant quid iubent eis obseruare filij Aaron, scilicet, sacerdotes: nam sacerdotibus tradita est ministratio cultus diuini, Leuitis autem reliquis non tradita est directe ministratio aliqua sacra, sed ipsi dati sunt sacerdotibus in seruitores, vt facerent qdquid illi iuberent, Numeri 3. & 18. & dicitur.

Fratrum suorum. Quia Leuitæ erant fratres sacerdotum, eo quòd erant de eadem tribu, & erant de eadem familia: nam sacerdotes erant de familia Caathitarum, & de ista erant multi alij Leuitæ, scilicet, Isaaritæ, Ozielitæ, & Hebronitæ, vt patet Numeri 3. G Etiam sub familia Caathitarum erat quædam alia familia minor, scilicet, Amramitarum, & de illa erant sacerdotes, & etiam quidam Leuitæ: nam Aaron, & Moyses erant filij Amram, & posteri amborum vocati sunt Amramitæ. Posteri tamen Moysi manserunt inter Leuitas simplices, vt patet supra, scilicet, Moysi quoque hominis Dei filij annumerati sunt in tribu Leui. Posteri autem Aaron habuerunt sacerdotium, & non manserunt inter Leuitas, & sic Leuitæ, & sacerdotes erant tres. *Vt ministrent in domo Domini*. Ideſt, Ad mandatum sacerdotum debent esse semper præsto ministrare in domo Domini, scilicet, in atrio templi, quia siue templum, siue atrium vocatur domus Dñi, sic enim vocauit Christus ipsum atrium, H quãdo exclusit vendentes, & ementes de illo, dicens: Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum, vt patet Numeri vigesimoprimo, & Ioan. 2. Et quamquam dicatur ibi de templo, non intelligitur nisi de atrio, quia aliàs nõ essent ibi mensę nummulariorum, & boues, & cathedrę vendentium columbas. Nam non solum ista non introducebantur in templum, sed etiam nullus hominum introibat illuc, nisi quotidie vnus sacerdos, qui introibat ad cremandum thymiama, & disponendum lucernas in candelabro, cæteri autem tam sacerdotes, quàm Leuitæ, & laici foris manebant, expectantes quando ille finiret ministrationem, sicut patet de Zacharia patre Beati Ioannis, qui solus introiuit ad ponendum incensum, & apparuit ibi Angelus, populus autem totus expectabat foris, Lucæ 1. I

De quibusdam verbis dictis a Dauid, scilicet, quòd Deus dederat Ierusalem in habitationem æternam. Quæst. XXIII.

QVAERITVR circa supradicta cum Dauid ad probandum, quòd deberent Leuitæ computari a viginti annis, & supra dixerit, quòd Deus dederat Ierusalem in habitationem æternam, quomodo sciebat istud: nam Sanctuarium fuerat in aliis locis, & sæpe mutatum fuerat, ita poterat esse nunc, postquàm poneretur in Ierusalem.

Dicendum, quòd Dauid sciebat, quòd semper mãsurum erat Sanctuarium in Ierusalem: nam aliàs non iussisset Salomoni ædificare templum, quia esset totus labor inutilis: nam aliquando manebat Sanctuarium in aliquo loco pauco tempore, sicut in Nobe, & in Gabaon: nam in Nobe solum mãsit tempore, quo fuerunt Samuel, & Saul: nam Samuel ministrauerat Domino in Sanctuario in Silo, 1. Reg. 2. & 3. Et postea viuente Saule, qui fuit simul cum Samuele, erat Sanctuarium in Nobe, 1. Regum 21. Et tamen viuente Saule translatum est in Gabaon, scilicet, quando ipse Saul occidit sacerdotes, & habitatores Nobe, 1. Regum 22. Postea etiam pauco tempore mansit in Gabaon, scilicet, toto tempore, quo regnauit Dauid, & tempore illo, quo Salomon ędificauit templum: nam illo ædificato ibi posita est arca, & omnia vasa sacra, & cessauit esse Sanctuarium in Gabaon. Si ergo tam pauco tempore in Ierusalem esse contingeret, fierent inutiles infinitæ expensæ, & immensi labores, quos Salomon tolerauerat, & populus suus in ædificatione templi. nõ ergo iuberet Dauid ædificari templum in aliquo loco, nec pararet tantas expensas, nisi sciret mansurum esse Sanctuarium semper.

Sed tunc manet dubium, quando, & quomodo Dauid sciuerit, quòd deberet manere semper Sanctuarium in Ierusalem.

Quidam dicunt, quòd fuit hoc quando obtulit in area Ornam, eo quòd tunc dixit: Hæc est domus Dei, & hoc est altare in holocaustum Israel. Ideſt, hic fiet domus Dei, & altare, & verisimile est, quod Deus tũc reuelauerit ei, quòd in loco illo mansurum esset templum in æternum, de quo dixit: Hæc est domus Dei, præcedenti cap. Sicut tũc reuelauit ei totam figuram ædificationis, quam misit ei de cœlo scriptã, infra 28. Alio modo potest dici, & melius, quòd Dauid cognouerit istud multo ante hoc. Nam ipse congregabat expensas, scilicet, aurum, & argentum, & multa alia ad consecrandũ Domino pro ædificatione templi, 2. Regum 8. & supra 18. Et illa bella fuerunt multo tempore antequàm Dauid offerret in area Ornam. Et tamẽ non cõgregaret Dauid expensas ad fabricandum templum, nisi sciret, quòd alicubi mansurum erat templum in æternum, ergo tempore illo sciebat. Et est dicendum, quòd sciuit Dauid templum futurum esse in Ierusalem, quãdo voluit ipse ædificare templum Domino, & prohibitus est ab eo per Nathan Prophetam: nam tunc dixit Deus Dauid illa verba, quæ Salomon refert sequenti libro, capit. sexto, scilicet, Benedictus Dominus Deus Israel, qui quod locutus est patri meo compleuit modo dicens: A die qua eduxi populum meum de Aegypto non elegi ciuitatem de cunctis tribubus Israel, vt ædificaretur in ea domus nomini meo, sed elegi Ierusalem, vt sit nomen meum in ea. Et sequitur ibi, quòd Dixit Dauid, quòd non ædificaret templum, sed filius suus Salomon, & Salomon dixit istud nunc esse completum, ergo ista verba dicta sunt ad Dauid, quando prohibitus est ædificare templum, 2. Regum 7. & supra 17. Vnde ibi ponuntur verba aliquo modo similia istis. Et ob hoc ex tunc cum magno desiderio congregabat Dauid materiam pro ædificatione.

Quomodo accepit Deus Ierusalem in habitationem æternam. Quæst. XXIIII.

QVAERITVR vlterius quomodo fuit verum, quòd Deus accepit Ierusalem in habitationẽ æternam. Nam non accepit, sed mutatum est Sanctuarium, quia iam non est ibi.

Dicendum est, quòd non accipitur proprie æternũ hic, cum dicitur, quòd in æternum mansurum esset ibi Sanctuarium, sed vocatur æternum: quia multo tempore durat, sic enim interdum vocatur æternum illud, quod manet minus, quàm per quinquaginta annos, sicut erat de seruis, quorum aures perforabantur, quia dicitur de illis, quòd manebant seruiturus vsque in æternum, & tamen non durabat seruitus, nisi vsque ad iobelæum, Leuit. 25. & fiebat iobelæus de quinquaginta in quinquaginta annos, vt patet ibidem. Dicendum tamen, q̃ licet aliquando accipiatur sic æternũ, tamen hic non accipitur sic, quia si Dauid intẽdisset, q̃ mansurum erat Sanctuarium in Ierusalem solum per quinquaginta annos, non parasset aliquas expensas ad fabri- K

fabricandum templum, potissime cum tantis laboribus, & sumptibus.

Aliquis dicet, q̃ debet intelligi, q̃ Sanctuariũ mansurum erat in æternum in Ierusalem, & vere sic compiendum erat. Et tñ propter peccata Israelitarum impeditum est, nã semel per Chaldæos propter peccata Iudæorũ crematũ est, & iterum p̃ Romanos, sic enim dicebatur 2. Reg. 17. in quibusdã qõnibus de regno filiorum Salomonis, & de quiete populi Israel qui prę- mittebantur durare in æternum, i. vsq; ad finem sæculi, nisi peccassent Iudæi, & dato q̃ Christus venisset, & esset lex noua, mansissent semper priuilegia Hebrẽorum, & fœdera Dei cũ eis, & regnarent semp filij Salomonis, & maneret populus Israel in terra Chanaan, nec turbaretur ab hostibus. Dicendum autem est, quòd hoc non stat, quia licet veniente Christo, si Iudæi non peccassent, maneret regnum in posteris Salomonis, & quies populi Israel in terra Chanaan, tamen non mansisset templum in statu suo, nec ministrationes, quæ in illo fiebant: nam Christus daturus erat legem nouam, per quam mutarentur omnes cæremoniæ legis veteris, & sic iam non maneret cultus ille, qui fiebat in templo, nec idem status sacerdotum, & Leuitarum, sed coleretur Deus in omni loco, sicut nunc vbicunque cõstruuntur Ecclesiæ, ex quo necesse erat, quòd periret status Sanctuarij Ierosolymitani, poterat autem esse vna de Ecclesijs excellentioribus totius orbis, tamen non secundum statum priorem, tota tamen fabricatio eius facta est secundum conuenientiam illius status, ideo non maneret nomen Domini ibi in æternum ad intentionem illã, qua Deus faciebat ædificari illud. Dicendum ergo aliter, scilicet, quòd mansurum erat Sanctuarium in æternum in Ierusalem, scilicet, toto tempore, quo duraret Iudaicus status: nam si durasset status Iudaicus in æternum, mãsisset templum istud in statu suo in æternum, perijt tamen status Iudaicus, & sic etiam templum istud in statu suo perijt, tamen status Iudaicus, & sic etiã templo Domini perijt. Non tamen propter hoc tollitur, quin dicatur in æternum mansisse, quia sic dicimus legem alicuius politiæ esse æternam, quia datur cum intentione durandi semper. Si autem pereat politia, perijt etiam lex, & tamen non propter hoc desinit vocari lex æterna, quia non cessauit ipsa, vt alia introduceretur, sed cessauit politia, qua cessante impossibile est manere legem.

Quomodo hæc verba, scilicet Deus Dominus Israel requiem dedit populo suo Iequantur ex prædictis. Quæst. XXV.

QVAERITVR vlterius, cum Dauid vellet hic probare Leuitas numerandos esse a viginti annis, & supra, quia iam non haberent ministeria grauia, sicut prius, ad quid dixit: Requiem dedit Dominus Deus Israel populo suo, quia istud videbatur esse impertinens: nam quòd habitatio Dei in Ierusalem futura esset in æternũ, faciebat aliquid ad hoc, quod minuerentur labores Leuitarum, tamen quòd Deus daret requiem Israelitis, nihil attinebat ad ministerium Leuitarum.

Respõderi potest quadrupliciter, vno modo, q̃ Dauid posuit istud, tanq̃ coniunctum ad id, per quod minuebatur labor Leuitarum: nam tollebatur labor eorum, quia habitatio Domini erat in Ierusalem in æternum, & Deus dedit ista duo simul, s. q̃ habitatio sua esset in Ierusalem; & q̃ populus habiturus esset requiẽ ab hostibus, ideo posuit vtrunque Dauid, licet vnum esset impertinens. Secundo modo põt dici, q̃ requies populi faciebat aliqd ad istud ministeriũ, & est idẽ re- A quies populi, quod habitatio Dei in Ierusalẽ in æternum, s. Deus dedit requiem populo suo. Ideſt, dedit sibi cessationem mouendi tabernaculũ de loco ad locũ, quia ante hoc totus populus laborabat in mouendo tabernaculum de vno loco ad alterum: nam licet laici nulla onera portarent de rebus Sanctuarij, sed soli Leuitæ, tñ aderant portationi ad solennizandum eam, sicut factum est in portatione arcę de Cariathiarim in domum Obededom, 2. Reg. 6. & supra 13. & in alia portatione eius de domo Obededom in domum Dauid, 2. Reg. 6. & supra 15. Nã cõgregatus est totus Israel, & factæ sunt magnæ expensæ, & solennitas, nunc autẽ Deus dederat requiem Israelitis ab isto labore, quia iam nunc congregari debebant ad mu- B tandum Sãctuarium de vno loco ad alterum. Tertio potest dici, q̃ hoc dictum est propter legem, quã hic volebat dare Dauid, s. q̃ nunc poterat conuenienter dari. & non prius: nam toto tempore præcedenti populus fuerat in aduersitate hostili, & non poterat vacare ordinationi cultus diuini. Nũc autem quia Deus dederat requiem Israelitis, poterant insistere ordinationi cultus diuini, sicut nunc facere incipiebant.

Quarto potest dici, quòd ista lex dabatur nunc conuenienter, quia Deus dederat requiem Israelitis: nam temporibus præcedentibus, etiam si fuisset data, non potuisset obseruari propter bella, eo quòd hic nominabatur, q̃ Leuitæ, & sacerdotes ministrarent per vices suas, & sortes, & tñ temporibus bellorum Leuitæ C occupati, vel impediti propter bella, quæ forte irruebant super loca, in quibus ipsi habitabant, nõ possent venire ad ministrandum temporibus suis, & sic non seruaretur lex ista. Nunc autẽ, quia Deus dederat requiem Israelitis, & semper mansuri erant in quiete, nõ impedirentur Leuitę, & sacerdotes ministrare tpibus suis, iõ poterat ista lex conuenienter hẽre locum.

De quibusdam verbis hic dictis, scilicet, quòd non erat officium Leuitarum vltra portare tabernaculum. Quæst. XXVI.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur, q̃ nõ erat vltra officium Leuitarum, vt portent tabernaculum. In hoc innuitur, quòd ante hoc D erat officium suum portare tabernaculum. Pro respõsione est sciendum, q̃ Leuitis non fuit datum in lege a principio, nisi vnum officium, quod proprie vocaretur officium, s. portare onera Sanctuarii, etiam excubabant in circuitu Sanctuarii, tñ istud non vocabatur opus ipsorum, vt patet Nume. 8. cùm dicitur, q̃ Leuitæ, qui erant vltra quinquagesimum annũ non debebãt facere opera, sed solũ custodire vasa, q̃ sibi cõmen darent ab alijs Leuitis, daræ sunt autem istæ duæ occupationes, vel ministeria Leuitis, quia Deus ordinauit officia eorum solum fm statum, quem habituri erant in deserto. Et tñ ibi non poterant facere, nisi duo, s. custodire tabernaculũ, & portare illud, eo quòd in deserto non offerebantur sacrificia, nec fiebant aliæ cæ- E remoniæ legis quia non habebant Israelitæ opportunitatem propter motum, nec etiã habebant materias sacrificiorũ, s. carnes, & similã, vinum, oleum, & thus, cum irent per locum desertum, in quo nõ erat hominũ habitatio, Deut 8. Etiã non erant obligati Israelitæ in deserto ad aliquã istarũ cæremoniarum, sed solum postq̃ trãsirent in terram Chanaan, vt colligitur Deuter. 12. Postea aũt facere tenebantur, & sic Leuitæ nihil facerent in deserto, nisi portare Sãctuarium, & custodire. Pro custodia autem Deus statuerat, quòd Leuitæ excubarent in circuitu tabernaculi per quatuor latera eius. Nam tabernaculum quadratum erat, & erat modus, quia ad latus Orientale vbi erat introitus, custodiebant sacerdotes, & cum eis Moyses,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& filij sui, ad Occidentem custodiebat familia Gersonitarum, ad Meridiem familia Caathitarum, ad Aquilonem vero familia Meraritarum, Numeri 3. & sic solum erant tres familiæ Leuiticæ, & vna sacerdotalis, & istę excubabant per totum circuitum tabernaculi. Officium autem secundum quòd proprie vocabatur officium, erat portare Sanctuariũ, & vasa eius, & hoc erat sic dispositũ: nã in tota tribu Leui erant solũ tres familiæ primæ Leuitarũ, & vna familia sacerdotalis: sacerdotes enim nulla onera portabant, quia ministerium eorum erat dignius, s. ministrare in Sanctuario, vt in sacrificijs, & in alijs, de quibus dictum est supra in quadã quæstione: manebat ergo officium portandi in tribus familijs Leuitarum, & in istis erant diuisa omnia onerã totius tabernaculi, & vasorum suorum: nam familia Caathitarum portabat vasa Sanctuarij, & non aliquam partem eius, s. arcam fœderis, & altare thymiamatum, etiam candelabrum, & mensam propositionis, & altare holocaustorum, & labrum æneum, & hęc omnia cum vasculis suis, quę erant sibi annexa. Gersonitæ autẽ, & Meraritæ portabant omnes partes tabernaculi, & atrij, & erant istæ duplices, s. quędam durę, vt tabulata, & columnæ, & quędã molles, s. operimenta, & vela. Partes aũt duras portabant Meraritæ, s. omnia tabulata, quibus claudebatur Sãctuarium in tribus lateribus, & columnas atrij, & tabernaculi, & bases earũ. Partes autem molles portabant Gersonitæ, s. cortinæ, quibus operiebatur tabernaculũ, & operimentum de sagis, & operimentum de pellibus arietum rubricatis, & operimentum de pellibus iacynthinis, quæ oĩa operiebant tabernaculum, Exo. 26. Portabant ẽt tentoriũ, quod pendebat ad fores tabernaculi, & velũ quod erat ante Sancta sanctorũ, & vela quibus circundabatur totum atriũ, de quibus omnibus Numeri 3. Erat tñ differentia, quia Caathitæ, qui portabant vasa Sãctuarij, ferebant ea in humeris, Gersonitæ autẽ, & Meraritæ, qui portabant partes Sanctuarij grauiores, portabãt eas in plaustris, Nume. 7. De modo aũt, quo Caathitæ portabant onera sua, quomodo illa prius inuoluebantur paleis, & disponebantur per sacerdotes, anteq̃ tangerent illa Leuitæ Caathitę, quia alias morerentur si tangerẽt illa, anteq̃ disponerentur a sacerdotibus, patet Num. 4. Nõ legitur ibi aliquod aliud ministerium traditũ esse Leuitis, nec habuerunt aliud in deserto. Postq̃ autem fuerunt in terra Chanaan, habuerunt Leuitæ aliqua ministeria in Sanctuario, in quibus ministrabant per tẽpora, & si aliquis vellet semper ministrare poterat, vt patet Deuter. 18. Et tamen ista ministeria non erant determinata in aliquo loco legis: principale ministerium Leuitarum fuerat portare Sanctuarium, & vasa eius, & nunc dixit Dauid, quòd nõ esset vltra officium Leuitarum, q̃ portent tabernaculum, & sic tollebatur officium eorum principale, & grauius, & loco huius introducta sunt multa alia, quę non erant prius, vel saltem non erant distincta, scilicet, quòd quidam Leuitæ essent cantores, alij ianitores, alij thesaurarij, alij iudices præpositi, alij seruientes in diuersis locis, siue ministerijs templi, vt patet supra in litera.

De subiectione Leuitarum sub manu Aaron.
Quæst. XXVII.

QVAERITVR vlterius quia dicitur hic, quòd Leuitæ erant sub manu Aaron, & filiorũ eius, qualis erat ista ordinatio, vel qualiter subijciuntur sibi.

Respondendum est, quòd Leuitæ erant subiecti sacerdotibus ad ministrandum, in omnibus, quæ iuberent sacerdotes. Nam ministratio in omnibus pertinentibus ad cultum diuinum tradita fuit Aaron, & filijs suis, & nihil traditum fuit Leuitis, sed quia sacerdotes per se non sufficiebant ad faciendum omnes ministrationes, dati sunt eis Leuitæ in adiutores, & seruitores, ideo oblati sunt Aaron, & filijs eius, tanquã munus, sic patet Nume. 3. Applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis, vt ministrent ei, & excubent, & obseruent quidquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij, & custodiant vasa tabernaculi seruiẽtes in ministerio eius, dabisq́; dono Leuitas Aaron, & filijs eius, quibus traditi sunt a filijs Israel: Aaron autem, & filios eius constitues super cultum sacerdotij. Et sic Aaron, & filij sui constituebantur ad ministrandum, & Leuitæ ad seruiendum eis. Ordo autem seruiendi erat, quòd ipsi Leuitæ habebant inter se principes suos, scilicet, quælibet familia vnum principem de ipsa familia, & deinde familia cum principe suo subijciebatur alicui sacerdoti ad cuius præceptum apparabantur Leuitæ, sic enim factum est tempore Moysi in deserto: nam familiæ Leuitarum erant tres, scilicet, Caathitarum, Gersonitarum, & Meraritarum: familia Caathitarum habebat in principem Elisaphat filiũ Oziel, qui erat de ipsamet familia. Gersonitæ habebant in principem Eliasaphat de ipsa familia: Meraritæ habebat in principem Surisel de ipsa familia. Et rursus familia Gersonitarum, & familia Meraritarum habebant Ithamar filium Aaron in principem, & familia Caathitarum habebat Eleazar filium Aaron in principem, & rursus omnes tres familiæ Leuitarum cum principibus suis, & etiam ipse Ithamar princeps duarum familiarum, subijciebantur Eleazar filio Aaron, vt patet de his omnibus Numeri 3. & 4. Ita fuit postea in omnibus temporibus, quòd quælibet familia Leuitarum haberet vnum principem de ipsa. Et tamen superessent aliqui sacerdotes, qui præessent Leuitis, & haberent curam de præcipiendo eis id, quod agere deberent, & sic erat nunc, & ideo dicebantur esse sub manu Aaron, & filiorum suorum, & non est intelligendum, quòd quidquid sacerdotes vellent iubere Leuitis, tenerentur illi exequi, quia tunc tenerentur cantores seruire in officio ianitorum, & ianitores in officio thesaurariorum, & iudicum, quod falsum est, sed est sensus, quòd erant officia iam determinata pro Leuitis, quia quidam erant cantores, alij ianitores, alij iudices, & præpositi, & isti in suis officijs seruiebant ad mandatum Leuitarum, sed non poterant eis iubere, vt ministrarent in alijs officijs.

Quid erant isti panes propositionis.
Quæst. XXVIII.

QVAERITVR vlterius, cum dicatur hic, quòd erãt sacerdotes super panes propositionis, qui panes erant isti, & ad quid offerebantur.

Respondendum est, quòd Deus iusserat fieri vnam mensam de lignis setim, opertam laminis aureis, quæ vocabatur mensa propositionis, quia in ea ponendi erant panes propositionis, Exodi vigesimoquarto. Isti panes fiebant a sacerdotibus, sic scilicet: accipiebant ab Israelitis farinam delicatam, quæ vocabatur simila, & faciebant ex ea duodecim panes, quorum quilibet habebat duas decimas ephi, et erat magna quantitas panis, ita quòd non possent duo homines comedere vnum panem illorum in vna die, quod patet, quia gomor est decima pars ephi, Exodi decimosexto. Et quilibet panis istorum habebat duas decimas, idest, duo gomor. Et tamen vnum gomor sufficiebat homini, ad cibum in vna die. Nam solum dabatur vnum gomor de manna quolibet die Israelitis in deserto, pro toto die, ergo panis habens duas decimas, scilicet, de simila sufficeret pro duobus hominibus vna die, de gomor quod dabatur cuilibet Israelitæ in vna die, habetur Exodi decimosexto. Conficiebantur autem isti panes a solis sacerdotibus, & ipsi coquebant eos, & fiebat hoc in singulis sabbathis, scilicet, quod ponerentur in sabbatho duodecim panes super mensa propositionis, & manebant ibi per septem dies, sequenti autem sabbatho tollebantur, & ponebantur alij duodecim recentes, vt patet Leuitici vigesimoquarto, & 1. Regum 21. Isti panes erant sacri, & non licebat alicui comedere de illis, nisi sacerdotibus, vt patet Matth. 12. & Marci 2. Et tamen in necessitate famis poterant dari laicis, si essent mundi, maxime a mulieribus, vnde quando Dauid erat in necessitate famis, & petiuit ab Achimelec sacerdote summo, noluit ei dare, quousque dixit, quòd illi qui veniebant cum eo, mundi erãt ab heri, & nudiustertius, 1. Regum 21. & Matth. 12. & Marci 2. Isti panes vocantur ab Hebræis panes facierum, & a nobis vocantur panes propositionis, & dicit Rabbi Sa. quòd vocantur panes facierum, quia habebant vtranque faciem similem, i. ex vtraque parte habebant faciem, eo q̃ non erant, sicut facte a nobis hostiæ. Sed dicendum, q̃ hoc non stat: nam illi panes erat cocti in clibano, eo q̃ coquere aliquid in vasis ferreis non conuenit cuicunque cibo, sed solum cibo leuissimo, sicut est de hostia, quæ est delicata. Et tamen isti panes erant magni, & grossi, eo quòd quilibet habebat duas decimas de simila, & sic nunquàm possent coqui in massis, quia potius exurerentur, quàm coquerentur, sed vocãtur panes facierum, i. panes faciei, eo quòd ponebantur coram facie Domini, sed in Hebræo ponitur plurale pro singulari, & sæpe mutantur numeri, & ob hoc dicuntur apud nos panes propositionis, quia proponũtur, s. coram Domino: nam Deus specialiter dicebatur esse in Sãcta sanctorum. Et quòd ibi super arcam inter Cherubim audiebatur vox eius, vt patet Numeri 7. Isti autem panes erant super mensam propositionis, quæ erat intra tabernaculum ante Sancta sanctorum, ideo cum ibi essent dicebantur esse coram Deo. Ratio autem quare isti panes ponebantur coram Deo, erat in memoria omnium Israelitarum, ideo erant duodecim panes in memoriam duodecim tribuum Israel, Leuitici 24. vt semper videretur oblatio eorum esse coram Domino, & per hoc Deus recordaretur ipsorum, sicut magis declaratum est ibidem in quadam quæstione.

An sacerdotes conficiebant panes propositionis.
Quæst. XXIX.

QVAERITVR vlterius circa confectionem istorum panum propositionis: nam dicitur hic, q̃ sacerdotes conficiebant illos, & videtur quòd non conficerent ipsi, sed Leuitæ, quia supra 9. dicitur, scilicet, Porro de filijs Caath erant super panes propositionis, vt semper nouos per singula sabbatha prępararent. Secundo patet, quia dicitur ibi: Qui habebant vtensilia Sanctuarij, prærant similæ, et vino, et oleo, et thuri, et aromatibus. Filij tamen Caath erant Leuitæ, quia ista erat vna familia Leuitarum, Numeri 3. Ergo ipsi conficiebant panes propositionis per singula sabbatha. Etiam Leuitæ prærant vtensilibus Sãctuarij, cum ipsi essent thesaurarij, vt patet infra 26. Et tamen ipsi prærant similæ, de qua fiebant panes propositionis, ideo non pertinebat ad sacerdotes, sed ad ipsos conficere panes.

Respondendum est, quòd isti panes propositionis erant valde sacri, et etiam solis Leuitis pertinebat comedere, et cõficere illos. De comestione declaratum est præcedenti q̃stione, de confectione patet hic, quia dicitur, q̃ sacerdotes super panes propositionis erant.

Respondendum est ad rationem in contrariũ, s. primam, q̃ Leuitæ non conficiebant panes. Et cum dr̃, q̃ filij Caath erãt super panes propositionis, põt intelligi dupliciter, vno modo, q̃ isti filij Caath sint sacerdotes: nam de familia Caath erant sacerdotes: nam sacerdotes erant filij Aaron, & Aaron erat filius Amram filius Caath, Numeri 3. Et sic possunt ibi intelligi per filios Caath sacerdotes. Secũdo potest dici, q̃ Caathitæ vocentur ibi Leuitæ. Et tñ dr̃, q̃ erant super panes propositionis, vt semper nouos per singula sabbatha prępararent, & non est sensus, q̃ ipsi debebant facere illos panes, sed habebant curam ad hoc, q̃ illi fierent, & dabant sacerdotes similam quolibet sabbatho, vt facerent inde panes, & isto modo tam sacerdotes, quam Leuitæ erant super panes propositionis, scilicet, sacerdotes ad conficiendum illos, & Leuitæ solum ad parandum materiam. Ad secundam cum dicitur, q̃ Leuitæ prærant similæ, vino, & oleo: & tamen ex simila fiebant panes: dicendum, q̃ verum est, q̃ prærant similæ, & alijs: custodiendo illa, & congregando, vt tempore debito seruirent ad ministeria sacerdotalia. Ipsi tamen nihil cõficiebant ex simila, & ex alijs, quod patet, quia etiam Leuitæ prærant aromatibus, vt patet supra 9. Et tamen ipsi nihil cõficiebant ex aromatibus, sed soli sacerdotes, vt patet ibidem, s. Filij aũt sacerdotum vnguenta ex aromatibus conficiebant. Ita esset de confectione panum propositionis.

Quomodo, & quando a sacerdotibus offerebatur sacrificium similæ. Quæst. XXX.

QVAERITVR vlterius de sacrificio similæ, quod etiam pertinebat ad sacerdotes, vt patet hic, quando offerebatur, vel quomodo sacerdotes habebant curam de illo. Dicendum est, quòd supra declaratum fuit de sacrificio similę, quod est vnum de libamentis, & visum est, quæ sunt libamenta. Nunc autem considerandum est, quòd libamenta sunt quasi quædam condimenta, vel accessoria ad victimas, non tamen dabãtur in omnibus generibus sacrificiorum.

Pro quo sciendum, q̃ tria erant genera sacrificiorũ, s. holocaustum, hostia pacifica, & pro peccato, vt patet per totum Leuiticum: de cæremonijs istorũ diximus supra 21. in quadam quæstione: In sacrificio autem holocausti, & hostiæ pacificæ offerebantur omnia quinque libamenta: in sacrificio autem pro peccato nõ offerebãtur, vt patet Nume. 15. & ibi fuit data cã de hoc.

Considerandum ẽt vlterius, q̃ qũdam erant sacrificia ordinaria, s. quæ necesse offerenda erant, & in temporibus determinatis, & ista erãt cõstituta a lege: alia aũt erant sacrificia spontanea, vel saltem accidentia: ita q̃ non erant ordinaria. Sacrificia prima erant illa, quæ quotidie offerebantur, s. holocaustum matutinum, & vespertinum: Etiam in sabbathis erãt ordinata alia sacrificia vltra holocaustum matutinum, & vespertinũ: etiam in diebus Calendarum, & in festo Azymorum, & Penthecostes, & in festo Clangoris, & in festo Propitiationis, & in festo Tabernaculorum: quorum sacrificia determinata habẽtur Nume. 28. & 29. Pro istis prouidebatur de expensis Sãctuarij tã ad emendũ immolãda, quàm etiam vinum, & oleum, & similam, & thus, & sal, pro libamentis. Et interdum aliqui reges deuoti etiã de Gentilibus dabant omnes expensas necessarias, sicut fuit de Seleuco Rege Asiæ, vt patet 2. Machab. 3. Vel fiebat, vt ipsi reges, & principes locum summo honore ducerent, & templum maximis muneribus lustrarent, ita vt Seleucus Asiæ Rex de redditibus suis præstaret omnes sumptus, ad ministe-

rium sacristarum pertinentes, sic etiam fuit de Artaxerse rege Persarum, qui dabat tam pro animalibus emendis, quàm pro ipsis libamentis omnia necessaria, vt patet primo Esdræ 7. Scilicet, Ego Artaxerses rex statui atque decreui omnibus custodibus arcę publicę, qui sunt trans flumē, vt quodcunque petierit a vobis Esdras sacerdos scriba legis Dei cœli, absque mora detis vsque ad argenti talenta centum, & vsque ad vini batos centum, & vsque ad frumenti coros centum, & vsque ad batos olei centum, sal vero absque mensura, omne quod ad ritum Dei cœli pertinet tribuatur diligenter in domo Dei, ne forte irascatur contra regnum regis, & filiorum eius. Cum autem dabantur ista omnia, ad sacerdotes pertinebat disponere illa pro sacrificijs, scilicet, quòd conspergerent similam oleo, vel frigerent eam in sartagine, vel coquerent in clibano siue craticula, iuxta diuersum ritum sacrificiorum: Leuiti. 2. Et tamen istud solum erat pro sacrificijs suprapositis, quæ erant ordinaria, & soluebantur de expensis sanctuarij, in sacrificijs autem spontaneis, siue factis accidentaliter, scilicet, quæ a populo offerebantur, non soli parabant sacerdotes similam, nec alia libamenta, sed ipsi offerentes conspergebant oleo, vel coquebant in clibano, vel craticula, aut frigebant in sartagine, & sic ducebant ad sanctuarium, vt colligitur Leuiti. 2.

Sed obijcietur, quòd non pertinebat ad sacerdotes parare similam, sed ad Leuitas, quia supra 9. Dicitur quod illi, qui præerant vtensilibus sanctuarij præerant similæ, vino, & oleo. Et tamen illi erant Leuitæ, quia Leuitæ sunt illi, qui præsunt vtensilibus templi, scilicet, thesaurarij, vt patet infra 26.

Respondendū est, q̄ sacerdotes parabant similā pro sacrificio sicut hic dicitur, Leuitæ autem solum custodiebant illam, quia erant thesaurarij, & omnia, quæ custodire debebant ad vsum sacrorum erant sub prāte Leuitarum, & custodiebant illa in exedris, quæ erant in atrio templi. Vti tamen illis rebus in ministerio pertinebat ad sacerdotes, sic erat de simila, quia Leuitæ præerant illi custodiendo eam, vt patet supra 9. Et tamen sacerdotes debebant accipere de ea quantum determinatum erat pro quolibet sacrificio, & tunc conspergebant oleo, & afferebant, sicut colligitur Leui. 2.

Quomodo sacerdotes se habebant circa lagana azyma.
Quæst. XXXI.

QVAERITVR vlterius cum dicatur hic, quòd sacerdotes præerant ad lagana, et azyma, et sartaginem, et ad similam feruentem, quomodo disponebant de illis, et in quibus sacrificijs.

Respondendum est, quòd in lege cautum erat de sacrificijs, quomodo fierent, & quædam sacrificia fiebant de animalibus cum libamentis suis, & quia ista erant aliqualiū sumptuum, & non poterant pauperes frequentare illa, dabantur alia sacrificia minorū sumptuum, s. q̄ possent offerre de pane solo, & sic constituit Deus quatuor genera sacrificiorum de pane, & quædam erant de sola farina non cocta, nec cōmixta aqua de simila. Secundum erat sacrificiū de panibus coctis in clibano, & isti panes debebant esse sine fermento, & conspergebātur oleo, postquàm cocti erāt, & offerebantur sacerdoti. Tertium erat sacrificium de panibus coctis in craticula, qui etiam erant sine fermento, & conspergebantur oleo postquàm erant cocti, & cum istis offerebantur oleo linita, & etiam cum sacrificio de clibano. Quartum sacrificium erat de sartagine, quando simila conspersa aqua frigebatur in oleo in sartagine, & non fiebat in modum laganarum nostrarum rotundarum, sed in modum paltę longę secundum latitudinem sartaginis, & postquàm nimis frigeretur, ita vt esset panis durus, frangebatur in partes minutas, & conspergebatur iterum oleo, & sic offerebatur, de his omnibus Leuiti. 2. Ista erant sacrificia pauperum quando per se offerebantur sine carnibus animalium, interdum autem offerebantur ista sacrificia de pane cum carnibus animalium, & dabantur in modum libaminum. Sic enim erat in omnibus holocaustis, & hostijs pacificis: nam offerebatur saltem simila conspersa oleo, vt patet Numeri 15. Interdum autem offerebantur multa sacrificia de pane, sicut in hostijs pacificis, quæ erant pro gratiarum actione, in quibus offerebantur omnia ista, vt patet Leuiti. 7. Scilicet, Si pro gratiarum actione fuerit oblatio, offerent panes absque fermento conspersos oleo, & lagana azyma vncta oleo coctamque similam, & colyridas olei admixtione conspersas. Sic etiam sępe sacerdotes offerebant hostias pacificas, sicut exigebant cæremoniæ ciuitatum, vt patet Numeri 28. et 29. Et tunc necesse erat, quòd sacerdotes pararent ista omnia, scilicet, similam, et panes coctos in clibano, & ea, quæ frigebantur in sartagine, & etiam illa, quę in craticula, & istud ponitur hic, & in istis intelliguntur omnia quatuor genera sacrificiorum de panibus, quæ habentur Leuiti. 2. Nam cum dicitur hic. d similæ sacrificium, quod fiebat de simila sola non cocta, nec frixa in sartagine, nec commixta aqua, sed solum conspergebatur oleo, & offerebatur: per lagana, intelligebatur sacrificium tertium, quod fiebat in craticula, & tamen etiam cum sacrificio secundo, quod erat de clibano, offerebantur lagana oleo linita: Leuiti. 2. Per azyma intelligitur secundum genus sacrificij, quod erat de panibus coctis in clibano, & illi panes erant azymi: nam res nulla fermentata poterat Deo offerri, eo quòd Deus vetuerat fermentum, & mel offerri in sacrificio suo: Leuiti. 2. Per sartaginem, & similam feruentem intelligitur quartum genus sacrificij, scilicet, quod fiebat in sartagine, & illud vocabatur similā feruens, eo quòd in oleo feruenti coquebatur ad ministrandum, & in omnibus sacerdotes erant constituti. Sed obijcietur, quòd frigere aliquid in sartagine ad Leuitas pertinebat, & non ad sacerdotes, quia supra 9. Dicitur: Mathathias Leuites primogenitus solum Coritæ præfectus erat eorum, quæ in sartagine frigebantur.

Respondendum, quòd Leuitæ non frigebant aliquid istorum, sed sacerdotes, vt patet hic in litera. Et ad illud dicendum, quòd Coritæ, qui erant Leuitæ præerant illis, quæ frigebantur in sartagine, non quòd ipsi aliquid frigerent, sed quòd conseruabant omnia illa, quæ frigi debebant: nam Coritæ erant thesaurarij, & ianitores infra 26. Ideo custodire debebant quidquid pertinebat ad ritum ministeriorū sanctuarij. Et specialiter habebāt sibi cōmissam similam, & oleum, ad frigendum inde aliquid pro sacrificijs. Ipsi tamen nihil frigebant: sicut Leuitæ præerant aromatibus, vt patet supra 9. Et tamen ipsi nihil conficiebant ex aromatibus, sed filij sacerdotum vnguenta ex aromatibus conficiebant, vt patet ibidem.

De cæremonijs cantorum. Quæst. XXXII.

QVAERITVR vlterius: circa Leuitas cātores, de quibus dī hic, q̄ debebant stare quotidie ad laudandū Dominum, & q̄ iugiter starent in sanctuario, quomodo se habebant in cæremonijs suis. Respondendum est, quòd cantores erant quatuor millia, vt patet supra in litera, et erant diuisi per viginti quatuor sortes, vel partes, infra vigesimoquinto. Et

Et ministrabant successiue ille sortes, scilicet, quęlibet vna hebdomada vsque ad vltimam. Et deinde redibat prima ad ministrandum, & illi Leuitæ, qui erant de sorte, qui actualiter ministrabant, manebant in Sanctuario, & habebant domos intra atrium templi ad manendum, quæ vocantur exedræ, & ibi manebant per noctem, & diem. In die enim ministrabant tempore sacrificiorum, & in nocte etiam quando fiebant sacrificia, & ob hoc non poterant morari per noctem extra atrium templi, sic patet supra 9. scilicet, Hi sunt principes cantorum per familias Leuitarum, qui in exedris morabantur, ita vt die, & nocte iugiter suo ministerio deseruirent.

Pro hoc autem considerandum, q̄ officium istorum erat cantare laudes Dei in Sanctuario, & cantabant eas, quando fiebant sacrificia ordinaria. In sacrificijs autem spontaneis, vel factis ex accidenti non cantabant Leuitæ. Erant autem sacrificia spontanea, & accidentalia quæcunque a populo offerebantur, & ista multa erant quotidie, tamen Leuitæ non canebant, cum fiebant sacrificia ordinaria erant illa, quæ statuta erant a lege pro certis diebus, & soluebantur de expensis Sanctuarij. Et ista erant quotidie duo, scilicet, holocaustum matutinum, & vespertinum, & in istis duobus canebant Leuitæ: matutinum fiebat in ortu Solis ante omnia alia sacrificia: de cuius ritu declaratum est Leuitici sexto: Sacrificium vespertinum fiebat in occasu Solis, fiebat enim tunc cremari, & durabat per totam noctem, Leuitici sexto, scilicet, Hæc est lex holocausti, cremabitur in altari tota nocte vsque mane. Hoc autem erat, quia particulæ holocaustorum non ponebantur simul, sed successiue cremabantur, ita vt duraret vsque ad auroram, & manebat ibi sacerdos, qui faciebat sacrificium tota nocte, etiam canebant dum fieret istud sacrificium per noctem, vt patet in litera, scilicet, Leuitæ vero, vt stent mane ad confitendum, & canendum Domino, similiter ad vesperam in oblatione holocaustorum Domini. Ideſt, in holocausto matutino, & vespertino. Et ob hoc necesse erat, quòd Leuitæ haberent domos extra Sanctuarium ad manendum. Erant alia sacrificia ordinaria, scilicet, quæ offerebantur in sabbathis: nam propter solennitatem diei duplicabantur sacrificia, scilicet, vt fierent quatuor holocausta, de hoc Numeri vigesimoquarto: Etiam erant multa sacrificia ordinaria in festiuitatibus Calendarum, & multa in festo Clangoris, & etiam in festo Propitiationis, & plurima in festo Tabernaculorum, Numeri vigesimooctauo, & vigesimonono. In omnibus his sacrificijs Leuitæ intererant canendo, vt colligitur in litera cum dicitur. Vt stent ad confitendum Domino mane, & vespere, tam in oblationem holocaustorum Domini, scilicet, matutini, & vespertini, quàm in sabbathis, & Calendis, et solennitatibus: et nomine solennitatum intelliguntur hic illæ, quæ semel tantum in anno eueniebant, scilicet, festum Azymorum, et Pentheco-stes, et festum Clangoris, et festum Propitiationis, et festum Tabernaculorum.

Considerandum etiam, quòd in his diebus Leuitæ obseruabant differentiam in canendo. Et hoc quantum ad duo. Primo, quantum ad numerum canticorum, quia in quibusdam solennitatibus dicebant quædam cantica, et in alijs alia, et plura in vno die, quàm in alio. Secundum erat quantum ad diuersum ritum, et cæremonias apparatus ipsorum cantorum, quia in quibusdam diebus induebantur solennius, quàm in alijs, et ista duo tanguntur in litera cum dicitur. Iuxta numerum, et cæremonias vniuscuiusque, ideſt, cantores cantabant iuxta numerum, s. canticorum vniuscuiusque rei, ideſt, vniuscuiusque diei, vel solennitatis.

De festiuitate Calendarum. Quæst. XXXIII.

QVAERITVR vlterius circa Calendas, de quibus hic dicitur, quòd festum erat. Respondendum est, quòd istud erat vnum festum in principio cuiuslibet mensis, scilicet, prima dies mensis cuiusque apud Hebræos erat venerabilis, & in ea offerebantur plura sacrificia, & libamenta, quàm in diebus profestis, & quàm in sabbathis. Quot autem libamenta essent, & quæ sacrificia, patet Numeri vigesimooctauo: Hebræi enim non incipiunt menses, sicut nos, qui habemus primordia mensium certa, sed incipit mensis apud eos in die coniunctionis Lunæ cum Sole, & vna lunatio apud eos facit vnum mensem, & ob hoc ipsi habent in anno nostro vnum annum, & quasi dimidium mensem, eo quòd in quolibet anno nostro sunt duodecim lunationes, & plusquàm vndecim dies tertiædecimæ lunationis, & ob hoc etiam ipsi aliquo anno habent duodecim lunationes, & aliquo anno tredecim, & sunt inter eos anni inæquales. Sed quidquid sit semper in die prima lunationis, incipiunt menses, & est ibi solennitas eorum, & vocatur ista solenniras Calendarum, vel Neomenia, vt patet Psal. 80. scilicet, Buccinate in Neomenia tuba insigni die solennitatis vestræ. Sic etiam dicitur Isaiæ 1. Neomeniam, & sabbathum, & festiuitates alias non feram. Vocantur autem proprie Neomenia festum istud a neos, quod est nouum, & mene, quod est defectus, quasi nouus defectus Lunæ, scilicet, quia in coniunctione deficit lumen Lunæ, & vocatur nouus defectus dies ille, in quo coniunctio est, quia tunc maxime deficit Luna lumine. Nomen autem Calendarum non est proprium, sed est per similitudinem ad menses nostros, quia prima dies cuiuslibet mensis nostri est Calendarum. Ideo Hieronymus vocauit principium mensis Hebræorum Calendas, & sic vocatur sæpe, vt patet Numeri 28. & 1. Regum 20. & 4. Reg. 4. & Isaiæ 1. Erat ista magna solennitas, & iubebat Deus in ea clangi buccinis sacris in signum lætitiæ, vt patet Numeri 10. & etiam Psal. 8. dicitur: Buccinate in Neomenia tuba insigni die solennitatis vestræ.

Cur in Calendis celebrabatur id festum.
Quæst. XXXIIII.

QVAERITVR autem quare in Calendis fiebat festum? Dicendum est, quia omnis immutatio, quæ fit in istis inferioribus est per opus Lunæ, & aliorum planetarum, sicut dicit Aristoteles primo Meteor. scilicet, Oportet mundum hunc inferiorem continuari superioribus lationibus. Ideſt, motibus corporum cœlestium, scilicet, quia virtus istius mundi est ex illo mundo superiori, & quia præcipue apparet mutatio ista ex opere Lunæ, voluit Deus, vt quidam dicunt, in primordijs mensium sibi offerri sacrificium, quia tunc est coniunctio Lunæ cum Sole, per quam ista inferiora vegetātur: sed non videtur esse causa conueniens, quia si propter hoc fieret, incitaret Deus quodammodo Iudæos ad honorandum, vel timendum illam, credens potestatem eius in istis inferioribus, cum propter eius operationem, & potestatem in istis inferioribus fieret sacrificium in lunatione qualibet, sed istud nimis erat contra intentionem Dei, qui intendebat potius abstrahere Hebræos a cultu, & timore stellarum, intantum quòd iubebat eis, ne aspicerent Solem, & Lunam, & alia astra, ne deciperentur videndo illa, & colerent tanquam Deos, Deuteronom. 4. scilicet, Caue ne forte eleuatis oculis ad cœlum videas Solem, aut Lunam, & omnia astra cœli, & errore deceptus adores ea, & colas, quæ creauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus. De timore autem stellarum patet Isaiæ 10. Scilicet, Iuxta vias gentium nolite discere, et a signis cœli nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt. Quomodo ergo Deus incitaret per istum modum Hebræos ad honorandum Lunam, & timendum eam? non est enim verisimile. Item non stat istud, quia si fieret hoc propter operationem Lunæ in istis inferioribus, potius Deus statuisset aliquam solennitatem, vel multas ad significãdum operationes magnas Solis in istis inferioribus, quia multo maiores sunt operationes solis in istis inferioribus tam in efficiendo, quàm in significando quàm operationes Lunæ; & omnium aliorum planetarum. Patet hoc, quia Aristo. primo de generatione, & corruptione dicit, quòd secundũ accessum, & recessum Solis in circulo obliquo, idest, in zodiaco ad nos fiunt generationes omnes, & corruptiones in terra, & sic nominatur sol causa omnium istorum tanquam nullum aliud astrum esset aliquo modo causa. Patet etiam secundo Physicorum, scilicet, Sol, et homo generant hominem. Et non attribuit virtutem actiuam in generatione humana alijs planetis, sic etiam tertio de Anima dicit allegans auctoritatem Homeri, scilicet, talis est intellectus humanus, qualem in die ducit pater deorum, & virorum, scilicet, sol vt erat intentio Homeri, idest, talis est intellectus humanus, qualem eum efficit Sol in die, scilicet, in die natiuitatis nostræ, qui sol est pater deorum, & virorum, & sic posuit solem esse causam vniuersalem omnium rerum, & etiam ipsorum deorum. De Luna autem nihil dicitur in omnibus his, ideo potius deberet fieri festum aliquod pro his, quæ operatur Sol in istis inferioribus, quàm pro his, quæ operatur Luna, & tamen nõ fit aliud festum ad significandum operationem solis in istis inferioribus, ergo nec fit festum Calendarum ad significandum operationem Lunæ.

Dicendum ergo, quòd festum Calendarum fiebat propter tria. Primo ad mouendum Israelitas ad dandum Deo gratias de beneficijs, quæ recipiebant ab eo in quolibet tempore, et quia in principijs mensium erat quoddam principium temporis tam secundum humanam existimationem, quia distinguimus tẽpus per menses, quàm secundum distinctionem naturalium operationum, quia in principijs lunationũ semper fit aliqua mutatio temporis, licet interdum a ventis non sentiatur. Secundum erat, quia cum Deus vellet aliqua festa facere in principijs aliquorũ temporum, vt homines ei gratias referrent pro beneficijs susceptis in illo tpe, non poterat esse tempus magis conueniens, q̃ in principijs lunationum, eo q̃ hic haberẽt minimam causam idolatrandi, nam si fieret aliqua festiuitas aliquo tpe propter operationem solis cum sol omni tẽpore sit in fulgore, et magnitudine, et figura æqualis mouerentur Israelitæ ad colendum eum per istum honorem quem impendebant illo tpe. In Luna aũt cum fieret festum in die coniunctionis, non erat incitatiuum ad idolatrandum, eo q̃ tunc Luna deficit lumine, nec videtur ab aliquo, corpora tñ cęlestia per pulchritudinem suam mouebant quosdam de Israelitis, sic patet Sapien. 13. cap. Solem, et Lunam rectores orbis terrarum putauerunt quorũ specie delectati Deos putauerunt. Sic etiã dr Deute. 4. Scilicet, Caue, ne eleuatis oculis in cęlum, vt videas Solem, et Lunã, aut cætera astra, & errore deceptus adores ea, & colas. Tertium erat, & præcipuum ad tollendũ Israelitis occasionem idolatrandi, nam nimis mouebantur Israelitæ, & aliæ gentes ad colendum Lunam, & vocabant eã Reginam cęli, & offerebant ei placentas, & quia Luna renouatur in nouilunio, & incipit nũc crescere lumen suũ, offerebant ei tunc Israelitæ munera: vt ergo illud, qđ oblaturi erant dęmoni, & Lunę offerrent sibi, statuit Deus festiuitatem Calendarum in singulis exordijs mensiũ, vt tunc multa sacrificia, & cæremoniæ fierent ad honorem ipsius, & per istum modũ venirent in desuetudinem cultus, quem Israelitę faciebant Lunæ. Quod autem Israelitæ nimis afficerentur ad colendum Lunam patet, quia Ieremias increpauit totum populum super hoc, & responderunt sibi mulieres publicè, q̃ etiam si Deus vetaret, non cessarent colere Lunam: Iere. 44. Cum dicitur: Sermonem, quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te, sed faciemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus Reginæ cœli, & libemus ei libamina sicut nos, & patres nostri, & reges nostri fecerunt in vrbibus Iuda, & in plateis Ierusalẽ, & saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malũq; nõ vidimus. Ex eo aũt tpe, quo cessauimus sacrificare Reginæ cœli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio, & fame consumpti sumus. Quod autẽ Deus faceret sibi fieri solennitatem tempore illo, quo solebant munera offerri Lunæ, vt cessaret cultus eius per desuetudinem, est verisimile, quia simile fuit de omnibus sacrificijs legis, quia sicut omnes doctores cõsentiunt, & valde bene, causa potissima, quare Deus dedit tot genera sacrificiorum, & cæremoniarum in lege fuit, quòd quamquam illa in se non proficerent, impedirentur per hæc Hebræi ad cultũ dæmonum, cũ assuefierent colere Deum, & offerrẽt sibi id, quod aliàs dæmonibus oblaturi erant. Sic etiam factum est in Ecclesia de festo candelarum in principio Februarij, nam apud gentiles consuetudo erat quoliber anno in principio Februarij festum facere Dijs infernalibus, & animabus mortuorum, ne terrerent homines apparẽdo eis, & per noctem ambulabant in circuitu vrbis cũ multitudine candelarum, & quia difficile erat in Ecclesia tolli istum ritum gentilem, prouidit Ecclesia, quòd aliquo modo iste ritus seruaretur, & ad hoc statuit festum candelarum in die purificationis Virginis. Ista fuit causa quare ille mensis, in quo fiebat istud festum vocatur Februarius quod interpretatur purgatorius, vel purificatorius: nam Februa, & Februarum significant purificationes, vt ait Ouidius 2. Fastorum.

Ipse sacerdotem iactantem Februa vidi.

Idest, purificationes. Purificabatur enim tunc terra animabus mortuorũ, quia credebant Gentiles, quòd Dij infernales, & animæ soluto corpore, quæ vocantur lemures, & solent apparere hominibus ad terrendum eos, redibant tunc in infernum, quia placabantur per istum honorem, qui eis impendebatur quolibet anno in ista die prima Februarij, & continuabatur semper ista festiuitas.

CAP. XXIIII.

PORRO filijs Aaron hæ partitiones erant. Filij Aaron: Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar. Mortui sunt autem Nadab, & Abiu ante patrem suum absque liberis, sacerdotioque functus est Eleazar, & Ithamar.

De

DESCRIPTA in præcedentibus ordinatione Leuitarum in generali, hic agitur de ordinatione earum in particulari. Et diuiditur in tria, quia primo ponitur ordinatio eorum quantum ad sacerdotes, & doctores. Secundo quantum ad cantores sequenti cap. Tertio quantum ad sacristas, & ianitores infra 26. Prima in duas, quia primo agitur de ordinatione sacerdotum. Secundo de ordinatione doctorum, ibi. *Porro filiorum Leui.*

An hic sit ordo continuus ad præcedentia, & fuerint immediate post illa. Quæst. Prima.

QVAERITVR circa primum an ea, quæ habentur hic sint continuata ad præcedentia, & fuerint facta sic immediate post illa, vel interiecto aliquanto tempore.

Respondendũ, quòd hic non narrantur aliqua gesta historica, inter quæ proprie possit considerari ordo successionis, sed narratur ordinatio sacerdotum, & Leuitarum. Et dicendum est, quòd satis apparet istud debere fuisse post præcedentia, eo quòd ibi saltem in principio præcedentis capituli agitur de numeratione Leuitarum, & congregatione principum ad faciendum istam ordinationem. Et non oportebat, quòd fieret congregatio principum antequam numerarentur aliqui, siue sacerdotes, siue Leuitæ, poterat tamen esse ordo mutatus quantum ad quandam numerationem Leuitarum, quæ habetur præcedenti cap. scilicet, quòd forte prius sacerdotes numerarentur, & disponerentur per vices suas quàm Leuitę numerarentur, & tamen ordini rationis magis conuenit ordo qui habetur in litera quàm alius, eo quòd præcedenti capitu. nondum ponitur aliquod ministerium Leuitarum in particulari, sed omnia ponuntur sequẽti capitu. & infra 26. Hic tamen agitur de ordinatione sacerdotum in particulari. Ideo dicendum videtur, quòd fuerit istud post illud. Cum autem quæritur an fuerit istud immediate post præcedẽtia, vel interiecto aliquanto tempore.

Dicendum videtur, quòd fuerit immediate post præcedentia, quia Dauid cum principibus suis quando congregati fuerunt anno quadragesimo regni Dauid, ordinauerunt totum statum sacerdotum, & Leuitarum, nec cessauerunt quousque omnia ordinauerunt, & sic in eodem tempore facta sunt omnia, quæ habentur a capitulo præcedenti vsque ad finem libri istius. Circa primum dicitur. *Porro filijs Aaron hæ partitiones erunt.* Idest, Inter sacerdotes, qui erant filij Aaron erunt istæ partitiones, idest, sortes, quæ sequuntur, forte enim propter dignitatem sacerdotum prius determinata sunt ea, quæ pertinebant ad eos, quã quæ ad Leuitas, & est ista sententia dependens ex præcedentibus, s. porro filijs Aaron, hæ partitiones erunt, idest, supra dictum, s. de sacerdotibus, & Leuitis, & officijs eorum in generali, & tamen partitiones eorũ in speciali istæ sunt. *Filij Aaron Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar.* Ponuntur hic filij Aaron omnes, quos habuit siue mortui, siue qui superfuerant, eo quòd volebat scriptura declarare partitiones sacerdotum, & oportebat, quòd omnes sacerdotes quicunque erant, in isto numero comprehenderentur, & quia Aaron fuit pater omnium sacerdotum, oportuit, quòd nunciarentur omnes filij eius, vt scirẽtur descendentes ab eis. *Mortui sunt autem Nadab, & Abiu ante patrem suum.* Posuit quatuor filios Aaron, & hic excludit duos, eo q̃ illi mortui sunt nõ habentes filios, scilicet, Nadab, & Abiu, & mortui sunt ante patrem, idest, priusquam moreretur Aaron, scilicet, quando inceperunt sacrificare, prima die ministrationis eorum. Quanto autẽ tempore ante patrẽ suum mortui sint, & ex qua causa declarabitur infra in quæstionibus. *Absque liberis.* Idest, non reliquerunt aliquos filios, quia iuuenes erant, quando mortui sunt, & ista est causa quare ponuntur hic, vt intelligatur, quòd tota successio sacerdotum fuit per curam Eleazar, & Ithamar, eo quòd Nadab, & Abiu nullos filios habuerunt. In Hebræo dicitur: Et filij non ipsis. Idest non erant filij eis tempore quo mortui sunt, & idem est. *Sacerdotioque functus est Eleazar, & Ithamar.* Ministrauerunt in officio sacerdotali.

De intentione scripturæ. Quæst. II.

QVAERITVR circa ea, quæ habentur hic, quæ intentio sit scripturæ hic. Respondendum est, quòd intentio est diuidere sacerdotes per partes suas, ad hoc, quòd essent certæ partes, quæ determinatis temporibus ministrarent, & voluit facere scriptura totam progeniem sacerdotalem quasi vnum cumulum, vt ille postea diuidatur in partes, & quia non poterant comprehendi omnes de progenie sacerdotali nisi poneretur caput sacerdotum, & lineæ descendentes ab eo: Ponitur hic Aaron qui fuit pater omnium, quia ante eum non erat ordo sacerdotalis in veteri Testamento, & ab eo deriuati sunt omnes sacerdotes, & ponuntur etiam omnes filij eius, vt sciãt quomodo descenderunt omnes sacerdotes per lineas illorum, & quæ sortes sacerdotum descenderunt a quolibet filio Aaron, & quia duo primi filij Aaron non habuerunt filios, excluduntur illi, & manent Eleazar, & Ithamar, a quibus descenderunt omnes sacerdotes, & progenies istorum diuisa est per omnes sacerdotes, quæ habentur hic. Prima autem diuisio fuit per duas domos, scilicet, isti duo filij Aaron fecerunt duas familias particulares, & sicut in familijs aliarum tribuum semper ponitur princeps familiæ cuiuslibet, ita in istis familijs ponuntur duo principes, qui erant duo summi sacerdotes, scilicet, Sadoc de linea Eleazar, & Achimelec de linea Ithamar. Deinde quælibet familia istarum subdiuisa est ei, quia familia Ithamar erat minor valde quàm familia Eleazar; omissa est familia Ithamar per octo partes, & familia Eleazar per decem, & sex, & isti fuerunt viginti quatuor sortes sacerdotum, qui ministrabant semper coram Domino, scilicet, quilibet tempore suo per successionem, de quo magis infra dicetur.

Quare scriptura ponit hic omnes filios Aaron. Quæst. III.

QVAERITVR vlterius quare ponuntur hic omnes filij Aaron, & quare dicitur, quòd duo illorum mortui sunt absque liberis. Respondendum, quòd scriptura intendebat colligere hic summam omnium sacerdotum ad hoc, quòd diuideret eos per partes suas, & quia nullus relinquendus erat extra istas portiones, necesse erat, quòd colligeretur summa omnium nullo omisso, istud autem non poterat esse nisi ponerentur omnes descendentes ab Aaron, quia ipse fuit pater omnium sacerdotum, & quia deriuatio facta est per filios suos immediatos, oportuit, quòd ponerentur omnes filij, & quia duo filij Aaron, scilicet, Nadab, et Abiu non habuerunt filios, non pertinebant ipsi ad istam numerationem, si tamen non ponerentur hic, aliquis dubitaret quomodo colligeretur hic tota summa sacerdotum, quia sciret, quòd habuit Aaron quatuor filios, et tamen duo illorum non ponuntur hic, nec aliqui descendentes ab eis, ponuntur ergo hic, vt non dubitetur

de

de eis, & tamen excluduntur illico, scilicet, quia non habuerunt filios aliquos, per quos continuaretur progenies sacerdotalis. Et cum dicitur, quòd mortui sunt ante patrem suum, nihil facit nisi id, quod subditur, scilicet, absque liberis: nam siue isti morerentur antequam moreretur Aaron, siue postea, dum tamen non relinquerent liberos, non pertinebāt ipsi ad istam summam sacerdotum, quæ diuidenda erat per viginti quatuor partes, & sic mortui fuissent relinquentes filios, siue morerentur ante patrem suum, siue post, semper computarentur, eo quòd per filios eorum extenderetur progenies sacerdotalis, & multi de illis includerentur nunc in istis sortibus. Dicitur tamen, quia mortui sunt ante patrem suum, ad significandum veritatem historiæ, quia sic fuit, quòd morerentur isti antequam Aaron, & satis magno tempore, vt infra declarabitur. Vel ponitur ad dandum causam dictorum, quia dicitur hic, quòd mortui sunt absque liberis. Redditur causa quomodo hoc potuit esse, scilicet, quia mortui sunt in iuuentute, cum nondum forte acceperant vxorem, nam ante patrem suum mortui sunt.

De causa quare Eleazar, & Ithamar non suscitauerunt semen fratrum eorum. Quæst. IIII.

QVAERITVR vlterius cum Nadab, & Abiu essent primogeniti Aaron respectu Eleazar, & Ithamar, quare non suscitauerunt semen eorum fratres sui Eleazar, & Ithamar: nam secundum legem Deute. 25. frater minor tenebatur suscitare semen fratris maioris, si moriebatur absque liberis. Ad euidentiam huius considerandum est, quòd Nadab erat primogenitus Aaron, quia ipsi habuerunt talem ordinem in natiuitate qualis ponitur hic in litera, & hoc patet, quia vbicunque ponuntur habent istum ordinem, sic etiam patet Numeri 3. Et ob hoc Nadab, & Abiu erant digniores aliis fratribus suis, & in populo habebant aliquem honorem, quem non habebant Eleazar, & Ithamar: nam quando Moyses debuit ascendere in montem ad accipiendum tabulas legis, iussit Deus ire cum eo honoratissimos de populo, scilicet, septuaginta seniores, & Nadab, & Abiu: Exo. 24. Et non ponitur ibi de Eleazar, & Ithamar, & sic isti duo erant maiores. Cum autem quæritur, quare Eleazar, & Ithamar non suscitauerunt semen istorum duorum.

Dicendum, quòd non tenebantur secundum legem suscitare semen amborum, sed alterius ipsorum, scilicet, primogeniti, & erat primogenitus Nadab, ideo de illo solo manet dubium, in quo modo non suscitauit semen illius Eleazar, vel Ithamar, & dicendum est, quòd non suscitauit aliquis istorum semen Nadab. Primo quia forte lex ista non erat data tempore, quo mortui sunt Nadab, & Abiu, & sic non poterant obligari ad eam. Patet hoc, quia Nadab, & Abiu mortui sunt anno secundo ab exitu de Aegypto, vt infra declarabitur, & tamen lex de suscitatione seminis data est anno quadragesimo ab exitu de Aegypto, quando erat iam Moyses propinquus mortui, quod patet, quia ista lex habetur Deute. 25. Et non in alio libro legis, & tamen omnia, quæ habentur in libro illo dixit Moyses Israelitis anno quadragesimo ab exitu de Aegypto mense vndecimo, & incepit dicere prima die mensis, vt patet Deut. primo. Et sic lex de suscitatione seminis data est post mortem Nadab, & Abiu annis quasi triginta, & octo, vel quasi, vnde non obligabantur Eleazar, & Ithamar suscitare semen Nadab fratris eorum.

Secundo potest dici, quòd hoc factum est, quia forte ista lex non habebat locum in duodecim tribubus Israel, quia non in tribu Leuitarum. Et ratio diuersitatis erat, quia aliæ tribus habebant possessiones, per quas cognoscerentur ipsę progenies, & ob hoc iusserat Deus, quòd non transiret hæreditas de tribu in tribum, ne confunderetur distributio sortium, sed manerent tribus, & familiæ distinctæ, sicut Deus distinxerat eas, Numeri vltimo. In tribu Leuitarum non erāt possessiones, quia non habebant agros Leuitæ nec alia prædia, sed solas vrbes ad habitandum: Numeri 35. Et Iosue 21. Ideo in ista tribu non differebat, quòd iungeretur alijs per matrimonium, quia non poterat ibi fieri confusio sortium. Sic erat de suscitatione seminis: nam illa fiebat, vt manerent defuncti in familia sua, & esset aliquis, qui succederet defuncto in possessione sua, ne cogeretur transire ad aliam familiam, & sic fieret paulatim confusio sortium, suscitando autem semen defuncti semper manerent eędē familiæ, quæ prius, eo quòd illi, qui nascebantur per suscitationem seminis, erant de familia defuncti, & censebatur verus filius eius, in tribu tamen Leui, cùm non essent possessiones, per quas cognoscerentur progenies, non poterant transire de vna familia in alteram, ideo etiam videtur, quòd non oportebat inter Leuitas fieri seminis suscitationem, & patet similiter per id, quod habetur Ruth 4. Nam Booz, qui voluit suscitare semen Maalon accipiendo vxorem eius habuit cum illa totam possessionem Maalon, sed inter Leuitas non poterat istud esse, quia non habebant possessionem, per quam cognoscerentur progenies.

Tertio potest dici, quòd dato, quòd lex de suscitatione seminis fuisset facta, quando mortui sunt Nadab, & Abiu, & haberet locum in Leuitis, sicut in alijs tribubus, non poterat nunc suscitari semen Nadab, quia forte non habebat, nec habuerat vxorem, nam erat satis iuuenis, & forte nondum illam acceperat. Sciendum tamen, quòd moriente fratre primogenito, non tenebantur fratres minores suscitare semen eius, nisi cum relinquebat vxorem, & non filios. Sic patet Deuter. 25. Cum dicitur: Quando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater eius. Et sic quando non haberet vxorem, scilicet, quia nunquam acceperat eam, vel si acceperat, & mortua erat, prius quàm moreretur vir, non tenebantur fratres minores suscitare semen maioris. Et ratio est, quia tunc non diceretur suscitare semen fratris sui maioris, sed semen suum, quando tamen manebat vxor defuncti, id, quod ex ea nascebatur, videbatur esse ipsius defuncti, & sic erat quasi quædam suscitatio, & identitas seminis, per quandam fictionem legis. Si tamen non haberet aliquam vxorem moriens, & frater eius acciperet aliquam, de qua gigneret, nullo modo poterat fingi, filios inde genitos pertinere ad defunctum, quia non habebant cum eo aliquam conuenientiam, vel identitatem.

Quarto potest dici, quòd forte Nadab, & Abiu habuerunt filios aliquando, & tamen illi mortui sunt, antequam morerentur patres eorum, & sic mortui sunt absque liberis. Sed dicendum, quòd iste modus non est conueniens, quia tunc si non darentur superiores solutiones, tenerentur Eleazar, & Ithamar suscitare semen Nadab, si vxorem haberet, de qua suscitari posset. Ideo superiores tres modi tenendi sunt, vel aliquis eorum.

De

De morte Nadab, & Abiu quando mortui sunt. Quæst. V.

QVAERITVR vlterius, quomodo mortui sunt Nadab, & Abiu, de quibus dicitur, quòd mortui sunt ante patrem, & quanto tempore mortui sunt ante illum.

Dicendum est, quòd mortui sunt ambo in deserto Sinai prima die, qua inceperunt ministrare post consecrationem suam in sacerdotes. Pro quo sciendum, quòd anno primo ab exitu de Aegypto mense tertio venerunt Israelitæ in desertum Sinai, & ibi data est lex, Exo. 19. Postea autem ascendit Moyses in montem pro tabulis legis: Exo. 24. Et ibi dixit sibi Deus, de modo ædificandi Sanctuarium sibi. Exo. 25. Vsque ad 32. Fuit autem in eodem anno constitutum Sanctuarium. Exo. 35. Vsque ad finem. Ita quòd in principio anni sequentis, scilicet, prima die mensis primi eiusdem anni, Sanctuarium totum completum erat, & erectum est, & omnia vasa eius locata sunt in eo. Exo. 40. Tunc consecrauit Moyses omnia vasa Sanctuarij, vngendo illa oleo vnctionis, vt colligitur Exo. 40. Et Numeri 7. Et ibi declaratum est. Et etiam in principio eiusdem anni Aaron, & filij sui consecrati sunt in sacerdotes, & hoc fuit mense primo anni secundi: nam in mense secundo eiusdem anni primo die mensis, cepit numerari totus populus Israel per tribus suas, & ordinatus est quantum ad modum procedendi, & castrametandi. Numeri primo, & 2. & duravit ista numeratio vsque ad diem vicesimum mēsis eiusdem, & ipso die recesserunt Israelitæ de monte Sinai. Numeri 10. Fuerunt tamen sacerdotes consecrati in monte Sinai, vt colligitur Numeri 3. ideo oportet, quòd primo mense anni 2. Consecrarentur, & hoc in principio mensis, vt magis declaratum est Leuit. 8 Et Numeri 7. Duravit autem consecratio sacerdotum per dies 7. Vt patet Leuiti. 8. Et in illis septem diebus nō ministrauerunt sacerdotes, quia nondum erat finita eorum consecratio, sed cęperunt ministrare die 8. Vt patet Leuiti. 9. Et tunc congregatus est totus populus ad solennitatem nouæ ministrationis, et Aaron ministrauit principaliter, filij autem eius subministrabant ei, & tunc Nadab, & Abiu errantes in ministerio, quia acceperunt ignem alienum, combusti sunt a Domino. Leuiti. 10. & sic mortui sunt in principio anni secundi ab exitu de Aegypto: Aaron autem pater eorum mortuus est anno quadragesimo ab exitu de Aegypto mense 5. Die prima mensis, vt patet Numeri 33. Et sic fuerunt quasi triginta octo anni, & dimidium inter mortem Nadab, & Abiu, & patris eorum Aaron.

Propter quid mortui sunt Nadab, & Abiu. Quæst. VI.

QVAERITVR vlterius, quare mortui sunt Nadab, & Abiu, & qualiter. Respondendum, quòd die prima post consecrationē suam, quæ erat dies octaua a principio consecrationis inceperunt ministrare Aaron, & filij sui, & quia Aaron erat pontifex, ipse principaliter ministrauit, filij autem sui subministrabant ei. Et quia Nadab, & Abiu erant maiores filij Aaron, commissæ fuerunt eis principales ministrationes, & propter hoc habuerunt ipsi occasionem errandi, & occisi sunt, sed Eleazar, & Ithamar, cum essent minores, habuerunt illa die ministrationes, in quibus non errauerunt: ideo ipsi non combusti sunt cum fratribus suis. Fuit autem modus, quia quolibet die tenebantur sacerdotes cremare thymiama super altare thymiamatis, quod erat in tabernaculo, & etiam disponere lucernas candelabri, vt patet Exo. 27. & 30. Et Leuiti. 24. Acceperunt autem Nadab, & Abiu duo thuribula, quæ debebant implere prunis, vt introirent in tabernaculum, & ponerent super altare thymiamatum, & super prunas ponerent thymiamata. Debebant autem accipere prunas istas de altari holocaustorum, quia ille erat ignis sacer, & errauerunt, quia acceperunt prunas de alio igne non sacro, qui erat in atrio tabernaculi, & cùm vellent introire in tabernaculum ad ponendum thuribula super altare thymiamatū, egressus est ignis de altari holocaustorum, quod erat apud portam tabernaculi, vt patet Leuiti. 10. & combussit illos, corrueruntque mortui coram altari holocaustorum, vt colligitur Leuiti. 10. Flamma autem ista, quæ combussit Nadab, & Abiu egressa est miraculose de altari, quia prius non solebat egredi: ideo dicitur, quòd ignis egressus a Domino combussit illos. Leuiti. 10. Etiam dicitur ibi, quòd Deus suscitauit illud incendium, & non fuerunt combusti Nadab, & Abiu, sicut illi, qui cremantur igne: nam flamma tetigit eos subito, & non cremauit corpora eorum, nec etiam vestes, sed fuerunt integri, vt colligitur Leuiti. 10. & sic illa mors fuit potius voluntate Dei, quàm actione ignis, quia non sufficiebat illa flamma egrediens de altari, ad occidendum eos subito, sicut factum est. Vel dato, quòd sufficeret, saltem non fuissent sic occisi: nam prius cremarentur vestimenta eorum, & aliquæ partes carnis, & tamen nec vestes eorum crematæ sunt, nec aliquid de carne, vt colligitur Leuiti. 10. Occasio autem mortis eorum, sicut quidam dicunt fuit, quia erant ebrij, & nesciebant præ vini turbatione quid agere deberent, & sic acceperunt de igne nō sacro, cùm accipere debuissent de igne sacro, qui erat in altari holocaustorum. Sed istud non stat, vt declaratum est Leuiti. 10.

Dicendum ergo est, quòd isti erant noui in ministratione, eo quòd nunquam ante hoc ministrauerant, cum esset illa prima dies ministrationis, vt colligitur Leuiti. 8. & 9. & 10. Simul sumptis, & declaratum est præcedenti quæstione, & propter inexperientiam turbati sunt, potissime quia erant coram tota multitudine Israel, vt colligitur Leuiti. 9. & sic errauerunt assumendo de igne non sacro, & combusti sunt. De his autem, & etiam de effectu Nadab, & Abiu, scilicet, an perierunt æternaliter, cum videantur mortui in peccato mortali, declaratum est satis Leuiti. 10.

Quomodo intelligantur ista verba: Functus est sacerdotio Eleazar, & Ithamar. Quæst. VII.

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic: Functus est sacerdotio Eleazar, & Ithamar: nā videtur, quòd hoc non stet, quia aut accipitur hic de functione sacerdotij minoris, vel de summo sacerdotio. Si autem de minori, videtur superfluè dictū, quia non solum isti duo functi sunt sacerdotio, sed etiā Nadab, & Abiu, quia illi ministrauerūt corā Aaron, & ministrando mortui sunt. Leui. 10. Si autem accipiatur de summo sacerdotio, non est verum, q̄ Eleazar, & Ithamar functi sunt sacerdotio, qa Eleazar fuit summus sacerdos post Aaron patrem suum. Nu. 20. Ithamar autem nunq̄ fuit summus sacerdos. Aliquis dicet, q̄ intelligitur istud de summo sacerdotio. Et verum est, q̄ Eleazar, & Ithamar ministrauerunt in summo sacerdotio, quia multi fuerunt summi sacerdotes de stirpe Eleazar, & multi etiam de stirpe Ithamar: nā Heli summus sacerdos, & Phinees filius eius, & Achitob filius Phinees, & Achimelec filius Achitob, & Abiathar filius Achimelec fuerunt sacerdotes, & erāt

de

Universidad de Deusto
Biblioteca

de stirpe Ithamar, vt patet ex eis, quæ declarata sunt F
3. Regum 2. Patet etiam, quia Achimelec de quo hic dicitur, erat filius Abiathar, vt patet in litera, & erat de stirpe Ithamar, & tamen Abiathar erat summus sacerdos, & pater eius Achimelec, vt patet primo Regum 21. & 22. ideo fuerunt summi sacerdotes aliqui de stirpe Ithamar.

Dicendum est, quòd hoc non stat, quia hic dicitur. Functus est Eleazar, & Ithamar sacerdotio, & oportet intelligi de eis, qui ministrauerunt personaliter, & tamen manifestum est, quòd Ithamar nunquam ministrauit personaliter in summo sacerdotio, sed post Aaron ministrauit Eleazar filius eius. Numeri 20. & post Eleazar ministrauit filius eius Phinees, quia ipsi promissum fuit sacerdotiū, & filijs eius in sempiternum. G
Numeri 25. nunquā ergo ministrauit Ithamar. Quòd autem intelligatur de ministratione personali, patet Numeri 3. Cum dicitur: Mortui sunt Nadab, & Abiu, cum offerrent ignem alienum in conspectu Domini in monte Sinai, absque liberis: functique sunt sacerdotio Eleazar, & Ithamar coram Aaron patre suo. oportet ergo, quòd ipsi ministrauerint personaliter, & non intelligatur de posteris eorum, quia illi nunquam ministrauerunt coram Aaron, sed prius mortuus est ille, quàm ministrarent posteri ipsorum in summo sacerdotio. Debet ergo intelligi de ministratione in minori sacerdotio, & istam habuerunt Eleazar, & Ithamar viuente Aaron, quia subministrabant ei, mortuis Nadab, & Abiu. Cum autem obijcitur, quòd H
hoc superflue dictum est, quia non solum isti, sed etiā Nadab, & Abiu ministrauerunt coram Aaron. Dici potest vno modo, quòd non ministrauerunt: nam in principio ministrationis suæ mortui sunt, nec expleuerunt aliquam ministrationem, eo quòd incipiebant offerre thymiama, & cum accepissent ignem alienum antequam ponerent thuribula in altari, occisi sunt, nūquam ergo ministrasse dicuntur, quia nullam ministrationem compleuerunt.

Alio modo potest intelligi, quòd functi sunt sacerdotio Ithamar, & Eleazar, scilicet, post mortem Nadab, & Abiu: nam si Nadab, & Abiu superuixissent, illi principaliter subministrassent Aaron patri suo, sicut nunc inceperant, quia illa die qua mortui sunt I
principalis ministratio eis tradita est, & non legitur aliquid de ministratione Eleazar, & Ithamar illa die, quia tamen mortui sunt Nadab, & Abiu, functi sunt sacerdotio Eleazar, & Ithamar coram Domino.

Et diuisit eos Dauid, ideſt, Sadoc de filijs Eleazari, & Achimelec de filijs Ithamar secundum vices suas, & ministerium. Inuentique sunt multo plures filij Eleazar in principibus viris, quàm filij Ithamar. Diuisit autem eis, hoc est filijs Eleazar principes per familias sexdecim, & filijs Ithamar per familias, & domos suas octo. Porro diuisit vtrasque inter se familias sortibus: erant enim principes Sāctuarij, & principes domus Dei, tam de filijs Eleazar, quàm de filijs Ithamar. Descripsitque eos Semeias filius Nathanael scriba Leuites, coram rege, & principibus, & Sadoc sacerdote, & Achimelec filio Abiathar, principibus quoq; familiarum sacerdotaliū, & Leuitarū, vnā domū, quę cęteris præ-

erat Eleazar, & alteram domum, quæ sub se habebat cæteros, Ithamar. Exiuit autem sors prima Ioiarib, secunda Iedei, tertia Harim, quarta Seorim, quinta Melchia, sexta Maiman, septima Accos, octaua Abia, nona Iesua, decima Sechenia, vndecima Eliasib, duodecima Iacim, tredecima Hoppha, decimaquarta Isbaal, decimaquinta Belga, decimasexta Emmer, decimaseptima Hezir, decimaoctaua Aphses, decimanona Phetaia, vicesima Hezechiel, vicesimaprima Iachin, vicesimasecunda Gamul, vicesimatertia Dalaiau, vicesimaquarta Maaziau. Hæ vices eorum secundum ministeria sua, vt ingrediantur domum Dei, & iuxta ritum suum sub manu Aaron patris eorum, sicut præceperat Dominus Deus Israel.

Et diuisit eos Dauid. Refertur ad Eleazar, & Ithamar, scilicet, isti erant duo filij residui Aaron, a quibus descenderunt omnes sacerdotes. Et dicitur, quòd diuisit eos Dauid, scilicet, voluit, quòd ab Eleazar, & Ithamar descenderent duæ familiæ, & sacerdotes de familia Ithamar, non essent mixti sacerdotibus de familia Eleazar. Et sic fuerunt hic duæ diuisiones sacerdotum. Prima fuit, quia diuisa fuit tota progenies Aaron per duas familias deriuatas a duobus filijs suis, scilicet, Eleazar, & Ithamar. Secunda diuisio fuit, quia postea quælibet istarum familiarum subdiuisa est in partes aliquas, scilicet, familia Ithamar in octo sortes, & familia Eleazar in decem, & sex, & sic fuerunt viginti, & quatuor sortes sacerdotum, quæ ministrabant.

Ideſt, Sadoc de filijs Eleazar. Ponit modum diuisionis primæ, scilicet, quia diuisa est tota congregatio sacerdotum per domum Eleazar, & domum Ithamar, & quia ad hoc, quòd quælibet istarum esset vna congregatio, vel domus, requirebatur vnitas principis, ideo posuit vnum principem, scilicet, Sadoc super omnes qui erant de domo Eleazar, & alium super omnes qui erant de domo Ithamar. Iste Sadoc erat summus sacerdos Dauid: nam ipse, & Abiathar erant simul summi sacerdotes, vt patet 2. Regum 8. & 20. Et supra 18. licet ibi de filio Abiathar dicatur. Iste Sadoc vnxit Salomonem in regem, 3. Reg primo de quo magis dicetur in quadam quæstione. *Et Achimelec de filijs Ithamar.* Iste erat princeps inter omnes sacerdotes de domo Ithamar, & erat filius Abiathar summi sacerdotis, vt patet in litera. Et constitutus est nunc in principem, quamquam pater suus viueret.

Secundum vices suas, & ministerium. Ideſt, diuisi sunt secundum familias suas, ideſt, sm ministerium. Nam vices accipiuntur hic pro familijs sicut dicitur præcedenti cap. Distribuit eos Dauid per vices filiorū Leui: Gerson, Caath, & Merari, i. per familias, quia Gerson, Caath, & Merari tres familiæ sunt Leuitarum. Et est sensus, q̄ diuisit istos per vices, i. fecit eos principes duarum familiarum. Et diuisit eos per ministerium: ideſt, fecit, quòd in diuersis temporibus ministrarent. Nam quælibet de vigintiquatuor sortibus ministrabat tempore suo, & differebat ab alia per tempus ministrationis, a fortiori ergo distinguerentur Sadoc, & Achimelec per tempora ministrationum, cùm vnus esset princeps octo sortium, & alius princeps decem & sex sortium, vt patet in litera. *Inuentique sunt multo plures filij Eleazar in principibus viris, quàm filij Ithamar.* Scilicet, Ad hoc, quòd fierent istæ sortes, oportuit numerari omnes sacerdotes, & numerata est per se domus Eleazar, & per se domus Ithamar, & inuenti sunt multo plures viri in domo Eleazar. Et dicitur in principibus viris, ideſt, plures viri, qui essent principes cognationum particularium reperti sunt in domo Eleazar, quàm in domo Ithamar, nam cum multo plures essent viri de domo Eleazar, etiam plures cognationes particulares erant ibi, & quælibet illarum habebat vnum virum principem.

Diuisit autem eis, hoc est filij Eleazar principes per familias decem, & sex. Ideſt, Domum Eleazar, quæ iam sepa- B
rata erat a domo Ithamar, diuisit Dauid per decē, & sex familias, vel sortes, quarum quælibet erat vna congregatio sacerdotum sub vno principe particulari: nam sicut domus Ithamar, & Eleazar habebant duos principes, ita quælibet istarum sortium, quæ erant sub Ithamar, & Eleazar habebat vnum principem particularem, ita enim est de tribubus, & familijs: nam quælibet tribus habet vnum principem, & sub qualibet tribu sunt multæ familiæ, & quælibet etiam illarum habet vnum principem, vt colligitur Numeri primo, & secundo. *Et filijs Ithamar per familias, & domos octo.* Ideſt, Dedit Dauid octo principes in domo Ithamar, & diuisit totam illam domum in octo partes, siue in octo sortes, & cuilibet præerat vnus princeps de ipsa domo Ithamar. *Porro diuisit* C
vtrasque inter familias sortibus. Ideſt, Postquàm Dauid enumerauit omnes de domo Ithamar, & Eleazar, & diuisit quamlibet domum in certas partes, posuit sortes super illas partes, & istæ sortes non erant ad diuidendum, quia iam diuisæ erant istæ partes, sed erant ad distinguendum, quæ esset prima, & quæ secunda, & sic de alijs. Nam istæ vigintiquatuor sortes mutabant diuersis temporibus, scilicet, prima in primo tempore, & secunda post illam, & sic de alijs. & quia in hoc erat quidam honor, scilicet, qui primo ministrarent, determinatum est per sortes, vt cui prima sors eueniret, esset prima in ministrando, & cui secūda, esset secunda. In Hebræo habetur. Diuiserunt eos sortibus istos cum istis. Ideſt, Diuisi fuerunt per D
sortes filij Ithamar, & filij Eleazar, & dicitur istos cū illis, ideſt, diuiserunt istos ad illos. Et hoc significat litera nostra, dicens, diuisit vtrasque inter se familias.

Erant enim principes Sanctuarij, & principes Dei, tam de filijs Eleazar quam de filijs Ithamar. Ideſt, De vtraque domo, i. Eleazar, & Ithamar erant principes in Sanctuario: nam de domo Eleazar erat summus princeps Sadoc, & de domo Ithamar erat summus princeps Achimelec. Et præter istos in omnibus sortibus erāt aliqui principes, ideo erāt decem, & sex principes de domo Eleazar, & octo de domo Ithamar. Et isti vocantur principes Sanctuarij, quia præerant in his, quæ pertinebant ad Sanctuariū. Vocantur autem principes Dei, i. principes in ministerijs diuinis, quia ipsi erāt E
principes super omnes sacerdotes ministrantes, & consequenter super omnes Leuitas, quia Leuitæ subiecti erant Aaron, & filijs eius, vt patet præcedenti cap. & Numeri 3. & 18. *Descripsitque eos Semeias filius Nathanael scriba Leuites.* Scilicet, Postquàm domus Eleazar, & Ithamar diuisæ sunt per partes, & positæ fuerūt sortes, quæ esset prima, & quæ secunda, & sic de cæteris, descriptæ fuerunt omnes istæ sortes, vt sciretur, quæ erat prima, & quæ secunda, & sic de alijs. Etiam vt sciretur, qui & quot Leuitæ erant in qualibet sorte, & quis erat princeps in qualibet earum, & mansit illud in scriptura publica ad perpetuam rei memoriam, & distinctionem istarum sortium. Semeia autem Leuites scripsit istam numerationem. Et putant aliqui, quòd iste sit Semeias Propheta, qui venit ad Roboam filium Salomonis, quando pugnare volebat contra decem tribus Israel propter diuisionem regni, & ipse etiam scripsit omnia gesta Roboā, vt patet sequenti libro cap. 12. Hoc autem non apparet, sed satis poterat esse: nam Semeias, qui nunc viuebat, poterat viuere etiam toto tempore Salomonis, & Roboam, ad hoc, quòd scriberet omnia gesta Roboam: Nam istud factum est anno quadragesimo regni Dauid infra 26. & ille erat vltimus annus regni eius, vt patet infra 29. Regnauit autem postea Salomon annis quadraginta 3. Regū 11. & deinde Roboam annis decem, & septem, 3. Regum 14. B Qui sunt anni quinquaginta septem, & satis poterat viuere toto hoc tempore Semeia post istam descriptionem. Magis tamen videtur, quòd fuerit ille Semeias alius ab isto, quia de isto non habetur, quòd fuerit Propheta: ille autem erat Propheta. videtur ergo dicendum, quòd iste erat Leuita quidam simplex.

Coram rege, & principibus. Ideſt, Ista descriptio facta est præsente rege Dauid, & principibus regni sui, quos congregauerat ad faciendum istam ordinationem, vel tradendum eam executioni. *Et Sadoc sacerdote, & Achimelec filio Abiathar.* Ideſt, Etiam isti duo erant præsentes. Et ponuntur isti, quia erant principes sacerdotum. Vocatur Sadoc sacerdos, ideſt, summus sacerdos: nam ipse, & Achimelec erant nunc summi sacerdotes, & principes duarum domorum, scilicet, sacerdotalium, scilicet Ithamar, & Eleazar. Et de Achimelec non ponitur, quòd erat sacerdos, sed solum, quòd erat filius Abiathar, quia ostendendo, quòd erat filius Abiathar, significatur, quòd erat summus sacerdos, cum ipse Abiathar fuisset summus sacerdos. Et etiam supra 18. ponitur de isto Abiathar, quòd erat summus sacerdos, scilicet, quòd ipse, & Sadoc erant sacerdotes Dauid, ideſt, summi sacerdotes.

Principibus quoque familiarum sacerdotalium, & Leuiticarum vnam domum quæ cæteris præerat Eleazar. Ideſt, Etiā diuisit, vel assignauit principibus familiarum sacerdotalium, & Leuiticarum domum Eleazar, quæ cæteris præerat, ideſt, quæ erat excellentior omnibus: nā domus Eleazar erat excellentior, quàm domus Ithamar. *Et alteram domum, quæ sub se habebat cæteros Ithamar.* Ideſt, Etiam assignauit Dauid aliam domū, quæ præerat omnibus aliis sacerdotibus, & Leuitis, quibus nō præerat domus Eleazar. Ista litera est difficilis, quia ponitur hic, quæ cæteris præerat, & iterum dicitur, quæ sub se cæteras habebat, & refertur ad duas domos, & tamen videtur, quòd hoc non potest conuenire nisi vni: nam necesse est, quòd vna domus sacerdotum præesset quibusdam, & alia præesset cæteris, quibus non præerat prima, eo quòd solum erant duæ domus sacerdotales, quia tamen de vtraque dicitur, quòd habebat cæteras sub se, vel quòd præerat cæteris, est difficile. Aliqui dicunt, quòd debet intelligi sic, scilicet, vnam domum Eleazar, quæ præerat cæteris, ideſt, quæ erat excellentior, quamquam non præesset omnibus, comprehendendo illos sub se, quia quidam comprehendebantur sub domo Ithamar. Et cum dicitur. Et alteram domum, quæ sub se habebat cæteros. Intelligitur de comprehensione, scilicet, quòd omnes, qui non comprehendebantur sub domo Eleazar, comprehendebantur sub domo Ithamar. Sed ista expositio non stat. Primo quòd dicitur, quòd domus Ithamar præerat, ideſt, erat excellentior cæteris, scilicet, domibus, & tamen non erunt plures domus sacerdotales, ad quas compararetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

pararetur domus Eleazar, cum essent solum duæ domus, scilicet, Eleazar, & Ithamar. Si autem dicas, quòd comparetur ad domos minores, quia erant vigintiquatuor domus sacerdotales.

Dicendum, quòd non stat, quia tunc domus Eleazar non esset vna domus, sed decem, & sex, eo quòd decem, & sex sortes includebantur sub domo Eleazar, vt patet supra in litera. Secundo patet, quia acciperetur hic præesse prima vice, ideſt, excellentiorem esse, & tamen non stat, quòd secunda vice accipitur pro comprehendere, cum dicatur, vnam domum, quæ sub se habebat cæteros, ergo prima vice accipitur præesse pro continere, & non pro excellere. Dicendum ergo, quòd tota difficultas est, quia accipitur hic cæteris, ideſt, nullis, prima vice, & secunda vice accipitur proprie, s. vnam domum, quæ cæteris præerat, ideſt, quæ multos de sacerdotibus, & Leuitis sub se habebat, & ista erat domus Eleazar. Et alteram domũ, quæ sub se cæteras habebat, scilicet, domus Ithamar, quæ habebat sub se omnes, quos non habebat domus Eleazar. Vel potest accipi cæteris, ideſt, omnibus, & est sensus, quòd domus Eleazar præerat omnibus, & tamen domus Ithamar præerat cęteris, quibus non præerat domus Eleazar. Sed quomodo hoc possit stare, quòd ista videntur repugnare? Considerandum est, quòd omnes sacerdotes diuisi erant in duas partes inæquales, & vna erat domus Eleazar, & alia domus Ithamar, domus autem Eleazar non præerat sacerdotibus de domo Ithamar, præerat tamen Leuitis, quibus præerat Ithamar. Hoc autem, quia quando Leuitæ distincti fuerunt per tres familias, scilicet, Caath, Gerson, Merari, erant tres principes istarum familiarum de ipsissimet familijs, & tamen super illos principes adhuc fuerunt positi sacerdotes in principes, scilicet, quòd familia Caathitarum cum principe suo subesset Eleazaro filio Aaron. Numeri 4. & familia Gersonitarum, & Meraritarum subesset Ithamar filio Aaron, eodẽ cap. Et rursus oẽs tres familiæ Leuitarum cum principibus suis, & etiam ipse Ithamar, qui præerat duabus familijs, subessent Eleazaro filio Aaron. Numeri 3. Et iste erat alius ordo, quàm ille, per quem duæ familiæ subijciebantur Ithamar, & vna familia Eleazaro. Et istum sensum voluit hic sequi Hieronymus, eo quòd in litera dicitur, principibus familiarum sacerdotalium, & Leuiticarum, & tunc saluatur hoc in Leuitis, sed non in sacerdotibus, scilicet, vnam familiam, quæ præerat omnibus, ideſt, omnibus Leuitis, & hoc per vnum modum subordinationis. Et alteram domum, quæ habebat sub se cæteros, i. comprehendebat sub se omnes, quos non comprehendebat familia Ithamar, & hoc per alium modum ordinationis. Istud appareret, comparando Archiepiscopum ad Episcopos suffraganeos suos: nam comparando eum ad archiepiscopatum suũ distincta subiectio est Archiepiscopi, & episcoporum, quia illi, qui subijciuntur episcopis, nõ subijciuntur Archiepiscopis, & e conuerso. Comparando tamen Archiepiscopum ad episcopos, subijciuntur ei omnes. Et est iste alius modus subordinationis, primus tamen modus magis conuenit proposito, scilicet, quòd quidam sacerdotes, & Leuitæ comprehendebantur sub domo Eleazar, & cæteri sub domo Ithamar. Et hoc significat litera Hebraica, scilicet, Principibus patrum sacerdotum, & Leuitarum domui patris vnus comprehensus Eleazaro, & comprehensus ipsi Ithamar. Ideſt, in principibus patrum, i. cognationum sacerdotum, & Leuitarum vnus erat comprehensus sub Eleazaro, & alius erat comprehensus sub Ithamar, scilicet, quidam erant sub domo Eleazar de sacerdotibus, & Leuitis, & alij erant sub domo Ithamar. Et ponitur bis comprehensus, & comprehensus, ad significandum multitudinem, scilicet, quòd omnes, qui non erant sub Eleazar, erant sub Ithamar.

Exiuit autem sors prima Ioiarib, secunda Iedei, tertia Harim, quarta Seorim, quinta Melchia, sexta Maiman, septima Accos. Hic ponuntur vigintiquatuor sortes sacerdotum, qui fuerunt de sacerdotibus domus Eleazar, & Ithamar, & prima sors fuit Ioiarib, ideſt, nominata a quodam principe, qui vocabatur Ioiarib, & sic erat de omnibus alijs sortibus, quia quælibet earum nominatur ab aliquo principe. *Octaua Abia, nona Iesua, decima Sechenia, vndecima Eliasib, duodecima Iacim, tertiadecima Hoppha, quartadecima Isbaal, quintadecima Belga, sextadecima Emmer, septimadecima Hezir, octauadecima Aphises, nonadecima Pheteia, vicesima Hezechiel, vicesimaprima Iachin, vicesimasecunda Gamul, vicesimatertia Dalaiau, vicesimaquarta Maaziau.* Ideſt, Sors octaua erat nominata a principe Abia. De ista sorte fuit Zacharias pater Beati Ioannis Baptistæ, vt patet Lucæ primo cap. Fuit sacerdos nomine Zacharias de vice Abia.

Hæ vices eorum secundum ministeria sua. Ideſt, Istæ sunt sortes sacerdotum distinctæ per vices suas, quia vna sors ministrare debebat vno tempore, & alia alio. Et dicitur secundum ministeria sua, ideſt, secundum tempus ministrationis, quasi dicat, secundum, quòd sunt hic ordinatæ istæ sortes, quia prima est ante tertiam. Ita erat ordo in temporibus ministrandi. In Hebræo dicitur. Isti sunt numerati sui. Ideſt, Istæ sunt suæ numerationes, scilicet, quòd sicut habetur hic in ordine ministrationis, ita se habent in ordine ministrationis per tempus.

Vt ingrediantur domum Domini. Ideſt, Istud totum est ad hoc, quòd istæ diuersæ vices sacerdotum ingrediãtur domum Domini ad ministrandum: nam tota ministratiõ sacerdotalis, & Leuitica erat in domo Domini, ideſt, in templo, quia non licebat alibi fieri cæremonias cultus diuini, vt patet Leuiti. 17. Et Deute. 12.

Et iuxta ritum suum. Ideſt, Cæremonias suas, In Hebræo dicitur: Secundum iudicia sua. Ideſt, quòd ministrent secundum, quòd iudicatum est de eis per legem, quòd debeant ministrare.

Sub manu Aaron patris sui. Scilicet, Quamquam sacerdotes sint primo diuisi per duas domos, scilicet, Eleazar, & Ithamar, & postea per vigintiquatuor sortes, tamen omnes isti erant sub manu Aaron, ideſt sub manu tenentis locum Aaron: nam Aaron non viuebat isto tempore, cum defunctus fuisset ante hoc quadringẽtis, & triginta, & septem annis ferè. Quod patet, quia ab exitu de Aegypto vsque ad fundationem templi Salomonis fluxerunt anni quadringenti, & octoginta, vt patet 3. Regum 6. De quibus subtrahant quasi quadraginta anni ab exitu de Aegypto vsq; ad mortem Aaron: nam mortuus est anno quadragesimo ab exitu de Aegypto mense quinto, die prima mensis. Numeri 33. subtrahantur etiam tres anni, qui fluxerant de regno Salomonis, quando fundatum est templum: nam in principio quarti anni regni sui fundatum est, vt patet 3. Regum 6. Manebunt anni quadringenti, & triginta, & septem fere inter mortem Aaron, & istam numerationem: nam facta est ista numeratio anno vltimo regni Dauid, scilicet, quadragesimo, vt patet infra 26. Non ergo poterant sacerdotes ministrare nunc sub manu Aaron, sed ministrabant sub habente locum eius, & iste erat summus sacerdos, eo quòd Aaron, cũ vixit, erat summus sacerdos. *Sicut præcepit Dominus Deus Israel.* scilicet, quòd omnes tam sacerdotes, quàm Leuitæ essent sub manu Aaron, vt patet Numeri 18. *De*

De Sadoc summo sacerdote. Quæst. VIII.

QVAERITVR circa prædicta de Sadoc, de quo supra dicitur, quis erat ille.

Respondendum, q̃ iste erat summus sacerdos de stirpe Eleazar, ad quem directè pertinebat summum sacerdotium, & iste est, de quo Deus locutus est. 1. Reg. 2. s. Quod suscitaret sibi sacerdotem fidelem, & ædificaret ei domum fidelem, ambularetque coram Christo suo omnibus diebus, Ideſt esset in præsentia regis Salomonis, qui erat Christus. i, vnctus a Domino in regem. Postea autem regnante Saule erant adhuc sacerdotes de domo Ithamar, & erat tunc Achimelech summus sacerdos, 1. Reg. 22. Dauid aũt habuit aliquam familiaritatem cum illo, iõ Saul putans, q̃ Achimelech, & sacerdotes de cognatione sua coniurauerant cum Dauid contra eum, occidit Achimelech, & alios sacerdotes de stirpe sua, & omnes habitatores vrbis Nobe, vt patet 1. Re. 21. & 22. tunc cessauit sacerdotium summũ de domo Ithamar, quia Saul fecit sacerdotem summum de domo Eleazar, & iste fuit Sadoc, ministrauitque vsque ad mortem Saulis, & postquam mortuus est Saul, ministrauit in terra Israel septem annis, & dimidio regnãte Isboseth filio Saulis super vndecim tribus, cum regnaret Dauid in Hebrõ super solium tribus Iudę. Postea autem mortuo Isboseth, cum totus Israel accepit Dauid in regem super se, venit Sadoc cum cęteris Israelitis ad vngendum Dauid in regem. Et de hoc dicunt intelligi, quod habetur supra 12. s. q̃ Sadoc puer egregiæ indolis, & domus patris eius venerunt ad vngendum Dauid. Quidquid autem sit cõstat, q̃ Sadoc fuit postea summus sacerdos Dauid, vt patet 2. Re. 8. & 20. & supra 18. Et quando Dauid tulit arcam de domo Obededom in domum suam, & constituit ibi sacerdotes, & Leuitas, iussit Sadoc ire ad ministrandũ ad tabernaculum Domini in Gabaon, & cum eo sacerdotes multos, & Leuitas, patet supra 16. Iste vixit vsque ad mortem Dauid, & cũ esset iam propinquus mortí, & Adonias filius Dauid fecerat se vngi in regẽ Abiathar summus sacerdos fouebat partes Adoniæ, Sadoc tamen noluit tenere cum eo, ideo quando iussit Dauid eodem die vngi Salomonem in regem, Sadoc sacerdos vnxit eum, vt patet 3. Regum 1. Et ob hoc Salomon habuit postea sibi valde familiarẽ Sadoc sacerdotem, vt patet infra 29. & 3. Regum secundo. Et postea descenderunt semper summi sacerdotes de stirpe eius.

De Achimelech summo sacerdote. Quæst. IX.

QVAERITVR vlterius, quis erat iste Achimelech, de quo hic dicitur. Aliquis dicet, quòd iste fuit summus sacerdos, de quo habet primo Reg. 21. & 22. Sed hoc non stat, quia iste summus sacerdos Achimelech fuit tempore Dauid circa finẽ vitæ eius, quia tunc constituit eum esse summum sacerdotem, & tamen ille Achimelech, de quo 1. Reg. 21. & 22. fuit tempore Saulis, & occisus est per eum, vt patet ibidem. Ideo non est idem Abimelech. Item pater, quia iste Achimelech, de quo hic dicitur, est filius Abiathar, vt patet in litera, & tamen ille, de quo habetur 1. Re. 22. fuit filius Achitob, vt patet ibidem. Dicẽdum ergo, q̃ non est idem, sed iste Achimelech est filius Abiathar. s. illius Abiathar, qui fuit summus sacerdos Dauid cum Sadoc, vt patet 2. Regum 20. Et iste positus est loco eius, vt patet, quia dicitur hic, q̃ erat filius Abiathar.

De Abiathar summo sacerdote. Quæst. X.

QVAERITVR vlterius de Abiathar, de quo hic dicitur, quis erat. Respondẽdum, q̃ iste fuit Abiathar filius Achimelech summi sacerdotis: nam tẽpore Saulis summi sacerdotes erant de stirpe Ithamar, & postea Achimelech, qui erat tpe Saulis erat de hac stirpe. Saul aũt putauit. q̃ coniurauerat cum Dauid q̃ eũ, & occidit ipsum, & omnes sacerdotes, qui erãt in vrbe Nobe primo Re. 22. Tunc Abiathar filius Achimelech summi sacerdotis fugit de occisione, & venit ad Dauid, qui tunc profugus erat à facie Saulis, afferẽs secum rationale, & Ephod eodem capitu. Et quia erat filius summi sacerdotis, suscepit eum Dauid in summum sacerdotẽ, & exercebat officium eius: nam ad summum sacerdotem solum pertinet indui rationale, & Ephod, & consulere Dominum in illo. Exo. 28. Abiathar tamẽ sępe consuluit Dominũ pro Dauid, vt patet 1 Reg. 23. vbi bis consuluit, & iterum consuluit, quando Dauid volebat persequi Amalecitas primo Re. 30. Postquã aũt Dauid factus est rex super Iudã, tenuit etiã Abiathar in summũ sacerdotẽ, & erat ille summus sacerdos in regno Iuda, sicut erat tunc summus sacerdos Sadoc in terra Israel. Postquã aũt Dauid factus est rex super totum Israel mansit ẽt Abiathar summus sacerdos Dauid, vt patet 2. Reg. 20. Diligebat aũt eũ nimis Dauid, Primo, quia habebat magnam obligationẽ ad patrem suum, nam pater tuus, & tota domus eius pierant pp Dauid, nam putauit Saul, q̃ ipse, & alii sacerdotes coniurauerant cum Dauid, & occidit eum, vñ dixit Dauid: Reus sum ego oĩum aĩarum patris tui. Ideſt ego sum obligatus pro oĩbus aĩabus. q̃ perierũt de domo patris tui. 1. Reg. 22. ideo dixit ei: Mane mecum, ne timeas, siquis quęsierit aĩam tuam, quęret & aĩam meam, mecumque seruaberis. Secundum erat, quia sustinuit cum eo oẽs labores, nam in oĩbus periculis, in quibus fuit Dauid, fuit cum eo Abiathar. Sic dixit Salomon ad eum, vt patet 3. Reg. 2. f. Vir sanguinis es, sed hodie non te occidam, quia portasti arcam Dei coram Dauid patre meo, & sustinuisti laborẽ in omnibus, in quibus laborauit pater meus. Vixit autẽ Abiathar, vsque ad mortem Dauid, & etiam postea: nam instante morte Dauid, cũ Adonias vellet regnare, fouebat partes eius iste Abiathar, vt patet 3. Reg. 1. & ob hoc Salomon habuit eum exosum, & post mortem Dauid priuauit eum summo sacerdotio, vt patet tertio Regum secundo, & hoc quia fouerat partes Adoniæ, ad hoc quòd vngeretur, & etiam postquam vnctus est Salomon, & mortuus est Dauid, tractabat Abiathar cum Adonia contra Salomonem, vt colligitur ibidem, & sic priuauit eum sacerdotio, & condemnauit eum, vt nũquam veniret in Ierusalem, sed maneret semper in Anathot, vbi habebat agros suos, vt patet eod. c.

De modo quo fuerit constitutus in summum sacerdotem Achimelech. Quæst. XI.

QVAERITVR vlterius, qũo nunc constitutus est in summum sacerdorem, vel prncipem familiæ Ithamar, Achimelech filius Abiathar, & non ipse Abiathar, cum viueret. Aliquis dicet, quòd Abiathar mortuus erat, & cum ipse fuisset summus sacerdos, constitutus est filius eius Achimelech summus sacerdos. Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia Abiathar viuebat adhuc, nam toto tempore quo Dauid vixit, etiam vixit Abiathar, & etiam post mortem eius. Nã cum regnaret Salomon post mortem Dauid, viuebat Abiathar, & priuauit eũ summo sacerdotio Salomõ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt patet tertio Re.2. Aliter dicet aliquis. ſ. quòd Abiathar viuebat nunc, & tamen non fuit constitutus in principem ſacerdotum ipſe, ſed filius eius, eo ꝙ peccauerat fouendo partes Adoniæ contra Salomonẽ. Sed dicendum, ꝙ hoc non ſtat, quia Abiathar nõ fuit priuatus ſacerdotio viuendo Dauid, ſed a Salomone priuatus eſt. 3. Regum 2. Item patet, quia non ſolum toto tempore Dauid fuit Abiathar ſacerdos, ſed etiam tempore Salomonis aliquanto tempore, vt patet tertio Regum quarto. Item patet, quia ſi tempore Dauid priuatus fuiſſet Abiathar ſummo ſacerdotio, tũc completum fuiſſet illud, quod dictum fuit ꝺ domũ Heli in Silo, de quo 1. Reg. 2. & tamen illud completum eſt, quando Salomon amouit Abiathar de ſummo ſacerdotio 3. Regũ 2. vt ibi dr: ergo non priuatus fuit tempore Dauid. Dicẽdum igitur eſt, ꝙ Abiathar viuebat, qñ facta eſt iſta ordinatio, & erat tũc ſummus ſacerdos, filius tamen eius Achimelech miniſtrabat in ſummo ſacerdotio, eo ꝙ forte erat occupatus iſte Abiathar circa multa, vel nõ poterat miniſtrare propter aliquam ægritudinem. Nam ſic quãdo Heli erat ſummus ſacerdos, quia caligauerant oculi eius, nec poterat videre, miniſtrabat Phinees filius eius pro eo in ſummo ſacerdotio, vt patet primo Reg. 2. & ſic ait Ioſephus quinto Antiquitatum, vnde non ex nunc, ſed ex multo tempore ante Achimelech miniſtrabat pro patre ſuo Abiathar, & ob hoc interdum vocatur ipſe ſummus ſacerdos, vt patet ſecundo Reg. octauo & ſupra 18. vbi ponũtur Sadoc, & Achimelech filius Abiathar ſacerdotes Dauid, ſcilicet ſummi ſacerdotes eius. Aliqui autem dicunt, quòd iſte Achimelech eſt Abiathar, & tamen vocatur Achimelech, quia habebat duo nomina, ſicut multi in Sacra ſcriptura habent ſæpe multa nomina. Sed dicendum, quòd hoc non ſtat, quia tunc neceſſe eſſet, quòd iſte non eſſet filius Abiathar, & tamen hic dicitur, quòd iſte Achimelech erat filius Abiathar: ergo non erat idem cum Abiathar. Itẽ ſi eſſet iſte Abiathar, eſſet pr̃ eius Achimelech, vt patet primo Regum 22. & tamen vocatur filius Abiathar, ideo non poteſt ſtare, ſed tenendũ eſt, quod ſupra dicebatur.

De ſummo ſacerdotio, quomodo ſe habuit ante Dauid, & tempore eius. Quæſt. XII.

QVAERITVR vlterius circa ſummum ſacerdotium, cum hic ponantur duo principes, qũo ſe habuit ſummũ ſacerdotiũ, añ hoc, & qũo Dauid inſtituit nunc duos ſummos ſacerdotes.

Reſpondendum eſt, quòd Deus a principio dedit totum miniſterium ſacerdotale Aaron, & filijs eius, & ipſum Aaron fecit pontificẽ, & filios eius minores vt patet Exod. vigeſimooctauo, & erat vnus ſummus ſacerdos, & ſucceſſit ei Eleazar filius eius, & poſtea Phinees nepos ſuus, & ſemper in his erat vnicus ſummus ſacerdos. Cum autem habuiſſent ſummum ſacerdotium quatuor, vel quinque de ſtirpe Eleazar, deteriorati ſunt nimis: ita quod iudicio Dei, & voluntate populi ablatum eſt ei ſummum ſacerdotium, & tunc Heli, qui erat de ſtirpe Ithamar aſſumptus eſt in ſummum ſacerdotem, & in iudicem, & promiſit ei Deus, quòd maneret ſacerdotium in æternum in domo ſua. Poſtea tamen cum declinaſſet Heli ad ſenectutem, miniſtrabant pro eo filii eius, qui multa ſcelera faciebant coeuntes cum mulieribus, quæ manebãt ad oſtiũ tabernaculi, & detrahebant hoſtes a ſacrificio. Heli autem cum audiſſet omnia mala, quæ faciebant filii ſui, non caſtigauit eos, ideo Deus denunciauit ei per prophetam, ꝙ quamquam promiſerat ei, quòd ſacerdotiũ maneret in ætternum in domo ſua, ꝙ iam non maneret pp peccata filiorum ſuorũ, ſed ipſe ſuſcitaret ſibi ſacerdotem fidelem, & ædificaret ei domum fidelem. 1. Regum 2. veruntamen miniſtrauit tunc Heli in ſummo ſacerdotio, & ipſo viuente miniſtrauit etiam filius eius Phinees, & poſtea Achias, vt quidam volunt, de quo 1. Reg. 14. Deinde Achitob, poſtea Achimelech, & iſte erat ſummus ſacerdos tẽpore Saulis, quando erat tabernaculum in Nobe, primo Reg. 21. Et quia putauit Saul, ꝙ ille coniurauerat cum Dauid contra eum, occidit ipſum, & oẽs ſacerdotes, qui erant cum eo, & viros Nobe vſque ad pecora, 1. Reg. 22. Tunc Saul non permiſit, ꝙ aliquis de ſtirpe Ithamar, de qua fuerat Achimelech fieret ſummꝰ ſacerdos, ſed Sadoc, qui erat de domo Eleazar aſſumptus eſt in ſummum ſacerdotium, & tunc rediit ſacerdotium in domum Eleazar, quod iam a multis diebus perierat de domo illa. Fuit autem iſte Sadoc ſacerdos ſummus toto tẽpore, quo vixit Saul, nam interim non auſus eſt Abiathar filius Achimelech ſummi ſacerdotis redire in terram, ad accipiendum ſummum ſacerdotium, ſed fugiebat cum Dauid a facie Saulis. Mortuo autem Saule, ſucceſſit ei Isboſeth filius eius ſuper vndecim tribus Iſrael, & regnauit quaſi ſeptem annis, & dimidio, dum regnaret Dauid in Hebron, & tunc iſte Sadoc erat ſacerdos ſummus in tabernaculo Domini, quod translatum fuerat in Gabaon. Cum autem mortuo Isboſeth totus Iſrael accepit Dauid in regem, venit Sadoc ad Dauid, & tunc inceperunt eſſe duo ſummi ſacerdotes, ſcilicet, quia ducbantur rationali, & Ephod, ſicut ſummus ſacerdos, & conſulebant Dominum, vt patet primo Regũ 23. & 30. Poſtea etiam cum Dauid regnaret ſuper Iudam, erat iſte ſibi ſummus ſacerdos, & cum venit Sadoc neutrum priuauit ſummo ſacerdotio, ſed manerunt ambo, & ſic fuit toto tempore Dauid. Mortuo autem ipſo, priuatus eſt Abiathar ſummo ſacerdotio per Salomonem, tertio Regum ſecundo, & tunc mãſit ſolus Sadoc ſummus ſacerdos, & poſt ipſum de ſtirpe ſua fuerunt ſummi ſacerdotes, & ſemper erat vnicus ſummus ſacerdos, & durauit hoc vſque ad tẽpus Chriſti, & vſque ad deſtructionem Ieruſalem per Romanos, quando perijt ſummum ſacerdotium, & totus ſtatus Iudaicus: ſolum ergo fuerunt duo ſummi ſacerdotes tempore Dauid.

De cauſa quare Dauid voluit, quòd eſſent duo ſummi ſacerdotes. Quæſt. XIII.

QVAERITVR vlterius, quare Dauid voluit, ꝙ eſſent duo ſummi ſacerdotes, cum iſtud videretur contra legem. Aliqui dicunt, quòd non erant duo ſummi ſacerdotes, ſed vnicus, & iſti duo principes nõ erant ſummi ſacerdotes, ſed alter eorum, qui erat de familia Eleazar, erat ſummus ſacerdos, & ipſe faciebat officia ſummi ſacerdotis, & ipſe habebat redditus, qui aſſignantur ſibi Numer. capitu. decimo octauo. De hoc tamen, an verum ſit, in alia quæſtione dicetur. Nunc autem dicendum videtur, ꝙ Dauid fecit, vel ſaltem eſſe permiſit duos ſummos ſacerdotes. Cauſa huius fuit, quia Abiathar fuit filius Achimelech ſummi ſacerdotis, & miniſtrauit multo tpe in ſummo ſacerdotio, fugiente Dauid a facie Saulis, & ẽt poſtq̃ regnauit in Hebron ſuper Iudam, propter hoc ergo Dauid non audebat priuare Abiathar: ẽt dato ꝙ poſſet eum iuriſdictione priuare, non priuaret, quia obligabatur ei nimis pp patrem ſuum, & etiam propter multos labores, quos tolerauerat cum eo, vt declaratum eſt ſupra in quadam quæſtione. Etiam nõ audebat Dauid priuare Sadoc ſummo ſacerdotio, quia illo conſecutus fuerat illud prænunciatione prophetica; nam Deus dixerat contra Heli, ꝙ priuaret domum eius honore ſacerdotii, & ſuſcitaret ſibi ſacerdotem fidelem, primo Regum ſecundo, & iſtud intelligebatur de Sadoc, nam omnia completa erant, ſicut Deus ibi prædixerat, ideo crederet Dauid, ꝙ egiſſet cõtra voluntatem Dei, & prænunciationem ſuam, priuando Sadoc ſummo ſacerdotio, & ſic nunc permiſit, ꝙ ambo manerent in ſummo ſacerdotio, & manſerunt toto tempore ſuo.

An Dauid fecit contra legem ſtatuens nunc, quòd eſſent duo ſummi ſacerdotes. Quæſt. XIIII.

QVAERITVR vlterius, quare Dauid ſtatuit nunc, quòd eſſent duo ſummi ſacerdotes de cætero, & an in hoc faciebat contra legem, & qũo potuit in iſto diſpenſari. Aliqs dicer, quòd non erat contra legem, quòd fierent duo ſummi ſacerdotes, quia lex non ſtatuerat de vno vel de multis. Dici poteſt, quòd aliquo modo erat contra legem, quia in lege ſolum vngebatur vnus ſummus ſacerdos, nam mortuo Aaron ſolus Eleazar factus eſt ſummus ſacerdos. Num. 20. poſt eum etiam Phinees filius eius ſolus erat ſummus ſacerdos, & ſemper fuit ſic vſque ad tempus Dauid, volebat ergo lex, quòd eſſet vnicus ſummus ſacerdos. Aliquis dicet, quòd ſecũdum conſuetudinem legis fiebat vnicus ſummus, & tñ non prohibebatur fieri plures, & ſic Dauid fecit plures. Dicendum, ꝙ aliquo modo erat etiam ꝺ legem, quia lex dicit, ꝙ ſummus ſacerdos debebat eſſe maximus inter fratres ſuos. Leu 21. & tamen eſſe maximũ vni ſoli conuenit, ſicut eſſe primogenitũ inter fratres. Item dicitur, ꝙ ille, qui ſucceſſurus erat iure patri ſuo in ſummo ſacerdotio, debebat ind ui veſte pontificali. Exo. 29. & Leu. 6. & 8. hoc autem vni conuenit. Itẽ Nume. 18. aſſignantur redditus ſummi ſacerdotis, & tamen vni. ſ. ſummo ſacerdoti dicuntur dandi eſſe illi redditus, ſi autẽ plures ſummi ſacerdotes eſſent, pluribus darentur iſti redditus, ideo intentio legis erat, ꝙ vnicus eſſet ſummus ſacerdos. Et ſic dicẽdum, quòd aliquo modo erat contra legem, ꝙ eſſent duo ſummi ſacerdotes, & ſic nunc factum eſt. Dici tamen poteſt, quòd hoc non eſt admirandum, quia Dauid nũc mutauit totam ordinationem ſacerdotum, & Leuitarũ, quæ prius erat, & ſtatuit nouam, vt patet præcedenti cap. ideo poterat etiam circa ſummum ſacerdotium ordinare, faciendo duos ſummos ſacerdotes de duabus familijs ſacerdotalibus. Sed objicietur, quòd antequam Dauid haberet a Deo iſtam poteſtatem ordinandi circa ſacerdotes, & Leuitas, erant duo ſummi ſacerdotes, nam toto tempore quo regnauit David in Iuda, & Iſrael, erant ſimul ſacerdotes Sadoc, & Abiathar, vt declaratum eſt in duabus præcedentibus quæſtionibus. Dicendum, quòd Dauid tunc non inſtituit duos ſummos ſacerdotes eſſe, ſed tolerauit illos, nam Sadoc factus fuerat ſacerdos tempore Saulis, & videbatur ei ius quæſitum diuina prænunciatione, quæ habetur primo Regum ſecundo. Abiathar etiam videbatur habere ius ex ſucceſſione, quia erat filius ſummi ſacerdotis Achimelech. Dauid autem non videbat, quomodo poſſet iſtis auferre ius ſuum, & credidit fortè, quòd volũtate Dei acciderat, quòd fierent duo ſummi ſacerdotes, ideo non auſus eſt alicui eorum auferre ſummum ſacerdotium. Sed aliqs dicet, quòd licet Dauid non auderet hoc facere dum iſti viuebant, tamen poſt mortem eorum poterat ordinare, ꝙ eſſet vnicus ſummus ſacerdos, quia tũc ablata erat iſta difficultas. Dicendum, ꝙ non ſtat, quia eadem ratio eſſet in filijs: proueniebat. n. ſummũ ſacerdotium per ſucceſſionẽ, vt patet Exod. 29. & Leu. 6. ſi ergo aliquis habuiſſet ius in ſummo ſacerdotio, & filius eius haberet ius ad illud, ideo non poſſet auferre Dauid, vel non auderet auferre ſacerdotiũ filijs iſtorum, maxime añt, quia voluntate Dei facta eſt iſta ordinatio de duobus ſummis ſacerdotibus, ſicut de omnibus alijs, quę pertinent ad ſacerdotes, & Leuitas, de quibus Dauid ſupra ordinauit.

Per quem duorum ſummorum ſacerdotum poterat fieri miniſterium diei propitiationis. Quæſt. XV.

QVAERITVR vlterius, cum eſſent duo ſummi ſacerdotes, vt præſupponitur, quomodo poterat fieri miniſterium diei propitiationis. ſ. per quem eorum fieret, nam die illa nõ licebat alicui introire in Sancta ſanctorum, nec facere alia ſacrificia, niſi ſummo ſacerdoti, vt patet Leu. 16. & ad Hebr. nono. De cæteris autem miniſterijs, quæ fiebant per annum, non eſt dubium, eo ꝙ illa poterant fieri per ſacerdotes minores.

Reſpondendum eſt, quòd cum eſſent duo ſummi ſacerdotes, ambo haberent poteſtatem æqualem. ideo cuilibet eorum conueniret officium ſummi ſacerdotis, & illud pertinebat ad ſummum ſacerdotium. ideo dicendum videtur, quòd ille in cuius vice contingeret iſtud feſtum, miniſtraret faciendo cæremonias illius. Pro quo ſciendum, quòd ſicut habetur ſupra in litera, ſacerdotes fuerunt diuiſi per vigintiquatuor partes, vel ſorres, & erant decem, & ſex ſortes de domo Eleazar, & octo de domo Ithamar. Cũ vero miniſtrarẽt, qui erant de decem, & ſex ſortibus Eleazar, pertinebat officium ſummi ſacerdotis ad Sadoc, qui erat princeps in domo Eleazar, cum vero miniſtraret aliqua de octo ſortibus domus Ithamar, pertinebat officium ſummi ſacerdotis ad Achimelech, qui erat princeps de domo Ithamar, & iſto modo quamquã ambo eſſent ſummi ſacerdotes, miniſterium ſuum eſſet determinatum per tempora. Nicolaus dicit, quòd hoc nõ ſtat, quia dato iſto mutaretur quolibet anno ſummus ſacerdos, & ſæpe tempore Dauid fieret iſta mutatio. Sed dicit, quòd non legitur hoc factum in toto veteri teſtamento, ideo dicit, quòd iſti duo non erant duo ſummi ſacerdotes, ſed erant duo principes ſuper duas familias ſacerdotales, vnus tamen eorum ſolus erat ſummus ſacerdos. ſ. Sadoc, qui erat de ſtirpe Eleazar, & ob hoc omnia miniſteria ſummi ſacerdotis per illum exercebantur. Dicẽdum tamen eſt, quòd dicta Nicolai non multum ſtant. Cũ enim dicit, quod ſequeretur, quòd quolibet anno fieret mutatio ſummi ſacerdotis. Dicendum, quòd non ſequitur, qa iſti duo erant ſummi ſacerdotes, & quandiu ipſi viuerent, non fierent alii ſummi ſacerdotes, & ſic non mutarentur aliquando, ſed ſolum ſuccederent eis aliqui per mortem, ſed erat mutatio officij, & iſta non ſolum fieret ſemel in anno, ſed pluries. ſ. quãdocunque miniſtrarent, qui erant de domo Eleazar, pertinebat officium ſummi ſacerdotis ad Sadoc, qui erat de ſtirpe Eleazar. Cum autem tranſiret miniſtratio ad aliquam de ſortibus Ithamar, pertinebat miniſtratio in ſummo ſacerdotio ad Achimelech, qui erat de ſtirpe Ithamar, & ſic fieret mutatio pluſquam quater, vel quinquies in anno, quia neceſſe erat toties vel pluries mutari miniſtrationem de domo Ithamar in domum Eleazar, & econuerſo. Cum autem dicit, quòd ſequeretur, quòd multis annis tempore Dauid factum fuiſſet hoc. Dicendum, quòd hoc non ſtat, nam nunquam fieret iſta mutatio, quia per iſtã ordinationem miniſtratum eſt, poſtquam fuit Sanctuariũ

in templo Salomonis, vt declarabitur infra in quadã F
quęstione, sed tempore Dauid nõ fuit hoc, sed postea
viuente Salomone, ideo nunquam fuit facta ista mu-
tatio tempore Dauid. Item dato, quòd incepissẽt ob-
seruari ista ordinatio illico, vt facta est, nõ fuissẽt quo-
libet anno facta mutatio viuente Dauid, quia per hoc
importatur, quòd multis annis hoc fieret, & saltem
duobus, vel tribus, & tamen falsum est, quòd Dauid
ordinauit istud anno quadragesimo regni sui, vt pa-
tet infra 26. Et ille fuit vltimus annus regni Dauid, qa
solum regnauit quadraginta annis, vt patet infra 29.
ideo non fieret ista mutatio quolibet anno tempore
Dauid. Sed fortè aliquis dicet, quòd argumentũ Ni-
colai procedit quantum ad tempus, quod fuit ante
istam ordinationem, nam viuente Dauid semper fue- G
runt isti duo summi sacerdotes. s. Sadoc, & Abiathar.
Ideo si ambo essent verè summi sacerdotes, sequere-
tur, quòd quolibet anno ista mutatio ministerii non
fieri debebat, nisi post istam ordinationem de vigin-
tiquatuor sortibus sacerdotum. s. quòd quando mini-
strarent aliqui de sortibus Ithamar, haberet officium
summi sacerdotis ille, qui erat de stirpe Ithamar, scili-
cet Abiathar, siue Achimelech filius eius. Cum autẽ
ministrarent aliqui de sortibus Eleazar, haberet offi-
cium summi sacerdotis princeps, qui erat de domo
Eleazar, scilicet Sadoc, & tamen ista ordinatio non fa
cta est ante quadragesimum annũ regni Dauid, ideo
ante hoc non sequebatur mutatio ista ministrationis
in summo sacerdotio. Quis autem modus fuerit inter
Abiathar, & Sadoc quantum ad administrationẽ sum H
mi sacerdotii toto tempore Dauid, declarabitur infra
in quadam quęstione. Cum autem dicit, quòd talis
mutatio non legitur facta in veteri testamento.

Dicendum vno modo, quòd verum est, quòd non
fiebat aliqua mutatio vigore istius ordinationis factæ
per Dauid, eo quòd ista non duravit, quia tempore
Salomonis ablata est, & nunquam fuit tradita execu-
tioni, vt infra declarabitur in quadam quæstione. Alj-
ter potest dici, quòd in veteri testamento fiebant istæ
mutationes, nam interdum sacerdotes summi priua-
bantur, & instituebantur alii, & cępit hoc fieri tempo
re Machabæorum, quãdo quidam Iudæi propter am-
bitionem emebant summum sacerdotium a regibus
Syriæ, & illi propter auaritiam priuabant quosdam
summo sacerdotio, & dabant illud aliis, qui maiora
precia dabant, vt patet de Menelao, & Iasone, & An-
dronico, & Onia, quorum suscitata sunt magna scan-
dala in populo Iudęorum, propter mutationem, & ve
nalitatem sacerdotii, vt patet 2. Machabęorum quar-
to. Etiam tempore Christi, & ante ipsum sacerdotia
vendebantur propter auaritiam Romanorum, & e-
rat iam eorum auaritia maior, quàm regum Asiæ, &
ob hoc sacerdotia summa annalia esse constituerunt,
vt quolibet anno reciperent pensionem ab illo, qui
instituendus esset in sacerdotem summum. Sic dicit
Ioann. 11. de Caipha, qui erat pontifex anni illius. Ex
quo innuitur, q̃ anno præcedenti non fuerat ponti- K
fex, nec etiam anno sequenti futurus erat: aliàs non di
ceretur pontifex anni illius, sed diceretur absolutè, q̃
erat pontifex.

*An verum esset, quòd isti duo, scilicet Sadoc, & Abia-
thar non essent summi sacerdotes.*
Quæst. XVI.

QVAERITVR vlterius circa vltimum dictũ
Nicolai. s. quòd isti duo principes non es-
sent summi sacerdotes, sed solum essent
principes duarum familiarum sacerdota-
lium, & alter eorum. s. Sadoc esset summus sacerdos.
In hoc est dubium, an verum sit. Si quis autem consi-
deret solum in superficie, videbitur satis stare, q̃ isti es-
sent duo summi sacerdotes, vel q̃ essent duo princi-
pes solum familiarum, & alter eorum esset summus
sacerdos.

Dicendum tamen est, quòd ambo erant summi sa-
cerdotes. Et patet primo, quia dicitur hic. Erant autẽ
principes Sanctuarii, & principes Dei, tã de filiis Elea-
zar, quàm de filiis Ithamar. Ecce q̃ equauit illos, sed
manifestum est, q̃ aliquis istorum erat summus sacer
dos: nam de Sadoc nullus dubitat: ideo ambo essent
summi sacerdotes, quia ambo vocantur principes Sã-
ctuarii, & principes Dei. Item quia isti accipiuntur
pro eodẽ in scriptura. s. princeps sacerdotum, & sum-
mus sacerdos, & tamen ambo erant hic principes sa- G
cerdotum, vt patet in litera, ideo ambo erant summi
sacerdotes. Tertio patet, quia si non essent isti duo
summi sacerdotes, necesse esset, quòd iam ablatum
esset summum sacerdotium de domo Heli, qui erat
de filiis Ithamar: nam ante hoc summi sacerdotes e-
rant de filiis Heli, postquam ipse Heli cępit esse sum-
mus sacerdos, & semper mansit summum sacerdotiũ
in domo ista, quousque priuatus est aliquis de domo
ista summo sacerdotio, sicut Deus prænunciauerat 1.
Reg. 2. s. quòd Deus suscitaret sibi sacerdotem fidelẽ,
& tunc cessaret sacerdotiũ summum de domo Heli,
istud tamen nondum erat completum, quia 3. Reg. 2.
dicitur, quòd quando Salomon priuauit Abiathar sa-
cerdotio, impletus est sermo Domini, quem locutus
est super domum Heli in Silo: ergo adhuc manebat
summum sacerdotium in domo Heli, & si iste Achi
melech filius Abiathar erat sacerdos magnus. Quã-
to patet, quia tertio Regum secundo, dicitur, quòd
Salomon eiecit Abiathar, vt non esset sacerdos Do-
mini, & tunc aut intelligetur de summo sacerdotio,
aut de minori, non potest intelligi de minori sacerdo
tio. quia tunc sequeretur, quòd omnes de posteritate
Abiathar eiecti sint de sacerdotio, ira vt iam nullus ex
illis ministraret in templo Domini, sed hoc falsum
est, quia adhuc posteri Heli erant sacerdotes, & reci-
piebantur in ministerio sacerdotali, etiam si impletũ
esset contra illos, quod Deus prænunciauerat de do-
mo Heli, vt patet primo Regum, capitulo secundo,
scilicet. Futurum est, vt quidquid remãserit in domo I
tua, dicat: Dimitte me obsecro, ad vnam partem sa-
cerdotalem, vt comedam buccellam panis. Si tamen
non essent isti tunc sacerdotes minores, non recipe-
rentur in partem sacerdotalem: ergo manebant ad-
huc in minori sacerdotio, & sic nondum erant priua-
ti summo sacerdotio, sed priuati fuerunt per Salomo-
nem, quando eiecit Abiathar. Quinto patet, quia De-
us quando prædixit mala contra domũ Heli, dixit quòd
suscitaret sibi sacerdotem fidelem, in quo innuebatur
quòd pœna, quæ danda erat domui Heli, erat quòd tol
leretur de ea summum sacerdotium, cum suscitan-
dus esset sacerdos fidelis. Si autem auferendum esset
etiam sacerdotium minus, ita vt nullus de illa stirpe
maneret in sacerdotio aliquo, non significaretur per
hoc, quòd Deus suscitaret sacerdotem fidelem, quia
illud solum intelligitur de summo sacerdotio, qui e-
rat vnus, & tamen non additur aliquid ibi ad signifi-
candum ablationem sacerdotii minoris: ergo solum
sacerdotium magnũ auferendum erat de domo He-
li. Sed quęcunque pœna fuerit ista, impleta est tẽpore
Salomonis, vt patet 3. Reg. 2. ergo tunc priuata est do-
mus Heli summo sacerdotio, & consequenter fuerũt
summi sacerdotes semper de ista domo viuente Da-
uid. s. ista ordinatio, de qua hic facta est mentio q̃ Da-
uid. Ergo manebat adhuc summũ sacerdotiũ ipsi Abia-
thar, & q̃sequenter erant duo summi sacerdotes. s. Sa-
doc,

doc, & ipse Abiathar, vel filius eius Achimelech, & sic A
isti duo principes, de quibus hic dicitur, erant princi-
pes sacerdotum, & ambo summi sacerdotes.

*De modo quo se habebant summi sacerdotes in die propi-
tiationis. Quæst. XVII.*

QVAERITVR vlterius, cum tempore Da-
uid essent summi sacerdotes. s. Abiathar, &
Sadoc, quomodo se habebant circa admi-
nistrationem summi sacerdotii. Non est
autem difficultas aliqua, nisi in administratione, quæ
fiebat die propitiationis, quia die illa ingrediebatur
summus sacerdos in Sancta sanctorum, Leuitic. 16. & B
ad Hebræ. nono, & hoc ad ipsum solum pertinebat,
ministrationes autem, quæ fiebant aliis diebus, pote-
rant fieri per sacerdotem magnum, vel per minores.

Dicendum est autem, quòd non coincidebant Sa-
doch, & Abiathar in ista ministratione. Pro quo con-
siderandum, quòd Sadoch, & Abiathar inceperunt
esse summi sacerdotes in eodem tempore, nam Achi
melech pater Abiathar erat summus sacerdos tẽpo-
re Saulis, & occidit illum Saul, vt patet primo Regũ,
capitulo vigesimosecundo. Tunc enim Saul instituit
Sadoc in summum sacerdotem, vt ait Iosephus se-
xto Antiquitatum. Et Abiathar etiam cępit vti offi-
cio summi sacerdotis, quia induebatur Ephod, & ra-
tionali, & consulebat Dominum, quod non pertine-
bat ad aliquem, nisi ad summum sacerdotem, vt pa- C
tet Exod. capitulo vigesimo octauo, & primo Regum
capitulo vigesimotertio, & trigesimo. Eo tamen tem
pore, quo Dauid fuit profugus a facie Saulis, nõ exer-
cebat Abiathar aliud ministerium summi sacerdo-
tis, nisi consulere Dominum, nec etiam poterat vti a-
lio, eo quòd ibat cum Dauid ad terram Philisthino-
rum, & Moab, & ad alias regiones extra terram Israel
in quibus nõ licebat fieri aliquam cęremoniam lega-
lem. De Sadoc autem dicendum est, q̃ cum ipse eẽt
summus sacerdos, & esset in loco sanctuarii. s. in Ga-
baon, ad quem locum transtulerat Saul tabernaculũ, D
deleta vrbe Nobe, in qua prius erat, faciebat omnes
ministrationes summi sacerdotis, & introibat in San-
cta sanctorum, quandiu vixit Saul. Quo mortuo, suc-
cessit ei Isboseth filius suus, & tempore huius etiam
ministrauit Sadoc, vt summus sacerdos in Gabaon,
quia vndecim tribus manebant tunc, sub obedientia
Isboseth, in cuius regno erat Gabaon, vbi erat taber-
naculum Domini. Postea autem mortuo Isboseth,
cum Sadoc venit ad Dauid, quando electus est in re-
gem super totum Israel, manet dubium. Nam toto
tempore præcedenti manifestum est, q̃ Abiathar, li-
cet esset summus sacerdos, non potuit ministrare in E
die propitiationis, introeundo in Sancta Sanctorum,
quia Sancta sanctorũ erat in tabernaculo, & Abiathar
toto præcedenti tempore non auderet ire ad locum
tabernaculi, eo quòd erat in regno Israel, vbi domina-
batur Isboseth, qui erat hostis Dauid, & consequẽter
ipsius Abiathar, sed toto illo tempore ministrauit Sa-
doc. De tempore autem sequenti qñ Abiathar, & Sa-
doc erant cum Dauid, est dubium quis eorum mini-
straret: satis tamen videtur dicendum, q̃ solus Sadoc
ministraret in hoc. Quod patet, quia cum Dauid qua-
si in principio regni sui super totum Israel portasset
arcam Domini de Chariathiarim in Ierusalem, iussit
q̃ Sadoc cum multis aliis sacerdotibus, & Leuitis, mi
nistrarent in Gabaon in tabernaculo Domini, & cæ-
teri manerent in Ierusalem ad ministrandum coram
arca, supra capitulo decimosexto. Ille tamen summus
sacerdos, qui esset in tabernaculo posset celebrare fe-
stum expiationis, Ideo videtur, q̃ solus Sadoc mini-

stranit in toto hoc tempore Dauid. Postquam tamen A
facta est ista ordinatio de diuisione sacerdotum per vi
gintiquatuor sortes, & per duos summos sacerdo-
tes, aliter ministrandum erat, scilicet secundum mu-
tationem sortium de domo Ithamar in domum E-
leazar, & econtra, vt supra dictum est in quęstione de-
cimaquinta.

*De principio obseruationis istarum ordinationum.
Quæst. XVIII.*

QVAERITVR vlterius de ista ordinatione
quam faciebat nunc Dauid, quantum ad
sacerdotes, & Leuitas, quando debebat in-
cidi obseruari. Aliquis dicet, quòd mox, vt
facta est. nam ista ordinatio non concernebat aliquod
tempus, in quo obseruaretur, & non prius, & erat nũc
opportunitas ad seruandum illam: ideo nunc obser-
uanda erat.

Respondendum est, quòd non erat incipienda ser-
uari vsque ad templum Salomonis completum. Et
patet primo ex ratione Dauid præcedenti capitulo. s.
Requiem dedit Deus populo suo, & habitationem in
Ierusalem vsque in ęternum. Et ob hoc dicit, quòd
ordinandum erat de cultu Dei aliter quam prius, & ta
men manifestum est, q̃ nondum erat habitatio Dei
in Ierusalem, vsquequo esset ędificatum templũ Sa-
lomonis, ideo vsque tunc non poterat obseruari ista
ordinatio. Secundo patet. quia præcedenti cap. dicitur
de Leuitis, quomodo ministraturi erant manentes in
exedris per circuitum templi, & infra 26. dicitur, quo-
modo Leuitę ianitores ministrare debebant, manen-
do in vestibulis portarum per quatuor vẽtos cęli: ma-
nifestum est tamen, q̃ nihil istarum poterat fieri, quo-
usque ędificatum esset templũ Salomonis, quia exe-
drę, & vestibula, & omnia hęc erant in templo Salo-
monis, ideo tempore Dauid non potuit hoc obserua
ri. Tertio patet, quia ista lex erat ad ministrandum in
vno loco. s. q̃ omnes Leuitæ, & omnes sacerdotes in
eodem loco ministrarent: nam propter hoc diuide-
bantur sacerdotes per vigintiquatuor sortes, & Leui-
tę cantores per totidem. s. vt vna ministraret post aliã.
vt colligitur supra in litera. Nũc autem tempore Da-
uid non ministrabant omnes sacerdotes, nec Leuitæ
in eodem loco, quia quidam ministrabant in Gabaõ,
vbi erat tabernaculum Domini, alii vero ministrabãt
coram arca in Ierusalem, quia sic ordinauerat eos Da
uid, supra 16. & tamen arca, & tabernaculum nunquã
fuerunt coniuncta vsque post ædificationem templi
Salomonis, quia tunc arca, & omnia vasa sacra intro-
ducta fuerunt illuc, vt patet 3. Regum 8. & sequenti
libro, cap. 6. Non ergo fuit ista ordinatio obseruata,
vsque post ędificationem templi Salomonis, sed toto
tempore Dauid, & etiam Salomonis vsque ad annũ
vndecimum regni sui, quando consummatum est tẽ-
plum, mãsit illa ordinatio sacerdotum, & Leuitarum,
quam fecerat Dauid, s. quòd quędam pars eorum mi-
nistraret in Gabaon, & alia ministraret coram arca
Domini in Ierusalem.

*De duratione sacerdotum, & Leuitarum facta a Dauid.
Quæst. XIX.*

QVAERITVR vlterius de ista ordinatione sa-
cerdotum, & Leuitarum, quam nunc fecit
Dauid, quanto tempore duravit.

Respondendum est, quòd aut quęritur de ordina-
tione sacerdotum maiorum, aut de sacerdotibus mi-
noribus, & Leuitis. De ordinatione sacerdotum ma-
iorum, quam fecit, s. vt essent duo summi sacerdotes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dicendum,quòd non manſit aliquo tempore,nec F cœpit aliquando obſeruari. Quod patet,quia Dauid inſtituit, quòd eſſent duo ſummi ſacerdotes, ſcilicet Sadoc,de ſtirpe Eleazar, & Achimelech filius Abiathar de ſtirpe Ithamar. Erat tamen nũc ſacerdos ſummus ipſe Abiathar,cum viueret, licet dicatur hic de Achimelech filio eius, quòd erat princeps ſacerdotum domus Ithamar,nam pater, & filius erant ſummi ſacerdotes, & ambo computabantur pro vno ſummo ſacerdote, quia erant de vna domo, & ordinatio iſta debebat incipi obſeruari poſt ędificationem templi Salomonis, vt declaratum eſt prędcedenti quęſtione. Et tamen Abiathar priuatus eſt ſummo ſacerdotio ante illud tempus, ideo nunquam incepit iſta ordinatio obſeruari quantum ad iſtam particulam. Patet hoc, quia Salomon priuauit Abiathar ſummo ſacerdotio in principio regni ſui, antequam inciperet ædificare templum, nam de priuatione ipſius Abiathar patet tertio Regum ſecundo, de principio autem ædificationis templi habetur tertio Regum ſexto. Et tamen poſtquam electus eſt Abiathar de ſummo ſacerdotio, nunquam fuit aliquis de ſtirpe eius ſummus ſacerdos, ſed Sadoch,& illi, qui erant de ſtirpe ſua, fuerunt ſummi ſacerdotes, vt colligitur ſupra 6.& ibi declaratum eſt. Ideo nunquam cępit obſeruari ordinatio iſta, quãtum ad hanc particulam de duobus ſummis ſacerdotibus.

Dicendum tamen, quòd licet Abiathar, & Achi- H melech filius eius non manſerint in ſummo ſacerdotio, tamen non ablatum eſt, quin de progenie Abiathar eſſet ſemper vnus princeps ſuper totam domum Ithamar. Nam nunc duo principes conſtituti ſunt ſuper iſtas duas domos, ſcilicet Sadoc, & Achimelech, & tamen non ablata eſt diſtinctio iſtarum domorũ, quia ſemper fuerunt iſtæ domus duæ, & manſerunt ſortes earum diſtinctæ, ſicut immediatè declarabitur. Ideo etiam manerent duo principes iſtarum domorum, quia alias non videretur,quomodo iſtæ eſſent duę domus: manſit ergo de ſtirpe Abiathar vnus princeps pro ſacerdotibus domus Ithamar, ille tamẽ nunquam fuit iam ſummus ſacerdos, ſed ſolus princeps de domo Eleazar erat ſummus ſacerdos. Si autem quæritur de ſacerdotibus minoribus, & Leuitis, I an manſerint in iſta ordinatione, & quanto tempore manſerunt,

Dicendum eſt,quòd ſemper manſit iſta ordinatio: Nam hic fuerunt inſtitutę vigintiquatuor ſortes ſacerdotum,ad miniſtrandum coram Domino per diuerſa tempora, & iſtę ſemper manſerunt vſque ad deſtructionem Ieruſalem per Romanos,quando omnino periit ſtatus Iudaicus. Quod patet,quia tempore Chriſti obſeruabatur hoc, nam Lucę primo dicitur, quòd Zacharias erat ſacerdos de vice Abia, & tamen iſta ponitur hic octaua in ordine ſortium. Item dicitur Lucę primo. Factum eſt cum ſacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis ſuę,ſecundum conſuetu- K dinem ſacerdotii,ſorte exiit,vt incenſum poneret. Ergo adhuc illo tempore erat conſuetudo, q̃ miniſtraretur ſecundum vices,& ſortes ſacerdotium. De Leuitis autem dicendum eſt,q̃ ſemper manſit ordinatio eorum,cum non appareat,q̃ mutata fuerit,nec etiam apparet aliqua ratio mutationis, ſicut apparet de mutatione duorum ſummorum ſacerdotum.

De ordine inter ſe circa ſummos duos ſacerdotes.
Quæſt. XX.

QVAERITVR vlterius,ſi manſiſſent iſti duo ſummi ſacerdotes,ſicut Dauid ordinauerat,qualiter ſe haberent inter ſe.

Reſpondendum, quòd habitudo iſtorum poteſt conſiderari quantum ad miniſtrationem in ſummo ſacerdotio, vel quantum ad ſuperioritatem reſpectu ſacerdotum minorum. Capiendo de primo dicendum,quòd miniſtraturi erant per vices ſuas, ſcilicet, quòd quando aliqui de ſortibus domus Eleazar miniſtrarent, pertineret officium ſummi ſacerdotis ad Sadoc,qui erat de domo Eleazar. Cum autem miniſtraret aliqua ſors de domo Ithamar,perineret officiũ ſummi ſacerdotis ad Achimelech,qui erat de domo Ithamar, ſicut declaratum eſt ſupra in quadam quæſtione. Et in hoc non erat aliqua difficultas. Secunda habitudo erat quantum ad redditus: nam ſummus ſacerdos habebat magnos redditus, ſcilicet decimã G partem decimarum, quæ erat centeſima pars fructuũ terrę Iſrael. Omnes enim decimę in veteri teſtamento proueniebant Leuitis integraliter. Sacerdotes autem nihil percipiebant de illis,ſed habebant alia iura, de quibus ſuſtentarentur,vt patet Nume.capitulo decimo octauo. Poſtquam autem Leuitę ſuſcipiebant decimas, tenebantur dare decimam partem illarum ſummo ſacerdoti, eodem capitulo. Nunc autem cum iſti redditus eſſent aſſignati in lege vni homini, erat dubium, quomodo ſe haberent percipiendo illos.

Et ſatis videtur dicendum, quòd perciperent eos æqualiter, quia ambo erant æqualiter ſummi ſacerdotes,tam qui erat de ſtirpe Eleazar, quàm ſacerdos de domo Ithamar,eo quòd miniſtrabat pluries; nam erant decem,& ſex ſortes de domo Eleazar, & octo de domo Ithamar,vt patet in litera. Et quidquid tamen miniſtrabat aliqua ſors de domo Eleazar, pertinebat ſummum ſacerdotium ad Achimelech, duplo ergo tempore miniſtrabat ſacerdos de domo Eleazar,quam ſacerdos de domo Ithamar, & ſic forte haberet duplos redditus, in hoc tamen nihil nobis refert,ſiue per medium,ſiue aliàs diuideret: conſtat tamen, quòd inter eos diuiderentur redditus, cum ambo eſſent ſummi ſacerdotes. Tertia habitudo erat quantum ad ſuperioritatem iſtorum reſpectu minorum ſacerdotum.

Et dicendum, quòd iſti poterant dupliciter conſiderari. Vno modo in quantum principes duarum familiarum ſacerdotalium. Alio modo inquãtum ſummi ſacerdotes. Accipiendo primo modo,habebant iſti diſtinctos principatus, & ſubditi vnius, non erant ſubditi alterius: nam vnus erat princeps omnium ſacerdotum,de domo Ithamar, & ad imperium eius illi regebantur, & nihil poterat imperare eis princeps domus Eleazar. Sic etiam Sadoc princeps ſacerdotum de domo Eleazar, præerat omnibus de illa domo, & illi non ſubiiciebantur Achimelech principi domus Ithamar. Secundo modo conſiderantur iſti, vt ſummi ſacerdotes: nam dato quòd ſemper eſſent ſummi ſacerdotes ambo,tamen conſiderabantur, vt ſummi ſacerdotes eo tempore, quo miniſtrabant in ſummo ſacerdotio.

Et tunc dicendum, quòd omnes de vtraque familia ſubiiciebantur ei, qui pro tempore exercebat officium ſummi ſacerdotis, & ſi aliquid occurreret faciendũ,quod pertinebat ad oẽs ſacerdotes,vel ad plures ipſorum,ad illum, qui tunc exercebat officium ſummi ſacerdotis,perrinebat in hoc iubere. Sic.n.colligitur in litera: nam poſtquam ponuntur iſtę duę familię ſacerdotales,& principes earum,ſubditur,q̃ oẽs ingredientur iuxta ritum ſuũ ſub manu Aaron patris eorum.ſ.ſub manu illius, qui exerceret ſummũ ſacerdotiũ,quia ille hẽret locũ Aaron in eo,q̃ eẽt ſummus ſacerdos,ſicut Aarõ,& nõ poterat ītelligi de ipſo Aarõ quãtũ ad īam,quia ille iam multis annis mortuus fuerat.

fuerat.ſ.quadringentis triginta & ſeptem, vt declaratum eſt ſupra in expoſitione literæ.

De ordine ſucceſſionis iſtorum ſacerdotum.
Quæſt. XXI.

QVAERITVR vlterius circa ſacerdotũ ſucceſſionem, cum nunc iſti duo ſacerdotes ſummi inſtituti fuiſſent a Dauid, quid fieret eis mortuis,an ſuccederet eis quiſquã, vel ſi acciperetur per electionem, & dato q̃ eſſet ſucceſſio,an ſuccederet vnus, vel multi.

Reſpondendum eſt,quòd in veteri teſtamẽto ſummum ſacerdotium,& aliæ dignitates, tam eccleſiaſticæ,quàm ſeculares erãt per ſucceſſionem. Et de ſummis ſacerdotibus patet manifeſtè Exo.29. & Leuit.6. ſcilicet. Offeret eam ſacerdos qui patri iure ſucceſſerit.Et agitur ibi de ſummo ſacerdote: & iterum dicitur:Septem diebus vtetur illa,qui pontifex pro eo fuerit conſtitutus de filiis eius. Non erat ergo electio in ſummis ſacerdotibus,ſed ſucceſſio, quia filius ſuccedebat patri, & cum eſſent plures filii, primogenitus ſuccedebat, quia primogenitis præueniebant dignitates paternæ in veteri teſtamento,ſicut nunc in multis fieri ſolet:immo vbicunque ſucceſſio eſt in dignitate, vel honore, ſi non eſt aliquid diuiſibile, ſolus primogenitus ſuccedit. Si autem ſummus ſacerdos non habebat filium, ſuccedebat ille, qui erat magis propinquus ex parte patris, nam cognati matris non ſuccedebant, eo quòd ratione matris nulla fiebat ſucceſſio in veteri teſtamento,ſed ratione patris, vel aui materni, vt colligitur Numer. capitulo vigeſimoſeptimo, & ibi declaratum eſt, & apparet illud, quia cum ſummum ſacerdotium veniret per ſucceſſionẽ, erat obſeruanda in illo eadem lex, quę in ſucceſſionibus bonorum, ſed in ſucceſſione bonorum nõ ſtantibus filiis,ſuccedebant patrui, & deinde alii propinqui,Numer.capitulo vigeſimoſeptimo,ita ergo eſſet in ſummo ſacerdotio. Sed dicetur. Quid ſi aliquis ſummus ſacerdos reliquerit filios paruulos, qui non poſſent miniſtrare, quid fieret, an illi ſuccederent in ſummo ſacerdotio,vel aliquis alius? D

Dicendum, quòd ſuccedebat vnus de filiis ſummi ſacerdotis morientis,& tamen quia non poterant illi miniſtrare, miniſtrabat aliquis de propinquis eorum, ſic enim factum eſt ſępe, vt ait Ioſephus, vndecimo Antiquitatum. Immo interdum illi,qui miniſtrabant pro paruulis,efficiebantur ſummi ſacerdotes, & non deuoluebatur vltra ſacerdotium ſummum ad paruulos filios ſacerdotis morientis, quouſque diſcederet ille,qui cœperat,p eis miniſtrare,vt ait ibidẽ Ioſeph⁹. Cum autem quæritur, morientibus iſtis, an ſuccederet vnicus,vel multi ſummi ſacerdotes. Dicendum, q̃ Dauid inſtituerat nunc duos ſummos ſacerdotes, & ſi manſiſſet ordinatio illius, fuiſſent ſemper duo ſummi ſacerdotes.ſ.vnus de ſtirpe Eleazar, & alius de ſtirpe Ithamar. E

De ſortibus ſacerdotum,quæ hic ponuntur.
Quæſt. XXII.

QVAERITVR vlterius circa ſortes vigintiquatuor ſacerdotum,quæ hic ponuntur,quæ ſortes erant iſtę,& quomodo fiebant.

Reſpondendum eſt, quòd Dauid voluit cultum dei vinum ampliare, & conſtituo ſibi de voluntate Dei, fecit iſtam ordinationem,vt ſacerdotes melius,& ordinabilius poſſent miniſtrare, & cum maiori ſolennitate. Et ad hoc cum eſſent duæ familiæ ſacerdotum,ſcilicet Ithamar, & Eleazar, poſuit in qualibet earum vnum principem, qui erat ſummus ſacerdos, & diuiſit quamlibet familiam in partes: familia enim Eleazar erat magna,& diuiſa eſt in decem, & ſex partes,ſiue ſortes. Familia autem Ithamar,quia minor erat,diuiſa eſt in octo partes. Et voluit Dauid,quòd iſtæ vigintiquatuor partes,vel diuiſiones ſacerdotum miniſtrarent per vigintiquatuor tempora diſtincta: ita quòd quando miniſtraret vna pars, non miniſtraret alia. Et ad hoc,quòd erat aliqualis cauſa æmulationis propter differentiam honoris, ſcilicet cui parti daretur,quòd prius miniſtraret,fecit Dauid,quòd diB rimeretur hoc ſorte,& poſitæ fuerunt ſortes pro omnibus familiis, ad ſciendum, quæ deberet eſſe prima, & quæ ſecunda, & quæ tertia, & ſic vſque ad viceſimamquartam,& per ſortes exiit, quæ eſſet prima, & quæ ſecunda,& ſic de cæteris. Ideo vocantur iſtæ partes ſacerdotum ſortes: non quidem,quòd per ſortem fieret diuiſio,quia Dauid poſuit in qualibet parte iſtarum diuiſionũ tot Leuitas, quot voluit, & illos quos voluit,ſed ſolum de ordine iſtarum partium ſacerdotum ad miniſtrandum determinatum eſt ſorte, & ex hoc prouenit.q̃ iſtæ diuiſiones ſacerdotum vocarentur vigintiquatuor ſortes.

Quomodo fuit hic Dauid vſus ſorte.
Quæſt. XXIII. C

QVAERITVR vlterius, quomodo Dauid vſus fuit hic ſorte circa diuiſionem ſacerdotum, & Leuitarum,quia ſors non videtur licita, poſſimè circa res ſacras: hic tamen agebãtur de miniſtratione,& ordine miniſtrandi: iſta tamen ſacra ſunt. Aliquis dicet,quòd non fuit vſus ſortis, ſed vocantur vigintiquatuor ſortes ſacerdotum,ideſt vigintiquatuor partes,quia pro eodem conſueuerunt accipi iſta.

Sed dicendum,quòd non ſtat, quia tam in diuiſione ſacerdotum,quàm Leuitarum fuit hic ſors. Et patet hoc,quia dicitur ſupra in litera. Porro diuiſit vtraſque inter ſe familias ſortibus. Item infra in litera dicitur: Miſerunt & ipſi ſortes contra fratres ſuos filios Aaron. Item dicitur iterum: Tam minores,quàm maiores omnes ſors equaliter diuidebat. Ergo ſors erat hic. Et non ſolum nunc in ordinatione iſtarum partium ſacerdotum erat ſors, ſed etiam determinata iam aliqua parte ſacerdotum, quæ eſſet prima, vel ſecunda in ordine, adhuc inter ipſos ſacerdotes de illa parte diuidebatur ſorte, quis miniſtrare deberet, vt patet Lucę primo, de Zacharia patre beati Ioannis Baptiſtę,de quo dicitur: Factum eſt autem cum ſacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis ſuę, ſorte exiit, vt incenſum poneret. Ergo per ſortem fiebat miniſtratio.

Dicendum eſt,quòd ſors eſt duplex conſultoria,& diuiſoria. Et ſors diuiſoria non eſt tam illicita,ſicut cõ ſultoria. De iſtis tamen quando liceat eis vti,& quid ſint declaratum eſt ſatis latè Numeri capitulo vigeſimonono, & trigeſimotertio. Nunc autem dicendum, quòd licet nobis non eſſet licitum fortè circa talia ſortibus vti,tamen Iudęis multa licita erant,quæ non licent nobis,& hoc propter imperfectionem eorum,ideo Deus dedit eis, quòd terram Chanaan ſorte diuiderent: Ioſue. Etiam circa ſpiritualia concedebat eis Deus ſortem, nam in die propitiationis debebant offerre duos hircos, vnum in caprum emiſſarũ, & alium Domino ad immolandum, & ponebatur ſors, quis illorum eſſet caper emiſſarius, & quis offerretur Domino. Leuitic.capitulo decimoſexto. Ita ergo nunc a fortiori permitteretur ſacerdotibus

bus ponere inter se sortes, ad sciendum, quæ pars eorum deberet esse prima, & quæ secunda, & sic de cæteris. Nam ista sors diuisoria erat, cum dicatur hic. Diuisit eos sortibus. Sortes tñ diuisoriæ non sunt, tam illicitæ, sicut sortes consultoriæ, potissime, quia istud erat ad tollendum magnam contentionem, & æmulationem, quæ aliàs oriretur inter iudæos, quibuslibet volentibus præcedere alios.

Quomodo fiebat diuisio per sortes. Quæst. XXIIII.

QVAERITVR vlterius circa istas sortes sacerdotum. s. quando facta est diuisio, & ponebant aliqui sacerdotes in vna parte, & alii in alia, quomodo fiebat hoc, s. an istæ partes essent æquales, vel inæquales, & an assumebantur per familias, vel aliàs.

Respondendum est, quòd duplex modus poterat esse ad faciendum hoc. Vnus est, quòd consideraret Dauid prius numerum omnium sacerdotum, tam in domo Eleazar, quam in domo Ithamar, & vellet diuidere omnes illos in vigintiquatuor partes æquales, & tunc sciret quot sacerdotes proueniebant vnicuique parti, & inciperet diuidere domum Eleazar, & reperirent in illa tot sacerdotes, vt facerent decem, & sex diuisiones, vel partes de istis, & diuideretur domus Eleazar, & inuenirentur in illa tot sacerdotes, quot sufficerent ad octo diuisiones, & fierẽt in ea tot, & sic essent plures duplo in familia Eleazar, quam Ithamar. Alio modo poterat fieri, quòd istæ diuisiones non forent diuidendo totam summam sacerdotum in vigintiquatuor partes æquales, sed fieret hoc per cognationes. s. quòd quælibet cognatio particularis sub familia Eleazar esset vna sors, & quælibet cognatio sub familia Ithamar esset alia sors, siue istæ familiæ essent æquales in numero personarum, siue non. Aliqui volunt, quòd modus secundus istorum fuerit in hac diuisione, quia dicitur supra in litera. Inuenti sunt multo plures filii Eleazar in principibus viris, quam filii Ithamar, & ibi subditur, quòd in familia Eleazar fuerunt decem, & sex sortes, & in familia Ithamar octo, & sic videtur, quòd fuerit ista diuisio facta per capita familiarum, & quia erant plures vni principes cognationum in domo Eleazar, quàm in domo Ithamar, fuerunt plures sortes in domo Eleazar. Secundo patet, quia dicitur in litera: diuisit filios Eleazar principes per familias decem, & sex, & filios Ithamar per familias, & domos octo. Ergo videtur, quòd principes familiarum faciebant diuisiones esse multas, vel paucas, secundum quòd multi, vel pauci erant in ipsis familiis. In contrarium videtur, quòd primus modus fuerit. s. quòd diuisa fuerit tota multitudo sacerdotũ, & partes æquales. Et patet hoc, quia dicitur infra in litera. Miserunt sortes, tam maiores, quam minores: omnis sors æqualiter diuidebat. Ergo per æqualitatem fiebat diuisio istarum partium sacerdotaliũ. Respondendum est, quòd in ista diuisione considerata fuit æqualitas, sicut dicitur in primo modo. s. quòd diuiderentur sacerdotes per partes æquales, & tot essent in vna sorte, sicut in alia, & tamen attendebatur hoc, quòd sacerdotes, qui erant de domo Ithamar, non miscerẽtur cum sacerdotibus de domo Eleazar, ita vt omnes facerent vnam sortem, sed quælibet domus habebat sortes suas impermixtas. Considerabatur etiam ista æqualitas in numero, ita quòd non attendebatur, quòd aliqui sacerdotes essent maioris status, vel dignitatis, aut sapientiæ, sed solum considerabatur æqualitas numeri. Sic patet in litera cum dicitur. Tam maiores, quàm minores sorte æqualiter diuidebantur. Patet etiam sequenti cap. cum dicitur: Miserunt sortes per vices suas: ex hoc tam maior, quàm minor, doctus pariter, & indoctus. Et ratio huius erat, quia istæ partes sacerdotum fiebant nunc ad ministrandum, & tamen ministratio erat æqualis pro qualibet earum, s. in tempore æquali, & etiam officia æqualia, ideo æquales numero esse debebant ministri in qualibet sorte, quia aliàs grauarentur illi, quorum sors minor esset. Sciendum tamen, quòd a principio considerata est æqualitas numeri in istis sortibus: postea tamen procedente tempore, dato quòd plures essent in vna sorte, quàm in alia, non dissoluebantur sortes priores, nec reducebantur ad æqualitatem, quia aliàs quotidie oporteret fieri in eis mutationem, quod inconueniens est. Et ideo contingebat quasdam sortes aliquando fieri magnas in multitudine personarum, & aliquando paruas, & tamen propter hoc non mutabantur, nec minuebantur incumbentia illis. Sciendum etiam, quòd non attendebantur hic cognationes particulares. s. quòd esset quælibet pars istarũ vna cognatio. Sed contingebat interdum vnam cognationem particularem, si magna erat, diuidi in tres, vel quatuor partes, & cõtingebat interdum duas, vel tres cognationes particulares, quia paruæ erãt effici vnam partem de istis, & obseruaretur æqualitas numeri.

Sciendum tamen, quòd in qualibet istarum sortiũ ponebatur vnus princeps, & ille, qui semel erat princeps illius partis, faciebat semper partem a se denominari.

Ad rationem primam in contrarium dicendum, q̃ verum est, quòd plures viri principes familiarum inuenti sunt in familia Eleazar, quàm Ithamar, & tamẽ non fuit ista causa, quare plures partes essent in domo Eleazar, quàm Ithamar, sed quia in duplo erant plures viri in familia Eleazar, quàm Ithamar. Dicitur autem de pluribus principibus familiarum Eleazar, scilicet, quia sicut erant plures principes familiarum, ita etiam plures viri erant in familia ipsa, quam in familia Ithamar, & propter hoc fuerunt plures partes, vel sortes sacerdotum.

Ad secundam cum dicitur: Diuisit filios Eleazar principes per familias, non vocãtur hic familię cognationes particulares, quæ essent ante istam diuisionẽ, sed quando facta est ista diuisio, quælibet sors vocabatur iam familia, quia omnes coniuncti de vna sorte dicebantur, iam pertinere ad vnam familiam, & omnes descendentes de illis dicebantur esse eiusdem familię, & principes constituti super quamlibet istarum sortium vocabantur principes familiarum, non est ita sensus, q̃ prius essent familiæ, & quot illę erant, tot fierent nunc partes in ista diuisione.

Quomodo ordinabantur sortes sacerdotum ad ministrandum. Quæst. XXV.

QVAERITVR vlterius de istis sortibus sacerdotum, quomodo ordinabantur ad ministrandum. Aliquis dicet, quòd istæ ministrabant per successionem, & factę sunt ad hoc, quòd omnes implerent vnum annum ministrationis. s. q̃ quælibet sors ministraret per medium mẽsem, & cum essent duodecim menses, vigintiquatuor sortes complerent annum.

Dicendum tamen, quòd hoc non stat, sed ministratio fiebat per vnam hebdomadam, scilicet, quòd quælibet sors istarum ministrabat vna hebdomada, incipiendo a sabbato in sabbatum, & sic in vigintiquatuor hebdomadis, scilicet in medio anno complebatur ministratio omnium, & tunc redibat prima ad ministrandum in principio mensis septimi, & deinde secunda, & sic omnes per successionem, & in fine anni iterum complebatur ministratio, & sic fiebat circulus, & ministrabat quælibet istarum partium sacerdotalium bis in anno, & incipiebat ministratio cuiuslibet partis in sabbato, & finiebatur sequenti sabbato, & veniebat tunc pars sequens ad ministrandum. Sic patet quarto Regum capit. 11. cum dicitur: Et assumẽtes singuli viros suos, qui ingrediebantur sabbatum, cum his, qui egrediebantur a sabbato. Idest quędam pars sacerdotum ingrediebatur in templum die sabbati ad ministrandum, & alia pars cessabat in sabbato, & egrediebatur iam de ministratione sua. Sic etiam dicitur sequenti lib. cap. 23. scilicet. Tertia pars vestrũ, qui veniunt ad sabbatum, scilicet quòd in die sabbati veniebant de locis suis ad ministrandum. Et erat modus, quòd isti sacerdotes de vigintiquatuor sortibus, quæ ministrabant in Sanctuario, non habitabant omnes in Sanctuario, sed erant dispersi per totam terrã Israel in quadraginta octo ciuitatibus, quę dabantur sacerdotibus, & Leuitis. Num. 35. & Iosue 21. Et quãdo tempus erat ministrandi, veniebant omnes de vna sorte in loco Sanctuarij, licet essent de diuersis vrbibus, & die sabbati incipiebat ministrare, scilicet in die veneris ad noctem, quia tunc incipiebat sabbatum: sic patet supra 9. cùm dicitur: Tres autem eorum in viculis morabantur, & veniebant in sabbatis suis de tempore ad tempus. Scilicet manebant in locis suis per medium annum, quo quęlibet sors quiescebat, & expleto illo tempore, veniebat ad ministrandum in Sanctuario in sabbato, scilicet quia tunc incipiebat. Sciendum etiam, quòd tota illa hebdomada, qua sacerdotes ministrabant, manebant intra atrium tẽpli in exedris, quę erant in circuitu templi, & istud erat propter duo: primum erat, vt essent prẽsto ad ministrandum omni tempore opportuno, sicut dicitur supra 9. de Leuitis, Quod principes cantorum in exedris morabantur: ita vt die, & nocte iugiter suo ministerio deseruirẽt. Sacerdotes autem ministraturi erãt tam per diem, quam per noctem, eo quòd sacrificiũ matutinum fiebat per noctem, & alia sacrificia spontanea fiebant per diem. In nocte autem fiebat sacrificium vel pertinum: nam incipiebat in occasu solis. & durabat per totam noctem, vsque ad auroram, vt patet Leui. 6. cap. Hęc est lex holocausti: Cremabitur tota nocte vsque mane. Secundum erat propter mũditiam, quia ad hoc, quòd ministrarent sacerdotes, requirebatur, quòd non haberent aliquam immunditiam legalem, & ista maximè contrahebatur cum mulieribus, & ideo non permittebatur vxoribus sacerdotũ venire ad Sanctuarium in loco vbi erant sacerdotes toto tempore, quo illi ministrabant, vt non haberent occasionem trangendi eas: nam sic polluerẽtur, & nõ possent ministrare. Expletis autem diebus ministrationis, sacerdotes redibant ad loca sua, & tũc licebat eis tangere vxores, & versari circa quęcunque alia: etiam si polluerentur in aliquibus legalibus immũditijs. Sic fuit de beato Ioanne, cuius pater Zacharias stans in templo ministrando, accepit reuelationẽ ab angelo de filio sibi nascituro, & tamen non cognouit vxorem, quousque finiti sunt dies ministrationis suę, vt patet Lucę primo, scilicet. Et factum est, vt impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam. Post hos autem dies concepit Elisabeth vxor eius, & occultabat se mẽsibus quinque. Toto autem tempore, quo non ministrabant sacerdotes, manebant in locis extra vrbem Sanctuarij, & versabantur circa curam rerum suarum: non quidem in agricultura, quia sacerdotes, & Leuitę non habebant agros, quos colerent, cum Deus iussisset, quod vrbes, quę dabantur sacerdotibus, & Leuitis, non haberent territorium, nisi suburbana quędam ad alenda pecora in eis. Num. 35. & Iosue 21. Et ibi dicitur, quòd ciuitas Hebrõ data est sacerdotibus, & agri eius dati sunt Caleb filio Iephone: vacabant ergo sacerdotes circa curam pecorum, vel circa alia nõ pertinentia ad agriculturam.

De modo ministrationis Quæst. XXVI.

QVAERITVR vlterius de modo ministrationis, scilicet dato, quòd aliqua sors sacerdotum ministrare deberet actualiter, qualiter se habebant sacerdotes illius in ministrando. Pro hoc sciendum, q̃ illi sacerdotes, quibus competebat ministrare aliquo tempore, faciebãt omnes ministrationes necessarias. erant autem ministrationes, facere sacrificium, parare lucernas candelabri, & ponere panes in mẽsa propositionis, & cremare thymiama super altare thymiamatum. Illi autem habebant secum redditus, q̃a sacerdotes, qui offerebant sacrificia, habebãt aliquas partes de illis, vtpote in holocausto, sacerdos, q̃ faciebat holocaustum habebat pellem animalis. Leui. 7. & sacerdos, qui faciebat sacrificium pacificum, habebat inde pectusculum, & armum dextrum, vt patet Leui. 7. Sic etiam de sacrificio pro peccato cõsequebatur sacerdos partes carnium. Leui. 6. Et de libaminibus, scilicet de simila, vino, & oleo, habebat sacerdos partem. Leui. 2. & 6. De ministratione autem, quę erat ponendo panes propositionis in mensa, & parando lucernas in candelabro, & cremãdo thimiama in altari, non apparet, quam partem consequebat sacerdos, & tamen credendum est, quòd aliquos redditus consequeretur pro hoc. Et propter istud quilibet de sacerdotibus illius partis, quę ministratura erat, vellet facere istas ministrationes, vt consequeretur inde vtilitatem. In hoc autem esset contentio, cum omnes decertarẽt pro vtilitate: ideo datus fuit ad hoc modus, scilicet q̃ per sortem fierent istę ministrationes. Et erat sic, quòd inter omnes sacerdotes de illa parte, quę ministrabat, ponebatur sors, & cui eueniret sors, ministraturus erat, & ei proueniebant omnia iura illius ministrationis, & sic tollebatur contentio: Sic patet Lucę primo cum dicitur: Factum est cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suę, secundum consuetudinem sacerdotij, sorte exijt, vt incensum poneret. Ecce qualiter illi sacerdotes, qui erant de vice Abia, de qua erat Zacharias, ministrabãt tunc, & tamen per sortem euenit ipsi Zachariæ, quòd ministraret ponendo incensum. Et dicitur, quod hoc erat secundum consuetudinem sacerdotii, ergo videtur, quòd consuetudo erat inter sacerdotes, quod sorte dirimeretur, quis ministraret. Alij autem dicunt, q̃ ponebantur sortes, vt sciretur, qui ministraturi erant: tamen non ponebantur in fauorem ipsorum, quibus proueniebant, sed in onus, scilicet quòd omnia, quæ proueniebant sacerdotibus illo tempore, quo ministrabant illi, qui erant de vna parte, diuiderentur inter omnes sacerdotes, qui erant de illa parte, & hoc secũdum equalitatem, & tamen, quia ministratio non poterat fieri per omnes, sorte dirimebatur, quis ministraret. Et sic ministrare non erat fauor, sed onus, q̃a nihil magis consequebantur ministrantes, quam nõ ministrantes de redditibus, & iuribus sanctuarij. Vterque modus potest stare. Primus tamen conueniẽtior est eo quòd lex iubebat, quòd facienti sacrificia darẽtur illi prouentus, qui veniebant de sacrificijs, ad hoc ergo, quòd seruaretur lex ponebatur modus, quòd p sortem dirimeretur, quis ministrare deberet. Aliquis tamen dicet, quòd iste modus est nimis inconueniẽs. quia tunc aliquis sacerdos esset, qui nullos vnquam haberet redditus & periret fame, eo q̃ nunquam sibi sorte

Universidad de Deusto
Biblioteca

sorte proueniret, quòd ministraret, & sic nihil consequeretur de iuribus sacerdotalibus. Dicendum ergo, quòd, vel diuidebantur redditus æqualiter, & postea sorte dirimebatur, quis ministraret: ita ꝙ ministrans nihil magis haberet, quam cęteri non ministrantes, sicut dicebat secũdus modus, vel dabitur aliquis alius modus, per quem prouideretur omnibus sacerdotibus ministrantibus, & non ministrantibus. Ad hoc dicendum est, quòd fiebat inter sacerdotes veteris testamenti, sicut nũc fit in beneficijs ecclesiasticis: sunt enim aliqui fructus beneficiorum, qui vocantur portio grossa, & dantur ęqualiter presentibus in officio diuino, & non præsentibus. Alij autem sunt fructus, q vocantur quotidianæ distributiones, & solis præsentibus dantur, & qui pluribus horis intersunt, lucrantur plus de istis distributionibus: ita erat inter sacerdotes, quòd essent aliqui redditus, siue iura sacerdotalia, qui ęqualiter diuiderentur inter omnes illos, q erant de illa vice, ad quam pertinebat ministrare, & isti diuidebantur ęqualiter per omnes illos, & inde cõsequebãtur aliqualem sustentationem. Pręter hęc autem erant quidam redditus, qui assignabantur ministrantibus, & pro qualibet ministratione assignabat certum quid, & quia illud quilibet sacerdos consequi vellet, propter hoc desideraret ministrare, sorte dirimebatur, quis ministrare deberet, vt consequeretur vtilitatem illam, quę assignabatur ministrantibus. Iste modus conuenit primo modo supra assignato, & etiã competit legi, quę iubebat dari sacerdotibus offerẽtibus sacrificia aliquas partes de ipsis sacrificijs, vt supra dictum est.

De modo ponendi sortes. Quæst. XXVII.

QVAERITVR vlterius, quis modus fuit ponendi sortes, ad hoc, quòd scirerur, quę pars istarum debebat esse prima, & quę secunda, & sic de cæteris.

Respondendum, quòd hoc poterat fieri multipliciter, sicut multipliciter ponuntur sortes diuisorię. Credendum tamen est, quòd fuerunt positę per inscriptionem cartularum, scilicet quòd scriberentur vigintiquatuor cedulę, & in vna diceretur prima, & in alia secunda, & sic de cęteris, & ponerentur omnes illę in aliquo inuolucro. Et tunc vnus de qualibet istarum diuisionum mitteret manum in illud inuolucrum, & si cartula, quam educeret, haberet primam, esset illa sors prima. Et si in litera diceretur vicesima, esset sors vicesima, & sic omnes mitterent manum, & sciretur de qualibet diuisione, cuius ordinis esset in sortem, quam extraheret. Iste fuit modus, quo positę fuerunt sortes ad habendum possessiones tribuum, scilicet quòd distinctæ fuerunt terrę illę, quæ dandæ erãt cuilibet tribui, & factę sunt tot cedulæ, quot erãt tribus, & quęlibet tribus misit manum ad inuolucrũ, & litera, quam eduxit, significauit, quam partem terræ habitura esset illa tribus, sicut declaratum est Iosue 19. Et iste modus sortium conuenit sacræ Scripturę, quia dicitur Prouer. 16. Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur: mitti autem in sinum est poni in aliquo inuolucro, vt quilibet deducat sortem vnam.

Quare Deus permittebat Israelitas vti sortibus. Quæst. XXVIII.

QVAERITVR vlterius quomodo Deus permittebat, quòd Israelitæ vterentur sortibus in istis rebus, quæ erant aliqualis præiudicij: nam per sortem poterat euenire minori maior dignitas, & è cõtrario, quod iniustum est: nam magnum bonum nõ est permittẽdum fortunæ. Ista est causa, quam reddit Aristo. primo Ethi. ad probandum felicitatem non esse à fortuna, scilicet quia maximum bonum non est permittendum fortunæ, sed rationi attribuendum. Dici potest, quòd hic modicum præiudicium vertebatur, quia non quærebatur aliquod ius ministrando. In cæteris autem æquales erant istæ partes sacerdotum, scilicet æquales redditus suscipiebant, & æquales administrationes exercebant. Aliter dicendum, & melius, quòd aliquale præiudicium vertebatur in hoc eo, ꝙ quælibet de istis partibus Israelitarum volebat esse prior in ministrando, cum aliquis honor esset in hoc, & tamen dato, quòd esset maioris præiudicij, res ista dirimeretur sorte, sic enim erat de quibusdam aliis magnis, scilicet in diuisione possessionum pro singulis tribubus: nã per sortem diuidebatur, vt patet Num. 26. & 34. Et poterat prouenire aliqua parua possessio per sortem, & è cõtrario. Sed dicendum, ꝙ Deus volebat per sortẽ dirimi, eo quòd ipse mouebat sortes, & faciebat, quòd cuilibet proueniret, id quod sibi cõpetebat rationabiliter, vtpote si inter istas partes sacerdotum erat aliqua cæteris dignior, Deus faciebat, ꝙ sors prima occurreret illi, quando mitteret manum in inuolucrum, & illi parti, quæ erat minus digna in quarta, quia moueret Deus manum missam in inuolucrum ad illam sortem, quæ cõueniebat ei. Sicut dr Prouer. 16. scilicet. Sortes in sinum mittuntur, sed a Domino temperantur. Idest ipse mouet eas ad hoc, ꝙ eueniant, sicut ipse vult. Et patet hoc in diuisione possessionum per tribus Israel: nam Deus dixerat, ꝙ pluribus daretur maior, & paucioribus minor. Num. 26. Et tamen ibidem iussit, quòd omnia sorte dirimerentur, si tamen sors libera esset, posset euenire maior pars terræ minori tribui, & è contrario: fiebat ergo hoc modo, quòd Israelitæ diuiserũt terram in tot partes, quot erant tribus, & quia tribus inter se erant inæquales, fecerunt sortes inæquales secundum portionem excessus tribuum, & postea positæ fuerunt sortes in inuolucro, & Deus faciebat, quòd maiori tribui proueniret maior sors, & minori minor. Et cuilibet illa, quæ ei conueniebat, & sic Israelitæ dabant maiorem partem terræ pluribus, & minorem partem paucioribus, & omnia sorte diuidebantur.

De nominibus portionum. Quæst. XXIX.

QVAERITVR vlterius de nominibus istarũ portionum: nam primo vocatur Ioiarib, & sic de cæteris. Est dubium, quæ nomina sint ista.

Respondendum est, quòd ista nomina sunt principium ipsarum sortium. Pro quo considerandum, ꝙ quando diuisa est tota domus Ithamar in octo partes, & tota domus Eleazar in decem, & sex, positus fuit super quamlibet partem istarum vnus princeps, qui non erat princeps omnium, tanquam princeps cognationis, sed tanquam princeps constitutus in aliqua multitudine, & à nomine illius vocabatur pars, & quia princeps primæ sortis vocatus est Ioiarib, ipsa sors vocatur Ioiarib, & sic de omnibus aliis. Isti autem fuerunt principes temporibus suis, & tamen nomina eorum manserunt semper in sortibus illis. Sic patet de sorte octaua, quæ vocatur Abia, nam semper vocata fuit sic, quia etiam tempore Christi vocabatur sic, vnde Lucę primo dicitur, quòd Zacharias erat sacerdos de vice Abia. Sciendum etiam, quòd filii istorum principum, qui nunc erant, fuerunt postea etiam principes istarum sortium per successionem, ita ꝙ illi qui descendebãt ab istis per lineam primogenitorũ, essent rectores totius sortis, & dicerentur cæteri esse de familia ipsorum. Sic enim fuit de sacerdotibus, & Leuitis: nam Aaron, & filij sui fuerunt constituti in sacerdotes, & illi qui descenderunt postea ab Aaron per lineam primogenitorum, fuerunt semper principes omnium sacerdotum.

De istis sortibus, quomodo permanserunt impermixtæ. Quæst. XXX.

QVAERITVR vlterius de istis sortibus sacerdotum, quomodo potuerũt postea obseruari impermixtę, ita quòd illi de vna sorte non permiscerẽtur viris de alia sorte.

Dicendum est, quòd modus fuit, quia nunc quando diuisi fuerunt sacerdotes per partes, descripti fuerunt, qui, & quot erant sacerdotes cuiuslibet sortis, & positum est hoc in scriptura publica, ad perpetuam rei memoriam, sicut dicitur supra in litera: Descripsit eos Semeias filius Nathanael scriba Leuites coram rege. Postea autem omnes geniti ab illis, qui erant de vna sorte, erant etiam de ipsa sorte, & licet à principio essent sortes ęquales, postea fiebant inęquales secundum, quòd quędam progenies multiplicantur, & alię minuuntur: scribebantur autem progenies istorum, scilicet quòd nati ab aliquo scribebatur nomen eius, & aui, & proaui, & sic de omnibus, ascendendo vsque ad illum, qui fuit, quando facta est ista diuisio, & tunc recurrebatur ad scripturã publicam, & sciebatur origo cuiuslibet: istas genealogias diligẽter seruabãt Iudęi in scriptis, & quidam eorum etiam nunc seruant genealogias ex antiquissimis temporibus, & quando dubitabatur de progenie alicuius, recurrebatur ad illas genealogias, & per illas sciebatur: intantum autem obseruabãtur istę genealogię, quòd tempore Christi, qui fuit longè post Dauid, sciebantur istæ genealogię: nam de Zacharia dicitur: Quòd erat de vice Abiæ. Et si aliquis sacerdos non poterat ostendere de qua familia sacerdotali erat, vel de qua sorte, non recipiebat inter reliquos ad ministrãdum: sic enim fuit tempore Esdræ: nam multi de Leuitis, & sacerdotibus in reditu de Babylone perdiderant genealogias suas in captiuitate, & non potuerunt ostendere progenies suas, & separati fuerunt à reliquis, sicut refert se fecisse Esdras, ex timore huius quilibet seruabat diligenter genealogiam suam, vt non excluderetur a ministrando, & perderet omnes redditus.

Porro filiorum Leui, qui reliqui fuerant, de filijs Amrã erat Subael, & de filiis Subael Iehedeia. De filijs quoque Rohobię princeps Iesias: Isaari vero filius Salemoth: filiusq;, Salemoth Iahath, filiusque eius Ieriau primus, Amarias secundus, Iacziel tertius, Iehamaã quartus. Filius Oziel, Micha, filius Micha, Samir. Frater Micha Iesia, filiusque Iesiæ Zacharias. Filij Merari, Moholi, & Musi. Filius Oziau, Benno. Filius quoque Merari. Oziau, & Soan, & Zacchur, & Hebri. Porro Moholi filius Eleazar, qui non habebat liberos. Filius vero Cis, Ierameel. Filij Musi, Moholi, Eder, & Ierimoth. Isti filij Leui secundum domos familiarum suarum. Miseruntque, & ipsi sortes cõtra fratres suos filios Aaron corã Dauid rege, & Sadoc, & Achimelech, & principibus familiarũ sacerdotalium, & Leuiticarum, tã maiores, quam minores omnes sors ęqualiter diuidebat.

Porro. Hic ponitur secundum huius c. scilicet de doctoribus, nam præcedentes erãt sacerdotes, isti autem sunt Leuitæ, & a multis putantur esse doctores: nullum tamẽ ponitur hic officium eorum, sed quod sit officium ipsorum infra declarabitur in quadã quæstione, & dicitur,

Porro filiorum Leui, qui reliqui fuerant. Hic sequitur diuisio filiorum, qui reliqui fuerant, idest, qui supererãt vltra sacerdotes: nam supra posita fuit diuisio sacerdotum, & illi erant de tribu Leui, ideo quædam pars tribus Leui iam distributa erat per officia sua, manebat autem reliqua summa Leuitarum diuidenda.

Pro quo sciẽdum, quòd tota tribus Leui habebat tres familias, scilicet Gersonitas, Meraritas, Caathitas. Familia Caathitarũ diuidebatur in quatuor domos, scilicet Amranitas, Isaaritas, Ozielitas, Ebronitas. Domus Amram diuidebatur in duos viros, scilicet Moysen, & Aaron. De his omnibus Nume. 3. De Aaron venerunt sacerdotes, & illi erant iam descripti per officia sua: manebant ergo duæ familiæ integræ describendę, scilicet Gersonitarum, & Meraritarum. Et de familia Caathitarum manebant tres domos, scilicet Ozielitarum, Ebronitarum, Isaaritarum, & quædam pars Amranitarum, scilicet omnes filii Moysi. Et de omnibus his dicendum est, & dicitur de eis hic, & in duobus capitulis sequentibus.

De filijs Amrãm erat Subael. Iste Amram erat pater Aaron, & Moysi. Exo 6. Et dicit Subael de filiis Amram, non quòd esset filius eius, sed de filijs eius, scilicet pronepos eius: nã Amram genuit Moysen, & Moyses genuit Gerson, Gerson autem genuit Subael. Patet præcedenti cap. & infra 26. Et ponitur hic iste Subael de Amranitis, quia erat vnus de principibus thesaurorum tẽpli, sicut dicitur infra 26. scilicet Subael filius Gerson filii Moysi præpositus thesauri.

Et filij Subael Iehedeia. Non est iste Iehedeia ille, de quo dicitur supra in litera, a quo denominatur secunda sors sacerdotum, quia ille fuit sacerdos, iste autem Leuita, sed de isto Iehedeia infra habetur.

De filijs quoque Rohobiæ princeps Iesias. De isto Rohobia non dicitur hic cuius filius erat, & tamen dicendum est, quòd est de filiis Amram, scilicet filius Eliazer, & nepos Moysi, qui vocatur Roboia præcedenti cap. Et habuit iste Rohobias filios multos, vt dicitur ibidem: tamen hic non nominatur, nisi Iesias, quia iste erat princeps, sed in qua dignitate, vel officio eẽt princeps, non habetur hic: infra autem declarabitur in quadam quæstione.

Isaari verò filius Salemoth. Aliqui putant, ꝙ Isaari est nomen proprium viri, & tamen est nomen possessium, vel denominatiuũ ab Isaar, est enim Isaar vnus de quatuor filiis Caath, & est nepos Leui. Nume. 3. & ab eo nominatur familia Isaaritarum, Hic autem dicitur Isaari, ideſt de Isaaritis erat Salemoth. Iste Salemoth vocatur Salomith, mutatis quibusdam literis & est filius Isaar, vt patet præcedenti cap. scilicet filii Isaar Salomith.

Primus filius Salemoth Iaath. Iste etiam fuit princeps in cognatione sua, ideo nominatur hic. *Filius quoque Hebron Ierian Amarias secundus, Iagiel tertius, Iethmoam quartus.* Iste Hebron est vnus de filiis Caath, a quo nominatur vna de quatuor familiis particularibus

Caath,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caath, scilicet Hebronitarum, & habet iste quatuor filios, qui nominātur hic, & fuerunt principes, & etiā nominantur precedenti cap.

Filius Oziel Micha. Iste Oziel est quartus filius Caath, & nominatur ab eo familia Ozielitarum. Iste Micha etiam fuit princeps alicuius domus, ideo nominatur. Et non est iste Micha, de quo habetur 2. Regum 9. qā ille erat filius Miphiboseth nepos Ionathę filij Saulis. Iste autem est de stirpe Leuitarum.

Filius Micha Samir. Iste Samir fuit princeps, & non ponitur precedēti c. sed hic additur. *Frater Micha Iesia.* Iste Iesia erat filius Oziel, & frater Micha. Fuit autem Micha primogenitus, & Iesias secundus: sic dicitur precedēti c. scilicet Filij Oziel Micha primogenitus, & Iesias secundus. *Filij Merari Moholi, & Musi.* Omnes supra numerati pertinebant ad familiam Caathitarū: hic ponitur de familia Meraritarum, quę erat secunda de famiijs Leuiticis: Sola autē familia Gersonitarum subticetur: Hic erant isti duo Moholi, & Musi filij Merari, & ab eis nominatę sunt duę familię particulares, scilicet Moholitarum, & Musitarum, sub familia Meraritarum, vt patet Nu. tertio.

Filius Iozian Benon. De isto Iozian non dr̄ cuius filius sit. Aliqui putant, q̄ sit filius Merari, & volunt, q̄ Iozian, & Ozian sint idem: nam infra dicitur. Filius quoque Merari Ozian, & tamē aliquando in hebręo additur litera, vel subtrahitur. Sed dicendum, q̄ non est idem, quia si essent idem, non repeteretur immediatè, vt diceretur filius quoque Merari Ozian. Sed dicendum videtur, q̄ iste Iozian sit filius Moholi, & non ponitur hic pater eius, quia ante hoc ponitur, & sępe sic facit scriptura. Et cum dicitur hic Benon: intelligunt quidam Hebræi, quòd sit nomen commune, quia Benon interpretatur filius eius. Sed hoc non stat, quia si accipietur hic, vt commune, dicetur sic filius Iozian filij Bennis, & istud non est aliquid intelligibile. Etiam quia non poneretur quis esset filius Iozian, & tamen scriptura intendit ponere filium eius. Decipiuntur tamen, quia Benon consueuit accipi in Hebręo pro filo eius: sępe tamen est in Hebræo idem nomen proprium, & commune, sicut in multis aliis apparet, & quia Hieronymus vidit, q̄ non poterat hic accipi pro communi, posuit illud tanquam nomen proprium: sic etiam facit Iudi. vbi dicit: Vt filius patrui eius. Et in Hebręo habetur filius Dodo, & Dodo est nomē commune significans patruū eius, & etiā potest esse propriū, & Hebræi acceperunt, vt propriū: Hieronymus aūt, vt commune, quia non cōueniebat literę, si esset proprium. *Filius quoque Merari Ozian, & Soan, & Zacchur, & Hebri* Isti quatuor dicūtur filii Merari, & tamē an sint filij Merari immediati, vel an sint de filiis eius descendentes infra declarabīt in quadam quęstione. Iste Zacchur non est ille, de quo hr̄ sequēti cap. quia ille est filius Asaph: iste aūt filius Merari. Etiam Hebri est aliqñ nomen propriū in Hebręo, sicut hic, & aliqñ nomen commune, & significat Hebrum: nam vbi litera nostra ponit Hebrū in Hebręo ponitur Hebri, siue Heuri. *Porro Moholi filius Eleazar non habebat liberos.* Aliqui errant in ista litera, putātes, q̄ Moholi sit filius Eleazar, & tamen falsum est, quia Eleazar est filius Moholi, vt patet precedenti capi. s. filii Moholi Eleazar, & Cis. Etiam quia Moholi non poterat esse filius Eleazar, cum sit filius Merari. Iste Eleazar habebat filias, & non filios, vt dicitur præced. c. ideo filij Cis acceperunt eas in vxores, eo q̄ Cis erat frater Eleazar, & illi, qui erant de eadem cognatione, matrimonia contrahebant inter Hebræos.

Filius vero Cis Ierameel. De isto Cis non dicitur hic cuius filius sit, & tamen est filius Moholi, vt patet precedenti ca. & non curauit hic repetere Esdras, cū supra posuisset. *Filij Musi Moholi, & Eder, & Ierimoth.* Isti sunt filii Musi. Sed dicet aliquis, quomodo Moholi est filius Musi, cum sit frater eius, quia supra dicitur, Filij Merari Moholi, & Musi.

Dicendum, q̄ idem nomen sępe competit pluribus, sicut fit inter nos, & sic hic fuit idē nomen istius & patrui eius, vnde Moholi erat filius Musi, & alius Moholi erat frater Musi. Ierimoth, qui ponitur hic, aliquando est nomen viri, & aliquando nomen vrbis, hic accipitur pro viro, pro vrbe autem accipitur Iosue 10. Nam rex de vrbe Ierimoth fuit vnus de illis quinque regibus, qui latuerunt in spelunca, & quos occidit Iosue in die, quo stetit sol.

Isti filij Leui. Refertur ad istos immediatè dictos, & non ad sacerdotes supra positos, licet illi essent de filiis Leui. Isti tamen erant pure Leuitæ, sacerdotes autem habebant aliquid honoris, & ministrationis vltrà Leuitas. *Secundum domos familiarum suarum.* Idest isti erant distincti per familias, & domos cum omnibus ferè familijs Leuitarum, sicut hic enumeratū est.

Miseruntque, & ipsi sortes contra fratres suos filios Aaron. Ideſt isti Leuitæ, qui erant præter filios Aaron, miserunt inter se sortes: nam diuisi fuerunt per sortes suas ad ministeria sua, sicut filij Aaron fratres eorum, ideſt qui erant de cognatione ipsorum, nam tam Leuitæ, quàm sacerdotes erant de tribu Leui. Et dicitur contra fratres suos, ideſt sicut fratres sui, & est modus loquendi improprius, aliqñ tñ vtimur eo in vulgari, & vtuntur eo potissime Hebræi.

Coram rege Dauid, & Sadoc, & Achimelech, & principibus familiarum sacerdotalium, & Leuitarum. Sortes fuerunt positæ coram istis, eo q̄ isti faciebāt diuisiones, s. Dauid principaliter. quia erat rex, & habebat auctoritatem a Deo ad faciendum ista, deinde erant Sadoc, & Achimelech, quia isti duo erant summi sacerdotes, vt patet supra in litera. Erant etiam ibi principes familiarum sacerdotalium, & Leuitarum. Principes familiarum sacerdotalium erant illi vigintiquatuor viri a quibus denominantur vigintiquatuor sortes sacerdotum. De principibus autem familiarum Leuiticarum infra dicetur in quadam quæstione.

Tam maiores, quam minores omnes sors æqualiter diuidebat. Iste fuit modus sortium, s. q̄ diuiderentur Leuitæ per partes æquales, ita vt tot Leuitæ essent in vna diuisione, sicut in alia. Et dato, q̄ aliqui essent excellentiores aliis, non attendebatur ad hoc, vt maioritas dignitatis suppleret defectum numeri, sed maiores & minores æquales erant in ista diuisione, ideo dicitur, quòd tā maiores, quàm minores sors æqualiter diuidebat.

Quod officium erat Leuitarum. Quæst. XXXI.

QVAERITVR circa prædicta de istis Leuitis, q̄ ponuntur hic, quòd officium habebant, nam nullum officium eis assignatur.

Aliqui volunt dicere, q̄ isti essent doctores populi, & sic tenet Nicolaus. Istud autem posset colligi aliqualiter sic, quia officia Leuitarum erant ista, s. q̄ quidam erant cantores, alij ianitores, alij thesaurarij, alij iudices, & præfecti, alij seruientes ad diuersum ministerium domus Domini, vt patet præcedenti ca. & tñ de cantoribus ianitoribus, & thesaurarijs habetur sequenti. c. & infra 26. ergo videtur, q̄ isti erant iudices, eo q̄ illi supererant de omnibus ministrantibus. Sed istud non stat, quia necesse est, q̄ aliqui istorum haberent alia ministeria præter præposituram, & iudicaturam, nam aliqui erant thesaurarij, vt patet infra 26. Hic, n. ponitur Subael de filijs Amram, & tñ ille ponitur infra 26. præpositus thesaurorum. Etiam necesse est, q̄ aliqui istorum essent ianitores, & alij cantores,

tores, vt postea dicetur. Alij dicunt, q̄ isti erant, qui seruiebant ad diuersum ministerium domus: nā præcedenti c. inter cętera officia Leuitica dicitur, q̄ quidam erāt, qui seruiebant in ministerium domus Domini, & de his erant plures Leuitæ, quàm de omnibus alijs officijs: nam erāt vigintiquatuor millia, & tñ de alijs officijs erant pauciores, scilicet de cantoribus quatuor millia, & de ianitoribus totidem, & de iudicibus sex millia. Istud autem conuenit in proposito, eo q̄ isti Leuitæ, qui computantur hic, erant de multis familijs, vt patet in litera. Sed dicēdum, q̄ hoc nō fiat, quia isti Leuitę, qui cōputātur hic erant de multis familijs, vt patet in litera: nam Leuitæ, q̄ ministrabant in ministerio domus Domini, differebant à cātoribus, iudicibus, ianitoribus, & thesaurarijs, vt patet precedenti c. Et tñ de istis Leuitis, qui ponuntur hic, quidam cantores erant, & quidam ianitores, & quidam thesaurarij, & alij iudices. De cantoribus patet, quia omnes erant de progenie Heman, & Asaph, & Idithum, & istis tres erant de tribus familiis Leuitarū, s. Caath, Gerson, & Merari, vt patet supra 6. & hic agitur de progenie Caath, & Merari, quātum ad omnes familias suas particulares, ideo in istis includunt cantores. De ianitoribus patet, quia ianitores erant de stirpe Core, vt patet infra 26 Et tamen Core erat filius Isaar: Nume. 16. & de progenie Isaar agitur hic, ideo ianitores includuntur in istis. De thesaurariis patet, quia infra 26. dr̄, q̄ Subael filius Gerson filij Moysi erat præpositus thesauri: & tamen iste Subael ponit hic, ergo etiam ponuntur hic thesaurarij. De propositis, & iudicibus patet, quia infra 26. dicitur, quòd de Isaaritis, & Hebronitis, erant principes ad iudicandū Israel, & docendum, & tamen de Hebronitis, & Isaaritis agitur hic in litera: ergo non differunt isti à iudicibus, & præpositis.

Dicendum ergo est, q̄ hic non ponuntur Leuitæ specialiter pertinentes ad aliquod ministeriū, sed ponuntur oēs Leuitæ, qui postea diuiduntur p̄ ministeria sua. Et patet hoc, quia sicut p̄batū est, de istis, qui ponunt̄ hic, erant aliqui ianitores, alii cantores, & alii thesaurarij, alii iudices, & prefecti. Si tñ pertinerēt isti ad aliquod officiū speciale, solū cōpeteret eis vnū de illis ministeriis, ergo non pertinēt isti ad aliquod speciale officium. Secundo patet, quia ponūntur hic Leuitę de omnibus familiis Leuitarū, tā de Caathitis, q̄ de Meraritis: si tñ esset aliquod vnū ministeriū, non assignarentur oēs familię ad illud. Sed obiiciet̄, q̄ si hic intentio literę esset ponere oēs Leuitas, nō determinando aliquod officium eorum, ponerentur oēs familię Leuitarum, & tñ nihil agitur hic de familia Gersonitarum, cū nullus eorum nominet̄: ergo vr̄, q̄ non est intentio literę numerare hic oēs Leuitas, sed ponere illos, qui pertinebant ad aliquod spāle ministerium. Dicendum, q̄ intentio literæ est enarrare oēs Leuitas, qui pertinebant ad quodcunque ministeriū. Et tamen nihil dixit de Gersonitis, eo quòd de illis satis dixerat in precedentibus.

Propter quam causam fuerunt positi isti Leuitæ a Dauid. Quæst. XXXII.

QVAERITVR vlterius, ad quid positi fuerūt hic isti Leuitæ, cum per hoc non determinetur aliquod ministerium ipsorum, & tamen scriptura intēdit enarrare ministeria Leuitarum.

Dicendum est, quòd scriptura voluit assignare hic omnia ministeria sacerdotum, & Leuitarum: Posuit autem prius de sacerdotibus ministeria, & sortes: nūc autem incipit ponere de Leuitis, & ad hoc prēmittit aliquid cōmune, scilicet, quę sunt familię Leuitarū: deinde incipit declarare officia eorum in particulari.

Pro quo sciendum, q̄ sacerdotes, & Leuitæ sunt de eadem tribu Leui, & diuiditur ista tribus in tres familias, scilicet Caathitarum, Gersonitarum, Meraritarū. Deinde familia Caathitarum diuidit in quatuor familias particulares, scilicet Amranitarum, Isaaritarū, Hebronitarum, & Ozielitarum, vt patet Nu. 3. Familia autem Amranitarum habebat duo capita, scilicet Aaron, & Moysen. De Aaron venerunt omnes sacerdotes, quorum sortes, & officia determinantur supra. Manet autem nunc, q̄ determinetur de officiis omnium Leuitarum, & sunt isti, qui sunt in duabus familiis integris Gersonitarum, & Caathitarum, & in tribus familiis particularibus sub Caath, s. Hebronitis, Ozielitis, & Isaaritis, & quadam parte familię Amranitarum, s. de filiis Moysi. Ideo omnes istos copulat hic in summa scriptura, vt sciatur, q̄ ipsi sunt, quorū officia ponuntur sequenti c. & infra 26. & est conueniens modus, s. vt prius ponantur illi, qui diuidendi sunt per sortes, & officia, vt sciatur, qui sunt: deinde ponantur officia eorum.

Sed aliquis dicet, q̄ hoc non erat necesse, quia precedenti c. enarrata fuit tota ista progenies Leuitarum.

Dicendum, q̄ hic enarratur iterum ad addendum: nā ibi ponebatur tota progenies Leuitarū ad hoc, q̄ sciretur, quot erant de eis in quolibet officio Leuitico, ideo dicitur ibi, q̄ erant quatuor millia ianitorū, & totidem cantorum, & sex millia iudicum, & vigintiquatuor millia de aliis, qui seruiebant ad diuersa ministeria domus Domini: hic autem scriptura voluit ponere aliam cōditionem circa officia Leuitarum, s. quomodo per sortes diuidebantur, & qualiter ponebantur sortes, ideo repetiuit illos inter quos debebāt esse istę sortes, & ministeria. Alia causa fuit, quia præcedenti cap. posita fuerat tota progenies tribus Leui, tam in sacerdotibus, quam Leuitis, eo q̄ actura erat scriptura de officiis vtrorumque, tunc autem expletis officiis sacerdotum solum actura est de officiis Leuitarum, ideo repetit hic progeniem Leuitarū, magis in speciali, quam præcedenti c. Alia causa fuit, quia licet præcedenti capitulo posita fuerit progenies Leuitarum, tamen interpositum est de officijs sacerdotum, & sortibus eorum, & nunc incipit agere de officiis Leuitarum, & propter illam interpositionem sacerdotum dubitaret aliquis, qui erāt isti Leuitę, quorum ministeria erant enarranda, ideo rursus ponunt̄ hic. Alia causa fuit, quia licet progenies Leuitarum posita fuit præcedenti ca. tamen aliqui adduntur hic, qui non ponuntur ibi, sicut cum dicitur. Filius quoq; Merari, Oziam, & Soan, & Zacchur, & Hebri, & non ponuntur præcedenti c. Etiam ponitur hic Ieremeel filius Cis, & quidam alii, qui non habentur ibi, & propter tales additiones faciendas sępe scriptura repetit, quod dixerat, eo q̄ tales additiones fieri non possent, nisi repetendo aliquid. Sic enim pater de libro isto respectu librorum regum, quia multa repetūtur hic, quę iam habebantur ibi, tamen repetuntur, vt addātur eis alia, quæ ibi non habebantur.

Qui fuerint filij Merari. Quæst. XXXIII.

QVAERITVR vlterius, cum dicitur supra in litera filius quoque Merari, Ozian, & Soan, & Zacchur, & Hebri. an illi sint filii Merari, a quo nominatur familia Meraritarū, vel sint de descendentibus ab eo, sicut interdū nepotes, & pnepotes alicuius vocantur filii eius. Aliqs dicet, q̄ non sunt isti filii Merari, qa s. ponuntur filii Merari. Moholi, & Musi, si tamen isti essent filii Merari, ponerentur cum illis, ideo vr̄, q̄ sint de descēdentibus à

filijs

filijs eius. Secundo patet, quia Nu.3.ponuntur etiam F
filii Merari,& ponuntur Moholi,& Musi solũ. Rñdẽ-
dum, ꝙ vtrunque istorum potest stare: nam si dica-
mus, ꝙ isti sunt de descendentibus à Merari, satis cõ-
uenit, ꝙ vocentur filii eius, quia multoties fit sic in
scriptura: Magis tñ vr̃ dicendum, ꝙ isti erant filii Me-
rari, eo ꝙ dicitur hic. Filius quoque Merari, Ozian,& Soan,& dependet ex precedenti, quia supra dictũ fue-
rat. Filii Merari Moholi, & Musi, & interpositũ fuit
ibi de quodam nepote Merari, cum dr̃. Filius Oziau
Benon, & postea dr̃. Filius quoque Merari Ozian, i.
sicut dictum est, ꝙ Moholi,& Musi erant filii Merari,
ita etiam Oziau, & illi, qui sequũtur sunt filii Merari.
Si autem non essent filii Merari, sed descendentes à G
filiis eius, non diceretur, Filius quoque Merari, quia
istud facit copulationem ad precedens, sed diceretur
solum filius Merari. Secundo patet, quia scriptura nũ-
quam est trahenda extra significatum proprium ter-
minorum, nisi propter aliquam necessitatem, scilicet
quia terminis stantibus in sua significatione, sequere-
falsitas, vel aliquod inconueniens, dicendo, ꝙ sint fi-
lii eius immediati, & non descendentes à filiis eius:
ideo tenendum est, quòd sint filii sui. Tertio patet, &
efficacius, quia si acciperentur ibi filii pro descenden-
tibus, & non pro filiis, cum tamen omnes, qui ponun-
tur ab illo versu filu Merari, sint descendentes ab eo,
vt patet in litera, de omnibus diceretur, ꝙ erant filii
Merari, & tamen non dicitur, sed ponuntur nomina H
pattum, & aliorum, ita vt cognoscatur, quomodo de-
scendunt de Merari, & de istis specialiter dr̃, ꝙ erant
filii Merari, ergo Oziau, Soan, Zacchur, & Hebri, erãt
verè filii Merari, & non filii descendentium ab eo.

Ad primam rationem in contrarium cum dicit, ꝙ
supra ponuntur filii Merari, s. Moholi, & Musi, & si
isti essent filii eius, ponerentur cum illis, & tamen nõ
ponuntur. Dicendum, ꝙ isti sex erant filii Merari, &
tamen duo primi, s. Moholi, & Musi ponuntur per se,
eo, ꝙ ab alijs descenderũt duę familię particulares, s.
Moholithica, & Musitica, vt patet Nu. 3. ab istis autẽ
quatuor, s. Oziau, Soan, Zacchur, & Hebri nullę fami-
lię descenderunt, sed ipsi computati sunt sub familijs
fratrum suorum Moholi, & Musi, ideo per se ponun-
tur. Et ista est causa, quare licet in multis locis fiat mẽ-
tio de filijs Merari, non ponuntur, nisi Moholi, & Mu
si, quia scriptura intẽdit semper nominare principes
in aliquibus progeniebus potius, quam alios.

Ad secũdum cum dr̃, ꝙ Nume.3.vbi ponunt̃ filij
Merari solum ponuntur Moholi, & Musi. Dicendũ,
ꝙ causa fuit, quia ibi scriptura intendebat diuidere
totam tribũ Leui per familias principales, & minus
principales, non solũ noĩauit ibi illos Leuitas, à qbus
familię descenderunt, sed de Moholi, & Musi descẽ-
derũt duę familię Leuiticę sub Merari, & de alijs qua-
tuor nulla familia descendit, iõ non noĩant̃ ibi. Quòd
aũt ista fuerit ibi intentio scripturę patet, quia dicit, ꝙ
Leui habuit tres filios, s. Caath, Gerson, Merari, eo ꝙ K
de istis descenderunt tres familię principales in tribu
Leui, s. Caathitarum, Gersonitarũ, & Meraritarum:
de Caath dr̃, ꝙ habuit quatuor filios, s. Amrã, Hebrõ,
Oziel, & Isaar, & ab his dr̃, ꝙ descenderunt quatuor
familię, cũ sequitur cognatio Caath habebit populos
Amranitas, & Isaaritas, & Hebronitas, & Ozielitas.
Et sequitur ibi: Hę sunt familię Caathitarum: ponunt̃
duo filij Gerson, s. Lobni, & Semei, eo ꝙ ibi segtur.
De Gerson fuere familię duę, s. Lobnithica, & Semei-
tica: ponuntur etiam duo filii Merari, scilicet Mo-
holi, & Musi, & postea dicitur de Merari. Erant popu-
li Moholitę, & Musitę, & vocant̃ duo populi, i. duę
familię. Isti aũt quatuor nullã familiã ꝓstituerunt sub
familia Meraritarum, ideo non ponuntur ibi, nec ali-

bi, sed solũ hic eo, ꝙ fuerunt principes in sortibus Le-
uitarum, vt in litera declarabitur.

*Quare scriptura non ponit hic totam progeniem Le-
uitarum. Quæst. XXXIIII.*

QVAERITVR vlterius, cũ enarrantur hic isti Le-
uitę, quare ponũtur isti soli: nam si scriptura in-
tenderet enarrare progeniem totam Leuitarũ, opor-
teret, ꝙ multos alios poneret. Si aũt nihil intẽdit, su-
perfluum est numerare tot, potissimè, quia nõ vr̃ cã,
quare potius numerentur isti, q̃ alij. Rñdendum est, ꝙ
non intendit scriptura enarrare hic totam progeniẽ
Leui, ita ꝙ ponerentur nomina singulorum Leuita-
rum, quia istud esset superfluũ, sed rãgit hic progeniẽ
Leuitarum propter officia, quę postea distribuuntur
per Leuitas, & in distributione ista per singulas par-
tes Leuitarum ꝓstituti fuerunt principes, qa ad vni-
tatem alicuius congregationis regitur vnitas prin-
cipis. Et nominati fuerunt hic principes istarum par-
tium, vel sortiũ, ita ꝙ oẽs, qui ponuntur hic, fuerunt
principes non quidem immediatè, sed quia ab eis de-
scenderunt cognationes illę, quę postea distributę
sunt per sortes, vel principes illarum cognationũ, nec
ponitur hic aliqs, nisi qui aliquo mõ princeps fuerit.

Sed obiicietur de illis quatuor filijs Merari, q. s. po-
nebanẽ, s. Oziau, Soan, Zacchur, & Hebri, nã diximus
de illis, ꝙ non descenderũt ab eis aliquę familię, sed
cum Moholi, & Musi, & alijs. Rñdendum est, ꝙ isti
quatuor fuerunt principes familiarum, sicut Moholi,
& Musi, & alij, q descendebant immediatè à capiti-
bus tribuum. Alij aũt non fuerunt principes familia-
rum, sed aliquarum domorum nimis particularium,
de qbus non fit aliàs mentio in scriptura. Nunc aũt fit
mentio, qa ponuntur hic partes Leuitarum per quas
diuisi sunt oẽs Leuitę, tam magni, quam parui, vñ &
in hac diuisione oportuit esse aliquas domos nimis
particulares tribus Leui, quę aliàs non noĩanẽ, eo ꝙ
non sunt familię. Vel põt dici, ꝙ isti quatuor nõ fue-
runt principes aliquarũ familiarũ, nec ẽt domorum
paruarũ fuerunt tñ ab eis descendentes alię de istis I
principibus, qui postea constituti sunt capita sortium,
vel partium Leuitarum.

De istis sortibus, quæ fuerunt. Quæst. XXXV.

QVAERITVR vlterius de istis sortibus, q ponũ-
tur hic, cum dicat̃, quòd miserunt sortes, quæ
sortes fuerunt, & inter quos missę sunt, qa
nõ dr̃ hic de aliquibus, ꝙ miserunt sortes. Rñdẽdũ, ꝙ
istę sortes sunt illę, quę ponunt sequenti c. &. J. 26 nã
hic agitur de Leuitis in generali. s. ponendo summã
principum suorum, & familiarum, & non ponẽt par-
ticulariter aliquid, iõ etiã ponitur in generali, ꝙ mi-
serint sortes, & non dr̃, qui fuerunt, q miserunt, vel
qualiter miserunt, aut quibus tales, vel tales sortes ce-
ciderunt. Fuerunt aũt istę sortes, quę hñtur infra, s. cã-
torum, ianitorum, & thesaurariorum, & pp hoc appa-
ret, ꝙ nõ agatur hic de Leuitis alicuius officij in par-
ticulari, quia si sic ageretur, ponerentur ẽt sortes eorũ
particulariter, sicut supra ponebatur de sacerdotibus,
& sic ponitur sequenti cap. de sortibus cantorum, &
quia istę sortes, quę ponuntur hic in generali, non
fuerunt eędem, sed quædam fuerunt pro cantoribus,
& alię pro ianitoribus, non fuerunt eodem modo
positę, sed sortes cantorum fuerunt vigintiquatuor,
vt illi ministrarent per vigintiquatuor tempora: sor-
tes autem ianitorum fuerunt quatuor, quia ianitores
obseruabant ianuas templi, scilicet atrij exterioris, &
illę erant quatuor: iõ Leuitę custodientes eas fuerunt

diuisi per quatuor sortes, vt patet sequenti capitulo, A
& infra. 26.

De modo ponendi sortes. Quæst. XXXVI.

QVAERITVR vlterius de modo ponendi
istas sortes. Respondendum, ꝙ sortes Le-
uitarum factę sunt, sicut sortes sacerdotũ,
vtpote de sortibus cantorum: voluit. n. Da-
uid diuidere cantores per vigintiquatuor partes, & ad
hoc mandauit totam multitudinem cantorũ, & di-
uisit eam per vigintiquatuor partes ęquales, non cõ-
siderando dignitatem, vel statum quorundam super
alios, sed siue doct⁹, siue indoctus, maior, & minor eo B
dem modo computabantur, vt patet sequenti c. Fa-
ctis istis diuisionibus, positi fuerunt principes in eis, ita
ꝙ in qualibet esset vnus princeps, à quo nominaret̃
tunc illa diuisio, & etiam semper, sicut patet sequẽti
c. de omnibus sortibus nominatis à filijs Asaph, &
Heman, & Idithum, & nomina ipsorum filiorũ isto-
rum trium sunt postea nomina sortium, vt patet ibi
in litera. Hoc facto, erant partes vigintiquatuor can-
torum. Et tamen nondum erat diffinitum, quę esset
prima in ministrando, & quę secunda, & sic de cęte-
ris, & hoc sorte diffinitum est, scilicet positę fuerunt
sortes, & cui illarũ partium prouenit prima sors, fuit
prima in ministrando, & sic de cęteris vsque ad vlti-
mam. Idem modus fuit de ianitoribus: erãt enim qua-
tuor millia ianitorum, vt patet precedẽn. c. & illi di- C
uisi sunt in quatuor partes ęquales, scilicet in qualibet
mille viri, & dati fuerunt principes eis de ipsis parti-
bus, & tunc fuerunt proiectę sortes, quę pars illarum
custodiret portam orientalem, & quę occidentalem,
& sic de meridiana, & aquilonari.

De principibus Leuitarum. Quæst. XXXVII.

QVAERITVR vlterius, qui fuerunt isti principes
Leuitarum, de quibus hic dicitur, ꝙ diuisio
facta est, & sortes positę corã Dauid, &
Achimelech, & Sadoc, & coram principibus sacerdo-
tum, & Leuitarum.

Respondendum, ꝙ principes Leuitarum erant du- D
plices. Quãdã erant principes familiarum, alij erant
principes sortium, siue partium, quę nunc constitu-
ęr sunt: De primis patet, quia tribus Leui fuit diuisa
per tres familias principales, s. Caath, Gerson, & Me-
rari, & quęlibet istarũ habebat vnum principem: de-
inde quęlibet earum diuisa est per alias familias: nam
familia Caath diuisa est ꝑ Amranitas, Ozielitas, He-
bronitas, Isaaritas, vt patet Nu. 3. Familia Merari di-
uisa est per duas, scilicet per familiam Moholitarum,
& Musitarum. Familia Gerson diuisa est ꝑ alias duas,
scilicet per Lobniticam, & Semeiticam. Nume. 3.
Quęlibet autem istarum familiarum, tam magnarũ, E
quam paruarum habebat vnum principem, & semp
manebãt isti principes, nam mortuo vno succedebat
ei primogenitus suus, & sic per lineam primogenito-
rum erat semper extensio, & descensus aliorũ princi-
pum, & sic quando factę sunt istę diuisiones, & posi-
tę fuerunt sortes, poterant esse præsentes omnes prin-
cipes istarum familiarum Leuiticarum nominatarũ
supra. Accipiendo secundo modo, vocantur princi-
pes Leuitarum illi, qui nũc fuerunt constituti in prin-
cipes super omnes diuisiones factas, nam omnes Le-
uitę diuisi fuerunt nunc per partes, siue essent canto-
res, siue ianitores, siue in quocunque officio, & om-
nibus partibus dati sunt principes, & sic non erat ali-
quis Leuita, qui nunc nõ esset sub aliquo de illis prin-
cipibus, & coram istis potuerunt poni sortes, & sic

diceretur, quòd positę fuerũt coram principibus om-
nium Leuitarum.

Sed obiicietur, quòd non potuerunt poni coram
istis principibus, eo quòd non erant factæ adhuc istæ
diuisiones, cum nunc sorte positę fuerint pro illis.

Respõdendum, quòd prius fuerunt factæ istæ par-
tes Leuitarum, & positi principes earum, quam mit-
terentur sortes, nam prius diuisi sunt Leuitæ per par-
tes suas, & cuilibet parti datus est vnus princeps, &
postea fuerunt positæ sortes ad sciendum, quæ pars
esset prima, & quę secunda, & ideo, quando sortes po-
sitæ sunt, iam erant principes istarum diuisionum, vi-
detur tamẽ magis intelligendum esse de principibus
familiarum sacerdotalium, & Leuiticarum, & istud
magis potest teneri, sed non differt, quòd istud, vel
aliud teneatur, quia familia potest accipi large hic pro
vna congregatione diuisa ab alia per sortem.

CAP. XXV.

IGITVR Dauid, & magistratus
exercitus segregauerunt in mini-
sterium filios Asaph, & Heman,
& Idithum, qui prophetarẽt in ci-
tharis, & psalterijs, & cymbalis secundum
numerum suum dedicato sibi officio ser-
uientes.

IN præcedentibus acto de Leuitis in generali, hic
agitur de eis in speciali, determinando officia ip-
sorum. Et diuiditur in quatuor, quia primo agit̃
de cantoribus, Secundo de ianitoribus. Tertio de
thesaurorum custodibus. Quarto de præpositis, & iu-
dicibus. De primo habetur hic, & de omnibus aliis
tribus habetur sequẽti capitu. Prima in duas, quia pri-
mo ponuntur cantores in generali, scilicet, qui fuerũt
principes ipsorum. Secundo ponuntur in particulari
distinctę vigintiquatuor sortes ipsorum, ibi.

Miserunt sortes. Prima potest diuidi in tres partes, se-
cundum ꝙ fuerunt tres principes, à quibus descenderunt omnes cantores, & principes eorum, scilicet
Asaph, Idithum, & Heman, & primo agitur de prin-
cipibus ortis ab Asaph, secundo de principibns Idi-
thum, ibi. *Porro Idithum.* Tertio de principibus He-
man, ibi. *Heman quoque filij.*

*De continuatione, & an ista fuerint immediatè post illa.
Quæst. I.*

QVAERITVR circa primum, an hic sit con-
tinuus ordo ad ea, quæ habentur precedẽ-
ti c. & an fuerint ista immediatè post illa. E

Respondendum, ꝙ continuitas, vel di-
scontinuitas ordinis potest cõsiderari quantũ ad illa,
quæ sunt historica, eo ꝙ ibi est ordo gestorum secun-
dum tẽpus, & dependet vnum ex alio, ita vt cogno-
scatur, qñ continuatur ordo, vel quando non. Hic au-
tem ponuntur diuisiones sacerdotum, & Leuitarũ, &
non constat, quæ earum fuerit facta prius. Tenendus
tamen est ordo literæ in hoc, quia quandocunque nõ
apparet aliquid, propter quod debeamus recedere ab
ordine literæ, nunquam recedendum est ab eo, ma-
xime, quia hic est ordo rationis, sacerdotes, n. digniо-
res erant Leuitis, ideoque credẽdũ est, ꝙ prius nume-
rarent̃ ipsi, q̃ Leuitæ, & tñ precedenti c. accipit̃ de sor
tibus sacerdotum, iõ conuenienter ponit̃ hic de or-
dine

Universidad de Deusto
Biblioteca

dine Leuitarum. Item quia præcedenti c.agitur de F Leuitis in generali,ponendo omnes familias eorũ,& non determinando officia: hic autem ponitur de Leuitis in particulari,distinguendo officia eorum,& sortes:iste autem conueniens ordo est.

Cum autem quæritur, an ista fuerint facta immediatè post illa, vel interciderit aliquantum tempus. Dicendum, ꝙ omnia ista facta fuerunt simul. Sanno quadragesimo regni Dauid, vt patet infra in litera,sequenti cap.Et quando Dauid congregauit principes ad ordinandum cultum diuinum, simul ordinauit de omnibus,scilicet de sacerdotibus,& Leuitis.

Circa primum dicitur. *Igitur Dauid, & magistratus exercitus.* Isti fuerunt ad cultum diuinum, & vocant magistratus exercitus, scilicet principes, vel magistri militũ, quia magistratus est nomen generale ad omnem dignitatem,& præeminentiam:potissimè,vbi cõstituto in præeminentia committitur aliquid gubernandum, quod ad prudentiam pertinet, quia ibi est propriè magisterium. Congregauit autẽ Dauid omnes principes militum,quia isti erant in regno suo excellentiores, & cum eis tractauit de ista ordinatione cultus diuini. Et ex hoc patet, quòd illi principes, de quibus dicitur præcedẽti cap.scilicet quòd Dauid cõgregauit omnes principes Israel, & sacerdotes,& Leuitas,fuerunt principes exercitus,quamquam etiã intelligendum est,cum illis fuisse principes tribuum,& familiarũ. *Segregauerunt in ministerio.* Ideſt ad ministrãdum. Istud est ministerium cantandi, de quo immediatè dicitur, quia ad alia ministeria, scilicet ad custodiam ianuarum, & thesaurorum, & ad iudicandum Israel, alij Leuitæ segregati fuerunt, vt patet sequenti capitulo. *Filios Asaph,Heman,& Idithum.* Isti tres erant principes cantorum, & semper fuerunt principes ante istam distinctionem,vt patet in portatione arcę: vbi fuerunt positi isti tres in primo ordine cantorum, vt patet supra decimoquinto de quibus magis infra dicetur in quadam quæstione. Filii autẽ istorum fuerũt principes nunc in vigintiquatuor sortibus cantorum, vt patet infra in litera. Ideo dicitur,quòd congregati fuerunt nunc in ministerio. *Qui prophetarent.* Ideſt cãtarent, quia prophetia non accipitur hic propriè, sed pro cantu,vt infra dicetur, & patet ex litera sequenti.

Scilicet in citharis, & psalteriis, & cymbalis. Nullum tamen officium potest fieri in istis, nisi pulsare, & cantare,ideo prophetia istorum nihil erat,nisi pulsare, & cantare. Quid autem cithara,& psalterium sint,manifestum est:potissimè de psalterio. Cithara autem instrumentum antiquissimum est, & est simile psalterio, præterquam in hoc, quòd vnum resonat à parte inferiori,& aliud à parte superiori: Cymbala nõ sunt campanæ, sed erãt quædam organa musica,quæ manibus tenebantur,& pulsabantur ad cõsonantem melodiam. Et vt ait Iosephus septimo Antiquitatũ.Cymbala sunt instrumenta ærea lata,& taliter cõcaua,quæ manibus inter se concutiuntur, ita quòd vnum tenetur vna manu, & alterum altera, & sic sonitum reddunt, quæ etiam instrumenta vsque hodie apud eos sunt.

Secundum numerum suum dedicato sibi officio seruientes. Ideſt isti filii Asaph, Heman,& Idithum, ministrabãt in officio sibi dedicato, scilicet in officio cantorum, quod erat sibi assignatum. Et dicitur secundum numerum suum, ideſt quilibet de filijs istorum ministrabat cum numero Leuitarum sibi assignato in cãtando, nam cuilibet eorum assignabantur duodecim de filijs, & fratribus suis, qui cum eo cantarent,vt patet infra in litera.

Cap.XXV.

De necessitate cantorum in domo Domini. Quæst. II.

QVAERITVR circa prædicta de officio cantorum, ad quid erant necessarij cantores in domo Domini.

Respondendum, quòd Dauid volebat augumẽtare cultum diuinum, & ad hoc,quòd homo totaliter colat Deum oportet, quòd ex totis viribus suis colat ipsum, sicut dicitur Deuter.6.& Matth.22. scilicet. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde,& tota anima tua, & tota mente tua, & tota fortitudine tua. In qua voluit Deus includere omnes vires nostras,per quas ipsum colere possumus, ideo quamquã fide, & spe, & charitate principaliter colat Deus, vt ait Augustinus in Encheridion, tamẽ nulla virtus, vel potentia debet esset in nobis, quæ ad colendum Deum non conuertatur,ita quòd actus eius in aliquo sibi seruiat, & quia virtus vocatiua est in nobis quædam potentia, conuerti debuit ad cultum Dei. Istud autem est orando, & laudando, & canendo, ideo debuerunt esse aliqui ministri Dei cantores. Item sicut potentiæ nostrę naturales debẽt reduci ad cultũ Dei, ita habitus facientes illas debent redigi in ministerũ eius, sed habitus musicus perficit potentiam vocatiuam, formando armoniam in vocibus, & istud pertinet ad cantores, ideo debuerunt esse aliqui ministri Dei, qui per habitum musicum Deum colerent,cantando coram eo. Item ad cultum diuinum non solũ seruit desiderium cordis nostri, quo Deus principaliter colit, sed etiam quædam exteriores cæremoniæ, per quas designatur affectio nostra in cultum Dei,& etiam ostenditur magnitudo eius, quem colimus,sic est de sacrificijs, quæ sunt cæremoniæ Deo exhibitæ, & circa quas versabatur magna occupatio ministrorum veteris testamenti: magis tamen acceptum est Deo,ꝙ laudetur,q̃ ꝙ fiant sibi sacrificia,ideo cum fuerint constituti in veteri testamento sacerdotes ad faciendum sacrificia, debuerunt etiam constitui Leuitæ ad canẽdum laudes diuinas. De acceptatione Dei maiori in laude, quam in sacrificio, patet Psalmo 50. scilicet. Nã accipiam de domo tua vitulos,nec de gregibus tuis hircos,quoniam meę sunt feræ syluarum, iumenta in montibus,& boues. Cognoui omnia volatilia cœli, & pulchritudo agri mecum est.Si esuriero,non dicam tibi, meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Et sequitur ibi.Immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua. Et inuoca me in die tribulationis,eruam te,& honorificabis me. Et iterum ibi. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. Magis ergo accepta est laus Deo, quã alia exterior cæremonia, ideo tanquam de principalibus ministris Dei debuerunt poni.cantores.

De vtilitate ministerij cantorum. Quæst. III.

QVAERITVR vlterius, ad quid proficiebat ministerium cantorum in templo,& quando.

Respõdendum, ꝙ cantores erant distincti per vices suas, vt omni tempore aliqui eorum ministrarent in templo,& erant distincti quantũ ad modum canendi,quia quidam canebant in sola voce,alii autem in organis musicis, & illorum quidam canebant in quibusdam organis, & alii in aliis, sicut dicitur supra 15.quòd Heman, Asaph, & Ethan in cymbalis æneis concrepabant. Zacharias, & Oziel, & alij in nablis arcana cantabant. Mathathias, & alij in citharis pro octaua canebant. Etiam istis commissum erat,

erat,quòd facerent Psalmos diuinę laudis,& quidam A eorum, qui sapientiores erant faciebant ista cantica. Alij verò canebant illa, quę sibi à sapientibus tradebantur, & isti sapientes præerant alijs,sicut dicitur supra decimoquinto,de Chonenia,quòd erat princeps prophetię ad pręcinendum melodiam, & subditur causa, scilicet: Erat enim valde sapiens. Isti cantabant determinatis temporibus, scilicet dum fiebant sacrificia, quę erant necessitatis, & ordinaria in templo Domini.

Pro quo sciendum, quòd sacrificia erant non ordinaria, scilicet illa, quę à populo offerebantur sponte, vel ex necessitate, quia tamen non offerebantur temporibus certis,non erant ordinaria. Sacrificia autem ordinaria erant illa, quę offerebantur de expensis tẽ B pli,& erant assignati certi dies ad illa facienda. De his autem erat sacrificium iuge,quod fiebat quotidie bis in aurora, & vespere, ideo vocabatur sacrificium matutinum,& vespertinum. Erant etiam alia, quę offerebantur in solẽnitatibus,& in sabbathis: nam præter sacrificia quotidiana erant multa alia, quę offerebantur in sabbathis,& festiuitatibus. Erant autem festiuitates istę, scilicet festum azymorum die quartadecima mensis primi,ideſt Martij,& festum Pentecostes, siue Hebdomadarum, quod fiebat post quinquagintа dies à festo azymorum, & festum Clangoris, die prima mensis septimi, scilicet Septembris, & festum Propitiationis, die decima mẽsis eiusdem, & festum Tabernaculorum, die quartadecima mẽsis eiusdem, & durabat vsque ad vicesimũsecundum diem eiusdẽ mensis: & festum Kalendarum, quod fiebat primo die cuiuslibet mensis,de his omnibus patet Leuit.23. Quæ autem sacrificia offerrentur ordinariè omnibus his diebus,habetur Numeri 28. & 29. In omnibus his sacrificijs cantores assistebant, & dum fierent, cantabant hic Leuitę,vnde in sacrificio matutino aderant, & cantabant aliquos Psalmos,dum fierent. Deinde fiebant aliqua sacrificia extraordinaria,non tenebãtur tunc Leuitę cantare. In sacrificio autem vespertino etiam aderant, & propter hoc necesse erat, quòd cantores manerent per noctem intra clausuram tem D pli,eo quòd sacrificium vespertinum incipiebat in occasu solis, & durabat per totam noctem, vt patet Leuit.sexto, scilicet: Hęc est lex holocausti. Tota nocte in altari cremabitur. Ideo tota nocte Leuitę assistebant canendo. De hoc patet supra nono,cum dicitur, Principes cantorum per familias Leuitarũ in exedris morabantur, ita vt die, & nocte iugiter suo ministerio deseruirent. Erat autem differentia in canendo, quia in solennitatibus, & sabbathis Leuitę dicebant cantica solenniora, & cum maiori apparatu vestium, quam in quotidianis sacrificijs, & sicut differebant solennitates, ita etiam in quibusdam plura cantica, quam in alijs dicebant, & cum maiori solennitate, & etiam, quia illa pertinerent ad intentionem illius festiuitatis, vtpote, quando erat festum Phasę, & azymorum, cantabant Leuitę de liberatione Israelitarum de Aegypto, ad cuius memoriam factum est illud festum: Exod.duodecimo, & Deuteronomij decimosexto. Et cum erat, festum Tabernaculorum, cantabant Leuitę de transitu Israelitarum per desertum quadraginta annis, & quomodo ibi habitauerint in vmbraculis factis de arboribus, non habendo domos, quia ad memoriam huius facta est illa festiuitas, sicut dicitur Leuit. vigesimotertio, scilicet: Vt sciant filij Israel, quòd in tabernaculis habitare fecerim patres eorum, cùm educerem eos de Aegypto. Et sic de omnibus alijs solennitatibus, quæ factæ fuerant propter aliquas causas speciales, & Leuitæ canere debebant aliquid, quod pertineret ad causam, &

intentionem illarum solennitatum, declaratum est Leuit.23. De his omnibus patet supra 23. cum dicitur: Leuitę stent mane ad confitendum Domino, similiter ad vesperam, tam in oblationem holocaustorum Domini, quam in sabbathis, & Kalendis,& solennitatibus reliquis iuxta numerum, & cęremonias vniuscuiusque. Et dicit in mane, & in vespere in oblatione holocaustorum, scilicet in holocausto matutino,& vespertino,quę fiebant quotidie, & vnum erat in mane,alterum erat in vespere. Dicitur etiam in sabbathis, & Kalendis, quia in istis diebus offerebantur plura sacrificia ordinariè,quam in diebus profestis, vt patet Num.28. Et in omnibus illis cantabant Leuitæ. Dicitur etiam in festiuitatibus, scilicet azymorum, Pentecostes, Clangoris, Propitiationis,& Tabernaculorum, de quibus supra dictum est: nam in omnibus his fiebant plura sacrificia,quam in pręcedentibus,vt patet Num.28.& 29. Et dicitur iuxta numerum, scilicet iuxta numerum canticorum, quia plura cantica in vna festiuitate dicebantur, quam in alia. Dicitur etiam iuxta cęremonias vniuscuiusque rei, ideſt cantica ista erant conuenientia intentioni cuiuslibet festiuitatis,sicut nunc in ecclesia fit, quia diuinum officiũ fit concorditer ad intentionem illius festi, quod tunc est. Istud erat officium, in quo omni tempore Leuitæ se exercebant.

De concordia cantorum, & Leuitarum in suis operibus. Quæst. IIII.

QVAERITVR vlterius circa cantores Leuitas, quomodo se poterant habere concorditer in opere suo, & quomodo tanta multitudo poterat canere in templo: nam erant quatuormillia cantorum, vt patet supra 23.

Respondendum est, quòd quatuormillia virorum fuerunt assignati in cantores, & tamen non ministrabant omnes isti simul, sed erant distincti per vigintiquatuor partes, quę vocantur sortes infra in litera.Et quęlibet pars ministrabat suo tẽpore, ideo non erant multi cantores ministrando simul: nam non erant ducenti in qualibet sorte, vt patet diuidẽdo quatuormillia per vigintiquatuor partes, & isti forte non ministrabant simul, sed aliqui in vno sacrificio, & alij in alio, vt labor eorum leuior esset, potissime in sacrificio vespertino, quia durabat tota nocte, vt patet Leu. sexto, & erant ibi canendo semper Leuitę. Certum est tamen, quòd non possent ijdem Leuitę manere tota nocte canendo in templo, sed mutarentur per vices, & ad hoc oportebat,quòd multi essent. In solennitatibus autem omnes, qui de vna sorte erant, conuenirent, vt cum maiori celebritate solennitas fieret.

De citharis, psalterijs, & alijs organis. Quæst. V.

QVAERITVR vlterius, dato quòd Leuitæ canere deberent coram Domino in solennitatibus, ad quid erant citharę, & psalteria, & alia organa,quę ab eis pulsabantur.

Respondendum,quòd ista erant propter duo. Primò propter laudem Dei: nam homo debet colere Deum, secundùm vires suas, ideo in omnibus illis, in quibus potuerit eum colere, debet colere, & quidquid inter homines bonum, & honorabile reputatur, attribuatur cultui diuino: sic enim dicit Malach. c.1.ꝙ Israelitę offerrent Deo id, quod offerrẽt principi suo, & illud q̃d acceptaret princeps de manu eorũ, acceptaret Deus, alia aũt nõ: sed cantus

Universidad de Deusto
Biblioteca

in organis musicis inter homines reputatur ad quandam delectationem, sicut dicitur Ecclesiast. quadragesimonono, scilicet: Memoria Iosiæ dulcis sicut mel in ore, & musica in conuiuio vini. reputatur etiã ad honorem, & ob hoc coram principibus magnis canitur in varijs organis: decuit ergo applicari organa ad Dei cultum. Secundum fuit ad excitandum deuotionem, quia officium diuinum fit ad laudem Dei, & ad excitandum in amorem eius illos, qui tepidi sunt. Quidam tamen homines mouentur nimis per melodiam in voce, & alij per melodiam in organis musicis, ideo vtrumque conueniens fuit esse in Dei ministerio. Patet hoc per Arist. octauo Politicorum, vbi loquens de institutione morum iuuenũ, dicit, quòd non modicum differt, quòd iuuenes assuescant ad tales, vel tales melodias, quia prouocant diuersas passiones, scilicet quædam amorem, quædam iram, quædam dissolutionem, vel lasciuiam. Alij autem suspensionem mentis ad considerandum aliquid. Sic etiam de instrumentis musicis, quòd differunt in causandis passionibus, secundùm quòd quædam sunt habentia flatum longum, & alia breuem, & quædam habent spiramina minuta, & alia non. Pro hoc ergo conueniens fuit vti in diuino ministerio saltem illis organis musicis, quæ mouerent mentem nostram ad quandam considerationem, & sic ab antiquo fuit semper intentio sanctorum, quòd Deus laudaretur in organis musicis, quæ mouerent mentem nostram ad quandam cõsiderationem, maximè fuit hoc in Dauid, qui in portatione arcę fecit congregari organa omnium generum, vt patet supra secundo Regum sexto, & decimoquinto, scilicet Dauid, & omnis Itrael ludebant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, & in citharis, & lyris, & tympanis, & sistris, & cymbalis. Item ipse hortatur, Psalm. vltimo, quòd laudemus Deum in omni genere organorum, inquiens: Laudate Dominum in voce tubę, laudate eum in psalterio, & cithara, laudate eum in tympano, & choro, laudate eum in chordis, & organo, laudate eum in cymbalis bene sonantibus. & sic Deus laudandus est in instrumentis musicis, & illa nimis proficiunt ad vsum cultus eius.

De principibus cantorum. Quæst. VI.

QVAERITVR vlterius de istis tribus viris, qui ponuntur hic principes cantorum, scilicet Asaph, & Heman, & Iditum, qui erant.

Respondendum est, quòd isti erant tres viri Leuitæ excellentes in sapientia tempore Dauid, & erant ante hoc semper cantores, licet non ordinatum esset de cultu Dei, sed nunc ordinatum est per Dauid. De sapientia istorum patet tertio Regum quarto. nam isti comparantur Salomoni in sapientia; cum enim ibi dicitur: Quod Salomon excedebat omnes homines in sapientia, & subditur specialiter de istis. Quod etiam erat sapientior Ethan Ezraithe, & Heman, & Galgal, & Dorda filijs Mohol. Ex quo apparent valde sapientes, quia aliàs nominatis omnibus hominibus, non oporteret nominari illos in speciali. Et tamen ibi ponitur Heman, qui est vnus de istis, & Ethan, qui putatur etiam vnus de istis esse: nam creditur, quòd ipse sit Iditum, & etiam putatur à quibusdam, quòd Galgal est Asaph, & sic omnes isti tres, qui ponuntur hic, erant sapientissimi tempore suo. Item isti præcedebant omnes Leuitas in sapientia, & ob hoc constituti sunt temporibus suis cantores: nam antequam fieret ista ordinatio cantorum, & aliorum ministrorum, erant ipsi cantores, & principes omnium cantorum, vt patet supra sexto, cum dicitur: Quod Heman erat princeps omnium cãtorum de familia Caathitarum, Asaph autem erat princeps omnium cantorum de familia Gerson, Ethan erat princeps omnium cantorũ de familia Merari. Postea etiam cum portaretur arca de domo Obededom ad domum Dauid, isti tres fuerunt principes omnium cantorum primi ordinis, vbi erant cantores excellentiores, & omnes tres in cymbalis æneis concrepabant, vt patet supra decimoquinto. Etiam postquam Dauid diuisit sacerdotes, & Leuitas, vt quidã ministrarent coram arca in Ierusalem, & alij ministrarent in Gabaon in Sanctuarium Domini, fecit, quòd Asaph esset princeps omnium cantorum, vnde dicitur: In illa die constituit Dauid Asaph principem ad confitendum Domino. Etiam Heman factus est princeps laudantium Dominum in Gabaon, vt patet ibidem. Nunc autem ponuntur principes omnium cantorum, eo quòd erant sapientiores, & ab eis deriuati sunt cæteri cantores. Habentur autem aliqui Psalmi istorum: nam Heman aliquos Psalmos fecit, Asaph etiam multos, & Ethan multos, vt declaratũ est supra decimosexto, in quadam quæstione, & propter sapientiam solam habebantur isti in magna reuerentia tempore Dauid, & erant iuxta regem, vt patet infra in litera.

Quare diuisio cantorum non fuit facta per principes ipsorum. Quæst. VII.

QVAERITVR vlterius, cum isti tres viri essent principes cantorum, & essent sapientiores reliquis, cur non fuit diuisio facta cãtorum per eos, sed per filios suos, quia dicitur in litera, quòd segregati sunt in ministerium filij Heman, & Ethan, & Iditum, & non dicitur, quòd Heman, & Ethan, & Iditum segregati sunt.

Aliquis dicet, quòd istud fuit, quia isti tres fuerant temporibus suis cantores excellentes, & tamen iam mortui erant, ideo applicabantur filij sui, & non ipsi.

Sed dicendum, quòd non stat, quia isti adhuc viuebant, & dicitur de eis, quòd erãt apud regem, quia de filijs Asaph dicitur, quòd erant sub manu patris sui Asaph apud regem. De Heman, & Ethan, quòd viuerent patet, quia tertio Regum quarto, comparatur Salomon eis in sapientia: ergo adhuc viuebant, quando Salomon regnabat.

Sed dicendum est, quòd diuisio cantorum facta est per filios istorum trium, & non per ipsos tres, quamquam isti tres viuerent, & etiam isti vocarentur principes cantorum. Et hoc, quia diuisi fuerunt nunc cantores per sortes vigintiquatuor, & quælibet illarũ nominata est ab vno de filijs istorum trium, vt patet infra in litera, ideo diuisio non potuit fieri per istos tres, sed per filios eorum. Si tamen fuissent diuisi Leuitę cantores per tres sortes, fuisset vna sors illarum Heman, & alia Asaph, & alia Iditum, sed non factum est. Et tamen dato, q̃ essent vigintiquatuor sortes, isti tres viri fuerunt illis temporibus principes omnium illarum: nã Asaph erat princeps super omnes sortes Leuitarum denominatas à filijs eius, & Heman super omnes sortes denominatas à filijs suis, & Ethan similiter, sicut erat de sortibus sacerdotum, quia Sadoc, qui erat princeps in domo Eleazar, erat princeps super omnes decem, & sex familias de domo Eleazar, & Achimelec, qui erat princeps in domo Ithamar, erat princeps super omnes octo familias domus Ithamar, præced. cap.

Quare

Quare Leuitæ non fuerunt diuisi per tres sortes, sicut tres erant principes cantorum. Quæst. VIII.

QVAERITVR vlterius, cũ Heman, Asaph, & Iditum, essent tres principes maximi inter Leuitas cantores, cur non fuerunt diuisi Leuitę per tres sortes, ad hoc, quòd isti tres essent principes in illis sortibus: nam quilibet habebat filios, qui facerent vnam sortem, & essent illę sortes omnino inter se diuisę.

Dicendum, quòd nõ fuit hoc factum pp quatuor. Primò quia Dauid intendebat facere partes cantorum æquales, scilicet vt tot ministrarent in vna sicut in alia, sicut dicitur infra in litera, Quòd miserunt sortes ex æquo, tam maior, quam minor, doctus patiter, & indoctus, & præcedenti capitulo dicitur, quòd tam maiores, quam minoris sors æqualiter diuidebat, & erat hoc ne grauarentur ministrãtes, quia ministrationes erant æquales, & si plures ministrarẽt in vna parte, quam in alia, grauarentur illi, qui pauciores erant, si tamen diuiderentur cantores per istas tres partes, essent valde inæquales, quia familia Heman erat valde magna, cùm haberet quatuordecim filios. Familia Asaph erat valde parua, quia solùm habebat quatuor filios. Familia autem Iditum erat etiam parua, quia solùm habebat Iditum sex filios, ideo non debuit diuidi tota summa cantorũ per istas tres familias.

Secundum fuit, quia si diuideretur per istas familias, essent multi ministrãtes in qualibet earum: nam essent pluſquam mille viri, esse tamen tot cantores simul superfluum erat, quia tanta multitudo non poterat conuenienter simul ministrare, cùm autem esset minor multitudo conuenientius fieret, & sic fuit facta diuisio per vigintiquatuor sortes: nam in qualibet earum non essent ducenti viri, & isti poterant ministrare conuenienter, & satis solenniter.

Tertium fuit, quia Dauid volebat inquantum poterat releuare Leuitas à laboribus ministrandi, ideo faciebat multas sortes, vt cuilibet earum rarò accideret ministrare, & sic erat, factis vigintiquatuor sortibus: nam cùm quælibet ministraret per vnam hebdomadam, illa, quę nunc ministrabat, non ministrabat iterum vsque ad dimidium annum, scilicet vsque ad vigintiquatuor hebdomadas. Si tamen diuiderentur omnes cantores per tres sortes, oporteret, quòd elapsis duabus hebdomadis, sors, quæ nunc ministrauerat, iterum ministraret, & istud erat difficile, quia cum Leuitę habitarent dispersi per totam terram Israel, non possent venire interdum ad ministrandum ita cito, sed eundo, & redeundo, expenderent tempus illud, & sic oportebat eos totum tempus expendere in eundo, & redeundo de loco Sanctuarij, & nunquam quiescerẽt in terra sua, & istud erat inconueniens, ideo debuit dari maior numerus sortium, scilicet vigintiquatuor, sicut nunc datus est, ad hoc, quòd ministrarent cantores de medio anno in medium annũ, & haberent locũ quiescendi in terra sua.

Quartum fuit ad concordandum sortes cantorum cum sortibus sacerdotum: erant enim diuisi sacerdotes per vigintiquatuor sortes, vt patet præcedenti capitulo. factæ sunt ergo vigintiquatuor sortes cantorum, vt prima sors cantorum esset cum prima sorte sacerdotum, & sic quando vna earum ministrare deberet, alia etiam ministraret cum illa, & esset ministerium conuenientius, quam cùm sortes Leuitarũ permutarentur cum sortibus sacerdotum. Non ergo debuit fieri distinctio cantorum per tres familias Heman, & Asaph, & Iditum, sed per vigintiquatuor sortes denominatas à filijs eorum.

Alph. Tost. in Lib. I. Paralip.

De qua familia erant isti cantores. Quæst. IX.

QVAERITVR vlterius, de qua familia erant isti cantores de familijs Leuiticis. Respondendum, quòd familiæ Leuiticę principales erant tres, scilicet Caathitarum, Gersonitarum, Meraritarum, & istę subdiuidebantur in alias, quia familia Caath habebat sub se quatuor, scilicet Amranitas, Isaaritas, Ozielitas, Hebronitas. Familia Gerson habebat duas sub se, scilicet Lobniticam, & Semeiticam. Familia Merari habebat alias duas, scilicet Moholiticam, & Musiticam, vt patet Numeri tertio.

Dicendum tamen est, quòd cantores non fuerunt de aliqua familia istarum in generali, vel speciali, sed fuerunt de omnibus familijs, scilicet quidam erant de Gersonitis, alij de Meraritis.

Pro quo sciendum, quòd omnes cantores diuisi fuerunt in vigintiquatuor sortes, & quatuordecim illarum erant de familia Caathitarum, scilicet illę, quæ nominabantur à quatuordecim filijs Heman. Et sex familiæ, vel sortes cantorum erant de familia Merari, & quæ erant descendentes à sex filijs Iditum, & quatuor sortes reliquæ cantorum erant de familia Meraritarum, scilicet descendentes à quatuor filijs Asaph. Et patet hoc, quia omnes isti cantores descenderunt de Heman, Asaph, & Iditum, eo quòd filij eius segregati fuerunt ad istud ministerium, vt patet supra in litera. Heman tamen erat de familia Caath, & Asaph de familia Gerson supra sexto, Iditum autẽ erat de familia Merari.

Et hoc, quia præsupponitur, q̃ Iditum esset idem, quòd Ethan, vt Nicolaus vult, & multi alij. Et satis verisimile est, quia supra sexto, ponuntur isti tres principes cantorum, scilicet Heman, Asaph, & Ethan, & etiam supra decimoquinto, ponuntur isti tres fuisse principes cantorum, scilicet duo illorum, Heman, & Asaph: ergo videtur, quòd tertius ipsorum, scilicet Iditum sit Ethan, qui alias solet poni tertius inter eos, & tamen Ethan est de stirpe Meraritarum, ideo sex familię, vel cantores sorte descendentes ab Iditum, erant de familia Merari, & sic non erant omnes cantores de eadem familia.

De quibusdam verbis hic dictis, scilicet quòd prophetabant cantores in cymbalis, & citharis. Quæst. X.

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, q̃ isti cantores prophetabant in cymbalis, & citharis. Rñdet Rab. Sa. & Hebręi, q̃ dicebãtur prophetare, eo q̃ quando incipiebant cantare, cadebat super eos spiritus propheticus, & prophetabant. Sed dicendum, q̃ hoc non stat, non enim possunt isti dici prophetare, quasi cognoscerent aliqua futura, & essent veraciter prophetę, sed accipitur prophetare pro cantare, & illi, qui cantabant specialiter aliquas laudes Dei, prophetabant. Sic autem erat de istis, qui cantabant Psalmos ad laudem Dei, & in hoc prophetabant. Patet hoc primò, quia isti dicebantur prophetare in cymbalis, & citharis, & tamen prophetia propriè dicta non est nisi in quadam immutatione intellectus, fm quam eleuatur intellect⁹ prophetę supernaturaliter ad intelligendum ea, quę aliàs non poterat intelligere, isti tamen dicebantur prophetare in citharis, & cymbalis, sed in citharis nihil fit nisi cantare, & pulsare: ergo non prophetabant propriè, sed solùm cantabant.

Secundò patet, quia prophetæ propriè dicti non sunt intelligentes, vel sapientes, nisi inquantum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum à Deo immutantur,& quandiu durat illa immutatio, eleuantur ad intelligendum, & aliàs nihil magis intelligunt, quàm ceteri homines, ſicut patet de Moyſe,qui erat maximus prophetarũ, vt patet Deut. vlt. Et tamen Iethro ſocer ſuus ordinauit totum populum Iudaicum oſtendens, ꝙ Moyſes labore ſtulto conſumeretur, & Moyſes neſciebat ordinare populum,vt patet Exod.18. Etiam ſæpe Moyſes interrogabatur,& neſciebat rñdere,quouſque quereret à Deo ſuper illo dubio,vt patet Num.27. & 36. Iſti tñ cantores erant ſapientes, quia Heman, & Ethan, qui erant duo principes cantorum comparantur Salomoni in ſapientia, vt patet 3.Reg.8. Etiam dicitur inf. ꝙ erant de iſtis cantoribus ducenti, & octoginta doctores, vt patet inf.in litera,ideo non erat prophetæ.

Tertiò patet, quia quantum ad ſpũm propheticũ nemo poteſt erudiri ab alio,ſed ſolùm à Deo eruditur propheтę qui tangit corda eorum,vt patet ſecũda Petr.1.ſ. Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia,ſed ſpiritu ſancto inſpirante,locuti ſunt ſancti Dei homines. Et tamen inter iſtos cantores aliqui erudiebantur ab alijs in canendo,vt patet infra in litera,cùm dicitur,quòd erant ducenti,& octoginta & octo doctores,qui erudiebant canticum Domini: ergo iſti non erant prophetę.

Quartò patet,quia inter prophetas non poteſt dici vnus magis eruditus,quàm alius,eo ꝙ omnes eodem ſpiritu prophetant, nec ipſi quicquam ſciũt,niſi quod ſpiritus eis reuelat, & tñ iſtos cantores quidam dicebantur eſſe docti,& alij indocti,vt patet infra in litera, ſ.Miſerunt ſortes per vices ſuas ex æquo, tam maior, quam minor,doctus pariter,& indoctus. Ergo non erant prophetæ.

Quintò patet, quia ſi iſti cantores eſſent prophetæ, non conſtituerentur inter eos aliqui tanquam principes, eo ꝙ erant magis ſapientes, & tñ nunc quidam pręponebantur alijs,quia ſapientiores erant, ideo nõ erant iſti prophetę. Patet hoc,quia ſupra 15. dicitur: Quòd Chonenias erat princeps propheтię ad prębendam melodiã. Et ſubditur cauſa,ſ. Erat enim valde ſapiens. Ideo non erant iſti prophetę. Sed dicendum eſt, ꝙ erant ſapientes ſapientia humana principaliter,& non in ſacra ſcriptura, & in arte oratoria, & in muſicis, vt ſcirent diuinæ laudis cantica facere, & in hoc quidam erant ſapientiores alijs, ſicut contingit in omnibus ſcientijs humanitus acquiſitis, & ob hoc inter iſtos,quidam erant doctores aliorum,vnde ducentioctoginta, & octo erant doctores, & iſti nominantur hic prębipui inter cantores, & de alijs multis vſque ad quatuor millia non fit mentio, ſicut infra declarabitur. Dicebantur autem iſti prophetare propter duo.

Primum quia canebant aliqua pertinentia ad laudem Dei. Et quia prophetia à Deo eſt, aliquo modo iſta cantica pertinere videbantur ad prophetiam, & ſic qui canebant circa alia,non dicebantur eſſe prophetæ, licet cantarent aliqua excellentia in laudem humanam, vel alicuius alterius rei.

Secundum erat,quia iſti canebant ea, quę alijs hominibus communiter non erant nota, eo quòd iſti ſapientes erant, cùm aliqui eorum comparentur Salomoni, & ſapientes poſſunt dicere aliqua, quę reliquis hominibus communiter non erant nota, & quãtum ad hoc conueniebant multum cum conditione verorum prophetarum: nam viri prophetæ dicebant illa, quæ futura erant, & omnibus hominibus incognita erant,iuxta illud: Annunciate nobis, quæ ventura ſunt in futurum, & dicemus, quia dij eſtis vos: Iſa. quadrageſimoprimo. Iſti autem,quia ſapientes erant, dicebant aliqua, quę quamquam eſſent nota ex principijs naturę, vel ſcientia humana, tamen plũribus hominum incognita erant, & ſic ſi aliqui dicãt quędam incognita hominibus, dato quòd diabolus eis illa reuelet, immo moueat eos ad dicendum hoc, ſicut eſt in arreptitijs, dicuntur prophetare, ſicut patet primo Reg.18. de Saule,cum dicitur: Quòd ſpiritus Dei malus inuaſit Saul, & prophetabat in medio domus ſuę. Et tamen Saul à ſpiritu malo tenebatur, & prophetare dicebatur. A fortiori ergo iſti dicerẽtur prophetare, qui aliqua occulta dicebãt ſpiritu ſcitifico, multi tamen decipiuntur in hoc per ſimilitudinem nominis, putantes iſtos eſſe prophetas.

De filijs Aſaph, Zacchur, & Ioſeph, & Nathania, & Aſarela, filij Aſaph, ſub manu Aſaph prophetantes iuxta regem. Porro Idithum, filij Idithũ, Godolias, Sori, Ieſeias, & Hazabias, & Mathathias, ſex ſub manu patris ſui Idithum, qui in cithara prophetabãt ſuper confitentes, & laudantes Dominum. Heman quoque filij Heman, Bocciau, Mathaniau, Oziel, Subuel, & Ierimoth, Hananias, Aanani, Eliatha, Geldelthi, & Romemthiezer, & Iesbacaſſa, Mellothi, Othir, Mahazioth. Omnes iſti filij Heman, Videntes regis in ſermonibus Dei, vt exaltaret cornu, deditque Deus Hemã filios quatuordecim, & filias tres. Vniuerſi ſub manu patris ſui ad cãtandum in templo Domini in ſtributi erant in cymbalis, & pſalterijs, & citharis in miniſteria domus Domini iuxta regem, Aſaph videlicet, & Idithum, & Heman. Fuit autem numerus eorum cum fratribus ſuis, qui erudiebant canticum Domini, cuncti doctores, ducentioctogintaocto.

De filijs Aſaph. Poſiti fuerunt tres principes maximi Leuitarum cantorum,ſcilicet Aſaph, Heman, & Idithum. Hic autem ponuntur principes particulares, ſcilicet filij ipſorum, à quibus denominatę ſunt vigintiquatuor ſortes cantorum, & ponuntur primo filij Aſaph, qui fuerunt quatuor.

Et ſciendum, quòd omnes iſti, qui nominantur hic, iterum nominantur infra, quando ponitur numerus ſortium, eo quòd quilibet eorum fuit princeps vnius ſortis. *Zacchur.* Iſte eſt primus filius Aſaph, & ab iſto nominata eſt tertia ſors cantorũ inf.in litera. *Et Ioſeph.* Ab iſto nominata eſt prima ſors, vt patet in litera. *Et Nathania.* Ab iſto nominata eſt ſors nona, vel ſecũdùm alios ſors quinta,& iſtud verius. *Et Aſarela.* Ab iſto nominata eſt ſors ſeptima. Iſtas quatuor ſortes nominauerunt filij Aſaph,qui eſt primus princeps cantorum. *Filij Aſaph ſub manu Aſaph prophetantes.* Poſtquam poſiti ſunt quatuor filij Aſaph,qui fuerunt quatuor ſortium,quia aliquis dubitaret,quomodo ſe haberent iſtę ſortes, vel an alicui ſubordinarentur, dicitur,ꝙ filij Aſaph,ideſt iſti quatuor, & ſortes eius ſubiectæ erãt ſub manu Aſaph, qui erat vnus de tribus maximis principibus cantorum. *Prophetantes iuxta regem.* Ideſt iſti canebant circa regem Dauid, & prophetare idem eſt,quod canere: De filijs Idithum erant alij, qui ſequuntur.

Porro Iditum filij. Hic ponuntur ſex filij Iditum,qui fuerunt principes ſex ſortium Leuitarum.

Iditum. Iſte Iditum eſt filius Iditum, quia eodẽ nomine vocati ſunt pater & filius,ſicut cõtingit in multis alijs, & ab iſto nominata eſt vna de ſortibus cantorum, vt patet inf.

Godolias. Ab iſto nominata eſt alia ſors,ſ.ſecunda.

Sori. Ab iſto nominata eſt alia ſors, quę dicitur Iſaĩ,ſcilicet quarta.

Ieſias. Ab iſto nominata eſt alia ſors, quam aliqui putant eſſe octauam, quę dicitur eſſe Ieſaię.

Et Hazabias. Ab iſto nominata eſt alia ſors,ſ.duodecima,& vocatur Haaſabię, quia aliquando additur litera, vel ſubtrahitur.

Et Mathathias. Ab iſto noĩatur ſors quartadecima.

Sub manu patris ſui Iditum. Scilicet iſti tres filij Iditũ, & omnes de ſortibus ſibi ſubiectis, erant ſub manu Iditum, qui erat vnus de tribus primis principibus cantorum.

Qui in cithara prophetabant ſuper confitentes, & laudantes Dominum. Scilicet Iditum cantabat in cithara ſuper confitentes,& laudantes Dominum, quia multi erãt laudantes Dominum in voce, & ſuper omnes iſtos erat Iditum, qui in cithara canebat laudes Domini. In Hebręo habetur: Super confeſſiones Domini. Et idem eſt,ſed melius dictum eſt ſuper confitẽtes, quia Iditum non præerat confeſſionibus, ideſt laudibus, ſed confitentibus Dominum.

Heman quoque filij. Hic ponuntur filij Heman, qui erat tertius princeps cantorum,& habuit quatuordecim filios principes ſortium cantorum.

Heman. Idem eſt in nomine cùm patre,ſicut in multis alijs fit,& tñ habendus eſt pro vno de filijs Heman, alioquin non eſſent quatuordecim filij Heman,& tñ ponũtur, vt patet in litera, & ab iſto nominata eſt vna ſors cantorum inf.in litera.

Bocciau. Ab iſto nominatur ſexta ſors cantorum.

Mathaniau. Ab iſto nominatur ſors nona.

Oziel. Iſte non eſt vnus de filijs Caath de qbus Nu. 3.& ſupra 23.Sed eſt de Leuitis filijs Heman,& à quibuſdam creditur, ꝙ iſte eſt,qui vocatur Ezrael, à quo nominatur ſors vndecima. *Subuel.* Ab iſto nominatur ſors decimaoctaua. *Eliatha.* Ab iſto nominatur ſors vigeſimaſecunda, & vocatur ibi Goddolathi. *Et Romemthiezer.* Ab iſto vocatur ſors viceſimaquarta. Aliqui erant in iſto nomine diuidẽtes illud, vt Romemthi ſit vnum nomen,& Ezer aliud, & tñ neceſſe eſt, ꝙ ſit vnum nomẽ, quia aliàs oporteret poni quindecim filios Heman,vt patet,computando omnes qui ponuntur in litera, & tñ quatuordecim ſunt, vt litera dicit. Item patet hoc, quia infra ponitur, ꝙ ſors vigeſimaquarta erat Romemthiezer,& tamen ſors non nominatur niſi ab vno principe, vt apparet in omnib⁹ alijs. Item quia dicitur ibi, filijs, & fratribus eius, & tamen ſi Romemthiezer eſſent duę dictiones, diceretur, filijs,& fratrib⁹ eorum. In quibuſdam tñ libris Hebraicis iſta dictio diuiſa eſt, ſed ẽt iſti corrupti ſunt quantum ad hoc,ſicut libri noſtri,nec eſt mirãdum, quòd interdum dicamus libros Hebręorum corruptos eſſe, immo ꝙ interdum ſit vniuerſalis corruptio, ſicut apparet Ioſue vigeſimoſecundo, vbi ponuntur duo altaria contra legem, & tamen ſic inueniuntur in aliqua Biblia eorum, & Rab. Dauid Kimhi dicit, illos duos verſus deficere, & quòd ipſe inuenit illos in quibuſdam libris antiquiſſimis. Communiter tamen veriores ſunt libri Hebręi, quã Latini, vt ait Hieronymus ĩ prologo ſuper Geneſim, q incipit Deſiderij mei. *Et Ieſbacaſſa.* Ab hoc nominata eſt ſors decimaſeptima, & vocatur ibi Ieſbacaſſa infra in litera. *Mellothi.* Ab hoc nominatur ſors decimanona. *Othir.* Ab iſto nominatur ſors viceſimaprima. *Mahazioth.* Ab iſto nominatur ſors viceſimatertia, quę in litera noſtra vocatur Oziuth, & tamen debet nominari: Mahazioth. Sicut patet hic,& habetur in Hebręo. *Omnes iſti filij Heman.* Scilicet omnes iſti quatuordecim. *Videntes regis in ſermonibus Dei.* Ideſt iſte Heman erat Propheta regis Dauid. Et vt non intelligatur, quòd erat Propheta propriè loquendo, ſcilicet cui Deus reuelaret aliqua ſecreta, ſubditur in ſermonibus Dei, ideſt, quòd non erat propheta, niſi ad cantadum ſermones Dei, ſcilicet laudes eius. Et ſi aliquis vellet intelligere, quòd erat propriè propheta, cui reuelabantur futura, exponet in ſermonibus Dei, ideſt quòd erat propheta, cui reuelabantur ſermones Dei,ſed non poteſt ſtare,quia litera ſequens declarat illud,ſcilicet. *Vt exaltaret cornu.* Ideſt Heman erat propheta, ideſt ad exaltandum magnitudinem Dei, laudando ipſum, propheтę tamen propriè dicti nõ ſunt ad laudandum Deum,ſed ad reuelandum ſecreta, & accipitur cornu pro peccato, vel honore iuxta illud Pſal. 75. Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iuſti. Ideſt deſtruetur poteſtas peccatorum, & exaltabitur poteſtas bonorum. Et Pſal.131.ſcilicet: Illuc producam cornu Dauid. Ideſt extendam poteſtatem eius. Et eſt ſenſus,quòd officiũ Heman erat ſpecialiter componere aliqua cantica continentia laudem diuinam, & in his exaltabat cornu, ideſt poteſtatem Dei, non quidem exaltando illam, quia non poteſt magis exaltari, cùm ſit in infinitum exaltata, ſed ad oſtendendum illam eſſe exaltatam, quod fit per cantica laudis, cũ laudando Deũ, quaſdam perfectiones eius oſtendimus, quæ multis ignotę erant. Quidam intelligunt, vt exaltaret cornu,ideſt cornu regni Dauid,ſcilicet quòd ideo cantabat, vt Deus propter merita laudis eius exaltaret regnum Dauid. Alij intelligunt, quòd erat ad exaltandum laudes regni Meſſię, & ſic erat prophetia regis, ſcilicet regis Meſſiæ. loquendo de regno ſuo futuro, & de laudibus eius. Sed iſta ſunt nimis extra propoſitum, & ſic tenendus eſt primus ſenſus,ſcilicet, quòd erat cantus iſtius ad exaltandum cornu,ideſt poteſtatem Dei.

Deditque Deus Heraan filios quatuordecim, & filias tres. Dicitur hoc, quia Heman habuit plures filios, quam alij principes cantorum,& ſic videtur,quòd Deus ſpecialiter ſibi dederat illos, & non dicitur hoc de alijs. In Hebręo dicitur: Et tres filios. Vbi nos dicimus,& tres filias. Sed dicendum,quòd illud prouenit ex barbarie idiomatis Hebræi, in quo interdum variantur numeri,& perſonę, & genera, contra omnem proprietatem loquendi. Sed debet poni,& tres filias,ſicut dicit litera noſtra, quia aliàs ſtultum erat dici, dedit ei Deus quatuordecim filios, & tres filios, ſed diceretur, dedit ei decem,& ſeptem filios.

Itẽ ſi iſti tres eſſent maſculi, ab iſtis nominatę fuiſſent tres ſortes, ſicut à quolibet alio de fratribus eorum, & etiam de filijs Aſaph, & Iditum nominatur vna ſors, & ſic eſſent vigintiſeptem ſortes. Sunt tamen vigintiquatuor ſolùm, vt patet in litera. In multis autem alijs ponuntur in Hebręo fęminæ pro maſculis, & econuerſo.

Vniuerſi ſub manu patris ſui. Scilicet tam filij, quam filię, & ſortes ab eis nominatę erant ſub manu patris ſui Heman,quia ille erat vnus de principalibus cantoribus, vt patet ſupra in litera, quia ponitur vnus de tribus.

Ad cantandum in templo Domini diſtributi erant. Intelligitur tam de maſculis,quã de fęminis:omnes.n.cantabant in templo, de quo magis declarabitur infra in quadam quęſt.Et dr,diſtributi erant,i,diuiſi, quia oẽs

isti filij Heman erant diuisi per sortes, & nominatæ F
fuerant ab eis quatuordecim sortes, & ministrabant per diuersa tempora, sicut statutum erat, quòd vna sors post aliam ministraret. Et dicitur, in templo Domini, ideſt in atrio: nam Leuitę non introibant in templum Salomonis, nec quisquã hominum nisi sacerdotes, quorum vnus quotidie introibat ad ponendum incensum in altari thymiamatum, & ad disponendum lucernas in candelabro, de quo magis declaratum est supra vigesimotertio. Consueuit tamen atrium vocari templum, quia totum inclusum sub muro atrij vocatur generaliter templum.

In cymbalis, & psalterijs, & citharis. Ista tria instrumenta musica habebant filij Heman ad canendum, & quidam canebant voce, alij verò in musicis instru G
mentis. Quæ autem sint, & qualia ista instrumenta supra dictum est.

In ministeria domus Domini. Ideſt isti filij Heman seruiebant ad diuersa ministeria domus Domini, scilicet in cantando: nam nullum aliud ministerium habebant isti cantores, quia tamen canebant diuersimode in diuersis temporibus, sicut dicitur supra vigesimotertio, scilicet secundùm numerum, & cęremonias vniuscuiusque rei, dicebantur habere diuersa ministeria.

Iuxta regem. Ideſt erant iuxta regem Dauid canendo. In Hebręo dicitur: Super manus regis. Et idem H
est, quod apud regem, quia non poterat intelligi, quòd super manus regis cantarent, sed per hoc significatur, secundùm modum loquendi hebraicum, quædam propinquitas loci.

Asaph videlicet, & Iditum & Heman. Est sententia incompleta, quia deficit verbum. Et est sensus, quòd isti tres fuerunt principes omnium cantorum, licet sub istis essent alij vigintiquatuor principes de filijs suis, à quibus nominantur vigintiquatuor sortes.

Fuit autem numerus eorum cum fratribus suis. Istud non refertur ad tres immediatè positos, scilicet Heman, Iditum, & Asaph, sed ad filios eorum. Quod patet quia dicitur, quòd isti cum fratribus suis fuerunt ducentioctogintaocto doctores, & tamen hoc non cõ-
uenit nisi filijs istorum, quia isti erant vigintiquatuor, I
& cum quolibet erant vndecim, & ipse principalis erat duodecimus, & duodecies vigintiquatuor complent ducentos octogintaocto, & non conuenit hoc Asaph Heman, & Iditum cum fratribus eorum.

Qui erudiebant canticum Domini. Scilicet isti filij Asaph Heman, & Iditum, erudiebant canticum Domini, scilicet quia ipsi, & fratres eorum erant viri periti circa sacram scripturam, & circa naturam rerum, vt scirent inde materias accipere, in quibus laudarent Deum, & etiam in arte Oratoria erant periti ad ornatè dicendum ea, quę vellent de Deo dicere, erant etiã periti in musicis, vt scirent cantica in pulchra harmonia resonare, & isti Leuitę erudiebant alios minus peritos circa canticum diuinę laudis.

Cuncti doctores, ducentioctogintaocto. Scilicet omnes filij Asaph, & fratres eorum, qui erant ducentioctogintaocto, erant cantores circa diuina in laudem, & erant doctores, quia erudiebant minus peritos circa hoc. In Hebręo habetur: Quilibet intelligens, vbi nos dicimus cuncti doctores, sed idem est.

Quare hic fit mentio de filijs Asaph Heman, & Iditum.
Quæst. XI.

QVAERITVR circa ea, quę dicta sunt supra de istis filijs Asaph Heman, & Iditum, quare nominantur hic, exprimendo tam particulariter nomina singulorum,

Respondendum, quòd Dauid voluit ordinare Leuitas cantores per vices suas, vt ministrarent in diuersis temporibus, secundùm successionem, & sine labore.

Ad hoc autem posuit primò tres principes, qui erant cantores peritissimi, scilicet Heman, Asaph, & Iditum. Et quantum ad hoc diuisit omnes cantores in tres partes, & quia non erat opportunum facere solùm tres partes propter causas assignatas in quadã quæstione, subdiuisit quamlibet partem istarum, scilicet faciendo tot sortes, quot erant filij istorum trium principum: & quia Asaph habuit quatuor filios, habuit quatuor sortes, Iditum habuit sex filios, & totidem sortes. Heman habuit quatuordecim filios, & totidem sortes, & quia à quolibet filiorum istorum trium principum, scilicet Asaph, Heman, & Iditum nominata fuit vna sors Leuitarum, vt patet infra in litera, rationabile fuit eos hic exprimi, quia sicut prę-
suppositum fuit præcedenti capitulo, & supra vigesimotertio, nominantur hic soli principes, tam in sacerdotibus, quam in Leuitis. Talis autem diuisio facta est inter sacerdotes: nam primo diuisi sunt per duas domos, scilicet Eleazar, & Ithamar, & dati fuerunt duo principes istarum, scilicet Sadoc, & Achimelech, deinde quęlibet istarum domorum subdiuisa est, scilicet domus Eleazar per decem, & sex sortes, & domus Ithamar per octo, & sic fuerunt vigintiquatuor sortes sacerdotum, & in qualibet earum fuit vnus princeps, à quo denominaretur illa sors, vt patet prędcedenti cap.

De rege circa quem filij Asaph erant prophetantes, & quando.
Quæst. XII.

QVAERITVR vlterius, cùm dicitur hic, quòd filij Asaph erant prophetantes iuxta regem, de quo rege intelligitur, & quando fuit hoc completum.

Aliquis dicet, quòd hoc fuit in templo Salomonis. Sed hoc non stat, quia Dauid nunquam vidit templum illud, cùm factum fuerit post tempus suũ, ideo non poterant ibi canere isti Leuitę iuxta regem, nisi forte aliquis dicat, quòd intelligitur hoc de Salomone.

Sed istud non videtur, quia Salomon non fuit vir deicola, qui humiliaret cor suum ad seruiendum Domino, ita vt caneret cum Leuitis, vel saltem esset cum eis quando canerent, sed intelligendum est de Dauid, qui fuit deicola, & humiliabat se ad omnia ista. Quod patet in portatione arcę: nam ipse depositis vestibus regalibus, & indutus erat solùm tunica byssina, & saltabat coram arca totis viribus, atque canebat in organis, ita vt despiceret eum Michol filia Saulis vxor sua, vt patet supra decimoquinto, & secundo
K Reg. sexto.

Et tunc dicendum est, quòd Asaph, & filij sui cantabant iuxta regem Dauid, scilicet antequam esset ędificatum templum Salomonis, & hoc dum erat arca in Ierusalem in domo Dauid, quia tunc cantabant Leuitę coram illa quotidie, & Dauid fecerat Asaph principem, ad confitendum Domino coram arca, manentque ipse, & filij sui coram illa in Ierusalem, cęteris Leuitis missis in Gabaon ad templum Domini, vt patet supra decimosexto.

Et tunc verisimile est, quòd sępe Dauid ex deuotione adiungeret se Asaph, & filijs eius canentibus.

De quibusdam verbis hic dictis, scilicet, quòd Deus dedit Hemã quatuordecim filios. *Quæst. XIII.* A

QVAERITVR vlterius, quare dicitur hic. Dedit Deus Heman quatuordecim filios. Aliquis dicet, q̃ hoc dicitur quodam modo generali, s. quòd omnia bona à Deo sunt, habere autem filios est vnum de bonis, ideo filij à Deo sunt, & sic dicit hic scriptura de Heman, quia Deus dedit ei istos filios. Sed dicendum, q̃ hoc non stat, quia hoc modo diceretur de Iditum, & de Asaph, qui etiam habuerunt filios, & tamen non dicitur de eis, quòd Deus dedit eis filios, ideo alia causa specialis fuit. Et dicendum est, quòd istud dicitur specialiter de Heman, eo q̃ ipse habuit plures filios, quam alij: B
nam Asaph habuit quatuor filios, & Heman habuit quatuordecim filios, & tres filias, & licet filij, siue multi, siue pauci sint, à Deo dantur, quia tamen hic fuit magna multitudo filiorum, specialius videtur, quòd fuerit aliquod beneficium Dei circa Heman, dando ei filios, quàm circa alios, & ob hoc exprimitur de eo, quod Deus dedit filios, & dare filios pertinet ad Deum aliqualiter, pluſquam dare alia bona temporalia, eo quòd licet naturaliter filij gigni possint, tamen interdum nisi Deus direxerit hominem ad tempus in quo gignere potest, vt conueniat cum vxore, non gignet. De hoc autem satis declaratum est in distinct. decimatertia, in quadam quæstione. Et sic arbitratus est Iacob, ad quem dixerat Rachel vxor sua, Da mihi liberos, alioquin moriar. Ipse respondit. Nunquid pro Deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris tui? quasi dicat, ad solum Deũ pertinet dare filios, & priuare hominem illis: Genesis trigesimo. Quod tamen diceretur hoc specialiter in Heman, quia multos filios habuit. Patet hoc, quia sic etiam dicitur de Obededom, qui habuit plures filios, quam alij ianitores, & numerantur octo filij eius principes ianitorum, & subditur. Quia benedixit illi Dominus, ideſt, ideo habuit tot filios, quia Deus benedixit ei specialiter dando tot, vt patet se-
quenti capitulo. D

An etiam fœminæ cantabant in templo.
Quæst. XIIII.

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur de filijs Heman, quòd habuit quatuordecim filios, & tres filias, & omnes isti erant distributi per ministeria Domini, cantando in templo, an verum sit, quòd etiam fœminæ cantabant, vel soli viri.

Respondendum est, quòd tam filij, quam filię Heman canebant coram Domino, eo quòd erant filiæ eius eruditę circa canticum Domini, sicut filij, & hoc litera significat: nam postquam dicit, quòd Deus dedit Heman filios quatuordecim, & filias tres, sequitur. Vniuersi sub manu patris sui, ad cantandum in templo Domini distributi erant: ergo tam filij, quam filię cantabant. E

Sed obijcietur, quomodo fœminæ canere potęrãt, ministrando in officio Leuitico, quia videtur, quòd nõ pertinebat ad eas exercere tale officium, nec prę-
sentes esse cum viris in templo.

Dicendum est, secundùm quosdam, quòd hoc licitum erat: nam sicut apud Gentiles fiebat, scilicet, q̃ fœminæ essent sacerdotes: nam in templo Apollinis, quod erat magnę venerationis in toto orbe in insula Delphos, erat fœmina virgo sacerdos, & per illam dabantur responsa diuina, vt ait Lucanus lib. 3.

Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia non erat talis ritus cęremoniarũ apud Iudęos qualis apud Gentiles, sed potius Deus volebat, quòd ritus suos omnino differrent à ritu Gentilico, ne haberent occasionem incidendi in idolatriam: sic enim patet Deuter. 12. cùm dicitur: Caue quando disperdiderit Dominus Deus tuus gentes à facie tua, ad quas ingredieris possidendas, & possederis eas, atq; habitaueris in terra earum: caue ne imiteris eas, postquam te fuerint introeunte subuersę, & requiras cęremonias earum, dicens. Sicut coluerunt gentes istę Deos suos, ita & ego colam. Non facies similiter Domino Deo tuo. Ideo non bene arguitur ex similitudine ritus Gentilium.

Sed dicendum est, quòd licebat fœminis filijs cantorum coram Domino cantare, quia non erat prohibitum eis intrare templum, cum omnes viri, & fœminæ de Israel intrarent in illud. Sed etiam specialiter apparet de fœminis, quia quędam fœminæ nocte, & die manebãt in templo, sicut patet de Anna filia Phanuel de tribu Aser, quę die, & nocte manebat in templo ieiunijs, & orationibus vacans, vt patet Luc. secundo. Ministerium etiam cantandi, & laudandi Dominum, cùm non esset aliquod de ministerijs sacris, sicut erant officia sacerdotalia, nõ legitur prohibitum fœminis, potissimè quia alia maiora cõcedebat Deus fœminis in veteri testamento, scilicet esse prophetissas: nam per hoc reuelabat secreta per illas, sic patet C
de Anna matre Samuelis primo Regum secũdo. Sic etiam de Olda prophetissa, quę erat in secunda clausura Ierusalem diebus regis Ozię, & ad eã misit rex, vt consuleret Dominum super libro, qui in templo inuentus fuerat, & ipsa respondit ea, quæ postea euenerunt, vt patet quarto Reg. vigesimosecundo. Et nõ solum mulieres erant prophetissę, ita quòd Deus per eas reuelaret secreta futurorum, sed etiam erant prophetissę, faciendo cantica diuinę laudis: sic enim fuit de Anna matre Samuelis, quę fuit prophetissa, & fecit illud canticum, quod incipit: Exultauit cor meũ primo Regum secundo. Sic etiam Anna prophetissa filia Phanuel, quę manebat in templo die ac nocte
D faciebat cantica diuinę laudis: nam ipsa incepit confiteri Domino tempore, quo vidit Christum duci in templum, & poni in manibus Simeon, vt patet Lucę secundo. Sic etiam Maria soror Moysi prophetissa cantauit diuinę laudis canticum, cum omnibus feminis Israelitarum, postquam liberati sunt de mari Rubro Israelitæ, & extincti sunt Aegyptij in aquis, vt patet Exod. 15. Ita nunc filię Heman essent prophetissę, & facerent cantica diuinę laudis, quę canerent corã Domino sicut fratres sui filij Heman.

Quare non fuit denominata vna familia, a qualibet filiarum Heman. *Quæst. XV.*

QVAERITVR vlterius, cùm filiæ Heman cantarent in templo Domini, sicut filij, & à singulo filiorum nominata est vna familia cantorum, quare etiam non nominata fuit vna sors, vel familia à qualibet filiarum eius: nam etiam ipsę cantabant. E

Dicendum, quòd hoc factum est propter duo. Primò propter dignitatem: nam quilibet istorum principum sortium præerat multis cantoribus, qui sub eo erant, scilicet quasi ducentis, fœminæ tamen non competit dominari viro, nec docere ipsum propter indignitatem suam, sed dominari pertinet ad virum: sic .n. dicit Apostolus prima ad Timo. 2. f. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere aũt mulierem nõ permitto, nec cõari in virum, sed esse in silentio. Et dat ibi duas causas, quare vir

debeat prœesse naturaliter,& nō fœmina. Prima est pp prioritatem originis, cum dicit: Adam enim primū formatus est, deinde Eua. Secunda est propter perfectionem iudicij, quia vir naturaliter est iudicij perfectioris,& sanioris: nam in prima tentatione,ſ. diaboli in Paradiſo, mulier decepta eſt,& vir non,cùm dicit: Et Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in preuaricatione fuit. Non ergo erat dignum, quòd mulier eſſet princeps vnius ſortis,& ſubijcerentur ſibi viri illius ſortis. Secundum eſt,quia non poterat vllo modo fœmina eſſe princeps,quia poſtquam conſtituebatur aliquis princeps ſuper aliquam ſortem, deſcendentes in illa ſorte dicebantur de progenie illius, fœmina tñ nō poteſt habere progeniem,quia cùm fœmina accipiatur à viro, tranſit in cognationē eius, & filij illius fœminæ non dicuntur de cognatione eius, ſed de cognatione patris, & ſic ſors, quæ nominaretur ab aliqua de filiabus Heman, poſtea tranſiret in alteram progeniem,& nominaretur ab illo principe, qui accepiſſet illam fœminam in vxorem, quia iā cognatio pertineret ad illum, & non ad fœminam: debuit tamen ſemper manere idem principatus, & cognatio in eodem, ideo non debuit ab aliqua iſtarum fœminarum nominari aliqua cognatio.

Iuxta quem regem filij Heman canebant. Quæſt. XVI.

QVAERITVR vlterius, qūo dicitur hic de filijs Heman, ꝙ canebant iuxta regem, & de quo rege intelligatur. Aliquis dicet,ꝙ intelligetur de rege Dauid, ſicut dicebatur ſupra in quæſtione de filijs Aſaph, quomodo canerent iuxta regē Dauid,ſ.quando erat arca in Ieruſalem, ꝙ ipſe aderat eis cantantibus.

Sed dicendum, ꝙ hoc non ſtat, quia iſtud pertinet ad filios Aſaph, ſed non ad filios Heman, quia in illa computatione Leuitarum, & ſacerdotum, & diſtributione,quam fecit Dauid, quando portata eſt arca, fecit ꝙ Aſaph,& filij ſui miniſtrarent coram arca in Ieruſalem,& ꝙ Heman,& filij ſui irent ad miniſtrandum in Gabaon in tabernaculo Dñi, vt patet ſup. 16. & ſic non poterant miniſtrare coram rege filij Heman ſicut filij Aſaph. Aliquis dicet aliter,ſ.quòd iſtud intelligitur de tempore Salomonis,ſ. ꝙ iſti cantarent iuxta regem Salomonem in templo. Sed dicendum, ꝙ hoc non ſtat,ſicut probatum eſt in quæſtione de filijs Aſaph,eo quòd Salomon non fuit ita vir deicola, qui ſe humiliaret ad ſtandum cum Leuitis, quando canerent, ſicut Dauid. Dicendum ergo, ꝙ iſtud intelligitur de rege Dauid, ſcilicet, quòd aliquando filij Heman cecinerunt cantica diuinæ laudis: nam licet miſſi fuerint in Gabaon, tamen ante hoc manſerunt aliquo tempore coram arca Dñi in Ieruſalem, & tunc canebant apud Dauid. Etiam poteſt intelligi de tempore portationis arcę, ſ. ꝙ filij Heman cantabant tunc,& forte erant apud regem Dauid.

Miſeruntq; ſortes per vices ſuas ex æquo tam maior,quam minor,doctus pariter, & indoctus. Egreſſaq; eſt ſors prima Ioſeph, qui erat de Aſaph. Secunda Godoliæ,ipſi & filijs eius,& fratribus eius duodecim. Tertia Zachur, filijs & fratribus eius duodecim. Quarta Iſari, filijs & fratribus eiꝰ duodecim. Quinta Nathaniæ, filijs & fratribꝰ eius duodecim. Sexta Bocciau, filijs & fratribus eius duodecim. Septima Iſreela, filijs & fratribus eius duodecim. Octaua Ieſaiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Nona Mathaniæ, filijs & fratribus eius duodecim. Decima Semeię, filijs & fratribus eius duodecim. Vndecima Azareel, filijs & fratribus eius duodecim. Duodecima Haſabiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Tertiadecima Subael, filijs & fratribus eius duodecim. Quartadecima Mathathiæ, filijs & fratribus eiꝰ duodecim. Quintadecima Ierimoth, filijs & fratribꝰ eius duodecim. Sextadecima Hananię, filijs et fratribus eius duodecim. Septimadecima Iesbacaſſæ, filijs et fratribus eius duodecim. Octauadecima Hanani, filijs et fratribus eiꝰ duodecim. Nonadecima Mellothi, filijs et fratribus eius duodecim. Viceſima Eliatha, filijs et fratribus eius duodecim. Viceſimaprima Othir, filijs et fratribus eius duodecim. Viceſimaſecunda Goddolathi, filijs et fratribus eius duodecim. Viceſimatertia Mahazioth, filijs et fratribus eius duodecim. Viceſimaquarta Romemthiezer, filijs et fratribus eius duodecim.

Miſeruntque ſortes. Hic ponitur ſecundum huius partis, ſcilicet vigintiquatuor ſortes cantorum, quæ poſitæ fuerunt ad ordinandum ipſos cantores per tempora debita in officijs ſuis,& dicitur.

Miſeruntque ſortes per vices ſuas. Ideſt per partes iam factas: nam conſtitutæ erant vigintiquatuor partes Leuitarum ad canendum, & nunc poſitę fuerunt ſortes ſuper omnes illas partes, ſcilicet quę prius miniſtrarent, & quę poſterius. Et vocantur iſtę partes viceſſiones, eo quòd per vices, ideſt per ſucceſſiones miniſtrabant.

Ex æquo tam maior, quam minor, doctus pariter, & indoctus. Ideſt iſtę diuiſiones, ſuper quas poſitę fuerunt ſortes, factæ ſunt per æqualitatem, ſcilicet, quòd tot viri erant in vna ſorte, ſicut in alia, & non attendebatur dignitas aliquorum, ita quòd dignitas quorundam pręponderaretur numero alterius, ſed omnes tam maiores, quam minores erāt æquales in diuiſione iſta, quia tot ponebantur de iſtis, ſicut de illis. Etiā non aſpiciebatur, quòd illi, qui ſapientiores eſſent cęteris, prævalerent numero aliorum, ſed docti, & indocti æquales erant in iſta diuiſione: erant enim quidam docti, ſcilicet nimis ſapientes circa artem faciendi cantica diuinæ laudis, & proferendi illa, eo quòd ſapientia iſta erat humana, & poterat abundantius eſſe in quibuſdam, quam in alijs, & ideo illi, qui ſapientes erant erudiebant alios, vnde ſupra dicitur, quòd erant ducentioctogintaocto doctores, qui erudiebant canticum Domini. In Hebręo dicitur. Tam magiſter, quam diſcipulus, vbi dicitur in litera noſtra, doctus pariter, & indoctus, & idem eſt, quia magiſter doctus eſt, diſcipulus autem indoctus. Poteſt intelligi alio modo iſta litera,quòd ſortes miſę fuerunt æqualiter, ideſt, quòd in hoc omnes cantores fuerunt æquales, quia miſerunt ſortes: nam ſors facit æqualitatem in eo, quòd ita poteſt euenire paruo, ſicut magno, indocto, ſicut docto. Et videbatur,

batur,quòd non deberet ſic fieri, quia illa pars,in qua etāt viri digniores, & ſapientiores,debebat eſſe prius, & ſic ſecundum ordinem dignitatis nunc nō immiſſæ fuerunt ſortes, & in hoc fuerunt æquales magni, & parui,docti, & indocti: nam ſors prima poterat accidere illis,ꝙ eſſent minoris dignitatis, & iſte eſt ſenſus literæ verus.

Egreſſa eſt ſors prima Ioſeph. Ideſt ſors prima cecidit ſuper illam partem cātorum, in qua erat princeps Ioſeph: nam omnes iſtæ ſortes nominantur a principibus ſuis. *Qui erat de Aſaph.* Scilicet Ioſeph erat filius Aſaph,& erat ſecundus de filiis, vt patet ſupra in litera. Et ponitur iſtud ad indicandum, quòd omnes iſti principes ſortiū fuerūt filij Aſaph, Heman,& Idithū, & princeps primæ partis fuit de filijs Aſaph. *Secunda Godoliæ.* Iſte Godolias fuit ſecundus filius Idithum, vt patet ſupra in litera.

Ipſi,& filijs eius, & fratribus eius duodecim. Iſtud dicitur de qualibet ſorte, vt patet diſcurrendo per literā, & eſt ſenſus, quòd princeps ſortis cuiuslibet habebat ſecum vndecim de filijs, & fratribus ſuis, & ipſe erat duodecimus, & illa ſors proueniebat omnibus duodecim ſimul. An plures eſſent in qualibet ſorte, quā duodecim,& quomō poterat accidere, quòd in qualibet ſorte eſſent duodecim filij, & fratres declarabitur infra in queſtionibus. Et quia dicit hic de duodecim filijs,& fratribus,exponēdum eſt in qualibet ſorte,ſicut nunc expoſitum eſt.

Tertia Zachur. Iſte Zachur erat primus filius Aſaph, & accidit ei tertia ſors: erat enim princeps in illa.

Quarta Iſari. Iſte Iſari eſt, qui vocatur Sori ſupra in litera,& eſt tertius filius Idithum,ſed aliquādo mutātur literæ in nominibus Hebræis,addendo,vel ſubtrahendo,vel alterando.

Quinta Nathaniæ. Iſte eſt tertius filius Aſaph,& accidit ei ſors quinta. *Sexta Bocciau.* Iſte eſt ſecundus filius Heman ſupra in litera. *Septima Aſarela.* Aliqui libri habent Iſreola,& tamen vocatur Aſarela ſupra in litera. Et eſt quartus filius Aſaph.

Octaua Ieſaiæ. Iſte Ieſaias vocatur ſupra Ieſias, & eſt quartus filius Idithum.

Nona Mathaniæ. Differunt Mathania, & Nathania, quia Nathania eſt tertius filius Aſaph, Mathania eſt tertius filius Heman, & ſic iſta ſors nona habuit in principem filium tertium Heman.

Decima Semeiæ. Iſte Semeias non reperitur inter filios Aſaph,Heman,& Idithum ſub iſto nomine, ſed oportet,quòd accipiatur ſub alio nomine mutato, qa ſępe fit ſic in Hebræo, quòd idem homo habet multa nomina. Et ſic iſte potuit vocari Semeias,& aliquo alio nomine. Manent autem duo nomina inter filios Aſaph,Heman,& Idithum,quę non ponuntur hic nominando principes ſortium, ſ.Idithum, & Heman, quia Idithum erat primus filius Heman. Et tamen to-tidem ſortes ponuntur hic quot erant filii Heman, Aſaph,& Idithum ſimul,& omnium aliorum. Ponūtur hic nomina in principibus ſortium prætерquam illorum duorum. Ideo oportet,quòd iſte Semeias ſit vnus de illis duobus, ſ. primus filius Heman, vel primus filius Idithum.

Vndecima Azazeel. Nomen iſtius Azazeel non reperitur ſic ſupra,ſed eſt aliqualiter mutatum,& vocatur Oziel, & eſt quartus filius Heman ſupra in litera.

Duodecima Haſabie. Iſte vocatur Sabias ſupra in litera,& eſt quintus filius Idithum, ſubtrahitur tamen littera de principio,vel additur hic; ſic enim fit in iſto nomine Aram. Aliquādo vocatur Aram, vt patet Ruth quarto. & Math.1. Et aliquando vocatur Ram ſupra tertio.

Tertiadecima Subael. Iſte vocatur Subael, & eſt quintus filius Heman ſupra in litera.

Quartadecima Mathathiæ. Iſte eſt filius ſextus Idithū, & non eſt iſte Mathathias pater Machabæorum, de quo primo Machab.2.quia ille fuit ſacerdos, iſte Leuita: nam filij eius fuerunt ſummi ſacerdotes,ſ.Iudas, Ionathas, & Simon, vt patet per totum diſcurſum libri Machabęorum primi. Et ipſe Mathathias vocauit Phinees patrē ſuum,& tamen ipſe Phinees fuit ſummus ſacerdos 1, Mach.2. Etiam iſte Mathathias fuit multo tempore ante illum,quia iſte fuit tempore Dauid,quando poſitæ fuerunt iſtę ſortes. Ille autem fuit poſt captiuitatem Babylonis multo tempore, ſ.quando fuerunt Machabæi, quod fuit per annos centum, & quinquaginta ante Chriſti natiuitatē, de quo declarabitur in principio libri Machabæorum.

Quintadecima Ierimoth. Iſte Ierimoth fuit filius ſextus Heman,& aliquando eſt nomen vrbis, ſicut ſupra declaratum eſt.

Sextadecima Hananiæ. Iſte fuit filius ſeptimus Hemā ſupra in litera. *Septimadecima Iesbacaſſe.* Iſte vocatur Iesbocaſſa ſupra in litera,quia aliquando variantur nomina in quibuſdam literis, vt ſępe dictum eſt. Et eſt filius vndecimus Heman.

Octauadecima Hanani. Iſte Hanani non ponitur ſupra inter filios Heman, Aſaph,& Idithum, niſi forte aliqs dicat,ꝙ iſte Hanani eſt,qui vocatur Hanania,& eſt filius ſeptimus Heman ſupra in litera. Sed hoc nō ſtat, quia ille Hananias eſt, a quo nominatur ſors ſextadecima,& iſte Hanani eſt a quo nominatur ſors decima octaua.

Ideo oportet, quòd ſit alius ab illo, & tamen non reperitur ſupra nomen eius, ideo oportet,ꝙ accipiat, ꝙ ſit vnus de illis duobus,ſ.Idithum, vel Heman, de quibus ſupra dicebatur, quia vnus eorum eſt primus filius Heman, & alius eſt primus filius Idithum. Et non reperiuntur hic in principibus ſortiū. Ideo oportet,ꝙ iſte Hanani ſit aliquis de illis duobus,ſ.Heman, vel Idithum.

Nonadecima Mellothi. Iſte eſt filius duodecimus Heman, vt patet ſupra in litera. *Viceſima Eliatha.* Iſte eſt octauus filius Heman,vt patet ſupra in litera.

Viceſimaprima Othir. Iſte eſt filius tredecimus Hemā ſupra in litera.

Viceſimaſecunda Godolathi. Iſte eſt filius nonus Heman. Et vocatur ſupra Godolthi, hic autem mutatur aliqualiter nomen, & vocatur Godolathi, quia ſępe fit iſta additio, vel ſubtractio, vt ſupradictum eſt.

Viceſimatertia Mahazioth. Iſte vocat in Hebręo Mazioth. Et ſic vocatur ſupra in litera, ſ. in Mazioth,& tamen hic videtur eſſe litera ſubtracta, & forte per imperitiam librariorum. Eſt autem iſte filius quartusdecimus, & vltimus Heman, vt patet ſupra in litera.

Viceſimaquarta Romemthiezer. Iſte eſt filius decimus Heman,vt patet ſupra in litera. Et aliqui diuidūt iſtud nomen putantes eſſe duo nomina, ſed errant, ſicut ſupra probatum eſt.

Quare fuerunt ſolum vigintiquatuor partes cantorum. Quæſt. XVII.

QVAERITVR circa iſtas partes cantorum, quare fuerunt vigintiquatuor, & non fuerunt plures, nec pauciores.

Reſpondendum eſt,quòd non debuerunt eſſe iſtę partes duæ,vel tres ſolum,vel paucę. Primo quia eſſet magna multitudo miniſtrantium in qualibet parte, quia omnes de vna ſorte iſtarum debebant miniſtrare vno tempore,& de alia ſorte alio tempore. Et cum Leuitæ cantores eſſent quatuor millia,vt patet ſupra 23. In qualibet parte iſtarum eſſent mille Leuitę, vel plures,

Universidad de Deusto
Biblioteca

plures,& sic esset magna multitudo ministrantium, & inutilis, quia non possent omnes simul ministrare. Secundo patet, quia Dauid volebat releuare Leuitas a laboribus inquantum poterat. Si autem essent solũ tres, vel quatuor sortes,cum quibus earum ministraret per vnam Hebdomadam, vt declaratum est præcedenti cap.teneretur quælibet istarum expleta hebdomada ministrationis suæ,iterum per duas, vel tres hebdomadas redire ad ministrandum. Et istud esset intolerabile Leuitis: nam habitabant dispersi per totam terrã Israel in quadragintaocto ciuitatibus, quæ datæ erant eis de omnibus tribubus,Nume.35. & Iosue 21. & supra 6. Et cum aliquę illarum vrbium distarent nimis a loco Sanctuarii occuparẽt Leuitæ totum tempus eundo,& redeundo,& ministrando, & nunquam possent quiescere in terra sua, quod erat valde inordinatum. Nunc autem cum essent vigintiquatuor sortes,& quælibet ministraret per hebdomadam,quiescebat quælibet sors vigintitribus hebdomadis,quæ complent quasi medium annum. Et sic non esset difficile post illud tps quietis in patriam redire ad ministrandũ.Non decuit etiam, quòd fierent valde multæ partes cantorum vtpote centum,vel ducentæ,quia tunc in qualibet sorte essent solum vigintí cantores, & isti non sufficiebant ad solenniter cantandum in Sanctuario Domini, quia cum esset Sanctuarium tantæ magnitudinis, & gloriæ, & esset vnicum in tota terra Israel,decebat esse multos cantores ibi,vt solenniter fierent officia Sanctuarii. Item quia sicut supra declaratum est, nõ ministrabant simul in quacunque ministratione, sed aliqui cantabant tempore vnius sacrificii, & aliqui tempore alterius etiam per noctem, cum semper cantare deberent in holocausto vespertino,quod per totam noctem fiebat,nõ poterant ijdem cantores semper cõtinuare, ideo mutabantur. & tamen si ista diuisio fieret in viginti cantoribus, qui essent in eadem sorte, sequeretur quòd ministrarent pauciſſimi qualibet vice, ideo decuit sic fieri. Nunc autem cum essent vigintiquatuor sortes, in qualibet earum erant centum sexaginta, & sex cãtores, & isti poterant solenniter ministrare. Et dato, quòd diuiderentur in duas,vel tres partes, adhuc solenniter cantarent, quia in qualibet earum multi Leuitę manerent. Secundo non conueniebat hoc, quia si fierent tot partes vrpotè ducentę,cum quælibet illarum ministraret vna hebdomada, illa pars, quæ nunc ministraret,non ministraret iterum vsque post ducentas hebdomadas, quæ complent quatuor annos, vel quasi. Sed satis videbatur absurdum, quòd ille Leuita, qui nunc ministraret, non ministraret iterum vsque post quatuor annos,quia sic desuefierent a ministratione, & redderentur quasi laici propter moram, quam contraxerant in ministrando. Diuisis autem cantoribus per vigintiquatuor sortes, sicut nunc,quilibet Leuita postquam semel ministraret, tenebatur iterum ministrare post dimidium annum, quia vigintiquatuor hebdomadę sunt quasi dimidium annum. Et istud erat tempus conueniens ad quiescendum, & ad redeundum ad ministrandum, & sic non debuerunt fieri multæ sortes Leuitarum, neque valde paucæ, sed medio modo, & sic fuit,quòd fierent vigintiquatuor sortes.

Istæ tamen sunt causæ in vniuersali, quia poterat dici, quòd fierent vigintiduæ sortes, vel viginti, & quinque. Et vtrunque erat valde conueniens, nec inducebatur aliquod de inconuenientibus supra assignatis.

Causa ergo quare præcisè fuerunt vigintiquatuor sortes, & non plures, nec pauciores, sunt duæ. Prima est, quia istę partes cantorum fuerunt diuisæ per principes singulos, scilicet, quòd in qualibet sorte erat vnus princeps. Isti autem conuenienter accepti sunt de filijs Asaph,Heman, & Iditum, eo quòd illi erant tres maximi, & sapientissimi principes cantorum, filij tamen istorum fuerunt vigintiquatuor solum, scilicet quatuor filij Asaph, sex filij Iditum, & quatuordecim filij Heman, vt patet supra in litera, ideo non debuerunt esse plures neque pauciores, q̃ vigintiquatuor sortes.Secunda causa est,& præcipua, quia Dauid voluit ordinare Leuitas cũ sacerdotibus, vt se haberent ordinate ministrando, & quòd cantores ministrabant quando sacerdotes faciebant sacrificia, & erant diuisi sacerdotes per vigintiquatuor sortes, vt patet præcedenti cap. Diuisi fuerunt etiam cantores per vigintiquatuor sortes, vt cantores de prima sorte ministrarent cum sacerdotibus primę sortis,& sic de alijs, & cum illis sacerdotibus,cum quibus nũc ministrarent aliqui Leuitę, deberent etiam ministrare in æternum, & sic sciret quilibet Leuita, cum quo sacerdote semper ministraturus esset, & sic melius ministrarent, quia conuenirent inter se propter magnam conuersationem, quam si mutarentur, ita q̃ Leuitę vnius sortis ministrarent nunc cum quibusdã sacerdotibus, & alia vice cum alijs. Si tamen sortes Leuitarum essent plures, vel pauciores, quam vigintiquatuor, cum sortes sacerdotum essent vigintiquatuor,necesse erat,quòd si prima sors cantorum ministraret nunc cum prima sorte sacerdotum, ministraret iterum cum vigesimaquarta sorte sacerdotũ, vel cum secunda sorte, debuerunt ergo esse sortes cantorum vigintiquatuor præcisè.

De modo ponendi illas sortes. Quæst. XVIII.

QVAERITVR vlterius quis modus fuit ponẽdi illas sortes inter cantores.Dicendum,quòd fuit talis sicut ille, qui obseruatus est in sortibus sacerdotum, scilicet: Accepti sunt primo quatuor millia de Leuitis, quia tot erant cantores supra 23. & isti erãt de omnibus tribus familijs Leuitarum, scilicet quidam de Gersonitis, alij de Caathitis,alij de Merarítis, & diuisi fuerunt per partes æquales vigintiquatuor, & sic in qualibet parte erant centum sexaginta & sex, & fuit in qualibet parte istarum vnus princeps, à quo denominaretur illa pars, qui assumpti sunt de dignioribus, & sapientioribus inter omnes, & quia nulli tales reperti sunt quales filij Heman, Hethan, & Iditum, fuerunt ipsi vigintiquatuor constituti principes istarum sortium.Nunc autẽ manebat dubium, quę sors deberet aliam præcedere in ministrando, & quia super hoc poterat esse contentio,& causę æmulationis, fuerunt positę sortes vigintiquatuor pro istis vigintiquatuor partibus cantorũ. Et cui primo sors eueniret, erat prima in ministrando,& sic de cęteris. Modus autem ponẽdi sortes fuit, quòd scriberentur vigintiquatuor cedulę,& in vna esset prima,& in alia secunda,& sic de cęteris,& mitterentur omnes in inuolucro,& vigintiquatuor principes cantorum mitterent manus in inuolucrũ,& sors, quam quilibet traheret esset sua, scilicet ministraret in illo loco,quem sors ei daret.

De permissione sortium inter partes cantorum. Quæst. XIX.

QVAERITVR vlterius quomodo Deus permittebat,quòd ponerẽtur sortes inter partes cantorum ad assignandum,quę pars deberet prius ministrare, & quę postea, q̃a sic posset euenire sors prima viris, qui erant minoris dignitatis,

tatis,& minus doctis, sicut in litera dicitur, quòd miserũt sortes ex æquo, maior & minor, doctus pariter, & indoctus, & tamen istud erat inconueniens, quia viri docti debebant habere primas sortes, quæ erant maioris dignitatis, ideo non debebat dirimi hoc sorte,sed magis per electionem, considerando merita, ita,vt illi qui præcedebant alios meritis,haberent sortes primas, quæ essent maioris dignitatis.

Respondendum,quod Deus fecit hoc ad tollendã dissensionem, quia dato,quòd iustum erat digniores præcedere,tamen erat scandalum disputare quis esset dignior,quia iudicando de vno, quòd esset dignior alio,ille supprimebatur aliqualiter,cum quilibet reputet se nullo alio minus dignum, & ex hoc sequerentur odia,quæ Deus voluit euitare, ideo voluit, quod per sortes dirimeretur quæ pars deberet præcedere, & q̃ subsequi, & tunc si sors permitteretur libera, posset euenire,quòd illi qui erant minus digni haberent primam sortem,quod erat inconueniens, ideo quamq̃ ponerentur sortes,Deus cõuertabat eas taliter, quòd illi prouenirent sors prima, qui dignior erat, & sic per ordinem dignitatis prouenirent omnes, vnde nihil magis erat, quod istę partes per electionem secundũ dignitatem ordinarentur,s.quæ esset prima,& quę secunda,& sic de alijs, quam quòd per sortem acciperentur.Cum Deus cuilibet daret talem sortem, qualem ipse merebatur,& tunc tollebatur scandalum,qa nullus iudicabatur ex hoc dignior alio, cum soleat sors incerta prouenire. Quod autẽ Deus sortes istas mutaret,vt quilibet haberet, quam mereretur, patet quia habetur Prouerb. 16. s. Sortes in sinum mittuntur, sed a Domino temperantur.

De modo circa istas sortes, Quæst. XX.

QVAERITVR vlterius quis modus fuit nunc circa istas sortes,scilicet, an filii Asaph præcederẽt filios Heman,& Idithum,vel qualiter se haberent inter se in ordine præcessionis.

Respondendum est,quòd non habitus fuit hic aliquis ordo certus, s. quòd sortes filiorum Asaph præcederent alias,vel sortes Heman præcederent,vel sortes Idithum,sed fuerunt mixtæ,quod patet, quia prima sors fuit Ioseph, qui erat filius secundus Asaph, & secunda sors fuit Godolię, qui erat secundus filius Idithum. Tertia sors fuit Zachur,qui erat primus filius Asaph, & sic de alijs, fuerunt enim istę sortes inter se permixtę.Et ratio huius fuit,quia istę sortes nõ fuerunt ordinatæ aliquo ministerio humano, quia tunc datus fuisset certus ordo in illis, scilicet, quòd præcederent isti,vel illi, vel quod essent mixti secundum aliquam certam habitudinem,& tamen nõ fuit aliquid tale, eo quòd sorte hoc euenit, & voluntate Dei, qui ordinauit quis esset prior, & quis posterior in omnibus istis, vnde contigit quandam esse permixtionem inter istas sortes, sicut in illis,quæ accidũt pure a fortuna,de quibus nullam caulam dare possumus,quare sic eueniant.

Quomodo in qualibet sorte erant solum duodecim, Quæst. XXI.

QVAERITVR vlterius, quomodo in diuisione istarum sortium dicitur, quòd in qualibet sorte erant duodecim computando ipsum principem, sortis,& filios, & fratres suos:nam necesse est, quòd plures essent in qualibet sorte, eo quòd diuidebatur tota multitudo cantorum per vigintiquatuor partes, & tamen erant isti quatuor millia, vt patet supra 23. Ideo oportebat, q̃ in qualibet sorte essent plures quam duodecim: nam necesse erat esse saltem centũ sexaginta.

Dicendum est, quòd intentio scripturæ est exprimere sex nomina dignorum, & facere mentionem de illis, de alijs vero non curat,nisi in generali, ideo q̃quam Leuitæ cantores essent quatuor millia, & verũ est,quòd in qualibet sorte oportebat esse saltem centum sexaginta sex, tamen scriptura solum curauit de viris dignioribus, & sapientioribus. Et de istis erant in qualibet sorte duodecim cum ipso principe sortis, ideo de istis solum facta est mentio.

Pro quo sciendum,quòd in tota multitudine quatuor millium Leuitarum, Asaph,Heman, & Idithũ fuerunt tres principes præcipui, & sapientissimi:filii quoque sui sapientes erant nimis,ideo constituti fuerunt principes vigintiquatuor sortiũ, & quia filii istorum habebant alios filios sapientes,& alios de cognatione sua,qui etiam erant sapientes, nominati fuerũt isti sapientes,& de istis erant in qualibet sorte duodecim,& de istis fit hic mentio.Cęteri autem erant minus docti,de quibus scriptura non curauit facere tam diligentem mentionem. Et patet hoc,quia supra in litera dicitur, q̃ fuit numerus filiorum Asaph Heman, & Idithum cum fratribus suis, qui erudiebant canticum Domini, cuncti doctores ducenti octogintaocto. Et isti sunt,qui ponuntur in omnibus sortibus, s. in qualibet sorte duodecim: nam diuidendo ducentos octogintaocto per viginti quatuor partes, proueniunt cuilibet duodecim, & isti erant doctores aliorũ, s.qui erudiebant canticum Domini, ideo illi soli nominati fuerunt hic, cęteri autem erant indocti, nec erant de cognatione Asaph,Heman, & Idithum, iõ de illis non curatur,& tamen intelligẽdum est, quòd illi etiam fuerunt in istis sortibus. nam maior pars cuiuslibet sortis erat de indoctis, cum solum ponantur hic in qualibet sorte duodecim, & tamẽ necesse est, quòd in qualibet sorte essent centum sexaginta sex viri,& minus, quod patet ex diuisione dicta.

Sed obijcietur, quòd cum cãtores essent quatuor millia,diuidendo illos per sortes vigintiquatuor, nõ poterant esse æquales,quia in qualibet earum si ponerentur centum sexaginta sex,superarent decẽ, & sex. Si autem in qualibet ponantur centum sexaginta septem,deficient octo.

Responderi potest,q̃ quamquam istę sortes essent æquales, licet in aliqua esset vnus vir plusquã in aliis, non ppter hoc iudicaretur inæqualitas in tanta summa, & sic in quibusdam sortibus essent centum sexaginta sex viri, in alijs autem essent centum sexaginta, & septem, vel põt dici,q̃ quamquam dicatur, q̃ erãt quatuor millia cantorum,forte non erant tot præcise, sed aliqui superabãt, vel deficiebant, & sic essent sortes æquales, sed in hoc non est faciẽda difficultas.

An verum sit,quod in qualibet sorte essent solum duodecim doctores. Quæst. XXII.

QVAERITVR vlterius,cum hic dicat de qualibet sorte cantorum, quòd erant in ea duodecim cum filijs, & fratribus suis, & isti duodecim erãt doctores,quomodo poterat esse,quòd in qualibet essent duodecim, quia aliqua sors earum poterat habere plures quam duodecim de istis doctoribus, & alia posset habere pauciores,potissime,cum dicatur de filiis, & fratribus, & difficile sit, quòd omnes istę cognationes essent æquales in filiis,& fratribus,cum interdum vna superet aliam.

Respondendum est, quòd illa litera potest intelligi dupliciter, vno modo, quòd in qualibet sorte essent duodecim doctores, qui erant præcipui. Cum isti

ísti essent filij, & fratres eorum quorũ numerus non ponitur. Et tunc poterat faciliter fieri, quòd essent in qualibet sorte duodecim viri sapientes: nam plures esse poterant, sed acciperẽtur solum duodecim quasi principes post primum principem ipsius sortis, & tunc est sensus, quòd in qualibet sorte erant duodecim viri sapientes cum ipso principe sortis, & isti non essent de filiis, & fratribus eius, sed de quibuscunque de illa sorte. Et cum dicitur de filijs, & fratribus eius, non includuntur isti in numero duodenario, sed superadduntur, s. quòd princeps sortis cuiuslibet habebat secum duodecim sapientes, & insuper habebat filios, & fratres suos, ideſt multos alios de eadem cognatione, quorum non est numerus. Secundo modo potest intelligi, ꝙ isti filij, & fratres essent principes cuiuslibet sortis, ita quòd dicatur, quòd princeps sortis cuiuslibet habebat duodecim viros sapientes, qui erant filij, & fratres eius: & tunc non intelligentur alij, nisi isti duodecim in litera, & tũc stat dubium, scilicet quomõ quilibet princeps habebat duodecim filios, & fratres sapientes, quia cõtingeret, ꝙ alius haberet plures, & aliquis pauciores.

Dicendum est, ꝙ vere isti duodecim erant filij, & fratres cuiuslibet principis, sicut litera manifeste innuit. Et habebat pręcise quilibet princeps duodecim de istis computando ipsum principem in eis, & patet hoc, quia supra ponendo filios Asaph Heman, & Idithum, & progeniem, quæ derivata erat ab eis, quãdo facta est ista distributio sortiũ simul ducenti octogintaocto, vt patet supra in litera, s. Fuit autem numerus eorum cum fratribus suis, qui erudiebant canticũ Domini, cuncti doctores ducenti octogintaocto. Et tamen istis diuisis per vigintiquatuor prouenient ducenti cuilibet parti, & isti erant duodecim, qui ponũtur hic in qualibet sorte.

Et dicendũ, quod forte quilibet princeps alicuius sortis habebat plures quam duodecim filios, & fratres, & tamen de istis accipiebantur solum viri docti, & accidit, quòd in qualibet sorte istarum essent duodecim sapientes filij, & fratres ipsius principis sortis. Et antequam mitterentur sortes, cum diuiderentur partes cantorum per ęqualitatem, positi fuerunt duodecim cum principe cuiuslibet sortis de filijs, & fratribus eius, ideſt de cognatis suis, & hoc non erat difficile ordinare, quia voluntate humana factum est, & non sorte.

De quantitate temporis circa ministrationem.
Quæst. XXIII.

QVAERITVR vlterius circa tempus ministrationis cuiuslibet sortis Leuiticę, s. quanto tẽpore ministrabat quilibet.

Respondendum, quòd quilibet ministrabat per vnam hebdomadam. Quod patet, quia vigintiquatuor sortes erant cantorum, sicut sacerdotum, & vna sors cãtorum ministrabat simul cum vna sorte sacerdotum, vt supra in quadam quæstione declaratum est, & tamen quælibet sors sacerdotum ministrabat vna hebdomada, vt patet quarto Regum, & declaratum est supra in quadam quæstione, ergo etiam cantorum sors quælibet ministrabat vna hebdomada.

Secũdo patet, quia seq. lib. c. 23. dicitur. Tertia pars vestrum, qui veniunt ad sabbathum sacerdotum, & Leuitarum, & ianitorũ erit in portis, ergo cãtores exibant in sabbatho de ministratione, & alij cãtores inciebant in sabbatho ad ministrandũ, & fuit istud ipsum conueniens ad ministrandum: nã sortes Leuitarũ, & sacerdotum, quę ministrabant, erant vigintiquatuor. Si ergo esset ipsum ministrandi magnum, vt puta per mẽsem, vel plus, postquam vnus Leuita semel ministrâret, non rediret iterum ad ministrandum vsq; ad annos duos, sed vigintiquatuor menses pro vigintiquatuor sortibus annos duos complent. Istud autem erat inconueniens, eo quòd magno tempore quilibet Leuita cessaret à ministratione, & per hoc desuefieret ab illa, & redderetur iam tanquam laicus ineptus ad ministrandum: debuit ergo esse minus tempus, quã hebdomadę vnius, vtpote quòd ministraret quęlibet sors per vnum, vel duos dies, quia tunc sequerentur duo inconuenientia. Primum est, quòd grauarentur Leuitę in ministrando: nam cum vnus Leuita ministraret nunc, oporteret, ꝙ iterum ministraret post vigintiquatuor dies, vel post quadragintaocto, & tamẽ istud erat paruum tempus ad quietem: nam habitabant aliqui Leuitę in extremitate terrę Israel, & cum venirent, & redirent, occuparentur in hoc quasi per totum illud tempus, quo quiescere deberent, vel si quiescerẽt aliquod tempus, illud esset paruum, & sic non conuenienter se haberent in ministrando, quia maior pars temporis eorum esset eundo, & redeundo de Sanctuario: non ergo fuit conueniens minus tempus dari ad ministrandum, quam vnam hebdomadam: nam tunc cum essent vigintiquatuor sortes, quiesceret quęlibet sors per dimidium annum ferè, & postea ministraret, & sic nullum esset inconueniẽs, scilicet quia nec desuefierent à ministratione, nec ẽt expenderent totum tempus eundo, & redeundo. Secundum inconueniens est ministrando solum vno die, vel duobus, quia propter frequentissimam mutationem ministrorum, non teneretur modus conueniens in agendis, quod satis videmus in mutationibus frequentibus aliarum rerum. Hebdomada autẽ vna erat tempus conueniens, & non fieret frequens mutatio si quilibet ministraret per septẽ dies, & erat istud tempus conueniens, eo quòd erat quasi pręcisum: nam hebdomada incipiebat in sabbatho, quod erat magnum festum Hebrẽorum, & à festo in festũ claudebatur vnum tempus per se, quasi separatum ab alijs partibus temporis. Poterat autem fieri hoc per duas, vel tres hebdomadas, quòd extenderetur ministratio cuiuslibet sortis Leuitarum, sed sequerentur inconuenientia supradicta.

CAP. XXVI.

DIVISIONES aũt ianitorũ de Coritis Meselemia filius Core, de filijs Asaph. Filij Meselemiæ, Zacharias primogenitus, Iadiel secũdus, Zabadias tertius, Iathanael quartus, Aelá quintus, Iohãnam sextus, Elioenai septimus. Filij autẽ Obededõ, Semeias primogenitus, Iozabad secundus, Ioaha tertius, Sachar quartus, Nathanahel quintus, Ammihel sextus, Issachar septimus, Phollati octauus, quia benedixit illi Dominus. Semeię autem filio eius nati sunt filij, prefecti familiarum suarum: erant enim viri fortissimi. filij ergo Semeiæ Othni, & Raphael, & Obed, Elzabad, & fratres eius viri fortissimi, Eliu quoq; & Samachias.

Omnes

Omnes hi de filijs Obededom ipsi, & filij, & fratres eorum fortissimi ad ministrandũ sexagintaduo de Obededom. Porro Meselamię filij, & fratres eorum robustissimi decẽ, & octo. De Bosa autem, ideſt de filijs Merari, Semri princeps (Non enim habuerat primogenitum, & iccirco posuerat eum pater eius in principem) Helcias secundus. Tabelias tertius, Zacharias quartus. Omnes hi filii, & fratres Hosa, tredecim. Hi diuisi sunt ĩ ianitores, vt semper principes custodiarũ, sicut, & fratres eorum ministrarent in domo Domini. Missæ sunt ergo sortes ex æquo, & paruis, & magnis per familias suas in vnamquamque portarum. Cecidit ergo sors orientalis Selemiæ. Porrò Zachariæ filio eius, viro prudentissimo, & erudito sortitò obtigit plaga Septentrionalis. Obededom verò, & filijs eius ad Austrum, in qua parte domus erat seniorum concilium. Sephim, & Bosa ad occidentem iuxta portam, quæ ducit ad viam ascensionis, custodia contra custodiam. Ad Orientem vero Leuitæ sex, & ad Aquilonẽ quatuor per diem, atque ad Meridiem, simiter in die quatuor, & vbi erat concilium bini, & bini. In cellulis quoque ianitorum ad Occidẽtem, quatuor in via, biniq́ue per cellulas. Ad Septentrionem vero, & Meridiẽ, quaterni per dies singulos mutabãtur, & ad basilicam concilij ad occidentem bini, habentes subiectos alios in via biniq́ue per cellulas. Hę sunt diuisiones ianitorum filiorum Core, & Merari.

DICTO in prędecentibns de officio, & sortibus cantorũ, hic agitur de officio, & sortibus aliorum ministrorũ, & diuiditur in tria, quia primo agitur de officio ianitorũ. Secundo de officio thesaurorum, ibi. *Porrò Achias*. Tertio de officio iudicum, & præpositorum, ibi. *Isaarutis vero*.

De continuatione ad præcedentia, & si ista immediate fuerint post illa. Quæst. I.

QVAERITVR circa primum, an ea, quæ habentur hic fuerint facta immediatè post prędecentia. Et an sit ordo continuus inter hęc, & illa.

Respondendum, ꝙ in istis non potest apparere, an sit ordo continuus, vel non, eo quòd non sunt partes historiæ eiusdem, sed sunt alia gesta per se distincta, ita quòd non dependet vnum ex alio, & sic poterat fieri, quod habetur supra ante hoc, vel istud fieret ante illud.

Credendum tamen est, ꝙ iste sit ordo conueniẽs, qui habetur in litera. Et hoc, quia nunquam recedẽdũ est ab ordine literæ, nisi appareat aliqua causa huius: hic autem nulla causa apparet, quare dicamus ordinem esse mutatum, ideo tenendum est, ꝙ sit ordo continuus. Item patet, quia iste est ordo conueniens rationi secundum dignitatem: nam verisimile est, ꝙ prius distinguerentur officia, & sortes sacerdotum, & Leuitarum, eo ꝙ sacerdotes erant digniores, & sic ẽt fieret de Leuitis: nam inter eos erant cantores, & ianitores, & uidebantur esse digniores inter cęteros ipsi cantores, quia ministerium eorum erat magis sacrum quam ministeria aliorum, eo ꝙ aliorum quidã ministrabant obseruando portas, alii vero custodiendo thesauros. Alii autem ad opera forinsecus Israel, s. quæ non erant in Sanctuario, vt patet infra in litera. Cantores autem ministrabant dicendo laudes diuinas, quando sacerdotes faciebant sacrificia, & sic isti magis appropinquabant, & participabant in cęremoniis sacerdotum, quæ erant sacrę quam alij ministri, ideò verisimile est, quòd prius ordinaretur de cãtoribus, quam de alijs Leuitis. Cum autem quæritur, an fuerit istud immediate post prędecentia.

Dicendum, quòd nullum tempus intercidit inter prędecẽtia, & ista, quia postquam Dauid, & principes inceperunt ordinare cultum diuinum, tam in sacerdotibus, quam in Leuitis, nõ cessauerunt quousque compleuerunt: nam anno quadragesimo regni Dauid inceptum est istud opus, vt patet infra in litera, & necesse est, quòd in ipso anno finiretur, quia cum mortuus est Dauid, cũ non regnauerit nisi annis quadraginta, vt patet infra vlti. Et 2. Reg. 5. & 3. Reg. 2. nõ ergo fuit tempus aliquod inter istas ordinationes ministrorum, sed finita vna incipiebat alia fieri. Circa primum dicitur. *Diuisiones autem ianitorum.* Scilicet Sortes vel diuisiones ianitorum sunt istæ, quæ sequuntur,

De Coritis Meselemia filius Core de filijs Asaph. Ianitores fuerunt de stirpe Core, & de stirpe Merari, vt patet infra in litera. Et de nulla alia familia, s. hæ sunt diuisiones ianitorum filiorum Core, & Merari. Iste Core erat filius Asaph, & tamen, an iste Asaph sit ille, ꝙ erat vnus de tribus principibus cantorum, & an iste Core sit ille, qui contra Moysen, & Aarõ surrexit in deserto, vel aliquis alius, declarabitur infra in quadã quæstione.

Filij Meselemiæ Zacharias primogenitus. Iste Miselemia fuit tempore istius diuisionis ianitorum, & filii eius fuerunt principes in hac diuisione, s. ꝙ sub eis erant alii ianitores, sicut sub filijs Asaph, Heman, & Idithũ erant alij cãtores, vt patet præced. c. iste Zacharias nõ est pater beati Ioannis Baptistæ, eo quòd ille fuit sacerdos de vice Abia, iste autem fuit Leuita de ianitoribus, vt patet hic, & Lucæ 1. Item iste Zacharias fuit multo tempore ante patrem beati Ioannis, quia ille fuit tempore Christi, iste autem tempore Dauid. Itẽ non fuit iste Zacharias Propheta, quia ille fuit post captiuitatem Babylonis, vt patet Zacha. 1. Et 1. Esdræ 5. iste autem fuit multo tempore ante captiuitatem Babylonis, s. tempore Dauid. Item ille vocatur Zacharias filius Barachiæ, iste autem filius Meselemiæ, vt patet hic, & Zachariæ 1. Nec fuit iste Zacharias, de quo Christus dixit Matth. 23. quòd occiderant eum Iudęi inter templum, & altare, quia ille erat Zacharias filius Ioiada sacerdotis magni, vt patet seq. lib. c. 24. & illud fuit post hoc plusquam ducentis annis, s. tempore regis Ioas.

Sadiel secundus, Zabadias tertius, Nathanael quartus, Abilam quintus, Ioannam sextus, Elioenai septimus. Nominat hic litera omnes filios Meselemiæ. Et hoc, quia isti fuerant septem principes in diuisione ianitorum.

Filij autem Obededom. Ista est alia stirps ianitorũ, nam venerant ianitores de Obededom, & ex hoc apparet, quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd Obededom erat de filijs Merari, vel de Coritis, quia de nulla alia ſtirpe fuerant ianitores, vt patet infra in litera. De iſto Obededom, an fuerit ille, in cuius domo poſita fuit arca, de quo ſecũdo Reg.6.& ſupra 13.& 15.vel aliquis alius, declarabitur infra in quadam quæſtione.

Semeias primogenitus, Iozabad ſecundus, Iohaa tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus, Amihel ſextus, Iſſachar ſeptimus, Phollati octauus. Iſte Semeias fuit etiam princeps ianitorum, & non ſolum fuit ipſe princeps, ſed etiam ab eo principes deriuati fuerunt, vt patet infra. Iſte Semeias non eſt, de quo habetur præced.c. a quo fuit nominata ſors decima ſacerdotum, quia ille fuit ſacerdos, iſte autem Leuita. Et nominantur hic octo filij Obededom, quia omnes iſti fuerunt principes ianitorum.

Quia benedixit illi Dominus. Refertur ad octo filios Obededom, quorum nomina ponuntur in litera, ſ. habuit Obededom iſtos octo filios, eo quòd benedixit ei Dominus multiplicando eum in prole, ſicut dicitur præced.ca. quòd Deus dedit Heman filios quatuordecim, & filias tres, ſ. ex aliqua gratia ſpeciali dedit ei tot filios, quod non faciebat in alijs. Et ponitur hic Iſſachar filius ſeptimus Obededom, non eſt tamen iſte Iſſachar a quo denominata eſt vna de duodecim tribubus Iſrael, quia ille fuit filius Iacob, iſte autem fuit multo tempore poſt illum, & fuit filius Obededom.

Semeiæ autem filio eius. Scilicet primogenito Obededom, vt patet ſupra. *Nati ſunt filij præfecti familiarum ſuarum.* Scilicet iſte Semeias habuit filios, qui fuerunt principes familiarum, ideſt ſortium ianitorum, & fuit ſpeciale in iſto Semeia, quia non ſolum ipſe de filijs Obededom fuit princeps alicuius familiæ, ſicut quilibet de fratribus ſuis, ſed etiam habuit ipſe filios principes familiarum, & accipiũtur familiæ hic pro ſortibus, ſicut accipiebantur præceden.cap. & ſupra 24. Erat enim vnus princeps in qualibet ſorte, & ille vocabatur princeps familiæ, quia tota multitudo ei ſubiecta dicebatur eſſe vna familia, licet non eſſet de eadem ſtirpe.

Erant enim viri fortiſſimi. Ideſt filij Semeiæ erant viri fortiſſimi, & propter hoc apti ad miniſtrandum in officio ianitorum, & iſta fuit cauſa, quare filij Semeię eſſent principes, ſicut pater ſuus.

Filij ergo Semeiæ. Quia dictum fuerat, quòd filij Semeiæ erant principes familiarum ponuntur hic nomina eorum.

Othin, & Raphael, & Obediel, & Zabad. Quatuor filij Semeiæ ponuntur, quia fuerunt quatuor principes de filijs eius ſuper ianitores, habuit tamẽ ipſe plures filios, vt infra dicetur.

Et fratres eius viri fortiſſimi. Iſti erant illi octo, qui ponuntur ſupra filij Obededom, quorum primus erat Semeias, de quo hic dicitur, & alij ſex erant fratres eius, & de iſtis dicitur hic, quòd erant viri fortiſſimi, ſ. apti ad miniſtrandum in officio ianitorum.

Eliu quoque, & Samathias. Iſti duo etiam erant filij Semeia, quia dicitur Eliu quoque, & tamen non erant iſti principes, ſicut fratres ſui quatuor ſupradicti, ideo non coniunguntur eis, vt infra declarabitur in quadã quæſtione.

Omnes hi de filijs Obededom. Scilicet omnes iſti, qui nominati ſunt ſupra ab illo verſu, filij autem Obededom ſunt filij Obededom, ſ. deſcendentes ab eo: nam quidam ſunt filij, & alij nepotes.

Ipſi, & filij, & fratres eorum fortiſſimi ad miniſtrandum. Scilicet filii Obededom fratres eorum, ideſt cognati erant viri omnes fortiſſimi ad miniſtrandum in officio ianitorum.

Sexagintaduo de Obededom. Ideſt omnes iſti erant ſexagintaduo, qui erant de ſtirpe Obededom, ſcilicet filij, & nepotes. *Porro Meſelemiæ.* Hic ponitur alia progenies particularis Ianitorum: nam ſicut patet infra in litera ſolę fuerunt familię, de quibus deſcenderunt Ianitores, ſcilicet familia Merari, & Core. Diuiditur tamen familia Core in duos primos principes, ſcilicet Meſelemiam, & Obededom, poſuit autem ſupra ſcriptura filios Meſelemię ſeptem, qui fuerunt principes Ianitorum, deinde poſuit totam cognationem Obededom, quę continebat ſeptuagintaduos viros. Hic autem redit iterum ad cognationem Meſelemię, vt ponat ſummam virorum, qui fuerũt principes de cognatione ſua. *Filij, & fratres robuſtiſſimi decem & octo.* Omnes de cognatione Meſelemię, qui habuerunt aliquem principem inter ianitores fuerunt decem, & octo, & de iſtis fuerunt decẽ filij Meſelemiæ, quorum nomina ponũtur ſupra, vndecim autem de fratribus Meſelamię, & omnes iſti vocantur viri robuſtiſſimi, quia erant fortes ad miniſtrandum ſicut exigebat officium Ianitorum ad claudendum, & aperiendum portas, quæ magnę erant, & ad arcendũ impetum quorumcunque intrare volentium, ad quos non pertineret intrare. *De Hoſa autem, ideſt de filijs Merari Semri princeps.* Hic ponitur alia familia principalis de qua erant ianitores, ſcilicet de filijs Merari, & dicitur de Hoſa, ideſt ab illo viro, q̃ ſic nominatus eſt, & erat de filijs Merari deſcenderant omnes iſti, qui ſequuntur. Aliqui dubitabant in hoc, an Hoſa ſit nomen proprium viri, vel ſit nomen commune ſignificans ſtirpem, & eſt ſenſus de ſtirpe Merari Semri princeps: nam litera hebraica videtur hoc ſignificare. De hoc tamen dicetur infra in quadam quęſtione. *Non enim habuerat primogenitum, & iccirco poſuerat eum pater ſuus in principem.* Redditur cauſa quare Semri fuit princeps ianitorum de ſtirpe Merari, cum nõ pertineret ad eũ eſſe principem cum non erat primogenitus, & dicitur, quòd fuit princeps in defectum, quia non habebat pater ſuus primogenitum, ideo factus eſt ipſe princeps. Sed quomodo poterat eſſe, quòd non haberet pater ſuus primogenitum, quia non exiſtente alio filio ipſe eſſet primogenitus, declarabitur infra in quadam quæſtione. *Helcias ſecundus.* Ponuntur hic tres fratres Semri, qui erant minores eo, ideo dicitur Helcias ſecundus. *Tabelias tertius, Zacharias quartus.* Scilicet iſtum ordinem habebant in natiuitate reſpectu Semri fratris eorum, licet ille non eſſet primogenitus patris ſui Hoſa, vt dicitur in litera. *Omnes hi filij, & fratres Hoſa tredecim.* Scilicet iſti nominati cum alijs fratribus eorum erant tredecim, & omnes erant de cognatione Hoſa. Quatuor enim erant filij eius, & nouem erãt de fratribus eius. *Hi diuiſi ſunt in ianitores.* Iſtud refertur ad omnes ſupra poſitos, tam de filijs Meſelemię, quã Obededom, & filijs Merari: nam omnes diuiſi fuerunt in ianitores, ſcilicet fuerunt factæ partes ianitorum, & in quadam erant certi ianitores, & in alia totidem, vt ſic miniſtrarent per ſucceſſiones & vices, ſicut miniſtrabant ſortes ſacerdotum, & Leuitarum, vt patet præcedenti cap. & ſupra 24. *Vt ſemper principes cuſtodiarum ſicut, & fratres eorum miniſtrarent in domo Domini.* Vocatur princeps cuſtodiarum princeps ianitorum, quia ianitores ſunt cuſtodię, eo quòd cuſtodiebant introitum atrij, ne quis introiret ad loca, ad quæ non licebat ei accedere, & eſt ſenſus, quòd tam principes ianitorum, quam fratres eorum, ideſt cęteri ſibi ſubiecti, qui vocantur fratres eorum, eo quòd erant de cognatione eadem miniſtrarent ſemper in domo Domini in aperiendo portas, & claudendo, & obſeruando introitum: nam iſtud ſolum erat miniſterium ianitorum in domo Domini, & dicitur vt ſemper miniſtrarent, quod intelligitur dupliciter, vno modo quantum ad aliquos Leuitas indeterminatè, & ſic verum eſt, quòd ſemper aliqui Leuitę miniſtrabant, quia nullum erat tempus, in quo aliqui ianitores non miniſtrarent in domo Domini, licet non ſemper ijdem.

Alio modo poteſt intelligi de eiſdem ianitoribus, ſcilicet, quòd ijdem miniſtrabant ſemper, ideſt omnibus temporibus ſibi ſtatutis: nam ordinatæ erant vices, per quas miniſtrarent ianitores temporibus ſuis, & miniſtrando tunc dicebantur miniſtrare omni tẽpore, ſicut dicitur: Nũquam pſalterium cadat de manu tua, ſcilicet horis competentibus, vt exponitur in Decretis. de conſe. diſtin. 5. cap. Nunquam. & ſic ſi aliquis habeat pſalterium in manu horis omnibus cõpetentibus, dicitur nunquam cadere de manu eius. & ponitur hic iſtud ad tollendum quandam fraudẽ, vel inſolentiam, quam poterant facere principes ianitorum in miniſtrando inferioribus ſuis, & nunquam per ſe miniſtrarent, hic autem dicitur, quòd ſtatutũ eſt in diuiſione ſortium, quòd tam principes ianitorum, quam fratres eorum, ideſt ſubditi miniſtrarent ſemper, & ſic non poſſent principes ſe excuſare cõmittendo miniſtrationem alijs ſubditis, ſed ipſi tenebantur perſonaliter miniſtrare, & reſidere, & hoc, vt honorabilius exerceretur miniſterium Domini.

Miſſæ ſunt ergo ſortes ex æquo paruis, & magnis. Ideſt ſortes poſitæ fuerant inter omnes ianitores tã inter magnos quam paruos, & poteſt intelligi dupliciter, vno modo, quod diuiſio facta eſt equaliter antequam ponerentur ſortes, ſ. quòd a principio omnes ianitores, qui erant quatuor millia diuiſi fuerunt per partes æquales, ad hoc, quòd miniſtrarent in officio ſuo, & iſta diuiſio fiebat ex æquo, ſ. conſiderando æqualitatem numeri, & non attendebatur, an eſſet aliquis dignior alio, maior vel minor in ſtatu, ſed ſola numeri æqualitas, & facta iſta diuiſione per æqualia miſſę ſunt ſortes.

Secundo modo poteſt intelligi de ſortium poſitione, & non de diuiſione facienda, ſ. quòd poſtquã diuiſę ſunt partes, non fuerunt ordinatæ per electionem, ſ. quòd illa pars ianitorum, quæ erat dignior haberet portam excellentiorem, & haberet primam miniſtrationem, & ſic de omnibus alijs ſecundum ordinem dignitatis.

Dicitur tamen, quòd nõ fuit factum ſic, ſed quòd poſitæ fuerunt ſortes, & in hoc maiores, & minores fuerũt facti æquales, quia ſors omnia æquat, eo quòd ita poteſt prouenire miniſtratio prima excellentior per ſortem alicui paruo, ſicut magno. Et quia ſi nõ diceretur de ſortibus miſſis, crederetur quòd ſecundum dignitatem darentur iſtę miniſtrationes, ſ. quis haberet primam, & quis ſecundam, & ſic de alijs, ideo dicitur, quòd miſſæ fuerunt ſortes ad faciendam iſtam diſtributionem, & hoc tam inter magnos quam inter paruos.

Per familias ſuas. Ideſt per partes. Vocatur hic familia vna pars ianitorum ſegregata ad miniſtrandũ certo tempore: nam ſicut ſupradictum eſt, tota multitudo ianitorum diuiſa eſt per partes æquales, quarum non ponitur numerus, & qui erant in qualibet parte earum dicebatur eſſe de eadem familia, licet non eſſent, quia familia quædam multitudo eſt deſcendentium ab vno.

In vnaquaque portarum. Poteſt intelligi dupliciter, vno modo, quòd ſortes ianitorum miſſæ fuerunt in vnamquamque portarum, ideſt pro vnaquaque portã, ſcilicet erant quatuor portæ in domo Domini, & miſſæ fuerunt quibus ianitoribus eueniret vna porta, & quibus alia. Alio modo poteſt intelligi, quòd ſortes fuerunt miſſę in vnamquamque portarum, ideſt inter Leuitas, qui erãt in vna quaque porta miſſę fuerunt ſortes, & eſt ſenſus, quòd primo ſorte diuiſum eſt, quibus ianitoribus eueniret pars Orientalis, & quibus pars occidẽtalis, & ſic de alijs portis, & poſtea inter ianitores eiuſdem portæ etiam ponebantur ſortes, ſ. qui primo miniſtrarent, & qui poſterius: nã fuerunt diuiſę miniſtrationes in qualibet porta per vices, vt non ſemper miniſtrarent ijdem ianitores. De quo magis declarabitur infra in quadam quæſtione. Primus tamen ſenſus eſt, quem ſequitur hic litera.

Accidit ergo ſors Orientali Selemiæ. Quatuor erãt portæ in atrio templi, ſ. ad orientem, ad occidentem, ad Meridiem, & ad Aquilonem, per quatuor ventos cęli, vt dicitur hic, & ſupra 9. & poſitæ fuerunt hic ſortes per omnes portas, & orientalis cecidit Selemiæ: Erat enim porta orientalis dignior inter cęteras, eo quòd illa erat in directo introitus templi: nam habebat templum vnicam portam, ſ. ad orientem. In alijs autem lateribus erat clauſum. Atrium vero templi, quod erat in circuitu eius habebat quatuor portas, & porta orientalis atrij erat contra portam templi oriẽtalem, & propter hoc illa ſolennior erat. Erat etiam alia cauſa potior ad hoc, ſ. quia atrium ſacerdotum, & altare holocauſtorum, quod erat in illo, erant ad partem orientalem iuxta portam templi, & ſic intrabat directè per portam oriẽtalem atrij ad altare holocauſtorum, & atrium ſacerdotum, & quia ibi erat locus orationis propter duo prædicta, maior concurſus populi erat per portam orientalem quam per alias, vnde illa dignior erat, & pulchrior in opere. Euenit autem Selemiæ per ſortem, qui erat quidam princeps ianitorum de familia Coritarum, vt patet ſupra in litera.

Porro Zachariæ filius eius viro prudentiſſimo ſorte obtigit plaga Septentrionalis. Iſta erat ſecunda porta, ſ. ad Septẽtrionem, & data eſt per ſortem Zachariæ filio Selemiæ, & in hoc fuit ſpecialiter, quia in nullis alijs ianitoribus accidit, quòd pater, & filius haberẽt duas portas, licet cõtingeret, quòd pater, & filius eſſent ſimul principes ianitorum in eadem porta, ſicut eſt de omnibus ſupra nominatis, quia omnes illi erãt principes ianitorum, vt colligitur ex litera. Et dicitur viro prudẽtiſſimo, quia iſta fuit cauſa, quòd iſte poneretur tãquam caput vnius ſortis ad habendum vnam portã de quatuor portis templi. In Hebræo dicitur,

Zachariæ filio eius conſiliario in intellectu. Vbi nos dicimus viro prudẽtiſſimo, & idẽ eſt, quia vocatur conſiliarius in intellectu, ideſt conſiliarius habens magnũ intellectum. Et idem eſt, quia opus conſilij pertinet ad prudentiam, cum prudentia ſit habitus practicus, qui pertinet ad conſiliarium, quia conſiliarius non eſt ſapiens, nec ſciens, nec intelligens, ſed prudens, eo quòd ſapientia eſt habitus ſpeculatiuus de cõcluſionibus circa cauſas altiſſimas. Scientia eſt habitus cõcluſionum demonſtratarum circa res, quæ non ſunt altiſſimæ, vt circa naturalia, & Mathematica. Intellectus eſt habitus ſpeculatiuus principiorum, & ſic omnes tres ſunt habitus ſpeculatiui, prudentia autem eſt habitus practicus, quia eſt habitus cum recta ratione actiuus. De his omnibus patet 6. Ethic. Conſulere autem non eſt ſpeculari, ideo magis propriè dixit litera noſtra, ſ. viro prudentiſſimo, quam in Hebræo cũ dicitur, conſiliario in intellectu, ſiue, conſiliario intelligenti.

Obededom vero, & filijs eius ad Auſtrum. Scilicet porta auſtralis cecidit in ſortẽ Obededom, & filijs eius, & etiam fratribus ſuis, qui erãt ſimul ſexaginta duo, vt patet ſupra in litera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In qua parte domus erat seniorum consilium. Scilicet in parte australi domus Domini erat consilium seniorum, s.quia ad partem Meridianam atrij erat aliqua domus magna, in qua erat consilium seniorum, ideo diligenter obseruandum erat in parte illa, nequis intraret ad locum, in quo seniores consilium tenebant. Qui autem essent isti seniores, & quod erat istud consilium declarabitur infra in quadam quęstione.

Sephim,& Hosa ad occidentem. Isti erant duo principes ianitorum, quibus euenit sorte porta occidentalis, & erant isti de progenie Merari. Nam principes, qui tenebant alias tres portas erant de progenie Coritarum. Nam Meselemia, qui erat de Coritis tenebat portam orientalem, & filius eius Zacharias, q etiam erat Corita tenebat partem Septentrionalem Obededom vero qui erat etiam de Coritis, licet non de stirpe Meselemiæ, tenebat portam australem. Manebat autem vnica porta, s. occidentalis, ideo necesse erat, quòd teneretur illa a filijs Merari, eo quòd filij Merari erant ianitores, vt patet infra in litera, & si nō tenerent illi portam occidentalem, nullam portam tenerent, nec haberent officium ianitorum. Sed tunc est dubium, quomodo dicitur, quòd Sephim,& Hosa erant principes, qui tenebant portam occidentalē, & tamen isti nō erant principes de illis, qui supra nominati sunt esse de stirpe Merari, quia solū positi fuerunt ibi quatuor principes, de quibus non sunt isti duo.

Iuxta portam, quæ ducit ad viam ascensionis. Idest isti duo custodiebant iuxta portam occidentalem, per quam ibatur ad viam ascensionis, s.quòd ex parte occidentali, ex qua erat ista porta, erat ascensio ad templum, quia locus ille erat arduus. Et directè in Hebræo dicitur:

Iuxta portam, quæ ducit ad viam holocausti. Ista autem differentia prouenit ex equiuocatione nominis Hebraici, quod potest significare holocaustum, vel gradum, vel ascensionem, & tamen est aliqualis differētia, quia olla in Hebræo significat holocaustum, & alla significat ascensionē, & facile est in istis fieri transitum, vel transmutationem, Hebræi autem intelligunt, quòd accipitur hic pro holocausto, sed Hieronymus accepit pro ascensione, eo quòd non conuenit, quòd accipiatur pro holocausto, quia holocaustū fiebat in altari holocaustorum, & tamen agitur hic de porta occidentali, quæ erat oppositа, per quā non ascendebatur ad altare holocaustorum, ideo melius accipitur hic ascensio quam holocaustum, quia forte per portam occidentalem erat ascensus difficilior, propter asperitatem collis, & nō erat sic ex alijs partibus atrij, ideo porta occidentalis vocabatur porta contra viam ascensionis.

Custodia contra custodiam. Istud refertur ad omnia p̄cedentia, scilicet, quòd ordinatio istorum ianitorum erat custodia contra custodiam, ideſt ex opposito latere: nam custodia orientalis erat ex opposito contra custodiam Aquilonarem, ideo in omnibus istis erat custodia contra custodiam.

Ad orientem vero Leuitæ sex. Ideſt ad portam orientalem custodiebant semper sex Leuitæ, attendendo ne quis introiret in Sanctuarium, cui illicitum esset illuc introire, & in ista porta custodiebant plures Leuitæ quam in alia, eo quòd ista erat principalior, sicut supra declaratum est.

Et ad Aquilonem quatuor per diem. Pauciores erant ianitores in porta Aquilonari quā in orientali, & etiam in omnibus alijs ex causa supradicta, & dī quatuor p diem, quod potest dupliciter intelligi, vno modo, q̄ ista ordinatio ianitorum, s. quòd custodirēt sex in porta orientali, & quatuor in occidentali intelligitur per diem, non per noctem, eo quòd erat maius periculum, plures custodiebant ad quamlibet portam. Aliter potest intelligi, quòd dicitur hoc ad significandū, quòd officium ianitorum solum erat per diem, nam per noctem non custodiebant, eo q̄ per diem erant portę apertę, & oportebat esse custodem, per noctē autem erant clausę portę, & non erat necesse, quòd aliquis custodiret, sed quid istorum verum sit, infra dicetur. *Ad meridiem similiter in die quatuor.* Scilicet ad portam meridianam, quam custodiebat Obededom etiam erant quatuor, sed quomodo intelligatur, quot erant per diem, supra declaratum est. *Et vbi erat consilium bini, & bini.* Erat ad portam meridianam domus, in qua fiebat consilium intra ipsum atrium, & ad portam illius bini erant custodes, scilicet præter custodes, qui erant ad portam meridianam atrij: nam domus ista erat intra atrium ad portam meridianam, & obseruata porta meridiana videretur forte aliquibus, quòd nō erat necessaria custodia aliqua ad portam domus consilij seniorum, & tamen necessaria erat, quia intra atrium erant multi Israelitę tam laici, quā Leuitę, qui poterant intrare licitè in atrij, & non poterant licitè intrare in domum cōsilij, ideo oportebat poni custodes ad portam consilij pro illis, qui erant intra atrium, ne illuc introirent, & erant bini, & bini ad istam portam, scilicet per successionem, quia semper erant in custodiendo, & cessantibus illis duobus custodiebant alij duo, & sic semper erant bini, & bini. *In cellulis quoque ianitorum ad occidentem quatuor.* Ideſt in quibusdam cellulis, quę erant ad partem occidentis in latere occidentali templi vbi manebant ianitores erant semper quatuor custodes, quia in illis erant aliqui thesauri. *In via bini per cellulas.* Ideſt in latere meridiano, & in latere aquilonari, quæ erant duę viæ veniendi ab occidente in orientem vbi erat porta templi, & altare holocaustorum, & atrium sacerdotum, erant cellulę coniunctæ parietibus templi, & in qualibet istarum erant duo ianitores.

Pro hoc sciendum, quòd sicut declaratum est tertio Regum sexto, fabricato templo Salomonis edificatę fuerunt cellulę per circuitum templi in tribus lateribus, scilicet meridiano, occidentali, aquilonari, & istæ cellulę vocantur exedrę, vt patet supra nono, & infra vigesimooctauo. Et in istis morabantur omnes ministri Sanctuarij eo tempore, quo ministrabāt tam sacerdotes, quam Leuitę, etiam in illis custodiebantur vasa Sanctuarij, & vestes, ideo ponebantur ianitores in illis, vt conseruarent thesauros, & præter istos erant alij prępositi thesaurorum, qui habebant in sua administratione omnia vasa, & vestes templi. De distinctione autem ministerij istorum à ministerio ianitorum infra declarabitur in quadam quæstione. In Hebręo dicitur. *Vbi erant congregati.* Vbi nos dicimus, vbi erat consilium, & idem est. Etiam in Hebręo habetur. *Paruath* Vbi nos dicimus per cellulas ianitorum, & multi Hebręi putant illud esse nomen p̄prium, sed est nomen commune significans exedrā, quia nihil aliud in templo custodiebatur nisi portę atrij, & exedrę, in quibus erant thesauri. *Hæ sunt diuisiones ianitorum.* Refertur ad omnia præcedentia, quia omnes partes, & diuisiones ianitorum continentur in his, quæ supra posita sunt.

Filiorum Core, & Merari. Scilicet omnes ianitores erant de istis duabus familijs, scilicet Core, & Merari, vt patet ex his, quę supra dicta sunt: de alijs autem familijs nulli erant ianitores.

De necessitate officij ianitorum. *Quæst. II.*

QVAERITVR circa supradicta de officio ianitorum ad quid erat necessarium illud in templo.

Respondendum est, quòd ianitores erant necessarij in templo, sicut alij ministri. Pro quo sciēdum est, quòd istud ministerium semper pertinuit ad Leuitas, & Sacerdotes ante ædificationem templi Salomonis, & post ædificationem de tempore, quod prius fuit patet: nam Deus instituit in deserto, quando fabricatum est Tabernaculum, quòd populares non accederent ad Sanctuarium, sed Leuitæ excubarent in circuitu illius, & quòd si aliquis de popularibus accederet, irasceretur Deus super totum populum: Numeri primo. Et ob hoc ordinauit Leuitas secundum familias suas, vt excubarent in circuitu tabernaculi custodientes. Erant autem quatuor latera Tabernaculi quæ custodienda erant, & familię Leuitarum erant tres, scilicet, Caathitarum, Meraritarum, & Gersonita rum. familia Caathitarum diuisa est in duas, quia quędam pars eius Sacerdotalis, & alię partes eius erant Leuiticę. Pars ergo illa, quę erat Sacerdotalis, scilicet, Aaron, & filij sui, & etiam Moyses cum eis custodiebant partem Orientalem Sanctuarij, per quam erat introitus. Reliqua familia Caathitarum custodiebat ad partem Meridianam Tabernaculi, familia autem Meraritarum custodiebat ad partem Septentrionalem. Familia autem Gersonitarum custodiebat ad partem Occidentalem: Numeri 3. Istud erat quando procedebant Israelitæ per desertum. Postquam autem fuerunt in terra Chanaan, etiam custodiebant Sanctuarium, & tamen non custodiebant omnes Leuitę, & Sacerdotes, sicut prius, sed aliqui specialiter deputabantur in custodes: nunc autem templo Salomonis constructo, cum illud esset opus fortissimum, nō oportebat custodiri nisi introitum, ideo secundum numerum portarum ponebantur custodes: erant autem quatuor portæ atrij templi, & in illis oportebat assignari custodes, erant etiam paruę domus intra atrium, in quibus seruabantur thesauri, & illę vocantur exedrę, & illę etiam custodiendę erant, & pro omnibus his assignabantur custodes, vt apparet hic in litera: nam pro quatuor portis ponuntur custodes, & pro domo consilij, & etiam pro exedris, in quibus erant thesauri. Nam in qualibet ponebantur duo custodes, & quatuor in illa, in qua manebant ianitores, nunc tamen non fiebat, sicut a principio, quia prius erat custodia communis Sacerdotibus, & Leuitis, nunc autem soli Leuitæ custodiebant.

An solum Leuitæ seruabant portas atrij. *Quæst. III.*

QVAERITVR vlterius an ad solos Leuitas pertineret seruare portas atrij, vel ad aliquos alios, vtpote ad laicos, vel fœminas.

Respondendum, quòd ad solos Leuitas pertinebat: nam hic ponuntur officia ianitorum, & distribuuntur custodes per omnes portas, & tamen non ponuntur in eis nisi Leuitę: ideo videtur, quòd istud ministerium non pertinebat nisi ad Leuitas. Alii quis obijciet, quòd pertinebat etiam ad fœminas: nā fœminę excubabant ad ostium Tabernaculi, sicut colligitur Exo. trigesimooctauo. Cum dicitur.

Fecit labrum æneum cum base sua de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio Tabernaculi. Sic etiam colligitur primo Regum secundo cum dicitur de filijs Heli, quòd dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium Tabernaculi.

Dicendum, quòd ad mulieres, & ad viros laicos non pertinebat custodire Sanctuarium, quia custodire erat ministerium, & nulla ministratio competebat alicui laico in Sanctuario, Numeri primo: & si aliquis conaretur se immiscere istis ministrationibus, occidendus erat, vt patet ibidem, & Numeri tertio, & decimooctauo.

Dicendum tamen, quòd licebat laicis, & mulieribus manere intra atrium Tabernaculi per noctem, & diem, & quandocunque vellent orare, & sic ex deuotione multi viri, & fęminę manebant semper in Sanctuario. Sic patet de Anna filia Phanuelis de tribu Aser, q̄ manebat in templo ī oratione diebus, & noctibus inde non recedens, vt patet Luc. 2. Sic etiam intelligitur Exodi trigesimooctauo. s. quòd mulieres quædam excubabant ad ostium Tabernaculi, & illę dederunt specula ad faciendum labrum ęneum: Solę enim mulieres, quę erant nimis deuotæ manebant in atrio Tabernaculi orantes die, & nocte, & illę ex deuotione multa dabant Sanctuario, vnde illæ dederūt specula sua ęnea, vt ex eis fabricaretur labrum, in quo lauarentur Sacerdotes. Sic etiam tempore Heli summi Sacerdotis, scilicet, quòd quędam mulieres ex deuotione dormiebant per noctem in templo ad ostium Tabernaculi, & Sacerdotes filij Heli solicitabant eas, & fornicabantur cum illis. Ista consuetudo seruata est toto tempore quo durauit status Iudęorum: de principio patet Exo. trigesimooctauo, quia illud fuit tempore Moysi, quando cępit fabricari Tabernaculum. De fine status Iudaici patet, quia tempore Christi cessauit, scilicet, paulo post mortem eius, & tamen tunc aliquę mulieres adhuc manebant in Sanctuario, sicut dictum est de Anna Lucę 2. De tempore autem medio patet. s. de tempore, quo fuit Heli: nam tunc mulieres excubabant ad ostium Tabernaculi, vt patet primo Reg. 2. Illę tamen mulieres non obseruabant templum, nec erat eis tradita aliqua cura, sed poterant manere in Sanctuario, Leuitę autem erant, quibus traditum erat custodire portas, & excludere indignos, & recipere quos iudicarent recipiendos. Ista autem erat q̄ędam potestas, quę non committeba tur alicui, nisi Leuitis, & sic mulieres, & laici nihil custodiebant.

An ianitores atrij custodiebant portam templi. *Quæst. IIII.*

QVAERITVR vlterius circa ianitores, an isti custodirent portam templi, sicut custodiebant portas atrij. Aliquis dicet, quòd isti Leuitæ ianitores custodiebant portas atrij, & Tabernaculi: nam officium custodiendi non legitur alicui commissum nisi istis Leuitis ianitoribus, quorum progenies pronuntur hic. Sed custodire portas templi erat de officio Leuitarum: ideo oportebat, quòd pertineret ad Leuitas cum non legatur alijs commissum. Item patet, quia supra nono dicitur. Porro Zacharias filius Meselamię ianitor portę Tabernaculi Domini. Et tamen ille Zacharias videtur esse Leuita, ideo dicendum, quòd custodia illius portæ pertinebat etiam ad Leuitas.

Respondendum est, quòd custodia portæ templi non pertinebat ad Leuitas ianitores, sed ad Sacerdotes, & patet hoc primo ex similitudine, quia sic fuit a principio, quando institutum est officium custodiendi Sanctuarium, s. Leuitæ custodiebāt per omnia tria latera Tabernaculi, in quibus nō erat introitus. Sacerdotes autem custodiebant in loco illo, in quo erat porta. s. in latere Orientali Nu. 3. Ita ergo videtur nunc: nā templum Salomonis non habebat aliquam portam nisi in latere Orientali, licet atriū haberet portas quatuor per circuitū. ideo videtur, quòd illa porta nō custodiretur

Alph. Tost. in lib. I. Paralip.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stodiretur nisi a Sacerdotibus, licet aliæ custodirentur a Leuitis. Secundò patet, quia hic ponitur determinatè officium ianitorum, & distinguuntur per vices suas, & assignantur eis officia, & tamen non assignatur nisi, quòd custodiant quatuor portas atrij per circuitum, & etiam exedras, quæ erant intra atriũ, vt patet supra in litera. Si tamen deberent custodire portam, etiam illa committeretur eis, ideo non custodiebant illam. Cum autem obijcitur, q̃ custodire erat officium ianitorum, & non legitur datum aliquibus alijs, ideo credendum est, quòd committeretur Leuitis: dicendum, quòd sub vniuersalitate custodiendi portas intelligebatur commissa porta templi, eo quòd illa erat specialior, & magis sacra quàm portæ exteriores atrij, eo quòd ad templum non introibat quisquam nisi Sacerdos. In atrium autem templi poterat quilibet introire. Ad hoc tamen, quòd Leuitæ aperirent portam templi, oportebat, quòd aliquo modo introirent in templum quod nequaquã licebat, ideo solis Sacerdotibus committi hoc debebat, & cum dicitur, quòd non legitur hoc commissum alijs nisi Leuitis.

Dicendum, quòd licet non legatur hic expressè, intelligendum est per simile, cùm tempore Moysi Sacerdotibus committeretur custodire portam Tabernaculi, & non Leuitis Num. 3. Ad secundum cũ dicitur supra, quòd Zacharias filius Meselamię erat ianitor portę Tabernaculi. Aliqui putant, quòd iste est Zacharias filius Meselemiæ, de quo supra in litera, & ille erat ianitor de Leuitis filijs Core. Sed dicendum, quòd non stat: primò, quia iste Zacharias, de quo hic dicitur, custodiebat portam Septentrionalẽ atrij, vt patet hic: ille autem custodiebat portam Tabernaculi. Item iste Zacharias fuit tempore Dauid, quando institutus fuit iste ordo ministrorum, & tamen ea, quę habentur supra nono, fuerunt post captiuitatem Babylonis, vt ibi declaratum est, & sic nõ erat idem Zacharias: ideo potest dici, quòd ille Zacharias non erat de Leuitis, sed de Sacerdotibus, cum ibi non appareat, quod esset de Leuitis. Si autem aliquis dicat, quòd esset Leuita, dicetur, quòd non accipitur propriè porta Tabernaculi pro porta vnica, quæ erat in templo Salomonis propriè dicto, sed accipitur pro porta Orientali atrij, quę erat porta Tabernaculi large tumpti, eo quòd illa erat præcipua inter omnes quatuor portas atrij, vt supra declaratum est.

De qua stirpe Leuitarum erant ianitores.
Quæst. V.

QVAERITVR vlterius de ianitoribus, de qua stirpe Leuitarum erant.

Respondendum, quòd non erant de aliqua vna stirpe, sed de duabus: nam inter Leuitas erant tres familię. s. Caathitarum, Gersonitarũ, Meraritarũ, Numeri tertio. Erant autem quidam ianitores de familia Merari. Alij autem de filijs Core, & tamen dubium est de istis propter Core, & Asaph, de quibus dicitur, quòd descendebant a Leui, an essent de familia Caathitarum, vel Gersonitarum: nam si accipiatur Core pro illo, qui fuit in seditione contra Moysen, & Aarõ, erãt ianitores de familia Caath, quia Core erat filius Issaar filij Caath Numeri 16. Si autem accipiatur Asaph pro illo, de quo habetur præcedenti capit. erunt isti ianitores de stirpe Gersonitarum, quia Asaph erat de familia Gerson, vt patet supra texto. Sed de hoc infra dicetur in quadam quæstione. Illi autem, qui erant de familia Merari descẽderunt a quodam viro nomine Hosa, qui habuit filios quatuor, & fratres nouem, & fuerunt simul tredecim principes ianitorum de ista familia Merari: multi autem alij fuerunt de eadem, qui non nominantur. Filij autem Core habuerunt duo capita, scilicet, Meselemiam, & Obededom: habuit Meselemias filios septem, quorum nomina ponuntur in litera: habuit etiam fratres vndecim, qui simul fuerũt ianitorum principes, & sic dicitur, quòd fuerunt decem, & octo de filijs, & fratribus Meselemię. Obededom autem habuit filios octo de filijs, & fratribus Meselemiæ, & filius eius primus habuit alios, & omnes filij, & fratres Obededom fuerunt sexaginta duo, qui fuerunt principes inter ianitores, An verò de alijs familijs Leuitarum fuerint alij ianitores subiecti principibus Coritarum, & Meraritarum non apparet, sed satis potest dici, quòd de istis solis familijs, de quibus fuerunt principes ianitorum fuerunt etiã cęteri ianitores.

De paucitate ianitorum, quæ hic ponitur. Quæst. VI.

QVAERITVR vlterius circa ianitores, quomodo ponitur hic summa eorum tam parua, cũ sint quatuor millia ianitores, vt patet sup. 23. hic tamen non ponuntur vltra centum: nam dicitur, quòd omnes filij, & fratres Obededom fuerunt sexaginta duo, filij, & fratres Meselamiæ fuerunt decem, & octo: filij, & fratres Hosa de stirpe Merari fuerunt tredecim, vt patet in litera de omnibus, & isti sunt nonaginta, & tres solum.

Respondendum est, quòd ianitores fuerunt quatuor millia, vt patet supra vigesimotertio, hic autem non ponuntur nisi principes, & adhuc positę fuerũt duę familię. s. Meraritarum, & Coritarum, de quibus fuerunt omnes isti principes, & assignantur in eis principes nonaginta, & tres, sub istis autem erant omnes alij ianitores, quorum nomina non ponuntur, eo q̃ Scriptura non curat exprimere nomina nisi virorum principalium, sic enim fuit præcedenti cap. de cantoribus: nam quatuor millia cantorum erant supra vigesimotertio, & tamen ponuntur præcedenti cap. solũ ducenti octoginta octo. s. in qualibet de vigintiquatuor sortibus ponuntur duodecim, eo quòd isti erãt doctores aliorum, vt patet ibidem. De modo autem, quo isti subordinati fuerunt alijs, & qualiter dividebantur ministrationes eorum infra declarabitur.

Qnomodo fuerunt factæ sortes ianitorum.
Quæst. VII.

QVAERITVR vlterius circa sortes ianitorum qualiter factę fuerunt.

Respondendum, quòd primò quatuor millia ianitorum diuisi sunt in quinque partes, scilicet, vna, vt custodiret portam Orientalem, alia Occidentalem, alia Aquilonarem, alia Meridionalem, alia custodiebat exedras. Istæ partes non erant æquales: nam plures Leuitæ custodiebant portam Orientalem quàm aliam quamlibet, quia in illa erant sex, & in qualibet aliarum quatuor, vt patet in litera: In custodia exedrarum erant plures quàm in qualibet portarum, eo quòd in qualibet exedra erant duo ianitores, & in cellula ianitorum erant quatuor, vt patet in litera, & sic oportuit partes Leuitarum esse diuisas, sed facta est diuisio iam per principes, & constituti fuerunt quatuor principes, scilicet, Meselemia, & Zacharias, & Obededom, & Hosa, qui erant de stirpe Merari, & per istas tamquam per quatuor capita posita fuit sors per quatuor partes atrij, & Meselemiæ exijt sors portæ Orientalis, Zachariæ alij filio eius exijt porta Septentrionalis: Obededom verò porta Meridiana, Hosa autem, & Sephim porta Occidentalis. Postquam autem prouenerunt istis portæ prædictæ, quia porta Orientalis requirebat plures custodes, positi fuerunt plures in familia, vel parte Meselemię, principes autem aliarum trium portarum habebant æqualem laborem, ideo assignatę fuerunt eis partes æquales ministrorum: De ianitoribus autem exedrarum non legitur, quòd positæ fuerint sortes pro illis, quia fortè exedrę licet requirerent plures custodes, quia multæ erant, tamen erat accessoria custodia earum ianitoribus quatuor portarum, & tunc solum essent quatuor partes Leuitarum, sicut supra ponuntur quatuor principes. Vel fortè fuerunt quinque partes, sicut supra dicebatur, & pars quinta, quę fuit ad custodiam exedrarum, erat maior, & non posuit sortes cum alijs quatuor partib', quibus prouenerũt quatuor portę. Post hæc aũt illi ianitores, quibus q̃libet porta custodienda prouenerat, diuisi sunt in partes æquales ad hoc, quòd ministrarent per diuersa tempora, & quia labor idem erat, fuerunt omnes partes æquales, & inter istas partes secundæ diuisionis fuerunt positę sortes, ad sciendum, quæ pars debebat præcedere aliam in ministrando, sicut factum est de sortibus positis per vigintiquatuor partes Sacerdotum, & per vigintiquatuor partes cantorum præcedenti capit. & supra vigesimoquarto. Et de ista secunda diuisione non fuit hic clarè mentio facta in litera, & tamen oportet illam subintelligi.

De diuersitate sortium inter ianitores, cantores, & Sacerdotes. Quæst. VIII.

QVAERITVR vlterius quare non fuit facta talis diuisio, & modus sortium inter Leuitas ianitores, sicut inter Leuitas cantores, & inter Sacerdotes.

Respondendum, quòd diuisio facta inter ianitores differebat a diuisione facta inter Sacerdotes, & cantores in multis. Primò, quia diuisio facta inter Sacerdotes, & cantores fit per æqualitatem: diuisio autem inter ianitores fuit per partes inæquales, quia plures custodiebant vnam portam quàm aliam, vt probatum est præcedenti quæstione. Secundum fuit, quia inter cantores, & Sacerdotes factæ fuerũt vigintiquatuor sortes præcedenti cap. & supra vigesimoquarto. Inter ianitores autem non fuerunt tot partes præcisè, quia quatuor solum expressè leguntur, & multæ aliæ fuerunt. Tertium est, quia inter cantores, & Sacerdotes fuit vnica diuisio facta, quia in prima sui diuisione fuerunt diuisi in vigintiquatuor sortes, vt patet præcedenti cap. & supra vigesimoquarto, ianitores autem diuisi fuerunt bis, quia primo diuisi sunt in quatuor partes, vel quinque, & positæ fuerũt sortes pro custodia quatuor portarum atrij. Deinde ianitores cuiuslibet portæ diuisi fuerunt inter sex sortes ad hoc, quòd ministrarent in eadem porta custodiendo per diuersa tempora, vt declaratum est supra. Ratio autem primę differentiæ est, quia Sacerdotes, & cantores diuisi fuerunt per partes æquales, eo quòd ministraturi erant in eodem officio penitus, sed solũ differebant, qa quidam ministrabant ante alios: non ergo debuit esse maior numerus in vna sorte, quàm in alia, cum labor æqualis debeat esse omnibus. Patet hoc, quia Sacerdotes habebant officia determinata, quæ declarata sunt supra vigesimotertio, in quadam quæstione, & omnia illa habebant Sacerdotes quicunque ministrarent temporibus suis, & tamen ista erant æqualia cum tempore, ideo partes Sacerdotum ministrantium diuersis temporibus debuerunt esse æquales. Idem est in cãtoribus: nam officium cantorum erat temporibus determinatis cantare coram Domino, dum fierent sacrificia, & ista tempora canendi, & etiam cantica determinata erant: ideo nihil magis laborabant quidam cantores, quàm alij, vnde debuerunt habere partes æquales in ministrando, secus autem fuit de ianitoribus, quia non ministrabant ianitores in eodẽ officio succedendo sibi, sed quidam ianitores tenebant portam Orientalem, & ad eos nunquam pertinebat tenere portam Occidentalem, & sic de alijs. Etiam quidam ianitores custodiebant exedras, qui nunquam custodiebant aliquam de portis atrij, & quia erat labor inæqualis, cum custodia cuiusdam portæ esset difficilior quàm custodia alterius, erant plures Leuitæ in vna porta quàm in alia, & sic fuit de porta Orientali: nam illa erat principalior, & ob hoc sex Leuitæ erant custodiendo semper illam, quę libet autem aliarum custodiebatur a quatuor Leuitis, vt patet in litera. Sic etiam erat de exedra, quia custodia exedrarum erat minoris laboris, quàm portarum atrij: ideo duę Leuitę solum custodiebant quamlibet exedram: fuit tamen quędam æqualitas in ipsis secundis diuisionibus, scilicet, quia in qualibet porta Leuitæ, quibus illa euenerat custodienda, diuidebantur ad hoc, quòd per diuersa tempora custodirent, & illi diuidebantur per partes æquales, quia idem labor erat omnium, & sic etiam factum est in custodia exedrarum. Ratio secundæ differentiæ erat, quia Sacerdotes, & cantores habebant vnicam ministrationem, & poterant in illa diuidi per quotcunque partes vellent: hic autem in ianitoribus nõ erat idem ministerium, cum essent diuersæ portę custodiendę: ideo prima diuisio sua fuit per numerum portarum, & sic fuerunt factæ quatuor diuisiones. Tertia differentia erat, quòd inter Sacerdotes, & cantores erat vnica diuisio: inter ianitores fuerunt duæ. Ratio huius fuit, quia ianitores, & cantores vnicum habebant officium, & id, in quo ministrabant præcedentes, erat, in quo ministrabant subsequentes, nec erat aliqua differentia nisi in tempore, & tamen inter ianitores non erat idẽtitas ministerij, quia quidam ministrabant in vna porta, & alij ministrabant in alia: ideo oportuit, quòd primo diuiderentur ianitores per numerum ministeriorum suorum: deinde illi, quibus proueniebat idem ministerium, diuiderentur inter se ad ministrandum secundum successionem temporum in eodem. Prima diuisio fuit inquantum positæ fuerunt quatuor sortes pro quatuor portis, & Leuitæ, quibus ceciderãt istę portæ custodierunt semper illas, nec mutauerũt aliquod ministerium succedendi sibi, & in hoc erãt dissimiles cantoribus, & Sacerdotibus. Alia diuisio fuit, scilicet, quòd illi, quibus prouenerat vna porta, vel vna ministratio inter se posuerũt sortes postea pro diuerso tempore ministrationis, scilicet, vt quędam pars ipsorum ministraret prius, & alia ministraret posterius, & istę partes fuerunt inter se æquales, sicut partes Sacerdotum, & cantorum.

De Core, & Asaph quis fuerint.
Quæst. IX.

QVAERITVR vlterius cum dicitur hic, quòd ianitores quidam fuerunt filij Core, & quidam de filijs Asaph, quis fuit iste Core, & quis fuit Asaph. Aliqui putant, quòd iste Core sit ille, qui submersus est propter seditionem, quam fecit cõtra Moysen, & Aaron in deserto. Num. 16. & 26. Et putant, quòd iste

Universidad de Deusto
Biblioteca

Asaph sit ille, de quo habetur præcedē. cap. sed istud non stat, quia Core fuit valde antiquior q̄ Asaph, eo q̄ Core fuit in exitu de Aegypto, & mortuus est in deserto Num. 16. & 26. Asaph autem, de quo præcedenti cap. fuit quidam Leuita princeps cantorum tē pore Dauid: nam ipse Asaph fuit in portatione Arcæ de domo Obededom in domum Dauid supra 15. Ipse etiam constitutus fuit a Dauid in principē cantorū manentium coram Arca in Ierusalem supra 16. Ideo non potuit ille Asaph esse pater istius Core. Secūdò patet, quia Core, & Asaph erant de diuersis stirpibus: nam Asaph erat de familia Gersonitarum, vt patet supra 6. Core autem erat de familia Caathitarum: nam Core erat filius Isaar, & Isaar erat filius Caath Num. 16. Ideo non potest stare, q̄ ille Core sit filius istius Asaph. Alij dicunt, quòd iste Core, de quo hic dicitur non sit Core, de quo habetur Num. 16 qui etiam fuit in seditione contra Moysem, sed q̄ fuit quidam vir tempore Dauid, & erat filius Asaph, & iste Asaph fuerit ille, de quo habetur præced. cap. & hoc videtur satis stare. quòd ille Asaph fuit tempore Dauid, & sic etiam filij eius, qui essent tempore istius diuisionis conuenienter effici poterant ianitores. Sed dicendū est, quòd hoc non stat primo, quia Asaph, & filij sui facti fuerunt cantores, vt patet præced. cap. sed officium cantorum, & ianitorum erant distincta: Ideo non poterant esse filij Asaph ianitores. Secundò patet, quia præcedenti cap. numerati fuerunt omnes filij Asaph, & dr̄, quòd omnes isti, & filij, & fratres eorū erudiebant canticum Domini, & ibi distinguuntur p̄ eos sortes cantorum: ideo non potuerunt aliqui de filijs illius Asaph esse ianitores, & sic iste Core non erat filius illius Asaph, de quo dr̄ precedenti capitu. Sed dicendum videtur, quòd iste Core fuit ille, qui seditionem fecit contra Moysem, & Aaron in deserto, filij tamen eius non consenserūt malitiæ paternę, ideo quamquàm pater submersus est, filij non fuerūt submersi, sed potius supernaturaliter liberati sunt, vt patet Num. vigesimosexto. s. Grande miraculum in Israel factum est, vt Core pereunte filij eius non perirent. Et propter bonam affectionem, quam tunc habuerunt, non solum liberati fuerunt tunc, sed etiam postea honorati fuerunt inter Leuitas accipientes officia multa: nam aliqui istorum præerant libamentis, s. illis, quę frigebantur in sartagine, vt patet supra nono. Etiam facti sunt ianitores de illis, sic patet hic. Sed tunc manet dubium, quomodo ille Core esset filius Asaph, quia erat filius Isaar, vt patet Numeri decimosexto. Aliquis dicet, quòd Isaar erat binomius, & aliquando vocabatur Isaar, & aliquando Asaph. Ista responsio est aliqualiter colorata, & tñ nō est vera prorsus: nam Asaph non erat pater Core, nec litera significat illud hic, quia dicitur Meselemia filius Core de filijs Asaph, & non dixit filij Asaph: nam si dixisset Meselemia filius Core filij Asaph, necesse erat intelligi, quòd iste Core esset filius Asaph, & tamen dicitur filius Core de filijs Asaph, quia referri potest ad Meselemiam, scilicet, quòd erat filius Core, nō quidem immediatus, sed filius, idest, de genere eius, sicut quilibet Hebræus vocatur filius Abrahæ, vel Iacob, scilicet, quia de progenie illius descendit. Et dicendum est, quòd iste Core erat filius Isaar de stirpe Caathitarum, & ipse fuit pater istorum ianitorum. Postea autem de filijs eius tempore Dauid erat quidam, qui vocabatur Asaph, & non erat ille Asaph, qui erat princeps cantorum, de quo præceden. cap. Et iste habuit filiū noīe Meselemia, & ab isto descēderunt ianitores, de quibus hic dicitur: vnde Asaph, de quo hic dicitur, non erat pater Core, sed potius erat de progenie eius, & iste Asaph fuit ianitor tempore Dauid, quando Arca erat in Ierusalem: nam ipse & Obededom, de quo hic dicitur, custodiebant eā, vt patet supra decimosexto: fortè autem tempore istius diuisionis mortuus erat ille Asaph, ideo non fuit positus tamquam caput ianitorum, sed filius eius Meselemia.

Cur nominantur hic isti, & non omnes ianitores. Quæst. X.

QVAERITVR vlterius de istis ianitoribus, qui nominantur hic, quare Scriptura nominauit eos. Nam si intendebat nominare omnes ianitores, plures nominare debuisset, cum illi essent quatuor millia, vt patet supra vigesimotertio. Si autem non intendebat nominare omnes frustra erat nominare tot, quot hic nominauit.

Respondendum est, quòd Scriptura non intendebat nominare omnes ianitores personaliter, sed volebat nominare principes eorum, quia frustra erat nominare omnes, & ad hoc distinxit duas progenies ianitorum, scilicet, vnam de Meraritis, & aliam de Coritis. Progenies Coritarum diuisa est in duas partes, quia Meselemia fuit princeps vnius partis, & Obededom fuit princeps alterius, familia autem Merari non diuisa est, sed fuit vnus principes potissimus in illa, scilicet, Sechri, de quibus patet in litera. Sed obijcietur, quòd non fuerunt nominati isti, eo quòd erant principes, quia non solum fuerunt isti principes, sed etiam multi alij: nam de stirpe Meselemiæ fuerunt decem, & octo, & de stirpe Obededom fuerunt sexagintaduo, vt patet in litera, & non ponūtur nomina omnium istorum, sed paucorum, & tamen isti principes erant, vt declaratum fuit supra in quadam quæstione.

Dicendum, quòd omnes isti quatuor, quorum nomina exprimuntur, & etiam illi quorum non exprimuntur nomina, sed ponitur summa eorum, fuerunt principes, & tamē differentia erat inter principes, quia quidam erant principes maiores alij minores, illi qui maiores erant, exprimuntur nominatim in litera propter excellentiam suam. Alij autem, qui erant minores principes non exprimuntur nominatim, sed ponitur summa eorum, scilicet, quot fuerunt tot, vel tot de qualibet stirpe. Omnes tamen principes sunt, quia si diceremus non fuisse omnes principes, non posset dari aliqua causa quare posita fuisset summa istorum, vel nomina eorum: cum non ponantur nomina omnium, nec etiam summa, quia tota summa, quæ colligitur hic etiam non expressis nominibus, prouenit solū ad nonaginta tres, vt declaratum est supra in quadam quæstione.

De expressione nominum filiorum Semeiæ filij Obededom, & non aliorum filiorum. Quæst. XI.

QVAERITVR vlterius quare cum ponatur hic Obededom, & filij eius octo nominatim, exprimuntur etiam nomina filiorum Semeiæ primogeniti sui, & nō exprimuntur noīa aliorum, vt patet in litera. Aliqui dicunt, q̄ hoc factū est, quia Semeias primogenitus Obededom habuit filios, & alij fratres sui nō habuerunt filios, ideo nō ponuntur nomina filiorum aliquorum nisi istorum, qui erant filij Semeię. Sed obijcietur, quia filij Obededō, & descendentes ab eo fuerunt sexagintaduo in ista diuisione, vt patet in litera. Si tamen solus Semeias primogenitus Obededom habuisset filios, non potuissent filij Obededō peruenire ad sexagintaduos, quia solum ponuntur hic octo filij Obededō nominatim, & ponuntur filij Semeiæ sex. Si ergo alij filij Obededom non habuissent filios, non peruenirent ad sexagintaduos, sed ad quatuordecim, oportet ergo, q̄ alij habuerint filios. Sed respondebitur, quòd alij non habuerunt filios, & tamen peruenerunt ad septuagintaduos nō soli filij Obededom, sed filij, & fratres eius, vt colligitur in litera, quia dicitur ipsi, & filij, & fratres eorum fortissimi ad ministrandum sexagintaduo de Obededom.

Dicendum tamen, q̄ hoc non stat, quia isti sexagintaduo erant filij Obededon, & nullus erat, qui ab eo non descenderet de omnibus istis, quod patet, quia litera dicit: Omnes hi de filijs Obededom fortissimi ad ministrandū, sexagintaduo. Et cum dr̄, quod intelligit̄ de filijs, & fratribus: dicendum, quòd non refertur ad fratres Obededom, sed ad fratres filiorum suorum hic nominatorum, qui omnes sunt filij Obededom, & litera exponitur hic, scilicet, omnes hi de filijs Obededom, scilicet, omnes isti sexagintaduo, & sequitur: Ipsi & filij, & fratres eorum sexagintaduo de Obededom, idest, isti nominati, & alij fratres eorum filij Obededō non nominati, & filij omnium istorum erant sexagintaduo simul, & erant omnes de Obededom, idest, de stirpe Obededom. Item patet, q̄ non omissi fuerint nominari alij filij fratrum Semeiæ tamquam illi nullos filios habuerint: nam cum Meselemia habuit septem filios, nullius illorum nominantur filij, & tamen certum est, q̄ illi habebant filios aliquos, quia aliàs nō posset peruenire familia Meselemiæ ad decē, & octo, sicut peruenit infra in litera.

Dicendum ergo, quòd nominantur filij Semeiæ primogeniti Obededom, & non filij fratrum suorum, eo quòd isti erant digniores: fratres tamen sui habuerunt filios aliquos: Fuit tamen differentia, quia filij fratrum Semeiæ principes fuerunt, cum fuerit de illis sexagintaduobus de stirpe Obededom, qui in litera ponuntur, & omnes illi fuerunt principes, & tamen inter principes erant quidam excellentiores alijs, vtpote, quia quidam habebant aliquos principes minores sibi subordinatos, illi autem, qui erant maximi principes nominantur, & isti erant octo filij Obededom, & Semeiæ primogeniti: fuerunt etiam quatuor filij septem filij Meselemię: fuerunt etiam quatuor filij filiorum Obededom, & ipsius Semeiæ, qui in litera non nominantur, fuerunt principes minores, ideo de istis solum fit expressa mentio.

De filijs Semeiæ, quare per se ponuntur quatuor, & postea duo. Quæst. XII.

QVAERITVR vlterius quare cum ponātur filij Semeiæ ponuntur quatuor per se, deinde ponuntur duo, scilicet, Heli, & Samathias. Aliquis dicet, quòd illi primi quatuor fuerunt filij Semeiæ: Eliu autem, & Samathias non fuerunt filij eius, & ideo non ponuntur simul cum alijs quatuor. Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia si non essent filij Semeię: non apparet cuius essent filij, eo q̄ non ponitur ibi aliquis alius, cuius possent esse filij. Secundo patet, & efficacius, quia postquam positi fuerunt quatuor filij Semeiæ dicitur, & fratres eius viri fortissimi, Eliu quoque, & Samathias, & sic est ibi copulatio, & copulatur ad præcedens, scilicet, quòd Eliu, & Samathias etiam erant filij Semeiæ, sicut quatuor prius positi.

Dicendum ergo, quòd isti duo erant filij Semeiæ, & tamen non nominantur simul cum alijs fratribus suis, eo quòd alij erant principes maximi, & isti non: sic habetur supra vigesimoquarto, scilicet, filij Merari Moholi, & Musi, & sequitur filius Ioziau Benon. Deinde dicitur filius quoque Merari Oziau, & Soan, & Zachur, & Ebri, & sic omnes illi sex sunt filij Merari, & tamen primi duo ponuntur per se, & facta interpositione quadam dicitur de alijs quatuor, q̄ erāt filij Merari, & causa huius fuit, vt ibi declaratum est, quia duo primi nominauerunt familias, scilicet, Moholitarum, & Musitarum, & alij quatuor nullam familiam nominauerunt. ita fuit hic, quia quatuor primi filij Semeię, qui nominantur fuerūt maximi principes, & alij non, quia tamen cum filij Semeię nominarentur, putaret aliquis, quòd omnes filij illius eēnt de maximis principibus, ideo positi fuerunt quatuor p̄ se, & duo p̄ se, vt sic appareret, q̄ inter eos erat dr̄ia, cum simul non ponerentur. Sed obijcietur, quòd nō possit stare, quia omnes isti, qui nominantur hic, & etiam filij, & fratres eorum, quorum nomina non ponuntur, sed solum summa, erant principes, vt declaratum est supra in quadam quæstione, ideo isti duo filij Semeię, scilicet, Samathias, & Eliu erant principes, & haberentur vt principes, dato q̄ nomina eorum non ponerentur hic.

Respondendum est, q̄ verum est, q̄ omnes isti filij Semeię erant principes, siue quatuor primi, siue duo vltimi, & tamen erant inæquales, quia sicut dictum est præcedenti quęstione, quidam erant principes maximi, qui habebant sibi subordinatos alios principes minores. Alij erant principes minores, qui nullos sibi subordinatos habebant, Semeias autem habuit quatuor filios, quorum nomina ponūtur hic primo, qui fuerunt de maximis principibus, putaret ergo aliquis, quòd omnes filij Semeiæ essent de magnis principibus, ideo positi fuerunt quatuor primi per se, quia illi erant de magnis principibus, & duo secundi ponuntur per se, quia de principibus minoribus erant.

Quare non omnes filij Semeiæ fuerunt magni principes, sed solum quatuor. Quæst. XIII.

QVAERITVR vlterius cum esset differentia inter principes ianitorum, quia quidam erant de magnis principibus, & alij de minoribus, & subordinatis sibi, quare potius quatuor filij Semeiæ fuerunt facti principes magni quàm alij fratres sui, & quàm filij aliorum fratrum suorum.

Respondendum, q̄ hoc fuit p̄ excellentiam ipsorum. s. quia erant viri magis apti ad ministrandum q̄ ceteri, & hoc significatur in litera: nam cùm dicitur: Semeię filio Obededom nati sunt filij prefecti familiarum suarum. Et subditur causa. s. Erant enim fortissimi. Et p̄ istam excellentiam dari debuit eis maior principatus q̄ alijs. Sed obijcietur, quia non solum illi fuerunt viri fortissimi, sed omnes sexagintaduo de familia Obededom: nam dr̄ in litera. Omnes hi de filijs Obededō ipsi, & filij, & fratres eorum viri fortissimi ad ministrādum. Et tñ non erant oēs isti sexagintaduo principes maximi, quia non nominantur oēs in litera, sed soli quatuordecim. s. octo filij Obededō, & sex filij Semeię primogeniti Obededom, & adhuc non erant oēs illi de maximis principibus, quia duo vltimi filij Semeię non erant principes maximi, vt declaratum est præcedenti qōne. Rndendum est, q̄ p̄p excellentem aptitudinem ad mistrandum potius in istis filijs Semeiæ, q̄ in alijs fuit facta dr̄ia, & traditus eis maior principatus. Et ista aptitudo ad ministrandum significatur noīe fortitudinis. Et cū dr̄ de oībus alijs, quod erant viri fortissimi, respondendum est, q̄ isti superlatiui accipiuntut hic largè: nam vocantur viri fortissimi oēs, qui aliquo modo sunt fortes. Sic enim patet Num. 1. vbi computātur omnes Israelitę,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& de omnibus dicitur q̃ erant viri fortissimi, & tñ si proprie acciperetur ille superlatiuus, nõ propriè posset conuenire omnibus de populo, quia nullus erat, ad quem compararentur in ista fortitudine, sed quilibet, qui potest educere gladium vocatur fortissimus. Et pro eodem accipiuntur ibi viri fortissimi, & educentes gladium, vt patet ibidem, & etiam 2. Regum vlti. & supra 21. Erant alijs fortiores, & illi, qui erant nimis excellentes, erant principes maximi, alij verò principes minores erant, sic fuit de istis filijs Semeiæ: nam ipsi erant aptissimi ad ministrandum inter omnes ianitores, ideo eis commissus est maximus principatus. Alij autem licet vocentur fortissimi, non erant tam fortes: ideo minor principatus eis commissus est. Sic enim factum est de Zacharia filio Meselamiç: nam habuit aliquid excellens inter cęteros, nam inter alios ianitores pater, & filius sem per custodiebant portam, & tamen Meselemia habuit per sortem portam Orientalem, & filius eius Zacharias habuit portam Septentrionalem, & hoc quia dicitur, quòd erat vir prudentissimus, vt patet infra in litera, & de hoc magis declarabitur infra in quadam quęstione.

De Obededom quis erat. Quæst. XIIII.

QVAERITVR vlterius de isto Obededom, qui ponitur hic ianitor quis erat, & an esset ille ianitor, de quo supra decimosexto.

Respondendum, quòd communiter tenẽt, q̃ iste Obdedom sit ille, in cuius domo Arca posita est, quando Dauid volebat eam portare in domum suam. & impeditus est propter mortem Oza. 2. Reg. 6. & supra 13. & 15. Istud est satis conueniens. Primo quia iste Obededom erat Leuita, cum esset de ianitoribus. Et ille etiam fuerit Leuita, cum arca tradita fuerit ei in custodiam, quæ non traderetur homini laico custodiendа, vt declaratum est supra 15. Secũdo, quia illi Obdedom conueniebat ministerium ianitorum. de quo hic agitur: nam ianitores custodiũt ea, quæ sunt in Sanctuario, ita iste Obededom custodiuit Arcam in domo sua: ideo cum tunc custodierit, etiam competebat ei nunc maxime, quòd custodiret templum committendo sibi vnam de portis. Tertio patet, quia ille Obededom postea a Dauid cõstitutus est ianitor Arcæ, vt patet supra 16. s. quando mansit Arca in Israel in domo Dauid, commissa est custodia Arcę Obededom, & Asaph, non ergo debuit nũc priuari in ministerio isto, & quia non poterat iam Obededom custodire Arcam, eo quòd illa poneretur in Sancta sanctorum postquam fabricaretur templum Salomonis, & ibi non erat opus, quòd ab aliquo custodiretur, taltem debuit sibi committi alia custodia, & sic tradita est porta Meridiana custodienda. Quartò patet, & efficacius, quia postquam ponuntur filij Obededom dicitur, quia benedixit illi Dominus, & tamen Obededom, in cuius domo fuit Arca posita ad custodiendum, fuit ille, cui benedixit Dominus, vt patet 2. Reg. 6. & supra 13. s. Benedixit Dominus Obededom, & domui eius.

De benedictione, qua benedictus fuit a Domino Obededom. Quæst. XV.

QVAERITVR vlterius, quæ benedictio fuit ista, de qua hic dicitur, quòd benedixit Dominus Obededom.

Respondendum, quòd ista benedictio fuit duplex, scilicet, quædam in persona Obededom, & alia in rebus eius, quod significatur in litera 2. Reg. 6. & supra 13. s. Benedixt Dominus Obededom, & domui eius. Benedictio in persona fuit, quia Deus dedit ipsi Obededom, incolumitatem corporis, & robur, & totalẽ bonam habitudinem. Benedictio autem in rebus fuit, quia Deus multiplicauit bona Obededom proserando eum in omnibus, quę ageret, sicut fuit de Ioseph, cum quo Deus erat, & dirigebat omnia, quę fiebant per manum eius. Genes. trigesimonono. Hic tamen dicẽdum est, quòd ista benedictio fuit in multiplicatione prolis. Quod patet, quia in litera dicitur, quòd habuit Obededom octo filios, & sequitur tũc, quia benedixit illi Dominus, ergo videtur, quòd Obededom benedictus fuit a Deo in prole, dando quòd filij eius multiplicarentur. Et licet arguatur, quòd non benedictus fuerit in hoc, quia non poterat apparere in tribus mensibus an Deus benedicebat Obededom in prole, eo quòd in tribus mensibus non poterant gigni filij multi ab Obededom, qui intra eosdem menses nascerentur, & tamen solum mansit Arca tribus mensibus in domo Obededom, & in illis tribus mensibus cognitum est, quòd benedixisset Deus Obededom, vt patet 2. Regum 6. & supra 13. ergo nõ erat istud, in quo benedicebatur. Dicendum, quòd Obededom fuit benedictus in multis. s. in persona, & in rebus, nõ tamen apparuit benedictio in illis tribus mensibus in omnibus, sed in quibusdam rebus, nec oportebat, quòd appareret benedictio in persona. Apparuit tamen postea, quia fortè prius non potuit gignere, & postea genuit multos filios.

De comparatione benedictionis Obededom factaa Deo. Quæst. XVI.

QVAERITVR vlterius de ista benedictione Obededom ad gignendum filios, quomodo facta est, scilicet, qualiter Deus cooperatus est ei in generatione filiorum.

Respondendum, quòd multis modis potest Deus adiuuare aliquem ad concipiendum, & gigendum. Primus modus est, quia interdum aliqui, scilicet, vir, & fœmina sunt potentes gignere, & habent semen dispositum, & tamen non conueniunt carnaliter in tali tempore, in quo semen vtriusque conueniens sit generationi, sicut fit communiter, quia viri, & fœminæ potentes gignere, & concipere nõ semper gignunt, & concipiunt, quando coeunt, quod solum prouenit ex indispositione seminis pro illo tempore, quòd autem Deus inclinat aliquos ad hoc, quòd conueniant in illo tempore, in quo semen eorum dispositum est ad gignendum, est adiuuare eos supernaturaliter ad generationem. Secundus modus est, quòd interdum semen patris, & matris est omnino indispositum ad generationem, & quocunque tempore conuenerint carnaliter nunquam gignent, sicut est in sterilibus si vterque sterilis est, vel si saltem fœmina est sterilis, & sic mater Samuelis concepit supernaturaliter, eo quòd erat sterilis primo Regum primo, sic etiam mater Samsonis: Iudicum decimotertio, sic etiam mater beati Ioannis Baptistę Lucę primo. Tertius modus est, quando deficit semen, siue masculinum, siue fœminum: nam non potest naturaliter generatio fieri sine semine, si tunc Deus suppleat id, quod deficit ex parte alicuius istorum, dando illi semen, quod naturaliter non habebat, adiuuat ad conceptionem: sic enim fuit in conceptione Isaac: nam Sara mater illius iam non habebat menstrua, quæ sunt materia fœtus. Genes. decimooctauo. Cum dicitur: Erant ambo senes, & prouectę ætatis, desierantque Saræ fieri muliebria. Semen quoque Abrahę iã erat emortuũ, & tamen

& tamen per fidem accepit virtutem ad conceptionem: ad Roma. 4. Et ad Hebr. 11. Quartus modus est, quandocunque deficit omnino dispositio ad concipiendum: nam fit conceptio ex commixtione seminis masculini cum fœminino, & digeritur tunc menstruũ muliebre calore seminis masculini, & est ibi semen masculinum actiuum, & formatiuum, si Deus suppleat vicem seminis masculini, faciendo, quòd ex solo semine fœminino fiat generatio. Iste modus est omnino supernaturalis, & maior alijs, & solũ fuit in Christi conceptione, nam in omnibus alijs est semen masculinum digerens menstruum muliebre, etiam si illud supernaturaliter adiuuetur, & tamen in isto non est semen masculinum, ideo id quod sic concipitur dicitur concipi per Spiritum sanctum, in alijs autem modis dato, quòd virtus quædam a Deo sit, tamen conceptio dicitur fieri humanitus, & non per Spiritum sanctum. De istis modis magis declaratum est quarto Regum quarto, & Iudicum decimotertio in quibusdam quæstionibus.

Dicendum nunc, quòd quolibet istorum modorũ poterat Deus multiplicare Obededom in prole, nisi quarto, quia ille nunquam conuenit alicui nisi virgini. Item dato, quòd aliquis diceret, quòd Deus voluisset facere istam gratiam Obededom, non poterat fieri in proposito, eo quòd tunc non benediceret Dominus ipsi Obededom in prole, quia ipse nihil ageret ad istam conceptionem, sed vxor sua concipieret sine semine virili, & tunc inde geniti non essent filij Obededom, sed solum essent filij vxoris suæ, & gratia fiebat vxori, & non viro: nunc tamen multiplicabat Deus Obededom in prole, & non vxorem suã, ideo necesse est, q̃ per alium modum Deus nunc adiuuaret Obededom ad multiplicationem prolis. Quis autem aliorum modorum fuerit, non apparet, ideo possumus quemlibet eorum applicare ad propositum.

An Hosa sit nomen proprium, de quo hic dicitur. Quæst. XVII.

QVAERITVR vlterius cum dicitur hic de Hosa. i. de filijs Merari Sechri prĩceps, quo modo accipitur ibi Hosa. Aliqui dicunt, q̃ Hosa non est nomen proprium viri, sed est nomen commune significans progeniem. Patet hoc primo ex litera Hebraica, in qua dicitur, Vlhoza, quod idem est, quod de progenie. Secundò patet hoc ex litera, quæ idem videtur significare dicens, De Hosa autem, ideſt, de filijs Merari, Sechri princeps. Cum ergo ponatur ibi expositio, necesse est, quòd Hosa sit nomen commune.

Respondendum est, q̃ Hosa est nomen proprium viri. Primo patet, quia dicitur hic de Hosa. i. de filijs Merari Sechri princeps. Elcias secundus, Tabelias tertius, Zacharias quartus. Et sic ponuntur hic quatuor filij, sed non ponerentur filij nisi poneretur pater eorum, & non est hic aliquod nomen viri, qui sit parer istorum, nisi Hosa: ideo Hosa est nomen viri. Secũdò patet, & efficacius, quia in litera dicitur: Omnes hi filij, & fratres Hosa tredecim: necesse est ergo, quòd sit ibi nomen viri, quia aliàs non haberet filios, & fratres. Aequiuocatio autem nominis Hebręi cauſat istam ambiguitatem.

Ad rationem primam in contrarium dicendum, quòd quamquàm (Vlhoza) possit significare in Hebręo id, quod de genere, & tamen non hic est genus, quia Hoza est equiuocum, & aliquando est nomen proprium, & aliquando nomen appellatiuum, sicut in multis alijs dictionibus Hebręis apparet.

Alph. Tost. in lib. I. Paralip.

Ad secundum cum dicitur, quòd litera nostra accipitur in isto sensu, quod patet per expositionem.

Dicendum, q̃ non est expositio, sed est sensus suppletio: nam deberet dici de Hosa Merari, Sechri princeps, & istud erat obscurum, ideo litera nostra supplet illud, dicens: de Hosa, ideſt, de filijs Merari Sechri princeps, ideſt, Sechri princeps fuit natus de Hosa, q̃ erat de filijs Merari, & ista adiectio ponitur in litera, vt non putetur, q̃ isti, qui descenderunt de Hosa fuerunt de stirpe Coritarum, sicut alij ianitores, de quibus supra ponitur.

Si Hosa habuerit primogenitum. Quæst. XVIII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, q̃ Sechri fuit princeps de filijs Hosa, & q̃ pater habuit eum in principem, eo q̃ non habebat primogenitum: uam videtur, q̃ hoc non potest stare, quia nullus potest esse, qui aliquem filium habeat, q̃ habeat primogenitum: nam aut ille genuit multos filios, aut vnicum. Si vnicum ille primogenitus est, si autem plures, primus illorum est primogenitus, & dato, q̃ ille, qui primo natus est, obierit, q̃ manserit primus post eũ primogenitus est, quousq; perueniatur ad minimum, & tamen Hosa habebat nunc quatuor filios, vt patet in litera, ergo primogenitum habebat. Respondent quidam, q̃ habebat Hosa primogenitum & erat iste Sechri, & tamen erat indignus ista dignitate, ideo reputatur tamquam non esset primogenitus, sed istud non stat, quia repugnat literæ, nam si esset Sechri primogenitus, & quia indignus non vocaretur primogenitus, non daretur ei, q̃ esset princeps, & tñ datum est ei, q̃ esset princeps in ianitoribus familię Merari, ergo non erat indignus primogenitura. Alij dicunt, q̃ iste Sechri non fuit primogenitus, sed minor fortè de fratribus suis, habebat fortè Hosa primogenitum, quia fortè tñ nõ fuerat dignus principatu constitutus est Sechri in principem, qui non erat primogenitus, & istud tenet Nico. & sic dicit fuisse de Salomone, qui fuit minor de filijs Dauid, & quando constitutus est in principem post Dauid, vt patet infra 28. & 29. Sed dicendum, q̃ hoc nõ stat, quia in litera significatur, q̃ fuit Sechri maior fratrũ suorum ordine natiuitatis: nam dr, q̃ Sechri fuit princeps Elcias secũdus, Tabelias tertius, Zacharias quartus, ergo conueniebat ei esse primogenitum ex ordine natiuitatis, siue habuisset ante eum Hosa pr̃ suus alium filium, siue non: nam si alium habuisset, taltem nunc non erat: cum inter omnes filios Hosa, qui nũc ponuntur, fuerit prior natiuitate Sechri.

Dicendum ergo est, quòd Sechri erat primogenitus quantum ad fratres suos, qui nunc stabant, eo quòd ipse erat maior illis ordine natiuitatis, & tamen habuerat pater suus Hosa alium filium ante illũ, & ille mortuus fuerat, & sic gaudebat Sechri iure primogenituræ, & hoc significat litera, quæ ponit eum priorem alijs fratribus, & sic non deberet dici, quòd pater suus non habebat primogenitum, quia ipse erat primogenitus, sed ponitur istud ad tollendum dubium, quod aliquis diceret, quomodo Sechri fuit princeps in ianitoribus de stirpe Merari, cum non esset primogenitus, & principatus competebat primogenito.

Respondet litera, quòd factum est, quia non habebat Hosa primogenitum, scilicet, eo tempore, quo facta fuit diuisio ianitorum non habuit Hosa primogenitum, quia mortuus erat, ideo constituit in principem Sechri filium suum, qui primogenitus erat respectu omnium, qui manebant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De quibusdam verbis hic dictis, scilicet, quòd sortes missæ fuerint ex æquo. Quæst. XIX.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd sortes missę fuerunt ex æquo magnis, & paruis, cum non fuerint ianitores diuisi p æqualitatem, quia plures erant in porta Oriẽtali, quàm pro alijs: nam Orientalem portam custodiebant semper sex Leuitę, & quamlibet aliarum custodiebant semper Leuitę quatuor, vt patet in litera, sic etiam fuit de custodia exedrarum, quia plures Leuitæ erant in vna exedra quàm in alia, vt etiam patet in litera. Secunda diuisio fuit, quæ facta est inter ministros cuiusliber portæ, & exedræ. Nam alligati fuerunt certi ianitores pro qualibet porta, & exedra, quibus cura erat in perpetuum custodire portam illam, & exedram, & tamen, vt non manerent semper ibidem custodiendo diuidebantur inter se, vt quidam custodirent vno tempore alij alio. Et isti fuerunt diuisi per æqualitatem, eo quòd ministerium erat idem. & accipiendo sic, verum est, quòd missę sunt sortes ex æquo, quia super istas partes sic diuisas missæ fuerunt sortes, vt sciretur, quæ prius ministrare deberet custodiendo eandem portam, & quæ posterius.

Primus tamen sensus est, quòd litera intendit, scilicet, quòd sortes fuerunt missæ æqualiter, idest, omnes erant æquales magni, & parui inquantum per sortes diuisa fuerunt eis ministeria.

An in nocte custodiebant ianitores in portis atrij. Quæst. XX.

QVAERITVR vlterius an ianitores per noctẽ custodiebant in portis atrij, & exedrarum.

Respondendum, quòd dubium videtur quibusdam, eo quòd in litera dicitur, quòd sex Leuitę custodiebant portam per diem, & quatuor portam Meridianam per diem. Dicendo autem, quòd per diem significatur aliquid ad differentiam noctis, scilicet, quòd per noctem non erant solum sex Leuitę in porta Orientali, sed plures, & sic de alijs, & hoc esset propter timores nocturnos, quia magis necessaria est custodia cuicunque rei per noctem, quàm per diem.

Respondendum videtur, quòd Leuitæ non custodiebant per noctem portas. Et ratio huius est, quia per diem erat necessaria custodia, eo quòd portę erant patentes, vt posset ingredi quicunque. Per noctem autem, quia nemo intrare poterat, sed per primitur per diem quot erant in qualibet porta, & tamen non exprimitur aliquid de nocte, ergo videtur, quòd non custodiebant per noctem.

Sed dicendum est, quòd omnes ianitores, qui ministrabant eo tempore, quo sors eis eueniebat, dormiebant per noctem in templo, scilicet, intra murum atrij in exedris, quę deputatę erant, vt manerent ibi omnes Sacerdotes, & Leuitę ministrantes tempore suę ministrationis, & istud erat, quia portæ atrij claudendæ erant in sero, & aperiendæ in aurora, & ideo oportebat, quòd ianitores manerent interius, & hoc patet supra nono, scilicet, His quatuor Leuitis creditus erat numerus ianitorum: per gyrum quoque templi morabantur in custodijs suis, vt cum tempus fuisset ipsi mane aperirent fores. Cũ autem dicitur, quòd ex litera significatur, quòd per noctem aliqui custodiebant.

Dicendum, quòd non significatur, sed potius signatur, quòd per diem custodiebant Leuitę portas, & per noctem non, cum determinetur aliquis modus, secundum quem ministrarent. Et cum dicitur, quòd per noctem erat magis necessaria custodia.

Dicendum, quòd falsum est, quia non erat necessaria, cum per noctem essent clausę ianuę, & nemo introire posset propter altitudinem muri templi, vt colligitur sequenti lib. cap. tertio: manebant tamen ianitores interius in exedris, & custodiebant ibi thesauros.

De modo ianitorum in custodiendo ianuas. Quæst. XXI.

QVAERITVR vlterius, quem modum habebãt Leuitę ianitores custodiẽdo ianuas: an ministrarent ijdem semper, vel succederent sibi per vices.

Aliquis dicet, q̃ non est dubium, quin Leuitę ianitores per diuersa tpa succederent sibi in ministrãdo, quia ita factum est de cãtoribus, & Sacerdotibus, qui per sortes diuisi fuerunt, & vna sors eorum ministrabat vno tpe, & alia alio, vt patet prędictum cap. & §. 24. Et tñ inter ianitores posite fuerãt sortes, vt patet hic, ergo ẽt ipsi succedebant sibi in ministrando. Dicẽdũ, q̃ ex litera nõ apparet, nec probatur ex istis sortibus, q̃ Leuitæ ianitores ministrarent per successionẽ, quę istę sortes, quę habentur in litera, non fuerunt ad distinguendum tpa ministrationis, sed ipsa ministeria: nam fuerunt positę, vt sciret quibus, puenire debebat porta Oriẽtalis, & cui Occidẽtalis, & sic de alijs, & tñ nõ ponit, q̃ illi, quibus prouenit porta Orientalis, diuisi fuerint in multas partes, ad hoc, q̃ p diuersa tpa ministrarẽt in illa, vel an ijdem manerent semper custodiendo eandẽ portã. Dicẽdũ tñ, q̃ fuerunt factę diuisiones inter ianitores. s. postquã quibusdam prouenit porta Oriẽtalis, illi inter se diuisi sunt in plures partes, vt vna pars ministraret vno tempore, & alia alio. Et patet hoc, quia si non fierent istę diuisiones, oporteret, oporteret, quòd isti ianitores manerent tota vita sua custodientes, & nunquam irent ad vrbes suas, sed hoc inconueniens erat, quòd daretur eis labor sine quiete, potissimè quia contrarium fiebat in omnibus alijs Leuitis, & Sacerdotibus: nam erant diuisi per sortes, & quilibet ministrabat suo tempore supra 24. Sic etiã cantores erant diuisi per sortes vigintiquatuor, & tẽporibus suis ministrabant, non ergo præiudicaretur magis ianitoribus cogendo eos omni tempore ministrare. Secundò patet, quia supra 9. dicitur. Ianitores in porta regis ad orientem obseruabant per uices suas de filijs Leui. Ergo ianitores custodientes portam Orientalem mutabantur per vices. Item dicitur postea. Hi sunt Choritę custodes vestibulorum per vices custodientes introitum. Item dicitur. Omnes hi electi in ostiarios in ostijs domus Domini, & in tabernaculo vicibus suis. Item patet magis clare, quia dicitur ibi: Fratres eorum in viculis morabantur, & veniebant in sabbathis suis de tempore vsque ad tempus. Oportet ergo, quòd præter diuisionem ianitorum, quæ ponitur in litera, subintelligatur alia, & tamen illam non posuit litera, quia subintelligabat, nam manifestum erat, quòd sicut omnes alij ministri Dei mutabantur per vices, & tempora, ita & ianitores mutarentur.

De duratione ministrationis cuiuslibet partis ianitorum. Quæst. XXII.

QVAERITVR vlterius quanto tempore durabat ministratio cuiuslibet partis ianitorũ dato, quòd illa mutaretur per tempora.

Respondendum, quòd duratio ministrationis illius erat, sicut aliorum ministeriorum Leuitico-rum, & Sacerdotalium, quælibet enim sors Sacerdotalis ministrabat vna hebdomada, qua completa ministrabat sors sequens, ita etiam erat de sortibus cãtorum: nam ministrabant per hebdomadas, sicut Sacerdotes, vt declaratum est prędicto capitulo. & supra 24. in quibusdam quæstionibus de ianitoribus: idem dicendum est ad hoc, quòd omnes ministri templi incipierent ministrare in sabbatho, & complerent ministrationem sequenti Sabbatho. Sciendum tamen, quòd ianitores, sicut cęteri Sacerdotes, & Leuitæ erãt distincti per vices suas, & cognitum erat tẽpus, quo quilibet deberet ministrare, & habitabant ianitores illi per varias vrbes, & viculos terræ Israel, & cum veniret tempus ministrationis alicuius sortis ianitorum veniebant de locis suis in locum Sanctuarij illi, qui erant de illa sorte, & manebant ibi de sabbatho vsque ad sabbathum, & postea redibant in loca sua, & succedebat alia sors in ministrando, & simul fiebat hoc in omnibus ianitoribus, scilicet, in custodientibus portam Orientalem, & alias tres, & in custodientibus exedras. Pro quo sciendum, quòd cuilibet portæ, & cuilibet exedræ fuerunt a principio assignati certi clodes, & illi diuisi fuerunt per partes, & sortes, & quę libet pars ministrabat vna hebdomada, & sic omnes ianitores eodem die complebant ministrationem suam, & alij noui eodem die incipiebant custodire exedras, & omnes portas, & custodiebant vsque ad sequens sabbathum. De hoc patet supra 9. scilicet. Per quatuor ventos erant ostiarij, ad Orientem, ad Occidentem, ad Aquilonem, ad Austrum: fratres autem eorum in viculis morabantur, & veniebant in sabbathis suis de tempore vsque ad tempus. Idest in quolibet sabbatho veniebant aliqui noui custodes, & veniebant de tempore vsque ad tempus, quia quę libet sors ianitorum sciebat, si nunc compleret ministrationem vsque ad quot hebdomadas iterum ministrare deberet, nam erant certę sortes ministrantium pro qualibet ianua, & exedra, sicut erant certę sortes cantorum, & Sacerdotum. patet etiam hoc sequen. lib. cap. 23. cum dicitur. Tertia pars vestrum, qui veniunt ad sabbathum, Sacerdotum, Leuitarum, & ianitorum erit in porta. Ergo videtur, quòd etiam ianitores veniebant in quolibet sabbatho ad ministrãdum, & finiebant in sabbatho ministrationem suam, sicut cantores, & Sacerdotes.

De multitudine sortium ianitorum pro qualibet porta. Quæst. XXIII.

QVAERITVR vlterius quot erant sortes ianitorum pro qualibet porta, & exedra: nam supra probatum est, quòd ianitores, qui custodiebant eandem portam, vel eandem exedram, non semper custodiebant illam, sed mutabantur per vices. Est ergo dubium, quot sortes ianitorum erant pro qualibet porta.

Respondendum, quòd hic erant sortes in qualibet porta, & in qualibet exedra, & tot erant sortes pro vna porta, sicut pro alia, licet non essent tot ianitores simul pro vna porta, sicut pro alia, & ratio huius est, quia mutabantur ianitores per quęlibet sabbatha, vt declaratum est prędicto quæstione. Et vt venirent semper ijdem ianitores pro eodem tempore, oportebat tot esse in vna porta sortes, sicut in alia: nam si forte in vna porta essent quinque sortes ianitorum, & in alia essent quatuor, complerent ministrationem suam illi in quinque hebdomadis, & isti in quatuor, & si inciperẽt nũc simul ministrare prima sors vnius portæ, cum prima sorte alterius, non explerent simul ministrationem, sed prima sors vnius portę ministraret postea cum quinta sorte alterius portę, & sic esset de ministratione custodientium exedras. Istud autẽ non erat, quia mutarentur ministri, & non conuenirent inter se propter diuersitatẽ conuersationis, ideo debuerunt esse tot sortes ianitorum in vna porta, sicut in alia, & in vna exedra, sicut in alia, & quando ministraret prima sors vnius portæ ministraret prima sors omnium aliarum, & omnium exedrarum: & q̃n quarta sors vnius portæ ministraret, etiam ministraret quarta sors omnium aliarum portarum, & exedrarum, & sic de cęteris, & hoc modo essent semper ijdẽ ianitores, qui custodirent eodem tempore tam in portis, quàm in exedris: sic enim fuit de cantoribus, & Sacerdotibus: nam sicut factæ sunt vigintiquatuor sortes Sacerdotum supra vigesimoquarto ita factę sunt vigintiquatuor sortes cantorum prædicto capitulo. vt prima sors cantorum ministraret cum prima sorte Sacerdotum, & secunda cum secunda. Et sic de alijs, ita vt illi Sacerdotes, qui nunc ministrabant cum quibusdam cantoribus, quandocũque ministrarent, ministrarent cum ipsis, quod non fuisset, si plures fuissent sortes Sacerdotum, quàm cantorum, vel ècontrario: quot autem fuerint sortes ianitorum in qualibet porta, non apparet, sed cum probatum fuerit, quòd plures sunt, & non semper ijdem ministrabant, non videtur alius numerus conuenientior, q̃ q̃ dicamus fuisse vigintiquatuor sortes ianitorũ in qualibet porta, & in qualibet exedra. Et hoc patet, quia de cantoribus factę sunt vigintiquatuor partes, vt conuenirent cantores cum Sacerdotibus, scilicet, vt ijdẽ, qui semel simul ministrauerant, quandocunque ministrarent, simul ministrarent, sed ita requirebatur cõcordia, & conformitas inter ianitores ad Sacerdotes, & ad cantores, sicut requirebatur concordia, & conuenientia inter Sacerdotes, & cantores, & non poterat hoc fieri nisi ianitores cuiuslibet portę, & exedrę, haberent

Universidad de Deusto
Biblioteca

haberent etiam vigintiquatuor sortes, sicut cantores, F
& Sacerdores, quod alias contingeret ianitores, qui
nunc ministrabant cum prima sorte sacerdotum, &
cantorum, & secunda cum secunda, & sic de alijs, ita
vt nunquam ministrarent in aliquo tempore de iani
toribus, cantoribus, Sacerdotibus, nisi qui iterum si-
mul ministrauerant, & quocunque tempore simul
ministrabant. Secundò patet hoc, quia sacra Scriptura
asserit, quòd ianitores ministrabant per vices, sicut
cantores, & Sacerdotes, & tamen non ponitur hic,
nec alibi in sacra Scriptura quot erant sortes ianitorũ
Sacerdotum sibi in ministrando in qualibet porta, &
inqualibet exedra, ideo oportet, quòd intelligatur tot
esse sortes, & vices ianitorum, quot erant Sacerdotũ,
& cantorum, cum de istis expresserit, & de illis non: G
sacra autem Scriptura breuiloqua est, & in eis quę si-
ne expressione intelligi possunt exprimere nihil cu-
rat. Tertio patet, quia cum necesse sit dari multas
sortes ianitorum in qualibet porta, & exedra, cum nõ
sit vnica sors, vel pars, vt probatum est, non poterant
esse paucæ partes, vt duę vel tres, nec etiam valde mul
tę, vt centum, vel plures. De primo patet, quia si so-
lum essent duæ, vel tres sortes, sequerentur duo in-
conuenientia. Primum esset, quòd in qualibet sor-
te essent multi ianitores, cum omnes ianitores es-
sent quatuor millia, & tamen tanta multitudo super-
flua erat ad ministrandum simul. Etiam patet, quia
non ministrabat tanta multitudo simul: nam in por-
ta Orientali atrij, quæ erat principalis, erant solum H
sex Leuitæ, in qualibet autem aliarum trium erant
quatuor ianitores solum, & in qualibet exedra duo
præter exedram ianitorum, in qua erant quatuor, vt
patet in litera. Oportet ergo multas sortes esse, ad
hoc, quòd tam pauci solum ministrarent simul in
qualibet porta, & exedra. Secundum inconueniens
est, quia si essent duæ, vel tres sortes ianitorum solum
in qualibet porta, oporteret, quòd illi nunquam ha-
berent quietem, quia datis duabus sortibus cum quę-
libet ministraret vna hebdomada quiesceret solum
altera hebdomada. Si autem essent tres sortes iani-
torum in qualibet porta, oporteret, quòd illi nunquã
haberent quietem, quia datis duabus sortibus, cum
quęlibet ministraret vna hebdomada, quiesceret solũ I
altera hebdomada. Si autem essent tres, quælibet
quiesceret duabus hebdomadis. Et istud erat incõ-
ueniens: nam Leuitæ habitabant dispersi per terram
Israel in quadragintaocto vrbibus, quæ eis erãt datæ:
Num. trigesimoquinto. & Iosue vigesimoprimo. Et
sic aliqui Leuitæ habitabant circa extremitatẽ terræ
Israel. Et illi eundo, & redeundo ad templum mo-
rarentur plusquam quindecim diebus, & sic nũquam
possent in terra sua quiescere, quia vix possent com-
pleta ministratione sua ire in terram suam, & redire
nihil morando ibi, quousque rediret alia ministratio.
Istud autem esset valde inordinatum, ideo oportebat
esse plures sortes, ita vt haberent maius tempus, quod
esset conueniens ad quiescendum in terra sua, & di-
sponendum de rebus familiaribus. Si autem essent
valde multę sortes ianitorum, vtpote centum, vel K
plures, sequerentur alia duo inconuenientia. Primũ
esset, quòd non possent, in qualibet sorte esse duo,
vel tres Leuitæ: nam omnes ianitores erant viginti-
quatuor millia, vt patet supra vigesimotertio, qui di-
uidebantur primò per quatuor portas, & per multas
exedras. Si ergo quælibet pars istarum diuideretur
postea in centum partes, vix prouenirent cuilibet par-
ti duo Leuitæ: nam exedræ erant multæ, & per totũ
circuitum templi in tribus lateribus suis, in quibus es-
set locus pro omnibus apparamentis templi, & etiam
locus ad manendum pro omnibus ministris Sacer-

dotum, cantorum, ianitorum eo tempore quo mini-
strarent, & tamen necesse est saltem sex ianitores esse
in qualibet sorte portæ Orientalis, & quatuor in qua-
libet sorte cuiuscunque alterius portę, cum tot mi-
nistrarent omni tempore, vt patet in litera, ergo
non fuerunt tot sortes ianitorum, scilicet, tantum, vel
plures in qualibet porta, & exedra. Secundum in-
conueniens est, quia si tot sortes essent, cum quælibet
sors ministraret vna hebdomada, vt probatum est
precedenti quæstione, illi ianitores, qui nunc mini-
strarent, non ministrarent vsque ad centum hebdo-
madas, quæ complent duos annos. Et tamen istud
erat inconueniens, quia in tanto tempore desuefie-
rent Leuitæ a ministratione sacra, & redderentur
quasi purè laici. Quartò patet hoc supra nono cum
dicitur de ianitoribus: Fratres eorum in viculis mora
bantur, & veniebant in sabbathis suis de tempore ad
tempus. In quo significatur aliquanta longitudo tẽ-
poris, ergo non erant paucæ sortes, vt quidam existi-
mant, sed multæ, scilicet, vigintiquatuor, sic erant sor-
tes ianitorum, & cantorum.

De quibusdam verbis hic dictis, scilicet, quòd sex ianitores custodiebant ad Orientalem portam. &c. Quæst. XXIIII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic,
quòd custodiebant ianitores sex ad portã Orie-
talem quotidie, & quatuor ad quamlibet aliarum por
tarũ, quia videtur, quòd multo plures deberent custo
dire simul, eo quòd illi, qui erant de vna sorte, simul
custodiebant, sed multo plures videntur, quòd essent
de vna sorte, ideo plures deberent custodire simul.
Respondebit aliquis, quòd multi erant in qualibet
sorte, & tamen non custodiebant omnes simul, sed
cum quælibet sors ministraret vna hebdomada, vt ha-
pra probatum est, fortè quędam pars illius sortis mi-
nistraret vno die, & alia pars alio die, & sic eẽt pauci
ministrantes simul, vel forte mutabantur ianitores
per diuersas partes diei, vt quidam ministrarent vno
tempore diei, & alij alio, & tamen semper erant sex
in porta Orientali, & quatuor in qualibet aliarum, &
duo in qualibet exedrarum. Alio modo potest dici,
& melius, quòd omnes, qui erant de vna sorte mini-
strabant simul custodiendo portas, & tamen diui-
dendi erant quatuor millia ianitorum per quatuor
partes, & per multas exedras, quæ fortè erant plu-
res, quàm quadraginta, & postea diuidendo quam
libet partem istarum per vigintiquatuor sortes, et-
ent in qualibet sorte solum isti, qui ministrabant,
scilicet, in porta Orientali sex, in qualibet alia qua-
tuor, & in qualibet exedra duo: præter exedram
ianitorum, in qua erant quatuor, vt patet in litera, &
hoc forte considerauerunt Dauid, & principes ante-
quam diuiderent totam multitudinem quatuor mil-
lium ianitorum per partes, quot prouenirẽt cuilibet
sorti, & commensurauerunt, vt prouenirent plures
portæ Orientali, quia principalior erat. Et sic factũ est,
quòd prouenirent illi portæ sex in qualibet sorte, &
cuilibet alteri portæ quatuor in qualibet sorte. Istud
autem intelligendum est fuisse a principio diuisionis
istius, quando erant præcise quatuor millia ianitorũ.
Nam postea facta diuisione partium per sortes, ali-
quę partes illarum multiplicabantur in prole, & aliæ
minuebantur, & ideo forte in porta Orientali, in qua
nunc custodiebant sex aliquando custodirent soli qua
tuor, vtpote si efficeretur minor familia, vel sors, &
aliqsi custodirent plures, quàm decem, si familia cu-
stodiens multiplicaretur. Hic autem ponit solũ de ista
tu illo qui, cõpetebat a principio qñ facta est diuisio
quatuor

quatuor millia ianitorum per partes, & sortes, quia A
tunc præcisè erant tot, sed postea variatum est.

De Zacharia filio Selemiæ, qui habuit portam Orientalem. Quæst. XXV.

QVAERITVR vlterius quomodo Zacha-
rias filius Selemiæ accepit portam Oriẽta-
lem. Nam nõ fuit factum hoc in alijs iani-
toribus, scilicet, qp pater acciperet vnã por-
tam custodiendam, & filius acciperet aliam, & sic
fuit speciale. Respondendum secundum quosdam,
qp non fuit hic aliquid speciale, quia diuisio ista facta
est per sortes, & sorte prouenit Selemię porta Orien-
talis, & Zacharię filio eius porta Septentrionalis, vt pa B
tet in litera. Sors ĩ oĩa ęquat, quia ita poterat proueni
re cuicunque alteri, sicut Zacharię, cum sorte res diri-
meretur, & sic dr̃ in litera: Missę sunt sortes ex ęquo
magnis, & paruis. Ideo non fuit aliquid speciale, quòd
porta Orientalis proueniret patri, & porta Septẽtrio-
nalis filio, cum etiam potuisset esse, qp non ulli eorũ
aliqua porta istarum proueniret. Dicendum est, qp ali-
quid speciale fuit, & ratio ista non stat. Nam licet non
sit speciale, qp alicui sors proueniat, tñ qp ponatur ipse
ad hoc, quòd ei proueniat, speciale est. Nam solum
erant quatuor portę, & non poterant prouenire nisi
quatuor principibus, ideo non poterant poni sortes
nisi pro quatuor, quia si ponerentur sortes pro pluri-
bus, aliqui essent, quibus nihil posset prouenire per C
sortem, cum quatuor solum essent, quæ sorte dirimẽ-
da erant, cum ergo essent quatuor millia ianitorũ, qp
de istis acciperentur quatuor, ad hoc, qp sortes pone-
rẽtur super eos, speciale erat, quia isti nõ accipiebant
sorte, sed eligabant, vt sortes ponerent sup eos. Et tũc
speciale etiam fuit, qp duo de istis principibus essent
Selemias, & filius eius Zacharias, quia in alijs non
fuit factum sic. Non enim fuerunt aliquj duo pater,
& filius, qui haberent duas portas atrij nisi isti. Nam
licet Semeias filius Obededom habuerit aliquid spe-
ciale inter fratres suos. s. qp ab eo descenderũt princi-
pes maximi, & non ab aliquo fratrum suorum, vt de-
claratum est. s. in quadam quæstione, & colligitur ali- D
qualiter in litera, quia nomina filiorum fratrum suorũ:
primuntur, & non nomina filiorum fratrum suorũ:
tñ ipse nõ fuit princeps alicuius portæ, sed pater suus
Obededom fuit princeps portę Meridionalis, & sub
eo oẽs filij sui, ipse tñ Semeias nõ fuit princeps. Dicen
dũ aũt, qp istud spãliter fuit in Zacharia pp duo primũ
erat, quia ipse erat vir excellens. Nã dr̃ in litera, qp erat
vir prudẽtissimus, & tñ prudentissimis committẽda
est ministratio, quia prudentia est, quæ dirigit in agi-
bilibus, vt patet 6. Ethi. Ideo iustum fuit, qp committe
rẽt huic porta vna, potius q̃ cuiquam alteri filio ali-
cuius principis, eo qp ipse erat aptior ad ministrandũ, q̃
filius aliorum principum. Secundũ est, quia ipse erat E
primogenitus, & primogenitis debent semper maio-
ra, sicut dicitur Gen. 29. s. Rubẽ primogenitus meus,
tu fortitudo mea, prior in dõnis, maior in imperio.
Sic fuit in Semeia filio Obededom, qui etiam inter
fratres suos habuit excellentiam, scilicet, quòd filij
sui essent de principibus magnis, & filij fratrum suo-
rum non, & hoc etiam propter duo. Primò propter
excellentiam ad ministrandum: nam dicitur, quòd
filij eius erãt viri fortissimi, & ob hoc magis aptum
erat, quòd ipsi essent principes, quàm quòd alij
filij fratrũ eius. Secundum erat, quia Semeia erat pri-
mogenitus Obededom, vt patet in litera, & debebat
ipse excellere alios propter primogenituram.

De consilio seniorum, quid erat. Quæst. XXVI.

QVAERITVR vlterius quid erat consilium
seniorum, de quo dicitur hic in litera, scili-
cet, quòd Obededom custodiebat portam
Australem, in qua porta erat consilium se-
niorum.

Respondendum est, quòd erat quædam domus
magna, in qua conueniebant seniores ad consilium.
Et ista vocabatur domus consilij, vel iudicij. Isti aũt
seniores erant septuaginta iudices, qui conueniebant
cum summo Sacerdote, & diffiniebant oẽs causas ar-
duas Israelitarum. Pro quo sciendum, qp a principio
cum Moyses eduxisset Israelitas de Aegypto, ipse so-
lus regebat populũ, & iudicabat in omnibus causis.
Fiebat autem ei iste labor intolerabilis, nec poterat il-
lum explere, vnde Iethro socer eius dixit ei: Stulto
labore cõsumeris tu, & populus, qui tecum est, supra
vires tuas negocium est, solus illud complere non po
teris, sed accipe consilium meum, & erit Dominus te
cum. Et tunc ad consilium Iethro diuisit populum
per decanos, quinquagenarios, centuriones, & tribu-
nos, qui causas populi minores audiebant, & quæ ma
iora erant remittebant ad Moysem: Exodi decimo-
octauo. Sed adhuc non erat sufficienter prouisum
populo, & Moysi per hoc, quòd non poterat Moyses
in omnibus grauibus causis prouidere: ideo conque
stus est Deo petens, quòd occideret ipsum: ne tam
amaram vitam pati cogeretur: Numeri vndecimo.
Deus autem voluit ei prouidere, & congregauit se-
ptuaginta seniores, quibus dedit spiritum Prophetи-
cum, vt adiuuarent Moysem in rebus arduis. Et sic
mansit prouisum sufficienter Moysi, & populo. Du-
rauit autem iste ordo septuaginta seniorum, & deca-
norum, quinquagenariorum, & centurionum, & tri-
bunorum toto tempore, quo manserunt Israelitæ in
deserto. Postquam autem intrauerunt in terram Cha
naan, non potuit manere iste ordo iudicum, quia iste
ordo non cõueniebat vni multitudini, quæ diuidere-
tur per decanos, quinquagenarios, centuriones, & tri-
bunos. Et tamen postquam Israelitæ fuerunt in terra
Chanaan habitauerunt diuisi per loca & non poterãt
conuenienter diuidi isto modo, ideo datus est alius
ordo Iudicum, s. erant quidam iudices minores, qui
iudicabant in causis minoribus, & a quibus poterat
appellari ad alios. Alij erant iudices maximi, a quibus
appellari non poterat, sed ad eos deuoluebantur om-
nes causę per appellationem. Et causæ maximę dire-
ctè, & sine appellatione pertinebant ad iudicium ipso
rum. Primus ordo iudicum erat, qp in quolibet loco
Israel constituerentur certi iudices secundum multi-
tudinem, vel paruitatem populi, & isti erant oriundi
de ipso loco, & erant laici, quia tñ non erant periti in
lege, cum studium legis pertineret solum ad Sacer-
dotes, & Leuitas, dabantur cuilibet iudici duo assesso
res Leuitæ ad quorum consilium iudex diffiniret cau
sas. Et isti non erant iudices, nec proferebant senten-
tias, sed laicus ille cui assidebant erat iudex. Ita erat in
omnibus locis Israel, vt ait Iose. 4. Anti. Secundus or-
do erat iudicum. s. maximorum, qui causas maximas
tractabant, & isti erant septuaginta seniores, quorum
primus erat summus Sacerdos, erantque semper isti
congregati in loco, in quo erat Sanctuarium. Ad
officium istorum pertinebat, quòd diffinirent in om
nibus causis, quę a minoribus iudicibus deuoluebantur
ad eos per appellationem, & ab eis non poterat ap
pellari. Nam summus Sacerdos erat princeps istorũ
iudicum, & ab eo non erat appellatio. Nam si quis
non staret sententiæ eius occidendus erat: Deute. 17.
Etiam causæ magnæ directè pertinebãt ad istos sine

aliqua

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliqua deuolutione,quia iudices, qui erant constituti per loca singula non iudicabãt in causis arduis. Et ratio huius fuit,quia iudices minores,qui iudicabant per singula loca,succesſerant loco decanorum, quinquagenariorum,centurionum, qui erant in deserto sub Moyse: illi tamen solum iudicabant in causis paruis, vt patet Exo.18.& Deut.1.Ideo isti etiam iudicabant solum de causis paruis: septuãginta aũt seniores, & summus Sacerdos,qui nunc erant, succesſerant loco Moysi,& septuaginta seniorum, qui fuerant in deserto,sed ad Moysen oẽs causę magnæ directè veniebãt, & causę paruæ per appellationem,vt patet Exo.18.& Deut.1.ex declaratis ibi, & aliqualiter colligitur ex litera. Ideo ad istos pertinebat iudicare in omnibus causis grauibus sine deuolutione per appellationem, & in causis quibuscunque per ius per appellationem illas deuoluendo.Considerandũ autem,q̃ isti septuaginta seniores non iudicabant, sed magis erant tamquam assessores.Solus autem summus Sacerdos, vel ille,quem ipse poneret loco sui iudicabat.Et illi consulebant ei,& deliberabant quid ille iudicare deberet. Sic enim colligitur Deut.17.cum ponitur summus Sacerdos iudicans,vel aliquis iudex loco eius:nam dicitur: Qui superbierit nolens obedire Sacerdotis imperio,qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo,& decreto iudicis,morietur homo ille. Possunt tamen vocari largè iudices omnes illi septuaginta seniores, & etiam dicebant proferre sententiam, eo quòd deliberabant quid sententiandum esset. Et sic vocant ibidem.s.Venies ad Sacerdotes Leuitici generis,& ad iudicem,qui fuerit illo tempore, & quæres ab eis,qui indicabunt tibi veritatem,& facies quodcunque dixerint,sequerisque sententiam eorum. Nec tamen ex hoc aliquis putare debet, omnes istos propriè esse iudices, quia litera repugnat cum dicit, venies ad Sacerdotes Leuitici generis,& ad iudicem,qui fuerit illo tempore,si tamen omnes illi essent iudices non diceretur,& ad iudicem,qui fuerit illo tempore.Item quia dicitur:Qui superbierit nolens obedire Sacerdotis imperio,& decreto iudicis Sciendum autẽ, quòd isti septuaginta seniores erant de Sacerdotibus,& nullus laicus erat inter eos nec Leuita,vt colligitur Deute.17.vbi agitur de istis iudicibus, scilicet. Si difficile, & ambiguum iudicium apud te esse perspexeris, venies ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, qdi iudicabunt tibi veritatẽ, & facies quodcunque dixerint.Ergo Sacerdotes erãt omnes isti seniores. Sciendum etiam, quòd omnes isti erant semper congregati in loco Sanctuarij, vbicunque Sanctuarium esset. Et erat ibi domus vna,in qua conueniebant ad iudicandum. Et si mutabatur Sanctuarium de loco ad locum,etiam mutabatur domus consilij.Patet de hoc Deuteronom. decimoseptimo,cum dicitur: Si difficile, & ambiguum iudicium apud te esse perspexeris, surge, & ascende ad locum,quẽ elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit,& iudicabunt tibi veritatem, & facies quæcunque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus. Locus autem,quem Dominus eligebat, erat locus Sanctuarij:ideo in illo loco erat semper domus seniorum.Et quia nunc fabricatum est templũ Salomonis in Ierusalem,& ibi semper manere debebat,facta est quædam domus, in qua congregarẽtur, & ista erat ad portam Meridianam Sãctuarij in atrio, vbi erat custos Obededom. Et istam portam semper custodiebant quatuor Leuitæ, & pręter istos erant duo Leuitæ custodientes portam domus consilij, & ista est domus,vel consilium seniorum, de quo hic agitur. Durauit autem iste ordo iudicum toto tempore,quo mansit status iudaicus.Nam etiam tempore Christi erant isti septuaginta seniores, & habebant istud officium,& per sententiam eorum Christus occisus est:de quo Matth.27.scilicet.Mane autem facto omnes principes Sacerdotũ, & seniores populi inierunt consilium aduersus Iesum, vt eum morti traderent.Et ibi sæpe dicitur de senioribus,& Sacerdotum principibus.Et isti faciebant consilium sępe,& loquebantur multa contra Christum,vt patet ex omnibus Euangelistis.

Porro Achias erat super thesauros domus Domini,& vasa sanctorum. Filij quoque Dan filij Gerson.De Ledam principes familiarum:Ledam, & Gersonni Iehieli.Filij Iehieli Zatham, & Ioel fratres eius super thesauros domus Domini Amramitis, & Isaaritis,& Hebronitis,& Ozielitis. Subael autẽ filius Gerson filij Moysi præpositus thesauris, frater quoque eius Eliezer, cuius filius Raabia, & huius filius Isaias, & huius filius Iruã,huius quoque filius Zechri, & huius filius Selemith. Ipse Selemith,& fratres eius super thesauros sanctorum, quæ sanctificauit Dauid rex, & principes familiarum, & tribuni,& centuriones, & duces exercitus, de bellis,& manubijs præliorum,quæ consecrauerat ad instaurationem, & supellectilẽ templi Domini.Hæc autẽ vniuersa sanctificauit Samuel vidẽs,& Saul filius Cis, & Abner filius Ner, & Ioab filius Saruię, omnesque sanctificauerant ea per manum Selemith,& fratrum eius.Isaaritis verò præerat Conenias,& filij eius ad opera forinsecus super Israel ad docendum,& iudicandum eos. Porro de Hebronitis Asabias, & fratres eius viri fortissimi mille septingenti præerant Israeliti, trans Iordanem contra Occidentẽ, in cunctis operibus Domini, & in ministerium regis.Hebronitarum aũt princeps fuit Ieria secundum familias,& cognationes eorum.Quadragesimo anno regni Dauid recensiti sunt,& inuenti sunt viri fortissimi in Gazer Galaad fratresque eius Robustioris ætatis duo millia septingenti principes familiarum.Præposuit aũt eos Dauid rex Rubenitis,& Gadditis, & dimidiæ tribui Manasse in omne ministerium Dei,& regis.

Porro Achias. Hic ponitur secundum huius c.scilicet.de thesaurarijs,& dr. *Porro Achias erat super thesauros domus Domini.* Idest iste erat prępositus, & custos principalis oĩum thesaurorũ domus Dñi, ac vasa ianctorũ.i.erat custos sup oĩa vasa sacrata, in quibus ministrabat,in Hebræo dr. *Super thesauros fausforum.* Vbi nos dicimus super vasa sanctorum,& idem est,Litera tñ nostra dixit super vasa sanctorum ad faciendũ aliqualem differentiam,ne replicaretur idem. Pro quo sciendum, quòd nomine thesaurorum domus Domini,comprehendebantur omnia vasa,in quibus ministrabatur,& totum aurum,& argentum, quod erat in massa,& etiam lapides precioſi, & vestes sacrę Sacerdotum ad ministrandum in illis Domino, sicut aliqua vasa,& vestes, & aliqua alia erant non consecrata.De primis patet, quia non poterant ministrari Domino in aliquo vasæ, vel veste, nisi consecrata esset vestis,& vas.Nam Moyses vnxit totum tabernaculũ,& omnia vasa eius,& vestes Sacerdotales oleo vnctionis,& per hoc cõsecrauit illa, vt patet Exo. 31. & erat istud oleum sacrum factum ex multis aromatibus, & rebus liquidis, & sumptis in determinato pondere,de cuius confectione patet Exo.30.Ita nunc omnia vasa,in quibus ministrabatur,etiam vestes cõsecrarentur. Erant aliæ vestes quarum non erat vsus in ministratione,nec erant consecratę.Et aliqua vasa, quæ fiebant, vel fortè offerebantur pro ministerio templi,& tamen nondum ministrabatur in eis. Erat etiam argentum,& aurũ in massa,& lapides precioſi. Et ista etiam non erant consecrata:illa,quæ erant cõsecrata vocabantur.vasa sanctorum,ideſt, vasa sancta, scilicet,sanctificata per consecrationem,vel vocabantur vasa sanctorum,ideſt, quia vsus illorum erat in ministerio sacro. Alia autem,quæ non erant consecrata vocabantur thesauri, quia thesauros nominat diuitias,& non aliquem vsum. Vasa autem nominant aliquam ministrationem, & ad distinctionem istam, dictum est hic super thesauros Domini,& super vasa sanctorum. *Filij Ledam filij Gerson.* Ponuntur etiam hic alij principes thesaurariorum, scilicet, Ledam,q̃ erat filius Gerson. Iste Gerson fuit filius Leui. Nam Leui habuit tres filios,scilicet,Caath,Gerson, Merari:Num.3.& supra 23. Et habuit Gerson duos filios.s. Lobni,& Semei, a quibus nominatæ sunt duæ familię,scilicet,Lobnitica,& Semeitica: Num.3. Et ille, qui vocatur Lobni vocatur alio nomine Lerdam, vt patet hic, & supra 23.

De Ledam principes familiarum, Ledam, Gerson, Iehieli. Narratur progenies Gersonitarum, quia fuerunt aliqui thesaurarij de illa, & dicitur, quòd Gerson fuit pater Lerdam,& Lerdam pater alterius Lerdam, & Gerson, & Iehiel,isti tres descenderunt de Lerdam, & fuerunt principes in familia Gersonitarum,a quibus thesaurarij descenderunt.

Filij Iehieli, Zatham, & Ioel fratres. Iehieli,qui erat pater istorum duorum,scilicet,Zathã, & Ioel erat filius Lerdam, & isti duo fuerunt principes thesaurariorũ de Gersonitis.

Super thesauros domus Domini. Hic accipiuntur largè thesauri,tam pro vasis sacris quàm non sacris.

Amramitis, & Isaaritis, & Hebronitis, & Ozielitis. Idest isti suprapositi,& qui sequuntur,fuerũt positi principes de Amramitis,& Isaaritis,& Hebronitis,& Ozielitis,vt aliqui putant.Sed iste sensus est falsus,quia isti, qui supra ponuntur non sunt de Amramitis, nec de Ozielitis,sed solum de Gersonitis, qui pertinent ad aliam familiam,sed sensus est,quòd isti, qui sequunt ex alio versu: Subael autem filius Gerson sunt de Amramitis,Isaaritis,Hebronitis,& Ozielitis.Pro quo sciendũ, quòd Leui habuit tres filios, scilicet,Caath, Gerson, & Merari, & ab istis nominatę fuerunt tres familię principales in tribu Leui.Sub istis autem fuerunt aliæ familię particulares minores, scilicet, familia Caath diuisa est in quatuor,scilicet,in Amramitas, Isaaritas,Hebronitas,Ozielitas. Familia Gerson diuisa est in duas,scilicet,in Semeitica,& Lobniticam: Familia Merari diuisa est ĩ duas,scilicet,in Moholitas,& Musitas, vt patet Num.tertio:hic autem intendit significare Scriptura de quibus familijs Leuitarum fuerunt thesaurarij,& dicitur, quòd fuerunt de duabus, scilicet,de familia Gerson, & Caath. De familia autẽ Merari nulli leguntur fuisse. Voluit ergo significare Scriptura, quòd qui erãt de familia Gersonitarum, & qui de familia Caathitarum.Et dicitur,quòd de familia Gerson fuerunt Zatham, & Ioel duo fratres super thesauros domus Domini. Et ad significandum, q̃ isti sunt de familia Gerson,ponitur progenies,& dicitur,quòd filius Gerson fuit Lerdam, & filij Lerdam fuerunt tres,scilicet,Lerdam,Gerson, Iehieli,& filij Iehieli fuerunt Zatham, & Ioel.Et isti fuerunt super thesauros domus Domini. Isti duo leguntur principes thesaurariorum de familia Gerson.Deinde dicit, qui erant thesaurarij de familia Caath. Et dicitur,q̃ de Amramitis,Isaaritis, Hebronitis, & Ozielitibus fuerunt isti,qui sequuntur in litera. Et ponuntur istę quatuor familię particulares loco vnius familiæ, scilicet,Caath,& non est sensus,quòd de omnibus istis familijs fuerunt aliqui thesaurarij. Nam de Isaaritis,& Hebronitis, & Ozielitibus nulli fuerunt thesaurarij cum solum ponantur infra thesaurarij de filijs Moysi. Et tamen filij Moysi erant solum de familia Amramitarum,cum Amram genuerit Moysem,& Aaron, vt patet supra 23.& Exod 6.Sed ponuntur omnes istę quatuor familiæ ad significãdum, quòd de omnibus istis non fuerunt alij thesaurarij, nisi isti,qui exprimũtur infra,qui solum fuerunt de familia Amramitarũ, & tamen ponuntur etiam Isaaritæ,Hebronitæ, Ozielitæ ad significandum, quòd de illis non fuissent alij thesaurarij,

Subael autem filius Gerson filij Moysi præpositus thesauri. Iste Subael ponitur princeps thesaurariorum de filijs Caath,& erat Subael filius Gerson, & nepos Moysi. Habuit enim Moyses duos filios,scilicet, Gerson, & Eliezer,quos genuit in terra Madian de Sephora filia Iethro Sacerdotis Madian:Exod.secundo.Et de filijs Moysi erant nunc thesaurarij, & non est iste Gerson filius Leui.Nam duplex est Gerson immo multiplex, vnus est filius Leui a quo nominata est familia Gersonitarum. Alius est Gerson filius Moysi,a quo non fuit nominata aliqua familia, & de isto dicitur hic.Interpretatur autem Gerson peregrinus, vel aduena. Et imposuit ei Moyses istud nomen, eo quòd qũ genuit ipsum,erat extra terrã suam, vt patet Exo. 2.scilicet.Peperit ei filium,quem vocauit Gerson, dicens. Aduena fui in terra aliena.

Fratres quoque eius Eliezer. Ideſt etiam fratres istius Subael fuerunt principes thesaurorum.Et dicitur fratres quoque eius Eliezer, ideſt, fratres istius Subael, qui erant filij Eliezer,& accipiuntur fratres largè, ideſt,cognati. Nam non erant filij Eliezer fratres Subael,eo quòd Subael erat filius Gerson, & alij erant filij Eliezer. Erant tamen de eadem cognatione, quia erant filij duorum fratrum.

Cuius filius Rabia. Eliezer fuit secundus filius Moysi,nec legitur habuisse alios filios, & vocauit istum secundum Eliezer, quod interpretatur Deus meus adiutor meus. Et imposuit istud nomen ei, quia Deus tuus eripuerat eum de manu Pharaonis, vt occideret eum,quando nunciatũ est ei,quòd occidissẽt Aegyptium, & sepeliuisset illum in sabulo. De hoc patet Exod.secundo, scilicet. Alterum quoque peperit quem vocauit Eliezer, dicens: Deus patris mei adiutor meus, eripuit me de manu Pharaonis. Iste Eliezer genuit filium nomine Rabia.

Et huius filius Isaias. Scilicet,Isaias fuit filius Rabia. Non est iste Isaias propheta, quia ille fuit multo tempore post istum. Nam iste fuit pronepos Moysi, & Isaias Propheta fuit tempore Ozię regis,& Ioathã,& Achaz,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Achaz,& Ezechię regum Iuda,vt patet Isaię primo. Etiam iste Isaias fuit filius Rabia, & ille fuit filius Amos,vt patet Isaię primo.

Et huius filius Ioram. Scilicet, filius Isaiæ. Non est iste Ioram rex Israel,quem occidit Thou, & regnauit pro eo,vt patet quarto Regum nono, nec etiam fuit Ioram rex Iuda,de quo quarto Regum octauo,& sequenti lib.capitu.11. quia iste fuit multo tempore ante illos.Etiam iste fuit Leuita,illi autem laici, cum essent reges.

Huius quoque filius Zechri. Scilicet, filius Ioram. *Et huius filius Selemith.* Iste fuit propter quem enarratur tota ista generatio. Nam alij non fuerunt principes thesaurariorum,quia mortui sunt ante Dauid. Et tamen positi fuerunt ad demõstrandum quomodo iste Selemith descendit de stirpe Moysi.

Ipse Selemith,& fratres eius super thesauros sanctificatos. Scilicet, iste fuit princeps super thesauros sanctificatos Domino: hic vocantur thesauri, & non vasa,eo quòd accipitur pro illis,quę offerebãtur Domino, & ponebantur in Sanctuario, & per hoc sanctificabantur. Nam illi,qui capiebant aliquid in bello, offerebant aliquid Domino de illo, & quod offerebatur dicebatur sanctificari, quia transibat iam in proprietatem Dei, & Sanctuarij, de quo infra declarabitur in quadam quæstione. Et sic iste Selemith non erat custos vasorum sacrorum, in quibus quotidie ministrabatur:nec etiam vestium sacrarum, quibus induebantur Sacerdotes, sed erat custos thesaurorũ pertinentium ad Deum,qui tamen non erant redacti in vasa,sed erat aurum, & argentum rude ad huc in massa,& alia metalla,quæ poterant proficere in ministerium cultus Domini,quia omnia genera metallorum ponebantur in thesauris Domini. Nam de auro,& argento,ære,& ferro,patet Iosue sexto. Et tamen ęs est nomen generale ad multa metalla.Iste Selemith ponitur hic eoden modo bis,& tamen in Hebræo nõ ponitur sic, quia prima vice vocat Salmith, secunda vice vocatur Salmoth, sed idem est.Nam in Hebræo consueta est fieri ista mutatio literarum, & syllabarum in nominibus,vt sępe dictum est, de quo supra 23.Et erat iste Selemith,& fratres eius,ideſt,cognati sui principes thesaurorum.

Quæ sanctificauit Dauid rex. Non prærat iste Selemith vasis sacris,in quibus fiebat ministerium quotidianum,sed auro,& argento,& alijs metallis, quę offerebantur, & reponebantur in thesauris Domini, & dicitur.

Quæ sanctificauit Dauid. Ideſt,quę obtulit. Nam qui offerebat dicebatur sanctificare, quia per oblationẽ rex oblata efficiebatur sancta, quia iam non pertinebat ad hominem, sed ad Deum, qui sanctus est,vel cuius omnia sancta sunt.

Et principes familiarum, & tribuni, & centuriones & duces exercitus. Scilicet, non solum Dauid obtulit ea, quæ erant in thesauris Domini, sed etiam principes tribuum, & tribuni, & centuriones. Principes tribuum erant duodecim, quia in qualibet tribu erat vnus princeps,& cũ essent magni viri offerebãt aurũ, & argentũ Dño. Tribunus vocat,qui præest mille viris.Centurio aũt,qui præest centũ viris,& pręter istos etiam quicũque principes exercitus,qui erant potentes,obtulerunt aliquid in thesauris Dñi,& oĩa illa seruabantur per Selemith, & fratres eius. *De bellis, & manubijs præliorum.* Ideſt omnia ista, quæ consecrata fuerant Domino, accepta fuerunt in bellis, & erant de manubijs,ideſt,spolijs. Manubium enim dr,quod manu includitur,vel capitur. Et dicitur de manus,& bios quòd est mensura quasi mensura manus,& inde dicitur manubium capulum gladij,ideſt, pars illa,per quam capitur, & tenetur. *Quæ consecrauerant.* Ideſt, obtulerant, & per istam oblationem sacra efficiebantur.

Ad instaurationem. Ideſt ad reędificationem templi Domini. Nam postquam ędificatum erat templum Domini, opus erat, quòd aliquando repararet, quia propter vetustatem multa peribant. Et ad reparationem illorum necessaria erat pecunia.Ista reparatio legitur bis facta in templo Salomonis antequam destrueretur per Caldęos. Prima vice facta est tempore regis Ioas, qui fecit colligi pecuniam ab vniuerso Israel ad sarta tecta templi,de quo 4.Reg.12.& sequẽti lib.capitu.24.Secunda vice facta est tempore regis Iosiæ,quando inuentus est liber in domo Domini,de qua habetur 4.Reg.22.sequenti lib.capitu.34.Ad istã instantiam necessaria erat pecunia, & propter hoc Dauid, & principes obtulerunt multa in thesauris Domini.

Et supellectilem templi Domini. Ideſt,etiam necessarium erat habere pecuniam pro supellectilibus,& pro illis oblata est. Vocantur supellectilia hic large omnia, quæ erant necesseria in templo ad aliquem vsum,sicut omnia vasa,& etiam vestes sacrę,& pecunia solum erat necessaria in templo pro istis duobus, scilicet, pro reparatione ędificiorum, & pro supellectilibus. Erat etiam necessaria pecunia ad sumptus quotidianos,scilicet,pro sacrificijs, & expensis,quæ fiebant in alijs cęremonijs, & etiam pro illis fiebant oblationes quotidianæ, & collectę, quæ fiebant in quibusdam festiuitatibus in vltimis dictus,qui vocatur cętus,& collectæ, vt patet Leui.23.& Deuter.16. Ideo principaliter erãt pecuniæ necessarie ad ista duo.

Hæc autem vniuersa sanctificauit Samuel videns. Ideſt,omnia,quę consecrata fuerant, & posita nunc in thesauris templi,fuerunt consecrata per Samuelem, & per istos,qui sequuntur.& vocatur Samuel videns, ideſt, Propheta,quia qui nunc vocatur Prophera, vocatur olim videns,vt patet primo Regum nono, & vocabantur Propherę videntes, quia videbant ea,quę alij non videbãt,vt exponit Hiero.in Epistola ad Paulinum.

Et Saul filius Cis. Iste fuit primus rex Israel, & consecrauit multa spolia Domino de illis, quæ acceperat in bellis:nam multa bella fecit.

Et Abner filius Ner. Iste erat princeps militię Saulis : primo Reguum decimoquarto. Et erat primus post regem,ideo fuit nimis diues, potissimè,quia cũ esset princeps belli, multa spolia accipiebat in bello, quæ consecrabat Domino.

Et Ioab filius Saruiæ. Iste fuit princeps militię Dauid vir laudabilis nimis, qui propter probitatem adeptus est principatum militię, scilicet, quia primus percussit Iebusęos,scilicet,in castro montis Sion,& retigit fistulas domatum secundo Regum 5.& supra 11.Iste est filius Saruię : nam Saruia est mater eius,& est soror Dauid,vt patet supra 2.c.Tres autem fuerũt filij eius viri clarissimi s.Ioab, Abisai,& Asael.Et quia Ioab erat princeps militię Dauid ,poterat habere de bellis plura spolia quàm alij serui Dauid,ideo ipse plura consecrauit Domino, & ponitur hic specialiter de eo.

Omnes, qui sanctificauerunt ea per manũ Selemith,& fratrum eius. Ideſt omnes isti, qui consecrauerunt aliquid Domino, consecrauerunt illud per manum Selemith, ideſt, dederunt illud Selemith, & fratribus eius tanquam thesaurarijs Domini, & illud tradere erat ęsecrare.Fratres aũt.i.cognati Selemith: erãt.n. principes thesaurorũ,sed ipse Selemith erat pręcipuus inter oĕs.*Isaaritis verò.*Hic ponit tertiũ huius,c.in quo agit de prępositis. Istud enim erat vnũ de officijs Leuitarum,vt patet supra 23.& fuerunt isti, qui sequunt iudices,& prępositi, & dicitur.

Isaaritis verò prærat Conenias. Isti constituebantur ad iudicandum in Israel, & ponebatur vnus princeps eorum,scilicet, Conenias, quia in quolibet officio, vbi erat multitudo, ponuntur aliqui principes, quia sine principibus est multitudo inordinata.Erant autẽ isti iudices Isaaritæ,qui erant de stirpe Caath. Pro quo sciendum,quòd tres erant familiæ Leuitarum, vt supra dictum est,scilicet,Caath,quę diuidebatur in quatuor familias particulares, scilicet, Amramitarum, Isaaritarum, Hebronitarum, Ozielitarum, vt patet Num.3.Et de secunda familia istarum,scilicet, Isaaritarum erant plurimi istorum iudicum, & princeps eorum erat Conenias, de isto autem Conenia an sit ille, qui erat princeps cantorum in portatione arcę, de quo habetur supra 15. infra declarabitur in quadam quæstione.

Et filij eius. Etiam filij Coneniæ erant principes, sed pater eorum erat princeps maior.

Ad opera forinsecus super Israel. Scilicet, in hoc differebant isti Leuitæ ab alijs, quia omnes alij,scilicet, cantores, & ianitores habebant officia in Sanctuario,Iudices autem, de quibus hic dr habebant opera forinsecus,quia erant super diuersas partes terrę Israel ad docendum indoctos,& ad iudicandum in causis.

Ad docendum, & ad iudicandum eos. Discurrebant.n. Leuitæ per diuersas partes terrę Israel,prędicando legem,vt iustè verẽtur illi, qui indocti erant, sicut nũc prædicatores discurrunt, & etiam constituebantur iudices in singulis locis tamquam assessores, de quo magis infra declarabitur in quadam quæstione.

Porro de Hebronitis Asabias, & fratres eius. Ista erat alia familia particularis Leuitarum, de qua erant etiã iudices,& erant isti de familia Caathitarum.Nam diuidebatur illa familia per quatuor, quarum vna erat familia Hebronitarum, & inter iudices, & doctores de familia ista,erat princeps Asabias, & filij eius.

Viri fortissimi mille septingenti. Non intelligitur istud de Asabia, & filijs eius, quia nõ poterant illi esse tot, sed intelligitur de Hebronitis.s.q de tota familia Hebronitarum erant mille septingenti Leuitę constituti in isto ministerio iudicandi, & docendi. *Præerant Israeli.* Refertur ad oĕs mille, & septingentos Leuitas:nam pręerant Israelitis cum essent iudices eorũ, & haberent alia officia,vel dignitates, secundũ quas exercebant potestatem super Israelitas.

Trans Iordanem contra Occidentem. Dicitur hoc, vt sciatur,quę terra Istra Iordanem tradita erat ista, in qua docerent,& iudicarẽt.Erat autem diuisa tota terra in duas partes,licet non ęquales. Vna pars terrę Israel erat ad Orientem Iordanis: alia erat ad Occidentem. Et in parte Orientali, quæ vocatur terra duorum regum Amorrhęorum habitauerunt duę tribus, & dimidia Deuteronom.2.& 3.& Iosue 12.& 13.In parte autem Occidentali habitauerunt reliquę nouem tribus, & dimidia.Isti autem Hebronitæ pręerant Israelitis habitantibus ad Occidentalem partem, vbi erat maior pars terrę Israel.

In cunctis operibus Domini. Ideſt exercebant in regione illa omnia opera, quę pertinebant ad Deum,sicut docere,& iudicare,& alia,de quibus dicetur in quadã quæstione. *Et in ministerium regi.* Ideſt etiam seruiebant regi isti Leuitę in regionibus illis, quia fortè exercebant iurisdictionem illius,vel colligebant reditus suos, aut faciebant alia similia pertinentia ad ministerium regis.

Hebronitarum autem princeps fuit Ieria. Non fuit iste solus princeps,quia etiam Asabias, & filij eius fuerũt principes in familia Hebronitarum, vt patet supra, sed iste fuit alius princeps. *Secundũ familias,& cognationes eorum.* Ista familia Hebronitarum nõ erat de principalibus familijs Leuitarum, sed erat quędam pars familiæ Caathitarum: ideo ipsa non poterat habere sub se familias,& agnationes,sed accipiuntur familię nimis largè pro quibuscunque domibus,& cognationibus particularibus. Et hoc mõ familia Hebronitarum fortè est diuisa in multas familias particulares,& ponuntur hic familię, & cognationes pro eodem, sed cognatio est nomen magis generale, & conuenit tam familiæ,quàm domui. *Quadragesimo anno regni Dauid recensiti sunt.* Scilicet, oĕs istę numerationes Leuitarum, & ordinationes Sacerdotum factę sunt anno quadragesimo regni Dauid, & iste fuit annus vltimus vitę eius. Nam solum regnauit Dauid quadraginta annis.j.29.& 2.Reg.5.& 3.Reg.2. Et iam propinquus morti fecit oĕs istas ordinationes. Sic.n. dr.s.23.q Dauid senex, & plenus dierum constituit regem Salomonem,& vocauit principes Israel,& Sacerdotes,& Leuitas ad ordinandum ea, quę habent hic.Et hoc tempore Dauid fecit istam ordinationem, quia prioribus temporibus vacabat bellis, & non poterat facere aliquid horum, nunc autem finitis illis circa finem vitę potuit vacare ordinationi cultus diuini.Item cum Dauid videret se cito moriturum, noluit relinquere aliquid inordinatum, & ad hoc ordinauit aliquid de cultu Dei, & de ędificatione templi Dei, & de constitutione Salomonis in regem,de quibus declaratum est.s.22.& 23.in quibusdam quæstionibus. *Et inuenti sunt viri fortissimi in Iazer Galaad.* Scilicet,istę Leuitę,qui supra numerati sunt, & erant viri fortissimi,& erant in Iazer Galaad.Est enim terra Galaad quędam regio ad Orientalẽ partem Iordanis,& vocatur a monte Galaad.Nam terra, quę est in circuitu illius mõtis vocat terra Galaad.Ille mõs vocatus fuit sic a Iacob : nam in eo comprehendit Laban Iacob fugientem,& postea pepigerunt fędus,& in testimonium ęternum illius fœderis, posuerunt quendam aceruum lapidum. Et tunc vocatus est mons ille Galaad quod interpretatur cumulus testis, vel aceruus testimonij, vt patet Gen.31.In terra coniuncta illi monti est ciuitas Iazer, & in ista reperti sunt,isti Leuitę Hebronitę,qui nunc fuerunt computati.

Fratresque eius. Scilicet Ieria. Nam dicitur supra, quòd Ieria erat princeps Hebronitarum,& hic ponũtur fratres eius, ideſt,viri de cognatione sua:accipiendo cognationem large. Nam accipiendo illam prout descendit ab aliquo principio immediato,vel propinquo, non poterant esse tot viri nunc de cognatione Ierię.s.duomillia,& septingenti, sed vocantur fratres eius,sicut interdum omnes, qui sunt de eadem familia,vel tribu, vocantur fratres.

Robustioris ætatis. Ideſt,viri fortes, qui iam poterãt pugnare, & facere quęcunque alia opera dura. Istud autem dicitur ad tollendum dubium, quia hic dicitur, quòd isti Leuitę numerati sunt,& tamen consuetudo Leuitarum erat, quòd numerarentur ab vno mense,& supra, vt patet Nume.3.& 26. Ita crederetur nunc, quòd numerati fuerant isti ab vno mense, & supra. Ideo dicitur, quòd omnes isti erant robustioris ętatis, ideſt, viri fortes, scilicet, iam vltra annum vicesimum.

Duo millia septingenti principes familiarum. Omnes isti erant principes familiarum, scilicet, Israelitarum,& non familiarum suarum. Nam non poterant esse tot familiæ intra familiam Hebronitarum. Nam familia Hebronitarum erat quędam pars familiæ Caathitarum.Quo ergo poterant esse in ea duomillia, & septingentæ familię?Nam vix poterant esse tot viri potissimè,quia dicitur,q omnes erãt fratres Ierię,ideſt,

de

Universidad de Deusto
Biblioteca

de familia eius, vel cognatione. Quomodo ergo poterant esse omnes isti principes diuersarum familiarum? Sed intelligendum est, q̃ erant principes familiarum virorum Israel, non tamquam capita familiarum, sed tamquam habentes iurisdictionem aliquã super omnes istas familias Israelitarum, cum constituti essent iudices, & doctores. Vel potest intelligi de familijs Leuitarum, scilicet, quòd isti erant principes familiarum, ideſt principes in familijs suis, non quidẽ, quòd quilibet eorum esset princeps vnius familię, sed quòd quilibet eorum in familia sua erat princeps, ideſt, vir, de quo fiebat mentio, ideſt, dato quòd solum essent duæ familię omnium istorum, adhuc illi possent esse principes familiarum per istum modum. Et iste secundus sensus magis conuenit literę, quia aliàs litera ista coincideret cum sequenti.

Præposuit autem eos Dauid rex in omne ministerium Dei, & regis Rubenitis & Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse. Scilicet, isti duomilia, & septingenti, qui erant in Iazer Galaad, prępositi fuerunt a Dauid super Rubenitas, & Gaditas, & dimidiam tribum Manasse. Istę duę tribus, & dimidia habitabant vltra Iordanem ad Orientalem partem eius, vt patet Num. 32. & Iosue primo petiuerũtque istę duę tribus, & dimidia terram istam. Nam quando Moyses, & Israelitę ceperunt terram istam de manu duorum regum Amorrhęorum, videntes duę tribus, & dimidia, quòd terra Galaad, & quasi tota terra istorum duorum regum erat valde pascualis, & ipsi habebant infinitam substantiam in pecoribus, petiuerunt terram illam a Moyse, & a filijs Israel in possessionem, licet nullam aliam terram Israelitę obtinuissent, & concessa est eis, iurauerunt tamen prius, quòd irent cum alijs Israelitis vltra Iordanem ad pugnandum contra Chananęos: nec rediret in terram suam, quousque obtinerent pacificè Israelitæ terram de manibus Chananęorum, & sic factum est, vt patet Num. 32. & iuerunt postea de duabus tribubus, & dimidia quadraginta millia virorum armati, & transierunt Iordanem cum cęteris Israelitis: Iosue primo, & quarto. Et non redierunt in terram suam vsque post longa tempora, quando iam Israelitę pacificè tenebant terram, quam possederant Chananęi: Iosue vigesimosecundo. Isti Leuitę erant de terra Galaad de vrbe Iazer: ideo prępositi fuerunt duabus tribubus, & dimidię: in quarum terra habitabãt, & præerant isti pro ministerio Dei, & regis, scilicet, aliqua ministeria Dei erãt necessaria in terra illa, quæ fiebant extra templum, & ista exercebantur per istos Leuitas. Et vult Nicolaus, quòd istud erat, quia in terra illa quędam vineę, & agri donati fuerant templo Domini, & curam de illis habebant isti Leuitę, sed de hoc infra dicetur. Ministerium autem regis erat, quia rex committebat aliqua negocia eis expedienda in terra illa.

De necessitate thesaurariorum. Quæst. XXVII.

QVAERITVR primo circa thesaurarios, de quibus supra dictum est, ad quid erat necessarium ministerium eorum in templo.

Respondendum, quòd valde erat necessarium. primò quia in templo Domini fiebant quotidie ministrationes Sacerdotales, & Leuiticę, & iste requirebant vestes, & vasa. Nam Sacerdotes ministrabãt in vasis sacris aureis, & argenteis, scilicet, in acetabulis, Ciathis, phialis, mortariolis, & thuribulis, & ista erant vasa libaminum, de quibus Exo. vigesimoquinto: ista autem seruari debebant in templo: ideo pro his necessarij erant thesaurarij. Etiam Sacerdotes induebantur vestibus sacris ad ministrandum. Nam Exod. vigesimooctauo ponuntur vestes summi Sacerdotis, & vestes minorum Sacerdotum, & sine his non ministrabant, & istę custodiri debebant in templo, quia non vtebantur Sacerdotes eis extra sacra ministeria, vt patet Leui. sexto de Sacerdote, qui exuebat vestes sacras, quibus indutus erat, quando educebat cineres de altari extra templum, & pro istis erant etiam necessarij custodes, sic etiam erat de vestibus Leuitarum. Nam licet non haberent Leuitæ vestes sacras, habebant tamen quasdam stolas albas, quibus induebantur, quando ministrabant. Nam Salomon fecit eis multas de his, quando ędificauit templum, vt ait Iose. octauo. Antiquita. & etiam istę custodiebantur per aliquos, qui erant thesaurarij. Item multa offerebantur in templo Domini in auro, & argento, & alijs donarijs, quę per ipsos thesaurarios custodienda erant, sicut Dauid consecrauit, & Saul, & multi alij, de quibus habetur in litera, consecrauerunt Domino thesauros magnos quos acceperant de bellis, & isti traditi sunt custodiendi Selemith, & fratribus eius, qui erant thesaurarij, vt patet in litera. Insuper consuetum erat in quibusdam diebus congregari populum, & fieri collectam. Istud enim erat die octaua festiuitatis Tabernaculorum, & vocatur dies ille cętus, & collectæ. Leui. vigesimotertio, & Deuteronom. decimosexto, scilicet. Quia in die illa congregabatur cętus populi. Et de omnibus illis colligebatur pecunia pro expensis necessarijs, & ad sacrificia, & alias cęremonias templi, & fiebat hoc conuenienter in festiuitate Tabernaculorum, quia in illa festiuitate renebantur conuenire omnes masculi Israel in locum Sanctuarij, vt patet Exod. vigesimotertio, & trigesimoquarto, & Deuteronom. decimosexto. Et sic omnes de Israel dabant aliquid tunc pro illis expensis, & custodiebantur omnia hæc per thesaurarios, ideo officium illorum ad istud, & ad multa alia necessarium erat in templo Domini.

An officium thesaurariorum distinctum esset ab officio ianitorum. Quæst. XXVIII.

QVAERITVR vlterius de officio thesaurariorum an distinctum esset ab officio ianitorum. Aliquis dicet, quòd non, quia ianitores custodiebant portas, & non solum portas templi, sed etiam portas exedrarum, in quibus erant thesaurarij: ideo videtur, quòd nihil relinquebatur thesaurarijs custodiendum vltra id, quod custodiebant Leuitę. Et confirmatur hoc, quia thesauri domus Domini custodiebantur in exedris, quę erant in circuitu templi: omnes tamen exedræ custodiebantur a ianitoribus, quia in quibusdam erant duo ianitores, præterquam in quadam exedra, quę vocabatur ianitorum, in qua erant quatuor, vt pater supra in litera. Ergo istis custodientibus non erat necessarium ministerium thesaurariorum, & si aliqui erant thesaurarij, essent idem cum ianitoribus, sed differrent secundum rationem. Nam essent ianitores inquantum ianuas custodiebant, & essent thesaurarij inquãtum in illis domibus, quas custodiebant, erant thesauri.

Respondendum est, q̃ officium ianitorum, & thesaurariorũ habebat magnam similitudinẽ, inquantũ vtrique custodiebant, & tamẽ differebant. Primo patet, quia nõ erant ijdem ianitores, & thesaurarij: nam ianitores fuerunt positi de duabus progeniebus. de Coritis, & de filijs Merari. Et postea filij Core diuisi fuerunt in duo capita, scilicet, in Meselemiam, & Obededom, & de illis fuerunt omnes ianitores, vt patet. ſ. in litera. Thesaurarij autẽ nõ fuerunt de istis, sed quidam fuerunt de familia Gerson: & est secunda familia Leuitarum: Et alij fuerunt de Amramitis, quæ est pars familiæ Caathitarum: nam fuerunt de filijs Moysi. Quidam autem descenderunt a filio eius Gerson, & alij a filio eius Eliezer, vt patet in litera: ergo non erant ijdem ianitores, & thesaurarij, cum progenies eorum differrent saltem quantum ad multos, quia dato, quòd aliqui de non expressis coinciderent in familia cum ianitoribus, non erat inconueniens.

Secundo patet, quia supra 9. dicitur: His quatuor Leuitis creditus erat omnis numerus ianitorum. Et sequitur: De horum genere erant super vasa ministerij, ideſt, etiam de genere ianitorum erant aliqui, qui prępositi erant vasis ministerij, & sic non erant ipsi ianitores prępositi vasis, ita quòd ipsi essent thesaurarij, sed de genere eorum erant thesaurarij.

Sciendum tamen, quòd inter ianitores, & thesaurarios erat similitudo officij plusquàm inter alios Leuitas, eo quòd vtrique erant custodes, & propter hoc in assignatione thesaurariorum, & ianitorum non fuerunt positæ diuersæ summæ. Nam supra 23. Ponuntur officia Leuitarum in generali, & dicitur quot erant ianitores in quolibet, & dicitur, quòd ianitores erant quatuor millia, & cantores totidem, & iudices sex millia, & qui seruiebant ad alia ministeria domus Domini vigintiquatuor millia. De thesaurarijs autem non ponitur summa, quia intelligunturilli per ianitores, sicut infra dicetur, ideo similitudo erat: & ex hoc habuerunt aliqui occasionem errandi, erat tamen officium distinctum, nam ianitores solum custodiebant ianuas, & non habebant aliam administrationem: thesaurarij autem custodiebant vasa sacra, & alios thesauros, & administrabant omnia hæc. Item ad thesaurarios pertinebat, quòd ipsi quotidie essent præsto ad dandum sacerdotibus vasa illa sacra, & vestes cum quibus ministrarent, completa autem ministratione ipsi erant parati ad recipiendum illa, & recludebant ea in armarijs suis ne aliquid perderetur. Sic enim patet supra, scilicet, De eorum genere erant super vasa ministerij. ad numerum enim efferebantur vasa, & inferebantur, scilicet, thesaurarij dabant vasa sacerdotibus ad ministrandum, quando inferebant ea in armarijs suis, & postea recipiebant ea secundum eundem numerum, quomodo inferebant ea in armarium, ad quod custodirentur. Ianitores autem nihil horum considerabãt. Item ad thesaurarios pertinebat, quòd ipsi custodirent similam, vinum, & oleum, & thus, & sal, pro libamentis sacrificiorum. Nam quotidie fiebant sacrificia in templo, quæ erant de sacrificijs necessitatis, & in illis ponebantur libamenta, sicut patet Numeri 15. & 28. & 29. Et ista libamenta erant, quæ dicta sunt, vt patet Numeri 15. Et ista seruare debebant thesaurarij, vt qualibet die sacerdotibus daretur quantum opus esset de illis, vt patet supra 9. Scilicet, De ipsis, qui credita habebant vtensilia sanctuarij, præerant similæ, & vino, & oleo, & thuri, & aromatibus. Et tamen de his nihil curabant ianitores, ideo distincti erant.

Sciendum etiam, quòd sicut supra dicebatur, thesauri Domini erant duplices. Quidam erant in rebus sacris vtpote in vestibus, & vasis, quorum ministratio quotidiana erat. Alij erant thesauri non sacri, scilicet, quantum ad aurum, & argentum, & lapides pretiosos, & alia quæ offerebantur Domino, & tamen vsus illarum rerum non erat ad ministrandum Domino, eo quòd non erant illę res sacrę. Quantum ad primos thesauros, oportebat esse thesaurarios quotidie sollicitos, quia cum fieret quotidie ministratio, tradebant quotidie vasa, & vestes sacerdotibus ad numerum, & completa ministratione recipiebant vestes, & vasa ab eis, & sicut dabant per numerum, ita recipiebãt ad numerum, vt patet supra 9. Circa alios thesauros Sanctuarij non erat sibi laborandum, eo quòd non accipiebantur illi ad aliquam ministrationem, sed solum custodiebant eos in armarijs. Et si aliquando opus erat fieri aliquam restaurationem in templo eorum, quæ corruebant, vel si opus erat emere aliqua vasa, vel alia supellectilia ad ministrationem, de illis thesauris emebantur: etiam si aliquando opus erat, quòd emerentur animalia ad sacrificia, vel similam, vinum, oleum, sal, & thus, emebantur de illis pecunijs, quæ erant in thesauris, si nullæ aliæ essent in thesauris, vel alibi, & in hoc solum expendebantur illæ pecuniæ, sed præcipue expendebantur in reparatione, & emptione supellectilium, sicut dicitur supra in litera, quòd Dauid, & principes familiarum conseruauerunt Domino istos thesauros ad instaurationem, & supellectilem templi Domini, scilicet, ad faciendam instaurationem, & ad emendam supellectilem. Ad rationem in contrarium dicendum, quòd quamquam ianitores custodirent ianuas templi, & exedrarum, & etiam thesaurarij aliquid custodirent, tamen thesaurarij non custodiebant ianuas. sicut ianitores, sed thesauros, & ianitores non custodiebant thesauros, nec ministrabant in eis, sed thesaurarij. Ad confirmationem dicitur, quòd thesauri erant in exedris templi, & tamen ianitores custodiebant omnes exedras, vt patet supra in litera. Dicendum, quòd ianitores custodiebant portas exedrarum, ne aliquis introiret in exedras, qui posset aliquid capere, & tamen ipsi non habebant armaria thesaurorum sub administratione sua, & cura, nec aperiebant illa, & claudebant, sed hoc pertinebat ad thesaurarios, qui vasa ista dabant sacerdotibus ad numerum, & recipiebant ab eis, vt patet supra nono.

Quare non fuerunt positi thesaurarij in numero ministrorum templi. Quæst. XXIX.

QVAERITVR vlterius, quare thesaurarij non fuerunt nominati, vel positi in numero, quando fuit posita summa quorumlibet ministrorum templi. Nam supra 23. ponitur numerus istorum, scilicet, quòd erant quatuor millia cantorum, & totidem ianitorum, & sex millia iudicum, & vigintiquatuor millia eorum, qui ministerium domus Domini faciebant, inter quos nõ ponuntur thesaurarij. Aliquis dicet, q̃ forte omisit ibi scriptura de thesaurarijs, eo quòd dictura erat hic de illis. Nam interdum omittit aliqua, & postea illa supplet. Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia summa omnium Leuitarum erat triginta octo millia, vt patet supra 23. De quibus fuerunt quatuor millia cantorum, totidem ianitorum, & sex millia iudicum, & vigintiquatuor millia de illis, qui distributi erant in ministerium domus Dñi, qui simul complent triginta octo millia. Ideo cum thesaurarij essent de Leuitis, necesse est, vt includantur sub aliqua parte istarum, alioquin essent cõtra summam Leuitarum, ideo necesse est, q̃ intelligantur nomina alicuius partis illarũ. Aliqui dicunt, q̃ thesaurarij nõiati fuerunt hic, quia isti sunt, q̃ vocantur distributi in ministerium domus Domini: nam isti ministrabãt in rebus pertinentibus ad officia sacra, & vestes administrationi, & recipiendo illa a sacerdotibus. Sed dicẽdũ. q̃ hoc nõ stat, q̃a illi q̃ distributi erãt in ministeriũ domus Dñi, erãt plures. q̃ oẽs alij officiales simul, ſ. vigintiquatuor millia, nulli tñ erant ministri templi, q̃ pauciores esse deberent, quàm the-

Universidad de Deusto
Biblioteca

saurarij, eo quòd ministratio eorum non erat diuisa F
in multas res, sicut ministratio ianitorum diuisa erat
per multas ianuarum portas,& templi,& exedrarum,
nec requirebat multos simul,sicut ministratio canto-
rum,ideo essent pauci, ideo non solum non essent vi-
gintiquatuor millia, sicut illi, qui distributi erant in
ministerium domus Domini,sed forte nō essent mil-
le. Alij ergo dicunt,quòd thesaurarij includuntur no-
mine præpositorum, sed hoc non potest stare, quia
hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo,quòd præ-
positi,& thesaurarij sint idem. Alio modo,quòd non
sint idem,& tamen sub illa summa præpositorum,&
iudicum, includantur etiam thesaurarij. Primum
non stat: nam præpositi ministrabant in illis,quæ erāt
extra templum: nam quidam ministrabāt ad partem G
Orientalem Iordanis, & alij ad partem Occidētalem.
Et dicitur, quòd isti erant præpositi ad opera forinse-
cus Israel. Ministerium tamen thesaurariorum non
erat extra templū,sed in templo: ergo non sunt idem
præpositi,& thesaurarij. Quòd autem non includan-
tur sub summa eorum, patet quia non includerentur
quidam officiales sub aliorum summa, nisi essent si-
miles, ita vt verisimiliter intelligi possent quidam
per alios. Et tamen non est aliqua similitudo inter
præpositos, & thesaurarios, cum thesaurarij mini-
strent in templo, & præpositi extra, ideo non poterit
intelligi per præpositos. Dicendum ergo est, quòd
intelligitur summa thesauriariorum per summam ia-
nitorum. Erat enim summa ianitorum quatuor mil- H
lia, supra 23. Et intelligendum est, quòd non essent
omnes ianitores, sed quidam illorum essent thesau-
rarij. Pauci tamen erāt thesaurarij, eo quòd officium
istud exigebat minorem numerum, quàm alia, vt su-
pra declaratum est: vnde sub illa summa poterant esse
ianitores, quotquot sufficerent pro domo Domini,
& etiam thesaurarij. Causa autem intelligendi the-
saurarios sub nomine ianitorum fuit,quia thesaurarij
large vocantur ianitores, & magna similitudo est in
officio ipsorum, potius quàm inter officia aliorū Le-
uitarum,& ponuntur quasi pro eisdem thesaurarij,&
ianitores,vt patet supra 9. scilicet, His quatuor Leui-
tis creditus erat omnis numerus ianitorum, & erant
sup exedras,& thesauros domus Domini. Ecce qua- I
liter ponitur, quòd ad ianitores pertinebant thesauri,
& sic accipiuntur pro eodem. Item dicitur ibi de ia-
nitoribus,Quòd per gyrum templi morabantur in cu
stodijs suis, vt cum tempus fuisset mane aperirent fo-
res. Et sequitur: De eorum genere erant super va-
sa ministerij. Ergo vel thesaurarij erant ijdem cum
ianitoribus, vel saltem erant de genere eorum, ideſt,
pertinebant omnes ad vnam summam, & sic intelli-
gentur thesaurarij nomine ianitorum, & non alio-
rum Leuitarum, & propter hoc non curauit scriptu-
ra,supra 23.ponere summam thesauriariorum per se,
quia illi includebantur in summa ianitorum.

An Ledan, & filij eius fuerint thesaurarij.
Quæst. XXX.

QVAERITVR vlterius de istis, qui nominan-
tur in litera, scilicet, Ledan, & filij eius an fue-
rint thesaurarij, & quare ponuntur hic.
Aliquis dicet, quòd obseruatur hic consuetudo scri-
pturæ.Semper enim scriptura in istis diuisionibus of-
ficialium nominat illos, qui principes erant,& de cæ-
teris non curat: ideo cum nominentur hic isti, vide-
tur quòd erant principes thesaurorum, & nunc non
est dubitatio, nisi de illis, qui ponuntur ab illo versu:
Porro Achias,vsque ad illum versum, Amramitis, &
Isaaritis,& Hebronitis,quia de sequentibus alia dubi-
tatio est, Et dicendum,quòd hic ponuntur multi,scili-
licet, Ledan filius Gerson, & tres filij Ledan, s. alius
Ledan, & Gerson, & Iehieli, & etiam ponuntur duo
filij Iehieli, s.Zatham,& Ioel. De omnibus primis nō
est dubium, nisi de Zatham, & Ioel, quia de istis dici-
tur,quòd erant super thesauros domus Domini. De
alijs autem certum est, quòd non poterant esse prin-
cipes thesaurorum in ista diuisione officialium, quæ
facta est per Dauid. Nam Gerson pater Ledan, qui
ponitur hic, primus fuit filius Leui, a quo nominata
est familia Gersonitarum, supra 23.& Numeri 3. Iste
autem mortuus est ante tempora Dauid plusquàm
per quingentos annos. Nam in Aegypto mortuus
est,quia omnes, qui ingressi sunt in Aegyptum cum
Iacob, mortui sunt antequàm insurgeret persecutio
Aegyptiorum contra Hebræos, vt patet Exodi 1. Et
tamen Gerson filius Leui fuit vnus de introeuntibus
in terram Aegypti cum Iacob,vt patet Genes.46. Er-
go ipse mortuus est ante exitum de Aegypto. De Le-
dan filio Gerson, & de tribus filijs Ledan nepotibus
Gerson, manifestum est, quòd non poterant viuere
tempore,quo facta est diuisio ista per Dauid. Nam ad
plus Gerson gigneret filium suum Ledan anno no-
nagesimo,vel cētesimo vitæ suæ,quia vltra illud tem-
pus nemo erat aptus ad gignendum. Et Ledan gigne-
ret tres filios suos ante centesimum annum vitæ suæ,
& illi ad plus viuerent centum viginti annis, quia vi-
ta humana non extendebatur ad plus illo tempore;
essent autem isti trecenti anni, vel trecenti viginti ad
plus, & tamen a principio vitæ Gerson vsque ad tem-
pus, quo facta est diuisio ista, fuerunt anni quasi se-
ptingenti, quod patet, quia ab exitu de Aegypto vs-
que ad fundationem templi Salomonis fuerunt anni
quadringenti,& octoginta, 3.Regum 6. Et ab introi-
tu Iacob in Aegyptum vsque ad exitum Israelitarum
in desertum fuerunt anni ducenti, & quindecim, vt
probatum est late Genes. 15.& Exodi primo,& secun-
do. Qui simul sunt anni septingenti demptis quin-
que: Gerson tamen esset quinque annorum, vel plus
quando introiuit in Aegyptū,eo quòd iam nati erant
tres filij Leui, scilicet, Gerson,Caath,Merari, & om-
nes tres descenderunt in Aegyptum, Genes.46. De
quibus creditur Gerson primogenitus, quia ponitur
primus in ordine literæ, & sic essent septingenti anni
completi a natiuitate Gerson vsque ad fundationem
templi Salomonis. De quibus subtrahantur quasi
quatuor anni, quia fundatio templi facta est in prin-
cipio anni quarti regni Salomonis, tertio Regum 6.
Ista autem ordinatio facta est anno quadragesimo
regni Dauid, vt patet in litera, & in illo anno mor-
tuus est Dauid, quia non regnauit, nisi quadragin-
ta annis,infra vigesimonono. Ergo istam ordinatio-
nem ministrorum, & fundationem templi Salomo-
nis fuerunt ad plus quatuor anni, qui subtrahendi
sunt de supradictis septingentis annis, sic manent a
natiuitate Gerson vsque ad tempus, quo facta est ista
ordinatio, anni septingenti fere, anni tamen, vsque K
ad quos poterat extendi vita Gerson, simul cum vi-
ta Ledan filij sui, & ad vitam trium nepotum suo-
rum erant trecenti, & viginti, vt supra probatum est,
qui subtrahantur de septingentis: manebunt ergo ad
minus trecenti, & octoginta anni post mortem om-
nium illorum vsque ad tempus istius ordinationis.
Sed de his non est curandum,quia litera non vocat il-
los thesaurarios, sed solum ponit illos ad continuan-
dum per illos stirpem thesaurariorum, ostendendo
quomodo descenderunt thesaurarij quidam de stir-
pe Gerson filij Leui. Sed dubium est de Zatham, &
Ioel filijs Iehieli, & pronepotibus Gerson: de ijbus dī
hic, q̄ erant ambo fratres, & erant super thesauros
domus

domus Domini. Nam de istis insistendum est, quo- A
modo potuerint ipsi esse thesaurarij, quando facta est
ista distributio officialium. Et videtur dicendum, q̄
nullo modo potuerint viuere tempore istius distribu-
tionis. Nam pater eorum Iehieli filius Ledan mor-
tuus est ad minus trecentis, & octoginta annis ante-
quam fieret ista distributio: oporteret ergo, quòd
isti viuerent ad minus istis trecentis, & octoginta an-
nis: ad hoc, quòd possent esse tempore istius diui-
sionis, sed hoc esse non poterat, quia nullus homo
tantum vixit post Abraham, sed vita hominis erat ad
plus centum, & viginti annorum, vel quasi.
Dicendum ergo,quòd ista litera potest stare dupli-
citer: vno modo,quòd iste Zathan, & Ioel non fue- B
runt tempore istius diuisionis:nec aliquando fuerunt
principes thesaurorum, sed quòd ab ipsis descende-
rant aliqui, qui fuerunt principes thesauriariorum tē-
pore Dauid. Alio modo potest dici, quòd isti fue-
runt thesaurarij tempore Dauid, & tamen omittun-
tur aliquæ generationes in medio, sicut interdum
scriptura sacra solet aliquos omittere, vt infra dice-
tur: primus tamen modus non multum conuenit.
Primo quia hoc modo non magis diceretur de istis
duobus, scilicet, Zathan, & Ioel, quòd erant super
thesauros domus Domini, quàm de Gerson, & Le-
dan, & alij de quorum stirpe isti descendebant. Nam
side istis descendebant principes thesaurorum, ergo
etiam de patre, & proauis istorum etiam descende- C
bant illi principes, & tamen dicitur de istis duobus,
quòd erant super thesauros domus Domini, & non
de alijs prædecessoribus eorum. ergo videtur, quòd
isti pars personaliter erant thesaurarij, & non aliqui
descendentes de stirpe eorum. Secundo patet, quia
litera non potest conuenire huic sensui, quia dicitur,
quòd Zathan,& Ioel fratres erant super thesauros do-
mus Domini. Istud autē significat, quòd ipsi natura-
liter essent super thesauros constituti, & non quòd
descenderent ab eis aliqui principes thesauriariorum,
quia tunc alio modo loqueretur scriptura. Secun-
dus ergo modus tenendus est, s. quòd aliquæ genera- D
tiones intermediæ omittantur, quia interdum scri-
ptura non curat enarrādo genealogias omnia media
numerare. Sic enim patet in genealogia Christi. Nā
omittuntur aliqui reges. Cum enim dī Ioran genuit
Oziam: omittuntur ibi tres reges. Nam Ioran non
genuit Oziā,sed Ochoziam, qui successit ei in regno
4.Reg. 8. Et sequenti lib.cap. 21. & 22. Ochozias ge-
nuit Ioas 4.Reg. 11.& seq. lib. cap. 23. Ioas autem ge-
nuit Amasiam 4. Reg. 14. Et seq. lib. cap. 25. Ama-
sias autem genuit Oziam 4. Reg. 15. Et seq. lib. cap.
26. Et tamen Matth. primo vbi ponitur genealogia
Christi dicitur, Ioran genuit Oziam, & omittuntur
isti tres intermedij. Ita ergo hic poterant omitti tres
vel quatuor generationes intermediæ, & sic isti Za-
than, & Ioel poterant esse tempore Dauid principes
thesauriariorum.

An tempore Dauid Subuel, de quo hic fit mentio, erat præ- E
positus thesauri. *Quæst. XXXI.*

QVAERITVR vlterius cum dicitur hic Subuel
filius Gerson filij Moysi erat præpositus the-
sauri, an fuerit iste Subuel tempore Da-
uid, ita quòd esset thesaurarius per se. Et dicendum
videtur, quòd non, quia iste Subuel fuit filius Ger-
son, & Gerson fuit filius Moysi. Non poterat ergo
viuere hoc tempore: Quod patet, quia Moyses ge-
nuit Gerson in terra Madian, Exodi 2. Et quando
Deus apparuit Moysi in rubo, & iussit ei, quòd iret
ad denunciandum Israelitis, quòd exituri essent de
Aegypto, duxit secum Moyses Gerson, & Eliezer
duos filios suos in Aegyptum,Exodi 4.& sic natus est
Gerson ante exitum de Aegypto, & vsque ad istam
diuisionem officialium fuerunt anni quadringenti
octoginta, demptis quatuor, vt probatum est præ-
cedenti quæstione, non poterat tamen viuere tanto
tempore filius Gerson, quia dato quòd Gerson gi-
gneret Subuel anno centesimo vitæ suæ, quod non
videbatur possibile, vel saltem erat difficile, & viue-
ret postea Subuel ad plus centum, & viginti annis,
non possit extendi vita sua, nisi vsque ad ducentos,
& viginti annos post exitum de Aegypto, & tamen
fuit ista diuisio officialium quadringentis, & octo-
ginta annis post exitum de Aegypto, vt dictum est:
de quibus subtrahantur ducenti, & viginti anni, ma-
nebunt ergo ad minus ducenti,& sexaginta anni,qui-
bus mortuus fuit Subuel ante diuisionem istam.Dici
ergo potest dupliciter, sicut in præcedenti quæstione.
Vno modo, quòd iste Subuel fuit præpositus thesau-
ri, ideſt, q̄ descenderunt ab eo aliqui præpositi. Alio
modo, q̄ istemet Subuel fuerit tempore Dauid,& fa-
ctus sit præpositus thesaurorum. Dicet tamen aliquis
q̄ tenendus sit secundus modus, scilicet, quòd fuerit
Subuel tempore Dauid, & hoc poterit esse dicendo,
q̄ omissæ fuerunt aliquæ generationes intermediæ,
sicut dicebatur præced. quæstione, & istud videbatur
satis rationabile, & tamen videtur obstare quod ha-
betur supra, scilicet, Filij Moysi Gerson, filij Gerson
Subuel primus. Et sic videtur,quòd ipse Subuel fue-
rit vere filius immediatus Gerson, & primogenitus
eius, cum dicatur quòd Subuel est primus filius Ger-
son. Ideo tenendus est hic primus modus, scilicet, q̄
Subuel non potuit esse tempore Dauid, nec fuit ipse
thesaurarius in templo, sed descenderunt ab eo ali-
qui, qui fuerunt thesaurarij, & vocatur ipse Subuel
præpositus thesauri, scilicet,quia de stirpe sua descen-
derunt præpositi.

An alij thesaurarij fuerint tempore Dauid.
Quæst. XXXII.

QVAERITVR vlterius circa alios thesaurarios,
qui ponuntur in illo versu: Fratres quoque
eius Eliezer. Et in versu sequenti, an illi fue-
rint tempore Dauid, & constituti fuerint thesaura-
rij,vel quomodo intelligendum sit. Respondendum
est, q̄ ibi ponuntur multi. Et non fuit aliquis de illis
præpositus thesaurorum,nisi vltimus,s.Selemith. In-
tentio tamē scripturæ est declarare,quomodo de stir-
pe Moysi descenderūt thesaurarij: & primus illorum
fuit Selemith per lineam Eliezer filij Moysi. Et ad
ostendendum quomodo iste Selemith descendebat
de stirpe Moysi, positæ fuerūt hic omnes generatio-
nes intermediæ, & cum peruenitur ad Selemith, di-
citur ipse Selemith,& fratres eius super thesauros san
ctorum. Et in istis non est dubium quin Selemith po-
tuit esse tempore Dauid,quia hic ponuntur sex gene-
rationes ab Eliezer vsq; ad Selemith. Eliezer autem
filius Moysi natus est pauco tempore ante exitum de
Aegypto, & tamen quando Moyses veniebat de ter-
ra Madian in Aegyptum ad educendum inde Israelī-
tas,circuncidit Eliezer,& filium suum in via, vt patet
Exo.4. Et tamen ab exitu de Aegypto vsque ad istam
diuisionem officiorum, siue vsque ad fundationem
templi, quæ fuit quatuor annis post istam diuisio-
nem,fuerunt anni quadringenti, & octoginta, tertio
Regum sexto. Et tamen sex generationes bene pote-
rant durare per istos annos,ideo Selemith poterat es-
se tempore istius ordinationis. Et sic dicendum est,
quòd cōstitutus fuerit in principem thesauriariorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

per Dauid. Et sic etiam dicitur in litera, quòd per F manus eius sanctificata sunt ea, quæ reposita fuerunt in thesauris Domini, quod non poterat esse, nisi ipse viueret tempore Dauid.

Cuius progeniei inter Leuitas essent thesaurarij. Quæst. XXXIII.

QVAERITVR vlterius de qua progenie erant thesaurarij inter Leuitas. Dicendum, quòd tres erant familiæ Leuitarum descendentes a tribus filijs Leui, scilicet, Gerson, Caath, Merari. Et de aliqua istarum, vel de multis essent thesaurarij, & dicendum quòd fuerunt de duabus familijs, scilicet, de Gersonitis, & Caathitis, & de Gersonitis fuerunt duo principes thesaurorum, siue tres, scilicet, Zatham, Ioel, & Achias, & de istis agitur ab illo versu: Porro Achias. vsque ad versum, qui incipit: Amramitis, & Isaaritis. In quo intendit scriptura ostendere, quòd fuerunt illi duo thesaurarij, scilicet, Zatham, & Ioel de stirpe Gerson. Et dicitur quòd Gerson genuit Ledam, & Ledam genuit alium Ledam, & Gerson, & Iehieli, & Iehieli genuit Zatham, & Ioel, qui fuerunt super thesauros domus Domini. De Achia non apparet de qua stirpe erat, sed credendum est, quòd erat de stirpe Gersonitarum, eo quòd ponitur cum Gersonitis. De familia Caathitarum fuerunt etiam alij thesaurarij. Pro quo sciendum, quòd ista familia diuisa erat in quatuor familias partiales, scilicet, Amramitas, Isaaritas, Hebronitas & Ozielitas, Numeri 3. Et ad significandum, quòd de familia Caath erant aliqui thesaurarij, nominatæ fuerunt hic istę quatuor familiæ cum dicitur. Amramitis, Isaaritis, Hebronitis, & Ozielitis, ideſt, de istis familijs fuerunt thesaurarij, qui sequuntur, & vt declaratum est supra in litera non fuerunt thesaurarij de omnibus istis quatuor familijs partialibus, sed solum de familia Amramitarum. Nam soli filij Moysi fuerunt thesaurarij de familia Caathitarum: & tamē Moyses filius Amram erat, supra 23. Pro hoc autem sciendum, quòd Moyses habuit duos filios, scilicet, Gerson, & Eliezer, Exodi 2, & ab vtroque descenderunt aliqui thesaurarij. Et I quia Gerson erat primus, ponitur primo de eo, scilicet, quòd Subuel filius Gerson erat præpositus thesauri. De Eliezer dicitur, quòd descendit ab eo Selemith, & ponitur ibi progenies eius, & fuit ipse Selemith thesaurarius cum alijs fratribus suis, qui erant sibi contemporanei.

De principibus tribuum. Quæst. XXXIIII.

QVAERITVR vlterius cum dicatur hic, quòd principes tribuum, & centuriones, & cæteri consecrauerunt istos thesauros Domino, qui sunt isti principes tribuum. Respondendum est, quòd aliqui existimant istos principes tribuum esse K per constitutionem, alij per progeniem. Primo modo, quòd dicamus, q̄ quilibet rex constituebat, quos volebat in principes super tribus, & quia tribus erant duodecim, q̄ cōstitueret solum duodecim principes, & tamen constituere istos, vel illos esset in voluntate sua. Secundo modo intelligitur, quòd essent isti principes tribuum per progeniem, i. q̄ in qualibet tribu competeret vni ex deriuatione progeniei, quòd esset princeps in illa tribu, & iste modus est verus, an tamē possit stare primus modus, vel secundus declarabitur sequen. cap. in quadam quæstione. Nunc aūt primus modus tenendus est, & dicēdum est, q̄ filij duodecim Iacob nominauerunt duodecim tribus, & ab illis descenderunt alij Israelitæ: considerabatur tamen quis veniebat directe per linea primogenitorū a capite tribus, & ille erat princeps tribus. Iste autē erat semper vnicus, quia sicut vnus homo non potest habere, nisi vnum primogenitum, ita in vna tribu non poterat esse nisi vnus, qui descenderet semper per lineam primogenitorum, & ille erat dignior cæteris de tota tribu. Nam sicut inter filios eiusdem viri primogenitus est dignior, & est princeps, sicut dicitur Geneſis quadragesimonono. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, prior in donis, maior imperio. Ita in tota tribu primogenitus respectu totius tribus erit dignior omnibus de tribu, sed ita erat de illo, qui descendebat a capite tribus semper per lineam primo- G genitorum, ideo ille erat primogenitus in tota tribu, & princeps eius, & semper necesse erat esse vnum talem, & impossibile erat multos esse simul, & sic in qualibet tribu erat semper vnicus princeps, & veniebat per progeniem. Erant autem isti principes duodecim, sicut erant duodecim tribus. Erant viri isti digniores in toto Israel præter regem, & filios eius, & aliquos nimis sibi familiares: Patet hoc quia in deserto quando dedicatum est templum, isti principes obtulerunt in duodecim diebus continuis mucipes obtulerunt in duodecim diebus continuis mu- nera sua, quilibet princeps vna die, vt patet Numeri septimo, & non fit mentio de oblatione aliorum popularium, tanquàm isti omnibus digniores essent. Isti autem principes erant diuites, ideo dicitur de eis hic, H quòd ipsi consecrauerunt, ideſt, obtulerunt multa in thesauris Domini, ad instaurationem templi, & ad emenda supellectilia. Patet hoc ex oblationibus, quas fecerunt isti duodecim principes in dedicatione Sanctuarij Moysi in deserto. Nam quilibet obtulit vnum acceptabulum argentum centum, & triginta siclorum, & vnam phialam argenteam septuaginta siclorum, & vnum mortariolum aureum decem siclorum, & vnum bouem, & vnum agnum, & vnum arietem, & vnum hircum, & rursus duos boues, & quinque arietes, & quinque hircos, & agnos anniculos quinque, Numeri 7.

De tribunis, & centurionibus de quibus fit mentio in litera. Quæst. XXXV.

QVAERITVR vlterius de istis centurionibus, & tribunis, de quibus hic dicitur, quòd sanctificauerunt multa in thesauris Domini, qui erant. Aliqui dicunt, quòd isti erant centuriones, & tribuni, qui constituti fuerunt in deserto, scilicet, successores eorum. Nam cum Moyses eduxisset Israelitas de Aegypto, ipse solus regebat populum, & ipse solus iudicabat in omnibus causis. Et cum essent causæ innumerabiles propter tātam multitudinem populi non poterat Moyses expedire illas, & tota die occupabatur circa eas, cum autem Iethro socer suus venit ad eum, dixit ei: Stulto labore consumeris tu, & populus, qui tecum est: vires tuas negocium est, solus illud non poteris sustinere, sed audi verba mea, atque consilia, & erit Dominus tecum: esto tu populo in his, quæ ad Deū pertinent, & constitue ex populo tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore, quidquid autem magnius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantum iudicent, Exodi 18. & sic factum est. Nam constituit Moyses de populo omnes istos principes, qui iudicabant populum, & quando moriebatur vnus, succedebat alius, & sic manſit ille ordo in populo, & sic nunc putatur, quòd semper manserūt illi iudices per successionē, vnde nunc essent decani, centuriones, & tribuni,

tribuni, & isti essent de quibus hic dicitur, quod obtulerunt in thesauris Domini multa. Sed dicendum est, quòd non stat, quia ille ordo non mansit in populo semper, sed solum fuit inter Israelitas eo tempore, quo manserunt in deserto. Ratio huius fuit, quia diuisio ista totius populi per decanos, centuriones, & quinquagenarios, & tribunos, non pertinet nisi ad multitudinem, quæ est vna, & potest diuidi in quotcunque partes. Et sic erat de Israelitis dum manebant in deserto, quia tota multitudo erat vna, & poterat diuidi per tribunos, centuriones &c. Postquàm tamen fuerunt Israelitæ in terra Chanaan, non erat vna multitudo simpliciter sicut prius, eo quòd erant Israelitæ dispersi per loca, & quilibet locus per se deberet diuidi in ista genera principatus, quod fieri non poterat. Nam aliquis locus esset, in quo solum essent nongenti viri, & in ipso non posset esse tribunus aliquis, eo quòd tribunus est super mille viros. Etiam aliquis locus esset paruus, in quo essent solum nonaginta viri, & ibi non poterat esse aliquis centurio, quia centurio solum est super centum viros, & sic daretur, quòd interdum essent nouem centuriones nō subiecti alicui tribuno, & quinquagenarij non subiecti alicui centurioni, & sic decani non subiecti quinquagenario. Et tamen istud est inconueniens, quia semper debebant esse quinque decani sub vno quinquagenario, & duo quinquagenarij sub vno centurione, & decem centuriones sub vno tribuno, & omnes tribuni sub principe summo, sicut erant sub Moyse in deserto. Et tamen existentibus Israelitis in terra Chanaan, non poterat hoc fieri, ergo non fuit hic seruatus iste ordo iudicum, sed mutatus est sicut fuit supra declaratum in quadam quæstione. Nam loco istorum posuit fuerunt iudices minores in singulis, & loco Moysi, & septuaginta seniores cum eo, qui vocabantur domus consilij, vt ibi declaratum est.

Dicendum ergo, quòd isti tribuni, & centuriones non erant de illis principibus, qui constituti fuerunt in deserto, ita quòd succederent eis, sed fuerūt principes belli: nam in bello requiritur maximus ordo, & consistit iste ordo in eo, quòd sit certus numerus principum, & illi sint sibi subordinati, quousque perueniatur ad vnum. Et sub principibus particularibus sciatur quot sunt subditi, vt quilibet sciat in bello cui principi subiectus est, & iussionem illius solius attendat. Etiam quilibet princeps sciat in bello, quot habet sibi subiectos, vt sciat quibus imperare debeat, & ad hoc fit diuisio in bellis per decanos, quinquagenarios, centuriones, & tribunos. Sic enim factum est in bello quod fecerunt serui Dauid contra Absalonem, vt patet 2. Regum 18. Scilicet. Igitur considerato Dauid populo suo, constituit superēos tribunos, & centuriones. Et sic intelligendū est hic, quòd isti tribuni, & centuriones erant constituti pro bellis. Nam Dauid habebat totum exercitum suum ordinatum, vt si aliquando opus esset, q̄ E pugnaret esset paratus exercitus, vt patet seq. cap. & de isto exercitu erāt tribuni, & centuriones, & nō successerunt illis tribunis, & centurionibus, q̄ fuerunt in deserto constituti per Moysem. Sed tunc obijcietur, q̄ ra: Tribuni, & centuriones. Et sequitur: Et duces exercitus. Et tamen intelligendo sic isti centuriones, & tribuni erant duces exercitus, ergo oportet accipi alio modo tribunos, & centuriones.

Dicendum quòd isti tribuni, & centuriones erāt isti duces exercitus, & tamen hic non vocantur duces exercitus, nisi ipsi, qui maximi erant, s. primi super alios in bello. Et isti erant plusq̄ tribuni, & centurio-

A nes. Nam diuiserat Dauid exercitum suum per duodecim turmas, & in qualibet erant vigintiquatuor millia virorum, vt patet sequenti capitu. & cuiuslibet erat vnus princeps. Ille autem præerat vigintiquatuor millibus virorum, & sic duces exercitus qui erant primi duces, semper erant pluſquàm tribuni. Sic etiam patet de bello, quod fecerunt serui Dauid contra Absalom. Nam diuisit Dauid totum populum per tribunos, & centuriones, & postremo diuisit illum per tres partes, & fecit tres principes. Manifestum est autem, quòd quilibet istorum trium principum erat plus, quàm tribunus, quia aliàs non oportebat diuidi totum populum in tres partes, postquàm diuisus erat in tribunos, & centuriones, & tamen diuisus B est, vt patet 2. Regum decimooctauo. Ergo videtur, quòd duces maximi exercitus erāt semper pluſquàm tribuni, ideo litera accepit hic duces belli pro maximis ducibus, qui distinguuntur a tribunis, & centurionibus.

De modo consecrandi aliquid Domino. Quæst. XXXVI.

QVAERITVR vlterius, quomodo consecrabantur Domino ea, quæ habentur hic, cum dicatur, quòd Dauid, & alij principes cōsecrauerunt ista Domino. Respondendum est, quòd consecrare nihil est, nisi sacrum efficere, quælibet autem res per hoc, quod transit specialiter in ius Dei sacra dicitur, quia Deo qui sanctus est applicatur. Ideo C ad hoc, quòd aliqua res consecretur eo modo quo loquitur hic scriptura, non requiritur, nisi quòd transeat in ius Dei. Transit autem res in ius Dei per hoc, quòd ei donatur. Nam donatio inter homines transfert titulum, & constituit dominium ei, cui donatur. Ita ergo respectu Dei, cum aliqua res donabatur ei, transibat in proprietatem eius, siue Sanctuarii sui, ideo tunc dicebatur consecrari, vel sanctificari. Nam idem est vtrunque, quia sanctificari res dicitur, quia sancta efficitur. Et tunc sancta efficitur, cum Deo, qui sanctus est applicatur. Idem etiam est consecrari, i. sacrum fieri, vel sacris vniri. Et tamē per hoc, q̄ aliquid D Deo datur vnitur rei sacræ, ideo dr̄ consecrari. Hoc ēt apparet in voto: nam quandocunque aliquid Deo vouebatur dicebatur sanctificari, vel consecrari, vt patet Leuit. vlti. s. Homo si vouerit domū suā, & sanctificauerit, s. si sanctificauerit eam per votū: Etiam dr̄ ibi: Si agrū possessionis suæ vouerit, & consecrauerit Domino. Ergo per votum consecrabatur, & sanctificabatur res, & tamen votum erat donatio quædam: ergo per donationem solam consecrabatur res, nec requirebatur aliqua alia cæremonia. Aliqui autem putāt, q̄ obseruatur in hoc cæremonia aliqua, quia dicitur hic, q̄ omnia ista consecrauit, vel sanctificauit Samuel videns: etiam dicitur sanctificauerunt eam per manum Selemith, & tamen Selemith erat Leuita, & Samuel E erat Leuita, & Propheta: ergo aliquas cæremonias obseruarent, cum per manus eorum sanctificarentur ista. Respondendum, q̄ nulla cæremonia obseruata est, sed solum donatio facta est, & cum dr̄, q̄ Samuel sanctificauit ista, intelligitur, q̄ obtulit ea, patet q̄a dr̄, q̄ Samuel, & Dauid, & Saul, & Abner, & Ioab sanctificauerunt ista. Nam omnes isti præter Samuelem erant laici, & non poterant facere aliquam cæremoniam sacram, ergo in sacrificando nulla erat cæremonia, sed sola donatio. Cum autem dicitur, q̄ per manū Selemith fuerunt consecrata, non est sensus, quòd ipse fecerit circa hoc aliquam cæremoniam, sed solum cōsecrata sunt per manum eius, i. data sunt sub manu eius, vt custodiret illa, eo q̄ ipse erat thesaurarius, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad ipsum pertinebat custodia istarum rerum oblata- F
rum. Et patet q̃ non fuit aliqua cęremonia, quia si aliqua fuisset nõ fieret per ipsum, sed per laicos, cum dicat litera: Omnes sanctificauerunt ea per manus Selemith, & fratrũ eius. Et per omnes intelliguntur ibi Saul, Dauid, Samuel, Ioab, & Abner: isti tamen nõ poterant facere aliquam cæremoniam sacrã, quia erant laici. Si tamen volumus, q̃ esset aliqua cæremonia in ista consecratione, solum esset in quibusdam verbis, quæ diceret ipse offerens, & in alijs, quæ diceret Leuita, vel sacerdos suscipiens, sicut nunc quando laici offerunt in ecclesia, sacerdos suscipiens dicit, centuplum accipias, & vitam æternam possideas. Inter Hebræos autem sic erat, q̃ quando veniebant ad offeren G
dum primitias, primo profitebantur causam, propter
quam veniebant, siue offerebant, vt patet Deuter. 26. scilicet, Tolles primitias de cunctis frugibus tuis, & pones eas in cartallo, pergesque ad locum, quem Dominus Deus tuus, vt ibi inuocetur nomen eius, elegerit: accedesq; ad sacerdotem, qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum, profiteor hodie corã Domino Deo tuo, q̃ ingressus sum in terram, pro qua iurauit patribus nostris, vt daret eam nobis, suscipiensq; sacerdos cartallum de manu tua ponat ante altare. Et tunc laicus offerens dicebat verba sua ad Deum dicens: Syrus persequebatur patrem meum, qui descendit in Aegyptum, & ibi peregrinatus est in pauciss imo numero, creuitque in gentem magnam, ac robustam, & in- H
finitæ multitudinis, afflixeruntque nos Aegyptij im-
ponentes onera grauia, & clamauimus ad Deum patrum nostrorum, qui exaudiuit nos, & respexit humilitatem nostram, & labores, atque angustias, & eduxit nos de Aegypto in manu forti, & in brachio extento, in ingenti pauore, in signis, atque portentis, & introduxit ad locum istum, & tradidit nobis terram lacte, atque melle manantem, & iccirco nunc offero primitias frugum terræ, quam Dominus Deus dedit mihi. Sacerdos autem quando recipiebat talem oblationem, & hostias benedicebat offerenti in quadam forma, quam Deus dederat ad benedicendum, scilicet, Benedicat tibi Dominus, & custodiat te, ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui, conuertat Dominus vultum suum ad te, & det ti- I
bi pacem, Numeri 6. Ista verba forte poterant dici tam ex parte offerentis, quàm ex parte recipientis in ista consecratione thesaurorum Domini, sed nulla alia cæremonia fieret. Est autem dubium de istis rebus consecratis Domino, an postquàm consecratæ erant, poterant redire aliquo modo ad vsus humanos, & quando poterant redire, de quo declaratum est supra 18. in quadam quæstione.

Si licitum erat de rapina aliquid consecrare Domino.
Quæst. XXXVII.

QVAERITVR vlterius cum dicitur hic, quòd ista, quæ consecrata fuerunt Domino, erant K
de bellis, quomodo licebat ea, quæ erant de rapina Domino consecrari, cum dicatur, quòd Deus non vult sacrificium de rapina.

Respondendum est, quòd licitum fuit consecrari Domino ista quamquam de bellis: nam quando bellum est iustum, licita est præda, & occisio, sed de rebus suis licitum est homini offerre. Et in bello iusto quidquid capitur, efficitur ipsius capientis, quia iuste accipit, ideo de illo offerre potest. Et est regula generalis, quòd quandocunque aliquis accipit rem, & transit in dominium eius, licite potest facere de ea oblationem, nisi in acquirendo fuerit peccatũ, licet transiret in dominium acquirentis, propter hoc enim vsurario non licet offerre de pecunia quæsita ex vsura, quia non efficit illam suam, sed tenetur ad restitutionem. Sic etiam de fure, & raptore, & simoniaco, & quocunque acquirente aliquid ex iniusto contractu, quia non licet sibi offerre, cum non sit suum. Dixi tamen, quòd quamquam efficiat suum id quod acquirit si peccat in acquirendo, non potest offerre de illo. Et sic est de meretrice, cuius oblationes non accipiuntur ab ecclesia, quia licet ipsa efficiat suum id, quod acquisiuit ex meretricio, ita vt non teneatur ad restitutionem, tamen quia peccauit acquirendo, si Ecclesia reciperet oblationes eius, videretur approbare lucrum illius, ideo non recipit Ecclesia oblationes eius, vt sic erubescat, & redeat ad bonum. Et sic etiam in lege iussum erat, Deuteronom. 23. scilicet, Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quidquid illud est, quod voueris, quia abominatio est vtrunque apud Dominum Deum tuum. Ipsa tamen meretrix quantum est ex se offerre posset, quia pecunia acquisita ex meretricio sua est, & non tenetur restituere alicui illam. Deus tamen non vult recipere propter causam dictam, potest autem meretrix licite facere eleemosynam de pecunia acquisita ex meretricio, & meretur, nec refutanda est, quia recipiendo eleemosynam a meretrice, non approbatur factum suum, sicut recipiendo oblationem, quia tunc ecclesia approbat factum eius, eleemosyna autem in releuationem miseriæ datur. In bello autem iusto transit id, quod accipitur in dominium accipientis, & non est aliqua turpitudo, vel peccatum in acquirendo, ideo licitum est offerre Deo pecuniam in bello acquisitam, immo valde meritorium est, quia per hoc protestantur omnes, quòd victoriæ illæ, quas obtinuerunt, fuerunt Deo volente, & faciente. Et ob hoc illi, qui vincebant in bello, dabant aliqua munera templo, & relinquebant ibi aliqua insignia in memoriam æternam illius victoriæ. Et sic sciret, quòd Deus traderet illam victoriam vincentibus. Sic fecit Dauid quando Goliath Philisthæum occidit. Nam gladium eius, quo eum occidit, posuit in tabernaculo Domini, & erat apud Ephod, vt patet 1. Reg. 21. Sic etiã fuit in multis alijs, Deus quoq; iubebat furari, & rapere ad offerendum sibi, sicut factum est in Aegypto. Nã iussit Israelitis, q̃ peterẽt ab Aegyptijs vasa, & vestes commodatas, quãdo exirent. Et petebant tanq̃ redditurі essent, & tamen non habebat animum redeundi in Aegyptum, nec dãdi vestes, & vasa dominis suis. Et hoc faciebat Deus, vt haberent inde Israelitę multum auri, & argentum, quod postea expenderent in fabricãdo Sanctuarium, & vasa eius. Et sic factum est, quia omnes Israelitæ habentes aurũ, & argentum, & lapides pretiosos, dederunt oĩa hæc pro Sanctuario Domini, vt patet Exodi. Licitum ergo erat offerre Israelitis id, quod furati fuerant, cum Deus eos incitasset ad furãdum, Exo. 3. Et sic quandocunq; haberent iustam causam rapiendi, ex illa rapina poterãt offerre Domino.

De discordia, quæ apparet in quibusdam verbis hic positis circa res consecratas Domino, a quibus, scilicet, fuerint consecratæ. Quæst. XXXVIII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd consecrauerunt ista Domino Dauid, & principes familiarum, cum postea dicatur: Hæc vniuersa sanctificauit Samuel videns, & Saul, & Dauid, & Abner, & Ioab filius Saruiæ.

Respondendum est, quòd omnia ista, quæ nunc consecrata sunt, fuerunt consecrata per omnes, qui nominantur hic, & non per aliquos eorum, solum. Et

Et tamen agitur hic de consecratione illa, ideſt, de re- A
positione thesaurorum sub manu Selemith thesaurarij. Istud autem factum est, quãdo Dauid fecit istam diuisionem officialium, quæ habetur hic. Et tunc traditi sunt isti Selemith omnes thesauri, qui consecrati fuerunt per omnes priores. Et incepit hoc in Samuele, & quia thesauri, qui ex tunc oblati fuerant, manebant adhuc, traditi fuerunt omnes ipsi Selemith, & nominantur hic omnes illi, qui particulas aliquas istorum thesaurorum dederunt. Et isti fuerunt Samuel, Saul, Dauid, Abner, & Ioab, & principes tribuum, & familiarum, & duces belli. Quia tamen Dauid, & principes, qui cum eo erant, obtulerunt maximam partem istorum thesaurorum, & B
in comparatione eorum, quæ ipse, & principes dederunt, nihil erat id, quod dederãt priores, scilicet, Saul, Samuel, Abner, & Ioab, dicitur de Dauid, quòd Dauid, & principes familiarum sanctificauerunt hæc, quia ipsi principaliter istud egerunt. De ista oblatione Dauid, & principum patet infra 29.

De quibusdam verbis hic dictis scilicet quòd Samuel, Saul, & Dauid consecrauerunt in thesauris Domini.
Quæst. XXXIX.

QVAERITVR vlterius quomodo potest stare, quod dicitur hic, scilicet, q̃ Samuel, & Saul, & Dauid consecrauerunt in thesauris Domini ea, quæ habentur hic. Nam nunquàm potuerunt con C
currere isti ad sanctificandum aliquid, eo quòd quando Saul viuebat, Samuel non poterat aliquid sanctificare, eo quòd mortuus est Saul eo tempore, quo Dauid erat profugus a facie Saulis, patet primo Regum 25. Et tunc nihil habebat Dauid, quia erat pauper, & mendicus. Etiam dato, quòd aliquid haberet, non posset conuenire cũ Samuele, & Saule ad consecrandum illud, eo quòd postquàm Dauid incepit aliquid habere, erat iam exosus Sauli, & conabatur eum occidere. Et dato, quòd aliquo tempore ante istud odium Dauid bene se haberet ad Saulem, & possent ambo concurrere consecrando aliquid, tamen non poterat Samuel concurrere cum eis, eo quòd postquàm David vnctus est in regem in secreto a Samuele, nunq̃ D
Samuel vidit Saulem, immo antequàm vngeretur in regem, scilicet, ex die illa, qua peccauit Saul in facto Amalecitarum, prænunciauit Samuel regnum scindendum ab eo, primo Regum 15. Et dicitur ibi, quòd non vidit amplius Samuel Saulem vsq; ad diem mortis suæ, & tamen isto tempore nondum Dauid fletebat cum Saule, sed postea vocatus est ab eo, vt patet 1. Regum 16. Ergo nunquàm potuerunt cõcurrere isti tres ad consecrandum aliquid Domino. Respondendum est, q̃ error est in præsupposito. Nam litera ista non significat, quòd omnes isti conuenerunt in consecratione aliqua, quia istud esset, si consecratio ista thesaurorum esset aliqua cæremonia, quæ debuisset fieri per omnes istos simul, sed non erat istud consecrare, sed offerre. Et obtulit quilibet istorum tempore suo, & quod voluit. Et sic Samuel consecrauit per se aliquid Domino tempore suo, & postea alij. E

An Samuel consecrauit aliquos thesauros Domino.
Quæst. XL.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd Samuel consecrauit aliquos thesauros Domino: nam Samuel non erat diues, potissime quia hic dicitur, quòd isti thesauri erant de manubijs præliorum, & tamen Samuel non fecit bella cum esset Propheta Domini.

Respondendum est, quòd Samuel consecrauit aliquos thesauros Domino, quos in bellis obtinuit. Nam Samuel non solum erat Propheta, sed etiam iudex, ipse enim fuit vltimus iudicum Israel, quia eo viuente incepit status Regum. Nam ipse vnxit Saulem in Regem, vt patet primo Regum decimo. Ipse autem fuit iudex a Deo datus Israelitis ad liberandum eos ab hostibus, 1. Regum 12. Quilibet autem de iudicibus tempore suo erat princeps super totum Israel, & ipse faciebat bella pro toto populo, sicut Rex, vnde Samuel cum fuerit iudex super totum Israel plusquàm viginti annis, vt colligitur primo Regum 7. Fecit aliqua bella, in quibus acquisiuit spolia, quæ consecrauit in thesauris Domini, sicut patet de illo bello, quod fecit contra Philistinos, quando erat Samuel iudicans totum Israel in Masphath. Et venerant Philistini ad pugnandum contra Israel, intonuitque Deus de cœlo terrore magno super Philisthijm, & exterruit eos, & cesi sunt a filijs Israel. Et erat tunc Samuel princeps. Potuit ergo in illo bello acquirere diuitias magnas. Nam non solum accepit spolia, sed etiam extorsit de manibus Philisthinorum omnes ciuitates, quas acceperant ab Israelitis ab Acaron vsque Geth, primo Regum 7. Alia etiam bella forte fecit, de quibus poterat habere spolia, & consecrare Domino.

An alij consecrauerint Domino thesauros ante Samuelem, & Dauid. Quæst. XLI.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd omnes isti thesauri, qui consecrati fuerant, oblati fuerunt per Samuelem, & Saulem, &c. Et non ponuntur aliqui ante istos, qui consecrauerint aliquos thesauros Domino. Et tamen videtur, q̃ multi alij cõsecrauerint Domino thesauros. Nam in bello, quod habuerunt Israelitæ contra Madianitas, consecrata sunt multa Domino. Nam principes exercitus, tribuni, & centuriones, abstulerunt omne aurum, & argentum, quod habere potuerunt in terra Madian, & tradiderunt illud thesaurarijs templi, eo q̃ nullus ipsorum, nec de subditis suis perierat in bello, Numeri 31. Sic etiam fuit postea in destructione vrbis Iericho. Nam omne aurum, & argentum, & vasa ænea, & ferrum, quę in vrbe reperta sunt, posita fuerunt in thesauris Domini, Iosue 6. Sic etiam credendum est de omnibus alijs bellis, quæ facerent Israelitæ, in quibus obtinerent, quòd offerẽt aliquid de præda pro thesauris Domini, eo quòd Deus liberabat eos ab hostibus. Nam ista fuit causa, quare Israelitæ in bello, quod fecerunt contra Madianitas, obtulerunt Domino omne aurum, & argentum, quod inde habuerũt, s. quia nullus de Israelitis in bello perierat, Nume. 31. Et sic multa iam oblata fuissent in thesauris Dñi ante tempora Samuelis. Respondendum est, q̃ concedendum est multa oblata fuisse ab Israelitis ante Samuelem sed de illis non fuit hic facta mentio, quod potest esse propter duo. Primo quia illa, quæ oblata fuerãt ante Samuelem, erant parua in comparatione eorum, quæ a Samuele, & post eum oblata sunt. ideo non facta est mentio de prioribus. Sic enim dictum est supra in quadam quæstione, s. q̃ quamquã ista oblata fuerint a Samuele, Saule, Dauid, Abner, & Ioab, tamen prius dicebat, quòd omnia ista consecrauit Dauid, & principes familiarum. Et sic non fiebat mentio de Samuele, & Saule, eo quòd oblatio illorũ in comparatione oblationis Dauid erat quasi nulla. Secundo potest dici, q̃ non facta est mentio de oblationibus factis ante Samuelem, eo quòd omnia, quæ prius oblata fuerãt, iam expensa erant. Nunc aũt solũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

manebant ea, quę oblata fuerant ex tempore Samuelis. Et istud secundum est verum: nam manifestum est, q̃ oblatio illa, quę facta est ab omnibus principibus in bello Madian, qui obtulerant omne aurum, & argentum quod inuentum fuerat in terra Madian, maior eẽt quàm oblatio, quam fecit Samuel, vel quam fecit Ioab, vel Abner. Et tamen fit hic mentio de istis, & non de illa. Ergo dicendum est, q̃ fuit, quia omnia, q̃ oblata fuerunt prius, erant expensa. Et illa, quæ oblata fuerant ex tempore Samuelis, manebant adhuc, & istud est verisimile satis. Nam in templo Domini erat necessitas reparationis, & etiam ad emendum omnia supellectilia pro ministratione sacra, sicut dicitur supra in litera. Et sic omnia illa, quæ oblata fuerant ab antiquo vsque ad tempus Samuelis consumpta essent in expensis Sanctuarij. Illa autem, quæ oblata fuissent ex tempore Samuelis, manerent. Et quia nunc agebatur de illis, quæ data fuerant Selemith thesaurario in custodiam, solum dictum est de illis, quæ adhuc manebant in thesauris templi. Et ista erant, quæ oblata fuerant ex tempore Samuelis.

Quomodo Saul consecrauit aliqua Domino.
Quæst. XLII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd Saul consecrauit aliqua Domino. Et quomodo potuit consecrare, quia non leguntur aliquæ diuitiæ eius, sicut Dauid, vel Salomonis, sed potius ipse etiam postquàm erat rex, vacabat operi agriculturæ, veniens post boues de agro, vt patet primo Regum vndecimo. Aliquis dicet, quòd Saul obtinuit magnas diuitias in bello contra Amalecitas, cum prædatus fuerit totam terram eorum. Et de illis poterat ipse offerre Domino multa. Sic enim videtur ipse respondisse Samueli, primo Regum decimoquinto, quando dixit, quòd erat vox quam audiebat, & ait Saul, quòd erat vox gregum, qui de terra Amalec portati fuerant, vt offerrentur Domino. Dicendum est, quòd non obtulit Domino Saul de illis diuitijs in thesauros, nec de gregibus in sacrificia, quia Samuel prohibuit dicens, illud nõ placere Deo, eo quòd erat Saul Deo inobediens, inducendo aliquid de terra Amalec, cum Deus vetuisset. Et quia peccauerat in acquirendo, Deus non reciperet oblationem de illis rebus, potissime quia tota terra Amalecitarum cum omnibus rebus, quæ inerant, subiecta fuerat anathemati, sicut ciuitates idolatrarũ, de quibus Deuteronom. 13. Et tamen de tali anathemate non licebat aliquid Deo offerre, nec ipse acceptabat illud, sed omnia cremanda, & destruenda erant, non ergo consecrauit Domino diuitias habitas de Amalecitis. Sed dicendum est, quòd Saul fecit multa bella contra hostes, præter bellum Amalecitarum, in quibus iuste se habuit, & potuit prædam accipere, & de illa poterat offerre Domino. Patet hoc 1. Regum 14. vbi ponuntur gentes, contra quas pugnauit Saul, cõfirmato regno super Israel, pugnabat per circuitum contra inimicos eius, contra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philisthæos, & quocunque se verterat, superabat. Cum ergo in omnibus istis bellis Saul obtineret victoriam, poterat congregare multos thesauros ad offerendum Domino.

Quomodo Dauid consecrauit Domino thesauros.
Quæst. XLIII.

QVAERITVR vlterius de Dauid, quando consecrauit Domino thesauros aliquos. Respondendũ, quòd Dauid fuit, qui inter omnes plus obtulit, immo ipse solus plura obtulit, quàm omnes simul: nam ipse obtulit expensas pro tota ædificatione templi in lapidibus, & lignis, in auro, & argento, vt patet supra 22. Congregauit autem Dauid hoc de multis bellis. Nam cum esset Dauid vir deicola, habuit intentionem semper congregandi diuitias multas, vt ædificaret Domino templum, & omnia, quæ de bellis acquirebat, Domino applicabat, consecrando illa, vt conseruarentur pro ædificatione futura templi. Et istud fecit Dauid a principio bellorum suorum, scilicet, antequàm esset rex. Et postea semper continuauit hoc, sic patet 2. Regum 8. & supra 18. scilicet, Et omnia vasa ænea, & aurea consecrauit Domino cum argento, & auro, quod tulerat ex vniuersis gentibus tam de Idumæa, & Moab, & filijs Ammon, quàm de Philisthijm, & Amalec, & de his ommnibus parauit Dauid expensas, quas putauit esse necessarias pro templo ædificando. Et insuper obtulit multum aurum, & argentum, quod sibi residuum erat, vt poneretur illud in thesauris Domini ad faciendum vasa, & alias necessitates, de quo supra 22. & infra 29.

An idem erat officium iudicum, & præpositorum.
Quæst. XLIIII.

QVAERITVR vlterius circa iudices, & præpositos, de quibus hic agitur, an haberent idem officium. Respondendum est, quòd officium iudicum, & præpositorum simile erat, & a multis putabat esse idem iudices, & præpositi. Et tamen in aliquo differunt, verum est, q̃ possunt vocari idem, sicut diximus supra 23. in quadam quæstione, quia iudices sunt præpositi, eo q̃ præsunt omnibus illis, super quos iurisdictionem exercent. Et tamen aliquid pertinebat ad iudices, quod non ad præpositos. Istud autem patet primo, quia dicitur de iudicibus, q̃ constituti erant ad docendum, & ad iudicandum. De præpositis autem dicitur, q̃ erant præpositi aliquibus gentibus ad exercendum ibi ministeria aliqua Dei, & regis, vt patet in litera. Secundo patet, quia distinguuntur præpositi, & iudices quantum ad familias, quia de iudicibus dicitur, q̃ erant Isaaritæ: de præpositis autẽ dr̃, q̃ erant de Hebronitis. Tertio patet, quia de iudicibus dr̃, q̃ erant cõstituti ad opera Dei forinsecus super Israel ad docendum, & iudicandum. Et nõ constituuntur eis aliqua certa regio, sed totus Israel. Et tñ præpositi distinguuntur per regiones, eo q̃ quędã pars ipsorum præerat vltra Iordanem ad Orientem, alia aũt præerat vltra Iordanem ad Occidentem. Si aũt iudices, & præpositi essent omnino idẽ, nõ maneret aliqua regio, in qua iudices exercerent officiũ suũ, cũ tota terra Israel diuisa esset in duas partes, & distributa esset per duos præpositorum, vt patet in litera. Et tamen iudices ad huc habebant officiũ suũ super Israel, dato q̃ præpositi in omni loco exercerent officium suũ, ideo distinctum erat officium iudicũ ab officio præpositorum. Sunt tamen iudices, & præpositi aliquo modo idem propter similitudinẽ magnã officij. Et aliqñ dicimus illos esse idem, sicut etiã scriptura accipit pro eodem thesaurarios, & ianitores, & tñ non sunt oño idem, vt declaratũ est supra in quadã qõne. Et tñ propter istam identitatem aliqualem, quã habent, ponuntur sub eadem summa. Nam nõ ponitur alia summa iudicum, & alia præpositorum. Sed pro vtrisque ponuntur sex millia, supra 23. Sic etiam est de ianitoribus, & thesaurarijs. Nam eadem summa ponitur thesaurariorum, & ianitorum, scilicet, quatuor millia, vt patet ibidem, & tamen non ponuntur ianitores, & cantores sub eadem summa, eo quòd non habent isti inter se

De numero iudicum, & præpositorum.
Quæst. XLV.

QVAERITVR vltetius quot erant iudices, & quot præpositi. Aliquis dicet, quòd istorum duorum posita fuit vna summa supra 23. Scilicet, sex millia. Et non apparet postea quot de istis fuerint iudices, & quot præpositi. Sed credendũ est, quòd fieret diuisio inter istos. Et illud officium, in quo essent plures necessarij, haberet plures. Aliud autem haberet paucos, qui residui essent de summa. Sic enim fuit de ianitoribus, & thesaurarijs, quia pro vtrisque posita est eadem summa quatuor millium. Et quia pro ianitoribus erant multi necessarij, fuit maxima pars illius summæ distributa in ianitores. Pauci autem residui distributi fuerũt in thesaurarios. Et de neutris constat quot essent.

Dicendum tamen est hic, quòd certa summa fuit iudicum, & certa summa præpositorum: nam omnes simul fuerunt sex millia, vt patet supra 23. & de præpositis fuerunt quatuor millia, & quadringenti: de iudicibus autem fuerunt mille, & sexcenti residui. Quod patet, quia præpositi fuerunt diuisi in duas partes, quidam ad orientem Iordanis, & alij ad occidentem. Ad orientem fuerunt duomillia septingenti. Ad occidentem autem mille, & septingenti, vt patet in litera, qui simul sunt quatuor millia, & quadringenti. Residui autem sunt mille, & sexcenti. Et isti erant iudices. Et ob hoc non ponitur hic summa iudicum, quia posita summa præpositorum constabat quot erant iudices, cum præpositi, & iudices simul constituant summam sex millium.

De officio iudicum Leuitarum. Quæst. XLVI.

QVAERITVR vlterius quod officium erat istorum iudicum Leuitarum, de quibus hic dicitur. Respondent Hebræi, quòd isti iudices constituti erant ad operandum in cæsione lapidum, & lignorum pro ædificatione templi. Et assumunt ex hoc, quia dicitur in litera, quòd isti præerant ad opera forinsecus super Israel. Opera autem, quę fiebant super Israel forinsecus, erant præparationes materiarum pro ædificatione templi. Et in hoc dicunt Hebræi, quòd præerant isti Leuitæ, & hic docebant Israelitas qualiter scire deberent.

Sed dicendum, quòd non stat primo, quia ædificatio templi durauit pauco tempore. Hic autem distinguebantur officia sacerdotum, & Leuitarum, quæ semper duratura erat. Ideo non constituebantur hic aliqui Leuitę, vt præessent cæsoribus lapidum, & lignorum, quia tunc expleta ista ædificatione, non maneret istis Leuitis aliquod officium, quod est inconueniens, quia omnes Leuitę assignabantur sub certis officijs, quia aliàs non deberent recipere redditus templi.

Secundo patet, quia non stat, quòd Leuitæ docerent alios Israelitas ad cædendum lapides, & ligna, quia ipsi nesciebant illa cædere, sicut dixit Salomon ad regem Hiram: Tu scis, quòd in populo meo nõ sit vir, qui nouit ligna cędere, sicut Sidonij 3. Reg. 5. Non ergo poterant Leuitæ alios docere.

Tertio patet, quia quamquam pro ædificatione templi fuerint necessaria plura ligna, & lapides quã Dauid parauerit: tamen ipse putabat, quòd sufficienter expensas parauerat pro ædificatione, sicut ipse dixit supra 22. Scilicet, Ego præparaui impensas domus Domini. Et iterum dicitur. Et ob hanc causam ante mortem suam omnes præparauit impensas, non ad cędendum lapides, & ligna pro templo Domini.

A Quarto patet, quia quando ædificatum est templũ Domini per Salomonem, tunc non constituit ipse aliquos Leuitas, vt essent magistri eorum, qui ligna cędebant, sed petiuit a rege Hiram, q̃ Sidonij cæderẽt illa, eo q̃ non erat in Israel vir, qui sciret ligna cædere, sicut Sidonij. Hebræi autem serui Salomonis cædebant ligna secundum doctrinam Sidoniorum: magistri autem potissimi in cæsione lignorum, & lapidum fuerunt quidam Sidonij, qui vocabantur Biblij: vt patet 3. Regum 5. Scilicet, Porro Biblij præparauerunt ligna, & lapides ad ædificandum domũ. Motiuum autem Hebræorum, scilicet, quia dicitur, q̃ isti Leuitæ erant ad opera forinsecus Israel ad docendum Israelitas in eis, nullum est, quia dicebant isti præ
B esse ad opera extrinsecus, eo quòd omnes alij sacerdotes, & Leuitæ cantores, ianitores, & thesaurarij, habebant ministeria sua in templo. Iudices autem, & præpositi habebant ministeria extra templum, scilicet, per varia loca Israel iudicando, & docendo in singulis, sed ad nullum opus manuale præerant.

Dicendum ergo, quòd isti Leuitæ iudices erant ad docendum, & iudicandum Israelitas. Et tamen potest dupliciter intelligi, vno modo, quòd essent per modum assessorum. Alio modo, quòd essent per modum prædicatorum. Pro quo sciendum sicut declaratum est supra in quadam quæstione, Israelitæ habebant iudices per singula loca, qui erant de singulis habitatoribus locorum, & erant laici. Quia tamẽ
C laici non erant tam instructi in lege, vt scirent iudicare in omni causa, dabantur cuilibet iudici duo Leuitę assessores, vt ait Iosephus 4. Antiquitatum. Et sic poterat esse, quòd isti iudices Leuitæ, de quibus hic dicitur essent assessores omnium iudicum Israel. Et vocarentur ipsi iudices, quia iudicantibus assistebant, & eorum consilio formabantur sententiæ.

Alio modo potest intelligi, quòd isti Leuitæ erant per modum prædicatorum, quia discurrebant, scilicet, per diuersa loca Israel, & prædicabant Israelitis legem, & erudiebant eos circa omnia dubia. Nam inter Israelitas erant magis necessarij prædicatores, quã nunc in Ecclesia, eo quòd tunc erat vnicum templũ, in quo fierent cæremoniæ legis, & non licebat alibi fieri illas. Ideo illi, qui habitabant in alijs diuersis
D locis propter desuetudinem cæremoniarum legis: erant valde indocti: oportebat ergo, quòd aliqui discurrerent inter illos, vt erudirent eos circa cæremonias legis, & quid tenere deberent, & quid euitare, & ad hoc Dauid constitueret nunc istos Leuitas. Et licet verum sit, quòd in singulis locis Israel erãt Leuitæ assessores iudicum laicorum, sicut ait Iosephus 4. Antiqui. tamen magis videtur dicendum, q̃ isti Leuitæ cõtituerentur ad prædicandũ in Israel, & ad declarandũ veritatem legis, quã ad assistendum iudicibus laicis in causis formalibus. Vocantur autẽ isti Leuitæ iudices, & doctores: doctores quidem, quia ipsi prædicabant populo, & docebant quid populus facere deberet: iudices autem, quia ipsi iudicabant in
E omni causa, quæ pertinebat ad cæremonias legis, & ad aliqua dubia de fide. Et quod ipsi determinabant, firmum erat. Sic enim constituit eos rex Iosaphat doctores, & iudices, vt patet sequenti libro, cap. 19. Scilicet, constituit Iosaphat Leuitas, & sacerdotes, vt iudicium, & causam Domini iudicarent, dicens: Sic agetis in timore Dei fideliter, & in corde perfecto, omnem causam, quæ venerit ad vos fratrum vestrorũ qui habitãt in vrbibus suis inter cognationem, & cognationem, vbicunque quæstio est de lege, de mandato, de cæremonijs, de iustificationibus, ostendite eis, vt non peccent in domum, & ne veniat super vos ira, & super fratres vestros.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De officio præpositorum. Quæst. XLVII.

QVAERITVR vlterius de præpositis, qui ponuntur hic, quod erat officium illorum. Respondet Nicolaus, quòd præficiebant vltra Iordanem quidam, & alij circa, quia in regionibus illis erant donatæ vineæ,& aliæ possessiones templo Domini. Et isti Leuitæ gerebant curam illarum possessionum in regionibus illis.

Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia templum Domini non poterat habere aliquam possessionem immobilem de his, quas offerrent Israelitæ. Vnde si aliquis vineam,aut agrum,aut domum suam voueret Domino poterat redimere illam dato certo pretio. Et si nollet, qui vouerat eam redimere, ipsam vendebat alteri, vt patet Leuiti. vltimo. Et sic non poterat templum habere aliquas possessiones immobiles, sed quæcunque offerrentur cogebantur vendere. Et sic non haberent Leuitæ curam de aliquibus possessionibus, quæ pertinerent ad templum. Item patet hoc, quia Deus noluit, quòd Leuitæ haberent agros, & vineas in vrbibus suis, sed solum habebant agros, & suburbana ad alenda pecora, vt patet Numeri 35. Et Iosue 22. Et istud erat, vt non occuparentur sacerdotes, & Leuitæ circa agriculturam, sed vacarent diuinis ministerijs: quomodo ergo assignaretur multis ipsorum, vt haberent solum curam de agris, & vineis, & nullum aliud esset officium ipsorum? Non est ergo hoc verisimile.

Dicendum ergo, quòd isti præpositi ordinabantur ad aliqua ministeria necessaria pro Sanctuario, quæ tamen fiebant extra Sanctuarium in diuersis partibus Israel. Et dicendum, quòd multa ministeria pertinentia ad Deum fiebant extra sanctuarium, de quibus vnum erat prædicare, & iudicare in causis pertinentibus ad Deum. Et istud erat determinatum pro Leuitis, qui vocabantur iudices, & doctores. Omnia autem alia ministeria extra templum quæcunque erant vel occurrere poterant, erant pertinentia ad prepositos. Et sic erat colligere pecuniam de transeuntibus ad numerum. Nam quilibet transiens ad numerum soluebat dimidium siclum: Exo. 30. Et transibat quilibet ad numerum in anno 20. Et tunc tenebatur dare dimidium siclum, & quia in quolibet loco quolibet anno essent aliqui, qui transirēt ad numerum, Leuitæ discurrebant per omnia loca Israel quolibet anno, & colligebant omnem pecuniam, quæ dari debebat ab ipsis trāseuntibus ad numerum. Sic enim patet sequenti lib.cap. 24. Congregauit rex Ioas Leuitas, & sacerdotes, & dixit eis. egredimini ad ciuitates Iuda, & colligite pecuniam de vniuerso Israel ad sartatecta templi per singulos annos festinatoque hoc facite. Et postea subditur quomodo rex increpuit summum sacerdotem super hoc dicens: Quare non fuit tibi curæ, vt cogeres Leuitas inferre de Iuda, & Ierusalem pecuniam, quæ constituta est a Moyse? Aliquando etiam si erat aliqua necessitas Sanctuarij, & oportebat colligi aliquam pecuniam in eleemosynam de toto Israel, isti Leuitæ mittebantur per totam terram ad colligendum eam. Sic patet de restauratione templi, quæ facta est tempore Iosie. Nam Leuitæ, qui erant præpositi, & etiam aliqui de ianitoribus cum eis discurrerunt per totam terram Iuda, & Beniamin, & per vrbes Israel: collegeruntque pecuniam, quam duxerunt in templum Domini, vt fieret inde reparatio, vt patet sequenti lib. cap. 24. Alia autem similia onera occurrebant, quæ pertinebant ad ministeriū Domini per diuersa loca Israel. Et ista debebant expediri per præpositos. Et quia officium istorum erat extra Sanctuarium per totam terram Israel, diuisa fuit terra inter illos, scilicet, vt quidam præpositi haberent curam de illis, quæ pertinebant ad ministerium istud in terra vltra Iordanem, & alij de his, quæ pertinerent ad istud officium in terra citra Iordanem. Et sic ponit hic litera diuisionem istam. Dicitur etiam, quòd isti præpositi exercebant omnia, quæ pertinebant ad ministerium regis,in quo dubium est. Nam videtur, quòd non conuenienter istud fieret, quia Leuitæ erant ministri Dei, & pertinebant ad eos officia sacra, quomodo ergo implicarentur ipsi in negotijs regis, potissime cum ipsi sustentarentur de redditibus sanctuarij, & non erat æquum, quòd sanctuarium daret redditus pro ministris regis, quia sic Sanctuarium subijceretur ad opera regis?

Dicendum est, quòd non est sensus, quòd isti præpositi administrarent aliqua negotia regis,quæ essent pure laicalia,quia sic esset magna deordinatio in hoc, sed erant aliqua ministeria regis, quæ aliquo modo pertinebant ad Deum. Et quantum ad illa constituti erant aliqui Leuitæ, qui administrarent illa, non inquantum pertinebant ad regem, sed inquantum pertinebant ad Deum. Sic enim erat cura sacrificiorum offerendorum. Nam reges, qui deuoti erant inter Iudæos, dabant maximam partem sumptuum necessariorum pro sacrificijs templi. Et ad hoc assignarent in multis locis terræ suæ redditus aliquos pro pecoribus immolādis, & pro simila,vino,& oleo, thure,& sale, quæ necessaria erant pro sacrificijs Domini. Et ad procurandum illos redditus per diuersa loca, vt adducerentur in Sanctuariū animalia, & alia necessaria pro sacrificijs, habebant curam isti præpositi per diuersa loca terræ Israel, & administrando ista negotia, dicebantur gerere negotia regis, eo quòd rex dabat istos redditus Sanctuario. Istud autem est verisimile. Nam etiam reges gentiles hoc faciebant pro Sanctuario Domini, a fortiori credendum est, q reges Iudæi deuoti hoc facerent. Patet hoc de Seleuco rege Asiæ,qui erat gentilis, & dicitur secundo Macha. 3. Fiebat vt ipsi reges, & principes loci summo honore ducerent, & templum maximis muneribus illustrarent,ita vt Seleucus Asiæ rex de redditibus suis præstaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes. Sic etiam erat de rege Artaxersis,qui erat rex Medorum, & Persarum,& dabat omnes impensas sacrificiorum Sanctuario, vt patet primo Esdræ 7. Scilicet,Ego Artaxerses rex statui,atque decreui omnibus custodibus Arcæ publicæ, qui sunt trans Flumen, vt quodcunque petierit a vobis Esdras sacerdos, scriba legis Dei cœli, absque mora detis, vsque ad argenti talenta centum, & vsque ad frumenti coros centū, ni batos centum, & vsque ad frumenti coros centū, & vsque ad batos olei centum, Sal vero absque mensura: omne quod ad ritum Dei cœli pertinet tribuatur diligenter in domo Dei: ne forte iratscatur contra regnum regis, & filiorum eius. Cum ergo gentiles istas expensas darent,verisimilius est,quòd reges Iudæi deuote offerrent ista. Et credendum est,quòd cum Dauid esset vir deicola, & sciret, quòd regnum custodiretur in filijs suis in æternum si obseruarent mādata Dei, Psal 131. Si custodierint filij tui testamētum meū,& testimonia mea hæc quæ docebo eos, & filij eorum vsq; in sæculū sæculi sedebūt super sedem tuā. doceret eos quomodo deuoti essent circa Deū, & ipse inciperet dare ea, quæ necessaria erant pro expensis tēpli,& pro sacrificijs, & daret ea, dum viueret volens etiā, q Salomon teneret istū modū, quādo regnaret. Et sic veniret in cōsuetudinem,& quasi in ius, & debitū oībus posteris suis regnantibus. Et sic nunc instituit quosdā præpositos de Leuitis,qui curā habe-

rent de omnibus negotijs congregandorum redditum regalium pro sumptibus sanctuarij. Sic etiam fuit de Iosaphat, qui fuit rex deuotus de posteritate Dauid, qui constituit aliquos Leuitas, qui essent super officia sua, vt patet sequenti lib. cap. 19. Scilicet,Porro Zabadias filius Ismahel, qui est dux in domo Iuda, super ea opera erit, quæ ad regis officium pertinent. Poterat etiam esse, quòd aliqua iurisdictio regis erat, quam ipse committebat ipsis Leuitis ad ministrandum, sed quod dictum est supra, melius est.

De tempore istarum ordinationum. Quæst. XLVIII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd anno quadragesimo regni Dauid, factę fuerunt istę ordinationes, & diuisiones. Nam videtur, quòd multo prius factæ fuerint. Nam supra 9. Dicitur de istis ordinationibns, & potissime de ostiarijs. Omnes hi electi in ostiarios, quos constituerunt Dauid, & Samuel videns. Et tamen Samuel mortuus fuit antequam Dauid esset rex super Iudam, & Israel. Nam eo tempore, quo fugiebat Dauid a facie Saulis: mortuus est Samuel, primo Regum 25. Ergo ista ordinatio non fuit facta anno quadragesimo regni Dauid, sed potius antequam ipse esset rex. Itē patet hoc,quia in ista diuisione officialiū factus est Selemith thesaurarius, vt patet in litera. Et tamen per manum eius consecrata sunt Dño omnia, quæ habentur in litera, & tamen consecrauit ea Samuel, & Saul, cum dicatur. Hæc autem vniuersa sanctificauit Samuel vidēs & Saul filius Cis,& Abner filius Ner, & Ioab filius Saruiæ. Et sequitur: Omnes hi sanctificauerunt ea, per manum Selemith, & fratrem eius. Ergo Selemith erat thesaurarius tempore Samuelis, & Saulis, sed istud fuit antequam Dauid esset rex super aliquod regnum. ergo non fuit ista distributio facta anno quadragesimo regni Dauid, sed antequam ipse regnaret.

Respondendum, quòd fuit facta etiam ista ordinatio anno quadragesimo regni Dauid, sicut dicitur in litera, & non fuit facta tempore Samuelis nec Saulis. Patet etiam hoc, quia quando facta est ista diuisio, inceperunt Leuitæ ministrare a viginti annis, & supra,vt patet supra 23. Et tamen Dauid fuit primus, qui mutauit ætatem Leuitarum,quia ante ipsum ministrabant Leuitæ ab anno tricesimo vsque ad quinquagesimum. Ipse autem dixit: Requiem dedit Dominus Israel populo suo, & habitationem in Ierusalē vsque in sempiternum. Nec erit officij Leuitarum, vt vltra portent tabernaculum, & omnia vasa eius ad ministrādum: iuxta præcepta quoque Dauid nouissima supputabitur numerus filiorum Israel a viginti annis, & supra. Ergo Dauid in fine dierum suorum fecit istam mutationem, & extunc fuit ordinatum de omnibus ministris Sanctuarij. Cum autem dicitur, quòd Dauid, & Samuel ordinauerunt de ostiarijs supra 9. potest responderi dupliciter, vno modo, quòd Samuel vnxerit Dauid in regem iussu Dei, primo Regum 16. Et sciebat ex hoc eum regnaturum super totum Israel. Et quia videbat,q Deus acceptauerat eum, vt per ipsum augmentaretur cultus eius, instruxit Samuel aliqualiter ipsum Dauid, quid facere,qñ esset constitutus in regem,& tunc potuit ei dicere de ista ordinatione ministrorum, qualiter faceret eam, & sic dr,q Samuel, & Dauid ordinauerunt ianitores,s. Samuel ordinauit eos, instruendo Dauid qualiter se deberet habere, & Dauid ordinauit eos exequendo id,quod sibi dixerat Samuel. Alio modo potest intelligi, quòd Samuel, qui erat Propheta, & iudex super totum Israel, habebat magnam potestatem in populo, & ob hoc habebat opportunitatem ordinandi quod vellet: incepit ergo ordinare aliquid de cultu diuino, & instituit aliquos ianitores, & thesaurarios, tñ nō compleuit istam ordinationem, Saul autem postea non curauit de illa.Ideo Dauid de nouo ordinauit omnia anno quadragesimo regni sui, & fuerūt thesaurarij,& ianitores tempore Dauid,aliqui constituti fuerunt prius thesaurarij, & ianitores tempore Samuelis, & istud magis consonat veritati, & literæ supra 9. Cum dicatur,q Samuel, & Dauid constituerunt illos in ianitores. Constituere autem non dicit promouere, vel incitare aliquem ad hoc, quòd constituat. Sed realiter,& de facto ordinare aliquid. Patet etiam hoc,quia si intelligeretur primo modo,s. q Samuel constituerat illos in ianitores, idest, quòd ad Samuelis consilium Dauid ordinasset illos,non diceretur hoc magis de ianitoribus, quàm de officialibus alijs,quia de omnibus admoneret Samuel ipsum Dauid,& tamen solum dicitur de ianitoribus, quòd Samuel, & Dauid instituerunt illos. Ergo tenendus est secundus modus, s. q Samuel prius ordinauerit aliquid de ianitoribus, deinde Dauid anno quadragesimo regni sui compleuerit omnium ministrorum ordinationem. Ad secundum dicendum, q etiam potest intelligi dupliciter, vno modo, quòd per manum Selemith consecrata fuerunt Domino omnia, quæ a Samuele, Saule,& Abner consecrata fuere, & tamen ista consecratio nunquam fuerit facta nisi diebus Dauid anno quadragesimo regni sui. Et intelligitur sic,s. quòd Samuel,Saul,& Abner in diebus suis obtulerunt thesauros aliquos pro templo Domini,& illi manserunt inconsumpti vsque ad annum quadragesimum regni Dauid, & tunc cum Dauid ordinaret thesaurarios omnium Selemith principem, tradidit in manu eius omnes istos thesauros, qui oblati fuerāt per omnes istos antiquos ex tempore Samuelis, & sic dicetur, quòd omnes isti consecrauerunt Domino thesauros per manum Selemith, scilicet, quòd thesauri ab eis consecrati fuerūt custoditi per Selemith, & tamen non fuit hoc a principio, sed tempore Dauid. Secundo modo potest intelligi, quòd iste Selemith erat thesaurarius ex tempore Samuelis. Et etiā fuit thesaurarius ex tempore Saulis, scilicet, quia Samuel constituisset eum in thesaurarium. Et tunc Samuel tempore suo potuisset cōsecrare thesauros Domino per manus Selemith,quia ipse tunc esse thesaurarius, & sic etiam Saul,& Abner consecrarent temporibus suis thesauros per manum Selemith,eo quod ipse temporibus eorum erat thesaurarius. Nunc autem quando Dauid constituit ministros Dei in omnibus officijs, fecit etiam, quòd Selemith esset thesaurarius, sicut erat prius, & sic omnes poterant per manum eius consecrare Domino thesauros. Et iste sensus magis conuenit literæ, quia dr: Omnes hi sanctificauerūt ea p manus Selemith. Et tñ si deberet intelligi, q tpe Dauid iste nouiter cōstitutus est in thesaurariū,non diceret, q oēs isti sanctificauerant thesauros p manum eius. Sed diceret, q oēs thesauri, quos isti obtulerūt, fuerūt sanctificati p manū eius: magna enim differentia est in hoc. Nam primū significat, q Selemith erat thesaurarius tpe cuiuslibet istorum, s. Samuelis,Saulis,Abner,& Ioab. Et q qlibet tradebat in manu Selemith ea,q̄ consecrabat. Secundum aūt significat, q omnia, q̄ isti obtulerunt fuerunt tradita ad custodiendū Selemith,siue fuerint tradita tpe,quo illi obtulerūt ea,siue post. Sed obijciet ꝯ hoc, qa Selemith nō poterat esse thesaurarius tpe Samuelis, eo q Samuel nō ordinauit aliquos ministros Dei, nisi ianitores,quia de istis solum dr supra 9. Selemith aūt thesaurarius erat: Ideo non fuit tunc ordinatus, sed tpe

Dauid,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dauid. Dicendum quòd Selemith erat thesaurarius F ex tpe Samuelis, & fuit vsq; ad tempus Dauid. Et tñ dr, q Samuel solum instituit tēpore suo ianitores. Dicendum q verum est, tñ ianitores, & thesaurarij pertinebant ad simile officiū. Ideo vocabant thesaurarij ianitores. Et sic Samuel non solum constituit ianitores, sed ēt thesaurarios. Et patet hoc, quia supra 9. Vbi dicit, q Dauid, & Samuel constituerunt ostiarios dicit: His quatuor Leuitis creditus erat omnis numerus ianitorum, & erant super exedras, & thesauros domus Domini. Et sic ianitores dicebantur esse super thesauros, & tamen esse super thesauros pertinet ad solos thesaurarios, ergo ianitores erant thesaurarij. Et iste sensus tenendus est.

CAP. XXVII.

EILII autem Israel secundū numerum suum principes familiarum, tribuni, & centuriones, & præfecti, qui ministrabant regi iuxta turmas suas, ingredientes, & egredientes per singulos menses in anno, vigintiquatuor millibus singuli præerant. Primæ turmę in primo mense Iesboam præerat fi- H lius Zabdiel, & sub eo vigintiquatuor millia. De filijs Phares, princeps cunctorum principum in exercitu mense primo. Secundi mensis habebat turmam Dudia Aho hites, & post se alter nomine Macelloth, qui regebat partē exercitus vigintiquatuor millium. Dux quoque turmæ tertiæ in mense tertio erat Banaias filius Ioiadę sacerdotis, & in diuisione sua vigintiquatuor millia. Ipse est Banaias fortissimus inter triginta, & su- I per triginta. Præerat autem turmæ ipsius Amizadab filius eius. Quartus, mense quarto Asahel frater Ioab, & Zabadias filius eius post eum, & in turma eius vigintiquatuor millia. Quintus mense quinto princeps Samaoth Iezerites, & in turma eius vigintiquatuor millia. Sextus, mense sexto, Hira filius Acces Thecuites, & in turma eius vigintiquatuor millia. Septimus, mense septimo, Helles Phallonites de filijs Ephraim, & in tur K ma eius vigintiquatuor milla. Octauus, mense octauo, Sobochai Viathites de stirpe Zarai, & ī turma eius vigintiquatuor millia. Nonus mēse nono Abiezer Anathotites de filijs Iemini, & in turma eius vigintiquatuor millia. Decimus, mense decimo, Marai, & ipse Nethophatites de stirpe Zarahi, & in turma eius vigintiquatuor millia. Vndecimus mense vndecimo Banaias Pharato-

nites de filijs Ephraim, & in turma eius vigintiquatuor millia. Duodecimus, mense duodecimo, Boldai Netophatites de stirpe Gothoniel, & in turma eius vigintiquatuor millia.

DESCRIPTA in præcedentibus ordinatione populi ministrorum ad Deum, hic agitur de ordinatione populi ad regem. Et iste ordo est conueniens, quia Deus super omnia timendus est, & post eum super oēs hoīes honorandus est rex. Istum ordinem ostendit Beatus Petrus, vt patet prima Petri cap. 2. s. Deum timete, & regem honorificate. Et sic post G Deum posuit regem. Sic factum est hic. Ordinatio aūt regis ad populum suum est in tribus, s. circa bella, & circa regimen populi, & circa habitudinem suæ familiæ. Ideo diuiditur in tria, q primo agitur de principibus exercituum, secundo de principibus populorum, ibi. *Porro tribubus*. Tertio de principibus rerum familiarū, s. possessionū, ibi. *Super thesauros autem*.

De continuatione ad præcedentia. Quæst. 1.

QVAERITVR circa primum an ea, quæ habentur hic sint continuata ad præcedentia, & fuerunt facta immediate post illa. Aliquis dicet, q sic, quia tenendus est semper ordo literæ, qñ nō apparet manifeste, q alius fuerit ordo, quàm ille, qui habetur in litera. Sed dicendum est, q hic est mutatio ordinis, quia ea, quæ habentur hic non fuerunt facta immediate post præcedentia, sed multo tēpore ante illa. Nam ista, quæ habentur præcedenti cap. & in omnibus alijs de ordinatione Leuitarum, fuerunt facta anno quadragesimo regni Dauid præcedenti cap. Et ipse fuit annus vltimus vitæ Dauid, cum non regnauerit nisi quadraginta annis, vt patet infra 29. & 2. Reg. 5. & 3. Reg. 2. Et tamen ea, quæ habentur hic, tangunt ordinationem regni Dauid, s. qualiter se habebat ipse Dauid, qñ rex erat respectu populi, & respectu familiæ suæ. Ideo ista fuerunt ante illa. Ité patet, qa hic ponunt aliqua, q̄ fuerunt quasi in medio temporis regni Dauid, s. q Achithophel esset consiliarius Dauid, vt patet infra in litera. Et tñ Achithophel mortuus est, qñ pugnauit Absalom ꝯ patrem suum. Nam erat Achithophel cōsiliarius Dauid, & cōsiliarius fuerat ad Absalom, qa habebat Dauid exosum. Et cū pugnaturus esset Absalō ꝯ Dauid, dedit ꝯsilium Achithophel de modo pugnandi, & non fuit receptū cōsiliū eius licet vtile esset, qa dissipauit illud Dñs p infusionem sapientiam Chusi Arachitæ. Videns aūt Achithophel, q non susceptū esset consiliū eius, suspendit se laqueo 2. Re. 17. Manifestū est tñ, q istud fuit multo tpe ante mortē Dauid, cū multa de eo postea narrarent, vt patet 2. Re. cap. 17. Vsq; ad finem libri, & in principio tertij libri Re. Et tñ de isto Achithophel dr hic de tpe, quo erat cōsiliarius Dauid, ergo ista, q̄ habent hic fuerunt multo tpe ante illa, q̄ habent cap. præcedenti. Ité patet, qa ista facta fuerūt in principio regni Dauid. Nā in principibus istis, q erant sup duodecim turmas, ponit quartus Asahel frater Ioab, & tñ manifestū est, q Asahel mortuus est in principio regni Dauid. Nam qñ erat contentio inter Dauid regnantem super Iudam, & Isboseth regnantem super Israel, occisus est Asahel ab Abner, vt patet 2. Regum 2. Et tamen illud fuit quasi in principio regni Dauid super Iudam, ergo ista, quæ habentur hic fuerunt multo tempore ante ea, quæ habentur præcedenti cap. Et est hic mutatio ordinis sicut sępe fit in scriptura per anticipationem, & recapitulationem.

Quare

Quare hic ponuntur ista. Quæst. 11.

QVAERITVR vlterius cum ista, quæ habentur hic fuerint facta multo tempore ante illa, quæ habentur supra quare ponuntur hic. Respondet Nicolaus, quòd posita fuerunt hic, vt Salomon ex hoc addisceret qualem ordinem tenere deberet in regno postquàm ipse regnaret. Nam tenuit Salomon istum ordinem, quem tenebat Dauid, scilicet, habuit duodecim præpositos in domo sua, vt patet 3. Regum. Sed istud non stat, quia Salomon non poterat addiscere ex hoc, quia ista scripta fuerunt per Esdram multo tempore postquàm facta sunt, s. post captiuitatem Babylonis, vt probatum est in prologo libri istius. Salomon autem fuit per multos dies, s. B pluſquam per quingentos ante hoc, ideo nō poterat addiscere ex his, quæ habētur hic potissime, quia dato, quòd Salomon potuisset legere ea, quæ habentur in hoc libro, scilicet, q fuissent scripta tempore eius, tamen nō addisceret ex hoc regimen quod habebat Dauid in regno, sed magis sciret aliud per consuetudinem, quia toto tempore Dauid fuerat istud regimen. Dicendum videtur, q scriptura non posuit hic istam ordinationem, quam habuit Dauid in regno suo propter hoc, sed quia volebat scriptura exprimere modū regiminis Dauid in aliquo loco, quia erat modus conueniens, & non fuit aliquis locus magis aptus, quàm iste, ideo fuit hic facta ista expressio. Patet hoc, quia in præcedentibus habitum est de ordinationibus mi- C nistrorum Dei propter similitudinem, ergo immediate poni debuit hic de regimine, & habitudine Dauid ad populum. Multa etiam similia fiunt, s. q introducuntur aliqua in quibusdam locis propter similitudinem materiæ, quæ aliàs non faciebāt ad propositum. circa primum dr. *Filij autem Israel secundum numerum suum*. Idest, Filij Israel, qui ministrabant Dauid in numero certo, sunt isti, qui sequuntur, & dr fm numerum suum, quia in omnibus istis erat determinatio numeri, vt patet in principibus tribuum, & rerum familiarum. *Principes familiarum tribuni, & centuriones, & præfecti*. Idest, Omnes, qui ministrabant Dauid de filijs Israel, siue principes familiarum, siue tribuni, siue centuriones, siue præfecti sunt omnes isti, qui se- D quuntur q.d. non erant plures ministri Dauid in quoquinque genere principum, & ministrorum, q̄ isti, qui sequuntur. principes familiarum, dicuntur principes cognationū, s. principes tribuū, & aliarū cognationū minorum, tribuni vocantur principantes super mille, centuriones vocantur principes super centum: præfecti vocantur alij præsidentes in quibusdam alijs generibus principatuū, s. illi, qui præerant diuersis operibus, & possessionibus regis, vt patet infra in litera. Nam præfectus dicit a præficiendo, & quicunque præficitur alicui officio, vel dignitati, aut administrationi præfectus dr. *Qui ministrabant regi iuxta turmas suas*. intelligitur hoc de solis principibus duodecim turmarum, qui habentur infra. Et vocatur turma mul- E titudo aliqua magna. Et hic est turma quelibet viginti quatuor millium virorum. Et dicit, q isti principes turmarum ministrabant, s. astando semper regi, custodiendo corpus eius, vt si superueniret aliquod bellum subito possent defendere regem. Et dr hoc & *egredientes per singulos menses in anno*. *Ingredientes*, bendo turmam suam in quolibet mense. scilicet, In quolibet mense ministrabat vnus princeps. *Vigintiquatuor millibus singuli præerant*. Scilicet, Quilibet istorum principum præerant vigintiquatuor millibus. In Hebræo dicitur. *Qui ministrabant regi in omni re diuisionum veniens, & exiens*. Idem sensus est, qui in litera nostra. Et tamen est in modo barbarico positus, scilicet, isti principes ministrabant regi in omni re diuisionum, idest, in omnibus diuisionibus suis, scilicet, secundum omnes turmas suas, quæ diuisæ erant. Et dicitur ingrediens, & exiens, idest, in quolibet mense ingrediebatur vna turma ad ministrandum, & cessabat alia. Et dicitur in Hebræo. *Diuisio vna vigintiquatuor millia*. Vbi litera nostra dicit: Vigintiquatuor millibus singuli præerant. Et idem est, scilicet, diuisio vna, scilicet, vigintiquatuor millia, idest, quælibet diuisio siue turma habebat vigintiquatuor millia virorum. *Primæ turmæ in primo mense Iesboan præerat filius Zabdiel*. Quælibet turma habebat vigintiquatuor millia sub vno principe, & ministrabant istæ turmæ per menses, scilicet, In primo mense anni, ministrabat prima turma. Et sic de alijs. Præerat autem Iesboan primæ turmæ. Et iste Iesboan erat fortissimus vir inter omnes viros Dauid, vt aliqui putant, scilicet, primus de primo ternario virorum fortissimorum, vt patet supra 11. Et tamen falsum est, quia ille vocabatur Iesboan filius Athemoni. Iste autem vocabatur Iesboan filius Zabdiel, vt patet supra 11. Et hic. *Et sub eo vigintiquatuor millia*. Istud generale erat ad quemlibet principem turmæ, q præesset vigintiquatuor millibus virorum. *De filijs Phares, princeps cunctorum principum in exercitu mense primo*. Idest primus princeps, qui in primo mense ministrabat coram Dauid, erat de filijs Phares. Iste erat princeps omnium principum, scilicet, non solum præerat vigintiquatuor millibus virorum, qui erant in turma sua, sed etiam præerat omnibus alijs principibus. Et hoc, qa erat de filijs Phares, & ista familia erat nobilior in familijs tribus Iuda. Pro quo sciendum, q in tribu Iuda erant familiæ quinque. scilicet Seleitarum, Pharesitarum, Zarei tarum, Emulitarum, Hesronitarum; Nu. 26. De familia Phares veniebat Dauid, vt patet Ruth. 4. Ideo princeps, qui erat de familia Pharesitarum, erat maior alijs principibus, & præerat eis, eo q Dauid erat de stirpe Phares, & voluit, q princeps iste, qui præerat de stirpe Phares, esset dignior alijs, habendo potestatem aliquam super principes alios, & propter hoc datum est sibi, q ministraret mense primo. *Secundi mensis habebat turmam Dudai Achoites*. Iste erat princeps secundi mensis, & vocatur Achoites a loco, qui dicitur Achoi. *Et post se alter nomine Macelloth*. Scilicet, In ista secunda turma princeps maior Dudai Achoites. Et infra ipsum erat alius princeps minor, qui regebat quandam partem exercitus. Cur autem ponatur hic de isto principe secundo in ista turma, cum etiam multi alij essent principes in ea, infra declarabitur in quadam quæstione.

Qui regebat partem exercitus vigintiquatuor millium. Nō regebat iste Macelloth partem exercitus vigintiquatuor millium auctoritate sua, quia tunc princeps huius turmæ, scilicet, Dudai Achoites non præesset vigintiquatuor millibus virorum, cum Macelloth præesset cuidam parti istius exercitus. Et non subordinaretur ipsi Dudai Achoites, sed intelligendum est, quòd iste Macelloth erat princeps constitutus sub alio. Et auctoritate illius regebat quandā partē exercitus. *Dux quoque turmæ tertiæ in mense tertio, erat Banaias filius Ioiadæ sacerdotis*. Iste Banaias erat vir notabilis, qui nimis diligebat Dauid, & erat vnus de viris fortibus eius, vt patet in litera. Erat autem ipse de genere sacerdotali.

Et in diuisione sua vigintiquatuor millia. Scilicet, In turma sua, quia omnes erant æquales turmæ. *Ipse est fortissimus Banaias inter triginta, & super triginta*. Scilicet, iste Banaias erat vir fortis, erat enim iste de secundo ternario virorum fortissimorum, vt patet 2. Regum 23. & supra 11. Et dicitur, quòd erat super triginta,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ginta, quia triginta erant viri fortes communes, præ- F
ter duos ternarios virorum fortissimorum, & super
omnes istos erat Banaias, cum ipse esset de ternario
secundo. Quomodo tamen ipse esset inter triginta
fortes, cum esset de ternario secundo, dubium est, de
quo infra declarabitur in quadam quæstione.

Præerat autem turmæ ipsius Amizadab filius eius. Scilicet,
Banaias erat princeps istius turmæ tertiæ, & tamē sub
eo erat filius eius qui præerat toti turmæ paternæ, si-
cut in secunda turma erat Macelloth, qui præerat
cuidam parti exercitus ipsius turmæ sub principe tur-
mæ, vt patet supra in litera. *Quartus mense quarto Asahel
frater Ioab.* Iste Asahel erat princeps in mense quarto,
& erat ipse frater Ioab, & Abisai. Nam Saruia soror
Dauid habuit istos tres filios, s. Abisai, Ioab, & Asahel, G
vt patet supra 2. Iste Asahel occisus est in bello quan-
do pugnabant viri Dauid contra viros Isboseth super
contentione regni. Et tunc Abner occidit Asahelem
2. Regum 2. Ex hoc patet, quòd ista ordinatio serui-
torum Dauid, quæ habetur hic, fuit a principio regni
Dauid, eo quòd Asahel, qui erat princeps vnius tur-
mæ, mortuus fuit in principio regni Dauid super Iu-
dam. *Et Zabadias filius eius post eum.* Iste Zabadias præ-
erat etiam toti turmæ paternæ ex commissione eius,
sicut erat in turma tertia, & in secunda. *Et in turma
eius vigintiquatuor millia.* Istud erat commune in om-
nibus turmis. In Hebræo habetur: Super partem
eius: vbicunque litera nostra dicit, & in turma eius,
& idem est, quia turma cuiuslibet princip is erat pars H
ei commissa. *Quintus, mense quinto, princeps Samaoth
Iezarites, & in turma eius vigintiquatuor millia.* Vocatur
Iezarites a loco, quia ciuitas sua dicebatur Iezaar.

*Sextus, mense sexto, Hiram filius Acces Thecuites, & in
turma eius vigintiquatuor millia.* Iste erat vnus de viris
fortibus Dauid, vt patet supra 11. & 2. Regum 23. Et
vocatur Thecuites de vrbe Thecua. De ista vrbe erat
mulier illa prudens, quam duxit Ioab coram Dauid,
vt peteret cū quadam figura veniam exilij Absalom
2. Regum 14. De regione istius vrbis erat Amos Pro-
pheta. Nam dicitur, quòd Amos fuit in pastoralibus
Thecuæ, vt patet Amos primo.

Septimus mense septimo Helles Halonites. Iste etiā fuit
de triginta viris fortibus Dauid, vt patet supra 11. & 2. I
Regum 23. Et vocatur Phalonites ab vrbe Phaloni.

De filijs Ephraim, & in turma eius vigintiquatuor millia.
Dicitur hoc ad differentiam aliorum, qui putantur
esse de tribu Iuda. Et tamen iste, quamquam esset
princeps Dauid, erat de filijs Ephraim, qui erant ho-
stes Dauid, cum essent subditi Isboseth. *Octauus mense
octauo. Sobochai Asothites de stirpe Sarai, & in turma eius
vigintiquatuor millia.* Iste octauus princeps erat de tri-
ginta viris fortibus Dauid. Et vocatur interdum
Sebochai Vsathites, sed idem est. Iste fuit, qui occi-
dit gigantem in bello secundo, quod ponitur 2. Reg.
21. Et erat ille gigas de stirpe Arapha, de quo supra
20. *Nonus mense nono, Abiezer Anathotites.* Vocatur
sic ab vrbe Anathot, quæ est iuxta Ierusalem. Et est K
in sorte Beniamin, & fuit data sacerdotibus inter alias
quadraginta octo vrbes, vt patet Iosue 22. De ista
vrbe fuit Ieremias, qui sacerdos erat, & vocatur de
sacerdotibus, qui erant in vrbe Anathot, vt patet le-
re. primo.

De filijs Iemini, & in turma eius vigintiquatuor millia.
Idest, De stirpe Beniamin. Nam Iemini pro Benia-
min accipitur, de quo infra dicetur in quadam quæ-
stione. *Decimus mense decimo Marai, & ipse Nethophati-
tes.* Iste erat de triginta viris fortibus Dauid, vt pa-
tet 3. Regum 23. Et supra 11. Et vocatur Nethopha-
thites, ab vrbe Nethophati.

De stirpe Sarai, & in turma eius vigintiquatuor millia.
De ista stirpe etiam erat alius princeps octauus, sci-
licet Sobochai Asothites, vt patet supra in litera.

Vndecimus mense vndecimo Banaas Pharathonites. Banaas
nō est Banaias, qa Banaias erat princeps tertiæ turmę,
vt patet supra in litera. Et vocatur Pharathonites a
quadam vrbe nomine Pharaton in terra Ephraim, de
ista vrbe fuit vnus de iudicibus, scilicet, Abdon Pha-
rathonites. Et dicitur, quòd mortuus est, & sepul-
tus in Pharathon terræ Ephraim.

De filijs Ephraim, & in turma eius vigintiquatuor millia.
Etiam iste princeps vndecimus erat de filijs Ephraim,
sicut princeps septimus.

*Duodecimus mense duodecimo Oldai Nethophatites de stirpe
Gothoniel, & in turma eius vigintiquatuor millia.* Iste erat
princeps vltimus de vrbe Nethophati, sicut, & qui-
dam alij principes, vt patet supra in litera.

De duodecim principibus turmarum Quæst. III.

QVAERITVR circa ea, quæ dicta sunt quomo-
do se habebant isti duodecim principes tur-
marum, vel ad quid Dauid habebat il-
los. Aliquis dicet, quòd Dauid ordinauerat totum
exercitum suum, & diuiserat eum per duodecim par-
tes sub duodecim principibus, & hic nominantur isti
principes. Sed tunc dicetur ad quid ponitur hic de
quolibet istorum principum, quòd vno mense erat
vnus princeps, & alio mense alius? Nam istud non
pertinet ad numerationem exercitus, quia solum in-
tenderet scriptura numerare exercitum, & numerare
principes.

Dicendum ergo, quòd non ponuntur hic isti prin-
cipes solum ad numerandum exercitum Dauid, sed
ad ministrandum ei, assistendo sibi de regno suo cer-
tam partem exercitus, & ascripserat militiæ omnes
illos, itaque officium istorum non erat nisi militare.
Et Dauid diuiserat totum istum exercitum per duo-
decim partes, & in qualibet earum erant viginti-
quatuor millia de istis. Et istud erat propter hono-
rem regalem, & principaliter propter incursus bel-
licos. Nam Dauid erat in medio hostium, & facie-
bat multa bella, vnde periculum erat semper sibi,
nisi se diligenter obseruaret. Nam interdum insur-
gebant hostes subito contra eum, vt patet de dua-
bus vicibus, quibus Philisthim insurrexerunt contra
Dauid, quando nouiter factus est rex Israel, vt patet
2. Regum 5. Et supra 14. Et si tunc non habuisset Da-
uid congregatum exercitum, non potuisset se defen-
dere ab hostibus. Expediebat ergo sibi, vt semper
haberet secum viros bellatores. Et ideo habebat sem-
per viginti quatuor millia. Et si occurreret aliquod
periculum, congregabat reliquam partem exercitus,
scilicet, alios vndecim principes cum turmis suis, qui
faciebant ducenta octoginta octo millia virorum,
quia omnes isti erant ascripti militiæ. Et vt isti non
grauarentur nimis assistendo, Dauid faciebat, quòd
quolibet mense assisteret sibi vnus princeps cum vi-
gintiquatuor millibus virorum, & sequenti mense
erant alij viginti quatuor millia virorum cum princi-
pe suo, & sic quælibet turma seruiebat vno mense, &
quiescebat vndecim mensibus. Sic erat de sacerdo-
tibus, & cantoribus, qui erant diuisi in viginti qua-
tuor partibus, & quælibet pars seruiebat vna hebdo-
mada, & quiescebat viginti tribus hebdomadibus,
vt patet supra 24. & 25. tempus autem istarum tur-
marum erat maius, quia seruiebat quilibet princeps
vno mense.

De

*De distributione duodecim principum in anno, in quo erant A
tredecim menses. Quæst. IIII.*

QVAERITVR vlterius cum hic diuisus esset to-
tus exercitus per duodecim principes, & qui-
libet princeps cum turma sua ministraret vno
mense, quid fieret in anno, in quo erant tredecim
menses, quia Hebræi computabant, & etiam nunc
computant annos lunares. Nam faciunt menses per
lunationes, & non computant sicut nos. Et quia in
quolibet anno solari superant vndecim dies, & ali-
quid plus ad annum lunarem, oportebat, quòd in
paucis annis, variarent Hebræi principia annorum
suorum, vtpote si in isto anno inciperent Hebræi an-
num suum in principio anni nostri, finiretur annus B
suus vndecim diebus ante finem Decembris, & alio
anno finiretur annus suus viginti duobus diebus ante
finem Decembris, scilicet, nona die Decembris, &
alio anno finiretur annus suus in Nouembri nostro,
scilicet, in vicesima octaua die Nouembris. Et sic
retrocederet principium anni sui per annū nostrum,
ita quòd si nunc incipiebat annus suus in Ianuario,
vtque ad aliquot annos inciperet in Augusto, & po-
stea in Aprili, & sic variaretur. hoc tamen erat incon-
ueniens non solum quantum ad conditionem tem-
poris, quia principium, & medium, & aliæ partes anni
sui non essent semper eiusdem cōplexionis, vel quasi,
sicut est in nostro anno, sed erat maius inconueniens,
scilicet, quia facerent contra legem. Nam Deus ius- C
serat, quòd semper in primo mense quartadecima die
mensis celebrarent Phase, & tunc debebat esse prin-
cipium frugis hordeaceæ. Nam in principio dierum
azymorū debebat colligi manipulus de spicis hordei
virentibus, & offerri coram Domino, vt patet Leuit.
23. Si autem mutaretur principium anni, ita q̄ aliqñ
esset in Augusto, & aliqñ in Decembri, non possent
Hebræi offerre spicas virentes in festo azymorum.
Ideo oportuit, q̄ semper tenerent Hebræi modum, vt
inciperet annus eorum in Martio, quia ibi erat princi-
pium messis hordeaceæ in terra Chanaan. Etiā hoc
fiebat ad figurandum exitum de Aegypto, & tamen
exitus ille fuit in mense Martij, qñ incipiebat tempus D
messis: Exodi 12. Ideo vt retineretur significatio il-
lius exitus in festo azymorum, quod fiebat, oportebat
vt fieret semper tempore frugum nouarum, & inci-
peret tunc mensis primus. Et patet hoc, quia Deus
iubebat, q̄ omnes Israelitæ facerent Phase die quar-
tadecima mensis primi. Et siquis impeditus propter
immunditiam, vel viam erat, tenebatur facere Phase
mense secundo die quartadecima, & tamen si in illo
mense etiam quis esset impeditus, vt facere Phase, nō
poterat iam facere illud in alio mense, eo q̄ multum
distabat illud a tempore, quo fuerat exitus de Aegy-
pto. Item patet, quia Exo. 12. Dixit Deus, q̄ ille men-
sis, in quo exierant de Aegypto, esset primus in men-
sibus anni, & tamen non poterat esse primus semper
si Hebræi semper sequerentur annos lunares. Et ob E
hoc aliqñ faciebant duodecim menses in anno, & ali-
quando tredecim, & sic æquabant annos lunares cū
solaribus, ita vt semper principium anni ipsorū esset
in Martio paulo ante medietatem eius, vel paulo post
medietatem, & sic veniret annus tredecim mensiū,
in quo ista ordinatio duodecim principum non habe
ret locum. Respondendum est, q̄ multis modis po-
terat prouideri in hoc, vno modo, q̄ princeps quilibet
seruiret vno mense, & quando essent tredecim men-
ses, ille princeps, qui debebat seruire mense primo
anni, seruiret mense tertiodecimo. Et princeps, qui
secundo mense seruiturus erat, mense primo seruiret.
Iste modus posset stare, & tamen videbitur sequi in-
conueniens, quia tunc ille princeps, qui seruiret, pri-
mo mense, seruiret aliqñ quarto mense, vel quinto,
& sic totus ordo esset mutatus. Alio modo posset di-
ci, q̄ in illo anno princeps duodecimus seruiebat mē-
sibus duobus. Et sic primus princeps ministrabat
mense primo sicut in anno duodecim mensium.

Alio modo potest dici, & melius, quòd in illo an-
no seruiret quilibet princeps plusquàm vno mense, s.
vt tredecim menses diuiderentur per duodecim par-
tes. Et sic non fieret aliqua mutatio in ministrando.

De ministratione cuiuslibet principis per mensem. Quæst. V.

QVAERITVR vlterius quare isti principes mi-
nistrabant per menses. Et cur non minist ra-
bant in minori tempore, vel maiori. Nam
aliquis dicet, quòd potius debuissent ministrare per
hebdomadam sicut sacerdotes, & cantores minist ra-
bant per hebdomadas de sabbatho in sabbathum, vt
patet 4. Regum 11. Et sequenti lib. cap. 23. Dicendū
est, quòd non fuit conueniens, q̄ in maiori vel mino-
ri tempore ministrarent. Nam si ministrarent in mi-
nori tempore, vt puta per vnam hebdomadam, aut
diuiderentur in plures partes isti principes, aut non.
Si diuiderentur in plures partes, vtpote quòd essent
triginta, vel quadraginta partes ministrorum, essent
pauciores in qualibet parte. Nam nunc erant duo-
decim partes, & in qualibet erāt vigintiquatuor mil-
lia virorum. Si autem diuiderentur per triginta sex
partes, in qualibet earum essent solum octo millia
virorum, & sic quanto plures essent partes, tanto ma-
gis minueretur exercitus, & tamen Dauid indigebat
magno exercitu secum, vt ipse posset se defendere ab
hostibus, si incurrerent in ipsum: ideo non expedie-
bat esse tot partes exercitus. Si autē solum essent duo-
decim partes, & seruiret quælibet vna hebdomada, se-
queretur inconueniens, scilicet, quòd finitis tribus
mensibus, teneretur quilibet princeps redire ad mini-
strandum, postquàm semel ministrauerat. Dicendū
ergo, quòd non debebat esse minus tempus ad minis-
strandum quàm vnius mensis. Etiam non erat con-
ueniens esse maius tempus, quia tunc grauarētur ni-
mis ministrantes, vtpote si quilibet princeps minist ra-
ret duobus, vel tribus mensibus. Istud autem fuit tē-
pus conueniens ad ministrandum, quia poterat quili-
bet ministrans sine grauamine tanto tempore minis-
trare, & etiam Dauid haberet semper præsentem sibi
sufficientem exercitum ad resistendum hostibus.

De duodecim principibus turmarum Dauid. Quæst. VI.

QVAERITVR vlterius de istis duodecim prin-
cipibus turmarum Dauid, an essent de duode-
cim tribubus, scilicet, singuli de tribu sua, vel
erant omnes de tribu Iuda, vel quomodo se habe-
bant. Aliquis dicet, quòd isti duodecim principes
erant de duodecim tribubus, & apparet hoc, quia
erant duodecim principes, si autem essent plures, vel
pauciores, non putaretur, quòd essent de singulis
tribubus, quia tunc erant tot quot erant tribus, vide-
tur ergo, quòd singuli de tribubus singulis assume-
rentur. Sed aliquis obijciet, quòd non stat, quia
infra ponuntur principes super omnes duodecim tri-
bus, & accipiuntur ibi singuli principes de singulis
tribubus, non ergo ponerentur hic isti duodecim
principes, de duodecim tribubus, sed alio modo.

Dicendum quòd hoc non obstat, quia quamquā
illi, qui infra ponuntur, essent principes de singulis

tribubus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tribubus, non tñ eodem modo, quo illi, quia isti duodecim erant principes exercitus. Et sic poterant esse singuli principes capita ipsius exercitus assumpti de aliqua tribu, ita ꝙ totus iste exercitus ducentorũ octogintaocto millium esset de omnibus tribubus æqualiter, ſ. de qualibet tribu vigintiquatuor millia virorũ, & acciperet de illa tribu, de qua erat iste exercitus, vnus princeps ipsius exercitus. Et sic essent principes de duodecim tribubus, & non esset quilibet istorũ princeps absolute vnius tribus, sed solum assumptus pro exercitu. Illi aũt, qui essent principes absolute ipsarũ tribuum essent maiores, & essent illi, de quibus habetur infra. Et sic satis posset stare, ꝙ de duodecim tribubus essent isti duodecim principes. Sed dicendum, ꝙ hoc non obstante, non poterant esse isti principes de duodecim tribubus, sicut supra dicebatur. Primo patet, quia tunc de qualibet tribu haberet Dauid vigintiquatuormillia virorum, & de illa haberet vnũ principem, & tamen hoc non stat, quia Dauid habuit istã ordinationem in principio regni sui super Iudam, & tamen tunc non erant sibi subiectæ duodecim tribus Israel. Apparet hoc, quia Asahel frater Ioab fuit vnus de istis duodecim principibus: Et ipse mortuus est in bello, quando pugnabant serui Dauid contra seruos Isboseth, & tunc inceperat Dauid esse rex super solam tribum Iudę, de quo 2. Regum 2. & tunc sola tribus Iudæ erat sibi subiecta: ideo non poterat Dauid habere duodecim principes de duodecim tribubus, & de qualibet parte exercitus.

Secundo patet, quia de eadem tribu erant hic duo principes, ergo non poterant esse duodecim principes de singulis tribubus. Nam hic dicitur de principe septimo, & de principe vndecimo, quòd erant de filijs Ephraim: ideo saltem vna tribus esset, de qua non posset esse princeps aliquis.

Tertio patet, quia hic dicitur de Banaia, quòd erat vnus de principibus, & ille erat de filijs Leui cũ esset sacerdos, tribus tamen Leuitarum non computatur de duodecim tribubus Israel, ga præter eã sunt duodecim: iõ non erãt isti principes de duodecim tribubus.

Quarto patet, quia saltem de tribu Iuda erant duo principes. Nam princeps primi mensis erat de filijs Phares, qui sunt in tribu Iuda. Nam familia Phares est vna de quinq; familijs tribus Iuda, vt patet Nu. 26. Et ponit alius princeps de tribu Iuda, ſ. quartus Asahel frater Ioab, ergo saltem erant duo principes de tribu Iuda.

Quinto patet, ga alij duo principes. ſ. princeps octauus, & decimus erant de eadem tribu. Nam ambo erant de stirpe Zarai, vt patet in litera. Alij ergo dicunt, ꝙ non erant isti duodecim principes de duodecim tribubus, sed omnes erant de tribu Iuda. Et causa huius erat, quia qñ Dauid habebat istam ordinationem, non erat rex nisi super Iudam, & aliæ vndecim tribus erãt sub manu Isboseth regis Israel, ergo oẽs principes essent, & totus iste exercitus de tribu Iuda. Sed dicendum, ꝙ etiam hoc non stat, quia licet verũ sit, ꝙ Dauid habuerit istam ordinationem in principio regni sui super Iudam, tamen aliqui principes istarum non erant de tribu Iuda. Et patet primo, quia princeps tertius erat Banaias filius Ioiadæ sacerdotis, & iste nõ erat de tribu Iuda, sed de tribu Leui. Secundo patet, quia princeps nonus, & vndecimus erant de stirpe Ephraim, vt patet in litera, ergo non erãt oẽs de tribu Iuda. Tertio quia princeps nonus erat de stirpe Gemini, i. de stirpe Beniamin, ergo non erãt omnes de eadem tribu. Quarto quia dicitur de primo principe, qui erat de familia Phares, & ideo ipse erat princeps principum, ſ. pp dignitatẽ illius familię. Si tñ oẽs isti duodecim principes essent de tribu Iuda: plurimi ipsorum essent de familia Phares, eo quòd Dauid erat de illa familia. Et sic non fieret tanta mẽtio de familia Phares. ergo videtur, quòd pauci essent principes de tribu Iuda.

Sed de alijs tribubus erant plures. Respondendũ est, quòd isti principes non erant omnes de tribu Iuda, nec etiam erãt de singulis tribubus. Ratio huius fuit, quia Dauid quando habuit istam ordinationem in regno, erat rex solum super Iudam, & non poterat habere principes de omnibus tribubus, nec exercitũ de illis. Nam si habuisset omnes duodecim tribus in potestate sua, sicut habuit postea, quando factus est rex super totum Israel, constituisset de qualibet tribu vnum principem, & acciperet de illa partem exercitus ad honorandam ipsam tribum, & tamen non potuit: iõ plũrimos istorum tribunorũ fecit de tribu Iuda. Sciendum tamen, quòd Dauid quando erat rex super solam tribum Iudæ, habebat sub regno suo magnam partem Leuitarum, qui habitabant in aliquibus vrbibus terræ Iudæ, sicut habitabant in vrbibus aliarum tribuum, & isti tenebant cum Dauid. Etiam quamquam Dauid solum regnaret super Iudã multi de alijs tribubus confluebant ad eum. Nam antequam Dauid esset rex, cum adhuc viueret Saul, & esset Dauid profugus a facie eius in deserto, multi de tribu Beniamin, & Gad, & Manasse, & de alijs tribubus venerunt in adiutorium eius supra 12. Et postquàm Dauid factus est Rex super Iudã, cum quotidie proſperaretur pugnando contra domum Isboseth, & ipse Isboseth quotidie esset inferior, vt patet 2. Regum 3. multi viri de tribubus subiectis ipsi Isboseth veniebant ad Dauid, & sic habebat ipse Dauid de omnibus tribubus aliquas particulas saltẽ aliquos viros, & sic poterat constituere de illis aliquos in principes. Et dato, quòd de alijs tribubus non venirent ad Dauid magni exercitus, sed aliqui viri, qui fuerant magni Domini in tribubus suis, & tunc paucos viros secum adducerent, licet non posset de illis constitui aliqua turma istarum, quæ esset vigintiquatuor millium, tamen propter honorem ipsorum, quia ipsi gratis venerant ad adiuuandum Dauid, constituit aliquos eorum in principes, & tamen illæ turmæ, de quibus constituebantur erant de tribu Iuda.

Et sciendum est, quòd inter istos principes est regula, quòd omnes illi, quorum non nominantur progenies, sunt de tribu Iuda. Ratio huius est, quia Dauid non habebat aliam tribum nisi istam, quãdo fecit istam ordinationem: ideo putaretur, ꝙ omnes principes erant de ista tribu. Et ad tollendum istud dubiũ, si aliquis princeps constitueretur de aliqua tribu quã de Iuda, narraretur progenies. Et de istis fuerunt quatuor principes, ſ. tertius, qui fuit Banaias filius Ioiadę de stirpe sacerdotum, & septimus qui fuit de stirpe Ephraim, & nonus, qui fuit de stirpe Iemini, i. Beniamin, & vndecimus, qui fuit de filijs Ephraim. Isti enim soli nominãtur de quibus tribubus essent alij aũt non.

De principibus centurionibus &c. Quæſt. VII.

QVAERITVR vlterius de istis principibus familiarũ, & centurionibus, & tribunis, & præfectis, qui erant. Respondeo, quòd hic nominantur in generali omnes principes isti, qui habentur infra in litera. Ponuntur autem hic tria genera principum. Quidam sunt principes bellorum, alij principes tribuum, alij thesaurorum. Principes bellorum sunt centuriones, & tribuni, principes familiarum sunt principes tribuũ, quia large nominantur familiæ ipsæ tribus, principes thesaurorum sunt præfecti, quia quicunque præficitur, vel præponitur alicui officio, præfectus dicitur. Et iste modus est conueniens, & tamen aliqualiter repugnat literę inquantum dicitur, quòd omnes isti principes ministrabant coram rege per menses. Et tamen non erat aliquis, qui ministraret per menses nisi isti duodecim principes turmarum: nam principes tribuum non ministrabãt per menses, nec aliquã do, quia non habebant aliquod officium coram rege. Principes autem thesaurorum non ministrabant per menses, sed omni tempore ministrabant in officijs suis.

Dicendum ergo videtur, quòd omnes isti sunt principes duodecim turmarum, & tñ nominãtur hic diuersis nominibus. Nam vocantur principes familiarum, ideſt, multitudinũ, quælibet enim turma erat vna multitudo, & vocabatur largè vna familia: vocabantur centuriones, & isti ministrabant qualiber hebdomada, mense quolibet in turma sua. Præfecti autem vocantur quidam principes magni in qualibet turma, qui subijciebantur immediatè ipsis primis principibus turmarum, vt patet in litera. Nam alii qui regebant exercitum in singulis turmis loco ipsorum principum turmarum: & isti erant maiores, ꝙ tribuni, & centuriones. Et vocantur præfecti, quia loco primorum principum præficiebantur. Alias autem non poterat dici quasi fieret prius, scilicet, quòd principes familiarum sint principes tribuum, & præfecti sint principes turmarum, & tribuni, & centuriones sint principes thesaurorum. Sic colligitur præcedenti cap. cùm dicitur: Conuocauit Dauid principes tribuum, & præpositos turmarum, tribunos quoque, & centuriones, qui præerant substãtię, & possessionibus regis. Si autem accipiatur secundo modo, dicitur quòd tribuni, & centuriones erant aliqui principes belli constituti super aliquos bellatores, & erant sub principibus turmarum, quia illi erant maiores principes. Et ad hoc, quòd esset tanta multitudo ordinata, scilicet, vigintiquatuor millium, oportebat, ꝙ non subijcerentur omnes vni immediatè, sed quòd haberet multos principes subordinatos, & cuilibet principi subijcerentur pauci immediatè, & ad hoc fient decani, quinquagenarij, centuriones, & tribuni, qui subordinatè præessent isti multitudini, scilicet, qui libet decanus decem viris, & quilibet quinquagenarius quinque decanis, & quilibet centurio decem de decanis. Et deinde princeps totius turmę præesset vigintiquatuor tribunis. Et per istum modum esset ordinata tota multitudo in qualibet turma.

Quare princeps principum erat de familia Phares, Quæſt. VIII.

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur de principe primæ turmę, quòd ille erat Princeps principum, & erat de familia Pharesi, scilicet, quòd ex hoc, quòd erat de familia Phares esset princeps omnium principum aliarum turmarum. Aliquis dicet, quòd ista familia Phares erat dignior inter alias familias tribus Iudę. Nam quędam familię in tribu ista. ſ. familiarũ Selaitarũ, Zareitarum, Hesronitarum, Hamulitarum, Pharesitarũ: Num. 26. Et de familia Phares erat Dauid, quia descẽdebat directè de progenie eius, vt patet Ruth. 4. & Matth. 1. Et ob hoc fecit Dauid principem, qui erat de turma Phares, quòd esset dignior alijs. Ita ꝙ præesset cęteris principibus. Sed dicendum, ꝙ hoc nõ stat, quia de familia Phares non fuit vnicus princeps turmę, sed principes turmarum multarum. Quod patet, quia omnes istę turmę, & principes earum erant de tribu Iuda, præter quatuor. ſ. præter principem tertiæ, & septimę, & nonę, & vndecimę: de tribu Ephraim princeps nonę: de stirpe Beniamin cęteri: octo principes de tribu Iuda, vt declaratum est supra in quadam qõne. Cum ergo essent solum quinque familię in tribu Iuda: Num. 26. & octo principes turmarum, & familia Phares esset pręcipua inter alias familias tribus Iuda, fierent saltẽ duo principes de illa. Ideo si pp esse de familia Phares cõpereret vni eorum esse principẽ oĩum principũ, cõpeteret ẽt alteri. Sed adhuc poterit dici, ꝙ fortè nõ erant duo principes de illa familia, sed vnicus, ga nõ apparẽt, ꝙ eẽnt de illa duo principes. Iõ vnicus princeps de illa posset habere istam dignitatẽ, ꝙ pręesset oĩbus. Sed dicẽdum, ꝙ de ista familia Phares erant saltem duo principes. Nam princeps primæ turmæ erat de familia Phares, vt patet in litera, princeps ẽt quartę familię erat ẽt de eadem turma. Nam erat Asahel frater Ioab, & tñ ille de familia Phares erat, quia Ioab, & Asahel erant filij Saruię sororis Dauid, vt patet supra 2. Et Dauid erat de familia Phares, vt patet Ruth 4. & Math. 1. ergo ẽt Asahel princeps quartę turmę erat de familia Phares. Et ille non erat princeps oĩum principum. Dicendum, ꝙ verũ est, ꝙ familia Phares erat honorabilior cęteris familijs de tribu Iuda, cum esset Dauid de illa, & tñ non pp hoc solum princeps primæ turmę erat princeps omnium principum, sed quia erat princeps primę turmę. Nam aliquis de istis principibus præficiendus erat omnibus principibus turmarum. Et hoc debuit conuenire honorabiliori principi. Et iste fuit princeps primę familiæ: cum illa habeat excellẽtiam primitatis inter alias: ideo ille præfectus est cęteris, & ad hoc aliqd adiuuit, ꝙ esset de progenie Phares, quia fortè non fuisset data ista præeminentia alicui principi de alijs familijs, & tamen non fuit sola causa pręeminentię istius, quia erat de stirpe Phares, vt dictum est.

Quare subiecit Dauid principes omnium turmarum sub principe primæ turmæ, Quæſt. IX.

QVAERITVR vlterius, quare Dauid voluit subijcere principes omnium turmarũ principi primę turmæ.

Respondendum est, quòd Dauid voluit habere principatum optimum. Est autem principatum optimum Monarchia, scilicet, quando omnes subordinantur vni, vt ait Aristo. 12. Metaph. Et ita voluit Dauid facere in istis turmis. Minimus enim principatus erat decanatus, & præerat quilibet decanus decem viris, & super decanos erant quinquagenarij, & quilibet præerat quinque decanis: & super quinquagenarios erant centuriones, & quilibet centurio præerat duobus quinquagenarijs: super centuriones erant tribuni, & quilibet tribunus præerat decem centurionibus: super tribunos erat princeps turmæ, & præerat quilibet vigintiquatuor centurionibus, eo quòd in qualibet turma erant vigintiquatuor millia virorum, vt patet in litera. Erant isti duodecim principes turmarum, & non subijciebantur alicui immediatè: ideo fecit Dauid, quòd subijcerentur vni. Et sicut subijciendi erant alicui alteri, qui non esset de ipsis, ita subijcerentur, & melius vni ipsorum: ideo subiecit Dauid omnes illos principi primæ turmæ, & non fuit ille subiectus alicui immediatè nisi Dauid. Sic enim fuit de ordinatione Leuitarum. Nam erant tres familiæ Leuitarum, Caathitarum, scilicet, Meraritarũ, & Gersonitarum, & quælibet earum habuit vnũ principem de ipsamet familia: deinde duę familię Meraritarum, & Gersonitarum, subiectę fuerunt cum principibus suis ipsi Ithamar Sacerdoti filio Aaron,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et familia Caathitarum subiecta fuit ipsi Eleazaro filio Aaron. Et postea omnes tres familiæ simul, & omnis princeps earum, & Ithamar princeps duarum familiarū simul, subiecti fuerunt Eleazaro filio Aaron; de his omnibus patet Numeri 3. & 4.

De quibusdam verbis hic dictis scilicet, quòd Macelloth regebat quandam partem exercitus. Quæst. X.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd in secunda turma Macelloth regebat quandam partem exercitus, cum totus exercitus illius turmæ subditus esset principi turmæ. Aliquis dicet, q̃ istud ponitur, quia in secunda turma nō solum erat ille, qui erat princeps primus, sed etiam alius princeps subordinatus sibi, ideo expressum est de eo, q̃ regebat quandam partem exercitus. Sed dicendum, q̃ hoc non stat, quia non erat speciale hoc in ista turma, quia in oībus alijs erant aliqui principes subordinati: Etiam non erat speciale, quantū ad istam turmā in isto Macelloth, qui regebat quandam partem exercitus, eo q̃ multi alij principes subordinati erant in ipsa turma. Nam erant ibi vigintiquatuor tribuni, & ducenti quadraginta centuriones, & quadringenti, & octoginta quinquagenarij, & plurimi decani, scilicet, quatuor millia, & quadringenti, eo q̃ diuidebatur quælibet turma per principes istos sibi subordinatos, sicut declaratum est præcedenti quæstione. Etiam quia dicitur in litera, q̃ hic erant principes familiarū, & tribuni, & centuriones, & præfecti, q̃ ministrabant Dauid per menses. Distinguendo tñ turmam quamlibet per centuriones, & tribunos, necesse erat multos esse in qualibet: Ideo non erat speciale, qa iste Macelloth regebat quandam partem exercitus in secunda turma, quia multi alij regebant partem exercitus in ista turma, & in alijs. Sed ponitur istud, qa iste Macelloth erat plusquàm tribunus. Nam manifestū erat, q̃ in qualibet turma erāt multi decani, quinquagenarij, & centuriones, & tribuni: ideo de istis non oportebat, quòd exprimerentur nomina. Et tamen, quia non erant regulariter aliqui principes maiores, quàm tribuni, si aliqui interdum essent in aliqua istarum turmarum, conueniens erat nominari illos. Iste autem Macelloth erat in secunda turma, & non erat princeps ipsius, nec etiam erat tribunus solum, sed forte habebat in potestate sua quatuor millia, vel qnque millia virorum. Ideo cōueniens fuit, vt diceretur de eo, q̃ regebat quandam partem exercitus. Sciendū aūt, q̃ fere in omnibus turmis erat istud, q̃ ipsi principes turmarum haberent sub se aliquos, qui regerent exercitum, & tamen illi erant dupliciter, quia interdū cōmittebatur eis solum quædam pars exercitus, & sic fuit de isto Macelloth, qui in secunda turma erat sub ipso principe turmæ, & regebat quandā partem exercitus. Interdum autem aliquis erat sub ipso principe turmæ, & regebat loco eius totā turmā, qa committebant illud sibi principes turmæ, forte ad releuationem laboris sui, vel vt illo occupato ipse regeret turmam, & sic est hic de multis. Nam Amizadab filius Banaiæ præerat turmæ eius loco ipsius, & sic de alijs, vt patet in litera, & tamen propter hoc non erant multi principes æquales in eadem turma, quia aliqui erant principes iure suo. Alij vero ex commissione principum maiorum.

De stirpe Iemini. Quæst. XI.

QVAERITVR vlterius, quæ stirps erat ista, de qua dicitur in litera, quòd princeps nonus erat de stirpe Iemini. Aliqui legunt Gemini, & putant, quòd Gemini sit nomen appellatiuum, & vocetur homo Geminus, qui habet vires duplicatas, vel geminatas, & ita iste princeps nonus erat de stirpe alicuius viri fortissimi. Ideo vocatur de stirpe Gemini, vel forte vocatur Geminus, idest, vtraque manu vtens. Sic enim aliqui viri sunt Gemini, idest, ambidextri. Et hoc efficit virum fortissimum, quia est nimis aptus ad bella, sicut duo viri. Sic enim ait Aristoteles secundo Politicorum in fine, recitando legem politiæ Platonicæ, quòd conari debent viri in politia fieri amphidextri per exercitationem: Sed istud non stat, quia in multis locis ponitur ista progenies. Sic enim patet Iudicum 3. De vno iudice, de quo dicitur, quòd erat de stirpe Gemini. Sic etiam Esther 11. dicitur de Mardochæo, quòd erat de stirpe Gemini, & 3. Regum 2. dicitur de Semei, quòd erat de stirpe Gemini. Oportet ergo, q̃ accipiatur vt nomen proprium alicuius viri, qa aliàs non poneretur in tot locis de diuersis viris, q̃ erant de stirpe Gemini: qa non contingeret tot esse de patribus ambidextris. Ī ē dato, q̃ cōtingeret istud, scriptura nō poneret talem connotationē progenitei: quia per hoc non significatur distincte aliqua progenies, cū a casu sit istū, vel illum fieri ambidextrum, aut esse robustū. Item patet, quia istud procedit ex errore aliquorū Latinorū, qui putant istud nomen esse adiectiuū, & appellatiuū, & tñ falsum est, quia Hieron. non posuit eū hic, tanq̃ genitiuum huius nois Geminus, sed tanq̃ nomen propriū Hebrēū, quia in Hebræo habetur Iemini, sed quia idioma Latinum non suscipit talē prolationem posuit Hiero. Gemini pro Iemini. Et sic oporter dici, q̃ sit nomen propriū. Et dicendū est, q̃ sit nomen Beniamin, quia Beniamin vocatus est a patre suo Beniamin, i. filius dextræ, cum vocatus fuisset a matre sua Benoni, i. filius doloris mei, Genes. 35. Et aliqñ tollitur quędam pars istius nois, ben, quod significat filium, & vocatur Iamin, siue Ieminī, quod interpretatur dextra, siue dextra eius. Et quia hoc competit ipsi Beniamin, vocatur ipse Iemini, & sic in multis locis accipitur Beniamin, & Iemini, siue Gemini pro eodem, & ita accipitur hic.

Quare de filijs Beniamin, & Ephraim constituit Dauid principes turmarum. Quæst. XII.

QVAERITVR vlterius quomodo Dauid cōstituebat aliquos in principes turmarum de filijs Beniamin, & Ephraim, quia isti erant hostes sui. Nam Dauid quando habuit istam ordinationem, erat rex solū super Iudā, & Isboseth filius Saulis erat rex super vndecim tribus, & erat quotidiana pugna inter vtrunque regem, 2. Regum 2. & 3. Oportebat ergo, quòd filij Ephraim, & Beniamin, qui erāt de subditis Isboseth essent hostes Dauid. Respondendum, quòd Dauid cōstituit istos in principes, quia non dubitabat de fide eorum. Etiam vt honoribus collatis inuitaret animos eorum ad se diligendum. Pro quo sciendum, quòd quando Dauid erat profugus a facie Saulis per desertum terræ Iuda, & per alia regna terræ Israel, multi de Israelitis videntes, quòd foueret iustam causam, & Saul inique persequeretur eum, & q̃ Deus in omnibus adiuuaret eum, veniebant ad ipsum, & non solū de tribu Iuda, de qua ipse Dauid erat, sed etiā de alijs tribubus, s. de Beniamin, & Ephraim, & Manasse, & Gad: & fere de omnibus tribubus, vt patet supra 12. Et aliquādo Dauid dubitabat de fide istorū venientium ad ipsum, & hortabatur eos quasi cōiurando, vt declararent qua intentione veniebant ad ipsum, an vt nocerēt, vel vt prodessent. Sic patet eodem capitu. cum venerunt multi de Beniamin ad Dauid, & ipse occurrens eis, ait: Si pacifice veniſtis ad me, vt auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis: si au rem insidiamini mihi pro aduersarijs meis, cum ego iniquitatem in manibus non habeam, videat Deus patrum nostrorum, & iudicet. Et tunc Abisai princeps illorum, qui veniebant ad Dauid, ait: tui sumus, o David, & tecum fili Isai, pax tibi, & pax adiutoribus tuis. Cum autem Dauid susciperet istos iam confidebat de fide illorum, ideo non dubitabat constituere eos principes. Sic enim dicitur ibidem postquam Abisai dixit, pax tibi, quòd susceperit illos Dauid, & constituit principes turmæ, ita postea cum Dauid factus esset rex super Iudam, manebāt cum eo isti viri, qui ad eū confugerant, quando fugiebat a facie Saulis, ideo cōstituit eos principes turmarum, quia iam non dubitabat de fide illorum, cum in multis bellis expertus fuisset eorum fidelitatem, vnde non solum constituit eos principes turmarum, sed etiam custodes corporis sui: nam isti principes erant præsentes regi semp, quilibet cum turma sua vno mense.

Porro tribubus præerant in Israel Rubenitis, dux Eliezer filius Zechri: Simeonitis, dux Saphathias filius Maacha: Leuitis, Asabias filius Camuel: Aaronitis, Sadoc, Iuda, Eliu, frater Dauid, Issachar, Amri filius Michael. Zabulonitis Ieſmaias filius Abdiæ, Nephtalitibus, Ierimoth filius Ozrihel: filijs Ephraim, Osee filius Ozaziu: dimidiæ tribui Manasse, Ioel filius Phadaiæ, & dimidiæ tribui Manasse in Galaad, Iaddo filius Zachariæ: Beniamin autem Iasiel filius Abner, Dan verò Ezrihel filius Ierohan. Hi principes filiorum Israel. Noluit autem Dauid numerare eos a viginti annis inferiꝰ, quia dixerat Dominus, vt multiplicaret Israel quasi stellas cœli. Ioab filius Saruiæ cœperat numerare, nec compleuit, quia super hoc ira Dei irruerat in Israel, & iccirco numerus eorum, qui fuerant recensiti, non est relatus in fastos regis Dauid.

Porro tribubus. Hic ponitur secundum huius cap. s. de principibus popularium, & dicitur.

Porro tribubus Israel præerant. Scilicet, suprapositi fuerunt principes turmarum, qui præerant exercitui, hic ponuntur principes tribuum, & dicitur, quòd tribubus Israel præerant isti, qui sequuntur.

Rubenitis dux Eliezer, filius Zechri: Simeonitis dux Saphathias filius Maacha. Ista erat prima tribus secundum ordinem natiuitatis, & ponitur hic prima. Raro tamen seruatur iste ordo: nam hic omnino seruabatur ordo natiuitatis: in alijs autem locis interdū nō seruabatur ordo natiuitatis. s. vt ponantur digniores ante reliquos. s. Iudas, Ephraim, Beniamin, & sic de alijs, quamquàm non essent priores natiuitate. Interdum autem obseruatur ordo vexillorum. s. vt ponantur simul omnes, qui erāt sub vno vexillo. s. tres principes. Et deinde alij tres, qui erant sub alio vexillo. Et tamen non erat iste ordo natiuitatis, nec etiam ordo dignitatis, vt patet in ordinatione vexillorum, quę habetur Num. 2. Et secundum istum ordinem obtulerūt principes oblationes suas per dies duodecim.

Alph. Tost. In Lib. I. Paralip.

Leuitis Asabias filius Camuel. Non accipiuntur hic Leuitæ pro tota tribu Leui, sed vt Leuita signat officium. Nam distinguuntur hic Leuitę a Sacerdotibus: & tamen Leuitæ, & Sacerdotes de eadem tribu erant. s. de Leui. Pro quo sciendum, quòd Leui habuit tres filios. s. Caath, Gerson, Merari: & ab istis nominatę sunt tres familię. s. Caathitarum, Meraritarum, Gersonitarum. familia Caathitarum fuit diuisa in quatuor familias minores, quia Caath habuit quatuor filios. s. Amram, Isaar, Hebron, Oziel: Amram genuit Moysen, & Aaron, & ab Aaron descenderunt Sacerdotes, qui vocantur Aaronitæ: a Moyse autem descenderunt Leuitæ simplices, sicut dicitur supra vigesimotertio, s. Moysi hominis Dei filij computati sunt in tribu Leui, idest, non habuerunt aliam dignitatem, nisi quòd computati fuerunt inter Leuitas. Et ista nulla dignitas erat, quia cuilibet Leuitę hoc conueniebat. Pars ergo familię Amramitarum, & aliæ tres familiæ Caathitarum. s. Isaaritarum, Hebronitarum, & Ozielitarum, & duæ familiæ principales Leuitarum. s. Meraritæ, & Gersonitæ, pertinuerunt simul ad Leuitas simplices. Sola autem particula quædam familię Caathitarum. s. filij Aaaron, pertinuerunt ad Sacerdotes, & hic ponuntur Leuitę pro Leuitis simplicibus. Quod patet, quia distinguuntur ab Aaronitis, vt habetur in litera. De isto Asabia principe Leuitarum infra in litera dicetur, quis erat.

Aaronitis Sadoc. Idest, Sacerdotibus præerat Sadoc, vocantur Sacerdotes Aaronites, eo quòd omnes erant de filijs Aaron, & Deus iusserat, quòd nemo auderet accedere ad ministrandum in officio Sacerdotali nisi filij Aaaron, alioquin occideretur: Numeri tertio, & decimosexto, & decimooctauo. Iste Sadoc, qui erat princeps Aaronitarum, erat summus Sacerdos, & est ille, qui ponitur princeps in familia Eleazar, vt patet supra vigesimoquarto.

Iuda, Eliu, frater Dauid. Idest, princeps tribus Iuda erat Eliu, frater Dauid. Est autem iste Eliu primus frater Dauid, qui vocatur Eliab primo Regum vigesimosexto, & supra secundo. Iste erat magnus statura, & pulcher. Ideo quando præsentauit eum Abisai pater suus Samueli, vt vngeret eum in regem: considerans Samuel staturam, & pulchritudinem eius, putauit, quòd ille erat, quem Deus volebat vngi in Regem, & dixit: Nunc coram Domino est Christus eius. Et Dominus dixit ad Samuelem. Non respicias vultum eius, nec altitudinem staturæ eius, quia abieci eum. Et vocatur iste Eliu, Elial. Sed aliquā do mutatur litera, vel syllaba in nominibus Hebraicis, sicut sępe dictum est. *Isaaritis, Amri filius Michael.* Iste Amri non est ille, de quo habetur 3. Regum 16. Ille fuit rex Israel, & fuit pater Achab regis pessimi, & fuit multo tempore post istum Amri, quia iste Amri fuit tempore Dauid, quia erat tūc princeps vnius tribus. Ille autem fuit multo tempore post. s. qñ regnabat Asa super Iudam, vt patet 3. Reg. 15.

Nephtalitibus Ierimuth filius Ozrihel, filijs Ephraim, Osee filius Oaziu. Idest, viris de tribu Nephtalim præerat Ierimuth. Aliquando est Ierimuth nomen viri, & aliquando nomen vrbis, hic autem accipitur pro viro, & etiam supra 25. quamquàm nō est idem Ierimuth iste, de quo habetur hic, & ille, de quo ibi. Aliquādo accipitur pro vrbe, sic patet Iosue 12. Nam vnus de illis quinque regibus, quos occidit Iosue latentes in spelunca, fuit rex vrbis Ierimuth, vt patet ibidem.

Dimidiæ tribus Manasse. In qualibet aliarum tribuum ponitur vnicus princeps prętерquam in tribu Manasse, & in tribu Leui. Nā tribus Manasse erat diuisa in duas partes, qa medietas eius habitabat vltra Iordanē in terra Galaad, & alia medietas citra Iordanem. Et in

Universidad de Deusto
Biblioteca

qualibet istarum medietatum erat vnus princeps, sic F etiam erat in tribu Leui, quia erat diuisa illa tribus per Leuitas,& Aaronitas,vt patet supra in litera. *Ioel filius Phadaiæ.* Non est iste Ioel ille, qui ponitur in ordine secundus Prophetarum minorum, quia ille fuit multo tempore post istum:iste fuit tempore Dauid regis, & ille fuit tempore Oziæ,quãdo etiam fuit Propheta Oziæ, vt patet in quodam prologo Hieronymi super Ioelem. Etiam iste Ioel erat filius Phadaiæ, & ille erat filius Phatuel, vt patet Ioelis 1. Et iste Ioel erat princeps dimidiæ tribus, quæ habitabat trans Iordanem. *Dimidiæ tribus Manasse in Galaad, & Iaddo filius Zachariæ.* Ista dimidia tribus habitabat in Galaad vltra Iordanẽ ad Oriẽtem,& habebat alium principem, scilicet, Iadefilium Zachariæ. Et habitabat ista dimidia tribus G Manasse in Galaad, ideſt, in medietate terræ Galaad. Nam Galaad est nomen montis, qui sic nominatus est a Iacob,cuius causa posita est præceden.cap. & habetur Genesis 31. Et terra tota circunstans montem istum vocabatur terra Galaad, & erat diuisa in duas medietates, quarum vna data est filijs Ruben,& Gad. Alia vero data est dimidiæ tribui Manasse, vt patet Deuteronom.3. *Beniamin autem Iasihel filius Abner.* In tribu Beniamin præerat Iasihel filius Abner. Aliqui putant, quòd iste Abner erat ille, qui erat princeps militiæ Isboseth,2.Regum 2.& 3.Et prius fuerat princeps militiæ Saulis,1.Regum 14 & 26. Sed istud non satis videtur stare,quia Abner erat hostis Dauid.Nam cum ipse esset princeps exercitus Isboseth pugnabat H contra viros Dauid,& ipse fuit qui occidit Asahelem fratrem Ioab filium sororis Dauid, 2. Regum 2. Et erat ille Asahel vnus de principibus turmarum, scilicet, quartus, vt patet supra in litera. Ideo non videtur,quòd filius Abner esset princeps tribus Beniamin tempore Dauid.Sed dicendum,quòd hoc non multũ obstat, quia si isti principes tribuũ essent per constitutionem,& voluntatẽ Dauid,esset hoc verisimile:& ñ isti erãt per progeniem,vt declarabitur infra in quadã quæstione: ideo licet esset hostis Dauid, poterat esse princeps in tribu Beniamin, non tñ constat adhuc, an esset ille Abner,vel aliquis alius,quia manifestum est, ꝙ multi vocantur eodem noĩe propter paucitatẽ nominũ,& multitudinem virorum. *Dan vero Azriel filius Ieroan.* Ideſt,princeps tribus Dan erat Azriel. Et I iste vocatur in Hebræo Oziel:facilis enim mutatio est vnius in alterũ. Hic enim non obseruatur ordo in istis tribus quantũ ad natiuitatem,licet obseruetur a principio, quia Dan non fuit vltimus in ordine natiuitatis inter filios Iacob, sed ipse Beniamin, vt patet Gen.29. & 30.& 35. *Hi principes filiorum Israel.* Scilicet, isti nominati erant principes tribuum duodecim filiorum Israel. *Noluit autem Dauid numerare eos a viginti annis inferius.* Istud intelligitur de subditis istorum principũ, vel principum turmarum, quos noluit Dauid numerare a viginti annis, & inferius, sed numerauit supra viginti annos. *Quia dixerat Dominus, vt multiplicaret Israel quasi stellas cœli.* Ideſt, Noluit numerare constitutos infra viginti annos, eo quòd erant multi, sicut K stellæ cœli. Nam Deus dixerat, quòd multiplicaret eos,sicut stellas cœli. In Hebræo habetur: Non recepit numerum eorum a viginti annis, & infra. Vbi litera nostra dicit noluit numerare eos, &c. Et idem est. *Ioab filius Saruiæ cœperat numerare.* Istud fuit alio tempore, scilicet, in fine regni Dauid super Israel circa mortem suam: nam tunc iussit numerari totum populum,vt patet 2.Regum 24.& supra 21. *Nec compleuit.* Scilicet,Non compleuit numerationem in omnibus tribubus, scilicet, licet ipse incepisset computare a viginti annis, & supra. *Quia super hoc ira Dei inuerat in Israel.* Scilicet, Ioab, qui inceperat numerationem populi, non compleuit illam, quia plaga Domini incepit, antequàm finiretur numeratio. Et ob hoc dimisit numerationem incompletam. *Et iccirco numerus eorum, qui fuerant recensiti, non est relatus in fastos regis Dauid.* Scilicet, Quia irruerat ira Dei super Israel, non fuerunt scripti in libro Dauid omnes, qui numerati fuerant. Et vocantur fasti, libri de fastis, & scribebantur ibi gesta regni, & numerus militum, & in illo libro poni debebat summa numeratorum, & tamen non fuerunt omnes ibi scripti. Aliquando vocantur fasti, quasi festi, scilicet, libri de festis: & sic vocatur liber fastorum Ouidij, in quo ipse scripsit de omnibus festis, quæ erant apud Romanos, discurrendo per singulos menses, sicut fit in Calendarijs nostris, & illorum festorum ponit cæremonias, & causas, & stellas, quæ illis diebus oriuntur ortu eliaco. De istis autem dicetur magis infra in quæstionibus.

De ordine duodecim principum. Quæst. XIII.

QVAERITVR circa istos principes duodecim tribuum, quomodo se habeant, vel qualiter constituebantur. Et dici potest dupliciter, vno modo quòd isti principes præerant duodecim tribubus, & constituebantur a Dauid. Et sic accipiebat ille quos volebat, vt essent principes. Alio modo potest intelligi, quòd fierent istud per deriuationem progeniei, scilicet, quòd ille, qui descenderet semper de progenie principis, esset princeps, & ad hoc considerabatur quis erat ille, qui descendebat a capite tribus semper per lineam primogenitorum, & ille erat princeps illius tribus, & iste semper erat vnicus. Nam sicut impossibile est eiusdem viri esse multos primogenitos, ita impossibile est in eadem tribu esse multos, qui descenderent semper per lineam primogenitorum, & ipsi essent primogeniti, sed vnicus dabitur, & ille erit primogenitus respectu totius tribus. Nunc aliqui dicunt,quòd necesse est istos principes tribuum habere se secundo modo,s.per progeniem,quia si essent primo modo, s. per constitutionem,& voluntatem Dauid,non differrent isti a principibus turmarum duodecim. Et tamẽ differunt, quia supra ponũtur principes duodecim tribuum. Sed dicendum,ꝙ hoc non obstat,quia quamquam essent vtrique principes constituti per voluntatem Dauid,& non per progeniem, tñ differrent, quia principes turmarum nõ erant principes tribuum, sed erant cõstituti super aliquas partes exercitus,vt custodirent corpus Dauid per mẽses, & essent parati ad belum. Principes aũt tribuũ præerant ipsis tribubus totaliter,s.qlibet princeps vni tribui,& nõ erat hoc quãtum ad ordinationem bellicam, nec ad aliquam ministrationẽ faciendã, sed solũ,vt daretur ordo maioritatis,& minoritatis in ipsis tribubus,& esset aligs,ꝙ posset conuenire totam tribum, & iubere alia conueniẽtia multitudini tribus, quod non fieret, nisi aligs præesset ipsi tribui. Sed dicendum,ꝙ adhuc isto non obstante isti principes non constituebantur per voluntatem Dauid,sed erant illi principes, qbus istud competebat ex progenie. Et patet hoc in multis. Nã in tribu Iuda erat princeps Eliu frater Dauid. Et manifestum est,ꝙ isti competebat ex progenie, eo ꝙ familia Phares erat prima inter omnes familias tribus Iudã, & ꝙ Phares fuit primus filius eius ex Thamar nuru sua,& post eum exiuit Zaram: vnde vocatus est ille Phares, ideſt,rumpens, vel diuidens, quia propter eum diuisa est maceria,Genes.38. Et quamquam Sela filius Iudæ natus fuerit ante Phares, tamẽ quia erat de alia vxore, respectu cuius erat vltimus inter tres fratres, & Phares fuit primus respectu matris suę,computatus est ip A se in primogenitum. Alia etiam causa fuit, & precipua.s.quia Thamar,ex qua Iudas genuit Phares,& Zarã fuit vxor Her primogeniti Iudę, qui mortuus est absque liberis, & suscepit illam etiam frater suus ad suscitandum semen priori fratri, & etiam mortuus est sine liberis, & Sela tertius filius Iudę susceпturus erat eam,ad suscitãdum semen fratri suo, & tñ Iudas timens ne ille moreretur, sicut alij duo non ausus est dare eum illi in virum:si tñ dedisset, & genuisset aliquos filios: primogenitus eius non computaretur filius Sela,sed filius Her primogeniti Iudę cuius semen suscitaturus erat Sela.Quia ista erat regula in suscitatione seminis,vt patet Deut.25. Postea autem per errorem Iudas cognouit Thamar nurum suam,& genuit ex ea Phares,& Zaram,& isti reputati fuerũt qua si filij Her primogeniti sui cũ acciperet vxorem eius. Et tñ si Phares,& Zaram fuissent filij Her primogeniti Iudę semper descenderet princeps tribus Iuda per familiam Phares,quia iste descendebat directè per lineam primogenitorum per ipsum Phares. De stirpe autem ista descendebat Dauid, vt patet Ruth 4. & Matth.1.& tñ inter filios Isai non erat Dauid primogenitus, sed vltimus: Ideo non competebat ei esse principem tribus,sed fratri suo Eliu, siue Eliab, quia ille erat primogenitus Isai,vt patet primo Re.16.& supra.Et sic etiam fuit de Sadoc,qui erat princeps inter Aaronitas.Ita ergo credendum est de omnibus aliis principibus,quòd essent per deriuationẽ progeniei, C & non per aliquam constitutionem Dauid. Ponũtur autem hic nomina istorum principum, quia contigit regnante Dauid istos esse principes in tribubus,& tamen an fuerint principes quando regnabat Dauid super Iudam,vel quando super Israel,vel vtroque tẽpore non apparet.

Quare fuerunt positi duo principes in tribu Leui. Quæst. XIIII.

QVAERITVR vlterius quare cum tribus Leui fuit vnica,positi fuerunt hic duo principes. Respondedum est,quòd Scriptura posuit hic prin D cipes omnium tribuum.In tribu autẽ Leui sic erat, scilicet,ꝙ licet esset vna tribus secundum veritatem, quia omnes descendebant ab eodem capite, scilicet, a Leui.s.Leuitæ, siue Aaronitæ, tñ erant tanquam duę tribus,eo ꝙ omnino habebant officia distincta, & non poterant habere aliquem vnum principem immediatum. Nam Leuitæ habebant officia minora: Aaronitę autem habebant officia Sacerdotalia.Et nõ licebat Leuitis accedere ad officia Aaronitarum, alioquin morerentur, vt patet Nume.3.& 16.& 18. Ideo positi fuerunt principes diuersi in istis familijs. Nam in familia Leuitarum fuit Asabias:in familia autem Aaronitarum Sadoc. Quid autem contineatur E nomine Leuitarum, & quid nomine Aaronitarum, declaratum est supra in litera, quia Leuitæ habent omnes familias tribus Leui præter quandam particulam familiæ Caathitarum,quæ pertinebat ad Aaroni tas,& tñ hoc non obstante,omnes Leuitæ erant subiecti Sacerdotibus.Nam erant tres familię Leuitarũ, & duę illarum.s.Meraritarum,& Gersonitarum.erãt subditę Ithamar filio Aaron, & tertia familia.s.Caathitarum erat subdita Eleazaro filio Aarõ: Nu.3.& 4. Et postea omnes isti erant subiecti tam Leuitę quàm Sacerdotes ipsi Aaron summo Sacerdoti, vt colligit Num.3. Hic tñ ponuntur solum principes distincti, qui erant vltimi in istis duabus familijs. Et non ponitur subordinatio inter ipsos.

De Asabia, qui erat princeps Leuitarum. Quæst.XV.

QVAERITVR vlterius, quis erat iste Asabias,de quo dicitur hic, quòd erat princeps Leuitarum.

Dicendum,quòd erat ille, de quo dicitur precedenti cap. quòd erat princeps Hebronitarum, & conuenit sibi,quia erat de familia Caathitarum,eo quòd erat de Hebronitis, & Hebronitę erant filii Caath,quia Caath habuit quatuor filios,scilicet,Amram,Hebron,Isaar,& Oziel. De familia autem Caathitarum erat princeps Aaaronitarum, quia ista familia erat dignior cęteris familijs Leuitarũ, & erat de Amramitis. Asabias autem erat de principibus Leuitarum, & erat de Hebronitis, qui erant etiam de stirpe Caath,& post Amramitas principatus pertinebat ad Hebronitas,& propter hoc iste Asabias ponitur tamquam princeps maior præpositorum, de quibus habetur præcedenti cap.

Quomodo Asabias erat princeps omnium Leuitarum. Quæst. XVI.

QVAERITVR vlterius quomodo ponitur hic Asabias tamquam princeps omnium Leuitarum præter Aaronitas.Nam nõ subiiciebantur Leuitæ vni principi inter ipsos, cui subijciantur omnes vltimatè,sed diuersos principes habent. Quod patet, quia Nume.tertio ponuntur tres familiæ Leuitarum.s.Caathitarum,Meraritarum, Gersonitarum, & in qualibet earum erat vnus princeps de ipsa familia. Nam familia Caathitarum habebat Elitapham in principem. Gersonitę habebant Eliasaph, Meraritæ habebant Abiahiel, & non subijciebantur isti postea alicui principi Leuitæ, sed subijciebantur Sacerdotibus. Nam duæ familiæ istarum, scilicet, Gerson, & Merari erant subditę ipsi Ithamar filio Aaron. Familia autem Caathitarum erat subdita Eleazaro filio Aaron, vt patet Numeri tertio,& quarto. Ideo non ponebatur aliquis Leuita princeps super omnes Leuitas.

Respondendum est,quòd omnes Leuitæ ordinabantur dupliciter: vno modo inquantum erant ministri Dei: alio modo inquantum erant quidam populus. Primo modo erat ordinatio suprapositа, scilicet, quòd subiicerentur tres familię tribus principibus Leuitarum, & illi tres non subiicerentur alicui vni, sed subijcerentur Sacerdotibus.Accipiendo secundo modo erat vnus princeps Leuitarum super omnes Leuitas: quia aliàs non facerent Leuitæ vnũ populum distinctum contra Aaronitas,quia populus non est vnus, nisi habeat vnicum principem saltem vltimatum, & ad hoc cùm Leuitæ, & Aaaronitæ facerent duos populos, oportebat quòd quilibet istorum populorum haberet vnum principem vltimũ, & sic positus est Asabias. Et dicendum, quòd quantum ad istum modum non fuit subiectus cętus Leuitarum Sacerdotibus, sicut supra dicebatur, scilicet, duæ familiæ vni filio Aaron, & alia familia alteri, quia cum Aaronitæ, & Leuitæ iudicarentur duo populi, oportebat, quòd haberent principes disperatos.quia si esset princeps vnius populi subditus principi alterius, non essent iam duo populi, sed vnus. Hic autem ponuntur Leuitæ, & Aaronitæ; non inquantum sunt ministri Dei, sed inquantum sunt duo populi. Ideo ponitur Asabias tamquam princeps Leuitarum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Sadoc, qui erat princeps Aaronitarum.
Quæst. XVII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic de Sadoc, ꝙ erat princeps Aaronitarũ, & quomodo nõ cõpetebat hoc ipsi Achimelec, quia ẽt ille erat princeps sacerdotũ, vt patet supra 24. Respondendum est, ꝙ isti principes, qui ponuntur hic sunt per progeniem, s. quia descendunt per lineam primogenitorum. Habuit aũt Aaron quatuor filios, s. Nadab, Abiu, Eleazar, & Ithamar, duo autẽ primi occisi sunt a Domino, cum offerrent ignem alienum die prima ministrationis suæ in sacerdotio, supra 24. & Leuit. 10. & Numeri 3. Manserunt autẽ duo, scilicet, Eleazar, & Ithamar, qui sacerdotio functi sunt corã Aaron, vt patet ibidem, & istorum erat primogenitus Eleazar, vnde & ipse factus est summus sacerdos moriente Aaron, Nume. 20. Ideo per lineam illius, quę erat per lineam primogenitorum descendere debebant principes sacerdotum. Sadoc autem erat de domo Eleazar, & Achimelec erat de domo Ithamar, vt patet supra 24. Ideo ad Sadoc pertinebat esse principem Aaronitarum, & non ad Achimelec, licet esset princeps sacerdotum.

Quare hic ponitur vnicus princeps Aaronitarum.
Quæst. XVIII.

QVAERITVR vlterius, quomodo scriptura posuit hic vnicum principem Aaronitarũ, cum essent duo. Nam duæ erant domus sacerdotum, s. vna Eleazar, & alia Ithamar, & habebant duos principes, s. Sadoc de domo Eleazar, & Achimelec de domo Ithamar, ideo debebant poni isti duo in principes, & non vnicus eorum. Dicendum est, ꝙ considerantur sacerdotes dupliciter. Vno modo inquantum sunt ministri Dei. Alio modo inquantum sunt quidam populus. Primo modo sacerdotes habebant duas domos, s. Eleazar, & Ithamar, quæ distincte erant per ministeria sua, & in vna parte earum erant decem, & sex familiæ, & in alia erant octo. Et istæ familiæ seruiebant per vices suas, & quælibet domus istarum habebat vnum principem in isto diuino cultu, & postea, subiectæ erant ambæ domus illi, qui erat summus sacerdos. Nam vno tempore gerebat summum sacerdotium Sadoc, & alio tempore Achimelec, & in illo tempore, quo erat vnus eorum summus sacerdos, erant ei subiectæ ambæ domus quantum ad ministerium diuinum, vt declaratum est supra 24. in quadam quæstione. Accipiendo secundo modo, prout Aaronitæ erant vnus populus non erant duo principes duarum domorum, sed vnicus, quia vnitas populi non permittit pluralitatem principum. Debebat ergo aliquis istorum duorum, s. Sadoc, vel Achimelec esse summus sacerdos, & princeps, nec filius eius Achimelec, eo ꝙ Sadoc erat de stirpe Ithamar. Et tamen Ithamar non erat de stirpe Aaron, sed Eleazar. Sadoc autem erat de filijs Eleazar, vt patet supra 24. Ideo ad Sadoc pertinebat esse principem.

Quomodo Leuitæ, & Aaronitæ fuerunt positi inter reliquos Israelitas. *Quæst. XIX.*

QVAERITVR vlterius, quomodo positi fuerunt hic Leuitæ, & Aaronitæ inter reliquos Israelitas, quia hic intendebat scriptura ponere principes omnium tribuum, Leuitæ tamen non faciunt vnam tribum, nec computantur inter duodecim tribus Israel, quia Deus iussit, quòd non poneretur summa Leuitarum cum Israelitis, Numeri primo, Respondendum, quòd scriptura voluit ostendere totum statum Israelitarum tempore Dauid, & ad hoc ostendit primo statum bellatorum, ponendo duodecim principes turmarum, & in fine ponit statum familiarum Dauid, s. principum possessionum eius, & in medio ponit statum omnium popularium. Et quia nomine populi intelligebantur principaliter duodecim tribus, ponũtur hic principes omnium tribuum. Leuitæ autem licet non essent de tribubus Israel, erãt tamen quædam pars populi. Ideo oportuit ponere statum ipsorum, & positi fuerũt duo principes ipsorum, scilicet, Asabias, & Sadoc, eo quòd differebant Leuitæ ab Aaronitis, & ponuntur isti hic, inquantum habebant habitudinem ad Dauid. Nam omnes, siue populares, siue Leuitæ, erant subiecti ipsi Dauid, quia in veteri Testamento nõ erat distinctio iurisdictionum, scilicet, ꝙ quædam esset ecclesiastica, vel sacerdotalis, & alia sæcularis, sed omnes Israelitæ tam sacerdotes, & Leuitæ quàm laici erant subiecti regi, & ipse iudicabat in causis eorum ciuilibus, & criminalibus, & poterant sacerdotes occidere, & inferre quamcunque pœnam corporalem pro delicto, vt declaratum est, 3. Regum 2. in quadam quæstione, & ibi colligitur in litera. Debuerunt ergo poni principes Aaronitarũ, & Leuitarum hic, inquantum erant subiecti regi, sicut principes omnium tribuum.

Quare in tribu Manasse ponuntur duo iudices.
Quæst. XX.

QVAERITVR vlterius, quare ponuntur hic duo principes in tribu Manasse, scilicet, vnus in dimidia tribu, & alius in alia dimidia tribu, cum quælibet alia dimidia habeat vnicum principem. Respondendum, quòd istud factum est propter diuisionem tribus: nam tribus Manasse diuisa est in duas partes, & nullà alia diuisa est. Ideo pro qualibet medietate positus est vnus princeps. Sed dicetur, quòd dato quòd essent duæ partes, poterat esse vnus princeps earum, quia istæ duæ medietates descendebant ab eodem capite, scilicet, Manasse, & respectu illius vnicus erat, qui descendebat ab ipso per lineam primogenitorum. Dicendum, quòd verum est, quòd vnicus poterat esse princeps istarum duarum partium tribus Manasse, & tamen non fuit conueniens, quia isti principes tribuum erant exercentes quandam potestatem super totam tribum, & ad ipsos pertinebat congregare omnes de tribu, vel iubere alia, quæ pertinerent ad ipsam tribum. Tribus autem Manasse erat diuisa, quia quædam pars eius habitabat vltra Iordanem in terra Galaad, & alia distanter inde citra Iordanem ad Occidentem, ideo non conuenienter vnus princeps præesset vtrique medietati, quia esset tunc diuisa iurisdictio sua, & miscerentur aliquo modo iurisdictiones principum, & licet posset hoc fieri, sicut nunc, idem dominus haberet loca in diuersis partibus terræ mixta locis aliorum dominorum, tamen non conuenienter fieret, sicut etiam nunc multa inconuenientia sequũtur ex talibus mixtionibus dominij, potissime tũc, quia omnes alij principes tribuum habebant totũ territoriũ suum simul, iste aũt princeps Manasse haberet territorium suũ diuisum in duas partes multum distantes, non ergo fuit conueniens. Et sic positi fuerunt duo principes in tribu Manasse.

De diuisione tribus Manasse. *Quæst. XXI.*

QVAERITVR vlterius, quare diuisa est tribus Manasse, & quare potius ista, quàm aliqua alia. Quidam dicunt, quòd hoc fuit necesse ex conditione terræ

terræ Israel. nam tota illa diuisa est in duas partes. Quædam est vltra Iordanem ad orientem, & alia citra Iordanem ad occidentem. In parte autem, quę erat ad orientem Iordanis, poterant capi duę tribus, & dimidia, & non plures. & si ponerentur ibi duę prę iudicaretur alijs habitantibus citra Iordanem, quia daretur eis proportionaliter minus de terra, quam habitantibus vltra Iordanem. Si autem ponerentur ibi tres tribus non caperentur conuenienter, quia haberent paucum de terra. Ideo conueniens fuit diuidi vnam tribum, vt medietas eius habitaret in terra vltra Iordanem, & alia medietas in terra citra Iordanem.

Sed dicendum, quòd istud non concludit propter duo. Primo quia non apparet, quòd tanta esset paruitas terræ vltra Iordanem, quòd non caperentur ibi tres tribus, vel quòd tanta esset magnitudo, quod si daretur duabus tribubus solis, prę iudicaretur habitãtibus circa Iordanem, quia ista terra non diuisa est per sortem, nec per ęqualitatem, sicut terra citra Iordanem, sed duę tribus, & dimidia petiuerunt eam, siue esset magna, siue parua, vt infra dicetur, & potius videtur dicendum, quòd illa terra erat parua, in tantum quòd etiam duabus tribubus non sufficeret secundũ proportionem terræ, quę relinquebatur citra Iordanem. Nam ad oriẽtem Iordanis solum erat terra duorum Regum Amorrhęorum, & tamen ad occidentẽ erat tanta terra, quòd in ea habitabant plures, quam quinquaginta reges. Quod patet, quia Israelitæ occiderunt triginta, & vnum regem de habitantibus citra Iordanem, Iosue decimosecundo. Et manebant adhuc quinque reges Philisthinorum, & terra multorum aliorum Regum, quę non capta erat tempore Iosue, vt patet Iosue decimotertio. Non ergo oportebat, quòd diuideretur aliqua tribus: ad hoc, quòd duę tribus, & dimidia habitarent vltra Iordanem.

Secundo, quia dato, quòd probaretur ex istis necessitas diuisionis alicuius tribus non probabat potius, quam quęcunque alia, quia duę tribus, scilicet Ruben, & Gad petiuerunt terram, quæ erat vltra Iordanem, vt concederetur eis ad habitandum, & cum eis voluit dimidia tribus Manasse habitare ĩ terra illa. Ratio autem petẽdi fuit, quia duę tribus, scilicet Gad, & Ruben habebant plura pecora, quam omnes aliæ tribus. Nam dicitur, quòd erat illis in pecoribus, & iumentis infinita substãtia: Numeri trigesimosecundo. Cum autem Israelitę viuente Moyse ceperunt terram duorum Regum Amorrhęorum, quę erant ad orientem Iordanis, viderunt duę tribus, quod illa terra erat nimis pascualis, & propter hoc conuenienbat officio eorum, petiuerunt illam à Moyse. Et quia dimidia tribus Manasse habebat pecora multa, sicut tribus Ruben, & Gad, petiuit eandem terram cum illis duabus tribubus. Alia autem medietas tribus Manasses non habuit pecora multa, ideo non petiuit ibi habitationem sibi dari. Sic etiam fuit de alijs tribubus, quòd nulla fuit, quę haberet multa pecora, sicut tribus Ruben, & Gad. Ideo nulla alia, nec pars alicuius petiuit habitare vltra Iordanẽ cum tribu Gad, & Ruben, nisi dimidia tribus Manasse.

Quare in tribu Manasse erant duo principes.
Quæst. XXII.

QVAERITVR vlterius, quomodo poterant esse duo principes in tribu Manasse, nam sicut declaratum est supra in quadam quæstione, omnes isti principes tribuum erant descendentes à capite tribuum per lineam primogenitorum. Impossibile erat tamen, quòd in eadem tribu essent duo, vel plures descendentes à capite eiusdẽ tribus per lineam primogenitorum, quia sicut respectu eiusdem viri non est, nisi vnicus primogenitus, ita respectu totius tribus non potest esse, nisi vnicus, qui descendat semper a capite tribus per lineam primogenitorum, & sic in tribu Manasse vnicus esset princeps.

Respondendum, quòd si tribus Manasse consideretur tanquam vnica, non poterat habere plures principes, quia vnicus esset descendens per lineam primogenitorum, & tamen considerando tribum Manasse, vt duas tribus, poterant esse duo principes in illa. Pro quo sciendum, quòd in tribu Manasse erant multę familię, scilicet octo, vt patet Numeri, capitulo vigesimosexto. Inter quas erat familia Machir prę cipua, eo quòd Machir erat primogenitus Manasse. Et per istã familiã deriuabantur principes huius tribus, eo quòd hic erat linea primogenitorum descendentium à capite tribus. In alijs autem familijs non poterant esse principes Manasse. Cum tamẽ diuisa est tribus in duas medietates, fuerunt in vna quatuor familię, & in alia totidem, & quia in vna parte earum erat familia Machiritarum, in illa esset princeps tribus, qui descenderet per lineam primogenitorum, & tamen iste non vocaretur princeps totius tribus, sed solius medietatis tribus Manasse. In alia parte erant quatuor familię alię, & ibi non poterat esse princeps aliquis, qui descẽderet per lineam primogenitorũ à capite tribus, sed quia illę quatuor familię descendebant à quatuor filijs, vel nepotibus principis tribus. Et illi, qui erant capita familiarum, non habebant ęqualem attinentiam ad caput tribus, sed aliqui accedebant magis ad primogenitum, & alii minus: acciperetur princeps de illa familia, cuius princeps magis accederet ad caput tribus per attinentiam primogeniti. Et acciperetur princeps illius familię tanquam si esset caput, vel primogenitus ipsius principis tribus, & per istum modum possent esse multi principes in eadem tribu, scilicet in quot partes diuideretur ipsa tribus.

Quare Dauid fecit numerare Israelitas.
Quæst. XXIII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd Dauid voluit numerare Israelitas à viginti annis, & infra. Et ad quod propositum est istud.

Dicendum est, quòd posuerat hic scriptura principes turmarum, sub quibus erat magnus exercitus, scilicet duocentorum octoginta octo millium virorum: positi fuerant etiam principes tribuum, & sub istis erat totus populus per partes diuisus, & vt sciretur, quot erant sub quolibet principe, numerati fuerunt Israelitę omnes. Sed numerus iste fuit à viginti annis, & supra. Et noluit numerare Dauid eos, qui erant infra viginti annos, eo quòd ordinabatur hic populus sub principibus suis, & non poterant ordinari, nisi viri, quia paruuli non sunt apti ad aliquod opus, in quo debeat eis prę esse aliquis princeps, & oporteat eos numerari, sed numerarentur viri, & transeunt ad nomen, & ad numerum. Isti autem sunt à viginti annis, & supra, vt patet Exodi capitulo trigesimo, ergo non debebant numerari, qui erant infra viginti annos. Et propter hoc positum est hic, scilicet vt nõ putaret aliquis in ista numeratione fuisse etiam illos, qui erant infra viginti annos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De quibusdam verbis hic dictis, scilicet, quòd Dauid voluit numerare Israelitas. Quæst. XXIIII.

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, quòd Dauid voluit numerare Israelitas infra viginti annos, quia Deus dixerat, ꝙ multiplicaret eos, sicut stellas cœli, quia nō videtur istud ad propositum. Aliqui volunt exponere per modum superstitionis. Nam quidam putāt, quòd quando aliqua res numeratur, nunquam vltra crescit, ideo multi timent numerare res suas, cum etiam non audeant vocare eas multas, ꝙa credunt, quod etiā nunquam augebuntur. Et istum modum tenent quidam Hebræi, ideo dicunt, quòd quando Deuteronom. primo, dixit Moyses ad Israelitas, Estis hodie sicut stellæ cœli plurimæ, ne putarent Israelitæ, quòd ex hoc sequeretur, quòd nunquam multiplicarentur, addidit: Deus addat ad hunc numerum multa millia. Sic etiā dicunt, quòd intellexit Ioab, s. quando Dauid voluit numerare populum, timuit Ioab, quòd nunquam vltra multiplicaretur populus, ideo dixit: Augeat dominus populum suum centuplum, quam sunt, supra 21. & 2. Regum 24. Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia ista numeratio nihil facit ad hoc, quòd populus augeatur, vel non augeatur, sed istæ sunt superstitiones, sicut multæ aliæ, quas Hebræi tenent. Dicitur tamen hoc ad excusandam numerationem. s. Dauid voluit numerare illos, qui erant infra viginti annos, eo ꝙ Deus dixerat, quòd multiplicaret Israelitas, sicut stellas cœli, quasi dicat, quia Deus promiserat tantā multiplicationem in Israelitis, quod essent innumerabiles, sicut stellæ cœli, ideo esset tanta multitudò in parvulis, quòd vix essent numerabiles, ideo sufficiebat, ꝙ numerarentur illi, qui erant a viginti annis, & supra. Sed adhuc causa principalis, quare non fuerūt numerati, qui erant infra viginti annos, fuit, quia isti numerabantur, eo quòd erant ordinati sub principibus suis, & tamen istud non competit, nisi viris, eo quòd parvuli ad nihil vtiles sunt, & tamen viri transeuntes ad numerū sunt vltra 20. annos. Exod. 30. infra 20. annos non erant aliqui computandi.

Quare Ioab incæpit numerare, & non compleuit. Quæst. XXV.

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, quòd Ioab incepit computare, nec compleuit, & quando fuit factum hoc, & ad quod propositū ponitur hic.

Dicendum, quòd istud fuit, quādo Dauid iussit numerari populum. Nam tunc Ioab executus fuit præceptum Dauid, vt patet supra 21. & 2. Regum 24. Et nō potest intelligi de alio tempore, quia ponuntur hic aliqua, quæ acciderunt. s. quòd Ioab numerauit istū populum. Etiam quòd tunc Deus percusserit populum propter istam numerationem cum dicatur hic, quòd ira super hoc irruerat in Israel. Et etiam tunc fuit ista plaga. Etiam quia dicitur hic, quòd numerus eorum, qui fuerunt recensiti nō est relatus in fastos regis Dauid, & istud consonat eis, quæ habentur supra 21. Dediscordantia summarum, quæ habetur ibi, & ibi declaratum est. Sed tunc dicetur, quomodo istud est ad ꝓpositum, quia ista numeratio, & ordinatio, de qua hic dicitur fuit in principio regni Dauid, vt declaratum est supra in quadam quæstione, & tamen numeratio, quam fecit Ioab fuit circa finem vitæ Dauid. Nam postea non leguntur aliqua bella Dauid, vt patet secundo Regum. Vbi ponitur ista numeratio, & postea in principio tertii Regum, ponitur de morte eius.

Dicendū, quòd verum est, quòd inter ista fuit multum tempus, & tamen introducitur hic ad propositū historiæ. Nam dicebatur hic de ordinatione, & numeratione Israelitarum sub principibus suis, & dicitur, ꝙ noluit numerare Dauid eos infra viginti annos, & exprimit̄ vna causa. s. quia Deus promiserat, quòd multiplicaret eos, sicut stellas cœli, & subintelligitur alia causa, scilicet, quòd voluit numerare eos, quia timuit quòd peccaret Dauid, & probat hoc scriptura a fortiori. Nam Dauid numerauit Israelitas supra viginti annos, & in hoc peccauit, atque punitus est populus, quia plaga irruit super Israel, ideo a fortiori puniretur, si numeret Israelitas infra viginti annos, quia ad hoc minorem causam haberet, quam ad numerandum supra viginti annos. Et propter hoc introducuntur ēt quæ habentur hic, scilicet, ꝙ numerus eorum, qui recensiti fuerunt non est relatus in fastos regis, nā omnia ista sunt incidentalia respectu historiæ, quæ habetur hic.

Quare non est relatus in fastos regis numerus eorum, qui fuerunt hic recensiti. Quæst. XXVI.

QVAERITVR vlterius quare dicitur hic, quòd numerus eorum, qui fuerunt recensiti non est relatus in fastos regis. Respondet Nicolaus dupliciter. Vno modo, quòd istud factum numerationis non fuit ad honorem Dauid, sed ad vituperationem, ideo non fuit scriptum in libro, in quo scribebantur gesta eius. Secundo modo dicitur, quòd Ioab fecit duas summas numeratorum, vnam maiorem, & aliam minorem, vt ostenderet Dauid minorem. s. ne gloriaretur nimis. Et si forte irasceretur, ostenderet ei maiorem summam. Dicit Nicolaus, quòd prima positio non est rationabilis, eo quòd in libris gestorum Regum non debent scribi solum prospera facta eorum, sed etiam turpia facta, & calamitates ipsorum. Ideo Iosephus redarguit quendam Nicolaum scribentem historiam Herodis, eo quòd solum prospera eius facta scripsit. Dicit ergo, quòd tenenda est positio secunda. Sed dicendum, quòd neutra tenenda est. De prima patet, quia si fortè scriptura intenderet occultare istud turpe factum Dauid, vel alii libri, qui de eo scripti erant, non solum subticerent numerum eorum, qui fuerant recensiti, sed potius subticerent ipsam numerationem, quia non erat peccatum in summa numeratorū, sed in numeratione, & tamen exprimitur numeratio, & solum dicitur de summa numeratorum, quòd non fuit expressa in fastis, siue libris regis Dauid, ergo non fuit ad istum finem omissa. Secunda etiam positio non tenet, quia nullo modo erat verisimile, quòd Ioab faceret duas summas inæquales, & vellet ostendere minorem Dauid, & postea si iraceretur ostenderet ei maiorem, quia si semel ostenderet ei minorem summam, non auderet postea ostendere maiorem summam, quòd voluisset ex hoc magis iracerēt Dauid putans, quòd sensus litere sibi illudere Ioab. Dicendum ergo, quòd sensus litere est, quòd numerus eorum, qui fuerunt recensiti, non est relatus in fastos regis, scilicet nulli de illis, qui numerati fuerunt, scripti fuerunt in fastis, quasi dicat, omnia gesta regni scribebantur in fastis, quòd fasti sunt libri, in quibus scribuntur historiæ. Et ista numeratio scribenda erat in eis, quia tamen secuta fuit plaga in populo antequam compleretur numeratio, præ magnitudine tristitiæ non curauit Dauid facere, quòd scriberetur ista summa numerationis, nec erat historia de numeratione in libro historiarum regum, & tamen Ieremias propheta hoc nō obstante scripsit hoc in fine secundi Regum, & etiam Esdras scripsit illud

illud hic, quia etiam in illis proficiebat ad doctrinam, & emēdationem posterorum scriptura illa. Alio modo potest intelligi, quòd summa eorum, qui recensiti sunt, non est relata in fastos regis, scilicet quòd nō fuit regi tota summa exhibita, sed præsentata est ei aliqua pars summæ: litera tamen ista magis intelligitur, quòd non fuerit scripta ista summa in lib. historiarū, quam quòd non fuerit regi præsentata. Sic etiam dicitur in Hebræo. Et non ascendit numerus in numerum verborum dierum regis Dauid. Idest non fuit posita summa istorum numeratorum in numero verborum, idest in libro in quo tractatur de verbis, & gestis regis Dauid. Sed tunc obiiceret aliquis, quia liber verborum dierum est liber Paralipomenon. Et tamen in isto ponitur summa numeratorum, vt patet supra 21. Dicendum est, quòd iste liber apud nos non vocatur, nisi Paralip. quod interpretatur omissorum, vel relictorum, scilicet quia de omissis, vel relictis in libris Regum agit. Apud Hebræos autem vocatur Diurehaiamim, quod interpretatur verba dierū, vt ait Hieron. in Prologo super istum librum, qui incipit. Si septuaginta Interpretum. Et verum est, ꝙ est liber verborum dierum, idest tractans de gestis, quæ facta sunt in aliquibus diebus, sed istud non est speciale, quia cuilibet libro historiarum competit, cum in quolibet tali enarrentur ea, quę facta sunt in diebus. Liber tamen verborum dierum regis Dauid non est iste, quia alias non allegaretur hic. Etiam libri verborum dierum, Israel non coincidunt cum isto libro, eo quòd sępe allegantur in isto, & idem liber non allegaret seipsum. Quis autem fuerit liber ille verborum Regum Iuda, & quis liber verborum dierum Regum Israel declaratum est in Prologo libri huius, & 3. Regum 14. Potissimè, quia liber verborum dierum regis Dauid, non fuit liber verborum dierum Regum Iuda, nec liber verborum dierum Regum Israel, sed quidam liber specialis in quo scripta sunt omnia gesta Dauid. Et ideo litera nostra magis propriè dixit dicendo, quòd numerus recensitorum, non est relatus in fastos regis, quam litera hebraica, quæ dixit in verba dierum regis Dauid, sed ad idem redit.

De quibusdam verbis hic dictis, quòd Ioab inceperat & non compleuit. Quæst. XXVII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, ꝙ Ioab inceperat, & non compleuit.

Respondendum, quòd hoc potest dupliciter intelligi: vno modo de numeratione populi, alio modo de scriptura facienda in fastis regis: accipiendo primo modo est sensus, quòd Ioab inceperat computare populum Israel, & non compleuit computationem, eo quòd ira Dei iam inceperat super populum, & non iussus est Ioab vltra numerare. Et istud verum est, quia non numerauit Ioab omnes tribus Israelitarum. Nā tribum Beniamin, & Leui non numerauit, vt patet supra 21. & dicitur ibi, quòd hoc factum est, quia iniustus sequebatur regis imperium. Sed etiam intelligendum est, quòd fecerit hoc, quia iam ira Dei inceperat irruere super Israel, sicut dicitur in litera. Alio modo potest intelligi de scriptura facienda in fastis regis, scilicet quòd postquam Ioab numerauit populum, licet non totum, incepit ponere summam numerorum in fastis regis, quia tamen antequam ipse compleret, incepit plaga in populo, non curauit Ioab implere numerum, siue summam. Sed dicetur quomodo Ioab inciperet ponere summam, & non poneret tam propter plagam incipientem, quia istud poterat intelligi si fortè summa ista esset aliquid longum, quod in multis diebus scribi deberet, sicut vnus liber, & tamen poterat ista summa scribi in vno verbo, scilicet quòd diceretur, quòd erant mille millia, & sexcenta millia ex toto Israel, & Iuda, ideo nō bene stat, quòd dicamus Ioab incepisse scribere summam in fastis, & non compleuisse. Respondendum, quòd forte summa numeratorum non erat sic scribenda in fastis, sed particulatim, ita ꝙ de qualibet tribu diceretur quot erant, & de qualibet vrbe, & loco, & ad hoc requirebatur magna scriptura. Et sic poterat incipi, & nō compleri. Sed adhuc modus primus magis cōueniens est, scilicet quòd Ioab cepit numerare populum, & tamen non compleuit, eo quòd iam insurrexerat plaga, & tunc magis significabatur, quòd summa recensitorum non fuit al quo modo scripta in fastis regis Dauid, quamquam fuerit inchoata, & non consummata.

Super thesauros autem regis fuit Azmoth filius Adiel. His autem thesauris, qui erāt in vrbibus, & in vicis, & in turribus.

Super thesauros. Hic ponitur tertium huius capitul. scilicet de principibus rerum familiarum, & diuiditur in duo, quia primo ponitur de ministris possessionum regis. & thesaurarijs. Secūdo agitur de consiliarijs ibi. *Ionathan autem.* Circa primum dicitur. *Super thesauros autem regis fuit Azmoth filius Adiel.* Duplices erant thesauri regis. Quidam erant in Ierusalem, vbi Dauid semper manebat postquam factus est rex super totum Israel, vel in Hebron, vbi Dauid semper manebat, quando erat rex super Iudam. Et isti thesauri erant ad quotidianas expensas regis, & super istos præerat Azmoth. Alii thesauri erant dispersi per singula loca terræ Israel, & istis præerat, vt patet in litera. Iste Azmoth vocatur in Hebræo Asmaueth, & idem est.

His autem thesauris qui erant in vrbibus. Hic ponuntur alii thesauri, qui erant dispersi, & erant per singulas vrbes terræ Israel.

Et in vicis, & turribus. Vicus vocatur aliqua cōgregatio domorum, non habens murū, quas congregationes nos rura vocamus, largè scriptura tamē vocat eas vicos vel villas, & etiam in illis vicis Dauid habebat aliquos thesauros, & etiam in turribus. Et accipiendo sunt iste turres, quę sunt in campo, sicut sæpe sunt aliquę turres in multis locis, vbi non est alia habitatio, & potissimè circa extremitates regnorum, quia tales turres fiunt ad speculandum inde loca hostilia, & ad sciendum si hostes intrauerint, vel in refugium cōtra hostes eis, qui de regione sunt. Et in multis talibus Dauid habebat thesauros aliquos congregatos. in Hebræo habetur. Et thesauris in campo. Et non ponitur in Latino. Non curauit enim Hieronymus ponere illud, eo quòd putauit sufficienter intelligi per vicos, & vrbes, & turres: Nam certum est, quòd thesauri non essent in aliquo loco sine habitatione, & sine humana custodia. Vbicunque tamen habitatio sit, intelligitur per ista tria, scilicet per vrbes, & vicos, & turres, quia etiam si sit vnica domus in campo, si fortis non est, ita vt possit vocari turris, vocabitur vicus largè, aut viculus. Nō ergo fuit necesse expressis vrbibus, vicis, & turribus, exprimi thesauros in campo, quia nullus alius esset locus thesaurorum. credidit tamen Hieron. quòd ex conditione litere Hebraice forte factum est, quia illa interdum superabundat debito, & interdum minor est in verbis, quam oporteat ad exprimendam sententiam, quam intendit.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De thesaur. s, qui erant in vrbibus vicis, & turribus. Quæst. XXVIII.

QVAERITVR qui erant isti thesauri in vrbibus vicis, & turribus. Respondeti potest dupliciter. Vno modo isti thesauri erãt de his, quæ colligebantur ex redditibus Dauid. Cum enim Dauid esset rex super totum Israel, & prius super totum Iudam, habebat in quolibet loco terrę Israel aliquos redditus competentes sibi iure regio, sicut sunt tributa, & aliq; impositiones. Nam omnes Israelitę soluebant tributum regi, & non excusabantur ibi aliqui tanquam generosi, vel nobiles, quod colligitur primo Regum 17. quando positum est edictum in exercitu Saulis, quòd quicunque auderet pugnare contra Goliath, & percuteret eum acciperet filiam regis in vxorem, & fieret domus patris eius libera à tributo in Israel. Si tamen essent aliqui Israelitę liberi a tributis, non poneretur sic istud edictum, quia talibus non prȩstabatur per hoc aliquod beneficium, sed pro illis ponerẽt aliquod loco immunitatis, & tributi, & tamẽ nihil aliud positum est, ergo videtur, quòd omnes Israelitę erant subiecti tributis. Ista autem tributa colligebantur in quolibet loco, & reponebantur ibi quousque Dauid egeret illis, & mitteret pro eis. Et sic in quolibet loco, & vico, erat aliquis thesaurarius, qui colligebat ista tributa, & conseruabat ibi, & postea reddebat rationem de illis maiori thesaurario Dauid, qui erat super thesauros Dauid, qui erant in Ierusalẽ. Alio modo potest intelligi, quòd Dauid vacabat nimis circa agriculturam. Nam habebat per omnia loca agros, & vineas, & oues, & boues, & oliueta, & alia genera possessionum, de quibus percipiebat fructus, & colligebantur isti fructus per singula loca, & pecuniȩ eorum dabantur aliquibus thesaurarijs particularibus, qui tenebant illas: vsquequo thesaurarius magnus, qui erat in Ierusalem mitteret pro illis ad necessitatem expensarum Dauid. Primus tamen modus conuenientior est, eo quòd non distinguerentur tũc thesaurarij, qui erant per singulas vrbes, & vicos, & turres ab illis, qui erant in armentis, & alijs possessionibus, & tamen in litera distinguuntur, ergo accipiendi sunt alio modo thesaurarij, scilicet quòd isti sint, qui colligebant per singula loca tributa, & iura regis.

Prȩsidebat Ionathan filius Oziȩ. Operi autem rustico, & agricolis, qui exercebant terram prærerat Ezri filius Chelub, vinearũque cultoribus Semeias Romathites, cellis autem vinarijs Zabdias Aphonites. Nam super oliueta, et ficeta, qui erant in campestribus Balanan Gederites, super apothecas autem olei, Ioas. Porro armentis, quę pascebantur in Sarona præpositus fuit Setrai Saronites, et super boues in vallibus Saphat filius Adli, super camelos vero Vbil Ismahelites, et super asinos Iadias Meronathites, super oues quoque Iazim Agarẽus. Omnes hi principes substantiæ regis Dauid. Ionathan autem patruus Dauid consiliarius vir prudens, et literatus ipse, et Iahiel filius Achamoni erant cum filijs regis. Achitophel etiam consiliarius regis, et Chusi Arachites amicus regis. Post Achitophel fuit Ioiada filius Banaiæ, et Abiathar. Princeps autẽ exercitus regis erat Ioab.

Prȩsidebat Ionathan filius Oziȩ. Non est iste Ozias rex, quia multo tempore fuit post Dauid. *Operi autem rustico, & agricolis, qui exercebant terram prærerat Ezri filius Chelub.* Vocatur opus rusticum, quod in ruribus fit. Rura autem dicuntur agri, qui seminantur, & intelliguntur nomine ruris, vel agrorum. Vineæ autem aliquę arbores. ideo ponitur hic vnus thesaurarius, vel œconomus pro opere rustico, & alius pro vineis. Iste prȩerat agricolis, qui exercebant terram iubendo eis quid facerent.

Vinearumque cultoribus Semeias Romathites. Habebat enim Dauid vineas per multa loca terrę Israel, & ponebat œconomum generalem pro omnibus, & iste fuit Semeias Romathites, idest de vrbe Roma.

Cellis autem vinarijs. Alius præerat vineis ad hoc, ꝙ colligeretur, & alius vino, postquam seruatum erat in doleis, & alijs vasis, & iste habebat curam transmittẽdi ad regem pro necessitate expensarum de vino. Sic etiam, qui prȩerat tritico, & hordeo habebat eandem curam.

Zabadias Aphonites. Non est iste Zabadias, de quo habetur supra in litera, quia ille erat filius Asael, & regebat quintam turmam exercitus pro patre suo, & vocatur Aphonites ab vrbe sua. In Hebræo autẽ vocatur Suphonites, sed facilis est mutatio.

Nam super oliueta, & ficeta quæ erant in capestribus Balanan Gaderites. Dauid habebat curam de oliuetis, & ficetis, quia istę arbores abundant nimis in terra Chanaan. Et ad colendum ficeta, & oliueta, prȩpositus erat Balanan. *Super apothecas autem olei Ioas.* Apotheca est locus, in quo reponuntur, & conseruantur aliqua, siue vinum siue oleum, siue frumẽtum, aut quæcunque alia, & dicuntur apothecæ ab apos, quod est re, & thesis, quod est positio, quasi repositio, quia in illis reponuntur quæcunque volumus conseruare, & vocantur etiam ista promptuaria, sicut dicitur in Psal. 142. scilicet. Promptuaria eorum plena, & superabundãtia ex hoc in illud, idest erãt plena frumẽto, vel alijs rebus. Et cũ non caperent illa, quę conseruabantur, superabundabant, & cadebant ex vno promptuario in aliud. Sciendum autem, quòd isti prȩfecti officiorum regis, interdum nominantur nominibus vrbium suarum, & interdum non, hoc autem fiebat ad differentiam, quia in quibusdam per ista nomina locorum fiebat differentia ab alijs, qui vocabantur eisdem nominibus. In quibusdã autem nõ erat necessaria differentia, ideo non ponebantur nomina vrbium, de quibus erant. Vocatur autem Balanan, de quo supra dicit Gaderites ab vrbe Gadu, vel Gader, quę est quædam ciuitas in sorte Iudę, Iosue 15. Et etiam illa est vna de ciuitatibus regalibus. Quarum reges occiderunt Israelitę cum Iosue principe suo, vt patet Iosue 12.

Porro armentis, quæ pascebantur in Saronam, præpositus fuit Setrai Saronites. Dauid habebat multa armenta, & illa pascebantur in Sarona, eo quòd terra illa erat pascualis, & putant aliqui Iudęi, quòd Sarona sit nomen commune, significans campum, licet habeat aliquam similitudinem cum nomine significante campum: tamen multum differt. necesse est ergo accipi Saronam pro ciuitate, Et patet hoc, quia dicitur hic, quòd prærat istis armentis Setrai Saronites. Si tamen Sarona esset nomen commune significans campum, nõ formaretur inde aliquod nomen denominatiuum locale, sicut hic dicitur Saronites, & in Hebræo etiam sic ponitur.

Et super boues in vallibus Saphat. Dauid habebat multos boues, non ad colendum terram, sed vt impinguarentur ad cibum, & vocantur isti boues pascuales, erant autem isti in vallibus, eo quòd in vallibus erat maior abundantia pascuorum, etiam quia in vallibus est maior copia aquarum, quam alibi, boues autem talibus pascuis egent, & dicitur specialius de bobus, qui pascebantur in vallibus, quia multos alios boues habebat Dauid, qui erant ad agriculturam, & isti non pascebantur in vallibus in aliquo loco determinato, sed erant in illis locis, in quibus erat agricultura. Isti autẽ boues, de quibus hic dicitur erant pascuales, vt impinguarentur in cibos regis, & familiæ suæ. Ideo in vallibus, scilicet in locis valde pascualibus pascebãtur. Sic enim dicitur de illis septem bobus, quos vidit Pharao in somnis, ad significandum vbertatem septem annorum. Nam dicitur de eis, quòd pascebãtur in locis paluſtribus, eo quòd in locis paluſtribus sunt pascua conuenientia bobus: prȩpositus boũ erat Saphat, & non est iste pater Eliſei. Nam iste Eliſeus est filius Saphat, vt patet 3. Regum 19. & 4. Regum 3. Iste autem Saphat fuit multo tempore ante illum, eo quòd ille fuit tempore Ioſaphat regis Iuda, & Acab regis Israel, qui fuit multo tempore post Dauid, vt patet computando tempora intermedia regni.

Super camelos vero Vbil Ismahelites. Habebat Dauid multos camelos, quia in terra Chanaan multi sunt, & in regionibus illis propinquis. Et super illos prȩpositus fuerat Vbil Ismahelitem, eo quòd Ismahelitę erant periti circa camelos, cum ipsi maximè abundent in possessione camelorum.

Cur positus fuit Vbil gentilis princeps camelorum. Quæst. XXIX.

QVAERITVR quomodo Dauid habebat Vbil Ismahelitem principem camelorum, quia Ismahelitę erant gentiles. Respondeti potest dupliciter. Vno modo, quòd iste Vbil vocabatur Ismahelites, non quòd esset de progenie Ismahelitarum, quia erat de progenie Iudæorum, sed quia conuersatus fuerat aliquanto tempore in terra Ismahelitarum, vel quia fecerat aliqua gesta magnifica in terra ipsorũ, sicut vocatur Obededom Gethęus in cuius domo posita est arca in custodia. Et tamen manifestum est, quòd ille non erat Gethęus, sed de vrbe Geth, quia tunc esset Philisthinus, sed erat Leuita, vt patet 2. Regum 6. & supra 13. & 15. Et ibi declaratũ est in quibusdam quæstionibus. Alio modo potest dici, quòd iste Vbil erat Ismahelites de origine Ismahelitarum, & tamen erat conuersus ad Iudaismum, sicut multi de alijs gentibus conuertebantur. Et postea Dauid prȩficeret eum camelis, eo quòd in regione Ismahelitarum erant multi cameli, & uiri regionis illius sunt periti circa curã eorum. Et cum de omnibus gentibus præterquam de Chananæis reciperentur omnes, qui vellent conuerti ad Iudaismum, potissimè reciperentur de Ismahelitis, quòd illi concordabant in progenie cum Hebræis. Nam Hebræi sunt de ꝓgenie Abrahę. Et Ismaheli erat filius Abrahę. Descenderunt tamen Hebræi ad Abraham per Isaac, & non per Ismahel, quia Deus dixerat, Isaac vocabitur tibi semen. Gene. 21. Propter istam ergo cognationem familiarius reciperẽt Israelitę Ismahelitas ad ritum Iudaicum, quam alias gentes.

Super asinos Iadias Meronathites. In Hebræo dicitur super asinas, sed nõ accipitur specialiter pro asinabus, eo quòd greges erant, vel armenta magna asinorum, in quibus non solum erant fœmellę, sed etiam masculi, ideo debet intelligi per asinos, & non per asinas, quia masculinum concipit fœmininum, & non è cõuerso. Ponitur tamen femininum ex cõditione idiomatis Hebraici, in quo non obseruatur proprietas loquendi.

Super oues vero Iaza Agarenus. Nomine ouium intelliguntur hic caprę, quia non solum Dauid habebat oues, sed etiam capras, & omnia genera pecorum, & uocat Agarenus iste Iaza, idest Ismahelita. Idem enim est: nam Ismahelitę vocãtur a patre suo Ismahel: Agareni autem vocantur ab Agar matre Ismahelis, sed eodem genere est.

Omnes hi principes substantiæ regis Dauid. Scilicet omnes isti supra nominati, erant præpositi substantię regis Dauid, ideſt possessionum eius. Et ponitur totus iste ordo famulorum ad significandum, quam prudẽter se habuerit Dauid tam circa subditos suos, quam circa familiam. Et fuit Dauid deditus nimis agriculturę plusquam alij reges, & sic fuit de rege Ozia, vt dicitur sequenti lib. cap. 26. scilicet: Effudit cisternas plurimas, eo quòd haberet multa pecora, tam in cãpestribus, quã in heremi vastitate, vineas quoque habuit, & vinitores in montibus, & in carmelo. Et subditur. Erat quippe homo agriculturę deditus.

De statu principum substantiarum Dauid. Quæst. XXX.

QVAERITVR circa istos principes substantię Dauid, quales erant, scilicet an magno statu, vel paruo, & quomodo se habebant. Dicendum, quòd Dauid habebat multa genera possessionum, sicut supra in litera positum est. Et habebat colonos, & procuratores, vel dispensatores circa illa. Et ad hoc prȩficiebat Dauid in quolibet genere possessionis vnum, qui prȩesset omnibus alijs habentibus similem curam, sicut patet de vineis, & de agris. Nam vnicus prȩerat hic omnibus agris Dauid, & vnicus omnibus vineis. Manifestum est autẽ, quòd Dauid haberet vineas in multis locis, & agros, & in quolibet loco esset vnus œconomus, qui adhuc prȩesset agricolis, & vinitoribus, ita etiam erat de habentibus curam super greges, & armenta. Ideo necesse erat, quòd ille, qui vltimo prȩerat omnibus de eodem officio, esset vir potens, & sic omnes isti principes erant potẽtes nimium. Nam aliqui erant tribuni, & aliqui centuriones, vt patet sequenti capitulo, scilicet. Congregauit Dauid omnes tribunos, & centuriones, qui prȩerant substantię, & possessionibus regis. ergo omnes illi erant tribuni, vel centuriones, & nemo illorum erat minor, quam cẽturio in dignitate, & potestate. De alijs autem minoribus œconomis substantiæ regis, qui erant sub istis, scriptura non curauit facere mentionem, quia non erant illi magnæ dignitatis.

Ionathan autem. Hic ponitur secundum huius partis, scilicet de consiliarijs regis. Et dicitur.

Ionathan autem patruus Dauid consiliarius. Iste Ionathã erat patruus Dauid, & erat consiliarius eius. Tũ quia erat vir prudens valde, sicut dicitur in litera, & talibus conuenit dare consilium, quia consiliũ non est actus sapientię, vel alicuius habitus speculatiui. Sed actus prudentię, qui est habitus practicus: tunc quia iste Ionathan erat de progenie Dauid cum esset patruus eius, & magis confidendum ei erat, quam alteri, qui esset de progenie Dauid. Et non est iste Ionathan ille, qui ponitur supra, quia ille fuit princeps thesaurorũ, qui erant in vrbibus. Iste autem erat consiliarius regis.

Vir prudens, & literatus. Prudens erat quantum ad agibilia, quia prudentia est habitus dirigens agibilia. Et etiam acutus, & sapiens circa speculabilia, ideo

vocatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

vocatur literatus, quia sapientes solemus vocare literatos, eo q̃ studium eorum in literis est: In Hebræo ponitur Zopher, vbi nos dicimus literatus, & significat librarium, sed ad idem pertinet, quia viri literati in libris habent studium. *Ipse, & Iahiel filius Achemoni erant cum filijs regis.* Isti duo erant cum filijs regis, ideſt habebat filios regis Dauid in custodiã, eo q̃ isti erant viri valde prudentes, vt erudirẽt eos, sicut decebat erudiri filios regis, quia filij Regũ debent aliqualiter esse instructi circa omnia genera studiorum, quę decet habere viros liberos, & honorabiles, & quia isti duo erant viri literati, poterant erudire cõuenienter filios regis. vel potest intelligi, q̃ isti erant cum filijs regis, s. q̃ illi, qui erant magis familiares regi erant filij sui, sicut dicitur supra 18. s. Porro filij Dauid primi ad manum regis. In isto autem gradu familiaritatis ad regem erant isti duo viri prænominati hic, s. Ionathã, & Iahiel, eo q̃ erant viri literati, & prudentes, & cognati Dauid. Cęteri autem erant in minori gradu familiaritatis ad Dauid. Et iste Iahiel erat frater, vt putatur, illius primi viri fortissimi inter viros fortes Dauid. Ille enim fuit Iesbaam, & fuit filius Achamoni, vt patet supra 11. Et tamen an ille fuerit alius Achamoni, q̃ iste, de quo hic dicitur non apparet. Nam multi eodẽ nomine vocabantur, sicut nunc. *Achitophel etiam consiliarius regis.* Iste erat prudens consiliarius nimis, sicut infra dicetur in quadam quæstione de eo.

Et Chusi Arachites amicus regis. Iste Chusi vocabatur amicus regis, ideſt valde familiaris ei, & hoc requirit inter amicos, quia in amicis requirit æqualitas, vt patet 8. Ethi. Etiam actus eorũ est conuiuere, ideſt cõuersari, & tñ hoc non fit sine familiaritate nimia, vt patet 9. Ethi. De isto Chusi infra dicetur in quadam quæstione. *Post Achitophel fuit Ioiada filius Benaiæ, & Abiathar.* Isti duo fuerunt consiliarij Dauid, & fuerũt post Achitophel, quia ille erat dignior inter omnes consiliarios regis, eo q̃ consilium suum erat tanquam cõsilium angeli in diebus illis. 2. Reg. 16. Et post illũ fuerunt isti duo cõsiliarij. Iste Ioiada filius Banaiæ. Et erat Banaias vir fortissimus de secundo ternario virorum fortissimorum Dauid. primo Regum 23. & supra 11. & erat ille Banaias sup legiones Celethi, & Phelethi, 2. Regum 8. & 20. & supra 18. Et quia diligebant eum nimis, Dauid fecit eum auricularium à secreto, siue posuit eũ ad auriculam suam. 3. Regũ 23. & supra 11. Filium quoque eius Ioiadam fecit consiliarium suũ propter patrem, & erat Ioiada filius Banaiæ, qui vocabatur propter auum suum, qui ẽt vocabatur Ioiada, vt patet supra in litera, & iste Banaias princeps tertiæ turmæ supra in litera. Abiathar de quo hic dicit erat summus sacerdos, & consiliarius Dauid, de quo infra dicetur.

Princeps autem exercitus eius erat Ioab. Iste Ioab erat princeps totius exercitus. Nam sub eo erant principes minores, inter quos erat diuisus exercitus, iste Ioab erat princeps, quia obtinuerat istud probitate sua. Nam quando pugnabat Dauid contra Iebusæos in Ierusalem, proposuit præmium, scilicet quòd quicunque percuteret Iebusæos in primis, & tangeret fistulas domatum, efficeretur dux belli, & Ioab tetigit fistulas domatum ante alios, ideo factus est princeps exercitus, secundo Regum quinto, & supra vndecimo. Fuit iste Ioab filius Saruiæ sororis Dauid, & habuit alios duos fratres viuos clarissimos, scilicet Abisai, & Asael supra secundo capitulo, de quibus in toto secundo Regum, & in libro isto multa habentur.

Cap.XXVII.

De Ionatha consiliario. Quæst. XXXI.

QVAERITVR de illo Ionathan, de quo supra dicitur, q̃ erat consiliarius Dauid prudẽs, & vir literatus, qui erat. Aliqui dicũt, q̃ iste erat ille, qui dedit consilium Amnon primogenito Dauid qualiter defloraret sororẽ suam Thamar. 2. Reg. 13. Et hoc, quia ibi dicitur, q̃ ille erat amicus Amnon filio Dauid. Et hic dr̃, q̃ iste Ionathã erat cũ filijs regis. Et sic verisimile est, q̃ esset amicus Amnon primogeniti Dauid, & posset ei consulere, quod hr̃ 2. Reg. 13. Item, quod dicitur hic, quòd iste erat vir prudens. & literatus, & secundo Regum decimotertio, quòd erat vir prudens valde. Dicendum tamen, q̃ non est iste, de quo ibi habetur, quod patet primo, quia iste vocatur Ionathan, & ille vocatur Ionadab, vt patet ibidem. Secundo patet, quia iste erat patruus Dauid, s. frater patris Dauid. Erat n. Isai pater Dauid, & pater Isai erat Obed. Iste habuit duos filios, scilicet Isai primogenitum, & Ionathã minorẽ. Et iste Ionathan erat nunc vir antiquus, & doctor filiorum Dauid. Ille tamen Ionadab, de quo 2. Reg. 13. fuit filius Semaa fratris Dauid, vt patet ibidem, vnde iste Ionathan erat patruus Dauid, & Dauid erat patruus illius Ionadad, de quo ibidem, & sic isti differunt. fuit iste Ionathan vir magnæ auctoritatis, ideo traditi sunt ei filij regis in custodiam. Ille autem Ionadab, de quo 2. Regum 13. licet fuerit prudens, tamen non fuit tãtæ auctoritatis, sed expendebat prudentiam suam circa desideria iuuenilia: vnde instruxit Amnon primogenitum Dauid facere rem turpissimam, & sceleratissimam, scilicet quòd sororem suam defloraret.

De Achitophel consiliario. Quæst. XXXII.

QVAERITVR vlterius de Achitophel, qui ponitur hic consiliarius Dauid quis erat.

Respondendum, q̃ iste Achitophel fuit de tribu Iuda de vrbe Gelo, vnde vocatur ipse Achitophel Gelonites. 2. Reg. 23. Est enim ciuitas Gelo in sorte Iuda, vt patet Iosue 15. Habuit autẽ iste quendam filium nomine Eliam. qui fuit vnus de triginta viris fortibus Dauid, vt patet 2. Regũ 23. Iste Achitophel fuit vir prudentissimus, & accepit eum Dauid in cõsiliarium, & ipse erat primus de consiliarijs eius. Ideo dicitur hic, q̃ Achitophel erat consiliarius regis, & post Achitophel fuerũt Ioiada filius Banaiæ, & Abiathar. Nec obstat, q̃ dicatur, q̃ Ionathan erat consiliarius, & erat prior, quia Ionathan non erat solum consiliarius, sed potius erat nutritor, & eruditor filiorum regis, Achitophel autem solum erat cõsiliarius. Et inter pure cõsiliarios ipse erat primus. Hoc autem erat, quia consilia sua erant certissima. Nam verbum eius habebatur in diebus suis, sicut consilium angeli Dei, vt patet 2. Regum sexto. Fuit autem iste Achitophel magno tempore consiliarius Dauid, & postea declinauit ab eo ad Absalom, & consulebat ei contra Dauid ad excludendum illum de regno. Causa autem quare declinauit à Dauid ad Absalom putatur esse, quia Dauid fornicatus est cum Bethsabee, & occidit virum eius Vriam Herhæũ. Erat enim Bethsabee filia Eliam, vt patet secundo Regum 11. Et Eliam erat filius Achitophel, secundo Regum vigesimotertio. In hoc ergo magna iniuria inflicta est Achitophel, scilicet quia neptis eius per adulterium violẽter cognita est, & vir eius occisus est: habuit semper exosum ipsum Dauid, & oblata opportunitate, scilicet quando Absalom voluit insurgere contra Dauid, putans Achitophel, quòd sic posset vindicare iniuriam suam, adhęsit Absalom, & consulebat ei contra Dauid.

id. Ipse enim fuit, qui dedit consilium Absalom, vt poneret in platea tentorium, & ibi coram toto populo cognosceret decem concubinas patris sui, vt sic populus putaret, quòd iam Absalom non posset reconciliari patri suo, eo quòd fędauerat eum, cognoscendo concubinas eius, & sic omnes animarentur ad adiuuandum Absalonem contra Dauid toto corde, vt patet secundo Regum 16. Iste etiam dedit aliud consiliũ, scilicet q̃ illa die, qua fugit Dauid de Ierusalem, ipsemet Achitophel acciperet duodecim millia virorum electorum de Israel, & persequeretur Dauid fugientem, & illa nocte percuteret eum secundo Regum 17. Et istud consilium erat vtile ad propositum suum, sed Deus dissipauit illud per verba Chusi Arachitę. Et videns Achitophel, quòd consilium suum non fuisset receptũ, recessit de curia Absalonis, & disposita domo sua secretè se suspendit eodem capitu: Causa autẽ quare se suspendit, ponitur esse duplex. Prima est, quia Achitophel erat vir prudentissimus, & ex hoc gloriabatur, & recipiebatur semper consilium eius, nec audiebatur aliquis contra ipsum. Nunc autem Chusi Arachites dixit, quòd male cõsuluerat Achitophel hac vice, & dedit ipse aliud consilium, quod secundum veritatem erat stultitia, & totus populus applausit ei, dicens melius est consilium Chusi, quam consilium Achitophel vice hac: erubuit autem nimis Achitophel, & doluit, sciens, quod consilium suum esset vtile, & consilium Chusi erat insania, & illud repertum fuisset, & Chusi laudatus à populo, eligit potius mori, quam viuere. Ideo laqueo se suspendit. Secunda causa est, quia Achitophel sciebat, quòd illa nocte Dauid non caperetur, nec destrueretur exercitus suus, sed fugeret vltra Iordanem, & cõgregaret exercitum contra Absalonem, & haberet auxiliatores multos, ideo periret Absalom, & totus populus suus. Et quia Chusi sic consulebat faciendum esse, vidit necessario, quòd periret populus, & quia si Dauid superaret Absalõ, & caperet ipsum Achitophel, efficeret eum varijs tormentis, & tandem amarissima morte conficeret, voluit leuiori morte perire, ideo seipsum laqueo suspendit, & ista est causa potior, quam puma.

De Chusi amico regis. Quæst. XXXIII.

QVAERITVR vlterius quis erat iste Chusi Arachites, de quo hic dicitur, quòd erat amicus regis.

Respondendum, quòd iste fuit vir magnę dignitatis tempore Dauid, & erat potens, & quãdo fugit Dauid de Ierusalem à facie Absalonis, ipse occurrit ei in monte oliuarum scisa veste, & capite pleno puluere, volebatque comitari Dauid fugientem. Dixitque Dauid si veneris mecum eris mihi oneri. Si autem in ciuitatem reuerteris, & dixeris ad Absalonem seruus tuus sum, dissipabis consilium Achitophel secundo Regum 15. Et tunc reuersus est Chusi in Ierusalem ad Absalom, & quia ante hoc Achitophel, & Chusi erant socij, & consiliarij Dauid, iussit Absalom, quòd ambo inirent consilium quid faceret deberet Absalõ. Et tunc Achitophel dedit consilium, quòd illa nocte, ipse cum duodecim millibus virorum insequeretur Dauid, & percuteret eum, quia lassus erat, & solutis manibus. Chusi autem dixit non esse bonum consilium, quod dederat Achitophel illa vice, quia si cõtra Dauid iret aliquis in illa nocte, cum viri Dauid essent amari, sicut vrsa raptis catulis, poterãt perire omnes, qui erant ex parte Absalom, ideo melius erat, quòd expectaretur per aliquot dies quousque congregaret totus Israel, & tunc venirent super Dauid in quocũque loco esset, & non posset euadere. Et ista erat insania, sicut postea apparuit. Et consilium Achitophel erat optimum, sicut dicitur secũdo Regum decimoseptimo: totus populus tamen laudauit consiliũ Chusi, eo quòd Deus insatuauerat omnes Israelitas, qui erant cum Absalom, vt crederent bonum consilium esse, quòd dabat ipse Chusi, & caderent in manus Dauid. Orauerat autem Dauid dominum supra. Nam quando audiuit, quòd Achitophel erat in conuocatione cum Absalone timuit nimis, & orauit dominũ, dicens: Infatua, quęso, domine cõsilium Achitophel secundo Regum decimoquinto. Et Deus exaudiuit eum. Non quidem infatuando cõsilium Achitophel, quia bonum, & vtile erat secundo Regum decimoseptimo, sed infatuando omnes, qui erant cum Absãlone, ita vt putarent Achitophel male dixisse, & consilium Chusi esse optimum: mansit autem postea iste Chusi Arachites semper in magno statu coram Dauid. Nam vocabatur amicus eius, vel socius, quod significat quandam æqualitatem.

De Abiathar. Quæst. XXXIIII.

QVAERITVR vlterius de Abiathar, de quo hic dicitur, quis erat.

Respondendum, quòd iste erat filius Achimelech summi sacerdotis: erat enim Achimelec summus sacerdos, quando templum Domini erat in Nobe primo Regum vigesimoprimo. Nam ibi erat ipse Achimelec, quando dedit panes Dauid, & gladium Goliath. Postea Saul credens, quòd Achimelec, & alij sacerdotes, qui erant cum eo, essent in coniuratione cum Dauid contra se occidit omnes istos, & deleuit vrbem Nobe, 1. Regum vigesimosecundo. Et tunc Abiathar filius Achimelec summi sacerdotis fugit de medio eorum, qui occidebantur, ferens secum rationale, & Ephod, quę sunt vestimenta summi sacerdotis. Exod. vigesimooctauo. Et venit ad Dauid, qui tunc profugus erat a facie Saulis, credens quòd apud eum inueniret aliquod remedium, quia propter eum perierat pater suus Achimelec, & tota domus eius. Susceptique eum Dauid gratis, dicens sibi: Reus ego sum omnium animarum patris tui mane mecum, & mecum seruaberis. Si quis quæsierit animam meam, quęret & animam tuam primo Regum vigesimosecundo. Mansit autem tunc Abiathar cum Dauid, & fuit cum eo profugus per desertum, & descendit cum ipso in terrã Philisthinorum, fuitque cum eo in omnibus laboribus. Sic enim dixit Salomon ad Abiathar. Vir mortis es, sed hodie non te interficiam, quia portasti arcam coram patre meo Dauid, & sustinuisti laborem in omnibus, in quibus ille sustinuit tertio Regum secundo. Et cum esset filius summi sacerdotis, & proueniret ei summum sacerdotiũ ex progenie, accepit eũ Dauid in officio summi sacerdotis, vnde ipse cõsulebat dominum pro Dauid. Nam consuluit bis in Ceila, & bis in Siceleg primo Regum vigesimotertio, & trigesimo. Nam induebatur Ephod, & non pertinebat ad aliquem sic indui, nisi ad summum sacerdotem, cum rationale, & Ephod vestes essent summi sacerdotis Exod. vigesimooctauo. Ideo postquam Dauid factus est rex super Iudam, tenuit istum Abiathar in summum sacerdotem. Erat tamen apud Israelitas tunc summus sacerdos Sadoc, qui ministrabat in templo domini in Gabaon, & cõstitutus fuerat post mortem Achimelec, qui occisus fuerat in Nobe, quia tamen viri de regno Iuda, & de regno Israel discordabant tunc, cum esset continuum bellum inter eos vsque ad mortem Isbosset, vt patet Regum secundo, & capitulo tertio, non

poterant

Universidad de Deusto
Biblioteca

poterant viri de regno Iuda secure ire ad templum Domini in Gabaon, quod erat in terra Israel, scilicet in tribu Beniamin, ideo faciebant sacrificia in Hebrō, & ibi erat Abiathar tanquam summus sacerdos in regno Iudæ. Et ex hoc factum est, quòd dato, quòd Dauid esset postea rex super totum Israel, & possent viri Iuda offerre sacrificia in loco Sanctuarij, habebant tamen adhuc consuetudinem offerendi in Hebron. Et propter hoc, quando Absalom voluit facere coniurationem contra Dauid, dixit ei, quòd volebat ire ad offerendum sacrificia Domino in Hebron, secundo Regum decimoquinto. Postquam autem Dauid factus est rex super totū Israel habuit duos summos sacerdotes simul, scilicet Sadoc, & Abiathar, secundo Regum vigesimo. De modo autem, quo isti se habuerunt in ministrando cum ambo essent summi sacerdotes, declaratum est supra vigesimoquarto, in quibusdam quæstionibus: habuit autem Dauid istū Abiathar nimis sibi familiarem, quia fecit eum sibi consiliarium, vt patet hic, & propter hoc tātum erat Abiathar occupatus circa opera regis, & familiaritatē suam, quòd parum vacabat officio summi sacerdotis, ideo filius eius Achimelec loco eius fungebatur sacerdotio, & ob hoc, quamquam Abiathar viueret, Achimelec filius eius, & Sadoc vocabantur summi sacerdotes Dauid, secundo Regum 8. & supra decimooctauo, & quando ordinati sunt sacerdotes, & positi fuerunt duo principes duarum domorum sacerdotalium. Sadoc fuit vnus, & Achimelec alius supra vigesimoquarto, & tamen tunc viuebat Abiathar, vt ibi declaratum est. Vixit iste Abiathar etiā post mortem Dauid cum regnaret Salomon, & viuendo Dauid circa mortem eius, cum Adonias eleuaretur, & diceret, ergo regnabo, Abiathar fouit partem eius, tertio Regum primo, & propter hoc Salomon habuit eum exosum, & cum iam mortuus esset Dauid, & regnaret Salomon, adhuc Adonias conabatur regnū obtinere. Et quia iste Abiathar adhuc fauebat sibi, deposuit eum Salomon de summo sacerdotio, & misit ipsum in exilium in vrbem Anathot, vt nunquam rediret in templum Domini in Ierusalem, nec in Gabaon. Mansitque ibi vsque ad mortem suam, & ex die illa priuati sunt posteri Heli summo sacerdotio. In quorū domo ante hoc fuerat summum sacerdotiū, tertio Regum secundo, & māsit postea semper summum sacerdotium in domo Sadoc, & non fuerunt postea duo summi sacerdotes simul, sicut tempore Dauid Sadoc, & Abiathar, sed vnicus semper de progenie Sadoc.

CAP. XXVIII.

CONVOCAVIT igit Dauid omnes principes Israel, duces tribuū, & præpositos turmarum, qui ministrabant regi, tribunos quoque, & centuriones, & qui præerant substantiæ, & possessionibus regis: filiosque suos cum eunuchis, & potētes, & robustissimos quosque in exercitu Ierusalem, & cętera.

DESCRIPTA in prędcedentibus Dauid deuotione circa ampliationem cultus diuini in ordinatione Leuitarum, & sacerdotum, hic agitur de eius deuotione circa templi ędificationem, & potissime in pręparatione necessariorum, & diuiditur in tria, quia primo incitat populum totum ad Salomonis obedientiam: secundo imponit ipsi Salomoni ędificandi curam, ibi.

Tu autem Salomon. Tertio tradit ipsi Salomoni exēplar, & materiam ad omnia efficienda, ibi. *Dedit autem Dauid Salomoni.*

De ordine ad præcedentia.
Quæst. I.

QVAERITVR circa primum an ea, quę habentur hic, habeant ordinem continuatū ad prędcedentia, & an fuerint facta immediatè post illa, vel interiecto aliquanto tempore.

Respondendum, quòd non apparet, an sit hic ordo continuus, vel non, quia ista non sunt partes eiusdem historię, ita vt possimus dicere manifestè, quòd ista fuerunt post prędcedentia, vel è conuerso. Dici tamen potest rationabiliter, quòd hic sit ordo continuus ad prædcedentia, eo quòd semper est standum ordini interę quandocunque nō apparet aliqua ratio, propter quam debeamus recedere ab eo, & quia hic non apparet aliqua causa, satis videtur standum huic ordini. Et dicendum est, quòd Dauid in fine vitę suę ordinare voluit cultum Dei, & ordinauit sacerdotum statum, & Leuitarum. Postea expletis omnibus, hortatus est Salomonem, & totum populum ad ędificationem templi Domini, & ad vltimum ipse Dauid, & omnes principes populi obtulerunt munera magna pro ędificatione templi, sicut patet sequenti cap. Cum autem quęritur an inter ista prædcedentia fuerit aliquod tempus, vel fuerint ista facta immediate post illa. Dicendum, quòd siue ista fuerint post illa, siue illa post ista, non fuit tempus magnum inter hæc, & illa, sed quasi simul facta sunt. Nam Dauid in extremo sę nectutis suę conuocauit principes populi, Sacerdotes, & Leuitas ad ordinandum cultum Dei, vt patet supra vigesimotertio. Et tunc etiam admonuit Salomonem, vt ędificaret templum domino, & totum populum, vt adiuuaret eum, & istud factum est hic, & post hoc omnes principes congregati obtulerunt munera magna pro ędificatione templi, & facta sunt sacrificia multa, & vnctus est Salomon secundo in regem, & iste est finis huius primi libri, ex quo etiam ostendi potest, quòd ista fuerint post prædcedentia, vt declaratur in prima quæstione sequentis capituli.

Circa primum dicitur. *Conuocauit igitur Dauid omnes principes Israel.* Scilicet conuocauit eos, vt exhortaretur ipsos, vt adiuuarent Salomonem in opere templi. Etiam vt offerrent munera pro ędificatione templi, sicut habetur prædcedenti capitulo. Et accipiuntur hic principes generaliter: non pro aliquo modo principum, quia postea ponuntur in speciali principes omnium modorum. Vnde nō vocantur principes Israel, sicut aliqui putant, ideſt principes duodecim tribuū Israel, quia immediate illi exprimuntur, cum dicatur duces tribuum, sed vocantur principes Israel, scilicet principes omnium modorum Israel.

Duces tribuum. Hic ponuntur in speciali principes. Et primo ponuntur duces tribuum, ideſt principes duodecim tribuum. Non enim vocantur duces propriè, quia duces pertinent ad bellum, principes autem tribuum non præficiebantur tribubus ad bellum, sed generaliter ad omnia, quæ necessaria erant ad ordinationem ipsarum tribuum. De modo autem quo isti principes tribuum essent in singulis tribubus per progeniem, declaratum est prædcepenti capitulo, & supra vigesimosexto, in quibusdam quæstionibus.

Et præpositos turmarum. Isti erant duodecim principes constituti super duodecim turmas. Erant enim in qualibet turma vigintiquatuor millia virorum, & super illos viros erat vnus princeps. Nomina autem istorum principum ponuntur prædcedenti capitulo, & vocabantur prępositi, quia pręponebantur à Dauid super turmas.

Qui ministrabant regi. Scilicet isti principes turmarum ministrabant regi Dauid custodiendo corpus eius. Et quilibet istorum ministrabat vno mense, & tunc succedebat princeps sequens in ministratione, & ita per duodecim menses ministrabāt omnes duodecim principes turmarum.

Tribunos quoque, & centuriones. Vocantur tribuni, qui prędsunt mille viris. Centuriones vero, qui præsunt centum viris.

Qui præerant substantiæ, & possessionibus regis. Isti erant omnes illi principes qui ponūtur in fine prędcedentis capituli, qui erant constituti super possessiones regis, & ponitur hic substātia, & possessio ad significandum tam bona mobilia, quam immobilia: nam quidam præerant immobilibus bonis, sicut qui pręderant operi rustico, & vineis, & ficetis, & oliuetis, & cellis vinarijs, & similibus. Alij prędsunt bonis mobilibus, sicut illi, qui pręderant bobus, & ouibus, & asinis, & camelis, & thesauris, & similibus. Bona autem immobilia significantur nomine possessionum: bona autem mobilia significantur nomine substantię, eo quòd substantia est nomē generale, tam ad mobilia, quam ad immobilia. Dicit autem Nicolaus, quòd isti, qui pręderant possessionibus regis, & substantię, erant tribuni, & centuriones, scilicet erant de illis tribunis, & centuribus, qui subiecti erant principibus turmarum, & habebant sub se multos tribunos, & centuriones, & qui habet princeps turmę habebat viginti quatuor millia sub se, & erat diuisa tota illa multitudo per tribunos, centuriones, quinquagenarios, & decanos: ideo necesse erat, vt in qualibet turma essent multi tribuni, & centuriones, & quinquagenarij, & tamen dicendū est, quòd isti centuriones, & tribuni, qui pręderant substantię regis, non erant sub principibus turmarum, quia isti habebant curam de administratione substantię regis, & ista cura erat semper sibi commissa. Si autem essent subiecti principibus turmarum, oporteret quòd quolibet mense irent aliqui eorum ad ministrandum coram rege, quia quęlibet turma ministrabat vno mense, vt patet prędcedenti capitulo. Et tunc impedirentur isti tribuni, & centuriones curam agere de substantia regis, quod non est cōueniens. Ideo dicendum videtur, quòd isti centuriones, & tribuni, de quibus hic dicitur, non erant subiecti principibus turmarum.

Filios quoque suos. Scilicet vocauit Dauid filios suos, scilicet ad istam congregationem. Cuius ratio infra ponetur. Habebat enim multos filios Dauid, sicut ponitur in litera.

Cum eunuchis. Ideſt etiam vocauit eunuchos. Proprie eunuchus est castratus: tamen accipitur multiplicitèr, sicut Christus dixit Matth. decimonono, scilicet quidam sunt eunuchi, scilicet, qui tales ex vtero nati sunt: alij ab hominibus facti sunt eunuchi: alij vouerunt se eunuchizare propter regnum cœlorum, & isti sunt meliores, sed non omnibus datum est, vt ibi dicitur. Hic autem eunuchi accipiuntur pro castratis, qui ab hominibus facti sunt. Nam apud antiquos erat consuetudo, quòd castrarentur aliqui viri, quando erant paruuli, vt traderentur eis reginę, & magnę domine custodiendę, quia non dubitabatur de illis propter impotentiam naturalē, & tales solebant reges habere apud se, & habebantur in honore. Alio modo potest accipi eunuchus, sicut multi accipiunt pro principe familiari, & ita videtur accipi Esther primo cum dicitur de eunuchis, qui videbant faciem regis, & sic erant illi in magno honore. Et tamen magis videtur, quòd etiam ibi accipiantur eunuchi pro castratis, eo quòd rex iussit, quòd adducerent reginā ad se, & sic committebat reginam eunuchis, & non alijs viris. Nicolaus autem dicit, quòd isti erant eunuchi, ideſt castrati non corpore, sed mente, eo quòd desideria sua taliter abstulerūt, quasi castrando se, vt nō seruirent passionibus, sed rationi, ideo istis committebantur filij regis custodiendi, & erudiendi, vt eos in morum castitate custodirent. Sed quidquid sit, non multum refert. Magis tamen videtur, quòd isti sint castrati, sicut primo dictum est, & dicetur tunc, quòd istis commissa erat custodia vxorum, & concubinarum Dauid: Sed obijcietur, quòd non essent inter Iudæos tales, quia ista erat quędam impietas, & infra respondebitur in quadam quæstione.

Et potentes, & robustissimos quosque in exercitu Ierusalem. Scilicet vocauit Dauid omnes, scilicet potentes, qui sub se habebat multos viros, & robustissimos, scilicet fortes viribus, & intelligetur de triginta viris fortibus Dauid, & de sex, qui erāt in duobus ternarijs fortissimorum, secundo Regum vigesimotertio, & supra vndecimo. Et omnes isti erant in exercitu Ierusalem, ideſt in exercitu, quem congreganerat Dauid in Ierusalem, quia totam istam multitudinem conuocauerat illuc Dauid ad faciendum ea, que habentur infra.

De tempore congregationis istorum.
Quæst. II.

QVAERITVR quando Dauid congregauit omnes istos, de quibus dicitur hic, quòd conuocauit eos. Aliquis dicet, quod istud fuit aliquanto tempore post ordinationem cultus diuini supra factam: nam Dauid cōgreganerat omnes principes Israel, & sacerdotes, & Leuitas supra vigesimotertio. Et tunc ordinauerunt modum ministrandi sacerdotum, & Leuitarum, quo expleto recesserūt singuli ad loca sua, & post aliquantū tempus Dauid voluit facere ea, quæ habentur hic, & sequenti capit. Et tunc congregauit omnes istos, de quibus hic dicitur. Et ex hoc etiam est motiuum quorūdam, quòd ista, quę habentur hic, & quę habentur in prędcedentibus, non fuerunt facta simul, sed per aliquantam temporis interpolationem, quia aliàs non vocarentur hic principes ad ea, q̄ hīr hic cum vocati essent, & cōgregati ad ordinandum de statu sacerdotum, & Leuitatum, nisi post illam ordinationem recessissent ad loca sua singuli. Et post aliquantum tempus Dauid conuocaret eos. Ad hoc dicendum est, quòd ea, quę habentur hic, aut comparantur ad ea, quę habentur prædcedenti capitulo, vt ad illa, quæ habentur supra a capitulo vigesimotertio vsque ad vigesimū septimū. S primo modo dicēdum, quòd non fuerunt ista facta immediate post prædcedentia, quia multa tempora intercesserunt inter hæc, & illa. Nam illa, quę habentur prędcedenti capitu. facta sunt in principio regni Dauid super Iudam, vt ibi probatum est in quadam quæstione. Ista autem facta sunt in fine vitę Dauid, ne prę-supponatur hic, quòd Salomon iam erat vnctus in regem, & sequenti capitulo dicatur de vnctione secunda Salomonis, & tamē illud fuit in fine vitę Dauid. Nam vnctio eius prima fuit circa finem vitę Dauid, cum esset Dauid in ęgritudine ista, de qua mortuus est, s. q̄ cū operiretur vestibus, non calefiebat 3. Reg. 1. Ergo fuit magnum tempus inter hęc, & illa.

Si

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si autem comparentur ista ad illa, quę habẽtur supra F 23. vsque ad 27. de ordinatione sacerdotum, & Leuitarum dicendum, ꝙ ista fuerunt immediate post illa. Quod patet, quia ista facta sunt in fine vitę Dauid, ſ. anno quadragesimo regni eius supra 26. & non vixit Dauid, nisi illo anno, quia non regnauit quadraginta annis, vt patet sequenti c. Si ergo non fierent ista immediate post illa, fortè non posset postea Dauid facere ista: cum in isto anno mortuus fuerit. Item non videtur verisimile, ꝙ facta ordinatione de sacerdotibus, & Leuitis Dauid vellet prorogare istud, quod habeẽt hic ad aliud tempus, eo ꝙ ipse videbat mortem sibi imminere propter magnam senectutem, & ęgritudinem, & si nunc non compleret istud, nesciebat an postea haberet locum faciendi hęc: etiam quia Da- G uid habebat nunc magnam opportunitatem ad istud, cum essent congregati principes, quos congregauerat ad faciendum ordinationem sacerdotum, & Leuitarum, & simul poterat facere illud non expectando aliud tempus, vt cum difficultate, & expensis congregarentur omnes isti principes.

De vocatione istorum principum.
Quæst. III.

QVAERITVR vlterius cum ista fuerunt facta immediate post illa, quare vocati fuerunt nunc principes, quia non oportebat H vocari aliquos, cum prẽsentes essent.

Respõdendum, ꝙ Dauid nõ vocauit aliquos principes ad faciendum, quod habetur hic, eo quòd iam isti prẽsentes erãt, cum interfuissent ordini communi supra dicto. Dicitur tñ, ꝙ conuocauit Dauid istos principes, vt intelligatur, ꝙ interfuerunt principes isti ordinationi, & fuit hic propter tria. Primo quia licet ista, quę habentur hic, & quæ habentur supra de ordinatione sacerdotum, & Leuitarum fuerint facta simul: tamen pertinent ad diuersas materias, quia illa erant de ordinatione ministrorum, & ista erãt de ędificatione templi, ideo dubitaret an illa, quæ interfuerant præcedenti ordinationi interfuissent istis, quæ habentur hic, ideo repetit scriptura, quòd Dauid vocauerat istos principes, non quidem, quòd de nouo I eos prius ad ordinationem Leuitarum, & sacerdotũ faciendam. Et tunc simul vocati sunt ad ista, quæ habentur hic. Secundum, & efficacius est, quia licet ista, quæ habentur hic, & ordinatio sacerdotum, & Leuitarum fuerint facta simul: tamen ea quæ habentur hic, & quæ habentur præcedenti capitulo non fuerũt simul facta, sed illa fuerunt, quasi quadraginta annis ante ista, scilicet illa in principio regni Dauid, & ista in fine. Et tamen regnauit Dauid 40. annis, vt patet sequenti capitulo, quia non erat continuatio inter ista, & prędcedentia, licet manifestum esset, quòd principes interfuissent ordinationi sacerdorum, & Leuitarum, cum non essent ista, & illa continuata, sed fieret interpositio, dubitaretur, qui principes fuissent hic, ideo scriptura posuit vocationem eorum tanquam K de nouo ad hoc vocati fuissent. Tertium fuit, quia dato, quòd ista, & illa, quæ habentur supra de ordinatione sacerdotum, & Leuitarum essent simul, & nihil interponeretur, tamen adhuc dubitaretur, an illi principes, qui fuerunt in priori ordinatione essent in ista, vel recessissent. Ideo ponitur hic vocatio tanquã nouiter facta fuisset, vt sciatur per hoc, qui principes erant hic, quando fuerunt facta, quæ habentut hic.

Cap.XXVIII.

Propter, quam causam vocati fuerunt isti principes.
Quæst. IIII.

QVAERITVR vlterius ad quid fuerunt vocati isti principes, qui habentur hic.

Respondendum, ꝙ ad multa. Primo ad exhortandum eos: nã Dauid hortatus est totũ populũ, ꝙ custodirent mandata Dei, & quærerent eũ in toto corde suo, vt possiderent terram bonam, & relinquerent eam filijs suis post se in sempiternum, vt patet in litera. Ad istam autem exhortationem principes erant maximè necessarij, eo ꝙ ex voluntate illorũ pendet regimen populi, & si illi voluerint, ꝙ lex Dei obseruetur, nõ poterit vulgus repugnare. Si autẽ principes noluerint illam obseruare, voluntas plebis nihil proderit: ideo necesse erat principes exhortari, vt ipsi consentirent. Secundum erat, quia Dauid volebat hortari illos, vt adiuuarent Salomonem in ædificatione templi. Nam tradidit Dauid hic Salomoni exẽplar omnium, quę facturus erat. Et quia ipse adhuc erat tener, & non sufficiens ad tantum laborem, vt patet supra 22. & sequẽti cap. hortatus est principes, vt adiuuarent eum in isto opere. Ista autem exhortatio fieret cum in isto opere. Ista autem exhortatio fiebat conuenientius nunc coram Salomone, quam alias, ad hoc, ꝙ principes coram eo profiterentur, ꝙ ipsum adiuuarent, & postea non possent negare. Tertiũ erat, ad hoc, ꝙ isti principes offerrent nunc munera, ꝙ ædificatione templi. Nam Dauid obtulit nunc magna dona pro ista ædificatione, vt patet sequenti capi. Et principes videntes Dauid offerre, etiam multa obtulerunt, vt patet ibidem. Quartum fuit ad hoc, ꝙ Salomon vngeretur secunda vice in regem, nam iterũ vnctus fuerat, & quia illud fuit aliqualiter in contentione, & discordãtia populi, fecit Dauid, vt iterum vngeretur Salomon ex concordia omnium de regno, vt patet sequenti capi.

De vocatione filiorum Dauid in ista congregatione.
Quæst. V.

QVAERITVR vlterius ad quid vocauit tunc Dauid filios suos in ista congregatione.

Dicendum quòd hoc fuit propter multa. Primo quia filij Dauid erant multi, sicut dicitur infra in litera, & erant viri honorabiliores in toto regno cum essent filij regis, sicut dicitur supra decimoctauo, scilicet. Porro filij Dauid primi ad manum regis. Ideo non erat conueniens, quòd fieret aliqua cõgregatio virorum honorabilium de regno in qua tractaretur aliquid pertinens ad statum, & honorem regni, in qua principaliter non interessent filij Dauid. Secundum erat propter exhortationem, quia Dauid voluit exhortari omnes de regno, vt quærerent dominum in toto corde tuo. Et quia ista exhortatio principaliter fieri debebat viris potentibus, & principibus, quia in potestate eorum erat cogere reliquos ad istam obseruationem: ideo debuit principaliter vocare Dauid filios suos, quia ipsi erant potentiores in regno, & poterant reliquos inducere ad aliquid, quod vellent patissime, quia cum status regni conseruandus esset per cultum Dei, principaliter pertinebat hoc ad filios Dauid, quia ipsi regnaturi erant, & non aliquis alius. Et propter peccata eorum potius periret regnum, quam propter popularium peccata. Etiam propter merita eorum magis conseruaretur regnum, quam propter merita subditorum, ipsi ergo principaliter debebant admoneri. Tertium erat, quia fuerat facta ista cõgregatio, vt Dauid hortaretur totum populum ad hoc, quòd adiuuarent Salomonem in opere templi, & tamen

tamen principaliter adiuuare poterant alij filij regis, A eo quòd illi erant potentiores in regno, & non solum ipsi adiuuarent, sed propter eos multi alij adiuuarent, ideo ipsi debuerunt magis exhortari, quòd adiuuarent quam reliqui.

Quartum fuit, quòd offerrent munera pro ædificatione templi: nam cęteri principes congregati fuerũt ad hoc, & obtulerunt. Magis autem poterant hoc filij regis facere quam reliqui, cum illi essent ditiores.

Quintum, & principalius erat, quia voluit Dauid, ꝙ nunc Salomon vngeretur secũdo, quia vnctus fuerat prius cum aliquali contentione: nam Adonias vnctus fuerat ante Salomonem nesciente Dauid, & sic non interuenit totus populus vnctióni illi, vt ergo B maneret pacificum regnum Salomonis ex consensu omnium de populo, fuit conueniens iterum vngi eũ. Et quia non erat aliquis, cui maius prędiudicium generaretur ex hoc, quã filijs Dauid, cum nullus haberet ius ad regnum, nisi ipsi, conuenientius erat, quòd ipsi vacarentur, quam quòd cęteri, vt de consensu eorum fieret talis vnctio, & per hoc abrenunciarent iuri suo si aliquod habebant ad regnum, & sic omnia fierent pacificè. Debuerunt igitur vocari principalius filij Dauid, quam alius de principibus.

De Eunuchis, de quibus hic dicitur.
Quæst. VI. C

QVAERITVR vlterius circa istos eunuchos, de quibus hic dicitur, quomodo poterat esse, ꝙ inter Israelitas essent aliqui eunuchi. Nam Deus prohibebat castrari animalia, a fortiori ergo prohiberet castrari homines. De hoc patet Leuitici vigesimosecundo.

Aliquis dicet, quòd Deus ibi solum prohibuit de animalibus brutis: nam agitur de sacrificio, & dicitur, quòd animalia habentia testiculos abscisos non offerentur. Et sequitur: In terra vestra hoc omnino non facietis. Et sic in animalibus brutis prohibetur castratio, sed non in hominibus.

Dicendum, quòd etiam in hominibus prohibita D erat castratio.

Primo quia Deus vetuit hoc in animalibus, eo ꝙ tollebatur in eis perfectio naturæ, a fortiori ergo in hominibus obseruaretur istud, quia maior reuerentia debetur naturæ humanæ quam brutis.

Secundo patet, quia etiam litera illa potest intelligi de hominibus cum dicatur. Et hoc in terra vestra omnino non facietis. Si autem dixisset non facietis sed non facietis omnino, ergo per omnem modum prohibita erat castratio, nec permitteretur in hominibus, sicut nec in brutis.

Aliter potest dici, quòd eunuchi accipiuntur tripliciter, scilicet quidam sunt eunuchi, qui ab hominibus castrati sunt, alij autem tales nati sunt, scilicet, E quia non habent organa generatiua: alij habent illa incompleta, vel nullo modo possunt gignere, vtpote, quia sunt naturaliter frigidi. Alij autem se eunuchizauerũt propter regnum cęlorum, sicut dixit Christus Matth. decimonono. Potest autem accipi eunuchus secundo, & tertio modo, & tunc non erit contra legem, quæ solum loquitur de castratione facta ab hominibus, & sic non est inconueniens.

Sed dicendum, quòd istud non est conuenienter dictum, quia accipere sic eunuchos est sensus mystícus, & per Metaphoram, quia eunuchus significat eum propriè, qui ab hominibus castratus est, potissime quia scriptura non loquitur hic in materia moAlph. Tost. In Lib. I. Paralip.

rali in qua possint fieri Metaphoræ, sicut in prophetijs, & in Euangelijs, sed loquitur historicè. Et in historijs semper accipitur termini proprie, nisi aliquãdo transeatur de historia ad Metaphoram, sicut Iudicum nono, de lignis vngentibus super se regem, & quarto Regum decimoquarto, de cardo Libani, & cedro inter se loquentibus: sed hic nulla introducitur Metaphora, ergo accipietur eunuchus proprie pro castrato ab hominibus, Item patet, quia si acciperetur eunuchus pro illis, qui se castrauerunt propter regnum cęlorum, vel pro illis, qui naturaliter sunt impotentes ad gignendum, non posset sciri, qui sunt eunuchi, cum istud secretum sit. Ideo non diceret scriptura, quòd vocati sunt eunuchi cum cęteris principibus, quia nesciretur, qui erant eunuchi, & sic nõ possent vocari, & tamen vocati sunt, ergo accipiuntur eunuchi pro castratis, ideo quòd isti poterant cognosci esse eunuchi.

Dicendum ergo, quòd hic accipiuntur proprie eunuchi. Et cum dicitur, quòd inter Israelitas non licebat aliquem castrari, siue hominem, siue animal brutum.

Dicendum, quòd verum est, & tamen isti castrati, quos habebat Dauid, non erant de genere Hebræorum, sed erant gentiles, quos Dauid potuerat emere de alijs nationibus, sicut erat de omnibus seruis. Sic dicitur Leuitici vigesimoquinto, scilicet. Serui, & ancillæ erũt vobis de nationibus, quæ in circuitu vestro sunt. Vel poterat esse, quòd Dauid acceperit istos in bello. Nam multa bella fecerat contra gentiles, in q- bus poterant accipi multi de eunuchis. Et istud est verum, & quia isti eunuchi erant in magna familiaritate apud regem Dauid, & apud alios reges propter reginas, & magnas dominas quas custodiebãt, erant diuites, & vocati fuerunt ad istam congregationem. Nam omnes viri alicuius dignitatis, & status vocati sunt cum populo ad hoc.

Cumque surrexisset rex, & stetisset, ait: Audite me fratres mei, & populus meus. Cogitaui, vt ędificarem domum, in qua requiesceret arca fœderis Domini, & scabellum pedum Domini Dei nostri, & ad ædificandũ omnia præparaui. Deus autem dixit mihi. Non ædificabis domum nomini meo, eo quòd sis vir bellator, & sanguinem fuderis.

Cumque surrexisset rex, & stetisset. Quando fuerunt omnes isti cõgregati, & Dauid voluit loqui eis, surrexit de loco, in quo erat, & stetit, vt melius loqueretur, & audiretur a populo.

Audite me fratres mei, & populus meus. Quosdam vocauit hic Dauid fratres, scilicet constituros in dignitate: alios autem vocauit populum. Voluit enim Dauid honorare principes, & filios suos, & vocauit eos fratres, quod est nomen æqualitatis, minores autem qui conuenerant ad istam congregationem, vocantur populus, & reddit Dauid eos attentos in hoc, dicens:

Audite me: cogitaui, vt ædificarem domum. Istud cogitauit Dauid a principio. Erat enim Dauid vir deicola desiderans colere Deum nimis, & semper desiderauit fabricare ei templum. In principio autem regni sui super totum Israel, cessantibus bellis Philisthinorum, putauit se habere oppor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tunitatem ad faciendum, & dixit illud ad Nathan prophetam. Deus autem prohibuit tunc Dauid 2.Re.7. & supra 17.In Hebreo dicitur.

Ego cum corde meo ad ædificandum domum. Ideſt ego cogitabam in corde meo ædificare domum, & idē eſt.

In qua requiesceret arca fœderis Domini. Arca fœderis erat vas ſanctiſſimum in toto templo, quia ſuper illā audiebatur vox reſpondens ad omnia, quæ quęrebātur, Numeri ſeptimo. Ideo dicebatur Deum habitare in medio duorum Cherubim, quia inter alas illorū audiebatur vox, & putabatur eſſe Dei, licet eſſet cuiuſdam Angeli, & ob hoc pro arca fiebat principaliter domus Sācti ſanctorum, quia in illa parte templi, vel tabernaculi ponebatur arca, eo quòd illa ſecretiſſima vocatur arca fœderis, quia erant in ea tabulę legis, pro cuius obſeruatione initum eſt fœdus inter Deum, & Iſraelitas: Exod. decimonono, & vigeſimoquarto, & dicebatur, quieſcere arca Dei ibi, quando maneret in domo illa.

Et ſcabellum pedum Dei noſtri. Scabellum dicitur eſſe paruum ſcānum, & eſt id, quod ſubſternitur pedibus. Et iſtud competit arcę, quia Deus dicebatur ſedere ſuper arcam, ſiue ſuper Cherubim, qui erant ſuper arcam, vt patet 2. Reg. 6. vt infra declarabitur in quadā quęſtione, & accipitur hic pro eodem arca, & ſcabellum pedum Dei.

Et ad ædificandum omnia præparaui. Scilicet antequam prohiberer ædificare, prępraueram omnia. Vel nunc prępraraui iam omnia, licet prohibitus ſim ædificare. Sed quid iſtorum verum ſit, infra declarabitur in quadam quęſtione.

Deus autem dixit mihi non ædificabis domum nomini meo. Scilicet tu non ædificabis. iſta prohibitio fuit facta quando Dauid dixit ad Nathan prophetam, quòd volebat ædificare domum Domino, ſecundo Regum ſeptimo, & ſupra decimoſeptimo. Iſtud dixit Dauid ad reſpondendum obiectioni, quæ fieri poſſet. Nam aliquis diceret quomodo tu hortaris nos, quòd adiuuemus Salomonem ad ædificandum templum, cum tu potius debuiſſes tempore tuo ædificare illud, cum haberes opportunitatem ad illud ædificandum.

Reſpondet Dauid, quòd non fecit hoc, quia prohibitus eſt, alioquin non hortaretur nunc Salomonē, quòd ipſe faceret.

Eo quòd ſis vir bellator. Ideſt aſſuetus bellis, & propter aſſuetudinem pugnandi non poteris vacare ædificationi templi, quæ requirit magnam pacem.

Et ſanguinem fuderis. Ideſt fudiſti ſanguinem vſque huc, & etiam ulterius fuſurus es. Ideo non poteris vacare ædificationi. Nam ſanguis effuſus in prætęrito non impediuiſſet eum ab ædificatione templi, niſi poſtea effuſurus eſſet. Ex hoc aliqualiter apparet in ſuperficie literę, quòd Dauid prohibitus fuerit ædificare tēplum Domino propter ſanguinem, quem fuderat in bellis, ſed falſum eſt, ſicut declaratum eſt latiſſime ſupra 22. in quadam quæſtione.

Quare Dauid ſurrexit cum vellet loqui populo ſuo.
Quæſt. VII.

QVAERITVR quomodo dicitur hic, quòd Dauid quando voluit loqui populo ſuo ſurrexit, & ſtetit.

Aliqui dicunt, quòd iſtud erat, quia quando Dauid locutus eſt hęc, erat in tabernaculo Domini, vbi poſuerat arcam in domo ſua, & erat ibi quidam gradus eleuatus ſuper quem Dauid ſolebat reclinari ad orandum, & ſuper illum ſtetit nunc, vt videretur, & audiretur a toto populo.

Alij dicunt, quòd iſtud fuit, quia quando Dauid ſecit iſtam exhortationē, iacebat in lecto, quia ęgrotabat, & vt cōpetētius loq poſſet, ſurrexit, & ſtetit in lecto. Prima poſitio iſtarum habet aliquam ſimilitudinem, ex eo, quòd fecit Salomon: nam quando Salomon completo templo introduxit arcam, & orauit, locutuſque eſt coram toto populo, ſtetit ſuper quandam baſim ęneam, ſic patet ſequenti libro cap. ſexto, ſcilicet. Si quidem fecerat Salomon baſim ęneam, & poſuerat eam in medio baſilicę habentē quinque cubitos longitudinis, & quinque latitudinis, & quinque altitudinis, ſtetitque ſuper eam. Sic putaē de Dauid, quòd fecerit, & tamen non conſtat.

Secunda poſitio eſt vera, quia quando Dauid locutus eſt iſta, iam non poterat pedibus ſuis ambulare, nec ſtare, quia iam ęgrotabat illo languore, quo mortuus eſt. Nam Dauid infrigidatus eſt intantum, q̄ cū operiretur veſtibus non calefiebat, ideo queſita eſt ei iuuencula, quę dormiret in ſinu eius, & calefaceret eum 3. Reg. 1. Iacebat autem poſt hęc Dauid ſemper in lecto, & ibi miniſtrabat ei illa iuuencula, vt patet ibidem, vnde quādo Adonias fecit ſe vngi in regem nęſciente Dauid relatum eſt ei, iuſſitque quòd illico Salomon vngeretur, & factum eſt. Et tamen ad omnia hęc nō ſurrexit Dauid de lecto, licet eſſet magna turbatio populi eodem capitu. Et tamen iſta, quę habentur hic, & ſupra a capi. vigeſimotertio, vſque huc facta fuerunt poſt vnctionem Salomonis in regem, vt patet ſupra vigeſimotertio, ergo quando iſta facta ſunt, iam ęgrotabat Dauid, nec poterat ſurgere de lecto. Quod autem dicitur hic, quòd ſurrexit, & ſtetit, intelligendum eſt, quòd venientibus iſtis principibus Dauid aliqualiter ſe erexit in lecto, vt melius poſſet loqui eis, & iſtud fuit ſurgere, & ſtare.

De quibuſdam verbis dictis a Dauid, ſcilicet vellem domum facere, vt arca fœderis in ea requieſceret.
Quæſt. VIII.

QVAERITVR vlterius, quomodo Dauid dixit, quòd volebat facere domum in qua requieſceret arca fœderis.

Reſpondendum, q̄ duo fuerunt motiua Dauid ad faciendum domum iſtā, primum fuit, quia arca Domini, quæ erat vas principalius, & ſacratiſſimum in toto tabernaculo non habebat locum decentem ſibi, volebat ergo Dauid ædificare ei domum preciоſiſſimam, & iſtud motiuum expreſſit ipſe Nathan Prophetæ, quando voluit ędificare templū, dicens. Ecce ego habito in domo cedrina, arca autem Dñi ſub pellibus eſt ſupra 17. quaſi dicat Inhoneſtum eſt, quòd ego habeam domum pulchriorē quam arca Dei, & tamen ego habito in domo cedrina, & arca Dñi ſub pellibus eſt, ideſt in tentorio pellium iacyntinarum. Secundum motiuum erat, quia ante hoc tabernaculum Dñi erat in motu: nam non erat aliquis locus, in quo determinate eſſet, ſed mouebaē de loco ad locū, eo, q̄ nō hēbat adhuc arca Dñi, & alia vaſa Sanctuarij aliq̄ domum manentem, in qua eſſent, ſed ſolū habebant ipſum tabernaculum Moyſi, quod fecerat in deſerto, & iſtud erat portatile. Si autē aliqua domus fieret ipſi arcę Domini, & vaſis Sanctuarij in quibus decenter manerent, non mutarentur iam de loco ad locum, ſed manerent illi in ſempiternum, ideo deſiderabat Dauid facere templum Domino, vt arca iam requieſceret, ſ. q̄ nō moueretur de loco ad locū, ſicut prius. Et ſic ītēdit Deus ipſi Dauid, quando voluit ędificare templū, & prohibuit eum, ſ. Nunquid a principio locutus ſum alicui Iſrael, quare non ędificaſti mihi domum cedrinam, & iterum. Non ędificabis mihi domum ad habitandum, nec enim manſi in domo ex eo tempore, quo eduxi Iſrael de Aegypto vſque ad diem hunc, ſed fui ſemper mutans loca tabernaculi, & in tentorio manens cum filiis Iſrael, quaſi dicat, ſi domus fuiſſet ædificata Deo, non mutaret ſemper loca tabernaculi, ſed ex eo, quòd non manſit in domo, ſed in tentorio, mutabat ſemper loca tabernaculi, & hoc, quod dicit ibi Deus intelligitur de arca. Nam dicit non manſi in domo, ſed fui mutans loca tabernaculi, & in tentorio manens, & tamen non competit hoc Deo, quia Deus, nec in tētorio manet, nec loca mutat, ſed arca mutabat locum, & manet in tentorio, ideo quod Deus dixit ibi de ſeipſo, ſ. non ędificabis mihi domum 2. Reg. 7. & ſupra 17. Dauid dicit hic de Deo, ſ. cogitaui ædificare domum, in qua requieſceret arca Domini.

Quid erat ſcabellum pedum Dei.
Quæſt. IX.

QVAERITVR vlterius, quod erat ſcabellum pedum Dei, & quomodo poterat ædificari domus pro iſto ſcabello.

Reſpondendum eſt, q̄ ſcabellum dicitur eſſe parua ſedes, vel ſcannum, in quo pedes ponuntur, & non competit hoc Deo, cum ſit purus ſpiritus, quia Ioannis quarto dicitur: Deus ſpiritus eſt, & qui debent eū adorare, oportet in ſpiritu adorare. Ideo non habet ſedem, nec ſcabellum. Scriptura tamen, quia vult Deum ſignificare ſimplicibus, vt aliquid de eo intelligant, cum non poſſunt aliquid intelligere, niſi modo corporali, ſignificat Deum per modum corporis, quamquam nunquam dicat viſam fuiſſe aliquam ſimilitudinem Dei, ne inducerentur Iſraelitæ ad figurandum aliquam talem imaginem, vel ſtatuam, & ſic peccarent. Quia tamen in Sancta ſanctorum erat q̄ Iſraelitæ nō inducerentur ad idolatriam, dicit ſcriptura ibi Deum eſſe, & ponit modo corporali dando ſibi ſedem, & ſcabellum pedum. Ratio autem ponendi hoc, cum ſecundum rem non ſit, fuit duplex. Prima fuit ad ſignificandum Iſraelitis præſentiam Dei ſui. Nam ſi non ſignificaretur ſic, quòd Deus Iſrael erat inter cultores ſuos, putarent Iſraelite, quòd erat longe ab eis, & conſequenter, quòd non poſſet eis auxiliari, quia non putabant auxilium poſſe præſtari, niſi per præſentialitatem, & quia non poterant Iſraelitæ intelligere alium modum præſentialitatis, niſi ſecundum quandam corporeitatem, ſignificauit Deum habere corpus, & ſcabellum, non tamen expreſſit qualis eſſet figura corporis Dei, vt Iſraelitę non mouerentur ad fabricandum ſimilitudinem aliquam, vel imaginem Deut. 4. cum dixit Moyſes. Nullam ſimilitudinē vidiſtis in Oreb, in die, qua locutus eſt Dominus de medio ignis, ne forte decepti faciatis aliquam imaginem, aut ſculptam ſimilitudinem. Neceſſe tamen fuit in Iſraelitis dicere, q̄ Deus erat ſibi prędens. Nam in hoc laudauit Moyſes Iſraelitas ſuper alias gentes eod. c. Quæ eſt gens tam inclyta, & natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut adeſt Deus cunctis obſecrationibus noſtris? Et quia non potuit alius modus p̄ſentialitatis ſignificare Iudæis rudibus, ſignificata eſt præſentialitas per modum corporeitatis. Et quia in quocunque loco alio diceretur Deus eſſe per iſtum modum, videretur ab Iſraelitis aliquid, quod ipſi putarent eſſe corpus Dei, vel partem eius, & ex hoc errarent. Dixit ſcriptura Deum eſſe intra Sancta ſanctorum, & non erat ibi aliqua lucerna. Nec licebat illuc alicui intrare, niſi ſummo ſacerdoti ſemel in anno in die propitiationis, & tunc ferebat in manu ſua thuribulum plenum prunis, & aromatibus, vt vapor groſſus inde conſurgens repleret domum, & obnubilaret oculos ſummi ſacerdotis, ne putaret ſe aliquid videre de ipſa deitate, quę dicebatur eſſe ſuper arcam cauſa patet, quia Leuit. 16. dicitur quòd non intraret ſummus ſacerdos omni tempore in ſancta ſanctorū, eo quòd Deus appareret ſuper oraculum, ideſt ſuper propitiatorium arcę, ideo ſubdidit, quòd quando intraret, ferret ſecum prunas, & aromata, vt repleretur domus fumo, & nihil videre poſſet. Secunda cauſa fuit, quia in ſancta ſanctorum audiebatur vox loquentis. Nam quandocunque intrabat Moyſes in ſancta ſanctorum ad conſulendum dominum ſuper aliquo dubio, audiebat vocem loquentis ad ſe de propitiatorio Numeri 7. Et ille loquens dicitur in ſcriptura eſſe Deus, ideo fingi debebat Deum habere quandā prę-ſentialitatem in ſancta ſanctorum. Et quia iſta non poterat ſignari niſi per modum corporis, ſicut ſupra dictum eſt, debuit poni Deo ſedes, & ſcabellum.

De ſcabello, & vbi erat. *Quæſt. X.*

QVAERITVR vlterius, cum ſcriptura debuerit ponere Deo ſcabellū pedum, quid erat iſtud ſcabellum, vel vbi.

Aliquis dicet, quòd Deus ſignificatur per modum alicuius maximi, & replentis omnia iuxta illud: Ierem. vigeſimotertio, ſcilicet: Cęlum, & terram ego impleo, dicit Dominus. Et ſic conuenit ei: nam ſi corpus ei debet attribui, conueniens eſt, quòd attribuatur maximum, ſecundùm magnitudinem virtutis, & ſecundùm iſtum modum Deus dicitur eſſe in cęlo, & in terra, & habere ſedem in cęlo, & ſcabellum pedum in terra. Sic dicitur in Pſalmo: Dominus in cęlo ſedes eius. Et melius habetur Matthæi quinto, cum dixit Chriſtus: Nolite iurare per cęlum, quia ſedes Dei eſt, nec per terram, quia ſcabellum pedum eius eſt. Sed iſte modus non conuenit in præſenti, quia tunc non magis eſſet ſcabellum pedum Dei in ſancta ſanctorum, quam in alio loco, cum potius tota terra eſſet ſcabellum pedum Dei.

Sed dicendum, quòd Deus aliquando ſignatur per modum minoris corporeitatis, ſicut Iſai. ſexto, quando vidit Iſaias Dominum ſedentem in ſolio excelſo: & ſeraphim velabant ſolium Dei in circuitu. Nam tunc non ſignificabatur Deus tanquam replens cęlum, & terram.

Nam dicitur, quòd ea, quæ ſub ipſo erant, replebant templum, ergo ipſe non replebat templum, nec erat ibi. Etiam dicitur, quòd plena erat omnis terra gloria eius, ergo non ipſe, ſed gloria eius erat replens terram. ſic etiam in viſione Ezechielis, viſus eſt Deus ſub minori corporeitate. Nam apparuit ſimilitudo quatuor animalium, & etiam aliquid loco Dei, tamen illud non replebat terram, & cęlum, vt patet Ezech. primo, & 2. & 10.

Sic ergo poterat hic ſignificari Deus per modum minoris corporeitatis, ita vt poſſet ſcabellum pedum eius eſſe in ſancta ſanctorum, vel ſaltem in templo. Et ſic Dauid fabricando templum dicebat ſe fabricare ſcabellum pedum Dei.

Sed dicendum eſt, quòd ſpecialiter iſtud ſcabellum pedum Dei non erat niſi in ſancta ſanctorum, eo quòd ibi dicebatur Deus eſſe, quia erat locus obſcurus, & in quocunque alio loco videri poſſet: & non ſolum erat in ſancta ſanctorum, ſed erat ſpecialiter ſuper arcam. Sic enim dicitur ſecundo Regum ſexto, quòd Deus ſedebat ſuper Cherubim, & tamen Cherubim ſunt ſuper arcam, nunc autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem dato hoc est duplex modus assignandi communis scabellum pedum Dei secundum figurationē arcę. Nam dicit Nicolaus, quòd propitiatorium arcę ponitur sedes Dei. Ideo secundum, quòd variè ponitur propitiatorium, ita variatur scabellum. Quidā enim putant, quòd sit propitiatorium quædam tabula aurea, quæ teneatur manibus duorum Cherubim, & super illam dicebatur Deus sedere, & tunc scabellum pedum Dei esset in coopertorio arcę, & fabricādo illud coopertorium, dicebatur fabricare scabellū pedum Dei. Alij putant, quòd propitiatorium erat ipsum coopertorium arcæ, & tunc sedes Dei esset in coopertorio arcæ, & scabellum pedum eius esset in pauimento ante arcam. & quia videtur quibusdam, quòd inconuenienter assignetur scabellum pedum Dei super terram, tenent primum modum, s. quòd coopertorium arcæ non sit propitiatorium, sed quædam tabula, quæ tenebatur manibus Cherubim.

Dicendum tamen, quòd ille modus non est verus. Nam præsupponit falsum, scilicet, quòd propitiatorium non esset coopertorium arcę, cum scriptura ponens arcę fabricationem non ponat aliquod coopertorium arcæ, nisi ipsum propitiatorium. Etiam quia ipsum propitiatorium, & arca erant eiusdem magnitudinis: Exodi vigesimoquinto, & trigesimosexto. Et tamen istud impossibile erat, si ista tabula, quæ esset propitiatorium, teneretur manibus Cherubim. De hoc declaratum est magis Exodi trigesimosexto, & ibi probatum est.

Dato tamen, quòd dicamus propitiatorium esse coopertorium arcæ, non dicemus, quòd scabellum pedum Dei esset in terra, non quidem quasi incōueniens sit poni scabellum pedum Dei in terra, cum Matth. quinto, dicatur, quod terra scabellum pedum Dei est, sed quia in prętenti non conuenit, quòd ponatur scabellum in terra.

Primo quia si poneretur scabellum pedum Dei in terra, poneretur sedes esse propitiatorium, & falsum est, quia tunc Deus non sederet super Cherubim, sed infra, quia duo Cherubim erant eleuati super arcam, cum ipsi producerentur de propitiatorio opere malleatorio, & tamen Deus dicebatur sedere super Cherubim, vt patet secundo Regum sexto, & Psalmo 79. scilicet. Qui sedes super Cherubim manifestare coram Ephraim. Sederet ergo Deus super alas Cherubim saltem, & sic pedes eius essent super propitiatorium arcę, alioquin sedes Dei esset sub pedibus Cherubim, cum pedes Cherubim essent in propitiatorio, & sedes Dei esset ipsum propitiatorium.

Secundo patet, quia Dauid dixit hic, quòd volebat ędificare scabellum pedum Dei. Et tamen si esset sedes in propitiatorio, & scabellum in pauimento, non ędificaret Dauid scabellum pedum Dei, quia pauimentum non ædificatur.

Ideo dicendum est, quòd istud scabellum esset propitiatorium, in quo diceretur esse sedes pedum Dei, & sedes eius esset super alas Cherubim.

De quibusdam verbis hic dictis a Dauid, scilicet omnia præparaui ad ædificandum. Quæst. XI.

QVAERITVR vlterius, quomodo dixit hic Dauid, & ad ædificandum omnia prępraui, quia videtur, q̄ non præparauerat Dauid omnia necessaria ad ædificationem, quando dixit ista verba: nā dixit illa quando cogitauit ędificare domum Domino, & prohibitus est 2. Re. 7. & supra 17. Respōdendum, q̄ ista verba possunt referri ad duo tempora. Vno mō referuntur ad tempus, quo Dauid voluit ędificare tēplum, & prohibitus est, qđ aliqualiter consonat literę cū dicatur hic. Cogitaui ædificare domum, in qua requiesceret arca, & ad ędificandum omnia præparaui. Et sequitur: Dominus dixit mihi, non ædificabis domum nomini meo. Et sic prius parauerat ipse omnia, quàm Deus diceret ei non ædificabis nomini meo.

Alio modo potest intelligi, quòd ista verba non facta fuerint antequam prohiberetur Dauid ædificare templum, sed postea, scilicet nūc, & verum est, quòd nunc iam omnia parauerat, & accipiendo isto modo, dicendum quòd Dauid interposuit nunc ista verba hic, scilicet, Ad ędificandum omnia præparaui. Nam a principio solum cogitauerat ædificare domum Domino, & Deus prohibuit eum. Nunc autem, quia Dauid referebat prohibitionē illam, interposuit hic quomodo ad ædificandum domum parauerat omnia, scilicet nō antequam prohiberetur, sed post quā prohibitus est, quia postea congregauit lapides, & ligna, vt patet supra 22. & ibi declaratum est. Si autem teneatur primum dicemus, quòd Dauid præparauerat omnia necessaria antequam prohiberetur ædificare: nam necessaria pro templo erant duplicia: quædā immediata, scilicet quæ per se ipsa ingrederentur ędificationem templi, sicut lapides, & ligna, & alia materialia. Alia erant necessaria mediate, scilicet, quia mediantibus illis haberentur alia necessaria omnia, & sic pecunia est totum, quod necessarium est, quia qui pecuniam habet, totum habet: nam pecuniæ omnia obediunt, sicut dicitur Ecclesiast. 10. Nam Dauid congregauerat omnia necessaria.

Secūdo modo antequam prohiberetur ædificare, quia congregauerat aurum, & argētum multum in bellis, quæ habuerat contra gentes, quæ erant in circuitu terræ suæ, & per illa poterat emere omnia materialia necessaria pro templo Domini. Omnia autē ista consecrauerat iam Dauid ad ædificationem templi Dñi, vt patet 2. Reg. & supra 18. Accipiendo iam oīa necessaria secūdo modo, non congregauerat Dauid omnia ista, q̄ñ prohibitus est ædificare templum, sed postea congregauit illa. Nam postquam in area Ornam Iebusęi Deus acceptauit sacrificium, quod fecit Dauid, & exaudiuit ipsum: sciuit Dauid, q̄ ibi futurus esset locus Sanctuarij, & ex tunc cępit congregare materiam necessariam lapidum, & lignorum, vt colligitur supra 22. & ibi declaratum est. Alio ītmodo conuenientior est, s. q̄ ista verba nunc dixerit Dauid significando, q̄ prępparauisset oēs expensas pro templo ædificando, non quidem anteq̄ prohiberetur ædificare, sed postea prępparauit. Interposuit autem istud hic ad tollendum difficultatē, quia cum Dauid nunc hortaretur Salomonem, vt ædificaret templū, & Israelitas, vt adiuuarent eum, excusarent se forte pp difficultatem expensarū. Ideo Dauid dixit oīa prępparaui ad ędificandū, quasi dicat non ponatis difficultatē in hoc, quia oīa sunt parata, & nō restat, nisi ędificatio.

An Dauid præparauit omnia necessaria pro ædificatione templi. Quæst. XII.

QVAERITVR vlterius, quomodo Dauid dixit nunc, quod omnia necessaria prępparauerat pro ędificatione, quia etiam accipiendo, quòd istud intelligatur pro tempore, in quo nunc Dauid loquebatur, non erat verum, quòd Dauid prępparasset omnia, quia multas expensas, & magnas fecit Salomon in ædificatione templi, quia lapides, & ligna portauit de Libano, vt patet tertio Reg. 5. & seq. lib. cap. 1. & 2. Respondet Nicolaus, quòd Dauid dixit, se præparasse omnia, ideſt aliqua de omnibus, nō tamē simpliciter prępparauerat oīa. Sed iste modus loquendi nō multum conuenit, quia tunc etiam si sola duo ligna, vel lapides pro ędificatione templi portasset, diceretur prępparasse omnia, ideſt aliqua de omnibus, sed istud nihil est.

Potest ergo responderi dupliciter. Primo modo, quòd accipiuntur omnia pro valde multis, vel quasi omnibus, & sic consueuit scriptura dicere omnes, p multis, quia etiam sic nos vulgariter loquimur. Aliter potest dici, & melius, quòd Dauid congregauerat omnia, scilicet, quòd ipse putabat se omnia congregasse, ita quòd nihil deficeret de necessarijs pro tanta ædificatione, & tamen in hoc errauit Dauid, quia putauit se habere omnia necessaria, & non habebat, & hoc non erat admirandum, quia in tāta operis magnitudine, non posset aliquis determinatè dicere quanta erat materia necessaria, putauit igitur Dauid se congregasse materiam sufficientē pro ædificatione templi, quia aliàs congregasset semper vsquequo crederet se habere omnia necessaria, & tamen non congregauit plura cū posset, ideo credidit se iam habere omnia necessaria pro templo ædificando. Salomon autem incipiens ædificare, credidit non esse sufficientem materiam, ideo congregauit multoplura ligna, & lapides, & etiam aurum, & argentum, & tamen illa, quæ congregauit postea Salomon, non solū fuerunt pro ædificatione templi, sed etiam pro ædificatione domorum suarum: nam tres domos miras ædificauit, scilicet domum saltus Libani, & domum suam, & domum filiæ Pharaonis, vt patet tertio Regum septimo, & pro illis erat multa materia necessaria.

Sed & elegit Dominus Deus Israel me de vniuersa domo patris mei, vt essem rex super Israel in sempiternum. De Iuda enim elegit principes. Porro de domo Iuda domum patris mei, & de filijs patris mei placuit ei, vt me eligeret regem super cunctum Israel. Sed & de filijs meis, filios enim mihi multos dedit Dominus, elegit Salomonem filium meum, vt sederet in Throno regni Domini super Israel.

Sed elegit Dominus Deus Israel me de vniuersa domo patris mei. Scilicet elegit me, vt essem rex. Et dicitur de vniuersa domo patris mei, ideſt de tota familia: nam habuit pater Dauid filios octo, vt colligitur primo Regum 16. & 17. & supra 2. Et de omnibus illis Deus elegit Dauid, vt esset rex, quamquam ipse esset minimus fratrum suorum.

Vt essem rex super Israel in sempiternum. Scilicet vt essem rex super totum Israel. Nam licet Dauid regnauerit prius super totam tribum Iudæ, tamen Deus nō elegerat eum, vt esset rex super totam tribum Iudæ, sed super tribum Israel, ideo postquam regnauisset aliquanto tempore super tribum Iuda, fecit Deus, vt mortuo Isboseth acciperetur in regem super totum Israel. & dicitur in sempiternum, ad differentiam Saulis, quia Deus elegerat etiam Saulem in regem super totum Israel, & regnauit ante Dauid, tamē non elegit eū, vt regnaret in sempiternū, ideo de ipso Dauid dr, q̄ regnaturus esset in sempiternum, quia Deus non auferret eum a facie sua, sicut abstulerat Saulem, vt patet 2. Regum 7. & supra 17. *De Iuda enim elegit principes.* Iuda. Et non sunt isti principes reges, quia postea

dicitur de regibus, scilicet quòd de domo patris Dauid fuerunt electi, sed vocantur principes alij potentes in populo, minores, quàm reges. Quomodo autē fuerint isti principes, declarabitur infra in quadā quęstione. *Porro de domo Iuda domum patris mei.* Ideſt totā tribum Iudam elegit Deus, vt essent principes de illa, & in comparatione ad alias tribus, ista erat tribus principum, & tamen adhuc in ipsa tribu Iuda erant multæ domus, & non erant principes de omnibus illis, sed elegit Deus domum Isai patris Dauid, vt de illa nascerentur reges.

Et de filijs patris mei placuit, vt me eligeret Regem super cunctum Israel. Scilicet, quamquam elegit Deus domum patris mei, vt de illa nascerentur principes, non tamen elegit totam domū illam, quia non elegit omnes filios Isai: nam præsentato Samuele primogenito eorum, scilicet Eliab, dixit Samuel ad Deum: Nunquid coram Domino est Christus eius? Et dixit Deus, non aspicias vultum eius, nec altitudinē staturæ eius, quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis iudico. primo Reg. 16. sed elegit Deus solum Dauid de filijs patris sui, vt ab eo deriuarentur Regis. Et dicitur placuit ei, vt me eligeret, quasi dicat, non fuit ista electio ex meritis meis, sed ex voluntate Dei, quia ego nihil tale merueram, Deus tamen voluit mihi hanc gratiam facere, & ideo proprie est gratia, quia non est ex meritis. *Sed & de filijs meis.* Quasi dicat, licet elegit me, non elegit omnes filios meos, quia non poterunt omnes esse reges, nec filij eorum, sed aliquis ipsorum, ideo vnus electus est, scilicet Salomon. *Multos enim filios dedit mihi Dominus.* Istud dicit Dauid ad declarationem dicti prędictis, quia supra dixerat, quòd de filijs suis elegerat Deus vnum, in quo innuebat, q̄ habebat multos filios, ideo expressit illud hic, dicens: Multos enim dedit mihi Dominus. Et dicit, quòd Deus dedit sibi illos, quia omnia bona hominis à Deo sunt, & specialiter filij: nam Deus dat filios, cui vult. Sic patet Genesis trigesimo, cum dixit Rachel ad Iacob: Da mihi liberos, alioquin moriar, & dixit Iacob, nunquid pro Deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris tui? quasi dicat, ad solum Deum pertinet dare filios, & priuare hominem illis.

Elegit Salomonem filium meum. Iste erat de minoribus filijs, & tamen Deus elegit eum. Erat enim Adonias maior illo, qui fecit se vngere in regem tertio Regū primo. Et tamen Dauid fecit illum reuocare, & quòd Salomon vngeretur, vt patet ibidem.

Vt sederet in throno regni Domini super Israel. Scilicet, vt sederet in throno regali, & vocatur thronus regni Domini, quia regnum Israel specialiter pertinebat ad Dominum, eo quòd omnes populi colebant idola, Deus autem elegerat Israelitas in populum sibi peculiarem: Exod. decimonono, & Deuteronomij septimo, & proprie vocatur regnum Domini, sicut infra dicetur.

Quare fuerunt posita à Dauid hæc verba hic posita, Quæst. XIII.

QVAERITVR circa ista quare Dauid allegauit hic omnia ista, quia non videntur agere ad propositum, scilicet quòd Deus elegisset principes de Iuda, & ipsum elegisset in regem. Respondendum, quòd intentio Dauid erat hic hortari Salomonem, q̄ ędificaret templum Dñi, & hortari totum populum, q̄ adiuuarent eum ad ędificandum, & quia diceret aliquis, quo Salomon ędificare debet templum, quia nescitur, an voluntas Dei sit, q̄ ipse tēplū ędificet, & sic populus non inclinaret ad adiuuandum eum. Ideo Dauid vult hic ostende-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re, quòd Deus iussit Salomoni ędificare templum, & hoc inducit demonstrando etiã quomodo Deus elegit Salomonem in regem, quia opus ædificationis templi nõ imponeretur alicui, nisi esset princeps super totum Israel, sicut erat rex, & ad hoc inducit hic Dauid per verba longa, quomodo Deus elegit Salomonem in regem, dicens: Primo quòd inter omnes tribus Israel electa fuit tribus Iuda, vt de ea essent principes, & de tribu Iuda fuit electa domus patris Dauid, & de domo illa fuit electus solus Dauid, & de filijs Dauid fuit electus solus Salomon, & sic tota tribus Iuda resoluitur in Salomonem.

De ratione facta a Dauid circa electionem principis.
Quæst. XIIII.

QVAERITVR vlterius, cũ Dauid faciat hic istã longam deductionem electionis principũ vsque ad Salomonem, quare non induxit postea istam electionem Dei, quia etiam de filijs Salomonis, & posteris eius, non fuerunt omnes reges, sed quidam eorum.

Respondẽdum, quòd hoc factum est propter multa. Primo quia ad propositum Dauid non faciebat electio posterorum: nam intendebat hic Dauid probare, quòd Deus elegisset Salomonem ad regnandum, & ad ędificandum templum, & hoc, vt hortaretur ipsum ædificare, & totum populum adiuuare eum. Et quia hoc non pertinebat ad posteros Salomonis, sed ad ipsum solum, fuit necesse induci de pcedentibus Salomonem. Et cum peruenireturad ipsum non erat opus, quòd extenderetur vltra ista enarratio. Secundo, quia fortè Dauid nesciebat de posteris Salomonis, qui electi essent a Deo, vt regnarent: nam de Salomone Deus reuelauerat ipsi Dauid, ꝙ regnaturus esset super Israel, vt patet 2.Re. & supra 17. de posteris autem eius nominatim nihil dixerat, iõ Dauid nihil scirei, qui de posteris Salomonis regnaturi essent: potissime, quia tunc nullos posteros habebat Salomon. Tertio, quia dato, ꝙ Deus reuelasset de posteris Salomonis, qui regnaturi essent, tamen quia quando Dauid istud dixit, Salomon non habebat aliquos filios, quia erat puer tener, vt patet seq.c.

Et dato, ꝙ Dauid nominaret illos, cũ populus non videret aliquos eorum, cum nondum essent, nihil ꝓficiebat ista nominatio. Quarto quia non fuit necesse nominari electionem istam in aliquibus posteris Salomonis, quia ista electio Dei solum ponitur ad tollendum dubium, & tamen in posteris Salomonis iã erat ablatum dubium, ideo non oportebat nominari illos. Et patet hoc, quia de tribubus Israel dubium erat, quam vellet Deus accipere, vt ex ea nascerentur principes, ideo dicitur, ꝙ de Iuda elegit principes. Et quia non poterant omnes viri istius tribus esse principes, oportuit, vt de aliqua progenie speciali istius tribus essent reges, & ad hoc electa est domus Isai. Et quia Isai habebat octo filios, & dubium erat quẽ eorum Deus, vellet regnare, dicitur ꝙ elegit Deus Dauid. Habuit etiam Dauid filios multos, & nondum erat determinatum, ad quem eorum pertineret regnum, ideo ponitur, quòd electus est Salomon de oĩbus filiis Dauid. Et quia dicitur, ꝙ elegit Deus Salomonem, & filios eius, vt regnarent in ęternum 2.Re. 7. & supra 17. iam non est dubium, quòd regnum mansurum esset semper in progenies Salomonis, & non poterat iam alia progenies eligi ad regnandum, ideo quia sublatum erat dubium, non oportebat, ꝙ iam diceretur vlterius de aliis, qui eligerentur ad regnandum. & ista, & prima sunt causę ad hoc.

Quomodo intelligãtur hæc verba, scilicet quòd Deus elegerat Dauid ad regnandum in sempiternum.
Quæst. XV.

QVAERITVR vlterius quomodo dicit hic Dauid, quòd Deus elegerat eum ad regnandum in sempiternum, quia Dauid non regnauit in sempiternum cum mortuus fuerit.

Dicendũ est, quòd Dauid dicitur regnasse in sempiternum, non in se, sed in sua progenie. Nam regnã tibus posteris Dauid dicebat ipse regnare, eo quòd viuente filio dicitur pater eius non esse mortuus, ꝙquam mortuus sit, vt patet Ecclesiastici 30. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: reliquit enim filium similem sibi. Sed tunc dicetur quomodo filij Dauid regnaturi erant in ęternum? nam regnum eorum non durauit semper, cum nunc non duret.

Respondeti potest vno modo, quòd filij Dauid regnaturi erant in æternum, scilicet vsque ad finem ęgnaturi erant in æternum, scilicet vsque ad finem ęculi, nisi peccarent, quia tamen peccauerunt, mutatũ est regnum eorum, & traditum est alteri genti, quia regnum transfertur a gente in gentem propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. Eccles. 10.

Secundo potest dici, quòd regnum filiorum Dauid erat in sempiternum, idest vsque ad magnum tẽpus. Nam in scriptura non accipitur sempiternum, ꝓ eo, quod semper durat, sed sępe pro eo, quod durat longo tempore. Nam interdum sempiternum vocatur, quod durat minus quam quinquaginta annis. Nã ille, qui erat seruus vsque ad Iobelæum dicebatur seruus æternus. Exo. 21. & Deut. 15. Et tamen Iobelęus fiebat de quinquaginta in quinquaginta annos Leui. 25. Et tunc tollebatur omnis seruitus, & debitum, vt patet ibidem, ergo æternum est, quod etiam modico tempore durat. Sic autem fuit de regno filiorum Dauid: nam saltem vsque ad captiuitatem Babylonis regnauerunt sine dubio. Postea autẽ aliqui dicunt eos regnasse vsque ad tempus Christi, sed istud non est tã manifestum, & tamẽ dato, quòd solum regnauerint vsque ad captiuitatem Babylonis, regnauerunt plusquam quadringẽtis annis. Et istud tempus potest dici, ꝙ vere fuit regnum filiorum Dauid in sempiternum, quia Christus venit de semine Dauid, & dicitur suscepisse regnum Dauid, & tamen Christus regnat in ęternum. Nam regnum Ecclesiæ est regnum Christi, & isti regno alterum non succedet, vt patet Daniel. 2. Et Christus dicitur habere regnum, vt patet Iere. 23. Ideo regnum filiorum Dauid est in ęternum.

Quomodo principes de Iuda fuerint electi a Deo.
Quæst. XVI.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd Deus elegit principes de Iuda, & qui fuerunt isti principes, & quomodo accepti fuerunt.

Respondeti potest dupliciter, vno modo, quòd isti fuerunt reges, & sic dicetur, quòd Dauid, & Salomon, & posteri sui fuerunt isti principes. Et isto modo dicetur, quòd hic ponitur de principibus Iuda, quia Dauid vult incipere electionem Salomonis ex fundamento, scilicet Deus voluit eligere aliquos principes de tribubus Israel. Et inter omnes tribus elegit tribum Iuda, & de tribu Iuda domum Isai, & de domo Isai ipsum Dauid, & de filijs Dauid Salomonem. In comparatione ergo ad alias tribus dicit, quòd elegit Deus principes de Iuda, scilicet elegit reges de ista tribu, & non de alia.

Secundo modo potest intelligi, quòd isti fuerunt alij principes assumpti de tribu Iuda, qui præfuerunt in populo, licet non essent reges.

Et dicendum, quòd antequam reges essent de tribu Iuda, fuerunt principes aliqui in ista tribu, quia ista erat dignior alijs tribubus. Vnde in exitu de Aegypto, cum numeratus est totus populus, & diuisæ sunt duodecim tribus per quatuor vexilla, primum vexillum traditum est tribui Iuda, & locus dignior in castrametando, & principium in progrediendo, vt patet Num. 2. & 10. princeps etiam tribus Iuda erat honorabilior alijs principibus. Vnde ipse obtulit primus in dedicatione templi inter omnes principes tribuum, vt patet Num. 7. etiam post introitum Israelitarum in terram Chanaan, mortuo Iosue, cum quærerent Israelitæ quis de omnibus tribubus ascenderet prius ad pugnandum contra Chananæos, respondit Deus, Iudas ascendet. Iudi. 1. Etiam cum incepit status Iudicum mortuo Iosue, primus Iudicum fuit Othoniel de tribu Iuda, vt patet Iudicum 3. Item qñ fuit bellum vndecim tribuum Israel contra Beniamitas, propter viros Gabaa, quæsierunt Israelitæ quis esset dux in exercitu eorum contra filios Beniamin. Et respondit Deus, Iudas erit dux vester. Iudi. 20. & sic fuerunt semper in tribu Iuda viri, qui haberent honorem super totum populum Israel, & essent principes, etiã ante reges. Et de his potest intelligi, quòd Deus elegit principes de Iuda. Dicit Nico. & Hebræi, quòd in transitu maris rubri, cum omnes tribus formidarent transire, tribus Iuda transiuit ante omnes, & tũc promeruit principatum, & regnũ super alias tribus. De hoc autem, an verum sit declaratum est Exo. decimoquarto.

Dicendum tamen est, quòd siue viri Iuda transierint ante alias tribus per mare rubrum, siue non: non promeruit tribus Iuda ex hoc, sed quia Deus præordinauerat hoc, & denunciauit illud per Iacob benedicentem filijs suis in morte, s. Iuda te laudabunt fratres tui. Scilicet tanquam principem. Et postea sequitur. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius donec veniat, qui mittendus est. Et sic significauit, quòd regnum futurum erat in tribu Iuda.

De filijs Dauid. *Quæst. XVII.*

QVAERITVR vlterius, de filijs Dauid, cum dicat, quòd habuit multos filios, qui fuerunt isti. Respondendum, quòd Dauid nõ habuit aliquos filios vsquequo esset vnctus in regẽ super Iudam, cum iam esset triginta annorum secundo Regum quinto. Ideo scriptura solum dicit eum habuisse filios in Hebron, & in Ierusalem, scilicet, quia in Hebron regnauit septem annis, & dimidio, quando erat rex super Iudam, & in Ierusalem regnauit triginta tribus annis, habuit aũt in Hebrõ filios sex de sex vxoribus, vt patet secundo Regum tertio. Postea autem in Ierusalem factus rex super totum Israel, accepit vxores alias, & concubinas, ex quibus nati sunt filij vndecim, vt habetur secundo Regum quinto, vel magis tredecim, vt patet supra tertio, & hi fuerunt filij Dauid decem, & nouem, & isti fuerũt masculi: nam de fœminis non fit mentio, nisi de Thamar, quamquam verisimile est, quòd habuerit alias filias, sed scriptura fecit mentionem solum de Thamar propter causam specialem, scilicet, quia propter eam nata est magna discordia, & occisio in filios Dauid, scilicet, quia deflorata est per fratrẽ suũ Amnon 2. Reg. 13. Et isti omnes fuerunt filij vxorum Dauid. Nam ex concubinis suscepit alios filios, quos scriptura non nominat propter indignationẽ ipsorũ

sicut dicitur supra primo: Omnes hi filij Dauid absq; liberis concubinarum. Et sic Dauid habebat multos filios tam vxorum, quam concubinarum, & nullum illorum Deus elegit, nisi Salomonem.

An Salomon fuerit electus à Deo. *Quæst. XVIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, ꝙ Deus elegit Salomonem, vt esset rex.

Aliqui dicunt, quòd non fuit ista aliqua electio facta à Deo, sed solum à Dauid, dicit tamen Dauid, quòd Deus elegit eum in regem, eo quòd Dauid elegit Salomonem habebat potestatem à Deo ad eligendum, ideo cum ipse eligeret eum in regẽ, dicebatur Deus illum eligere. Et hoc probant, quia si Deus elegisset Salomonem expresse, non vnxisset populus Adoniam in regem, & tamen vnxit 3. Reg. 1. Item quãdo populus vnxit Adoniam, venit Nathan Propheta ad Dauid, dicens: Oculi totius Israel ad te sunt, vt ostẽdas eis quis sedere debeat super thronum tuum post te. Si tamen Deus determinasset de Salomone, quòd futurus esset rex, non quęreretur determinatio ista à Dauid, & tamẽ totus populus expectabat determinationem Dauid. Ergo nõ elegerat Deus Salomonem in regem antequã nasceretur, & hoc reuelauit Deus Dauid per Nathan prophetam, quando voluit ędificare templum, & Deus prohibuit eum dicens, quòd non ędificaret, quia filius nasciturus de eo, post eum ędificaret illud secundo Reg. 7. & supra 17. Et sic dicitur hic in litera, scilicet: Dixitque Deus mihi, Salomon filius tuus ędificabit domum meam, & altaria mea, ipsum enim elegi mihi in filium, & firmabo regnum eius. Ista electio notificata fuit Dauid nunc, & fuit istud aliquanto tempore ante natiuitatem Salomonis, quod patet, quia factum eſt istud, quando Dauid voluit ędificare templum Domino 2. Reg. 7. Et tũc erat in pace ab omnibus hostibus per circuitum, vt patet eod. cap. postea aut fecit multa bella, scilicet contra Philisthinos, ita vt caperet aliquas vrbes de terra eorum, & contra Moab, ita vt coęquaret Moabitas terrę, & faceret de eis duos funiculos vnum ad occidendum, & alterum ad ędificandum, & contra Idumæos, ita vt interficeret omne masculinum in terra Idumęæ, & subijceret sibi terram tributo, & contra Ammonitas, & contra Siros & regẽ Adarezer, vt patet secundo Regum octauo, & decimo, & supra 18. & 20. Et cum faceret vltimum bellum istorum, scilicet contra Ammonitas, & Dauid quiescret in Ierusalem, eunte Ioab ad pugnandum, adulteratus est tunc Dauid, cum Bethsabee, vt pater secundo Regũ vndecimo, & postea accepit illam in vxorem, & genuit ex ea paruulum, qui mortuus est secundo Regũ duodecimo. Deinde genuit quatuor filios, quorum vltimus fuit Salomon, vt patet supra tertio. Dum autem fierent omnia hæc transiret aliquãtum tempus, ideo multo tempore ante natiuitatẽ Salomonis fuit denunciatum de eo, quòd Deus elegerat ipsum. Postea autem in natiuitate sua adhuc apparuit aliqualiter Deus elegisse eum. Nam misit Nathan prophetã, & imposuit ei nomen Idida, ideſt amabilis Domino, cum mater sua vocasset eum Salomonem 2. Reg. 12.

An Israel erat regnum Domini. *Quæst. XIX.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dr̃, ꝙ Salomon sederet super thronum regni Domini. Dicendum, quòd regnum Israel vocatur regnum Domini, eo quòd specialiter regnum Israelitarum pertinebat ad Deum, & hoc tam ex parte populi, quam ex parte terræ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De populo patet, quia quando Israelitæ susceperunt legem, Deus dixit, ꝙ susciperet eos in populum peculiarem, & in regnum sacerdotale. Exo. 19. & Deut. 7. & 26. Ex parte terræ patet, quia terra Chanaan in qua habitabant Israelitę, dicebatur specialiter pertinere ad Deum, eo quòd terram illam redemerat de manu hostium. Nam ipse per virtutem suam, & miraculum exclusit Chananæos de terra, & introduxit Hebræos, ideo non erat illa terra Iudęorũ, sed Dei, sicut si ipse fuisset homo, qui pugnando liberasset terrã de manu hostium. Ideo Deus posuerat legem Israelitis, quòd nõ venderent possessiones immobiles iure ꝓpetuo, sicut faciebant, & faciunt aliæ gentes, vt patet Leui. 25. s. Terra quoque non vẽdetur iure perpetuo, quia mea est, & vos coloni mei estis, s. quia terra non erat simpliciter Israelitarum, sed Dei, ideo potuit imponere eis legem circa terram, s. quòd non venderẽt eam iure perpetuo. Et ob hoc etiam ista terra vocat hęreditas Dei, quia habebat eam tanquam hęreditatẽ suam sibi propriam. Et ob hoc cum Dauid excluderetur de terra Israel, dicebatur quòd expellebatur de hęreditate Domini, vt patet 1. Reg. 26. Vocabatur autem regnum Israel regnum Dei, quia Deus specialiter regnabat, & dominabatur generali dominio super ipsos Israelitas. Nam super omnes gentes Deus dominabatur generali dominio, super ipsos autem Israelitas specialiter dominabatur. Ideo aliqui viri boni de Israelitis non audebant accipere dominium ẽt sibi oblatũ a populo, ne viderentur in hoc aliquo modo pręiudicare Deo dominanti. Sic enim fuit de Gedeone, ad quem dixit populus, dominare tu nobis, & filius tuus, & filius filij tui, quia liberasti nos de manu Madian. Et respondit Gedeon, nõ dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur Dominus Deus. Iudi. 8. Si tamen Deus non dominaretur specialiter super Israelitas, quamquam dominaretur Gedeon, non tolleretur dominium Dei generale, & tamen putauit Gedeon, quòd si ipse dominaretur super Israelitas, non dominaretur Deus.

Ideo intelligebat, quòd Deus dominabatur modo speciali. Sic etiam patet 1. Reg. 8. Cum doleret Samuel, quòd Israelitæ peterent regem, dixit Deus ad Samuelem. Non te abiecerunt, sed me, vt regnem super eos. Et sic videtur, ꝙ per hoc, quòd Israelitę acciperent aliquem in regem excludebatur regnũ Dei in eis, & tamen non fieret hoc, nisi Deus dominaretur specialiter inter Israelitas, sicut homo, qui dominatur alicui genti, ideo specialiter regnum Israelitarum erat regnum Dei. Et super solium huius regni sedit Salomon.

Dixitque mihi; Salomon filius tuus ædificabit domum meam, & atria mea. Ipsum enim elegi mihi in filiũ, & ego ero ei in patrem, & firmabo regnum eius vsque in ęternum, si perseuerauerit facere pręcepta mea, & iudicia, sicut, & hodie. Nunc ergo coram vniuerso cętu Israel audiente Deo nostro custodite, & perquirite cuncta mandata Domini Dei nostri, vt possideatis terram bonã, & relinquatis eam filijs vestris post vos vsque in sempiternum.

Dixitque mihi, Salomon filius tuus ædificabit domum meã. Non dixit Deus ad Dauid, Salomon filius tuus, &c. Sed filius qui nascetur tibi, & non expressit nomen illius 2. Reg. 7. & supra 17. quia tamen postea manifestatum fuit, quòd ille erat Salomon, dixit Dauid Salomon filius tuus, &c. Et dicitur ædificabit domum meam, s. templum.

Et altaria mea. In templo erant duo altaria, vnum quod vocatur altare holocaustorum, & erat æneum seq. lib. ca. 4. Et in isto fiebant omnia sacrificia, & erat extra templum propriè dictum, in atrio eius, quod erat atrium sacerdotum. Aliud erat altare thymiamatum, quod erat de lignis Setim, & opertum lamis aureis: Exod. 30. Istud erat intra templum coram Sancta sanctorum, & in isto quotidie cremabatur thymiama, & in hoc cremauit incensum Zacharias pater beati Ioannis Baptistæ, quando intrauit solus in templum, & totus populus expectabat eum foris Lucę 1. In Hebręo dicit. Et atria mea. Vbi nos dicimus, Et altaria mea. Aliqui putãt, ꝙ hoc procedit ex equiuocatione nominis, sicut sępe sit in Hebræo, & tamẽ falsum est, quia multum differunt ista nomina, quia pro atrijs dicitur Haceroth, & pro altaribus dicitur Bezmihoth, licet dicẽdum est, quòd litera nostra est hic corrupta per imperitiam librariorum propter similitudinem literarum: nã facile erat dicere altaria, vbi dicebatur atria, & ista est sententia magis conueniens, quia domus, & atria erant duæ partes distinctę Sanctuarij. Nam domus vocabatur ipsum templum, quod erat parietibus clausum, & tecto, atria vocãtur quædam spacia in circuitu templi, quæ erant clausa muris, & tamen non habebant tectum, & in istis conueniebant viri, & fęminæ ad orandum. Si autem diceretur de altaribus, non conuenienter distingueretur domus contra altaria, eo quòd domus erat pars Sanctuarii, & altaria non, sed erant quædam supellectilia. Ideo dicendum est, quòd litera nostra corrupta est hic vitio librariorum.

Ipsum enim elegi mihi in filium. Scilicet in filium adoptiuum, nam filius naturalis Dei patris, vnicus est, scilicet verbum diuinum, siue Christus, & non est solus Salomon filius adoptiuus Dei, sed omnes homines sunt filii Dei, quia omnes dicunt: Pater noster, qui es in cęlis, & sic Christus nobis dicere iussit, & tamen non iussisset, nisi verum esset, quòd omnes homines essent filij Dei. Sic etiam Apostolus dicit ad Romanos octauo. quòd accepimus spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. Dicebatur tamen Salomon filius Dei, quia specialiter adoptauerat eum, scilicet volendo ei facere specialia bona, qualia non faciebat alijs hominibus.

Et ego ero ei in patrem. Idest ego diligam eum, & benefaciam sibi, sicut pater filio, & ipse poterit recurrere ad me confidenter, sicut filius ad patrem. Ista auctoritas etiam intelligitur ad literam de Christo, sicut inducit etiam Apostolus ad Hebræ. primo, & non est ille sensus allegoricus, quia argumentum nunquam est assumendum in sacra Scriptura ex aliquo sensu mystico, sed solum ex literali, & ex hoc errant aliqui putantes, quòd de Salomone non intelligatur, cum de Christo intelligatur.

Dicendum ergo, quòd potest scriptura habere duos sensus literales, vnum magis principalem, & alium minus. Et sic potest intelligi idem de Salomone, vt de Christo, & de vtroque in sensu literali. Sic etiam patet de illo dicto. Os nõ comminuetis ex eo. Nam intelligitur ad literam de agno Paschali, cuius ossa comminui non debebant Exod. 12. & sic obseruabant Iudęi ad literam, & obligabantur obseruare. Intelligitur etiam de Christo, scilicet quòd in morte eius non erant ossa ipsius confrigenda, vnde in die mortis eius, venerunt milites ad latrones, qui crucifixi erant cum eo, & fregerunt crura ipsorum, ne manerent viuentes in cruce die sabbathi.

Ad Christum autem cum venissent videtes, quòd spirasset, non fregerunt crura eius. Et dicit Beatus Ioannes, quòd hoc factum est, vt compleretur illa scriptura, quæ dicit: Os non comminuetis ex eo. ergo videt, quòd in sensu literali intelligebatur de Christo, quia alioquin non diceretur scriptura compleri per hoc, quòd ossa Christi non frangerentur, quia nulla scriptura potest compleri, nisi in sensu literali, eo quòd alij sensus non sunt scripturę ipsius, sed à nobis fabricati.

Et firmabo regnum eius vsque in æternum. Scilicet regnum eius, & filiorum suorum, quia ipse Salomon non poterat regnare in ęternum, & debet hoc intelligi, sicut supra declaratum est in quadam quæstione.

Si perseuerauerit facere præcepta mea, & iudicia mea. Ex hoc patet, quòd ista promissio fiebat cum conditione, ideo si non compleretur conditio, non confirmaretur regnum Salomonis in æternum, sed an hoc verum sit, declarabitur infra in quadam quæstione. Et dicitur præcepta mea, & iudicia mea, ad includendũ omnia genera præceptorum. Sunt enim tria genera præceptorum, scilicet moralia, iudicialia, & cęremonialia. Moralia sunt, quę continentur in decalogo, & alia, quę naturaliter habent aliquam obligationẽ, vel rationem debiti, dato quòd non scribantur nec dentur ab aliquo legislatore. Cęremonialia sunt illa, quæ continent cęremonias cultus diuini, & quãtum ad modum viuendi hominum, & pendent ista ex voluntate legislatoris, & non ex aliqua naturali obligatione. Iudicialia sunt illa, quæ continent modum seruandi hominem in conuersatione ad hoc, quòd vnus nõ ledat alterum, & si lęserit qualiter puniatur, & ista sunt, per quę iudicatur in negocijs foralibus. Moralia, & cęremonialia intelliguntur hic nomine præceptorum, & iudicialia nomine suo exprimũtur. Omnia autem hęc debebat Salomon obseruare, ad hoc, quòd regnum suum confirmaretur in posteris,

Sicut est hodie. Idest si Salomon, & filij eius custodierint præcepta mea, & non offenderint me plusquã hodie, idest sicut nunc offendunt, confirmabo regnũ eorum, alioquin non. Sic est in prophetijs promissorijs, & comminatorijs, quia attenditur status illorum, quibus fit promissio, & comminatio. Nam si manent in eodem statu, in quo erant quando fit prophetia, non mutatur prophetia. Si autem ipsi mutantur, prophetia quoque mutabitur. Sicut colligitur hic, & Ierem. 18.

Nunc ergo coram vniuerso cœtu Israel. Præmisit supra Dauid, quomodo Salomon ędificaturus esset templum ex mandato Dei, hic autem hortatur ipsum, & populum ad custodiendum legem Dei, & postea ad ędificationem templi, vt patet infra in litera, & dixit nunc corã vniuerso cętu Israel, idest ego hortor vos, & singulos vestrum coram toto Israel, quòd custodiatis legem Domini.

Audiente Domino Deo vestro. Idest Deus noster audit omnia ista verba, quæ ego loquor vobis., & ipse erit testis, quomodo vos exhortatus fuerit Deus. secundùm veritatem non audit nos, audire tamen potest sicut infra declarabitur in quadam quęstione: sed dixit hoc Dauid ad incutiendum timorem.

Custodite, & perquirite cuncta mandata Domini Dei vestri. Idest obseruate totam legem. Et dicitur perquirite, scilicet solicitè cogitate, quę sunt mandata legis, vt ne errętis in aliquo eorum. Nam vir beatus in lege Domini meditatur die ac nocte: Psal. primo. Sic iussit Deus Israelitis, quòd meditarentur semper in lege, vt patet Deuter. 6. scilicet: Erunt verba hęc, quę ego pręcipio tibi in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis sedẽs in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens. Dixit etiam custodite, scilicet postquam inueneritis, quę sunt præcepta Domini, scilicet custodiatis ea in toto corde vestro, vt possideatis terrã bonam, scilicet terram Chanaan, quę vocatur terra bona. Nam in scriptura dicitur sępe de illa, quòd erat fluens lacte, & melle. Et dicitur vt possideatis, quasi dicat, si non custoditis præcepta Dei non poteritis possidere terram istam: nam immittet Deus contra vos hostes, qui captiuos ducẽt vos in terram alienam: Leuit. 26. & Deut. 28. & sic factum est postquam iam Israelitę multũ peccauerunt. Nam fecit Deus transduci decem tribus in Assyrios, & nunquam inde redierunt quarto Reg. 17. Et duæ tribus regni Iuda ductę fuerunt in Babylonem quarto Reg. vlt. Manserunt ibi septuaginta annis, vt patet seq. lib. cap. vlt. Ideo hortabatur nũc Dauid Israelitas, quòd obseruarent mandata Dei, si volebant possidere terram.

Et relinquatis eam filijs vestris post vos vsque in sempiternum. Quasi dicat, si vos custoditis mandata Dei, non solum manebitis securi in terra, sed etiã propter vos Deus faciet, quòd filij vestri maneant securi. Nam patres possunt mereri pro filijs. & demereri, cũ Deus dicat, quòd ipse punit peccata patrum in filios vsque in tertiam, & quartam generationem, & quòd seruat misericordiam suam diligentibus se vsq; in mille generationes: Exod. 34. & Deut. 7.

An Salomon obligabatur ædificare templum Domini.
Quæst. XX.

QVAERITVR circa ea, quæ dicta sunt hic de Salomone, an obligaretur ędificare templũ Domini.

Respondendum est, quòd obligabatur Salomon ędificare propter multa.

Primò quia Deus iusserat illi, quòd ędificaret, vt patet hic, scilicet Salomõ filius tuus ædificabit domum meam, & altaria mea.

Secundò quia Dauid iussit ei hoc, vt patet hic, & seq. cap. & sup. 22. & potissimè tenebatur ad hoc, quia non erat istud opus difficile, cum Dauid præparasset omnes impensas, vel quasi, pro omni ędificatione, & sic nihil manebat ei nisi solicitudo aliqua circa ędificationem.

Aliquis tamen dicet, quòd non obligabatur Salomon ad hoc, quia obligatio aliqua si esset hic, esset ex mandato Dei, & tamen non constabat Salomoni de isto mandato, ideo non tenebatur ad aliquid.

Dicendum, quòd de isto mandato constabat ex dicto Dauid. Nam ipse referebat, quòd Deus sibi sic dixerat, & tamen cum Dauid esset vir tantę dignitatis, & nimium deicola, non erat vsquequaque verisimile, quòd talia fingeret, potissimè quia Dauid fecerat omnes expensas pro ędificatione, quæ erant quasi ineśtimabiles, vt patet sup. 22. & tamen non erat verisimile, quòd iste inutiliter ista vellet desponere, & tamen inutiliter ageret, & peccaret si mentiretur, dicens Deum iussisse, quòd Salomon ędificaret templum, si nihil iussisset.

Item patet efficacius, quia dato, quòd Salomon vellet negare istud à Deo dictum fuisse, poterat probari per Nathan Prophetam. Nam per illum Deus reuelauerat ista Dauid secundo Reg. 7. & supra 17. Et ille Nathan venit ad imponendum nomen Salomoni ex parte Dei secundo Reg. 12. & tamen iste Nathan adhuc viuebat. Nam ipse, & Sadoc sacerdos, vnxerunt Salomonem in regem tertio Reg. primo.

Item

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item Salomon iſtud nullo modo negaret. Nam ſimul erat, quòd Salomon ędificaret tẽplum, & quòd regnaret poſt Dauid. Si ergo diceret ſe non ędificaturum templum, diceret etiam ſe non regnaturum, cum iſta eſſent connexa, vt ergo Salomon non videretur abrenunciare regno, non recuſaret onus ędificandi templum, etiam ſi grauius eſſet, vnde in hoc nullam difficultatem oſtendit Salomon.

Quando obligabatur Salomon incipere ædificationem templi.
Quæſt. XXI.

QVAERITVR vlterius, cum obligaretur Salomon ędificare templum, quando obligabatur incipere.

Reſpondendum, quòd non obligabatur Salomon incipere ędificationem viuente Dauid: nã Deus dixerat, quòd filius Dauid, qui regnaturus eſſet poſt eum ędificaret templum, ergo non tenebatur ędificare, quouſque regnaret poſt Dauid, & dato, ꝙ Salomon inciperet regnare viuente Dauid ſup.23. & ſeq.cap.& tertio Reg. primo, tamen nondum regnabat poſt Dauid quouſque moreretur Dauid, & non ſolum nõ obligabatur Salomon incipere ędificationem viuente Dauid, ſed etiam nõ licebat ipſi Dauid permittere Salomoni, quòd viuente eo inciperet ędificare, ſicut declaratum eſt ſupra 22. in quadam quæſtione.

Sed tenebatur Salomon ędificare poſtquam inciperet regnare mortuo Dauid. Sed tunc eſt dubium, an immediatè poſt mortem Dauid teneretur incipere.

Dicendum eſt, quòd iſta obligatio Salomonis ad ędificandum templum erat quoddam debitum: in debitis autem diſtinguitur, quia aut debetur cũ præfinitione temporis, aut non: ſi primo modo, pro illo tempore deberetur quod præfinitum eſt. Si autem non eſt præfinitum tẽpus ad ſoluẽdum immediatè vt contrahitur debitum, tenetur ſoluere ipſe, qui debet, ſaltem quando potuerit, ita erat de Salomone. Nam non fuerat ei aſſignatum aliquod tempus, in quo deberet ędificare, ſed ſolum dictum eſt, quòd ędificaret poſt mortem Dauid, ideo tenebatur quanto citius poſſet poſt mortem Dauid incipere iſtam ędificationem, & ſic fecit Salomon. Nam illico vt factus eſt rex non habuit opportunitatem ad ędificandum, eo quòd nondum erat cõſumatum regnum ſuum, quia adhuc habebat hoſtes, ſcilicet ad minus fratrem ſuũ, qui moliebatur ſubtrahere regnum, etiam Ioab, & Abiathar, & alij viri potentes in regno erant hoſtes ſui ſecretè, & iſtos prius ipſe occidit, vt patet tertio Reg. ſecundo, quo facto, regnum eius confirmatum eſt, vt patet tertio Reg. 3. & tũc ipſe Salomon habuit aliquam opportunitatem ędificandi, & ſic in principio quarti anni regni ſui incepit ędificare, vt patet tertio Reg. 6.

An fuerit conditionalis promiſſio de confirmatione regni facta à Deo. *Quæſt. XXII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, firmabo regnum ſi perſeuerauerit facere mãdata mea, ſicut eſt hodie. Ex quo innuitur, ꝙ iſta promiſſio de confirmatione regni fuit cõditionalis, ſ. ſi Salomon non peccaret, & tamen videtur, quod hoc non ſtat, quia etiam ſi Salomon, & filij eius peccarent, Deus non ablaturus erat regnum eis, quia Deus fecit differentiam inter Dauid, & Saulem dicens, quòd non auferret filios Dauid à facie ſua, ſicut abſtulerat Saulem, & tamen manifeſtũ eſt, quòd regnum Saulis perijt de domo eius propter peccatũ, & principaliter propter illam inobedientiam, quam fecit, quando pugnauit contra Amalecitas primo Regum 15. & 28. & ſup. 10. & ſi non peccaſſet Saul, mãſiſſet regnum eius in ęternũ, vt patet primo Reg. 13. Cum dixit Samuel ad Saulem: Stulte egiſti, quę præcepit tibi, nec cuſtodiſti mandata Dei tui, quod ſi non feciſſes, iam nunc præparaſſet Dominus regnum tuũ ſuper Iſrael in ſempiternum, ſed nequaquam regnũ tuum vltra conſurget. Ergo aliqua excellentia eſſet in filijs Dauid ad Saulem, ſcilicet quòd licet peccarẽt filij Dauid, non auferret eis Deus regnum, quia alioquin non eſſet differentia inter Saulem, & filios Dauid, quod falſum eſt, cum Deus dixerit, quòd non auferret filios Dauid à facie ſua ſicut abſtulerat Saulem ſecundo Reg. 7. & ſup. 17.

Secundò patet, quia ibidem dixit Deus: Qui ſi iniquè aliquid geſſerit, arguam eum, in virga virorum, & in plagis filiorum hominum, miſericordiam autẽ meam non auferam ab eo, ſicut abſtuli à Saule. Ergo ſiue peccarent filij Dauid, ſiue non peccarent.

Dicendum ergo eſt, quòd verum eſt, quòd regnũ erat promiſſum filijs Dauid ſine conditione, & in omni caſu manſurum erat apud eos. Quod autem dicitur hic, ſi perſeuerauerit facere mandata mea. Poteſt referri iſta conditio ad perpetuitatem regni ſimpliciter, ſcilicet quòd ſi filij Dauid non peccarent, Deus faceret, quòd regnum ipſorum maneret vſq; in ęternum, ſcilicet vſque ad finem ſęculi, & iſtud verũ eſt. Nam ſi Salomon nunquam peccaſſet, nec filij eius, non eſt dubium quin regnum eorum manſiſſet vſq; hodie. Si autem filij Dauid peccarent regnum eorum maneret in ęternum non ſimpliciter, ideſt vſq; ad finem ſęculi, ſed maneret ĩ ęternum, ideſt magno tempore, & ſic factum eſt, quia manſit vſque ad captiuitatem Babylonis, quod fuit tempus pluſquam quadringentorum annorum, & tamen filij Dauid ſępe peccauerant, & Deus non auferebat eis regnum, quia duraturum erat in ęternum, ideſt per longum tempus, ſiue peccarent, ſiue non. Secundo modo poteſt dici, quòd iſta conditio non refertur ad permanẽtiam regni, ſed ad integritatem, & diminutionem, quaſi dicat, ſiue filij Dauid peccarent, ſiue non, regnũ eorum maneret in ęternum, & tamen ſi non peccarent regnum ipſorum maneret integrum, ſcilicet ſuper totum Iſrael ſicut tempore Dauid, & Salomonis, quia tamen peccauerunt, diminutum fuit regnum eorum: nam cum prędeſſent duodecim tribubus, ſolũ manſerunt eis duę, tertio Reg. 11. & 12.

Tertiò modo poteſt referri ad proſperitatem regnandi, ſcilicet, quòd ſi filij Dauid non peccarent, nulla eis accideret aduerſitas, ſed Deus daret iſtis omnia bona ſicut filijs, ſicut hic dicitur: Ipſum elegi mihi in filium, & ego ero ei in patrem. Si autem peccarent filij Dauid, quamquam regnum non auferretur eis, venirent multę aduerſitates ſuper eos, ſicut factum eſt. Nam ſępe ab hoſtibus premebantur, vt patet ex diſcurſu tertij, & quarti Regum, & ſequentis libri.

An ſolus Salomon obligabatur obſeruare legem.
Quæſt. XXIII.

QVAERITVR vlterius, cum dicitur hic, ꝙ Deus confirmaret regnum Salomonis in ęternum, ſi perſeueraret Salomon in cuſtodia legis, an hoc erat verum, intelligendo de ſolo Salomone, vel requirebatur, quòd etiam filij eius obſeruarent legem.

Aliquis dicet, quòd ſolum requirebatur de Salomone. Nam litera dicit hic de ipſo ſolo, ſi perſeuerauerit facere prędicta mea.

Item ſatis eſt hoc rationabile, quòd etiam ſi filij Salomonis peccarent, dum tamen non peccaret Salomon, regnum ipſorum eſſet cõfirmatum, quia interdum Deus benefacit omnibus poſteris alicuius propter eum, licet illi mali ſint, eo quòd Deus obſeruat miſericordiam vſque in mille generationes diligentibus eum, ideſt propter aliquem, qui diligit Deum, Deus miſerebitur eius vſque in mille generationes.

Item patet hoc in Abraham, quia propter merita eius induxit Deus omnia bona, quæ promiſit poſteris ſuis, vt patet Gen. 18. ſcilicet: Scio, quòd prędecturus ſit filijs ſuis, & domui ſuę poſt ſe, vt cuſtodiãt viam Domini, & faciant iuſtitiam, & iudicium, vt adducat Dominus propter Abraham omnia, quæ locutus eſt ad eum. Sic ergo propter Salomonem ſi bonus eſſet, etiam ſi filij ſui mali eſſent, non erat inconueniens, quòd filij eius confirmarentur in regno in æternum.

Reſpondendum, quòd nõ erat inconueniens propter ſola merita Salomonis, ſi nunquam peccaret cõfirmari filios eius, ſicut propter Dauid cõfirmati fuerunt, ita vt maneret regnum eorum ſemper in domo ipſorum, & tamen omnes ferè mali fuerunt prędicti Ezechiam, & Ioſiam: nam dicitur prędicta Dauid Ezechiam, & Ioſiam omnes reges peccatum commiſerunt Eccleſiaſt. 49. & tamen loquendo de iſta confirmatione regni, quæ habetur hic, ſcilicet quòd nõ diminueretur regnum, & quòd poſteri Dauid ſemper proſperarentur, & quòd maneret regnum vſque ad finem ſęculi, non erat confirmandum regnum, ſi ſolus Salomon cuſtodiret legem, ſed oportebat etiã, quòd omnes poſteri ſui hoc facerent.

Sic patet Pſalm. 131. Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum, & teſtimonia mea hęc, quæ docebo eos, & filij eorum vſque in ſęculum ſęculi, ſedebunt ſuper ſedem tuam. Ergo filij filiorum Salomonis debebant cuſtodire hoc, alioquin non confirmaretur regnum. Cum autem dicitur hic, ſi perſeuerauerit facere prędicta mea, ſicut eſt hodie, non intelligitur de Salomone ſolo, ſed de eo, & filijs eius, intelliguntur tamen filij ſui in perſona eius, ſicut dicitur, quòd cõfirmaretur regnum Salomonis in ęternum, & tamen regnum eius in perſona non erat confirmãdum in ęternum, cum ipſe non poſſet ſemper viuere, ſed intelligebatur regnum eius, quod erat in eo, & in poſteris ſuis.

Propter quid admonuit Iſraelitas Dauid, vt legem Domini cuſtodirent. *Quæſt. XXIIII.*

QVAERITVR vlterius ad quid Dauid admonuit hic Iſraelitas, quòd cuſtodirent legẽ Domini. Reſpondendum eſt, quòd hoc fecit propter duo. Primò quia conſuetudo erat ſanctorum patrum, ꝙ quando morituri eſſent congregarẽt eos, qui erant de progenie ſua, vel qui erant ſub potęſtate ſua, & hortarentur eos ad bonum, & conſolarẽtur. Sic fuit de Iacob, qui moriens vocauit filios ſuos, & admonuit eos ſeruare legem Dei, & benedixit eis: Geneſ. 44. Sic etiam Ioſeph moriens vocauit fratres ſuos, & conſolatus eſt eos dicens: Viſitabit vos Dominus, & aſcendere faciet de loco iſto: Geneſ. vlt. Sicut etiam Moyſes moriturus vocauit omnes Iſraelitas, & hortatus eſt eos obſeruare legem ſuſceptam, prænuncians eis mala, quæ ventura erant, ſi non obſeruarent legem, & benedixit eis atque mortuus eſt: Deuteronomij 31. & 32. & 33. Sic etiam fuit de Ioſue, qui paſſuros ante mortem ſuam congregauit omnes principes Iſrael, & maximam partem populi, & hortatus eſt de obſeruatione legis, deditque illis multa documenta, & ſic mortuus eſt Ioſue 23. & 24. Sic etiam fuit de Samuele, qui in ſenectute ſua congregato Iſrael, admonuit omnes obſeruare legem, & oſtendit mirabilia coram eis primo Reg. 12. Sic ergo Dauid, qui erat vir valde excellens atque deicola, iam proximus morti voluit totum populum admonere ad legis cuſtodiam, vt patet hic. Cauſa autem quare ſancti patres faciebant iſtas admoniones in morte, erat duplex. Prima quia non poterant poſtea admonere, admonebant ergo quandiu poterant, & ſic etiã propinqui morti admonebant, vt nullo tempore viderentur fuiſſe negligentes. Secunda quia tunc verba eorum maximè reciperentur, quia erant verba vltima, & viuentes maximè afficiuntur tunc ad moriẽtes, quam cum viuerent, eo quòd tunc recedunt ab eis, & res magis diligitur per abſentiam, quam per præſentiam. Etiam quia verba moriẽtium ſunt maioris auctoritatis, eo quòd non eſt præſumendum contra conſtitutos in tali articulo, quòd aliquo modo dicant contra conſcientiam, ideo quilibet eis credere debet, & ſic erat Dauid morti vicinus, ideo melius audiret eum populus, quam prius.

Secundò quia Dauid volebat exhortari hic Iſraelitas, vt ędificarent templum Domino, & quia ędificatio illa nihil proderat ſi Iſraelitę non cuſtodirent legem Dei, admonuit eos prius de cuſtodia legis. Nam templum non fiebat niſi ad orandum, & exercẽdum ibi cęremonias legis, ſi autem Iſraelitę non obſeruarent cęremonias iſtas, templum erat inutile, ideo principalius erat, quòd legem cuſtodirent, quam quòd templum ędificarent.

Tertiò ad tollendam præſumptionem aliquorum Iſraelitarum: nam ſi ędificarent templum, putarent quòd iam licitum erat eis facere quodcunque vellẽt. Nam licet peccarent, Deus non puniret eos, quia habebãt templum Dei, & arcam ſecum. Dauid autem hortatur, quòd cuſtodiant legem, innuens quòd templum, & arca non liberarent Iſraelitas à malo, ſed potius perirent ipſi, & templum ſuum ſi legem non cuſtodirent. Sic patet tertio Reg. 9. Nam templo ędificato apparuit Deus Salomoni dicens, quòd ſi ipſe, & poſteri ſui ſeruarent legem Dei in æternum, federẽt ſuper thronum regni, & ipſe aperiret oculos ſuos ſuper templum. Si autem auerterentur Iſraelitę à lege eius, auferret eos de ſuperficie terrę, & proijceret tẽplum, quod ſanctificauerat ſibi. Eſſetque in prouerbium, & in fabulam. Et omnis, qui tranſiret, ſtuperet, ſibillaret, & diceret, quare fecit Deus ſic terræ huic, & domui huic, & reſponderetur, quòd dereliquerunt Deum patrum ſuorum, qui eduxit eos de Aegypto.

De quibuſdam verbis dictis à Dauid. *Quæſt. XXV.*

QVAERITVR vlterius quare Dauid dixit nunc coram vniuerſo Iſrael, audiente Deo noſtro cuſtodite mandata Domini. Reſpõdendum, quòd Dauid exhortabatur Iſraelitas ad cuſtodiam legis, & ſi non cuſtodirent prænunciabat eis mala, ſcilicet, quòd non poſſiderent terrã, & vt magis incuteret eis timorem, & faceret ipſos ſollicitos, inuocauit Deum in teſtem dicẽs, quòd Deus audiebat verba iſta, quę nunc loquebatur Dauid ad Iſraelitas, vt poſtea non poſſent negare ſe fuiſſe admonitos circa hoc. Iſta erat conſuetudo ſanctorum patrum, qui exhortabantur populum, ſcilicet inuocare teſtes exhortationis ſuę. Sic fuit de Moyſe, quando moriturus admonuit Iſraelitas legem obſeruare,

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

& fecit contra eos canticum, in quo denunciauit mala, quæ futura erant eis, si non custodirent legem, & in principio cantici inuocauit cælum, & terram in testes, dicens: Audite cæli, quę loquor, audiat terra verba oris mei. Deut. 32. Et inuocauit cælum, & terram, quia isti sunt semper testes manentes, quales necessarij erant pro omni tempore futuro, vt testimonium redderent contra Iudæos. Sic etiam fuit de Iosue, qui admonuit Israelitas obseruare legem, & fecit cum eis pactum, & totum populum inuocauit in testimoniũ, dicens: Testes vos estis, quòd elegeritis vobis Dominum, vt seruiatis ei. Et vt istud testimonium magis duraret, posuit lapidem sub quercum, quę erat in Sãctuario Domini, vt ille lapis esset testis, vt patet Iosue vltimo, scilicet: Tulit lapidem grandem, posuitque eum subter quercum, quę erat in Sanctuario Domini, & dixit ad omnem populum, en lapis iste erit vobis in testimonium, quòd audieritis omnia verba Domini. Vt patet Iosue vltimo, sic etiam fuit de Samuele: nam ipse hortatus est Israelitas ad custodiam legis, & ad ostendẽdum, quòd peccauissent in petendo regem, & etiam si in futurum peccarent, Deus puniret illos, inuocauit Deum in testem, faciẽs quòd ad orationem suam illico audirentur magna tonitrua, & venerunt pluuię, cum non esset illud tempus pluuiale, vt patet primo Reg. 12. s. nunquid non messis tritici est hodie? inuocabo Dominum, & dabit voces, & pluuias. Et scietis, quòd grande malum feceritis vobis petendo regem. Et clamauit Samuel, & dedit Dominus voces, & pluuias. Et timuit populus Deum. Ita nunc, vt populus timeret, & sequeretur istam exhortationem, inuocauit Dauid Deum in testem dicens, quòd ista dicebantur audiente Domino Deo, tamen non audiebat, sed Israelitę timerent, quòd cum Deus audiret ista, ad quę vocatus fuisset in testem, si non sequerentur exhortationem illam, puniret eos valde.

An Deus audiebat verba Dauid. Et qui modus intelligendi sit Angelorum. Quæst. XXVI.

QVAERITVR vlterius, qũo dicitur hic, quòd Deus audiebat ista, & an verum sit. Rñdendum, quòd Deus nihil audit, nec videt, nec gustat, nec loquitur, nec odorem sentit. Ratio huius est, quia audire non fit sine potentia auditiua, & illa est in organo. Habere autem potentiã auditiuam non pertinet nisi ad animal, Deus autem non est animal. Patet hoc, quia potentia auditiua est sensitiua: esse autem sensitiuum pertinet ad sola animalia. Nam corpus animatum sensibile, i. sensitiuum dicit animal. Deus autem non est animal, cum non sit aliquid corporeum, sed purus spiritus, vt patet Io. quarto. Item potentia sensitiua est in organo, organũ autem est pars materialis, in Deo autem non est aliquid materiale, quia materia dicit potentialitatem, & imperfectionem, ideo non est potentia organica in Deo. Item potentia auditiua, & aliæ sensitiuę sunt passiuæ, & non immutantur nisi ab obiecto. Ponere autem in Deo aliquid passiuũ, secundùm quod Deus patiatur ab aliqua re creata, & potissimè à rebus accidentalibus, absurdum valde est. Item potentię sensitiuæ sunt in nobis, vt perficiamur ab obiecto, quia per illas patiendo ab obiecto suscipim⁹ aliquid quod aliàs non sentiremus, nec iudicaremus de illo, & tamen Deus non potest perfici ab aliquo extrinseco, cum ipse sit summe perfectus, & perficiat omnia alia, ergo non habet potentiam organicam. Item patet, quia potentię organicę sunt in hominibus, quia intellectus eorum est imperfectus, nec potest intelligere nisi prępposito phantasmate, sicut dicit Arist. 3. de Anima, quòd oportet intelligentem phantasmata speculari. Et iterum: Sicut se habent colores ad visum, ita se habent phantasmata ad intellectum, & tamen oculus non videt sine colore: ergo nec intellectus sine phantasmate: non possunt ergo phantasmata haberi, nisi per potentias organicas accipientes species, quę transeant ad phantasiam: ergo necessarię sunt potentię organicę ad hoc, quòd intelligamus, & ob hoc dicitur, quòd nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu. In Angelis tamen, quia perfectus est intellectus eorum non indigent phantasmate, nec habent potentias organicas, sed per solum intellectum sufficienter iudicant, à fortiori ergo in Deo, qui perfectior est, non erunt necessarię potentię organicę propter phantasmata accipienda, cum sine phantasmatibus intelligat. Et sic dicendum est, quòd Deus non videt, nec audit, nec gustat, nec odorat, nec habet aliquem actum istorum, eo quòd isti facerent magnam imperfectionem in Deo. Sacra tamen scriptura dicit Deum audire, & videre, & habere alios actus similes, quia vult cõdescendere modo intelligendi simpliciũ hominum. Nam si negarentur ista de Deo, non possent intelligere vulgares, quomodo Deus intelligat, quę nos agimus, si nõ videt, nec audit, nec habet aliũ actum sensitiuum, cum ipsi non possent intelligere, nisi prępsupposito actu sentiendi. Vt ergo omnes possent aliquid cogitare de Deo, & non negaretur ab eo perfectio magna, scilicet intelligere omnia, quę nos facimus, concedit scriptura, q̃ Deus videat, & audiat, istud tamen pro simplicibus concedit, pro viris autẽ sapientibus contrarium asserit, q̃ Deus spiritus est, & eos qui eum adorant, oportet in spiritu adorare, Io. 4. quia tamen sapientia non est dicenda, nisi inter intelligentes, iuxta illud primę ad Corinth. 2. s. Sapientiam loquimur inter perfectos, & plures de hominibus imperfecti sunt, & rudes, potius scriptura vtitur modo loquendi grosso de Deo, scilicet quòd Deus audiat, & videat, quam quòd vocet eum purum spiritum. Et potissimè est hoc in toto veteri testamento, quia omnia illa dicebantur viris rudibus.

Tu autem Salomon fili mi scito Deum patris tui, et serui ei corde perfecto, et aïo voluntario. Omnia enim corda scrutatur Dñs, et vniuersas mentium cogitationes intelligit. Si quęsieris eum, inuenies, si autem dereliqueris eum, proijciet te in æternum. Nunc ergo, quia elegit te Dominus, vt ædificares domum Sanctuarij, confortare, et perfice.

Tu autem Salomon. Hic ponitur secundum huius c. in quo Dauid imponit Salomoni ædificandi curam, & dicitur. *Tu autem Salomon fili mi.* Hortatus fuerat Dauid in generali omnes Israelitas. Hic hortatur in speciali ipsum Salomonem. Et hortatur in duobus, primò vt legem Dei obseruet. Secundò vt templum edificet. & debuit Salomon exhortari in speciali propter multa, vt infra dicetur. *Scito Deum patris tui. Et serui ei corde perfecto.* Idest obserua mandata eius in toto corde tuo. *Et animo voluntario.* Idest non colas eum, quasi violenter propter timorem pœnæ, Sed magis voluntariè etiam si te nunquam puniturus esset. Et potest intelligi per hoc totus cultus, quem homo Deo potest impendere. Nam duæ sunt potentię operatiuę proprie humanę, i. intellectus, & voluntas, vt patet ex 3. de Aĩa. Nã sensus nullius operationis humanę elicitiuus est: ideo hortatur Dauid Salomonem, vt per istas duas operationes colat Deum, s. corde perfecto, idest per totum intellectum, per quem colimus Deum habendo rectitudinem fidei, & animo voluntario, s. per totam voluntatem. Vel potest dici corde perfecto, idest totaliter, quia non sufficit, q̃ aliquis colat Deum nisi eum sic perfecte colat. Nam aliqui colebant Deum, & cum hoc colebant idola, sed istum cultum Deus non acceptat, sicut erat de Samaritanis, de quibus dicitur, q̃ Deum cęli timebant, sed nihilominus Deos suos colebant 4. Reg. 17. Istud Deus abominatur, ideo hortatur, quòd qui eum colere debet, fugiat cultum idolorum, & superstitiones quascunq; pertinentes ad idola, sicut patet Deut. 18. Vbi Deus vetuit augurias, diuinationes, incantationes, somnia, & omnia similia, quia ista obseruabant gentiles, & postea dicit perfectus esto cum Dño Deo tuo, i. totaliter adhęre ei, & non declines ad aliquam istarum superstitionũ volens inde aliquid consequi, Sic. n. dixit Samuel ad Israelitas in toto corde vestro reuertimini ad Dñm, auferte Deos alienos de medio vestri, & prępparate corda vestra Dño, & seruite ei soli, & sic non conuertebantur in toto corde ad Dominum, licet colerent eum nisi dimitterent idola, quæ colebant. *Omnia enim corda scrutatur Dominus.* Istud posuit Dauid ad tollendũ quoddam dubium, quia forte diceret Salomon, vel aliquis alius: Ego colam Dominum obseruando mãdata eius ad literam, & tamen an bono corde, vel malo agam nihil attinet ad eum. Dicit Dauid, quòd multum attinet: nam non sufficit obseruare legem Dei, nisi cor perfectum habeatur ad ipsum, & animus voluntarius, quia Deus scrutatur omnia corda, & videt an recta sint erga eum, vel non. Et si non sint recta dato, quòd operationes exteriores bonę sint, punitionem infert. *Et vniuersas mentium cogitationes, intelligit.* Scilicet nihil bonum aut malum, quod nos cogitauerimus potest latere Deum, ideo non solum retribuet homini, secundùm opera sua, sed etiam, secundùm cogitationes suas. *Si quæsieris eum inuenies.* Dicitur homo quærere Deum non localiter, quia in nullo loco est, vel si in aliquo est, in omnibus est. Sed quæritur Deus à nobis spiritualiter, scilicet quando volumus conformare voluntatem nostram voluntati suæ, & istud est obseruando legem eius, quia ipse vult, quòd lex sua obseruetur. Et qui quærit Deum obseruando legem, inuenit eum, scilicet in beatitudine, quam prępparauit diligentibus se; vel inuenit eum in præsenti benefaciendo sibi, quia Deus clementior est circa illos, qui eum colunt, licet interdum eos puniri patiatur ad maiorem eorum gratiam. Dauid autem loquitur hic de inuentione Dei ad hoc, quòd benefaciat homini temporaliter, scilicet quòd si Salomon coleret Deũ prosperaret regnum eius, & sic inueniret ipsum. *Si autem dereliqueris illum.* Scilicet non custodiendo legem eius, vel declinãdo ad idola. *Proijciet te in æternum.* Idest nocebit tibi inferendo malum, quod duret in æternum, scilicet delendo te, & stirpem tuam. *Nunc ergo quia elegit te Dominus.* Electio ista fuit multo tempore antequam naĩceretur Salomon, cum prænunciatum est de natiuitate eius, & regno per Nathã prophetam secundo Reg. 7. & supra 17. Et iterum ista electio apparuit quando nato Salomone Deus misit Nathan propheram, vt imponeret ei nomen, & vocauit eum Idida, idest amabilis Domino 2. Reg. 12. *Vt ædificares domum Sanctuarij.* Scilicet noluit, quòd ego ędificarem, quamquam ego desiderassem, sed elegit te vt ædificares. Causa huius electionis non fuit quasi Salomon melior futurus esset, quam Dauid, ideo ędificatio de manu sua acceptabilior esset, quam de manu Dauid, quia melior fuit Dauid valde, & pp merita Dauid habuit Salomõ quidquid habuit, sed quia David

Aquid fuit semper occupatus bellis, & non poterat vacare ædificationi templi, & Deus daturus erat pacẽ magnam omnibus diebus Salomonis, elegit potius Salomonem ad ędificandum, quam Dauid, vt patet supra 22. & Eccles. 48. & dr̃: Vt ędificares domum Sanctuarij, s. totum Sanctuarium. Nam accipitur hic domus large tam pro ipso templo, quod erat parietibus, & tecto opertum, quam pro atrijs, quę erant in circuitu, quę solum habebãt parietes, & non tectum, vt declaratum est 3. Reg. 7. Et erant ista atria quatuor, vt patet ibidem. *Confortare, & perfice.* Idest quamquam opus istud magnum videatur non paueas propter hoc, sed confortare in corde tuo ad ędificandum, & perfice quia Deus dabit tibi opportunitatem perficiendi.

Quare Dauid admonuit hic Salomonem. Quæst. XXVII.

QVAERITVR circa dicta quare Dauid admonuit hic Salomonẽ. Nã in eo quod admonuit totum populum erat ipse admonitus, cum ipse esset quędam pars Israelitarũ, & tamen omnes Israelitas admonuerat Dauid, vt patet in litera. Aliquis forte dicet, q̃ Dauid hortatus fuerat totum populum ad custodiam legis absente Salomone: nunc autem, quia ipse venit debuit ipse quoq; moneri.

Sed dicendum, quòd non stat, quia in ista congregatione etiam Salomon erat cum alijs, eo quòd Dauid fecerat congregari omnes principes Israel, & cum eis filios suos, vt patet sup. in litera: esset ergo ibi Salomon, cum alijs filijs regis. Sed dicendum est, quòd Salomon debuit admoneri specialiter, nec erat conueniens, quòd ei cũ toto populo fieret vnica admonitio. Pro quo sciendum, quòd Salomon fuit hic admonitus de duobus: primum fuit de custodia legis, scilicet vt quęreret Deum in corde perfecto, & animo voluntario, & istud erat principium. Secundũ erat de ędificatione templi, & de isto dictum est, te elegit Deus vt ędificares domum Sanctuarij, confortare, & perfice. Debuit autem Salomõ specialiter exhortari propter multa. Primo quia quamquam totus populus deberet habere aliqualem curam de ędificatione templi, Salomon tamen pręcipuam habiturus erat, quia ipse curam habebat, & populus solum debebat eum adiuuare, & obedire in omnibus, quę iuberet, vt patet infra in litera. Debuit ergo ad ipsum tãquam ad principalem fieri specialis exhortatio. Secũdum fuit propter dignitatem Salomonis, quia ipse iã erat vnctus in regem supra 23. Et nunc iterum vnctus est seq. c. tanta ergo veneratio ei soli dari debebat sicut toti populo. Tertium erat, quia exhortatio prędcedens facta fuerat ad totum populum, Salomon autẽ non erat pars populi, eo quòd rector politię non est pars eius, sed est super politiam, & Deus non est pars vniuersitatis rerum, sed est super totam vniuersitatẽ, vt patet 12. Meta. Ad hoc ergo quòd Salomon esset admonitus, oportebat ei fieri specialem admonitionem. Quartum erat, quia admonitio facta ad populũ de obseruantia legis pendebat tota ex Salomone. Nam cum Salomon futurus esset rex post mortem Dauid, ex voluntate eius pendebat ordinatio populi. Ideo si ipse vellet, q̃ populus obseruaret legem, omnes hoc facerent saltem propter timorem: debebat ergo Salomon specialiter exhortari, quia exhortatio ad eum facta erat vtilior, quam quæ fiebat ad totum populum.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De quibusdam verbis hic dictis à Dauid ad Salomonem, scilicet, scito Deum, &c. Quæst. XXVIII.

QVAERITVR vlterius quare dixit hic Dauid ad Salomonem: Scito Deum patris tui, quia Deus Dauid erat Deus omnium Israelitarum, ideo vī, ꝙ deberet dici: Scito Deum absolutè, vel scito Deum Israel. Rñdendum, ꝙ Deus vnus erat totius orbis, & Israelitarum, quamquam gentiles non colebant illū tanquam Deū, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & putantes se esse sapientes, stulti facti sunt, ita vt colerent similitudinem volucrum, & reptilium, & quadrupedum, vt patet ad Ro. 1. Inter Israelitas aūt habebatur ille ab oībus in Deū, qui erat veros Deus, ideo idem erat Deus Dauid, & totius populi: scriptura tñ vtitur isto modo loquēdi, quia interdum vocat Deū aliquarum personarum priuatarum, sic patet Deut. 26. vbi ille, qui offerebat primitias debebat dicere sacerdoti cui offerebat: Profiteor hodie corā Dño Deo tuo. Sic ēt Saul dixit ad Samuelem: Accepit populus meliores greges, & armēta de terra Amalec, vt offerrentur Dño Deo tuo; reliqua aūt occidimus. 1. Reg. 15. Isti modi loquendi introducuntur aliqñ ad significandum singularitatem aliquam Dei ad personas, sicut Deut. 26. laicus dicebat sacerdoti profiteor hodie coram Dño Deo tuo, ſ. quia Deus erat familiarior sacerdotibus, quam laicis, eo ꝙ illi ministrabant ei. Sic ēt Saul dixit ad Samuelem, vt offerrentur Dño Deo tuo, ſ. quia Deus erat familiarior Samueli, cum esset propheta, cui loquebatur Deus, quam alijs de populo. Hic tñ non fuit iste modus, quia Dauid non diceret aliquid ad laudē sui ipsius, & tñ si ipse diceret Deū patris tui, ſ. qui familiaris est sibi, laudaret seipsum dicendo se Deo familiarem, ideo nō est intelligendum hoc modo. Sed dicēdum, ꝙ Dauid dixit istud ad mouendum magis affectionem Salomonis erga Deum. Nam filij solent affici magis ad ea, quę sequuntur patres sui, & sua progenies, quam ad ea, quę sequuntur alij. Ideo dixit: Scito Deum patris tui, q. d. saltem ex hoc, ꝙ iste Deus Israel fuit Deus patris tui, deberes eū sequi, ēt si non essent alię causę nimis vrgentes. Et ponitur hoc, quia est magna grauitas, & peccatum, ꝙ filij recedant à Deo patrum suorum. Et pp hoc, qñ aliquando Deus conquerebatur de Israelitis, ꝙ colerent idola, non solū dicebat, ꝙ dereliquerant se, sed potius dicebat, ꝙ dereliquerant Deum patrum suorum, & hoc dicebatur ad significandum maiorem grauitatē peccati, sic dr 3 Reg. 9. ꝙ si Israelitę non obseruarent legem Dei Deus faceret, ꝙ templum destrueretur, & esset in fabulam, & prouerbium, & qui transirent sibilarent, & dicerent: Quare Dñs fecit sic terræ huic? Et rñderetur, quia dereliquerūt Deū suū, q eduxit patres suos de Aegypto, & sic est in alijs locis scripturæ.

Dedit autē Dauid Salomoni filio suo descriptionem porticus, & templi, & cellariorum, & cęnaculi, & cubiculorū in abditis, & domus propitiationis, necnon & oīum, quę cogitauerat atriorum, & exedrarum per circuitum in thesauros domⁱ Dñi, & in thesauros sanctorum, diuisionumq́; sacerdotaliū, & Leuiticarum oīa opera domus Dñi, & in vniuersa vasa ministerij templi Dñi, aurum in pondere per singula vasa ministerij, argēri quoq; pōdus pro vasorum, & operum diuersitate, sed & in candelabra aurea, & ad lucernas, aurum pro mensura vniuscuiusq; candelabri, & lucernarum similiter, & in candelabra argentea, & in lucernas eorum pro diuersitate mensuræ pondus argenti traditi. Aurum quoq; dedit in mensas propositionis pro diuersitate mensarū, similiter & argētum in alias mensas argenteas. Ad fuscinulas quoq; , & phialas, & thuribula ex auro purissimo, & leunculos aureos pro qualitate mensuræ pondus distribuit in leunculū, & leunculum. Similiter, & in leones argenteos diuersum argenti pondus seperauit. Altari aūt, in quo adolebatur incensum, aurum purissimū dedit, & vt ex ipso fieret similitudo quadrigę Cherubim extendentium alas, & velātium arcam fęderis Domini. Oīa inquit venerunt scripta manu Domini ad me, vt intelligerem vniuersa opera exēplaris. Dixit quoque Dauid Salomoni filio suo. Viriliter age, & confortare, & fac, ne timeas, & ne paueas. Dominus .n. Deus meus tecum erit, et non dimittet te, nec derelinquet, donec perficias oē opus ministerij domus Domini. Ecce diuisiones sacerdotum, et Leuitarum in omne ministerium domus Domini assistunt tibi, et parati sunt, et nouerunt tam principes, quam populus omnia præcepta tua.

Dedit autem. Hic ponitur tertium huius cap. In quo tradidit Dauid Salomoni exemplar, & materiam ad oīa efficienda. *Et dicitur: Dedit autem Dauid Salomoni filio suo descriptionem.* Postquam Dauid admonuit Salomonem, vt custodiret legem, & ędificaret templum Dñi dedit ei descriptionem oīum, quę facturus erat, i. noīa omnium rerum, & partes, & figuræ, quę futurę erant in ędificatione templi, & vasorum suorum dedit Dauid Salomoni. *Porticus & templi.* Ponuntur in spāli ista quorū figuram Dauid dedit Salomoni. Vocatur hic templum strictè sola domus, in qua erāt vasa sacra, ſ. altare thymiamatis, & candelabra, & mensa propositionis. Nam ista erat domus clausa parietibus, & operta tecto, de quo magis in f. declarabitur. Porticus aūt vocatur quoddam palatium, quod erat ante portam templi. Pro quo sciendum, ꝙ templum erat quadrāgulum, ſ. latera duo, ſ. meridianum, & aquilonare erāt longiora, q̄ alia duo, ſ. orientale, & occidentale, & erat vnica porta in toto templo, ſ. in latere orientali, & fuit per portam istam pēdebat quędam pars tecti, vt istud spatium defenderetur ab imbribus. Erant autem ibi duę columnę pulcherrimę æneę, quarum opus variū erat, de quibus patet 3. Reg. 7. Et ista pars, quę erat ante portam vocabatur porticus ab ipsa porta, & figurā illius tradidit Dauid specialiter Salomoni, quia multa in porticu illa fieri deberent. Erat aūt ista porticus magna, ſ. fm totam latitudinē parietis orientalis templi, vnde habebat in longitudine cubitos viginti, & in latitudine cubitos decem, vt patet 3. Reg. 6. Erat autem ista porticus inter portam templi, & atrium sacerdotum, tamen ad istam porticū accedebant, vnde Christus ambulabat semel per istam porticum, & Iudæi circun-

circundederunt eum dicentes. Si tu es Christus dic nobis palam: Io. 10. *Et cellariorum.* De istis cellarijs est dubium quid erant, aliqui putant, quòd erant ista cellaria sub pauimento templi, ſ. quòd pauimētum templi erat in plano. Et sub illo erant aliquæ domus subterraneę, quæ vocantur celaria, eo quòd celabantur ibi aliqua. Et dicunt, quòd istę domus erant ad occultandum ibi aromata, eo quòd istę confectiones melius reseruantur in loco frigido, quam in calido, eo ꝙ frigus constringit, & non permittit resolutionem, nec alterationem. Calidum autem resoluit, & alterat. Alij autem dicunt, ꝙ ista cellaria erant domus factæ in secundo tecto templi. Nam paries templi erat in valde magna altitudine, habebat .n. cubitos centum, & viginti, sicut dicitur seq. lib. capit. 3. Et tamen domus non erat vnica sine aliqua interpositione. Sed diuidebatur ista altitudo in tres domos, siue in tria pauimenta, & altitudo primę domus erat solum triginta cubitorum tertio Reg. sexto, manebant ergo nonaginta cubiti pro alijs duabus domibus, vel diuisionibus. Et prima istarum, quę erat inferior, vocatur templum, & erat deaurata. Ibiq; erat sancta sanctorum, & alia pars anterior, in qua erant vasa sacra, ſ. altare thymiamatum, & mensa propositionis, & cādelabrum. Duæ autem domus superiores non vocabantur templum, nec fiebat in eis aliqua ministratio sacra, sed solum cubiculandiebantur aliqua pertinentia ad templum. Et secunda pars istorum trium vocabatur cellarium, vel domus cellariorum, eo quòd illa erat diuisa in multas particulas, secundùm latitudinē, & non secundùm altitudinem. Et quęlibet pars illarum vocatur cellariū. Ad quid autem essent ista cellaria, declarabitur infra in quadam quęstione. *Et cœnaculi.* Cęnaculum istud etiam dubium est quid sit. Dicitur enim proprie cęnaculum à cęnando. Est autem cęnare commune ad omnem cibum quocunque tempore sumatur, & sic vocatur cęnaculum locus dispositus ad sumendū ibi cibos, & tamen secundùm consuetudinem Latinorum cęnaculum vocatur quęcunque domus magna. Nam in templo non erat aliquod cęnaculum, scilicet in quo cęnaretur. Ideo dicendum, quòd cęnaculum erat pars suprema templi. Nam sicut supra declaratum est, templum diuidebatur secundùm altitudinem in tres domos, inferior illarum vocabatur templum, media autem vocabatur domus cellariorum, suprema autem vocabatur cęnaculum, eo quòd illa erat aliqua domus lata, quę non erat occupata variis rebus abscondidis, sicut domus cellariorum. Aliqui putāt, quòd cellaria erant aliquę domus paruę in circuitu templi per latera, in quibus aliquid custodiebatur, & cęnaculum etiam esset alia domus extra tēplum ad aliquem vsum, sed istud non est conueniēter dictum, quia omnia, quę erant extra templum ponuntur infra cum dicitur, necnō omnium atriorum, & exedrarum per circuitum domus Domini, ergo videtur quòd ea, quę dicūtur hic, ſ. cellarium, & cęnaculum erant intra templum, sicut supra declaratum est. *Et cubiculorum in abditis.* De istis cubiculis dicunt quidam, quòd erāt quædam domus extra templum per circuitum, in quibus dormiebant ianitores, & thesaurarij, & alij ministri templi, sed istud non videtur esse intra parietes templi, cùm infra ponantur ea, quę erant extra, cum dicitur necnon omnium atriorum, & exedrarum per circuitum domus Domini. Secundò patet, quia dicitur cubiculorum in abditis, ideſt in locis absconditis, & tamē si istę domus essent extra templum, non videretur esse in locis absconditis. Ideo videtur dicendum, quòd ista cubicula erant intra templum, & fortè subterranea, in quibus reseruarentur aliqua, sicut aromata, & alię confectiones ad faciendum inde thymiama, vt adoleretur in altari, & ad faciendum oleum vnctionis, quo vngebantur summi sacerdotes, & reges, & vestes sacerdotales, & vasa sacra. De aromatibus autem, & alijs necessarijs ad istam confectionem, patet Exod. 30. Vel fortè erāt in istis cubiculis aliqui sacerdotes, eo tempore, quo ministrabant, vt ibi manerent promptiores ad ministrandum, vel fortè ista cubicula erant in domibus superioribus templi, ſ. in domo cellariorū, vel in cęnaculo. Quidquid autem sit, potius videtur, quòd ista cubicula erāt intra templum, quam exterius propter rationes suprapositas. *Et domus propitiationis.* Ista erat domus sancti sanctorum. Et vocatur domus propitiationis, quia ibi erat arca, & propitiatorium, quod erat super illam. Nam propitiatorium est opertorium arcę, vel vocatur domus propitiationis, quia ibi fiebat propitiatio, ideſt remissio peccatorū. Pro quo sciendum, ꝙ semel in anno die decima Septembris erat festum propitiationis, quod vocabatur festum propitiationis, & expiationis: propitiationis quidem, quia Deus illa die propitiabatur peccatis Israelitarū: expiationis autem, quia peccata Israelitarum expiebantur, ideſt mundabantur illa die: fiebat enim emundatio sic, ſ. quòd summus sacerdos immolabat vnum hircum pro peccato, & alia animalia, & introducebat in crateris sanguinem in sancta sanctorum, & asperge bat contra arcam, & tunc Deus propitiabatur peccatis Israelitarum, vt patet Leuit. 16. & ad Hebr. 9. Et sic sancta sanctorum vocabatur domus propitiationis, quia propitiabatur Dominus peccatis Israelitarū per aspersionem sanguinis factam ibi. Ista domus erat intra templum, quod fm longitudinem diuisum erat in duas partes, & pars anterior erat in longitudine maior quam domus interior, quia domus anterior habebat quadraginta cubitos, & domus interior viginti, domus anterior vocabatur sanctum, & ibi erat altare thymiamatum, & candelabrum, & mēsa propositionis, & sacerdotes minores introibant quotidie in domum istam ad faciendum ibi ministeria, domus autē interior erat sancta sanctorum, in qua erat arca fęderis, & ista vocatur domus propitiationis, in quam nullus intrabat nisi summus sacerdos semel in anno ad Hebr. 9. *Necnon omnium, quæ cogitauerat.* Ideſt nō solum dedit Dauid Salomoni descriptionem prędictorum, sed etiam omnium aliorum, quę cogitauerat pro ędificatione templi, in Hebręo dicitur. *Omnia, quæ fuerunt in spiritu suo.* Et idem est, quia ea, quę homo cogitat, in spiritu suo sunt. *Atriorum, & exedrarum per circuitum.* Etiam dedit sibi descriptionem atriorum, & exedrarum. Atria enim erant in circuitu templi. Pro quo sciendum, quòd templum erat domus clausa parietibus, & tecto, & in circuitu illius erat quidam murus claudens totum templum, & inter murum illum, & parietes templi erant magna spacia, & illa vocantur atria. Erant enim quatuor atria, scilicet quatuor partes in illo spatio diuisę ante portam templi. Vnum erat atrium sacerdotum, in quo erat altare holocaustorum, & sacerdotes faciebant ibi sacrificia, & alias cęremonias. Secundum erat atrium virorum mundorum. Tertium erat atrium mulierum mundarum. Quartum erat atrium virorum immundorum, & mulierum immundarum, & gentilium. De quibus declaratum est tertio Reg. septimo. Exedrę vocantur quędam domus, quę erant in circuitu templi coniunctæ lateribus eius. Pro quo sciēdum, quòd templum

erat

Universidad de Deusto
Biblioteca

erat quadrangulum, & habebat vnicam portam, scilicet in latere orientali. Et in illo erat porticus, scilicet spatium magnum longitudinis viginti cubitorum, & latitudinis decem, vt patet tertio Reg. 6. In alijs autem lateribus erat clausum templum, scilicet quòd iuxta latera erant domus, quę vocantur exedrę, & in istis erat thesaurum templi, vt dicitur hic in litera, etiam ibi manebant sacerdotes, & Leuitæ omnium officiorum eo tempore, quo ministrabant, vt patet supra nono. Et omnium istarum tradidit Dauid descriptionē Salomoni. *In thesauros domus Domini, & in thesauros sanctorum*. Idest istę exedrę erant prò thesauris domus Domini. Istud. n. erat principale, & tamen pręter hoc etiam erāt ibi Leuitę, & sacerdotes eo tempore, quo ministrabant. Et dicitur in thesauros domus Domini, & thesauros sanctorum, quia in templo Domini quidam erant thesauri sacri, & alij non erant thesauri sacri. Vasa, quę sanctificata erant ad ministrandum in eis, quia ista consecrata erant oleo vnctionis dicebantur sancta. Nam quando fabricatum fuit tabernaculum, Moyses aspersit oleo vnctionis ipsum Sanctuarium, & vasa eius: Exod. 31. sic necesse erat nunc, ꝙ omnia vasa in quibus ministrabatur, essent sanctificata. Sic etiam erat de vestibus sanctis, in quibus ministrabant sacerdotes. Et omnia ista vocabantur thesauri sanctorum, ideſt rerum sanctificatarum. Alij erant thesauri non sanctificati, vt aurum, & argētum in massa, & alia, quę offerebantur, & non erant redacta in vasa sacra nec in vestes, & isti vocabantur thesauri domus Domini, quasi dicat, nihil aliud sanctum habebant, nisi quia erant thesauri domus Domini, & tamen consecrati non erant, & vtrique thesauri erant in exedris, quia isti custodiebantur à Leuitis thesaurarijs. In hebręo dicitur. *Ambulacra in circuitu*. Vbi nos dicimus exedras per circuitum, & idem est, quia istę exedrę erant per totum circuitum templi prętèr quam in latere orientali, quia ibi nullæ exedrę erant, sed sola porticus, & sic si qui vellet ambulare per circuitum templi deberet ambulare per circuitum exedrarum. *Diuisionumque sacerdotalium, & Leuiticarum*. Idest dedit Dauid Salomoni descriptionem diuisionum sacerdotalium, & Leuiticarum. Istę diuisiones sunt, quę habentur supra 24. & 25. & 26. Nam fuerunt positę sortes vigintiquatuor inter sacerdotes ad ministrādum per vices suas inter Leuitas. Etiā inter cātores positę fuerunt totidem sortes 25. inter ianitores autem, & thesaurarios positæ fuerunt alię sortes sup. 26. & omnes istas dedit Dauid Salomoni in scripto, scilicet qui Leuitę erant in vna sorte, & qui in alia, & sic de sacerdotibus, vt maneret semper distinctio sortium, quę facta erat. Ex hoc apparet, quòd ista facta sunt post illa, quæ habentur supra de ordinationibus sacerdotum, & Leuitarum, quia aliàs non potuisset dare nunc Dauid Salomoni istam descriptionem.

In omnia opera domus Domini. Intelligitur de sacerdotibus, & Leuitis, scilicet quòd diuisiones eorum erant ad omnia opera domus Domini, ideſt ad hoc, quòd ministrarent in omnibus operibus Sanctuarij, quia omnes ministrationes Sanctuarij erant distributę per istam sortem sacerdotum, & Leuitarum.

Et in vniuersa vasa ministerij templi Domini. Ideſt dedit descriptionem pro omnibus vasis Sanctuarij, scilicet quot vasa futura erant, & cuius figuræ, & quantum de auro, & argento expendi debebat in quolibet eorum.

Aurum in pondere per singula vasa ministerij. Ideſt determinauit Dauid ipsi Salomoni in singulis vasis ministrationis quantum de auro ponēdum erat in quolibet, & non intelligitur de omnibus vasis, quia non erant omnia vasa templi aurea, sed intelligitur de illis vasis, quæ debebant esse aurea, quòd determinauit de illis quantum de auro ponendum esset in quolibet.

Argenti quoque pondus pro vasorum, & operum diuersitate. Ideſt in vasis argenteis Dauid designauit Salomoni quantum in quolibet eorum de argento ponendū erat, secundùm diuersitatem operum, ad quę erant vasa. Nam quandam ministrationem requirebant maiora vasa, quam alia, & secundùm hoc ponebatur in eis magis, vel minus de argento, erant autem ista vasa ad libamenta. Nam vinum, oleum, & simila, & sal, & thus, quę erant libamenta requirebant multa vasa, in quibus tenerentur, & portarentur ad altare, ideo Exod. vigesimoquinto, vbi ponitur de istis vasis aureis, & argenteis, dicitur quòd erant ad liba fundēda, ideſt ad ponenda libamina sacrificiorum. Etiam requirebantur vasa pro candelabris, & mensa propositionis, & multis alijs ministrationibus. Et omnia ista erant de auro, vel argento. Nam ænea pauca vasa erant nisi illa, in quibus ponebantur prunę, & cineres altaris. Et cum quibus mouebantur prunę, & ligna, quæ erant in altari. Ista enim erant ænea, vt patet Exod. 17. *Sed & ad candelabra aurea, & ad lucernas earum*. Candelabrum erat in templo de auro, & etiam de argento. Pro quo sciendum, quòd in tabernaculo Moysi, quod factum est in deserto, iussit Deus fieri vnicum candelabrum. Cuius figura ponitur Exod. 25. & istud erat de auro. Et erat in anteriori parte tabernaculi, quę vocabatur sancta ad partē meridianam ante velum sancti sanctorum: Exod. 26. Nunc autem in templo Salomonis erant multa cādelabra, eo quòd templum istud erat valde maius, & solennius, quam tabernaculum Moysi, vnde erant in eo multo plura vasa, quam in tabernaculo Moysi. Nam tertio Reg. 7. ponuntur decem candelabra, quinque ad latus meridianum, & quinque ad latus aquilonare. Et dicitur hic, quòd datum erat aurum, ad candelabra aurea, secundùm mensuram candelabrorum. Etiam datum est aurum pro lucernis. Nam lucernæ non erant factæ de cęra, vel de adipe, cum in Sanctuario nihil tale cremaretur, sed solum oleum. Vocantur autem hic lucernæ vascula parua de auro, in quibus ponebatur oleum, & quia in quolibet candelabro erant multa talia vascula, dabatur aurum pro candelabris, & pro lucernis.

Aurum pro mensura vniuscuiusque candelabri, & lucernarum. Ideſt dedit Dauid pro omnibus candelabris aureis aurum quantum necessarium erat, & pro lucernis earum distribuendo vnicuique secundùm mensuram suam, scilicet quòd non erant omnia candelabra æqualia, quia aliqua essent pręcipua inter alia, & illa essent maiora.

Similiter & in candelabris argenteis, & lucernis eorum. Multa erant candelabra quædam de auro, & quędam de argento propter magnam solennitatem, & honorem templi, & ista etiam erant inæqualia, vnde in quibusdam ponebatur magis de argento, quam in alijs. *Pro diuersitate mensuræ*. Scilicet non erant omnia candelabra æqualia, ideo secundùm diuersitatem mensuræ ipsorum dabatur magis, vel minus de argento. In Hebręo dicitur.

In seruitium candelabri, & candelabri. Vbi nos dicimus pro diuersitate mensuræ, & idem est. Nam dicebatur esse argentum in seruitium candelabri, & candelabri, ideſt ad necessitatem cuiusli bet candelabri. Et dicitur candelabri, & candelabri, quia vnum erat maius, & aliud minus, & secundùm diuersitatē mensuræ dabatur magis, vel minus de auro, & argento. *Pondus argenti tradidit*. Potest intelligi dupliciter. vno modo, quòd Dauid dedit pondus argēti, scilicet pro omnibus istis candelabris dedit tantum de argēto, & de auro quantum necessarium erat pro eis. Aliter potest intelligi, quòd dedit pondus argenti, ideſt, designauit, scilicet, quantum de auro, & argento deberet poni in quolibet candelabro, & tamen ꝙ ipse non dederit istud argentum. Sed quid istorum verius sit, declarabitur infra in quadam quæstione.

Aurum quoque dedit in mensa propositionis. Ideſt, dedit aurum quantum necesse erat ad hoc, ꝙ haberet mensa propositionis. Pro hoc autem considerandū est, ꝙ vocabatur mensa propositionis quædam mensa, in qua erant panes propositionis. Erant autem isti panes duodecim magni, qui fiebant quolibet sabbatho a Sacerdotibus sine fermento, & ponebantur super mensam illam, & manebant ibi septem diebus vsque ad aliud sabbatum, & tunc tollebantur a Sacerdotibus, & ponebantur alij duodecim recentes, & illos oblatos comedebāt soli Sacerdotes. Isti panes ponebantur in templo super mensam in memoriam duodecim tribuum Israel, & quia proponebantur panes ibi, vocabatur ista mensa propositionis. De his declaratum est satis supra 23. in quibusdam quæstionibus. Ista mensa propositionis non erat de auro, sed de lignis setim, & tamen erat operta laminis aureis propter decorem, & habebat labrum aureum, & in illo coronulas, vt patet Exo. 25. Et dedit Dauid aurum pro ista mensa.

Pro diuersitate mensuræ. Ideſt, quantum necessariū erat secundum mensuram ipsius mensæ, quia mensa erat certę quantitatis, & secundum illam dabatur aurum sufficiens.

Similiter & argentum in alias mensas argenteas. Præter mensam propositionis erant aliæ mensæ, & illę erant argenteę. Nam mensa propositionis debuit esse pretiosior alijs, eo ꝙ ista pertinebat ad principalem ministrationem. Aliæ autem erant ad alias ministrationes animus principales, nec fit mentio in vasis Tabernaculi Moysi, nisi de mensa propositionis. Hic autem ponuntur multę mensę argenteæ prętèr mensam propositionis, quæ erat aurea. Et sciendum ꝙ istud factū est propter maiorem solennitatem, & honorem templi, & maiorem necessitatem q̄ in Tabernaculo Moysi. Vnde multa alia vasa erant in templo, quæ non fuerunt in Tabernaculo. Erat enim in Tabernaculo vnicum candelabrum. Exo. 25. & ponebatur illud in latere Meridiano Tabernaculi ante Sancta sanctorum. Exo. 26. Et tamen in templo Salomonis erant decem candelabra, vt patet 3. Regum 6. Ita erat de istis mensis, & erat ad ponendum super eas vasa aurea, & argētea. Nam Sacerdotes egebant multis vasis aureis, & argenteis ad ministrandum coram Domino intra tēplum, & ista ponebantur super mensas argenteas, vt essent in loco mundo, & honorabili, & vocantur mē sę argenteę, ideſt, opertæ laminis argēteis. In Hebręo habetur. *Et auro pondus pro mensis, & ordo mensæ, & mensæ*. Vbi nos dicimus aurum quoque dedit in mensam ꝓ positionis pro diuersitate mensuræ. Similiter, & argentum in alias mensas argenteas. Et ad idem redit. Nam dicitur, & auro pondus pro mensis, scilicet, ꝙ Dauid dederat ad certum pondus de auro pro mensis, quia pro mensa propositionis dedit certam quātitatem auri, & pro alijs mensis certam quantitatem argenti. Et dicitur: & ordo mensæ, & mensæ, ideſt, ordo magnitudinis erat inter mensam, & mensam, & secundum hoc dabantur partes inæquales de auro, & argento pro mensis.

Ad fuscinulas quoque, & phialas. Etiam dedit Dauid aurum pro istis vasculis. Erant enim ista vasa candelabrorum. Dubitant enim aliqui, quæ erant istæ fuscinulæ, & putant quidam, quòd essent instrumenta ad mouendum carnes in olla, sicut dicitur 2. Reg. 2. quòd puer Sacerdotis habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat eam in ollam caldariā, & tollebat sibi de carnibus quidquid leuabat fuscinula. Sunt autem fuscinulę isto modo instrumenta altaris holocaustorum, eo quòd quædam partes carnium, quæ cremabantur in altari coquebantur in ollis, caldarijs, & lebetibus, vt comederent inde Sacerdotes, & etiam offerentes, quia illę erant carnes sacræ. Sic ponitur Exodi vigesimoseptimo, facies in vsus eius lebetes ad suscipiendum cineres, & forcipes atque fuscinulas, & loquitur ibi de altari holocaustorum: hic tamen non potest accipi sic, quia istæ fuscinulæ erant de auro purissimo, vt patet in litera, & tamen vasa altaris holocaustorum non erant de auro, sed ænea, vt patet Exodi vigesimoseptimo, scilicet, omnia vasa eius ex ære fabricabis. Sed dicēdum est, quòd istæ fuscinulæ erant vasa cādelabrorum, qa candelabra erant de auro: inter quæ erant fuscinulę, quædam instrumenta, in quibus lychnum combustū ponebatur, ne faceret immundum ipsum templum si spargeretur per varias partes eius, & cum collectus esset multus cinis lychnorum in istis vasculis ponebatur extra templum. Et vocantur ista vasa fuscinulæ, de fuscus a.um, quia erat fusca, ideſt, nigra propter nigredinem lychnorum, quæ ponebantur in eis, & ponuntur inter vasa tertio Regum septimo, scilicet. Lucernas desuper aureas, & forcipes aureas, & hydrias, & fuscinulas, & phialas. Forcipes vocabātur instrumenta, quibus tollebatur lychnum combustū, vt lucerna arderet, & non caderet in oleum, quia redderet eum immundum. Sic etiam forcipes erant instrumenta altaris holocaustorum, vt patet Exodi vigesimoseptimo, & tamen illę forcipes erant ænęæ, & istę erant aureę. Hydriæ erant vasa magna de auro, in quibus obseruabatur oleum ad ponendum in lucernis candelabrorum. Phialę erant vasa minora, in quibus accipiebatur oleum de hydrijs ad ponendum in lucernis, & ponuntur ista vasa tam hic quàm 3. Reg. 7 inter vasa candelabrorum.

Quid sint fuscinulæ.

Et thuribula ex auro purissimo. Thuribula erant vasa, in quibus seruabatur thus. Et ista erant pro altari thymiamatum, quia in illo cremabatur thus.

Quid erat thuribulū.

Et leunculos aureos. Fecit etiam leunculos de auro, vt ista litera significat, & tamen non videtur ad quid essent isti leunculi, quia in Sanctuario non erat vsus leunculorum, cum non essent vasa ad ministrandum, ideo fortè fuit hic variatio literę nostræ ex æquiuocatione nominis Hebraici, sicut infra dicetur in quadam quæstione.

Pro qualitate mensuræ distribuit pondus in leunculum, & leunculum. Ideſt, erant multi leunculi aurei inæquales, & pro quolibet eorum dedit certam quantitatem auri secundum magnitudinem suam. *Similiter, & in leones argenteos diuersum pondus argenti separauit*. Erant etiā leones argentei, qui verè erant vasa, & non leones, quamquam litera nostra vocet eos leones, & pro quolibet eorum diuersum pondus argenti dedit secundum magnitudinem suam.

Altari quoque, in quo adolebant incensum aurum purissimum dedit. Duo altaria erant in Sanctuario, vnum erat altare holocaustorum, scilicet, in quo fiebant oīa sacrificia, & istud erat ęneū, & erat extra templum in atrio eius. Aliud erat altare thymiamatis, & istud erat paruum, & de lignis setim, opertum tamen erat laminis aureis, ideo dicebaī esse de auro purissimo. s. quia lamine illę, quibus operiebatur, erant de auro purissimo, & in isto altari cremabatur quotidie thymiamabis, scilicet, in aurora, & vespere, quando disponebantur lucernæ in candelabris, vt patet Exo. trigesimo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vt exipso fieret similitudo quadrigæ Cherubim extendentium alas, & velantium Arcam fœderis Domini. Ideſt iſtud aurum fuit ad hoc, quòd fieret quędam ſimilitudo quadrigæ de Cherubim, qui extenderent alas vnus contra alterum, & oſtenderent ſimilitudinem quadrigæ. Sed dubium eſt, quomodo ponatur hic iſtud, quia quadriga Cherubim non erat pro altari thymiamatum, ſed pro Arca fœderis, de qua non agit hic, ſed hoc declarabitur infra in quadam quęſtione.

Omnia inquit, venerunt ſcripta manu Domini ad me. Concluſit hic Dauid cum Salomone poſtquam dixit ei omnia, quę facturus erat in templo, vt omnia venerunt ad me ſcripta manu Domini: hoc dixit, vt Salomon non mutaret aliquid iſtorum, quæ Deus iuſſerat fieri.

Vt intelligerem vniuerſa opera exemplaris. Ideſt, non poteram intelligere omnia opera exemplaris, ideſt, templi exemplati. ſ. quod fabricandum erat, niſi per ſingula ſcriberentur omnia hęc, ideo ſcripta fuerunt omnia, & ſic potui intelligere. Alio modo poteſt accipi, quòd hoc factum eſt, vt intelligeret Dauid omnia opera exemplaris, ſcilicet, quia oſtenſa fuit ſibi figura, quæ erat exemplar templi, quod fabricandum erat. Ex illo exemplari Dauid non poterat plenè intelligere omnia opera, niſi poneretur ſibi in ſcriptura, ideo prćter exemplar ſibi oſtenſum fuit etiam ſcriptura data ſibi, quæ contineret omnia hæc. In Hebręo dicitur.

Totum in ſcriptura manus Domini ſuper me fuit commemoratum opus ædificationis. Vbi litera noſtra dicit. *Omnia, inquit, venerunt ſcripta, &c.* Et idem eſt, quia dicitur, totum in ſcriptura manus Domini, ideſt, totum quod dictum eſt venit ad me ſcriptum de manu Domini, ſicut dixit litera noſtra. Et dicitur commemoratum eſt ſuper me opus ædificationis, ideſt, venit iſta ſcriptura ad me, vt commemorarem, ideſt, intelligerem opus ædificationis. Et iſtud eſt quod dicit litera noſtra, ſcilicet, vt intelligerem vniuerſa opera exemplaris.

Dixitque Dauid filio ſuo. Poſtquam poſuit Dauid omnia opera, quæ facturus erat Salomon in templo dixit iterum ad eum per modum admonitionis, quòd confortaretur ad faciendum hęc. Nam ante hoc admonuerat eum ædificare templum, vt patet ſupra in litera. Poſtea vero poſuit ea, quę fieri debebant in templo: nunc autem redit iterum ad eum admonendum, vt multitudo operum ei oſtenſerum non terreat ipſum.

Viriliter age, & confortare. Quaſi dicat, ad fœminã pertinet cuicunque labori ſuccumbere, & formidare. Viri autem debent in omnibus fortiter agere, & confortari ad ſubeundum labores.

Ne timeas, & ne paueas. Scilicet, quamquàm ſit iſta magnitudo operis per te expedienda non timeas tantum laborem, quia poteris complere illum. Timere, & pauere idem ſunt, & tamen vnum ſignificat maiorem mutationem cordis, quàm aliud, ſcilicet, pauere pluſquam timere.

Dominus Deus meus tecum erit. Scilicet, adiuuabit te ad faciendum hęc, & ſine magno labore poteris illa complere.

Et non dimittet te, nec derelinquet donec perficias omne opus miniſterij domus. Ideſt, non ceſſabit te adiuuare quouſque compleas omnia hęc, ideo de adiutorio illius confidens non timeas laboris magnitudinem. Et cum dicitur: non dimittet, nec derelinquet, pro eodem ponitur. Et tamen derelinquere peius eſt, q̃ dimittere, quia derelinquere ſonat omnino dimittere inauxiliatum, dimittere autem ſolum ſignificat ceſſare ab adiutorio, ſiue illud ſit iam neceſſarium, ſi-

F uenon, & ſic dimiſſio Dei aliquando poteſt eſſe nõ mala, & tamen nemo dicitur derelictus niſi malè. Et cum dicitur, donec perficias omne opus miniſterij, non eſt, quòd poſtquam Salomon perficeret tẽplũ, q̃ Deus derelinqueret eum, quia iſta dictio, donec ſolum ponitur hic, vt inducat negationem, & non vt aliquid affirmet. ſ. q̃ Deus non dimitteret eum quandiu ędificaret, & tamen an poſtea dimitteret eum nõ ſignificaretur ex litera, ſic eſt in multis alijs locis, vt patet Pſalm. 109. ſ. Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum. Vbi loquitur pater ad filium. Sede a dextris meis. Et tamen non eſt ſenſus, q̃ ſolum deberet Chriſtus ſedere ad dexteram patris quouſque poneret inimicos ſub pedibus eius, quia ſemper ſedet ad dexteram ſuam. Sic G etiam habetur Matth. 1. Ioſeph accepit Mariam coniugem ſuam, & non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuum primogenitum. Et tamen manifeſtum eſt, quòd poſtquam ipſa peperit Chriſtum non fuit cognita a Ioſeph, ſed ſolum ſignificat Scriptura, quòd non cognita fuerit antequam Chriſtum generet, & tamen an poſtea cognita fuerit Scriptura non ſignificat ibi.

Ecce diuiſiones Sacerdotum, & Leuitarum. Poſtquam poſuit Dauid laborem quem ſuſcepturus erat Salomon, ponit hic adiutores eius, & dicit, quòd Sacerdotes, & Leuitę adiuuarent eum in omnibus iſtis operibus miniſterij. Et vocantur diuiſiones Sacerdotum, & Leuitarum illę, quę factæ ſunt ſupra 24. & H 25. & 26. Nam diuiſi fuerunt Sacerdotes per viginti quatuor ſortes, vt miniſtrarent diuerſis temporibus ſupra vigeſimoquarto. Leuitæ quoque cantores diuiſi fuerunt per totidem ſortes ſupra vigeſimoquinto. Ianitores etiam, & theſaurarij, & iudices, & prefecti diuiſi fuerunt per miniſteria ſua, & omnes iſti adiutori erant Salomonem.

In omne opus miniſterij domus Domini. Iſta litera poteſt legi dupliciter: vno modo cum præcedenti, alio modo cum ſequenti. ſ. cum illo verbo aſſiſtent, tibi. Accipiendo primo modo eſt ſenſus diuiſionis Sacerdotum, & Leuitarum in omne opus miniſterij. i. diuiſiones Sacerdotum, & Leuitarum, quæ ſunt I facte ad omne opus miniſterij domus Domini. ſcilicet ad omne miniſterium, quod fiebat in domo Domini. ſcilicet per iſtos Sacerdotes, & Leuitas, qui erant diuiſi in ſortes. Nam quædam diuiſiones erant pro Sacerdotibus, aliæ pro cantoribus, alię pro ianitoribus, theſaurarijs, & prefectis atque iudicibus. Nam omnia iſta officia erant diſtincta per ſortes. Accipiendo ſecundo modo eſt ſenſus, q̃ diuiſiones Sacerdotum, & Leuitarum aſſiſterent Salomoni ad omne opus miniſterij domus Domini. ſ. q̃ laborarent circa omnem fabricationem, quę fieri deberet in domo Domini, & adiuuarẽt Salomonem in ea. Primus tñ eſt ſenſus litere, ſ. q̃ Sacerdotes, & Leuitę, q̃ erant ordinati. ſ. pro miniſterijs domus Domini. Nam ædificatio, quæ fierent in templo Salomonis non vocabatur miniſterium domus Dñi, ſed illę miniſtrationes ſacrę, quę fuerunt K poſtquam factum eſſet templum, nominabantur miniſteria domus Dñi, & iſti Sacerdotes, & Leuitę aſſiſtebant Salomoni adiuuando eum circa ordinationem eorum, quę fieri debebant in templo: nam ipſi manibus ſuis non laborabant in opere templi.

Et parati ſunt. Ideſt, ex nunc parati ſunt ad faciendũ omnia, quę iuſſeris eis circa iſtam ędificationem.

Et nouerunt tam principes quàm populus facere omnia precepta tua. Hic dat in adiutores Salomoni omnes principes populi, & ipſum populum, ſcilicet, quòd omnes facerent mandata eius. Nam nunc congregati erant principes, & populus, & Dauid admo-

nuerat eos, vt adiuuarent Salomonem in opere templi, & ipſi prompti erant hoc facere.

Quomodo Dauid dedit deſcriptionem Salomoni porticus, & templi. Quæſt. I.

QVAERITVR vlterius circa illud quod ſupra dicebatur, quòd Dauid dedit Salomoni deſcriptionem porticus, & templi, & omniũ aliorũ, quomodo potuit ei dare iſtam deſcriptionem? Reſpondendum eſt, q̃ per cogitationem. Et iſtud conſonat literæ, quia dr̃: Dedit Salomoni deſcriptionẽ porticus, & templi, necnon omnium, quę cogitauerat atriorum, & exedrarum, ergo per cogitationem Dauid iſta facta ſunt.

Dicendum tamen eſt, quòd hoc non ſtat, quia non auderet Dauid ex corde ſuo fabricare templum Dño ſic, vel ſic. qa neſciret, an illud placeret Deo. Sed fuit hoc per reuelationem Dei, vt ipſi Iudęi intelligerent, q̃ omnia, quæ fierent in templo eſſent Deo accepta. oportuit, q̃ Deus declararet qualiter volebat illa fieri: Et ad hoc declarauit primo, in quo loco ſibi templum fabricare deberet. Et ad hoc oſtendit aream Ornam Iebuſei, & hoc fuit mittendo ignem de cœlo ſuper ſacrificia, quæ obtulit Dauid ibi ſupra 21. Et nunc intellexit Dauid, q̃ Deus volebat ibi ſibi fabricari templum, & ait: Hæc eſt domus Dei, & altare in holocauſtum Iſrael ſupra 22. Declarauit etiam Deus qualiter fabricari deberet templum, & ſingulas partes eius atq; vaſa, & iſtud dedit in ſcripto ipſi Dauid, vt patet ſupra in litera. ſ. & omnia venerunt ad me ſcripta de manu Dei, vt intelligerem omnia opera exemplaris.

Sciendum autem, q̃ iſta deſcriptio data eſt Salomoni ita q̃ primo ſcriptę fuerunt omnes partes Sanctuarij, & vaſa eius, vt nihil omitteretur. Etiam fuit deſcripta magnitudo cuiuſcunque iſtorum, ne erraretur circa magnitudinem debitam. Etiam fuit dictum, de qua materia quodliber iſtorum eſſe deberet, & credẽdum eſt, q̃ figuræ iſtarum rerum fuerint deſcriptæ, ne Salomon non haberet occaſionem errandi in his, & per iſtam deſcriptionem ſic completam fabricandum erat totũ opus Sanctuarij.

De opere templi. Quæſt. II.

QVAERITVR vlterius circa ea, quæ ponuntur hic de opere templi. Et ſciendum, q̃ hic ponuntur aliquæ partes templi, & aliqua vaſa, & in omnibus his conſideranda eſt figura. Et primo pro aliquali declaratione eorum, quæ dicuntur hic, ponetur in breui figura totius templi cum atrijs ſuis, deinde ponebat figuram aliquorũ vaſorum, de quibus hic dicitur, quamquàm non inueniatur hic figurę iſtarum figuratum, quia de his habitum eſt, tertio Regum ſexto, & ſeptimo. Et ibi videantur.

Circa primum ſciendum, quòd templum Domini largè dictum diuiſum eſt in duas partes principales, ſcilicet, in templum, & in atrium. Templum erat domus habens quatuor latera, & tectum. Atrium erat quoddam magnum ſpacium clauſum muro in circuitu templi, ita quòd templum includebatur intra illum murum, & inter murum, & latera templi ex omni parte erant magna ſpacia, quæ vocabantur atria. De templo primo dicendum, quòd erat domus quadrangula, ita quòd duo latera, ſcilicet, Meridionale, & Aquilonare erant longiora, quàm Oriẽ tale, & Occidentale, ideo longitudo erat ab Oriente in Occidentem, & latitudo a Meridie in Aquilonem. Erat autem longitudo ſexaginta cubitorum, & latitudo viginti, & altitudo erat centum, & viginti cubitorum, vt patet ſequẽti lib. capitulo tertio, & tertio Regum ſexto, & ſic erat facta iſta domus in altitudine. Diuidebatur in tres partes, ita quòd eſſent tria pauimenta, & altitudo primę domus, quæ habebat pauimẽtum in plano ſuper terram erat triginta cubitorum, tertio Regum ſexto. Et iſta vocatur templum, & propter hoc de iſta ſola fit mentio ibi. De aliis autem duabus ſuperioribus raro fit mẽtio in ſcriptura, eo quòd in illis nõ fiebat aliqua miniſtratio ſancta, & iſtæ tres domus erant æquales ſecundum longitudinem, ſolum autem differebat per altitudinem. Prima domus inferior, quę erat templum, erat diuiſa in B duas partes ſecundum longitudinem, quæ erat ab Oriente in Occidentem ſexaginta cubitorum, & diuidebatur per vnum parietem intermedium. Incipiebat autem domus prima a parte Orietali vbi erat porta templi, quę vnica erat, & habebat iſta domus quadraginta cubitos longitudinis, & iſta vocabatur ſancta, in qua erat altare thymiamatis, & candelabra aurea, & argentea, & menſa propoſitionis, & alia vaſa ad miniſtrandum: in iſtam domum introibant quotidie Sacerdotes ad cremandum thymiama, & diſponendum lucernas in candelabris, & ad ponendum panes propoſitionis in menſa. Secunda domus erat in parte Occidentali templi habens viginti cubitos in longitudine, & tantumdem in latitudine, & C iſta erat Sancta ſanctorum, in qua erat Arca fœderis, & duo Cherubim de lignis oliuarum, & habebat qui libet decem cubitos in longitudine alarum. Erant autem iſtę domus factæ de lapidibus, & tamen erant opertę lignis cedrinis, & deſuper laminis aureis tam in pauimento, quàm in parietibus, & tecto. In parietibus autem erant feneſtræ obliquæ, vt templum non eſſet obſcurum: iſta enim eſt figura templi quãtum ad domum inferiorem, quæ vocatur templum. Manent autem duæ domus ſuperiores, & vna erat ſuper aliam, & de iſtis non habetur in Scriptura certitudo menſuræ. Conſtat autem, quòd habebant ambę ſimul in altitudine nonaginta cubitos, quia tota altitudo parietum templi erat centum viginti cubitorum ſequenti lib. cap. tertio, & domus inferior iuxta D terram erat altitudinis cubitorum triginta tertio Regum ſexto, ergo duæ ſuperiores haberent nonaginta cubitos altitudinis, & tamen an eſſent ęquales altitudine, vel non, non apparet. Quidam enim putãr, quòd domus ſuperior habebat in altitudine cubitos ſexaginta, quia ſequenti libri capitulo tertio dicitur: Longitudinis cubitos in menſura prima ſexaginta, ſed iſti errãt, quia longitudo omnium iſtarum trium domorum eadem erat, & conſiderabatur per planum, ideo poteſt dici, quòd iſtæ duæ domus erant æquales in altitudine, ita quòd quælibet haberet quadragintaquinque cubitos. Prima iſtarum duarum vocabatur domus cellariorum, quæ ponitur hic in litera, eo quòd ibi erant multa ſpacia ſeparata, in quibus reponebantur multa pertinentia ad templum, de quibus infra dicetur. Domus ſuprema vocabatur cęnaculum, quia erat domus ſpacioſa non habens diuiſiones multas ad recondendum aliquid, ſicut domus cellariorum. Iſtæ duæ domus habebant pauimenta de trabibus, quæ extendebantur a latere Meridiano in Aquilonare, & tranſibant per parietes templi, & prominebant extra parietes templi, & vtraque quinque cubitis, & ſuper illa capita trabum fiebant tabulata in circuitu templi per tria latera. Nam tectum primę domus inferioris, quę erat triginta cubitorum altitudine, habebat trabes pro fundamento, quæ prominebant per latus Meridianum, Aquilonare, & Occidentale, & ſuper illas fiebat primum tabulatum extra

Universidad de Deusto
Biblioteca

parietes templi. Super trabes secundæ domus fiebat similiter secundum tabulatum, & super trabes tertiæ domus tertium tabulatū, & sic de omnibus istis erat idem modus, & erant ista tabulata in circuitu totius templi, nisi in latere Orientali, eo quòd ibi erat porticus, & non pendebāt super ea aliqua tabulata, ne tollerent pulchritudinem porticus. Erant autem facta ista tabulata ad fortitudinem, & defensionem domus, quia ista erant propugnacula si hostes venirent ad pugnandum contra templum, poterat inde defendi: in istis autem duabus domibus superioribus quid erat, non apparet, & tamen de hoc magis infra dicetur. In suprema parte parietum templi erant mœnia pulchra, & vites quasi aureæ, de quibus magis dictum est tertio Regum sexto. Ista pertinent ad figuram templi. Extra templum erant atria, & erat quidam murus in circuitu totius templi claudens magna spacia inter se, & parietes templi, & ista spacia vocabantur atria. Sciendum autem, quòd intra istum murum iuxta latera templi per totum circuitum eius, erant quędam domus paruę coniunctæ tribus lateribus templi, scilicet, Meridiano, Occidentali, Aquilonari. Et istę non permittebant quemquam accedere ad illa latera templi, in latere autem Orientali non erant aliquæ domus, quia ibi erat ianua templi, & porticus, & istę domus vocabantur exedræ, in quibus seruabantur thesauri Sanctuarij, & etiam manebant ibi Sacerdotes, & Leuitæ eo tempore, quo ministrabant. Nam ministri non dormiebant extra templum, eo quòd tam per noctē quàm per diem ministrabant, vt patet supra nono, in parte autem Orientali templi erat maius spacium intra murum atrij, & templum, quàm in alijs partibus, & ibi erant atria, Nam distincta erant quatuor atria intra illum murum. Vnum erat atrium Sacerdotū, quod erat circa portam templi, & ibi Sacerdotes ministrabant. Nam ibi erat altare holocaustorum, & omnia vasa eius, & fiebant omnia sacrificia. Erat aliud atrium laicorum, qui erant mundi, & tertium atrium mulierum mundarum, & quartum atrium virorum immundorum, & mulierum immundarum, & gentilium. Ista quatuor atria erant quatuor spacia diuisa parietibus intermedijs, & non habebāt tectum, & ad ista loca conueniebant viri, & fœminæ ad orationem, & ad audiendum verbum Dei, & erant ad partem Orientalem templi, eo quòd ibi erat porta, & ab illa parte orabant contra partem Occidentalem, in qua erat Sancta sanctorum. Omnia ista atria, & exedrę claudebantur vno muro altissimo, in quo erant portæ quatuor per quatuor ventos cœli, scilicet, ad Orientem, Occidentem, Meridiem, & Austtum, & in istis quatuor portis custodiebant ianitores templi, vt patet supra nono, & vigesimosexto. Ista erāt in breui figura templi, & atrij: secundum erat de figura vasorum. Et dicendum, quòd in templo erant principalia vasa ista, scilicet, altare holocaustorum, altare thymiamatum, Arca fœderis, mensa propositionis, & candelabrum. Reliqua autem erant vasa, quæ subseruiebant istis, scilicet, quędam pro altari holocaustorum, & quędam pro candelabro, & sic de ceteris. Figura autem altaris holocaustorum fuit in Tabernaculo Moysi, secundum quòd habetur Exodi vigesimoseptimo. Sed in templo aliqualiter mutatum est. Nam altare quod fecit Moyses erat de lignis setim, & opertum laminis æneis: Exodi vigesimoseptimo. Altare autem, quod fecit Salomon erat totum æneum, & erat maius, scilicet, cubitorum viginti in longitudine, & totidem in latitudine, & decem in altitudine, vt patet sequenti lib. cap. quarto. Figura altaris thymiamatum in Tabernaculo Moysi fuit, sicut habetur Exodi trigesimo. In templo autem Salomonis non legitur fuisse alterius figuræ, ideo credendum est, quod eiusdem figuræ fuerit, sola autem materia mutata est, & magnitudo. De materia autem patet, quia altare thymiamatum, quod fecit Moyses erat de lignis setim: Exodi trigesimo. Et altare thymiamatis in templo Salomonis erat vestitum cedro tertio Regum sexto. Etiam credendum est, quòd esset magnus quantitate, eo quòd in templo Salomonis omnia vasa fiebant maiora. Cuius causa declarata est ibi. Arca non erat alterius figurę in templo Salomonis, quàm in Tabernaculo Moysi, quia eadem Arca numero erat, nec fuit postea facta alia quamquàm ista perierit. Figura mensę propositionis, quæ erat in Tabernaculo Moysi habetur Exo. trigesimoquinto, & non legitur fuisse alterius figurę illa, quę fuit in templo Salomonis, ideo credendum est, quòd fuerit eiusdem figurę, esset tamen maior in quantitate. Nam nunc Dauid dedit multum aurum pro illa. Et erant prēter illam, alię mensæ argenteę in templo, vt patet supra in litera. Figura autem candelabri erat in Tabernaculo Moysi, quæ habetur Exodi vigesimoquinto, & non legitur alia fuisse figura in candelabris templi Salomonis, ideo eiusdem figuræ essent, fuit tamen vnicum candelabrum in Tabernaculo Moysi in latere Meridiano Tabernaculi: Exodi vigesimoquinto, & vigesimosexto. In templo autem Salomonis fuerunt multa candelabra, quia decem ponuntur tertio Regum septimo, quorum quinque erant ad latus Meridianum, & quinque ad Aquilonare. Ista erant vasa principalia, sed prætet hęc erāt alia vasa minus principalia, scilicet, vasa altaris holocaustorum, quæ multa erant, & erat vnum æneum, subseruiebat omnibus alijs, scilicet, labrum æneum, in quo lauabantur Sacerdotes, quod fuit in Tabernaculo Moysi: Exodi trigesimo, & antequam Sacerdotes ministrarent lauabant ibi manus, & pedes Exodi trigesimo, & loco huius erat in templo Salomonis quoddam vas magnum in modum hemisphęrij, quod vocabatur mare æneum. Et erat super duodecim boues æneos. De cuius fabricatura patet 3. Regū septimo. Erant etiam alia vasa, quę vocabātur luteres, quæ erant plena aqua ad abluendum carnes sacrificiorum. Et erant decem luteres: habebat autem quilibet luter sedem pulchram æneam, de quarum figura, & magnitudine habetur 3. Regum 7. Erant etiam alia vasa altaris holocaustorum, f. lebetes, & fuscinulę, & forcipes, & ignium receptacula, vt patet Exodi vigesimoseptimo. Lebetes erant quędam vasa ænea ampla aliqualiter concaua, in quibus recipiebantur cineres de altari. Nam in altari holocaustorū cremabantur multa ligna, & carnes animalium, & fiebant multi cineres, & illa efferebantur de templo a Sacerdotibus in istis lebetibus, vt patet Exo. 27. Fuscinulæ erant instrumenta, quibus carnes in olla mouebantur, & contrahuntur, vt patet 2. Reg. 2. Et istę erant propter carnes sacrificiorum, quę coquebantur in atrio templi. Nam quędam partes carnium coquebātur, & aliæ cremabantur in altari. Forcipes erant reuaculę, scilicet, quædam instrumenta fabrorum, quibus ferrum tenetur quando est ignitum. Et istę erant necessariæ in Sanctuario, ad hoc, quòd Sacerdotes mouerent carbones, & ligna in altari ne manibus tā gerent ignem. Sic patet Isa. 6. cùm dr, q vnus de Seraphim tulit calculum de altari forcipe, & tetigit labia Isaiæ, & sic vr, q forcipes erant ad tenendum calculos, ideſt, carbones. Ignium receptacula erant quædā instrumenta lata, & concaua, in quibus tollebantur prunæ de altari holocaustorum, & ponebantur super altare thymiamatum, & desuper fundebatur thymiama, & cremabatur, ideo ista vasa vocantur aliquando thuribula, quia in eis cremabatur thus: Omnia ista vasa erant de ere. De his patet Exodi 27. Altare thymiamatum nulla vasa habebat nisi thuribula, & mortariola. Thuribula erāt ad conseruandum thus, & alia, quæ cremabantur in altari. Mortariola autem erant ad conterendum in eis thus, & alia aromata. Nam thymiama quod cremabatur in altari, erat compositum ex multis speciebus duris. Et illę terebātur in mortario vsque ad puluerem minutissimum. De compositione huius patet Exodi trigesimo. Figura autem istorum satis est nota. Et ponuntur ista duo genera vasorum simul tertio Regum septimo, eo quòd pertinebant ambo ad idem, scilicet, ad altare thymiamatum. Arca fœderis non habebat aliquod vas ad ministerium suum, quia non fiebat aliqua ministratio circa ipsam nisi semel in anno in die propitiationis, quando introibat summus Sacerdos in Sancta sanctorum, & aspergebat sanguinem contra propitiatorium, & ferebat illum sanguinem in quadam cratera, quæ pertinebat ad vasa altaris holocaustorum, cum ille sanguis esset de sacrificijs, ferebat etiam secum aromata in quodam thuribulo super prunas, vt fumus grossus inde consurgens Sacerdotis oculos obumbraret, ne posset aliquid videre de his, quæ erant in Sancta sanctorum. Leuit. 16. Et istud thuribulū pertinebat ad vasa altaris thymiamatum, quia in eo cremabatur thymiama. Mensa propositionis non habebat aliqua vasa ad ministeriū suum, eo quòd in illa nihil fiebat, nisi quòd ponebantur duodecim panes propositionis super eam, & pro illis panibus ad tenendum illos in mensa non requirebantur aliqua vasa aurea, vel argentea. Candelabrū habebat aliqua vasa, scilicet, hydrias, in quibus continebatur oleum ad fundendū in lucernas candelabri. Figura autem istarum erat hydriarum nostrarum. De quibus patet tertio Regum septimo. Habebat etiam phialas, quæ erant quædam vasa parua aurea, quibus extrahebatur oleū de hydrijs ad ponendum in lucernarijs candelabrorum. Habebat autem forcipes aureos, qui erant ad tollendum lychnum ne coinquina ret illud. Habebat etiam fuscinulas, quę erant vasa parua, in quibus cinis lychnorum combustorum ponebatur, vt non coinquinaretur Templum effuso ci nere nigro per Templum, & postea ille cinis a Sacerdotibus ferebatur extra templum: figura istorum satis nota est secundum conuenientiam ministerij, ad quod erant. De his patet supra in litera, vbi ponuntur fuscinulę, & phialę. Et tertio Regum septimo, ponuntur hydrię, forcipes, fuscinulæ, & phialę, & ista significantur Exodi vigesimoquinto, cùm de vasis candelabri dicitur. Emunctoria quoque, & vbi quæ emuncta sunt, extinguantur, fiant de auro mundissimo. Erant etiam alta vasa aurea, & argentea, scilicet, acetabula, phialę, thuribula, & cyathi. Et ista vasa ponebantur in mensa propositionis. Exodi vigesimoquinto. Non tamen erant vasa ad ministę rium ipsius mensæ, sed erant ad ministerium altaris holocaustorum, cum dicatur ibi, quòd erant ad hoc fundenda, & tamen liba, siue libamina pertinebant ad sacrificia, & ponebantur in altari holocaustorum, quia tamen ista erant de auro, & argento, & omnia alia vasa altaris holocaustorum erant ænea. Exodi vigesimoseptimo, non ponebantur ista simul cum alijs vasis: ideo ponuntur aliquæ, quæ non sunt vasa altaris. Hæc de figura vasorum templi dicta sunt.

An Dauid dedit aurum, & argentum pro singulis vasis. Quæst. III.

QVAERITVR vlterius de isto auro, & argēto vasorum, an Dauid dederat illud Salomoni pro singulis vasis.

Respondendum, quòd Dauid dedit Salomoni numerum, & figuram omnium vasorum, quæ in templo fabricanda erant, & assignauit pro singulis quantitatem debitam auri, & argenti, & istud aurum & argētum dedit Salomoni, vt patet 3. in litera. f. Dedit aurū in pōdere per singula vasa ministerij. Argēti quoq; pōdus pro vasorū diuersitate. Et sępe dr hoc. f. q dedit aurū ad candelabra aurea, & argētū ad cādelabra argentea, & ad mensam propositionis, & alias mensas: nihilominus tamen dicit, quòd Dauid non dedit Salomoni aurum, & argentum pro omnibus his, sed solum assignauit quantum de auro, vel de argento deberet poni in quolibet vasę. Sed dicēdum, quòd hoc non stat, quia literæ manifestè dicit, & sępe quòd Dauid dedit aurum, & argentum pro omnibus his. Item sequenti ca. dicitur: Ego totis viribus meis præparaui impensas domus Dei. Aurum ad vasa aurea, & argētum ad vasa argentea: ergo pro omnibus vasis, quæ nominauerat dedit aurum, & argentum. Item patet, quia Dauid dicit, quòd præparauit omnes impensas necessarias pro templo Domini. sequenti cap. & supra 22. Si tamen non dedisset totum aurum, & argentum necessarium pro istis vasis, non dedisset omnes impensas, ergo dedit totum aurum, & argentum necessarium pro his vasis. Sed aliquis dicet, q quamquàm Dauid dicat se dedisse omnes impensas, tamen non dedit omnes, quia non potuit scire quot erant necessaria pro ista magnitudine ædificij; ideo Salomon plurima ligna, & lapides, tulit pro ædificatione templi vltra ligna, & lapides, quos tulerat Dauid, vt patet 3. Reg. 5.

Dicendum, q hoc non stat, quia Dauid potuit errare circa lapides, & ligna templi, eo quòd nullus hominum determinate scire poterat, quot lapides, & ligna requirebantur pro tanta ædificatione: ideo quāquàm putaret Dauid se habere ligna, & lapides ad sufficientiam, non habuit: secus tamen erat de auro, & argento pro istis vasis, quia erat determinatū. Nam Dauid determinauit quantum aurum, vel argentum deberet poni in quolibet vasę, vt patet supra in litera: ideo non posset errare, sed sciret, an argētum, & aurum, quod ipse habebat, sufficeret ad ista vasa, & tamen ipse dixit, quòd parauerat omnes impensas pro domo Domini, & aurum ad vasa aurea, & argentum ad vasa argentea: ergo ipse dedit aurum, & argentum. Nam sicut Salomon tulit multos lapides, & ligna de terra regis Hiram ad ædificationem templi post mortem Dauid tertio Regum quinto. Ita acceperit multum de auro a rege Hiram ad eandem ædificationem, vt patet tertio Regum nono. f. Hiram rege Tyri prębente Salomoni ligna cedrina, & abiena, & aurum iuxta omne, quod opus habuerat. Et postea dicitur, quòd dedit Hiram regi Salomoni centū, & viginti talenta auri: ergo aurū, & argētū quod dederat Dauid, p istis vasis nō sufficiebat.

Respondendum, quòd aurum, & argentum, quod dedit Dauid, sufficit pro istis vasis, & tamen illud aurum, & argentum, quod dedit rex Hiram Salomoni non fuit pro ædificatione templi, sed pro ædificatione domorum suarum. Nam fecit Salomon tres domos, scilicet, domum suam, & domum filiæ Pharaonis, & domum saltus Libani, vt declaratum est tertio Regum septimo, & pro istis necessarium est multum aurum, & argētū, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

erant preciosissimę, vt patet ibidem, & istud aurum fortè reciperet Salomon ab Hiram, sed non pro templo Domini. Aliter pōt dici, ꝙ aliquod aurum recepit Salomon ab Hirā pro ædificatione templi, nō quidem pro vasis, sed pro deauratione parietum, tecti, & pauimenti: in tota domus tēpli erat interius operta laminis aureis in tecto, parietibus, & pauimento. 3. Regum 6. & ratio differentię est. Nam pro vasis est argentum, & aurum determinatum, & Dauid nō poterat errare circa aurum, & argentum necessarium in vasis, eo quòd pondus illorum erat determinatū, & tamen ad faciendum laminas aureas, vt operirentur inde parietes templi, & tectum, & pauimentum non poterat scire quantitas auri, & in hoc fortè erraret Dauid, & esset aliquod aurum necessarium pro istis laminis vltra id, quod dederat Dauid, & istud acciperet Salomon ab Hirā. Sed ad hoc dicēdum, quòd veritas fuit, quòd Dauid dedit aurum, & argentum necessarium pro toto templo, & etiam superabundans. Nam factis vasis templi, & tota ędificatione adhuc superfuit aliquod aurum, & argētum de eo quod dederat Dauid, vt patet 3. Regum 7. f. Et perfecit Salomō omne opus quod faciebat in domo Domini, & intulit, quæ sanctificauerat Dauid pater suus argentum, & aurum, & vasa: reposuitque in thesauris domus Domini, & sic aliquod argentum, & aurum, quod non fuerat expensum in vasis de eo, quod dederat Dauid, mansit consummatis omnibus operibus templi.

An verum sit, quòd multa erant candelabra, & mensæ in templo Domini. Quæst. IIII.

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, quòd erant multa candelabra, & multę mēsæ in templo Domini. Nam Deus vnicum candelabrū fieri iusserat in Tabernaculo Moysi, vnicam etiam mensam propositionis, vt patet Exodi vigesimoquinto, & tamen ea, quæ facta sunt in templo Salomonis fuerunt ad imaginem eorum, quæ facta sunt in Tabernaculo Moysi: ergo non debebat esse hic nisi vnica mensa, & vnicum candelabrum.

Dicendum est, quòd in tabernaculo Moysi aliqua iussa sunt fieri non taxando, quando plura fieri quin plura fieri possent, & tamen iussit Deus solum illa fieri, ne obligaret Iudęos ad multas expensas, ideo iussit fieri vnum candelabrum, & vnicam mensam, & tamen si ipsi voluissent facere multa candelabra, & multas mensas non peccauissent. Sic enim patet de duabus tubis argenteis, quas Deus iussit Moysi facere in monte Sinai: Numeri decimo. Et tamen factę sunt plures, quia septem erant. Nam quando introierunt Israelitę in terram Chanaan, septem tubas de istis habebant, quibus clangebant septem Sacerdotes quando corruerunt muri Iericho. Iosue 6. Sic fuit nunc, quia cum Israelitę scirent se non obligatos esse ad faciendum solum vnum candelabrum, & vnicam mensam, fecerunt multa candelabra, & multas mensas, cum ipsi diuites essent, & possent facere hoc. Secunda causa erat, quia Tabernaculum Moysi fuit minus in quantitate quàm templum Salomonis plusquam in duplo, ideo debuerunt plura vasa, & maiora esse in templo Salomonis, quam in Tabernaculo Moysi. Tertium erat, quia Tabernaculum Moysi erat portatile, & omnia vasa eius portabantur humeris hominum, vt ergo non grauarentur Leuitę portando illa non debuerunt esse magna, nec multa. Quartum fuit, & pręcipuum, quia omnia ista facta sunt ex mandato Dei. Nam Dauid dicit, ꝙ omnia venerunt ad eum scripta manu Dei, supra in litera, quamquàm ergo ista non fuissent in Tabernaculo Moysi, debebant nunc esse in magno numero, quia Deus volebat iam mutare ordinem illum, qui fuerat in Tabernaculo Moysi circa mensas. Considerandum, ꝙ vnica mensa propositionis fuit in Tabernaculo Moysi: Exodi 25. Et etiam nunc vnica fuit, & in illa ponebantur duodecim panes: fuerunt tamen pręter istam aliq mensę argenteę, & istę fuerunt ad supplendum necessitatem mensę propositionis. Nā Deus iusserat, quòd in mensa propositionis ponerentur panes duodecim. Nam etiam in illa ponebantur aliqua vasa aurea, & argentea, scilicet, acerabula, & thuribula, & phialę, & cyathi: Exodi 25. Et ista vasa non pertinebant ad mensam propositionis, sed ad altare holocaustorum, cum dicatur ibi, quòd erāt ad liba fundenda. quia tamen non erat alia mensa, super quam ponerentur, ponebantur ibi: nunc autem, quia poterant fieri aliæ mensę cum abundaret argentum factę sunt aliæ mensæ argenteę prætęr mensam propositionis, & in istis solum ponebantur vasa, & iam in mensa propositionis non ponebantur vasa, sicut fiebat in mensa propositionis, quæ erat in Tabernaculo Moysi. De candelabris autem dicendum, ꝙ vnicum candelabrum erat in Tabernaculo Moysi: Exodi 25. & illud erat in latere Meridiano tabernaculi: Exo. 26. nunc autem in templo Salomonis erant multa candelabra: Nam decem candelabra aurea erant in prima parte templi apud mensam propositionis, quinq; ad dexteram eius, & quinque ad sinistram 3. Reg. 7. Sed obijcietur, quia hic dicitur, ꝙ erant quędam candelabra aurea, & q̄dā argētea, & 1ñ. 3. Reg. 7. oīa decē delabra aurea, & q̄dā argētea, & 1ñ. 3. Reg. 7. De argēteis candelabra ponunt̄ aurea. Rñdēdū, ꝙ erant multa cā delabra, de quibus decem erant aurea, quinq; ad vnū latus mensæ propositionis, & alia quinque ad aliud latus mensæ propositionis, & alia quinque ad aliud latus, & de istis solum fit mentio 3. Reg. 7. De argēteis autem candelabris nihil ibi dicitur, sed ponuntur hic. Et simile est de mensis. Nam vna mensa propositionis erat de auro, & multæ aliæ, in quibus ponebantur vasa, erant de argēto, vt patet hic, & tamen ibi non fit mentio nisi de vnica mensa aurea.

De leunculis aureis, & argenteis. Quæst. V.

QVAERITVR vlterius qūo dicitur hic, ꝙ dixit Dauid aurum pro leunculis aureis, & argentum pro leunculis argenteis, & qui leunculi fuerunt isti. Aliqui dicunt, ꝙ isti fuerunt leunculi, qui erant in throno Salomonis. Nam ipse fecit thronum nimis preciosum in domo, in qua iudicabat. Et erant leones in illo throno, vt patet tertio Regum septimo. Dicendū tamen, quòd hoc non stat. Primo, quia hic agitur de vasis pertinentibus ad Sanctuarium, vt patet in litera, & tamen leunculi, qui erant in throno Salomonis non erant pertinentes ad domum Domini. Secundò patet, quia si isti leones essent illi, quos fecit Salomon in throno suo, agere-tur hic de alijs partibus throni, & tamen hic solum dicitur de leonibus. Ideo non intelligitur de illis, Item non potest intelligi de illis, quia isti leones, de quibus hic dicitur erant argentei, & aurei. Et tamen leones, qui erant in throno Salomonis, erant eburnei, cum totus thronus esset eburneus, vt patet tertio Regum decimo, ergo non erant illi. Item patet, quia Dauid dedit aurum, & argentum pro illis leonibus, & tamen ipse non dedisset aurum, nec argentum pro ædificatione domus Salomonis, quia solum ipse attendebat ad cultū Dei. Alij aūt dicūt, quòd isti leones erant, qui ponebantur in mari ęneo. Nam dicebantur esse ibi leones, & boues, & Cherubim.

rubim. 3. Reg. 7. Item poterat dici, ꝙ erant isti leones, qui ponebantur in sedibus luterum. eod. cap. Sed dicendum, ꝙ non stat, primo, quia leones, qui erant in sedibus luterunt erant sculpti, & non per se formati tamquam statua. Idem de leonibus, qui erant in mari ęneo. Et tamen isti leones erant per se facti, & distincti de auro, & argento, ideo non erant illi. Secundo patet, ꝙ dato, ꝙ illi leones essent per se facti, sicut isti, tamen erant de ære, cum mare, cuius partes erant esset ęneum, & sedes luterum essent æneę. Et tamen isti leones, de quibus hic dicitur, erant aurei, & argentei, vt patet in litera, ergo non erant isti iidem cū alijs.

Dicendum ergo est, quòd non possunt assignari aliqui leones in toto Sanctuario, qui fierent de auro, & argēto. Sed istud procedit ex errore literę propter equiuocationem nominis Hebraici, quod potest significare leonem, & vas vinarium, vel aquarium. Nā ponitur hic, Quephir. Et aliquando accipitur pro leone, & aliquando pro vase. Est tamen differentia in literis, quia quando accipitur pro leone ponitur cum litera Iod. Et quādo pro vase, ponitur cum litera Vau: quia tamen magis solet poni in Hebręo capor pro vase, quàm Quephir, transtulit Hieron. leonem, & fuit in hoc facilis error. Dicemus ergo, ꝙ isti, qui vocant hic leones erant quędā vasa aurea, & argentea ad fundēda libamina, sicut acceptabula, phialæ, & cyathi.

De quadriga Cherubim. Quæst. VI.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, ꝙ dedit aurum ad faciendum similitudinem quadrigæ Cherubim. Et vbi erat ista quadriga quam faciebant Cherubim, qui erant super Arcā. Nam in altari thymiamatum nō leguntur fuisse Cherubim, nec in alia parte templi nisi super Arcam. Secundò patet, quia dicitur hic similitudo quadrigæ Cherubim extendentium alas, & velantium Arcam fœderis: ergo de Cherubim, qui erant super Arcam fœderis intelligitur.

Dicendum, quòd non potest stare, sed intelligitur necessario de aliquibus Cherubim, qui essent in altari thymiamatum. Et patet primò, quia hic nihil agitur de Arca fœderis, sed de altari thymiamatum: ideo ibi erant isti Cherubim. Secundò patet, quia dī hic, quia Dauid dedit aurum altari thymiamatum, ex quo fieret similitudo quadrigę Cherubim: ergo non potest intelligi nisi, quòd isti Cherubim erant in altari thymiamatum, & istud aurum, ex quo facta est simili modo Cherubim datum est altari. Tertiò patet, quia dicitur hic ex quo fieret similitudo quadrigæ Cherubim extendentium alas super Arcam fœderis: ergo non intelligebatur de ipsis Cherubim, qui erant super Arcam, sed de alijs, qui erant ad similitudinem ipsorum. Et isti essent in altari thymiamatum, sicut hic dicitur. Quartò patet, quia in Arca fœderis Salomon non fecit aliquam quadrigam Cherubim, eo quòd vel intelligetur de illis Cherubim, qui erant super Arcam, vel de alijs magnis, quos fecit Salomō. Non de primis, quia isti facti fuerant per Moysen. Nam eadem Arca fœderis fuit in templo Salomonis, quæ fuerat in Tabernaculo Moysi, & non fuit ędificata aliqua de nouo. Quod patet, quia Arca fœderis, quę fuit capta a Philistijs in templo Silo primo Regum quarto, & quinto, fuit ducta in domum Aminadab in Gabaa Chariathiarim. primo Regum septimo, & inde per Dauid ducta est in domum Obededom secundo Regum sexto, & supra decimo tertio, & postea portata est in domū Dauid secundo Regum sexto, & supra decimoquinto, & deinde portata est in templum Salomonis tertio Regum octauo, & sequenti lib. cap. 5. ergo eadem Arca numero fuit, & tamen Moyses fecerat in ista duos Cherubim de auro, velātes Arcam Exodi vigesimoquinto. Ideo non poterat Salomon facere alios Cherubim in ipsa Arca. Si autem intelligatur de duobus Cherubim magnis, quos fecit Salomon tertio Regum sexto, & sequenti lib. cap. 3. non potest stare, quia illi duo erāt de lignis oliuarum, vt patet ibidem, & tamen isti erāt de auro, vt patet hic. Ideo dicendum, quòd isti Cherubim non erant in Arca, sed in altari thymiamatū: sed tunc maneret dubium, quomodo isti Cherubim erunt in illo altari cum dicatur hic, quòd erat similitudo quadrigæ Cherubim.

Dicēdum, ꝙ quadriga dr̄ a numero quatuor, & sic vocamus quadrigam currum, qui trahitur a quatuor equis, & quadriga Cherubim dr̄ vnio quatuor Cherubim, hic tamen non debent poni quatuor Cherubim, sed duo. Quod patet, quia dicitur, ꝙ hic erat similitudo quadrigę Cherubim velantium arcam, & tamen duo soli Cherubim velabant Arcam, vt patet Exo. vigesimoquinto, & trigesimosexto, & cum dicitur hic quadriga non debet argui ex proprietate nominis, quia non ponitur hic quadriga nisi large pro curru, & sic patet in Hebręo, vbi dicitur similitudo currus Cherubim. Sed tunc de istis duobus Cherubim est dubium, quomodo erant in altari thymiamatum an facti opere statuario, vel sculpti, & aliqua liter prominentes in parietibus altaris. Nam poterat esse, quòd in quoliqet latere altaris eēnt duo Cherubim sculpti, qui extenderent alas contra se, & ex illa similitudine causaret̄ figura currus, & non est istud inconueniens, nec admirandum, quia in multis alijs rebus templi erant Cherubim ad decorem. Nam in mari ęneo erant leones, & boues, & Cherubim sculpti 3. Regum 7. & vasibus luterum erant Cherubim, & leones, & palmæ quasi per modum statuę. eodem ca. ita ergo in altari thymiamatum posset fieri in quo libet latere vna similitudo quadrigæ Cherubim. Alio modo potest dici, quòd isti Cherubim erant duo in extremitatibus duorum laterum altaris. Pro quo sciendum, quòd altare thymiamatum erat habens vnum cubitum in longitudine, & alterum in latitudine, & duos cubitos in altitudine: Exo. trigesimo. Et non constat an aliud altare maius factum fuerit postea in templo Salomonis, & credendum est, quòd sic, s. ꝙ vel factum fuerit aliud maius, vel istud præexistens fuit dilatatum, quia tertio Regum tertio, dicitur, ꝙ vestiuit Salomon altare thymiamatum cedro. Tunc duo latera istius altaris distarent magis a se, q̄ alia duo. Et in lateribus oppositis maximè distantibus fierent duo Cherubim, quorum pedes essent in ipsis lateribus, & extenderet vnus alas contra alterū, & extremitas alarum vnius tangeret extremitatem alarum alterius, & sic clauderent intra se etiam totam magnitudinem altaris, & ista extensio alarum faceret similitudinem currus. Iste modus est, quem significat litera, quod patet primo, quia dicitur hic, quòd Dauid dedit aurum pro altari thymiamatum, vt ex eo fieret similitudo quadrigæ Cherubim. Si tñ Cherubim essent sculpti in lateribus altaris, non oportebat dari aurum, nec poterant ad istam scupturam quadrigæ, quia ista sculptura fieret per cauationem in lateribus altaris, quæ iam existebant. Secundò patet, & efficacius, quia dr̄ hic similitudo quadrigę Cherubim extendentium alas, & velantium Arcam, & tñ illi Cherubim, qui velabant Arcam erant facti opere statuario in extremitatibus Arcę in duobus lateribꝰ, & extendebant p̄ se alas, sicut velabāt eā: ergo Cherubim facti in altari thymiamatum non erāt sculpti, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

facti opere ſtatuario in lateribus altaris, & extendẽtes F
alas ꝺ ſe ad velandum altare, & ad hoc oportuit dari aurum, vt ex ipſo fieret iſta ſimilitudo Cherubim, & quãtũ ad hoc ſimile eſſet in altari thymiamatũ, & in arca fœderis. Iſtud habuit plus altare thymiamatũ in templo Salomonis quàm in Tabernaculo Moyſi, qa in Tabernaculo Moyſi altare non habebat aliquos Cherubim, in templo autem habuit, & ratio huius fuit quia in templo Salomonis voluit Deus, quòd eſſet maior pulchritudo, quàm in Tabernaculo Moyſi, & patet hoc ex multis vaſis. Nam in multis erant Cherubim, & leones, & boues, & palmæ in templo Salomonis, & tamen in tabernaculo Moyſi non erãt Cherubim facta opere ſtatuario niſi in arca fœderis.

Quomodo hæc omnia ſcripta manu Dei venerunt ad Dauid. G
Quæſt. VII.

QVAERITVR vlterius cum dicitur hic, ꝙ omnia venerũt ſcripta manu Dei ad Dauid, quomodo factum eſt hoc. Aliqui dicunt, quòd non venit aliqua ſcriptura ad ipſum Dauid, ſed Samuel propheta reuelauit ſibi ex parte Dei, quæ erant illa, quæ fabricanda erant in templo. Sed dicendum, quòd hoc nõ ſtat. Primò quia Dauid dixit hæc omnia veneruntad me ſcripta manu Domini. Hoc tamen non poteſt adduci ad hoc, ꝙ ſit reuelatio prophetica, ſed neceſſe eſt, quòd fuerit aliqua ſcriptura, ideo nõ fuit reuelatio facta per Samuelem, ſed H
Scriptura venit de Cœlo. Secũdò patet, quia motiuũ iſtorum eſt valde leue. Nam iſti putant, quòd Samuel reuelauerit omnia iſta Dauid, quia ſupra 9. dicitur, quòd Samuel, & Dauid ordinauerunt ſortes ianitorum, & theſaurariorũ. qa iſtud fuit impoſſibile, vt declaratum fuit ſupra 26. Sed ſolum fuit, quòd Samuel tempore ſuo fecit quandam ordinationem ianitorum, & Dauid tempore ſuo compleuit illam, ambo tamen ſimul nihil fecerunt, ita quantũ ad hoc non fuit aliqua reuelatio facta Dauid per Samuelem, quia non communicabat Dauid cum Samuele, ſed potius fugiebat ab eo, ne daret occaſionem Sauli ſuſpicandi ꝺ Samuelem, ſicut ſuſpicatus eſt cõtra Achimelech, & Sacerdotes, & occidit illos primo Reg. 21. I
& 22. Dicendum ergo eſt, ꝙ iſta fuit verè aliqua ſcriptura, quæ venit ad Dauid de Cœlo, ſiue in lapidibus, ſiue in membranis, ſiue alia materia. ſic enim fuerunt tabulæ legis ſcriptæ opere Dei: Exo. 32. Ẽt dicendũ videtur, quòd iſta Scriptura continebat duo. ſ. ſcripturam, & figuram, ita vt deſcriberentur omnes partes templi, & atriorum, & omnia vaſa, & de qua materia eſſent ſingula, & quanti ponderis, & magnitudinis, & de modo fabricationis, & præter hoc poneretur cuiuslibet rei vna figura depicta, vel totius templi, & omnium rerum, quæ erant in eo. Iſta duo videbantur neceſſaria: nam figura omnium iſtorum, quę oculis videretur erat neceſſaria, eo quòd licet eſſent omnia iſta ſcripta, ſi non videretur figura eorum in quibuſdam, fortè non bene conciperetur, ſicut nos circa K
quædam illarum dubitamus. Vt ergo nullus eſſet error in opere debuit apparere figura omnium iſtarum rerum, vt melius iudicaretur de eis: præter figuram etiam fuit neceſſaria ſcriptura, quia in ſcriptura poterant poni aliqua documenta de materia, & quantitate, & pondere quarumlibet rerum, & de modo fabricationis, quæ non poterant cognoſci viſa ſola figura rei. Hic etiam videtur vtrunque ſignificari cum dicit ſcripta manu Dei ſignificatur ſcriptura omnium iſtorum, cum autem ſubditur, vt intelligerem vniuerſa opera exemplaris: innuitur, ꝙ fuit oſtenſa aliqua figura omnium iſtorum ipſi Dauid, & illa vocabatur exẽplar, quia ad ſimilitudinem illius fabricandum erat templum, & quia Dauid per illud ſolum exemplar non poterat intelligere omnia, quæ fieri debebant in tẽplo, ideo Deus dedit ei in ſcriptis omnia, vt poſſet intelligere per ſcripturam omnia opera exemplaris, quæ non poterat intelligere per ipſum exemplar. Sic etiam factum eſt quando Moyſes debuit edificare Tabernaculum. Nam oſtendit ei Deus figuram totius Tabernaculi, vt non erraret, & etiam dedit ſibi ſimilitudinem omnium vaſorum oſtendens figurã ipſorum, vt patet Exo. 25. ſ. faciam mihi Sanctuarium iuxta omnium ſimilitudinẽ Tabernaculi, quod oſtendam tibi, & omnium vaſorum in cultu eius. Sic facies illud, & iterum dicitur: Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte moſtratum eſt, & ſic eſſet hic exemplar oſtenſum Dauid, ſicut hic.

An verum ſit, quòd hæc omnia ſcripta fuerint manu Dei.
Quæſt. VIII.

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, quòd omnia iſta erant ſcripta manu Dei: an verum ſit, quòd manu Dei ſcripta erant, vel quaſi ter. Dicendum, ꝙ non oportet dicere, ꝙ erant ſcripta manu Dei, quamquàm dicatur iſtud. Nam multa dicuntur facta a Deo, & tamen facta ſunt ab Angelis: ſic patet Exo. 3. cum dicitur, ꝙ Deus locutus eſt Moyſi in rubo ardenti, & tamen non erat ille Deus, ſed Angelus, vt patet Act. 7. ſic etiam fuit de eo, quod habetur Exo. 20. nam dicitur, ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, & tamen ille, qui loquebatur iſta, & dabat Legem, non erat Deus, ſed Angelus, vt patet ad Gala. 3. ſ. lex data eſt in manu mediatoris ordinata per Angelos: ita poterat nunc intelligi, ꝙ iſta ſcriptura fuiſſet facta ab Angelis, quãquam dicatur facta a Deo. Aliqua tamen ſunt, quæ dicuntur facta a Deo, quæ non ſolum non facta fuerunt ab eo, ſed etiam non potuerunt fieri, ſicut ꝙ Deus loqueretur, vel faceret alia, quæ pertinẽt ad motum, nã talia non cadunt in Deum, in quo nullus motus eſſe poteſt, ſed fiunt per Angelos, licet dicantur a Deo facta. Iſtud autem poterat fieri per Deum, & per Angelos. De Angelis manifeſtum eſt, quia poterat aliquis Angelus aſſumere corpus, & in illo facere operationes corporales. ſ. ſculpere, & ſcribere, & quęcunque alia: poterat etiam fieri per Deum, & tamen tunc nõ eſt iſta ſcriptura fabricata, ſed creata. Nam ſi fabricatur, fieret per ſucceſſionem, Deus autem non poteſt operari per ſucceſſionem cum totum ſuum eſſe ſit ſimul. Ideo dicendum eſt, quòd iſta ſcriptura poterat fieri tam per Angelos, quàm per Deum, & ſic dicitur, quòd facta eſt per Deum, vt non recedatur a tera cum poſſit ſtare. Sic etiam dicitur Exo. 32. quòd tabulæ legis factę, & ſcriptæ fuerunt opere Dei, & digito Dei. Et idem patet Exo. 31. & tunc oportet dici, ꝙ ſcriptura eſſet creata, materia tamen, in qua erat ſcriptura poterat eſſe creata, vel naturaliter ſubſiſtens.

De diuiſionibus Sacerdotum, & Leuitarum. Quæſt. IX.

QVAERITVR vlterius de iſtis diuiſionibus Sacerdotum, & Leuitarum, quæ ponũtur hic, quã factæ fuerunt, & quando cęperunt miniſtrare. Dicendum ad primum, quòd factæ fuerunt ante hoc per Dauid. Nam ipſe anno vltimo regni, & vitæ ſuæ. ſ. quadrageſimo congregauit principes populi, & Sacerdotes, & Leuitas, & fecit iſtam ordinationem, vt patet ſupra 22. & 26. poſtea verò locutus eſt ad Salomonem, & ad totum populum de fabricatione templi, & tunc dixit Salomoni, quòd diuiſiones Sacerdotum,

Sacerdotum, & Leuitarum adiuuarent eum ad omnia opera, vt patet hic. Ad ſecundum dicunt quidam, quòd incęperunt Sacerdotes, & Leuitæ diuiſi per ſortes ſuas miniſtrare ſecum illas tempore Dauid illico, vt facta eſt iſta ordinatio. Sed dicendum, quòd non ſtat, quia iſta ordinatio facta eſt, vt haberent eã Sacerdotes, & Leuitę in templo Salomonis: ideo antequam fieret nunquam miniſtrarent ſecundum eã, & tamen non erat factum templum viuente Dauid, ideo in vita eius nunquam miniſtrauerunt iſtę ſortes Sacerdotum, & Leuitarum. Secundo patet, quia iſta ordinatio non conueniebat niſi Sacerdotibus, & Leuitis miniſtrantibus in eodem loco, & tamen dum viuebat Dauid non poterant miniſtrare in eodem loco, ideo non miniſtrarent tempore Dauid. Patet hoc, quia iſta miniſtratio fiebat ſecundum ſucceſſionem, quia vna ſors miniſtrabat poſt aliam. ſ. per vices ſuas. vt patet ſupra 9. & 24. & 25. Et tamen non potuit hoc fieri tempore Dauid, quia quædam pars Sacerdotũ, & Leuitarum miniſtrabat in Tabernaculo Domini in Gabaon Et alia pars miniſtrabat coram arca in domo Dauid in Ieruſalem: ideo non fuit tempore Dauid iſta miniſtratio incępta. Item dicendum, quòd non incohata eſt in principio regni Salomonis. Nam tunc eadẽ cauſa erat, quę in tempore Dauid. ſ. quòd non erat vnicus locus ad miniſtrandum. Nam in principio regni Salomonis, non erat factum templũ, C
quia incępit illud fabricare anno quarto regni ſui, & conſummatum eſt anno vndecimo, vt patet 3. Reg. 6. & ſequenti lib. cap. 6. in toto ergo iſto tempore erat Tabernaculum Domini in Gabaon, & arca in domo Dauid. & miniſtrabant ibi Sacerdotes, & Leuitę diuiſi, ſicut tempore Dauid. Quòd patet, quia toto tempore, quo nondum erat ędificatum templum Salomonis manebat Tabernaculum Domini in Gabaon, vnde Salomon iuit ad offerendum, holocauſta in Gabaon poſtquam ipſe regnauerat aliquanto tempore, vt patet tertio Regum tertio, & ſequenti lib. cap. primo, & poſtea completo templo Salomonis fecit Salomon omnia vaſa, quę erant in Tabernaculo in Gabaon, portari inde in templum, quod ipſe ædificauerat, vt patet tertio Regum octauo, & ſequenti lib. D
cap. Arcam autem fecit Salomon tunc afferri de domo Dauid, & poni in eodem templo, vt patet ibidẽ, ideo vſque ad vndecimum annum regni Salomonis cum conſummatum eſt templum, nondum cęperãt Sacerdotes, & Leuitæ miniſtrare per ſortes ſuas. Dicer tamen aliquis, quòd illico, vt templum conſummatum eſt cęperunt Sacerdotes, & Leuitæ miniſtrare per ſortes ſuas, eo quòd iam erat vnicus locus, in quo miniſtrarent, & poterant ſucceſſiuè miniſtrare. Sed dicendum, quòd non cęperunt illico miniſtrare, quia qñ introducta fuit arca in Sanctuarium Salomonis miniſtrauerunt Sacerdotes, & Leuitę, & tñ tunc nondum miniſtrabant per ſortes ſuas, ſed omnes permixtim, ſicut dr ſequenti lib. c. 5. ſ. omnes Sacerdotes, qui ibi potuerunt inueniri ſanctificati ſunt, nec E
adhuc in illo tempore vices, & miniſteriorum ordo inter eos diuiſus erat, & ſic quantum ad executionem, nondum erat diuiſio facta, ſed omnes mixtim miniſtrabant. Sed dicendum, quòd aliquanto tempore poſt Salomon fecit, quòd iſtę ſortes Sacerdotum, & Leuitarum incęperunt ad miniſtrandum per vices ſuas, vt patet ſeq. lib. c. 8. ſ. Et ꝙſtituit iuxta diſpoſitionem Dauid patris ſui officia Sacerdotum in miniſterijs ſuis, & Leuitas in ordine ſuo, vt miniſtrarent coram Sacerdotibus iuxta ritum vniuſcuiuſque diei, & ianitores in diuiſionibus ſuis per portam, & portam. Et durauit poſtea iſta miniſtratio ſic per ſortes, & vices vſque ad captiuitatem Iudęorum per Romanos.

A Nam tempore Chriſti adhuc durabat, quia dicitur Lucę primo, ꝙ Zacharias pater beati Ioan. erat de vice Abia, & miniſtrauit in ordine vicis ſuę offerens incẽſum Domino. Durabant ergo tunc iſtę vices. Nam ſors Abia erat octaua inter ſortes Sacerdotales, vt patet ſupra 24. Et de illa erat Zacharias.

CAP. XXIX.

B EOCVTVS QVE eſt Dauid rex ad omnem Eccleſiam, Salomonem filium meum vnum elegit Dominus adhuc puerum, & tenellum: opus enim grande eſt: neque enim homini præparatur habitatio, ſed Deo. Ego enim totis viribus meis præparaui impenſas domus dñi Dei mei, aurũ ad vaſa aurea, & argẽtũ in argentea, æs in ænea, ferrũ in ferrea, ligna ad ligna, lapides onychinos, & quaſi ſtibinos, & diuerſorum colorum, omnemque pretioſum lapidem, & marmor pariũ abundantiſſime, & ſuper hæc, quæ obtuli in domum Dei mei, de peculio meo aurũ, & argentum do in templo Dei mei, exceptis his, quæ pręparaui in ædem ſanctam tria millia talenta auri de auro ophir, & ſeptem millia talentorum argenti probatiſſimi ad deaurandos parietes templi, & vbicunque opus eſt aurum de auro, & vbicũque opus eſt argentum de argento. Opera fiant per manus artificum, & ſiquis ſponte offert impleat manum ſuã hodie, & offerat, quod voluerit Domino. Polliciti ſunt itaque principes familiarum, & proceres tribuũ Iſrael. Tribuni quoque, & centuriones, & principes principum poſſeſsionum regis dederũtque in opera domus Domini auri talenta quinque millia, & ſolidos decem millia, argenti talenta decem millia, & æris talenta decem, & octo millia: ferri quoque centum millia talentorum. Et apud quemcũque inuenti ſunt lapides, dederunt in theſauros domus Domini per manum Iehiel Gerſonitis. Lętatuſque eſt populus cũ vota ſponte promitterẽt, quia corde toto offerebãt ea Dño.

DESCRIPTA in prędcedentibus ad ędificãdum templum Dauid exhortatione, hic agitur de eius, & populi oblatione, Et diuiditur in quatuor. Quia primo ponitur Dauid, & principum oblatio. Secundo ipſius Dauid gratiarum actio, ibi.

Sed, & Dauid rex. Tertiò Salomonis vnctio, ibi. *Et vnxerunt ſecundo.* Quartò ipſius Dauid fęlix conſummatio, ibi. *Igitur Dauid filius Iſai.*

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De continuatione ad præcedentia. Quæst. 1.

QVAERITVR circa primum an ea, quę habentur hic habeant ordinem continuatum ad præcedentia, & an fuerint facta immediatè post illa, vel interiecto aliquanto tempore.

Respondendum ad primum, quòd ista facta sunt post præcedentia. Nam supra agebatur de congregatione principum, quos Dauid exhortatus est ad ędificationem templi cum Salomone. Hic autem agitur de oblatione ipsa, quam fecerunt Dauid, & principes pro ipso templo ædificando. Ideo videt, quòd prius fuerit illud, quàm istud, eo quòd prius Dauid exhortaretur principes, vt templum ędificarent, quàm, ꝙ ipsi offerrent aliquid pro templo ędificando. Secundò patet, quia hic ponitur de vnctione secunda Salomonis, & de morte Dauid, in qua consummata sunt omnia opera eius. Ideo necesse est, quòd ista fuerint post omnia præcedentia, in quibus agebatur de gestis Dauid. Et non solum factum est istud post ea, quæ habentur supra immediatè, sed etiam, quę habentur supra a cap. 23. vsque ad 27. de diuisionibus Sacerdotum, & Leuitarum. Nam ista facta sunt ante præcedẽtia, & illa facta sunt ante diuisiones ipsas, ideo etiam ista facta sunt ante diuisiones Sacerdotum, & Leuitarum, & patet hoc, quia præcedenti cap. dixit Dauid: Ecce diuisiones Sacerdotum, & Leuitarum in omne opus ministerij domus Domini assistent tibi: ergo iam factæ erant.

Ad secundum dicendum, quòd fuerunt ista facta immediatè post præcedentia. Nam Dauid congregauerat principes, & hortat⁹ fuerat eos, quòd adiuuarẽt Salomonem ad ædificandum templum Domino, & hic continuauit locutionem illam dicens, quòd Salomon erat paruulus, & tener: ideo egebat adiutorio ad ędificandum, & præparationem expensarum. Et de illa præparatione agitur hic. Nam ponitur oblatio principum, & Dauid.

Quando fuerit facta diuisio Sacerdotum, & Leuitarum. Quæst. 11.

QVAERITVR vlterius incidentaliter ad declarationem eorum, quę habentur præcedenti cap. & supra 24. & 25. & 26. De diuisione sortium Sacerdotum, & Leuitarum, quando fuit facta ista diuisio, an fuerit facta per Salomonem post mortem Dauid, vel per ipsum Dauid. Potest dici vno modo, quòd fuerit facta per Dauid. Alij dicunt, quòd nõ fuerit facta per Dauid, sed per Salomonem: allegant, quod habetur præcedenti cap. scilicet, quòd dedit Dauid Salomoni inter cętera, quę in templo fabricanda erant diuisionum Sacerdotalium, & Leuiticarum Scripturam, & tamen alia non erant facta, sed fieri debebant per Salomonem, ergo etiam non erant diuisiones istę factæ Sacerdotum, & Leuitarum, sed Dauid dedit Salomoni in scriptis modum, quem deberet tenere. Item patet quia sequenti lib. capitu. 5. dicitur, nec adhuc illo tempore vices, & ministeriorũ ordo inter eos diuisus erat, & tamen ibi agitur de introductione arcę in templum Salomonis, ergo nondum erat facta diuisio Sacerdotum, & Leuitarum, sed postea facta est per Salomonem. Item patet, quia sequenti lib. cap. octauo dicitur. & constituit Salomõ iuxta dispõnem Dauid patris sui officia Sacerdotum in ministerijs suis, & Leuitas in ordine suo, ergo Dauid non constituit istas diuisiones Sacerdotum, & Leuitarum. Quòd patet, quia Dauid congregauit Sacerdotes, & Leuitas, & principes populi, & coram eis diuisit Sacerdotes in vigintiquatuor partes, & posuit sortes pro illis, quæ esset prima, & quæ secunda, & sic de alijs vsque ad vigintiquatuor, & scripręfuerunt illę sortes per tabellionem regis, vt manerent ad perpetuam memoriam supra 24. Sic factum est de vigintiquatuor sortibus cantorum. Sic eriam de sortibus ianitorum, & thesauratiorum supra 26. Item patet, ga supra 26. dicitur, ꝙ istę diuisiones factę sunt anno quadragesimo regni Dauid, ergo viuente eo factę sunt. Item patet, quia præcedenti cap. dixit Dauid ad Salomonem. Ecce diuisiones Sacerdotum, & Leuitarum assistent tibi, & paratæ sunt facere mandata tua. Si tñ nõdũ ęrent factę diuisiones istę tpe Dauid, sed postea ꝙ Salomonem nõ possent assistere ipsi Salomoni adiuuando eum in opere templi, ergo iam factę erant tempore Dauid. Item cum dicitur, ꝙ Dauid dedit Salomoni istas diuisiones, non quidem factas, sed vt ipse faceret eas, non stat, quia supra 24. dr, ꝙ Dauid fecit vigintiquatuor partes Sacerdotum, & posuit vigintiquatuor sortes, & nominantur illi quibus sortes prouenerunt. Hoc tñ non poterat esse nisi fuissent factę istę diuisiones tempore Dauid: simile hr supra 25. de sortibus cantorum. Nam nominantur illi principes quibus ceciderunt singulæ sortes, ergo de facto erat iam ista diuisio inter Leuitas, & Sacerdotes, quando viuebat Dauid. Item quia supra 26. de assignatione ianitorum, thesauratiorum, iudicum, & præpositorũ, dicitur quòd facta est anno quadragesimo regni Dauid, ergo tunc realiter fuerunt Sacerdotes, & Leuitæ diuisi. Ad rationem primam in contrarium cum dicitur, quòd Dauid dedit Salomoni Scripturam diuisionum Sacerdotalium, & Leuitarum.

Dicendum, quòd non dedit illam ad hoc, quòd Salomon faceret diuisiones, quia non poterat dari hoc in scriptis si nondum essent factę diuisiones, quia nescirętur, quæ essent partes Sacerdotum, & Leuitarum cum nulla esset facta diuisio, sed dicitur, quòd dedit Dauid Salomoni Scripturam diuisionum Sacerdotalium, & Leuiticarum, quia Dauid fecit diuisiones istas, & vt non confunderentur per oblitionẽ fecit eas describi per tabellionem supra vigesimo quarto. Et istam Scripturam dedit Dauid Salomoni, vt maneret memoria istarum diuisionum. Posteа etiam, vt Salomon poneret eas in executione, quia licet tempore Dauid fuerint factę istę diuisiones non cęperunt ministrare tempore eius Sacerdotes, & Leuitæ per vices suas, sed hoc fuit factum postea tempore Salomonis, vt declaratum est præcedenti capitu. in quadam quęstione.

Ad secundã cum dicitur sequenti lib. capitu. quinto, quòd nondum erat ordo minister iorum diuisus inter Sacerdotes, & Leuitas tempore Salomonis.

Dicendum, quòd hoc intelligitur non de diuisione, sed de executione diuisionis. Nam quòd tunc esset facta diuisio patet, quia Dauid dixit ad Salomonem, ecce diuisiones Sacerdotum, & Leuitarum adsistent tibi, & parati sunt facere omnia mandata tua, & tamen non poterat hoc fieri, quantum ad ędificationem templi, si nondum essent sortes diuisę tempore Dauid, quia litera illa loquitur de introductione arcæ in templum Salomonis iam ædificatum, & si tunc non esset ordo Sacerdotum, & Leuitarum, tunc non possent adiuuare Salomonem in opere templi, & tamen Dauid dixit, quòd adiuuarent Salomonem in opere templi: ergo tempore Dauid erant factę istę diuisiones: sed dicitur sequenti lib. capitu. quinto, quòd nondum erat ordo Sacerdotum, & Leuitarum diuisus, scilicet, quia nondum fuerat posita in executione diuisio illa, eo quòd nondum ministrabant Sacerdotes per vices suas, sed omnes

omnes simul, & iste est sensus literæ. Nam dicitur ibi de portatione arcæ in templo omnes Sacerdotes ministrauerunt mixtim, eo quòd nondum erat tunc diuisus ordo Sacerdotum, & Leuitarum. s. quantum ad executionem, quia nondum ministrabant per vices suas, sed omnes simul, sicut dicitur ibidem. Ad tertiam cum dicitur sequenti lib. capitu. quarto. Et constituit iuxta dispositionem Dauid patris sui officia Sacerdotum, & Leuitarum.

Dicendum, quòd non fuerunt de nouo constituta officia illa per Salomonem, sed Dauid constituerat illa, quia tamen tempore suo non ministrauerunt Sacerdotes, & Leuitę secundum sortes suas, sed tempore Salomonis fuit hoc factum, dicitur ipse constituisse, & pater, quòd iste sit sensus literę, quia dicitur. Et constituit iuxta dispositionem Dauid patris sui officia Sacerdotum: ex quo apparet, quòd non disposuit hoc Salomon, sed Dauid disposuit: ideo Salomon nihil egit nisi tradere executioni id, quod pater suus ordinauerat. s. facere, quòd Sacerdotes, & Leuitę ministrarent secundum vices suas. Circa primum dicitur.

Locutusque est Dauid rex ad omnem Ecclesiam. Idest locutus est Dauid ad omnem multitudinem populi cõgregati: vocatur enim Ecclesia multitudo, vel congregatio, vel concilium, & sic accipitur sępe in veteri testamento. Sic patet Deuteronom. vigesimotertio. Sic etiam accipit Aristo. secundo Politicorum. cap. de politia Calcedoniorum, quòd Calcedonij non faciunt Ecclesiam, idest, non congregant concilium. Et vocatur hic Ecclesia tota multitudo, quam congregauerat Dauid de principibus, & alijs ad hortandũ eos, vt adiuuarent Salomonem in ędificatione templi, & ad hoc, quòd offerrent Domino aliquid pro ipsa ędificatione.

Salomonem filium meum vnum elegit Deus. Intendit hic Dauid dicere, quomodo ipse præparauit expensas pro ędificatione templi. Et vult hortari reliquos de populo ad offerendum aliquid pro isto opere: ideo inducit necessitatem præparationis istarum expensarũ. Et ad hoc dicit, quòd Salomon electus est a Domino ad ædificandũ templum, qui erat adhuc paruulus, & non sufficiebat ad faciendum omnia hęc, nisi adiuuaretur. Et ad hoc Dauid dedit ei maximum auxilium, scilicet, quòd præparauit ei impensas necessarias, & dicitur filium meum vnum: non quòd ipse esset vnicus, quia multos filios habebat Dauid, sed ex aliqua causa speciali, de qua dicetur in quadam quæstione.

Adhuc puerulum, & tenellum. Ista est causa quare debebat adiuuari Salomon ad ędificationem templi. s. quia propter teneritudinem ætatis non posset ipse omnia agere, & sic fuit necesse, quòd pararentur ei saltem expensę, sicut fecit hic Dauid. non erat tamen valde puer Salomon, quando Dauid loquebatur ista, vt declarabitur infra in quadam quæstione.

Opus enim grande est. Ista enim est causa. Nam dato, ꝙ Salomon esset puer tener, si opus istud edẽt leue, non oporteret, quòd adiuuaretur ad illud, quia tamen erat opus grauissimum, egebat multis adiutorijs.

Nec enim homini præparatur habitatio, sed Deo. Istud est probatio præcedentis dicti, scilicet, quòd opus istud erat magnum, & pater, quia non præparatur homini habitatio, sed Deo, & tamen Deo habitatio nimis luxuriosa paranda est: In Hebræo dicitur.

Non enim homini fortitudo, siue arx, sed Deo. Et idem est, scilicet, ista domus, quæ est quoddam castrum non paratur homini, sed Deo. Erat enim templum Salomonis fortalitium quoddam, quia erat factum per modum turris, cum altitudo eius esset cubitorũ centum, & viginti, & latitudo cubitorum viginti, longitudo autem cubitorum sexaginta: sequenti lib. cap. 3. Et vocatur aliquando in scriptura turris nebuloia, vel turris gregis.

Ego autem totis viribus meis præparaui impensas domus Dei nostri. Hic concludit Dauid, quod volebat. s. ꝙ oportebat parari expensas pro ędificatione templi. s. ga Salomõ erat puer paruulus, & nõ poterat hæc facere, nisi adiuuaretur. Et dicitur: Ego totis viribus meis, quasi dicat, ego non possem nec aliquis hominum parare omnes impensas pro Sanctuario Domini, sicut dignum erat parari Deo habitationem, & tñ feci iuxta vires meas. Nam quantum Dauid potuit congregare de auro, & argento per oẽs regiones, cõtra quas pugnauit, tantum consecrauit Domino pro ędificatione templi, vt patet 2. Regum octauo, & supra decimooctauo.

Aurum in vasa aurea, & argentum in argentea. Declarat Dauid quid est, quod parauit pro ędificatione tẽpli. Et primo ponit aurum, & argentum, es, & ferrũ pro vasis. Pro quo sciendum, ꝙ Dauid dedit Salomoni numerũ vasorum, quę facturus erat in domo Dñi, & quantitatem eorum, & pondus, & assignauit pro quolibet eorum certam materiam, vt patet præcedẽti cap. Et istud dr hic. s. ꝙ dedit aurũ pro vasis aureis, & argentum pro argenteis, & sic de alijs.

Aes in æneа, ferrum in ferrea, lignum ad lignea. Idest, dedit æs pro vasis ęneis, & ferrum pro ferreis. Quòd autem fuerint vasa ferrea, vel lignea in domo Domini non apparet, licet apparat de argenteis, aureis, & æneis, sed declarabitur infra in quadam quęstione.

In Hebræo dicitur. *Aurum ad aurum, argẽtum ad argentum, ferrum ad ferrum, ligna ad ligna.* Et idem est. s. aurũ, ad aurum, idest, aurum ad vasa aurea, & sic de cęteris. Est tñ modus loquendi obscurus, & alienus a nobis: litera aũt nostra clarius hoc dixit. *Lapides onychinos* Iste lapis vocat onyx, quod interpretat in grẽco vnguis, quia factus est ad colorẽ vnguis humani, & inde derivatur onychinus. multos de istis lapidibus dedit Dauid ad necessitatem templi. *Et stibinos.* Vocant lapides stibini habentes colorem stibij. Est enim stibiũ quidam succus, vel vnguẽtum, quo mulieres oculos, & supercilia tingunt, vt pulchrę videantur. Sic. n. dr 4. Reg. 9. ꝙ Gezabel depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput. sunt aũt multi lapides precioſi huius coloris, ideo vocantur stibini. *Et diuersorum colorum.* Diuersificantur inter se lapides precioſi per colorem, & vnum de illis, quæ faciunt precium lapidibus, est coloris gratitudo. *Omnem preciosum lapidem.* Idest de omnibus generibus lapidum precioſorum. Nam non potuit Dauid congregare oẽs lapides precioſos, qui erãt in orbe, sed de speciebus oĩum lapidum congregauit oẽs, idest, aliquos. *Et marmoreum abundantissime.* Idest, lapidem marmoreum dedit ad abundantiam. non cõputatur marmor inter lapides precioſos, quia communius est, & de marmoribus congregauerat Dauid multam materiam ad faciendum pauimentum domus, & parietes eius, & maximè pro atrijs templi, vbi apparere debebant lapides: cum non essent operti lignis, & laminis aureis, sicut intra templum.

Et super hæc, quæ obtuli in domum Dei mei. Idest, ista oĩa ego obtuli iam, & tñ super ista ego offero alia pro eodem templo. *De peculio meo aurum, & argentum do in templum Dei mei.* Idest omnia, quę supra dedi erant extranea. s. non de peculio meo. Ista autem, q̃ habentur infra in litera, sunt de peculio meo. sed quomodo Dauid offerret quędam de peculio suo, & quædam non de peculio, & quid erat illud peculium declarabit. j. in quadam quæstione. *Exceptis his, quæ præparaui in ædem sanctam.* Quasi dicat, ista quę nũc offero sunt præter illa, q̃ præparaui in ędẽ sanctã. i. ad ędificãdũ domũ sanctam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſanctam,quaſi dicat, Ego dedit ſufficiens aurum, & argentum pro vaſis,& alias expenſas pro Sanctuario, & nunc do inſuper iſta,quę ſequuntur.

Tria millia talenta auri. Aurum Ophir erat pretioſiſſimum. Erat Ophir quędam inſula,in qua dicuntur eſſe montes aurei,& mittebat ad illam Salomon per ſingulos tres annos ſemel, & inde adducebatur ſibi multum de auro, vt patet 3.Reg.9.& ſeq.lib.c.9.Dauid autem habuerat de iſto auro Ophir tria millia talenta,quæ dedit pro Sanctuario.

Talentorum argenti probatiſſimi ſeptem millia talenta de auro probatiſſimo. Ideſt, erant iſta ſeptem millia talenta de argento probatiſſimo, ita quòd non reperiebatur melius argentum.

Ad deaurandos parietes templi. Refertur ſimul ad argentum, & aurum,quia argentum ſolum non poterat eſſe ad deaurandos parietes:ſed quomodo argẽtum erat ad parietes deaurandos, cum eſſent operti laminis aureis, declarabitur infra in quadam quæſtione.

Et vbicunque opus eſt aurum de auro, & vbicunque opus eſt argentum, argenti opera fiant. Ideſt, dedit Dauid ſufficientiam de argento,& auro, ita quòd vbicũque erat aurum neceſſarium poterat poni, & vbi erat argentum neceſſarium etiam erat copia eius. Sed quomodo ſcietur,quando erat opus auro, & quãdo opus argento?

Dicendum,quòd hoc ſciebatur per regulam, quæ venerat a Deo, quia omnia iſta venerant ſcripta manu Dei ad Dauid,& ibi colligebatur, quæ vaſa deberent eſſe argentea, & quę aurea, & quanti ponderis, & qualis figurę. Et ex ipſa poterat colligi vbi erat neceſſarium aurum,& vbi argentum.

Per manus artificum. Iſti erant artifices,quos Dauid antequam moreretur congregauerat pro iſto opere templi,vt Salomon poſtea non laboraret congregando illos,vt patet ſupra 22. & tamen pręter iſtos congregauit Salomon alios. Et poſtea miſit ad regem Hiram pro alijs,vnde dixit rex Hiram, quòd artifices quos ipſe mittebat,& artifices Salomonis, & Dauid facerent omnia opera templi ſequenti lib. capitu. ſecundo.

Et ſiquis ſponte offert. Ideſt ſi aliquis vult ſponte offerre.pręmiſit enim Dauid quid eſt,quia ipſe obtulerat,& quid eſt, quod offerebat, vt incitaret alios ad offerendum, ideo poſtquam dixit quid obtulerat admonuit alios dicens ſiquis erat, qui vellet ſponte offerre aliquid. *Impleat manum ſuam hodie.* Ideſt ponat aliquid in manu ad offerendum. Implere enim, vel complere pertinet ad cęremoniam conſecrationis Sacerdotum: vnde manus Sacerdotum dicebantur compleri,ideſt,conſecrari. Et aliquando ponit litera compleri,& aliqũ conſecrari, vt patet Exo.29.& Leui.8.& iſta impletio erat per hoc, quod accipiebant iſti aliquid in manu, & offerebant illud, ſic accipitur ſequenti lib.c.13.vbi ponitur initiare.i:conſecrare,pro complere,vbi eſt eadem hiſtoria,& dicitur quicũque venerit,& initiauerit manum ſuam in tauro, & bobus,& in arietibus ſeptem,ſit Sacerdos eorum, qui non ſunt dij. & iſti offerendo aliquid dicebant complere.i.conſecrare manum ſuam,eo ꝙ id,quod dabat Deo conſecrabatur.& etiam manus, qua illud dabat conſecrabatur. *Et offerat, quod voluerit Domino.* Quaſi dicat,nemo cogit quẽquam ad certam quantitatem, ſed qlibet offerat quantum voluerit, quia Deus reciperet quidquid offeratur. *Pollicitique ſunt principes familiarum.* Ponuntur hic principes, qui obtulerunt aliquid Dño,& dr,ꝙ polliciti ſunt.i.promiſerunt, & realiter dederunt.vocatur principes familiarum aliqui q erat principes in familijs quarumlibet tribuum: nam,in qualibet tribu erant tres,vel quatuor familię,vel plures,vt patet Num.26.vbi ponuntur oẽs familię quarũlibet tribuum nominatim, & ſuper quamlibet tribum erat vnus princeps, ita in qualibet familia tribus erat alius princeps.Hic tñ dicendum videtur, ꝙ accipiantur principes familiarum pro principibus turmarum, eo ꝙ quælibet turma vocabatur vna familia, & iſtud rationabilius eſt, quia aliàs non ponerentur principes familiarum ante principes tribuũ. Item qa ſi non intelligerentur principes turmarum per principes familiarum,eſſent principes turmarum omiſſi hic,& tñ hoc non conuenit,quia precedendi.c.ponitur,ꝙ iſti fuerint vocati ad iſtam congregationem,& ipſi offerrent cum eſſent diuites. Ideo accipiuntur iſti pro principibus turmarum. Item patet, quia hic ponuntur omnes principes,qui habentur prędicti capi.prąter principes turmarum,& ibi ponuntur omnes,qui ponuntur hic prąter principes familiarum,ergo ad concordandum iſtam literam cum illa, oportet quòd illi,qui vocantur hic principes familiarum ſint illi,qui vocantur ibi principes turmarum.

Et proceres tribuum. Ideſt,principes omnium tribuũ. Erant enim duodecim tribus,& habebãt duodecim principes,& per iſtas intelliguntur etiam principes familiarum, qui erant ſub principibus tribuum,& vocantur proceres quaſi procedentes dignitate,& potentia alios excedant.

Tribuum quoque,& centuriones. Iſti erant tribuni,ſub principibus turmarum. Nã turmę erãt duodecim,& in qualibet erat vnus princeps habens ſub ſe viginti quatuor millia virorum, & cum eſſent diſtincti illi per tribunos,centuriones,& quinquagenarios, oportebat quòd eſſent in qualibet turma viginti quatuor tribuni,& multi cẽturiones,& plurimi quinquagenarij,& decani, & iſti etiam venerunt ad offerendum nunc.Aliqui putant,quòd iſti centuriones,& tribuni erant illi,qui prąerant poſſeſſionibus regis. Nam ſic dicitur prącedenti capitu.quòd vocati fuerunt tribuni,& centuriones,qui prąerant ſubſtantię, & poſſeſſionibus regis. Sed dicendum, quòd hoc non ſtat, quia hic ponuntur iſti tanquam diſtincti, quia dicitur tribuni quoque, & centuriones, & principes principum poſſeſſionum regis,ergo non ſunt idem.

Dicendum igitur, quòd iſti principes poſſeſſionũ regis erant tribuni,& centuriones,ſicut dicitur prącedenti cap.& tamen non erant iſti tribuni,& centuriones,de quibus hic dicitur:nam tribuni, & centuriones erant duplices,quidam erant ſub principibus turmarum,alij autem erant œconomi poſſeſſionum regis.Primi illorum ſunt, qui vocantur hic centuriones,& tribuni,ſecundi ſunt, qui vocantur centuriones,& tribuni.prącedenti.cap.

Et principes principum poſſeſſionum regis. Iſti principes erant,qui ponuntur ſupra 27.& illi habebant curam de omnibus poſſeſſionibus regis, ſicut hic dr. Et dr principes principum ad ſignificandum, ꝙ quælibet de illis poſſeſſionibus regis, quæ habentur.5.27.habebat multos principes ſubordinatos,cuius cã ibi declarata eſt,& illi,qui nominantur ibi erant principes ſupremi in illis poſſeſſionibus, nam de alijs minoribus principibus non fit ibi mentio, nec etiam hic cum ſolum agitur de illis, qui erant prącipui in toto populo. *Dederuntque in opera domus Domini.* Scilicet, dederunt iſta quæ ſequuntur. Et fuit iſta oblatio omnium principum. Nam non ponitur hic de quolibet eorum,quid obtulerit, eo ꝙ oblatio cuiuslibet eorũ parua, oblatio aũt oĩum ſimul erat magna,& qa oblatio Dauid ſola fuit valde magna,illa ſpecialiter exprimitur, & dr, ꝙ dederunt hęc in opera domus Dñi.i. ad ędificandum,vel ad faciẽdum varia opera in tẽplo,

& ponitur

& ponitur hoc, quia non dederunt ſpecialiter iſtud pro aliquo opere,cum Dauid iam dediſſet ſufficiẽter materiam pro oĩbus vaſis templi Domini, vt patet.5. in litera.Ideo darent iſti principes pro alijs operibus, quę non eſſent certa,ſed neceſſarium eſſet, ꝙ expenderetur iſta ſumma. *Auri talenta quinque millia, & ſolidos decem millia.* De ſolidis iſtis quanti valoris eſſent, vel ponderis non apparet cum monetę varient quotidie in pondere,& figura,ſed fortè iſti ſolidi erant ſicli,qui erant nimis vſitati inter Iudęos,& erant aliqui ſicli de auro,& aliqui de argento, vt patet 2.Reg.24. Vbi ponuntur ſicli de argento,& 5.21.Vbi ponuntur ſicli de auro,& iſti offerrentur ab iſtis principibus, qa non legimus aliam monetam inter Iudæos,quæ eſſet aliquanti valoris. *Decem millia argenti talenta.* De argento obtulerunt duplum, & tñ hic non obtulerunt aliquos ſolidos.

Et æris talenta decem,& octo millia. Neceſſarium erat æs in templo ad fabricandũ multa vaſa, vt infra dicetur in quadam quęſtione, & ſatis apparet tertio Regũ ſeptimo. Et ſequenti lib.capitu.quarto. In Hebræo dicitur. Aeris mille millia, & octo millia talentorũ, & ſic pro mille millibus ponit litera noſtra decem millia,ſed forte iſtud fuit, quia pro mille millibus ponitur in Hebręo vnum nomen, & illud potuit ęquiuocare ad ſignificandum mille millia, vel decem millia.

Ferri quoque centum millia talentorum. Erat etiam neceſſarium ferrum in templo,cùm dicatur ſupra in lite ra,quòd erant in templo vaſa ferrea.

Et apud quemcunque inuenti ſunt lapides. Scilicet, qui habebant lapides preciоſos dabant illos pro opere tẽplı. Erant enim nunc Iſraelitę nimis deuoti ad offerendum Domino,ideo omnes,qui habebant lapides preciоſos dabãt illos gratis.Sic etiam factum eſt in fabrication Tabernaculi Moyſi:nam omnes, qui habebant lapides preciоſos,& argentum, & aurum deberunt illud in ædificatione Tabernaculi: Exo.trigeſimoquinto.

Dederunt in theſaurum domus Domini. Scilicet, vt ſerrarentur in theſauris templi quouſque eſſent neceſſa rij ad aliquod opus.

Per manum Iehiel Gerſonites. Ideſt, dederunt illos Iehiel,qui erat de ſtirpe Gerſon,& ille ſeruauit eos,quia erat theſaurarius templi. De iſto Iehiel quis erat,dicetur infra in quadam quæſtione.

Lętatuſque eſt populus cum vota ſponte promitterent. Scilicet,quando iſti principes dabant iſta, quę habentur ſupra,& promittebant illa,lętabantur nimis:& ponitur hoc ad ſignificandum, quòd iſta oblatio erat Deo accepta. Nam Deus diligit hilarem datorem, vt patet ſecundo ad Corin.nono. Et dicitur etiam ad ſignificandum id, quod eſt contra conditionem multorum.Nã naturaliter propter ipſam naturæ curuitatem,& deſiderium ad conſeruationem ſuipſius natura gaudet in hoc,quòd accipit,& triſtatur in dando,quia quod datur deficit,& dando videtur perdere. Iſtud tamen eſt contra rationem,ideo plurimi homines cum dant, & non dãt niſi quaſi ex neceſſitate, ideo cum iſti omnes darẽt cum lętitia, ponitur iſtud hic tãquam ſpeciale.ſ.quòd totus populus lætaretur cum vota promittebat. *Quia corde toto offerebant ea Domino.* Iſta eſt cauſa prącedẽtis dicti,ſcilicet,ideo lætabantur,quia toto corde agebant id, quod habetur hic,& cum aliquis agat ex deſiderio gaudet. Cum verò agit contra inclinationem ſuam, triſtatur, & omnibus iſtis Deus dederat deſiderium ad dandum iſta, quæ offerebant,ideo gaudebant nimis.

Quare Salomon dicitur filius vnus. Quæſt. II.

QVAERITVR circa prædicta, cùm dicatur hic:Deus elegit Salomonem filium meum vnum,cur dicitur vnus.

Reſpondent quidam,quòd vnus erat,ideſt,vnicus ſiue ſolus, quia nullum alium habebat Dauid. Sed dicendum,quòd non ſtat, quia Dauid habuit multos filios,ſicut dicitur prącedenti cap.ſ.filios enim multos dedit mihi Dominus. Alij dicunt,quòd verum eſt,quòd Dauid habuerat multos filios, & tamen omnes mortui fuerant prąter Salomonem, & ſic erat ille iam vnicus.

Dicendum,ꝙ falſum eſt, quia Dauid adhuc habebat alios filios. Nam die,qua vnctus eſt Salomon in regem,fuit ante eum vnctus Adonias frater eius, vt patet 3.Regum primo. Et iſte Adonias vixit etiam poſt mortem Dauid. Nam Salomon frater ſuus occidit eum tertio Regum ſecundo:etiam die iſta, qua Salomon ſecunda vice vnctus eſt, fuit multitudo fratrum eius in iſta vnctione, vt patet infra in litera.ſ. vniuerſi principes,& potentes,& cuncti filij regis Dauid dederunt manum, & ſubiecti fuerunt Salomoni regi. Alij autem dicunt, quòd Salomon vocatur vnus filius Dauid,ideſt, primus. Sic enim dicitur Geneſ.primo,factum eſt veſpere, & mane dies vnus,ideſt,primus. Sed dicendum,quòd hoc non ſtat, quia Dauid habuit multos alios filios ante Salomonen, quia Salomon genitus eſt poſtquam Dauid erat Rex ſuper totum Iſrael,& erat in Ieruſalem,vt patet ſecundo Regum 11. & duodecimo. Et tamen antequam Dauid regnaret ſuper totum Iſrael, cum eſſet rex ſuper Iudã in Hebron genuit filios ſex ſecundo Regũ tertio. Et poſt iſtos genuit alios filios in Ieruſalem, inter quos fuit Salomon ſecundo Regum quinto, & ſupra tertio. Alij dicunt aliter.ſ.ꝙ Salomõ fuit vnus, ideſt,primus filius reſpectu ſuę matris,licet non reſpectu patris,ideo ipſe vocat ſe vnigenitum coram matre ſua,vt patet Prouer.4.ſ. Nã, & ego filius fui patris mei tenellus,& vnigenitus coram matre mea. Sed dicendum,quòd hoc non ſtat, quia alius natus fui ante Salomonẽ de Bethſabee matre eius, qui mortuus eſt,& ille fuit primus: nam ille fuit, quem concepit Bethſabee ex coitu adulterino cum Dauid 2.Regum cap.2.Salomon poſtea natus eſt, vt patet eod.cap.Ad hoc reſpondent aliqui, quòd ꝙꝙ natus fuerit aliquis ante Salomonem,quia tñ ille mortuus eſt mox,vt natus fuit,cenſetur non fuiſſe natus,ideo tamquam ille non fuiſſet natus, iudicatur Salomon vnigenitus coram matre ſua. Sic reſpondet Hierony.& habetur ſic in iure extra de ver.ſigni.cap.Nam, & ego.Sed dicendum,quòd adhuc non ſtat,quia licet non obſtante illo paruulo,qui natus eſt,& mortuus,poſſet Salomon dici vnigenitus, & primogenitus reſpectu matris ſuę:tamen alij fuerunt prąter paruulum mortuũ nati de matre Salomonis,& ex Dauid ante ipſum Salomonem,vt patet ſupra 3.vbi ponunt filij Dauid ex Bethſabee quatuor,quorũ vltimus fuit Salomõ,& ſic nõ potuit Salomõ eſſe vnigenitus reſpectu matris ſuę.Itẽ dato,ꝙ eſſet vnigenitus reſpectu matris Dauid nõ vocaret eũ primogenitũ,qa nõ erat primogenit⁹ reſpectu eius:ipſe tñ de ſe loquebat,dicẽs, De⁹ elegit Salomonẽ filiũ meũ vnũ. Dicẽdũ ergo eſt,ꝙ intelligitur Deus elegit Salomonẽ filiũ meũ vnũ.i.ipſum ſolũ.q.d.licet multos filios habuerim tñ nõ elegit aliũ, niſi iſtũ ad oĩa opa.ſ.ad regnãdũ, & ad ędificãdũ tẽplũ,& ſic erat in hoc vnicus. Aliter põt ẽt dici elegit filiũ meũ vnũ.i.ſingulariter eũ elegit, quia minimus erat inter omnes, ideo fuit modus ſpecialis electionis, quòd ipſe eligeretur omiſſis alijs.

Dę

Universidad de Deusto
Biblioteca

An verum sit, quòd Salomon erat nunc paruulus, & tenellus. Quæst. III.

QVAERITVR vlterius quomodo dicit hic, quòd erat Salomon paruulus, & tenellus nunc, quando Dauid loquebatur. Aliquis dicet, quòd Salomon erat nunc iuuenis, & non paruulas nec tenellus, & cum dicitur, quòd elegit eũ adhuc paruulum, & tenellum, referẽdum est ad tempus electionis diuinę, vel publicationis. ſ. quòd tunc Salomon erat paruulus, & tener. Sed dicẽdum, quòd hoc non ſtat, quia quando Salomonis electio notificata eſt, nõ ſolum non erat Salomõ paruulus, immo nondum erat natus, nec fuit natus illico, ſed poſt aliquanta tempora, quod patet, quia Deus dixit filius, qui naſcetur tibi, & reuelauit ei hoc, quando Dauid voluit ędificare templum, vt patet 2. Reg. 7. & ſupra decimoſeptimo. Et poſtea Dauid fecit multa bella. ſ. contra Philiſtinos, ita vt caperet vrbes eorum, & contra Moabitas, ita vt deleret totam terram ipſorum, & faceret duos funiculos ex eis vnum ad occidendum, alium ad viuificandum, & contra Idumæos, ita vt occideret omne maſculinum in terra ipſorum, & ſubijceret totam Idumęam in tributum, v patet ſecundo Regum octauo, & tertio Regũ 11. & ſupra decimooctauo. Et contra Syros Damaſcenos, & contra regẽ Adarezer, & contra Ammonitas, vt patet ſecundo Regum octauo, & 10. & decimooctauo, & decimoſexto. Et poſt illa bella cum iterum pugnaret Dauid contra Ammonitas, miſiſſetque ad bellum Ioab, & ipſe manſiſſet in Ieruſalem vidit tunc Bethſabee quadam die lauantem ſe, & adulteratus eſt cum ea ſecũdo Regum 11. & tunc genitus eſt paruulus, qui poſtea mortuus eſt paulopoſt natiuitatem ſecundo Regum duodecimo. Deinde genuit Dauid ex Bethſabee quatuor, quorum vltimus fuit Salomon, vt patet ſupra. Ideo inter hęc magnum tempus incideret. Et ſic non eſt verum, quòd quando Deus elegit Salomonem erat paruulus, & tener, ſed referendum eſt neceſſario ad tempus, quo loquebatur Dauid iſta. Alii qui ergo dicunt, quòd verum eſt, quòd Salomon erat tener, quia erat paruæ ætatis valde. ſ. nondum decem annorum. Et patet, quia dicunt, quòd quando Deus dedit ſapientiam Salomoni erat duodecim annorum, cum ipſe vocauerit ſe puerum paruulum, vt patet 3. Reg. 3. & ſequenti lib. cap. 1. Et tamen ſapientia fuit data Salomoni priuſquam cępit regnare, vt probatum eſt 3. Regum 3. in quadam quæſtione, ergo nunc vix eſſet nouem annorum, cum nondum mortuus eſſet pater ſuus Dauid. Sed dicendum, quòd hoc falſum eſt, quia Salomon erat nunc maioris ætatis. Quod patet, quia quãdo Dauid erat propinquus morti, cõmendauit Salomoni, quòd occideret Ioab, & Semei per aliquem modum excogitatum, dixit ei. Facias iuxta ſapientiam tuam, & non deduces caniciẽ eius pacificè ad inferos. Ecce dixit eum habere ſapientiam, ideſt, prudentiam, & tamen nondum ſuſceperat illam a Deo, quia iſtud fuit poſt mortem Dauid, ergo videtur, ꝙ qñ Dauid iſta loquebatur Salomoni, erat Salomon aliqualiter iuuenis, ita vt poſſet habere prudẽtiam aliqualem naturaliter, & ſic non eſſet nouem annorum tm̃, quia in tam parua ętate nulla eſt prudẽtia. Item dixit Dauid ibi ad Salomonem, vir ſapiens es, & ſcies quid facies ei, ergo viuente Dauid Salomõ erat aliqualiter vir, & tm̃ non poſſet vocari vir, & ſapiens, ideſt, prudens, niſi eſſet iam in aliquanta ętate: ergo non erat tam paruæ ętatis. Dicendum igitur, ꝙ qñ Dauid loquebatur iſta, eſſet Salomon decem, & ſeptem, vel decem, & octo annorum. In qua ętate incipit homo habere aliqualiter prudentiam, potiſſimè ſi eſt naturaliter ingenioſus. Et qñ acciperet ſapiẽtiam a Deo eſſet plus q̃ viginti annorum. Vocatur tñ paruulus, & tenellus, non abſolutè, ſed reſpectu tanti operis. ſ. propter regnum magnum, quod regere debebat, & pp magnitudinem operum templi, quę facturus erat. Et tunc verum eſt, ꝙ ſi eſſet vigintiquinque annorum erat tener reſpectu omnium iſtorum.

De auro, & ferro congregato a Dauid. Quæſt. IIII.

QVAERITVR vlterius quomod dr̃ hic, ꝙ congregauit, vel dedit aurum ad vaſa aurea, & ferrum ad ferrea, cum non appareat aliqua vaſa fuiſſe ferrea in templo Dñi. Dicendum eſt, ꝙ hic ponuntur quinque materię. ſ. aurum, argentum, æs, ferrum, & lignum, & omnes iſtę erant neceſſarię in domo Domini. De auro manifeſtum eſt, ꝙ ad multa erat neceſſarium: nam ex eo deaurata eſt tota domus Sancti ſanctorum, & tota domus exterior, quæ vocabatur templum, & ipſę portæ templi 3. Reg. 6. Et ipſa menſa propoſitionis de auro facta eſt, & decem candelabra, & thuribula, & mortariola, & forcipes, & phialę, & hydrię, & multa alia genera vaſorum ad ſumendũm libamina, vt patet præcedenti cap. & ſequenti lib. cap. 4. & 2. Regum. 7. Argentum quoque neceſſarium erat ad multa vaſa: nam multę menſę de argento factę ſunt, & multa candelabra, & multa de aliis vaſis. Nam de quibuſcunque generibus vaſorum fiebãt aliqua de auro, fiebant etiam aliqua de argento, vt colligit p̃ced. & ſequẽ. lib. c. 4. De ære quoq; multa fabricata ſunt in templo. Nam altare holocauſtorum, quod erat viginti cubitorum longitudine, & viginti latitudine, & decem altitudine, erat totum ænemine quen. lib. capitu. 4. mare quoque, in quo lauabantur Sacerdotes, & duodecim boues, ſuper quos erat, æneum erat, & tamen erat magnæ quantitatis ipſum mare: nam capiebat duo millia batos de aqua, vt patet 3. Regum ſeptimo, & ſequenti lib. ca. quarto. Decem quoque luteres magni, in quibus erat aqua abluendum carnes ſacrificiorum, capiebatque quilibet batos quadraginta, erant ęnei, & etiam ſedes ipſorum, quę erant magnæ quantitatis tertio Regum ſeptimo, & ſequenti lib. cap. quarto. Erant quoque multa alia vaſa de ære. Nam generaliter omnia vaſa altaris holocauſtorum erant ænea, vt patet Exo. 27. & tot vaſa erant ænea, ꝙ non erat pondus ipſorum determinatum, vt patet 3. Reg. 7. & ſeq. lib. c. 4. De vaſis autem ferreis non apparet, quæ illa eſſent, vel ad quod miniſterium proficerent in domo Dñi. Et quidam dicunt, ꝙ nulla vaſa erant in templo de ferro, nec erat aliqua miniſtratio, quæ cum illis fieret. Sic enim patet ex eis, quę facta ſunt in Tabernaculo Moyſi, quia templum Salomonis fuit ad ſimilitudinem eorum, quæ fuerunt in Tabernaculo Moyſi, cum vnum ſuceſſerit alteri, & tñ cum Deus iuſſit Iſraelitis in deſerto offerre ea, quæ neceſſaria ad Tabernaculi ędificationem, poſuit aurum, & argentum, & æs, ſed ferrum non poſuit: Exo. 25. ſic etam qñ ponit, quid eſt, quod attulerũt Iſraelitę ꝙ Tabernaculo Moyſi, ponunt aurum, & argentũ, & æs, & multa alia, & tñ ferrum non ponitur Exo. 35. Dicendum, ꝙ ferrum neceſſarũ erat in domo Dñi, non ſolum in templo Salomonis, ſed etiam in Tabernaculo Moyſi. Nã aliquis poſſet dicere, ꝙ licet templum Salomonis fuerit ſimile Tabernaculo Moyſi: tñ multa fuerunt in templo Salomonis, quę non fuerunt in Tabernaculo Moyſi. Ideo poterat eſſe ferrum neceſſarium in templo Salomonis, & non in Tabernaculo Moyſi. Sed etiam hoc non ſtat, quia qñ introierunt Iſraelitę in terram Chanaan, & acceperunt de illa primam vrbem Iericho, iuſſit Ioſue

Ioſue ex parte Dei, ꝙ totum aurum, & argentum, æs, & ferrum quę reperirentur in vrbem ponerentur in theſauris Domini. Ioſue 6. Si tñ non eſſet neceſſarium ferrum in Tabernaculo Moyſi non iuſſiſſet Deus poni ferrum in theſauris eius, ideo neceſſarium erat. Dicendum ergo, ꝙ tam in Tabernaculo Moyſi, quàm in templo Salomonis fuit ferrum neceſſariũ, cum dicatur hic, quòd erant vaſa ferrea in templo. Et tñ dicendum, ꝙ non erat ferrum ad aliquam ſacram miniſtrationem, ſicut vaſa aurea, & argẽtea, & ænea. Nam nulla vaſa de ferro erant, quæ proficerent ad miniſtrationem aliquam ſacram, ſicut erant aurea, vel argentea, ſed erat ferrum ad multas neceſſitates templi, quia ad hoc, ꝙ cęderentur lapides, & ligna pro tẽplo ędificando, innumerabilia inſtrumenta ferrea neceſſaria erant. Etiam ędificato templo, cum quotidie portaretur multitudo lignorum pro ſacrificijs, & fierent multa alia huiuſmodi in templo, neceſſaria erant multa inſtrumenta ferrea. Et iſta vocantur vaſa generaliter ſecundum conditionem Hebraici idiomatis: in quo vocantur vaſa omnia ſupellectilia, vel quæcũque proficiunt ad aliquem vſum. Nam arma bellica vocantur vaſa, etiam inſtrumenta muſica vocantur vaſa, ſicut dicitur Pſalmus 70. Confitebor tibi in vaſis Pſalmi, ideſt, in pſalerio, & in alijs organis muſicis. Sic etiam indumenta, & quæcunque alia ſupellectilia vocantur vaſa. Sic dicitur Zacha. vndecimo, ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti, & vocantur ibi vaſa baculus, & pera, & funda, & alia pertinentia ad paſtorem. Cùm autem obijcitur, quòd in Tabernaculo Moyſi non fuerunt ligna pro Tabernaculo, & ramen oblata fuerunt, vt aliqui volunt, ſed iſtud falſum eſt, quia ex hoc: nam manifeſtum eſt, quòd Deus non iuſſit offerri ligna pro Tabernaculo, & ramen oblata fuerunt, quia iuſſit Deus offerri inter cętera Exod. vigeſimoquinto, tamen alia ſunt, de quibus non fit mentio, & quæ facta ſunt, potiſſimè, quia locus ab auctoritate non tenet negatiuè: fuit tamen in templo Moyſi neceſſitas inſtrumentorum ferri ad fabricandum, ſicut in templo Salomonis, licet non fuit tanta, ideo ſpecialiter fit hic mentio de oblatione ferri. De vaſis etiam ligneis eſt idem dubium, quia non reperitur in toto templo aliquod vas, quod eſſet de ligno ad aliquam miniſtrationem ſacram: nam vaſa lignea minoris vtilitatis ſunt, quàm vaſa metallica, vtpote plumbea, ſtannea, & ferrea, a fortiori ergo non recitentur lignea. Sed dicendum, quòd in templo erat magna neceſſitas lignorum ad ędificationem, ideo Dauid congregauerat innumerabilia ligna, vt patet ſupra vigeſimoſecundo. Et poſtea etiam Salomon fecit multo plura portari de Libano: vt patet tertio Regum quinto, & ſequenti libri capitu. ſecundo, & iſta vocantur vaſa largè. Nam ſicut ſupradictum eſt omnia ſupellectilia, vel pertinentia ad quemcunque vſum vocantur Hebraicè vaſa, ideo omnia iſta ligna neceſſaria ad ędificationẽ vocarentur vaſa, vel fortè erant aliqua lignea inſtrumenta facta ad aliquam operationem, ſiue antequam fabricaretur templum Domini, ſiue poſtquam fabricatum eſt. Nam certum eſt, quòd multa eſſent de his, vt plauſtra, & ſimilia, quæ ſunt ad portandum aliquid de neceſſarijs pro templo.

De lapidibus precioſis ad quid dedit eos Dauid. Quæſt. V.

QVAERITVR vlterius ad quid Dauid dedit lapides iſtos precioſos, de quibus hic dicitur, ſcilicet, onichinos, & ſtybinos, & diuerſorum colorum. Etiam dicitur, quòd principes quicunque habebant lapides precioſos, dederunt illos in theſauros domus Domini.

Dicendum, quòd hic ponitur lapis marmoreus, & multi alij lapides, & de marmore manifeſtum eſt, quòd erat neceſſarium ad ędificationem templi pro pauimento, & parietibus, & præcipue pro atrijs templi vbi apparere debebant ipſi lapides. De lapidibus precioſis non apparet in templo, in quo expenderentur, quia non dicit de aliquo opere, ꝙ ponerentur in eo lapides precioſi, ſicut dicitur, quòd ponebatur aurum, & argentum, & alia metalla.

Dicendum tamen eſt, quòd lapides iſti erant neceſſarij ad veſtes ſummi Sacerdotis. Nam inter alias veſtes pontificis erant duæ, ſcilicet, rationale, & ephod, quę habebant lapides precioſos. Nam in ephod erant duo onichini ſuper duos humeros Sacerdotis, qui habebant ſuper ſe ſculpta nomina duodecim tribuum Iſrael, ſcilicet, ſex in vno onichino, & ſex in alio: Exod. vigeſimooctauo rationale autem habebat duodecim lapides precioſos diuerſarum ſpecierum, in quatuor ordinibus, vel verſibus, & in quolibet lapide erat nomen vnius de tribubus Iſrael eodem cap. Pro his autem veſtimentis neceſſarij erãt multi lapides. Salomon tamen fecit multas veſtes pontificales, & Sacerdotum minorum, ideo ibi neceſſarij lapides iſti. De hoc Ioſephus octauo Antiquitatum ait: Stolas autem Sacerdotales pontificibus cum his, quę pendebant ad pedes, & ſuper humerales, & rationales cum gemmis mille, ſed pro mille veſtibus pontificis erant neceſſarij multi lapides precioſi, ſcilicet, quatuordecim millia, quia in qualibet veſte erant quatuordecim, ſcilicet, duo in ephod, & duodecim in rationali, & iſta duo computabantur in vna veſte, quia erant ligata vitta iacynthina. Exod. vigeſimooctauo. poterant quoque lapides precioſi inseri in ſculpturis templi, quia parietes Sancti ſanctorum, & templi exterioris erant operti laminis aureis variarum figurarum, & illis fortè eſſent intermixti aliqui lapides precioſi ad decorem, & potiſſime fortè fieret hoc in porta exteriori domus, vbi magna pulchritudo erat, vt patet tertio Regum ſexto.

An verum ſit, quòd Dauid obtulerit aurum de peculio ſuo. Quæſt. VI.

QVAERITVR vlterius, cum dicatur hic, quòd Dauid obtulit de peculio ſuo aurum, & argentum prẽter illa, quæ prius obtulerat, quomodo eſt verum, quòd aliqua obtulerit de peculio ſuo, & aliqua non de peculio, & quę differentia fuerit inter iſta oblata.

Reſpondendum, quòd Dauid a principio cùm eſſet vir deicola deſiderauit ędificare Domino templum, & ad hoc congregabat diuitias magnas, vnde omnia, quæ acquirebat de bellis in auro, & argento, & ære conſeruabat Domino pro illa ædificatione, nec ſumebat aliquid de his, quæ acquirebat niſi ea, quæ neceſſaria erant ſibi tunc ad ſumptus, reliqua conſeruabat. De hoc patet ſecundo Regum octauo, & ſupra decimooctauo, ſcilicet, omnia vaſa ænea, & argentea conſecrauit rex Dauid Domino cum auro, & argento, quod tulerat ex vniuerſis gentibus tam de Idumæa, & Moab, & filijs Ammon, quàm de Philiſtijm, & Amalec. Omnia hæc conſecrauerat Dauid Domino pro templo futuro multo tempore ante hoc. Nunc autem obtulit aurum, & argentum, & æs, & lapides precioſos de redditibus regni ſui, & de his, quæ ipſe acquirebat de fructibus facultatum ſuarum. Nam Dauid habuit

multas

Universidad de Deusto
Biblioteca

multas possessiones, vt patet supra vigesimoseptimo. De quarum fructibus poterat congregare magnam pecuniam, & redditus regni sui erant valde magni, & de his etiam colligebat pecunias multas, de quibus fiebant sumptus domus Dauid valde magni, & super abundabat pecunia multa in thesauris eius, & de ista obtulit nunc Dauid tria millia talentorum auri, & septem millia talentorum argenti, vt patet in litera, & dicitur obtulisse ista nunc de peculio suo, & illa, quæ prius obtulit non dixit esse de peculio, eo quòd illa erant de bellis, & non colligebat illa Dauid de reditibus regni sui, nec de fructibus possessionum suarum, sed mox, vt acquirebat illa ex bellis consecrabat Domino, & sic nunquam videbantur fuisse in peculio eius: alia autem erant de peculio, quia erant de reditibus eius, & Dauid expressit istam differentiam. s. ℘ nunc conferebat de peculio suo ad significandum, ℘ plus erat istud quàm id, quod prius fecerat. Nam ea, quæ Dauid acquirebat de bellis sine magna difficultate acquirebat, & multa simul accipiebat, & ista videbatur Deus sibi dare, & sic erat, quia Deus seruabat eum ad quæ pergebat, & dabat ei victorias magnificas. Cum ergo Deus dedisset ei ista: non videbatur aliquid magnum, ℘ ipse illa offerret Deo, secus autem erat de redditibus regni, & de illis, quæ habebat Dauid de fructibus possessionum suarum. Nam ista habebat alio modo, & minutatim, & possidebat ea multo tempore, ideo offerre ea sibi videbatur difficilius, cum illa essent iam quasi incorporata sibi quàm dare illa, quę acquirebat de bellis, quę nunquam ipse possidebat, sed illico, vt accipiebat offerebat Domino etiam dando ea, quæ in bellis acquirebat Domino, & erant ista tamquam non necessaria cum essent per accidens. Illa autem, quę Dauid habebat de redditibus suis erant necessaria, eo ℘ erant sibi ordinaria: ideo dare de peculio suo erat sibi grauius quàm dare de eo, quod per accidens erat. Et vt ex hoc incitaret alios ad dandum de eo, quod possidebant dixit, ℘ ipse dabat de peculio suo ea, quę nunc offerebat.

De veritate in quibusdam verbis hic dictis, scilicet, quòd Dauid dedit septem millia talentorum argenti ad deaurandos parietes. Quæst. VII.

QVAERITVR vlterius quomodo dixit hic Dauid, ℘ dabat septem millia talentorum argenti ad deaurandos parietes templi. Nam argentum non erat ad deaurandum, sed ad argentandum. Aliqui dicunt, ℘ accipitur large deaurare pro argentare. Sed dicendum, quòd non stat, quia templum erat interius opertum laminis aureis tertio Regum sexto, & sequenti lib. capitu. tertio: ergo non erat argentatum. Aliquis dicet, quòd domus Sancti sanctorum, quę erat preciosior erat interius vestita auro in parietibus, tecto, & pauimento. Domus autem exterior templi erat operta laminis argenteis, quia illa non erat tantæ venerationis. Sed dicendum quòd non stat, quia tam domus Sancti sanctorum quàm domus exterior erant opertę laminis aureis, vt patet tertio Regum sexto. s. porro oraculum, ideſt, Sancta sanctorum habebat viginti cubitos longitudinis, & operuit illud atque vestiuit auro purissimo. Et sequitur domum quoque ante oraculũ operuit auro purissimo, & affixit laminas clauis aureis. Sic etiam patet sequenti lib. capitu. tertio. Erat ergo vtraque domus deaurata.

Dicendum est, quòd ista talenta argenti fuerunt ad deurandum templum, scilicet, tam Sancta sanctorum quàm domum exteriorem templi. Modus tamen erat, quòd laminę fiebant de argento, & operiebantur auro, vt non expenderetur tantum de auro, & sic argentum erat ad deaurandum, quia laminæ de argento deaurabantur. Sed obijcietur, quia istud aurum, quo operiebantur parietes Sancti sanctorum, & templi erat purissimũ, vt patet tertio Regum sexto, & sequenti lib. capitu. tertio, sed operuit, & vestiuit oraculum auro purissimo, domum quoque ante oraculum operuit auro purissimo.

Dicendum est, quòd vocabatur aurum purissimũ non, quòd tota lamina esset de auro, sed quòd aurũ, quo illa deaurabatur erat purissimum, & hoc verum est, quia de auro puriori acciperetur ad deaurandum, vt magis fulgeret, & tunc verum est, quòd tota domus erat operta auro, quia super laminas argenti aurum erat, & sic vltimum operimentum templi interius erat de auro.

Quis erat iste Iehiel, de quo hic dicitur. Quæst. VIII.

QVAERITVR vlterius de isto Iehiel, de quo hic dicitur, quòd per manus eius data sunt in thesauros Domini omnia hęc, quis erat.

Respondẽdum in litera, quòd iste erat Gersonites, ideſt, de familia Gerson. Erat enim familia Gersonitarum vna de tribus familijs Leuitarum. s. Gersonitarum, Caathitarum, Gersonitarum, Meraritarum. Pro quo sciendum, ℘ erat iste Iehiel thesaurarius domus Domini. Erant autem thesaurarij de duabus familijs Leuitarum. s. Caathitarum, & Gersonitarum, de Meraritis autem nulli erant, quia illi occupabantur in alijs officijs. De Caathitis autem erant thesaurarij viri de progenie Moysi descẽdentes de duobus filijs suis Gerson, & Eliezer, vt patet supra vigesimosexto: de familia autem Gersonitarum erant alij thesaurarij, qui ponuntur ibi, & dicunt quidam, quòd iste Iehiel est ille, qui ponitur supra vigesimosexto esse de filijs Ledã, & Gerson, & istud tenet Nico. & multi alij. Hoc autem conuenit sibi, quia vocatur hic Gersonites, ideſt, de familia Gerson, & ille Iehiel de quo supra vigesimosexto erat etiam de familia Gerson. Sed dicẽdum, quòd non constat adhuc an esset iste Iehiel de stirpe Gersonitarum, quia licet vocetur hic Gersonites nõ ex hoc concluditur. Nam Gersonites dicitur de Gerson. Erat autem duplex Gerson, scilicet, vnus filius Leui, a quo nominata est familia Gersonitarum, & alius Gerson filius Moysi. Exodi secundo. Poterat autem iste Iehiel esse Gersonites, ideſt, de stirpe Gerson filij Moysi, & sic esset de stirpe Caathitarum, & non esset ille Iehiel, de quo habetur supra 26. Sed ad huc dato, quòd iste Iehiel esset Gersonites, ideſt, de familia Gerson filij Leui non sequitur, quòd esset ille, de quo habet supra vigesimosexto, immo potius videtur, quòd non poterat esse ille, quia ille Gerson, quo supra 26. fuit filius Ledam, & Ledam fuit filius Gerson, ideo non potuit esse tempore Dauid ille Iehiel, sed multo ante moreretur.

Dicendum est, quòd iste Iehiel fuit de stirpe Gerson, cum vocetur Gersonites, & istud est nomen familiæ. A Gerson tamen filio Moysi non fuit nomina ta aliqua familia, & verisimilius est, ℘ sit ille Iehiel, de quo supra 26 q̃ aliquis alius. Et cũ obijcit, ℘ fuit filius Ledã, & Ledam fuit filius Gerson filij Leui. Ideo multo tẽpore prius mortuus est. Dicendum, ℘ ibi non continuantur generationes, sed manent aliquæ progenies intermediæ. Nam cum dicitur, ℘ de Ledam fuerunt principes familiarum Ledam Gerson, & Iehiel. Dicendum, quòd isti non fuerunt filij Ledam, sed descendentes ab eo, & fortè erant pronepotes, vel trinepotes, & sic potuerunt esse tempore

Dauid.

An omnia hæc fuerint consecrata per manum Iehiel. Quæst. IX.

QVAERITVR vlterius de isto Iehiel quomodo dicitur hic, quòd per manum istius consecrata fuerunt omnia ista in thesauris Domini, cum supra 26. dicitur, quòd omnia consecrabantur per manum Selemith. Aliquis dicet, quòd Selemith fuit thesaurarius, & tamen fuit ante Iehiel, & tempore suo cõsecrabantur omnes thesauri per manum Selemith. Postea autem superuenit Iehiel mortuo Selemith, & per manum eius consecrati fuerunt omnes thesauri, qui nunc ablati fuerunt. Dicendum, quòd hoc non stat, quia Selemith, & iste Iehiel fuerunt eodem tempore. Nam per manum Selemith consecrati fuerunt omnes thesauri, quos obtulit Dauid, Saul, & Samuele, vt patet supra 26. & fuit etiam ille Selemith tempore istius diuisionis thesaurorum, quæ facta est per Dauid anno quadragesimo regni sui, & tunc facta est ista oblatio, quæ habetur hic, ideo vixebat Selemith, quando consecrata sunt ista per manum Iehiel. Sed dicendum est, quòd multi erant principes thesaurariorum, & quibusdam committebantur quidam thesauri, & alij alijs, & sic Selemith custodiuit omnes thesauros, de quibus dicitur supra 26. & Iehiel omnes, de quibus dicitur hic. Pro quo sciendum, quòd thesauri, qui offerebantur Domino erant duplices, quidam erant acquisiti de bellis, alij autem offerebantur de peculio proprio. primi tradebantur ipsi Selemith, & secundi dabantur custodiendi ipsi Iehiel. Thesauri autem, de quibus supra 26. dicitur erant de bellis. Nam Samuel, & Saul, & Dauid, & alij principes offerebant multa Domino de his, quæ acquirebant de bello, & omnia illa consecrabãtur, & custodiebantur per manum Selemith, supra 26. Isti autem thesauri, qui oblati fuerunt, nunc erant de peculio proprio, sicut dixit Dauid supra in litera, scilicet, super hæc obtuli de peculio meo auri, & argentum Deo, ideo custodiebantur isti thesauri per alium, scilicet, per Iehiel.

Sed & Dauid Rex lætatus est gaudio magno, & benedixit Domino coram vniuersa multitudine, & ait: Benedictus es Domine Deus Israel patris nostri ab æterno in æternum. Tua es Domine magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria, & tibi laus. Cuncta enim quæ in cœlo sunt, & in terra tua sunt: tuum Domine regnum, & tu es super omnes principes, tuæ diuitiæ, et tua est gloria, tu dominaris omnium. In manu tua virtus, et potentia, in manu tua magnitudo, et imperium omnium. Nunc igitur Deus noster confitemur tibi, et laudamus nomen tuum inclytum. Quis ego, et quis populus meus, vt possimus hæc tibi vniuersa promittere? Tua sunt omnia, et quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Peregrini enim sumus coram te, et aduenæ, sicut omnes patres nostri. Dies nostri quasi vmbra super terram, et nulla est mora.

Sed & Dauid. Hic ponitur secundum huius cap. scilicet, ipsius Dauid gratiarum actio, nam postquàm Dauid obtulit munera Deo, & omnes principes pro opere templi, lætatus est valde Dauid, & gratias Deo egit, & dicitur. *Sed & Dauid Rex lætatus est.* Scilicet, Non solum lætatus fuit populus cum vota offerret, sicut supra dicitur, sed etiam lætatus fuit Dauid nimis videns, quòd totus populus gratis offerret.

Gaudio magno. Erat gaudium magnum Dauid, quia gaudebat de bono suo, & de bono aliorum: nam Dauid obtulerat sponte, ideo de oblatione sua gaudebat, sicut dicitur supra de populo, quòd lætatus est, cum vota sponte promitteret, quia toto corde offerebant ea Domino: Lætatus fuit etiam de bono populi, quia vidit Dauid, quòd totus populus offerebat, & gratis faciebat istud, & lætabatur, gaudebat ipse de gaudio populi, ideo necesse erat, quòd gaudium suum esset magnum. Sic enim est gaudium magnum eorum, qui sunt in vita æterna, quia non solum gaudent de bono suo, sed etiam de bono aliorum. Quilibet enim gaudet de bono singulorum, & quantum ad hoc gaudium omnium est æquale, quia quilibet gaudet de bono suo, & aliorum, etiam ipsius Christi, vt ait August. 22. de ciuitate Dei, & Magister 4. Sentent. 29. *Et benedixit Dominus coram multitudine.* Scilicet, Propter multitudinem gaudij benedixit Domino laudando eum, & dicendo ista, quæ sequuntur. *Benedictus es Dominus Deus.* Ideſt, Nomen tuum est benedictum ab omnibus. Vel benedictus es, ideſt, bonus, & laudabilis. *Deus patris nostri.* Ideſt, Patrum nostrorum. Dicet aliquis quis erat iste pater? Dici potest vno modo, quòd iste erat Abraham, vel Moyses, vel aliquis de istis patribus antiquis, & tamen non apparet, quis eorum potius sit. Ideo dicendum, quòd hoc potest accipi dupliciter: vno modo, quòd accipiatur singulare pro plurali, vt dicatur Deus patris nostri, ideſt, patrum nostrorum, quia sæpe accipitur sic in Hebræo, vbi mutantur numeri. Aliter potest dici, quòd erat iste vnus pater, & erat Abraham: nam iste fuit pater simpliciter omnium Hebræorum, quia est prima origo eorum. Alij autem patres Hebræorum, scilicet, Isaac, & Iacob, & patres duodecim tribuum non erant patres simpliciter, eo quòd isti habuerunt originem ex alio patre, scilicet, ex Abraham. Ipse autem Abraham ex nullo originem traxit, qui vocaretur Hebræorum pater, ideo ipse vocaretur simpliciter pater. *Ab æterno in æternum.* Ideſt, Sine principio, & sine fine, quia sicut Deus non cœpit esse, nec finiet, ita nec benedictio sua incœpit, nec finietur. *Tua est Domine magnificentia.* Ideſt, Ad te pertinet magnificentia qua dã virtus, ſm quã dirigiritur homo circa magnitudinẽ expensarũ, vt patet 4. Ethic. Nã liberalitas est virtus, ſm quam homo bene se habet circa moderatas expẽsas. Magnificentia aũt est circa maximas, quæ nõ sunt quotidianæ, & istud conuenit Deo, quia ipse est, qui plurima dat, cũ nullum bonum sit, quod ipse non dederit. Aliter accipitur magnificentia large pro magnitudine, & sic Deo competit magnificentia, i. magnitudo in virtũte. *Et gloria, & potestas.* Gloria est clara cognitio cum laude, & pertinet ad nominis celebritatem, siue famam, & hoc Deo competit, quia ipse est maxime famosus, cum nomen suũ sit diuulgatum per omnem terram. Potestas etiam ei competit, quia ipse est omnipotens. *Atque victoria, & tibi laus.* Scilicet, Deo cõuenit victoria, quia ipse est Dominus exercituum, qui dat victoriam cui vult. Laus etiam competit Deo, quia ipse laudabilis super omnia: nam laus est sermo explicans magnitudinem. Deus autem maior est omnibus rebus, ideo ei competit maxime laus.

Quid sit gloria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cuncta enim quæ in cœlo sunt, & in terra tua sunt. Scilicet, Deus est Dominus omnium rerum siue in cœlo siue in terra sint. In cœlo enim sunt ipsi Angeli, & Deus est Dominus eorum, quia ipsi sunt ministri eius obedientes ad omnia, quæ iubet eis, vt patet ad Hebræos primo, scilicet, Sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. In terra autem sunt omnia creata, quia nomine terræ intelliguntur omnia elementa, & etiam omnia ista Dei sunt. F

Tuum Domine regnum. Idest, Omne regnum pertinet ad te, nec est aliquis, qui sit vere rex nisi tu, eo quòd tu es rex Regum, & Dominus dominantium, & princeps omnium Regum terræ. Apoc. primo. Etiam ipse Deus facit, quòd alij regnent, & tribuit potestatem, quibus vult. Sic enim ipse dicit, per me reges regnant, & iudices iusta discernunt. Prouer. 7. Ipse etiam dat regnum, cui vult, & aufert cui vult, sicut dixit Angelus ad Nabucodonosor, quando superbiuit, scilicet, septem tempora mutabuntur super te, donec cognoscas, quòd altissimus dominatur in regno hominum, & cuicunque voluerit dabit illud. Sic enim declarauit Daniel verba Angeli ad Nabuchodonosor dicta, vt patet Danielis 4. & 5. Ipse quoque dat interdum regnum viris malis propter iniquitatem populi cui regnant, vt patet Iob 34. Scilicet, qui facit regnare hypocritam propter peccata populi. G

Tu es super omnes principes. Idest, potestas tua est maior quàm omnium principum. *Tuæ diuitiæ, & tua est gloria.* Idest, Omnes diuitiæ pertinent ad te, & etiam tota gloria: de diuitijs patet, quia nemo est diues nisi Deus, qui omnia possidet, siue in cœlo, siue in terra: etiam est diues, quia Deus efficit diuites eos, qui diuites sunt: nam ipse dat omnia omnibus, & sic dicit Apostolus, quòd est diues in omnes, qui inuocant eum. *Tu dominaris omnium.* Idest, Omnium hominum, vel omnium rerum. H

Quòd Deus nõ habet alia mẽbra.

In manu tua virtus, & potentia. Est modus loquendi humanus: nam Deus non habet manum, nec aliqua membra, cum sit incorporeus, sed dicitur in manu eius virtus, & potentia, quia tamen in homine manus est organum operatiuum, omnia quæ homo potest dicuntur esse in manu eius, ita quæ potest Deus dicũtur esse in manu eius, & accipiuntur pro eodem virtus, & potentia, quia virtus est quoddam robur ad operandum, & idem est potentia. Possunt tamen differre aliqualiter, scilicet, quia potentia significat quamlibet potentiam, virtus autem significat vltimum de potentia sicut ait Aristo. *In manu tua magnitudo, & imperium omnium.* Replicat enim Dauid eandem sententiam. Iste enim modus est eorum, qui sunt passionati circa aliquid siue per desiderium, siue per iram: nam cum non sufficiat eorum affectioni semel eandem rem dicere, sæpe repetunt licet per alia verba. Et dicitur in manu tua magnitudo, scilicet, virtutis, vel potentiæ, & imperium omnium, scilicet, Deus imperat omnibus rebus sicut supradictum est, scilicet, tu dominaris omnium. *Nunc ergo Deus noster.* Posuit supra ea, propter quæ Deus erat laudabilis, & laudauit ipsum, nunc autem applicat se descendendo ad propositum suum. De ista oblatione, quã fecerunt Israelitæ Deo pro templo ædificando. *Confitemur tibi, & laudamus nomen tuum inclytum.* Confiteri, & laudare idem est, sed vocatur confiteri laudare inquantum laudando confitemur, idest, asserimus magnitudinem Dei, & ea, quæ de ipso vera sunt. & dicitur nomen Dei inclytum, idest, famosum: nam est famosum nomẽ Dei super omnia nomina, quia omnes homines Deum inuocant, sicut enim dicuntur homines inclyti, qui famosi sunt. *Quis ego, & quis populus tuus, vt possimus tibi hæc vniuersa promittere?* Tollit hic inanem gloriam, & præsumptionem. Nam putaret aliquis, quòd Iudæi gloriabantur, eo quòd Deo tanta dederant, & ipsi confitentur se nihil dedisse, cum dicit Dauid, quis ego, & quis populus tuus: quasi dicat Ego, & populus tuus Israel non sumus tanti valoris, vt possimus aliquid tibi dare, quia istud esset, si nos haberemus aliquid, quod non esset tuum, & dare vellemus, nihil tamen habemus, quod tuum non sit: ideo tibi nihil dare possumus, nec etiam promittere, quia promissio fit de eo, quod in potestate hominis est, sed nulla istorum bonorum sunt in potestate nostra, cum tua sunt, ergo nihil promittere possumus. *Tua enim sunt omnia.* Hic probat quod dixit, scilicet, quòd Israelitæ non possint dare aliquid Deo, quia nihil habent quod non sit Dei. I

Et quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Scilicet, Omnia ista bona, quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Et nihil istorum est quod prius non acceperamus, ideo nos non donauimus simpliciter tibi, sed reddidimus commodatum, velut, si Deus commodasset nobis omnia ista, quæ habemus, teneremur ei reddere. Et quando redderemus non teneremur nobis ad gratiarum actiones, sicut in omnibus redditibus commodatum. Et ista est causa, quare Deus non teneretur nobis gratias agere: quamquam multa bona faciamus propter eum, eo quòd ad omnia tenemur, vel saltem faciendo illa non satisfacimus pro bonis ab eo susceptis: ideo dixit Christus Luce 17. Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt, dicite: Serui inutiles sumus, quæ facere debebamus fecimus. K

Peregrini enim sumus coram te, & aduenæ. Probat quod dixit, scilicet, quod nihil istorum, quæ dederant Israelitæ Deo, erat suum, sed Dei, eo quòd ipsi erant peregrini, & aduenæ. Et inducitur sic, scilicet, aliquis diceret, quomodo Israelitæ non poterant dare aliquid Deo, nam ipsi habebant terram, quam possidebant, & fructus illius erant ipsorum, & de illis poterant dare Deo. Respondent ipsi, quòd non poterant, quia terra non erat ipsorum, sed Dei, & ipsi erant peregrini, & aduenæ. Nam Deus introduxit Israelitas in terram Chanaan miraculosè delendo Chananæos, ideo terra erat ipsius, & non illorum, quia ipse acceperat eam de manu hostium, & Israelitæ non erant domini terræ, sed coloni eius, & aduenæ in ea, habitantes in ipsa ex permissione Dei, ideo non licebat eis facere quidquid vellent de terra, vendendo, vel alienando, sic enim patet Leui. 25. Vbi Deus vertit venditionem perpetuam, dicens: Terra quoq; non venundetur iure perpetuo, quia mea est, & vos coloni mei estis. Et sic dicebant Israelitæ aduenæ, & peregrini, quia sicut aduenæ, & peregrini nihil habẽt in terra, in qua sunt aduenæ, & peregrini: ita nec Israelitæ habebant quidquam in terra, in qua morabantur. *Sicut omnes patres nostri.* Scilicet, Omnes patres nostri, qui fuerũt ante nos, fuerunt peregrini in terra ista, quia nihil habuerunt de ea, ita & nos. Sic enim dixit Dauid in alio loco: Aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut oẽs patres mei. Psal. 38. *Dies nostri quasi vmbra super terram.* Supra declarauit vnam peregrinationem respectu terræ Chanaan, scilicet, quòd Israelitæ erant peregrini in ea, eo quòd nihil habebant in ipsa. Hic autem declarat aliam peregrinationem respectu totius terræ, quia vbicunque homo sit, peregrinus est. Et causa est, quia peregrinus est, qui transit, & non est mansurus semper in loco. Et sic est de omnibus hominibus in terra. Modico enim tempore manent, quia dies sui transeunt sicut vmbra, quæ fugit, nec est aliquid non habens vestigium. Nam aliæ res sunt aliquid, vmbra tamen nihil est, nisi priuatio entitatis. Ita dies nostri videntur esse tanquam nihil, & pertranseunt. Alius modus adhuc peregrinationis est in omnibus hominibus viuentibus, scilicet, quòd quandiu viuunt, peregrinantur a Domino, secunda ad Corin 5. Sed de ista peregrinatione Dauid nihil locutus est, quia ista non pertinet nisi ad viros perfectiores noui testamenti, in veteri autem testamento non sentiebant viri istam peregrinationem nisi aliqui speciales, sicut patres Sanctissimi. Ideo de alijs duabus solum locutus est hic Dauid. A

Et nulla est mora. Idest, Non est mora in viuendo. Nam vita nostra est sicut punctus, vel instans. Nam licet aliquis vixerit multis annis, illi sunt quasi nihil comparando ad durationem æternam Dei, vel ad durationem animæ nostræ post mortem. Sic patet Psal. 89. Quia mille anni in oculis tuis sicut dies hesterna, quæ pertransijt. In Hebræo dicitur. B

Et nulla est expectatio. Idest, Non expectatur homo viuere aliquanto tempore, sed illico vt viuere incipit, vita eius præscinditur, sicut dicebat rex Ezechias. Præcisa est velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer, succidit me, de mane vsque ad vesperam finies me. Isaiæ 38.

Domine Deus noster omnis hæc copia quam parauimus, vt ædificaretur domus nomini sancto tuo, de manu tua est Repetit sententiam suprapositam, scilicet, Domine Deus nihil nos tibi dedimus, quia licet videamur multa dedisse, scilicet, totam istam copiam, quam parauimus, vt ædificaretur templum, nihil tibi dedimus, quia omnia ista tua sunt, & quod tuum est, nemo tibi donare potest. C

Tua sunt omnia. Scilicet, Nos accepimus illa de manu tua, cum nos non possimus aliquod bonum habere quod tu non dederis illud: ideo omnia sunt de manu tua. Intelligitur enim manus Dei ipsa eius liberalitas, per quam nobis omnia abundanter tribuit.

Scio Deus, quòd probes corda. Ponit Dauid, quæ vtilitas fuerit in dando omnia ista. Nam cum ipse dixerit, quòd nihil istorum erat suum, sed omnia erant Dei, diceret aliquis, quid ergo proficiebat, vel in quo merebatur Dauid, & alij Israelitæ dando ista cum darent Deo id, quod suum erat. Respondet Dauid, quòd meritum est saltem in bona voluntate, eo quòd Deus probat corda, idest, non attendit ea, quæ exterius donantur, sed considerat cor hominis, & illud approbat, & laudat si rectum est erga Deum. D

Et simplicitatem diligas. Simplex vocatur, quod vnum est, & simplicitas cordis est vnitas intentionis, scilicet, quòd non habet secum compositionem, vt siquis agat aliquid propter Deum, & propter ipsum solum moueatur, dicitur agere simplici corde, quia vnitas finis, & intentionis ibi est. Qui autem agit aliquid quod bonum est, & videtur agere propter Deum, & tamen agit propter inanem gloriam, vel agit aliqualiter propter Deum, aliqualiter propter lucrum, vel alium finem, non agit simplici corde, sed duplici, & Deus odit istam duplicationem. Israelitæ autem obtulerunt nunc simplici corde, quia propter solum Deum obtulerunt: ideo ista oblatio esset ei accepta. E

Vnde, & ego in simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa hæc: Concludit quomodo placuit Deo ista oblatio, scilicet, quia Deus diligit simplicitatem cordis. Et ita Dauid dicit de seipso, quòd in simplicitate cordis, & cum magna lætitia obtulit Domino vniuersa hæc, & dicitur vniuersa hæc, scilicet, tria millia talentorum auri de Ophir, & septem millia talentorum argenti, quæ nunc obtulerat supra in litera, & ante hoc obtulerat multo plura de his, quæ accepe-

Sed, & omnia vasa ænea, aurea, & argentea consecrauit rex Dauid Domino cum argento, & auro quod tulerat ex vniuersis gentibus tã de Idumea, & Moab, & filijs Ammon, quàm de Philisthiim, & Amalec.

Et populum tuum, qui hic repertus est. Dicitur qui hic repertus est, quia non venerat totus populus ad istam congregationem, sed principes soli vocati fuerunt, vt patet præcedenti cap. & ipsi soli dicuntur hic obtulisse. Si autem cum eis fuerint aliqui de populo, non apparet, & sic parua pars populi fuit hic reperta in ista oblatione. *Vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria.* Scilicet, Non solum ego obtuli cum gaudio, sed etiam vidi, quòd totus populus, qui obtulit hic donaria cum gaudio obtulit: ideo illi meruerunt, quòd tu Deus acceptares cordis illorum simplicitatem.

An res sint verè hominis. Et quomodo fuerit introductus dominij modus, item quomodo Deus proprie sit omnium rerum dominus. Quæst. X.

QVAERITVR circa ea, quæ dicta sunt, scilicet, tua sunt omnia, an verum sit quòd homines sint domini aliquarum rerum, & sint vere suæ.

Aliquis dicet, quòd non, quia non potest eadem res esse duorum insolidum, nisi possideant pro indiuiso omnia, & tamen solius Dei sunt omnia, vt patet supra, s. tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, tibi dedimus. Item patet, quia Augustinus volens probare proprium nullius esse aliquid de iure diuino ait: Domini est terra, & plenitudo eius, quasi dicat ipsius Dei sunt omnia, & nihil est nostrum, & habetur in Decretis dist. 8 cap. quo iure. Respondendum, quòd si quæritur an omnia Dei sunt. Concedẽdum, quòd omnia sunt propria Dei, eo quòd ipse omnia condidit, & gubernat, & a nullo illa accepit, sed potius quicunque habet aliquid istorum, ab eo illud accipit, & sic Deus proprijssime est dominus omniũ rerum. Si autem quæratur de homine, an aliquid sit proprium homini, ita quòd sint domini aliquarum rerum possessarum. Dicendum, quòd consideratur hoc dupliciter, s. vel in comparatione hominis ad hominem, vel in comparatione hominis ad Deum. Si primo modo, aliquid est proprium, & homo est vere dñs rerum possessarum. Si autẽ secũdo modo, homo est dñs, sed non tam proprie. Et similitudo est huius in multis, quia aliquid est, quod vocatur proprium, & etiam commune, sicut priuilegium alicuius ordinis, vel vniuersitatis est commune respectu omnium, qui sunt de illo ordine, vel vniuersitate, quia oẽs in illo participant, & tñ est proprium respectu aliorum, q non sunt de eadem vniuersitate, vel ordine. Ita comparando hominem ad Deum nõ erit homini aliquid proprium vere nisi large, & comparando homines inter se, erit eis aliquid proprium. Si consideretur homo respectu hominis dicitur esse vere dominus alicuius rei, quia ita vnus est dominus vnius rei, quòd nullus alius hominum est dominus illius. Et hoc sufficitad esse verum dominum. De modo tamen causandi istud dominium est dubium, quia quidam putant, q̃ causatur solum ex iure positiuo, & quòd de iure naturali nihil est proprium. Et sic videtur innui in allegato cap. quo iure. Sed dicendum, quòd diuisio dominiorum etiam est de iure naturali, idest, erat tempore legis naturę, quando nulla lex erat nisi lex naturæ. Et patet hoc, quia duo primi filij Adæ, scilicet, Cain, & Abel fuerunt in exordio sęculi, cum nulla adhuc lex per hominem posita erat, nec consuetudo introducta. Et tamen isti inceperunt habere proprium, quia Cain habebat agros, & colligebat inde

fruges,& Abel habebat pecora. Et dicitur,quòd Cain F
obtulit Domino de frugibus suis, & Abel de primogenitis pecorum suorum,Genes.4.Ergo sine lege posituia erat dominium. Dicendum ergo, quòd modus introducendi dominium, fuit per solam occupationem rei. Nam Deus creauerat omnia ad seruitium hominis,sicut innuitur Genes.2.Cum Deus duxerit omnia animantia coram Adam, vt imponeret eis nomina secundum voluntatem suam. Nam non duxisset illa, nisi homo haberet aliquod dominiũ super ea,& posset illa nominare, sicut vellet. Sic etiam patet cum Deus dixit Genes.1.& 9. Crescite,& multiplicamini,& replete terram, & dominamini piscibus maris, & volatilibus terræ. Ecce ergo Deus dimisit homini libertatem dominandi omnibus rebus. Cum G
ergo omnes res essent sine domino licebat cuilibet occupare quam vellet. Et per solam occupationem efficeretur homo dominus ipsarum rerum, quas occuparet, sicut nunc quando est aliqua res,quæ in nullius bonis est, primo occupanti conceditur. Verum est tamen, quòd ex iure humano inuenti sunt plures modi titulorum ad causandum dominium, scilicet, ex emptione, & venditione, ex donatione, ex hæreditaria successione, ex præscriptione, & sic de alijs. Constituit etiam modos, per quos perderetur dominium. Origo tamen dominij non fuit ex iure positiuo, sed in lege naturæ fuit, & habuit ortum ex Dei permissione. Nam omnes res erant Dei,& si ipse non permitteret dato, quòd homo occuparet eas H
non efficeretur dominus, sed detentor, & vsurpator, permisit tamen quòd homo acciperet illas. Ideo habuit ibi locum, scilicet,quòd res quasi derelicta,vel quę in nullius bonis est,efficiatur occupantis. Et cum dicitur, quòd de iure naturæ omnia sunt communia, intelligitur dupliciter ista propositio. Vno modo negatiue. Alio modo positiue. Primo modo est sensus, quòd de iure naturali omnia sunt communia, idest, ius naturale non dedit diuisionem bonorum, nec titulos lucratiuos, & distinctionem dominiorum. Secundo modo est sensus, quòd de iure naturali omnia sunt communia, idest, ius naturale præcipit, quòd omnia sint communia. Primus sensus est verus, & quem intendit ista propositio. Nam I
verum est, quòd de iure naturali non sunt aliqui tituli, ita quòd ius naturale introduxerit illos, vel fecerit bona esse distincta, sicut fecit postea ius positiuum, quod introduxit multos titulos lucratiuos, & etiam constituit modum perdendi dominium, & tamen dato quòd dominium non introduceretur de mandato iuris naturalis, poterat introduci ex voluntate humana,& Dei permissione,non prohibente iure naturali, & sic factum est. Nam per occupationem gregum factam ab ipso Abel constitutus est dominus eorum, & per occupationem agrorum factã a Cain, factus est dominus ipsorum, & sic de omnibus posteris eorum. Secundus sensus est fallsus, quia non est aliqua regula iuris naturalis, quæ vetet dominium. Nam si dominium esset prohibitum de iure naturali, non posset introduci per ius humanum, nec per aliquam consuetudinem. Nam contra ius naturale non potest præscribi, nec aliquid statui, etiam si per quinque millia annorum seruaretur contraria consuetudo, quia illa potius vocaretur corruptela, quàm consuetudo, cum tanto grauiora sint peccata, quanto longiori tempore in vsum venerint, extra de consuetud. cap. vltimo. Et tamen dominia non sunt illicita, nec reprobat illa lex euangelica, sed potius præsupponit; ergo dominia, & distinctio bonorum non sunt contra ius naturale.

Si autem quæratur de homine in comparatione ad Deum, an homo sit dominus. Dicendum est, quòd non est homo tam proprie dominus, sicut comparando hominem ad hominem, & tamen aliquo modo est dominus. Aliquis dicet, quòd ita se habet homo in rebus illis, quarum est dominus respectu Dei, sicut se habet homo respectu regis sui, quia licet quis sit dominus rerum suarum, tamen rex habet iurisdictionem super bona illius. Sed dicẽdum, quòd hoc non stat, quia rex licet habeat iurisdictionem super bona mea non est dominus illorum, nec habet potestatem super illa, nisi secundum legem, ideo non potest illa alienare, vel a me tollere, me inuito, nisi propter delictum. De Deo autem secus, quia ipse est dominus rerum nostrarum magis,quàm nosipsi,& potest de ipsis facere quidquid voluerit.Habet ergo maiorem potestatem sup bona nostra,q̃ res-

Dicendum est, quòd Deus est Dominus omnium rerum proprie, quia ipse omnia condidit, & non accepit illa ab alio,& tamen nos sumus domini istarum rerum ex permissione eius. Et quantum ad hoc habemus quendam modum administratorum, qui habent plenam, & liberam facultatem administrandi, Vnde possumus illa donare, & quidquid voluerimus de illis facere, dum tamen non faciamus contra legem. Et iste est quidam modus dominij, & patet hoc quia Deus dixit Israelitis, quòd non possent vendere possessiones aliquas in terra Chanaan iure perpetuo, Leuitici vigesimoquinto, scilicet, Terra quæ non vendetur iure perpetuo, quia mea est, & vos coloni mei estis. Et hoc dixit Deus, quia ipse acceperat terram illam de manu Chananæorum. expellendo illos miraculosè de illa, & propter hoc specialiter pertinebat ad ipsum, & imponebat legem Hebræis, quòd non venderent eam iure perpetuo, Et sic innuitur, quòd aliæ terræ quas Deus non tradiderat sic aliquibus gentibus, non pertinebant tam specialiter ad Deum. Ideo homines habitantes in illis, essent magis domini illarum terrarum respectu Dei, quàm Israelitæ, sed Israelitæ erant tanquàm domini respectu Dei: ergo homines aliarum terrarum essent aliquo modo tanquàm domini.

Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd verum est,quòd omnia sunt Dei, quia ipse magis proprie est dominus omnium rerum, quàm homo dominus ipsarum rerũ. quas possidet: & tñ relinquitur homini quoddam dominiũ etiã respectu Dei.

Ad secundam cũ dicebatur, q̃ de iure naturali, vel diuino dñi est terra,& plenitudo eius. Dicendũ,q̃ non tollitur ex hoc quin homo respectu Dei sit dñs rerum quas possidet, quia licet Deus sit Dñs oĩum rerum, cum illo dominio pōt stare aliud dominium humanum, quia non sunt ambo eiusdem modi, non tñ staret si esset simile dominiũ vtriusq;. Sic etiã dr̃,q̃ Deus est rex omniũ regum terræ, Apocal.1. & supra in litera dr̃. Tua est magnitudo, & imperium omniũ. Et tñ nõ tollitur ex hoc, quin aliqui homines sint reges, eo q̃ aliter regnat Deus sup hoĩes,& aliter homo sup hominem. Ideo stat regnum vtriusque simul super eosdem homines, homines tñ non regnant eosdem homo. Ideo non possunt duo regnare super eosdem homines in solidum, & sic propter dissimilitudinem dominij Deus est Dñs rerum, & etiã homines sunt Dñi.

Quæst. XI.

Si possimus aliquid dare Deo.

QVAERITVR vlterius cum omnia, quæ nos habemus ipsius Dei sint, quid nos meremur dando aliquid Deo, vel an possimus aliquid dare. Respondendum, quòd sicut declaratum est præcedenti quæstione,homo est dñs rerum,quas possidet

sidet aliquo modo etiam respectu Dei, ideo eo modo A
quo Dominus est, potest aliquid dare, & merebitur dando. Sed considerandum est ad maiorem declarationem,quòd in illis,quę nos facimus propter Deum vel damus sibi,est diuersitas. Nam quædam pertinent ad actus nostros, alia pertinent ad erogationem rerum possessarum. De primo patet, vt quòd aliquis credat omnia, quæ fidei sunt, quod pertinet ad intellectum, & quòd diligat eum nimis, & desideret ipsum colere, & velit etiam,quòd ab alijs colatur,quod pertinet ad voluntatem,etiam subeat aliquos labores corporales, sicut in ieiunijs, vigilijs, frigore, & nuditate, & ardore per æstum, & in alijs generibus afflictionum, & operum laudabilium, quæ tamen non sunt in erogando aliquid de rebus possessis. Secun- B
dum est cum homo erogat Deo aliquid, vel propter Deum de ipsis,quæ possidet. Accipiendo primo modo homo potest mereri dupliciter. Primo propter simplicitatem voluntatis, scilicet, si bona intentione vult aliquid agere, Deus acceptat illam intentionem, sicut dixit hic Dauid,scilicet,Scio Deus,quòd probes corda,& simplicitatem diligas.Vnde dato,quòd non sequatur effectus post bonam volitionem, sed impediatur aliquo modo executio, Deus acceptat voluntatem nostram.Sic fuit de Dauid,qui voluit ædificare templum Domino, & prohibitus est, & tamen accepauit Deus volũtatem illius, & meruit nimis Dauid per hoc,vt patet sequẽti lib.cap.6. s.dixit Dominus ad Dauid,quia fuit voluntas tua,vt ædificares domũ nomini meo, bene quidem fecisti habere huiusmodi C
voluntatem,sed nec tu ędificabis domum,sed filius q̃ egredietur de lumbis tuis.Secundum est,quia homo est dñs istorum actuum. Nihil enim magis est in potestate hominis, quàm actus voluntatis, & alij actus nostri dependent ex volũtate, quæ superat omnibus: dicitur homo dominus illorum, & sic potest offerre illos Deo, quia etiã respectu Dei homo est dominus actus voluntatis suæ, nõ tamen est ita dñs, quin possit Deus mutare voluntatem eius quocũq; voluerit, vel facere, q̃ nihil velit, sicut dr̃ Prouer.21. Sicut diuisiones aquarum,ita cor regis in manu Dñi,& quocunq; voluerit,vertet illud.Quia tñ voluntas non est directe cogibilis,de quo magis declaratũ est, 3.Re.12. Manet D
homini dñium sup actus suos. Et ista est causa, quare Deus in oĩbus operibus nostris magis attendit voluntatẽ nostrã, q̃ aliquid aliud, s. quia tunc homini datur gratiarũ actio,qñ dat aliquid de suo,& tñ nihil est magis ipsius hoĩs,q̃ actus voluntatis. Ideo non pōt homo offerre Deo aliqd acceptabilius, q̃ cũ ei actũ voluntatis suæ offert. Si autẽ quæritur de secundo,s.cũ homo erogat aliquid de rebus possessis dicendũ, q̃ istud pōt fieri dupliciter,quia aut homo erogabit aliquid Deo, aut erogabit quippiam alicui propter Deum. Erogatum proximi, sicut siquis det pecuniam ad ædificandũ Ecclesiã,vel ad aliqua ornamenta ecclesiastica, vel siquis daret in veteri Testamento aliqua animalia E
ad faciendum sacrificia. Nam ista soli Deo dantur. Alia sunt, quæ dantur alicui propter Deum, vt si quis det eleemosynam pauperi. Primo modo meretur homo dupliciter: primo ex voluntate, s.quia ex bona voluntate homo offert. Secundo meretur ex ipsa re,quã dat, quia homo etiam respectu Dei est dominus aliqualiter rerum,quas possidet. Ideo potest donare,& transferre ius illud quod habet. Et patet hoc, quia Deus non cogit hominem ad ea, quæ possidet sibi dandum, intantum, quòd etiam si non det non peccat. Et sic si dat liberum est sibi dare, & propter hoc gratiam meretur, quia de suo dedit cum non obligaretur. Istę tamen res, quæ dantur in se Deo non profi-

ciunt, quia Deus bonorum nostrorum non indiget, sed solum proficiunt in duobus. Primo inquantum a bona voluntate dantur. Secundo inquantum ad honorem Dei proficiunt. Primum istorum cõsiderauit solum Dauid dicens. Scio Deus, quòd probes corda, & simplicitatem diligas,vnde ego in simplicitate cordis mei obtuli vniuersa hæc,supra in litera. Et nõ cõsiderauit Dauid aliã vtilitatem, vel meritum ex ista datione. Secundum est inquantum ex ista oblatione sequitur honor Dei. Nam cum aliquis offert Deo sacrificium, vel ædificat Ecclesiã propter eum,innuit Deũ esse honorabilem, quia aliàs non faceret aliquid propter ipsum. Nam videretur perdere omnia. Et ob hoc magis gaudet Deus in actibus nostris spiritualibus, quàm in erogatione bonorum nostrorum, quam ei facimus,quod patet de sacrificio. Psal.49. Non accipiam de domo tua vitulos, nec de gregibus tuis hircos. Quoniam meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus, & boues. Cognoui omnia volatilia cœli, & pulchritudo agri mecum est. Si esuriero non dicam tibi, meus est enim orbis terræ, plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes taurorum: aut sanguinem hircorum potabo? Et sequitur: Immola Deo sacrificium laudis: & redde altissimo vota tua. Inuoca me in die tribulationis, & eruam te, & honorificabis me. Et iterum dicitur: Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. Et non solum placent Deo magis opera spiritualia, quæ fiunt ad ipsum, quàm erogatio bonorum exteriorum, sed etiã plus placent ei bona, quæ fiunt proximis, quàm erogatio rerum nostrarum possessarum, quæ fit ei, vt patet Oseæ 6. Quia misericordiam volui, & non sacrificium, & scientiam Dei plus, quàm holocausta. Obedientia ergo magis laudatur, quàm holocausta, vt patet 1. Regum 15. Et tamen dato, quòd adhuc ista bona,quæ Deo damus secundum se non proficerent, ita quòd totaliter essent sua, tamen ex voluntate eius proficiunt, scilicet, quia ipse imputat nobis ad meritum, licet ista secundum se non essent meritoria illorum bonorum,quæ Deus nobis dat. Ipse enim acceptat opera nostra plus, quàm ipsa valeant, vt patet ad Rom.8. s. Non sunt condignę passiones huius mundi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Si autem quæratur de bonis, quæ nos erogamus proximis propter Deum. Dicendum,quòd meremur in eis dupliciter. Primo quia ex bona voluntate agimus, & ipsa est præcipuum omnis meriti. Secundo ex ipso opere. Nam ibi dat homo de suo, quia licet respectu Dei nõ sit homo dominus rerum, quas possidet, tamẽ respectu hominum proprie dominus est, sicut probatum est præcedenti quæstione. Acceptatur ergo opus suum, quia de suo dat.

Domine Deus Abraham, & Isaac, & Israel patrum nostrorum custodi in æternum hanc voluntatem cordis eorum, & semper in venerationem tui mens ista permaneat. Salomoni quoque filio meo da cor perfectum, vt custodiat mandata tua, & testimonia tua,& cæremonias tuas,& faciat vniuersa,& ædificet ædem cuius impensas paraui. Præcepit autem Dauid vniuersæ Ecclesiæ. Benedicite Domino Deo nostro. Et benedixit omnis Ecclesia Domino Deo patrum suorum,& inclinauerunt se, & adorauerunt

Deum, & deinde Regem. Immolauerunt- F
que victimas Domino, & obtulerunt holocausta die sequenti, tauros mille, arietes mille, agnos mille cum libaminibus suis, & vniuersoritu abundantissime in omnem Israel. Et comederunt, & biberunt coram Domino in die illo cum grandi lætitia: Et vnxerunt secundo Salomonem filium Dauid. Vnxerunt autem eum Domino in principem, & Sadoc in pontificem. Seditque Salomon super solium Domini in regem pro G
Dauid patre suo, & cunctis placuit, & paruit illi omnis Israel. Sed & vniuersi principes, & potentes, & cuncti filij Regis Dauid dederunt manum, & subiecti fuerunt Salomoni Regi. Magnificauit ergo Dominus Salomonem super omnem Israel, & dedit illi gloriam Regni, qualem nullus habuit ante eum Rex Israel. Igitur Dauid filius Isai regnauit super vniuersum Israel, & dies quibus regnauit super Israel, fuerunt qua- H
draginta anni. In Hebron regnauit septem annis, & in Ierusalem annis triginta tribus, & mortuus est in senectute bona plenus dierum, & diuitijs, & gloria: & regnauit Salomon filius eius pro eo. Gesta autem Dauid Regis priora, & nouissima scripta sunt in libro Samuel videntis, & in libro Nathan Prophetæ, atque in volumine Gad videntis: vniuersique Regni eius fortitudines, & temporum, quæ transierunt sub eo, siue in I
Israel, siue in cunctis regnis terrarum.

Domine Deus Abraham, & Isaac, & Israel patrum nostrorum. Deus Israel erat Deus omnium, & maxime ipsorum Hebræorũ. Et tamen vocatur hic Deus Abrahã, & Isaac, & Iacob propter duo. Primo propter manifestationem, scilicet, quia istis primo manifestatus est. Nam ante Abraham omnes gentes declinauerãt in varios errores, & ipsi Abraham primo Deus manifestatus est, & ex ipso cœpit populus Iudaicus esse populus Dei, & post ipsum manifestatus est filio suo Isaac, & nepoti suo Iacob, vt colligitur ex processu libri Geneseos. Secundo patet, quia isti fuerunt patres præcipui populi Hebraici, ex quibus descenderunt K
Hebræi, sed cum alij fuerint etiam præcipui in populo, quare non fuerunt illi nominati, infra dicetur in quadam quæstione. Et vocatur hic Israel ipse Iacob. Nam prius vocabatur Iacob, & postea vocatus est Israel ab Angelo, quãdo luctabatur cum eo, Genes. 32. Et iterum a Deo confirmata est ista mutatio, Gen. 35. Ideo interdum vocatur Iacob interdum Israel. *Custodi in æternum hanc voluntatem cordis eorum.* Viderat enim Dauid, quòd totus populus obtulerat sponte munera, & erant omnes prompti ad cultum Dei. Et quia si semper haberent istam voluntatem colerent eum, & Deus benefaceret eis: Et ista voluntas non poterat perseuerare in Israelitis, nisi Deus hoc faceret: Ideo orauit Dauid, vt Deus conseruaret istam voluntatem populi sui in æternum. *Et semper in veneratione tui mens ista permaneat.* Idest, Rogo, quòd semper habeant talem mentem, qualem nunc habent ad venerationem nominis tui, quasi dicat, nunc nimis deuoti sunt erga te. *Salomoni quoque filio meo da cor perfectum.* Orauit pro toto populo in generali, quòd Deus daret illis intentionem rectam erga se, nunc orat in speciali pro Salomone, vt Deus Dei ei cor perfectum, ideſt, integrum, scilicet, quòd totaliter dirigatur ad mandata Dei. Aliqui enim sunt qui aliquo modo volunt colere Deum, & aliquo modo inclinantur ad idola, & isti non habent cor perfectum, ideſt, totum cum Deo, & Deus abominatur tales, nec recipit eorum obsequia. Sic etiam dixit Samuel ad totum populum Israel in Masphath, scilicet, si in toto corde vestro conuertimini ad Dominum, abijcite de medio vestri Deos alienos Baalim, & Astharoth, 3. Regũ 7. quasi dicat, quòd aliter non cõuertebantur ad Deum in toto corde, nisi abijcerent Deos alienos, & seruirent ei soli. sic etiam Elias increpuit totum populum Israel, dicens, si Dominus est Deus, sequimini illum, si autem Baal est Deus, sequimini illum, quousque claudicatis in duas partes? 3. Regum 18. quasi dicat, Non est bonum aliquãdo colere vnum Deum, & aliquando alterum, sed colite vnum ipsorum tãtum, qui verus Deus fuerit. Sic faciebãt Samaritæ, qui Deũ cœli timebant, & tñ Deos suos colebant, 3. Regum 17. Et hoc timebat Dauid de Salomone. Ideo dixit da ei cor perfectum. *Vt custodiat mandata tua, & testimonia tua, & cæremonias tuas.* Tria sunt genera mandatorum in veteri Testamento, scilicet, moralia, cæremonialia, & iudicialia. Moralia sunt illa, quorum obligatio pendet ex natura, dato quòd non esset aliqua lex posita, sicut sunt præcepta decalogi, & quædam alia, quæ ex ratione naturali insurgunt. Cæremonialia sunt præcepta quædam de cæremonijs obseruandis circa cultum diuinum, & ista sunt præcepta pure positiua, quia non habent aliquam obligationem ex natura, siue dictamine rationis, sed solum ex voluntate legislatoris. Alia sunt iudicialia, scilicet, illa, per quæ homines diriguntur inter se in communicanibus suis, & ista iudicant circa actiones forales. Et ista etiam pendent ex voluntate legislatoris, licet magis habeant de naturali dictamine, quàm præcepta cæremonialia. Et hic possent intelligi ista tria per tria, quæ ponuntur in litera, scilicet, moralia per mandata, & cæremonialia per cæremonias, & iudicialia per testimonia. Et vocabuntur illa testimonialia, quia testificatus est Deus Israelitis, quòd illa seruarent. Quia tamen testimonia non multum conueniunt præceptis iudicialibus, dicemus, quòd per testimonia intelliguntur hic quædam præcepta, siue cæremonialia, siue moralia, per quæ Deus testificabatur, ideſt, probabat aliquid de eis, quæ fecerat. Et de istis dicetur infra in quadam quæstione. *Et faciat vniuersa.* Custodire mandata, non est illa facere, sed diligenter attendere, ad ipsa, quæ sunt, & quanem sequitur mandatorum executio. Et sunt ista duo necessaria: nam nemo potest mandata exequi, nisi custodiat illa, ideſt, recogitet, etiam si non exequatur illa, etiã si recogitet nihil prodest, quia in moralibus intelligere nõ est propter se, sed propter operari. Sic ait Aristoteles 2. Ethicorum, scilicet, Non addiscimus, vt sciamus, sed vt boni efficiamur. Sic etiam dicitur Psal. 102. scilicet, Et misericordia eius super eos, qui memores sunt mandatorum illius ad faciendũ ea. Vnde non dixit solũ, q̃ misericordia eius super illos, q̃ memores sunt mandatorũ eius, quia istud non sufficit,

sufficit, sed addidit ad faciendum ea. *Et ædificet ædem.* A
Scilicet, Templum Domini. In Hebræo habetur. Et ædificet castrum, & idem est, quia templum Domini erat per modum castri, siue turris. Nam erat altitudo sua maior, quàm longitudo, & latitudo, s. altitudo cubitorum cẽtum, & viginti, & latitudo cubitorum viginti, & longitudo cubitorũ sexaginta, seq. lib. cap. 3. Et sic vocatur templum turris aliquãdo in scriptura, s. turris nebulosa, vel turris gregis. *Cuius impensas parauit.* Dicit hoc Dauid, quia ipse parauerat iam omnes impensas necessarias secundum iudicium suum. Et si Salomon non ædificaret templum Dei esset inutilis illa paratio expensarum, ideo orabat Deum, vt Salomon ædificaret templum illud, ne expensæ essent inutiles. *Præcepit autem Dauid vniuersæ ecclesiæ.* Hucusq; durat benedictio Dauid ad Dominum, hic autem iubet ipse, quòd totus populus benedicat. Et dicitur, quòd præcepit vniuersæ Ecclesiæ, ideſt, toti populo, quia Ecclesia significat congregationem, vt dictum est in principio capituli. *Benedicite Domino Deo nostro.* Scilicet, Omnes laudate eum, quia laudabilis est. Est enim benedicere bona dicere, & sic, quando laudamus aliquem, cũ de eo bona proferamus, dicimur eibenedicere. Sed aliquãdo benedictio est bonorum largitio, & sic Deus dr benedicere homini, quando ei bona confert. Et sic ẽt vnus homo dat alteri benedictionem, q̃n ei dat aliquod munus, siue benedictionẽ. *Et benedixit omnis ecclesia Domino Deo patrum suorum.* Idest, tota multitudo benedixit Deo laudando ipsum. Quid aũt illi dixerint laudando non ponitur, quia forte quilibet diceret secundum intentionem suã, & nõ dicerent omnes idem. Ideo scriptura nõ curauit dicere, quid illi dixerint. *Et inclinauerunt se, & adorauerunt Deum deinde regem.* Postquàm benedixerunt Deo, inclinauerunt se omnes ad adorandum Deum, & postea conuersi sunt omnes ad regem, & adorauerunt ipsum, ideſt, exhibuerunt ei quandam reuerentiam, sicut exhibetur homini. Reuerentia autem exhibita Deo fuit adoratio latriæ. *Immolauerunt que victimas Domino.* Oblatio victimarum pertinebat ad quandam reuerentiam, quia non exhibetur alicui sacrificium, nisi Deo, ideo non solum significatur in hoc honor, sed etiam maximus honor. Est enim victima nomen D
generale ad omnia sacrificia, quia sunt tria genera sacrificiorum, scilicet, holocaustum, hostia pacifica, & victima pro peccato. De cæremonijs autem, quæ fiebant in quibuslibet istorum sacrificiorum, habetur Leitici 1. & 3. & 4. & 6. *Et obtulerunt holocausta die sequenti.* Non est sensus, quòd in ipsa die, in qua Dauid dixit ista oblatæ fuerint victimæ, & sequenti die offerentur holocausta, quia eodem die victimæ, & holocausta oblata sunt, cum idem sint victimæ, & holocausta. sed dicitur quòd immolauerunt victimas, & non assignat tempus, cum ponitur immediate tempus, scilicet, quòd sequenti die obtulerunt ista holocausta. Nam ipsa die, qua Dauid locutus est populo ista, quæ supra habentur erat forte sero, & non potuerunt post hæc immolari holocausta, sed sequenti die immolata sunt. *Tauros mille, & arietes mille, & agnos mille.* Ponitur summa animalium oblatorum. Nam de quocunque genere mille oblata sunt. *Cum libaminibus suis.* Libamina sunt quædam accessoria ad sacrificia, & sunt quinque, scilicet, simila, oleum, vinum, sal, & thus, vt patet Leuitici secundo, & Numeri decimoquinto. Et offerebantur ista in mensura certa, scilicet, plura cum maioribus sacrificijs, & pauciora cum minoribus. Et ista libamenta ponebantur semper in holocaustis, & hostijs pacificis. In hostijs autem pro peccato non ponebantur victimæ, vt patet Numeri decimoquinto.

Alph. Tost. In Lib. I. Paralip.

Et vniuersoritu. Scilicet, Seruatus fuit in victimis istis totus ritus, ideſt, omnes cæremoniæ, quæ secundum legem seruandæ erant. *Abundantissime.* Ideſt, Libamenta, & omnia requisita ad illa sacrificia data sunt abundantissime. *In omnem Israel.* Ideſt, Ista sacrificia facta abundantissime fuerunt pro toto Israel. Vel est sensus, quod oblata sunt sacrificia, & libamenta, quæ sufficerent in cibum pro toto Israel, scilicet, pro omnibus illis, qui præsentes erant in congregatione illa, & repræsentabant totum Israel. Nam isti comederunt de sacrificijs istis, vt patet in litera. *Et comederunt, & biberunt coram Domino in die illa.* Scilicet, In die illa, in qua obtulerunt sacrificia, comederunt, & biberunt de sacrificijs illis. Et B
dicitur, quòd comederunt coram Domino, scilicet, coram altari, vbi oblata fuerunt sacrificia, quia ibi existentes dicebantur esse coram Domino.

Cum grandi lætitia. Scilicet, Omnes Israelitæ gauisi sunt nimis de oblatione illa, & de omnibus, quæ facta fuerunt. Ideo comedebant de sacrificijs cum lætitia.

Quare dicitur hic potius Abraham, Isaac, & c. quàm aliorum. Quæst. XII.

QVAERITVR circa prædicta, quare potius dicitur hic Deus Abraham, & Isaac, & Israel, ideſt, Iacob, quàm aliorum: nam multi C
alij fuerant inter Hebræos clarissimi, sicut Moyses, & Iosue, & Samuel.

Dicendum, quòd vna causa fuit, quia isti fuerunt primi patres populi. Nam licet alij fuerint patres Hebræorum, tamen isti fuerunt primi simpliciter. Ideo attribuitur eis honor primitatis. Et patet, quia dicitur hic Deus patrum nostrorum, & sic tanquàm patres, & primi ponuntur hic ante alios. Alia causa fuit, quia licet alij essent patres Hebræorum, tamen debuerunt poni isti tres, eo quòd in istis colligitur totum genus Hebræorum, s. quilibet istorũ fuit pater omnium Hebræorum, quod nõ competit alicui alteri de posteris. Nam duodecim filij Iacob fuerunt capita duodecim tribuum Israel. Et tñ sub nullo filiorũ Iacob cõprehẽditur totus Israel. Et sic nullus erat pater omnium Israelitarũ, ita q̃ oẽs possent eum vocare patrem, & tñ hi erant principes omnium tribuum Israel, & multi alij de ipsis tribubus. Ideo non poterant vocare patrem aliquem, principem alicuius tribus, vt Iudam, vel Zabulon, vel aliquem alium, quia si esset pater respectu quorundam non esset pater respectu omnium. Abraham autem erat pater omnium Hebræorum, & Isaac pater omnium, & etiam Iacob, quia nullus Hebræus erat, qui non esset de stirpe alicuius istorum. Et tamen accipiendo quemcunq; inferiorem, vel posteriorem ad Iacob nõ esset ille pater omnium Hebræorum, quia nullus de filijs Iacob fuit pater omnium, & sic non potuerunt nominari aliqui nisi isti, E
quia nullus ante istos fuit pater Hebræorum, eo quòd electio populi Dei cepit in Abraham. Nullus autem post istos nominari debuit, quia nullus fuit pater omnium Hebræorum. Ideo isti soli nominati sunt, quia quemlibet istorum poterat totus populus vocare patrem. Modus autem, quo quilibet istorum erat pater Hebræorum fuit, quia Abraham, qui primus fuit, erat pater non solum Hebræorũ, sed ẽt aliarum gentiũ: nã ipse genuit Ismahelem de Agar, a qua descenderunt Ismahelitæ, qui vocantur Agareni, & non sunt de stirpe Hebræorum. Habuit etiã Ceturam in vxorem, ex qua genuit multos filios, a quibus nominatæ sunt multæ gentes, Genes. 25. Nam a quodam eorũ noãti fuerunt Madianitæ, qui non sunt de stirpe Hebræorũ.

De Sara autem genuit Isaac, a quo descenderunt He- F
bræi. Ipse tamen Isaac non solum fuit pater Hebræo-
rum, sed etiam quarundam aliarum gentium. Nam
genuit Isaac gemellos, scilicet, Iacob, & Esau. Ab
Esau descenderunt Amalecitæ, & Idumæi. Nam
Idumæi vocati sunt ab ipso Esau, qui vocatur Edom,
Amalecitæ vocati sunt a quodam nomine Amalec
nepote Esau Genes. 35. De Iacob autem descende-
runt Hebræi. Et sic Abraham, & Isaac fuerunt pa-
tres Hebræorum omnium, sed non solum ipsorum
Hebræorum. Iacob autem fuit pater omnium He-
bræorum, quia ipse habuit duodecim filios a quibus
descenderunt duodecim tribus Israel. Et ipse fuit
pater omnium Hebræorum, & solum ipsorum He-
brẽorum, quia a quolibet filiorum suorum descen- G
dit aliqua progenies Hebræorum.

De quibusdam verbis hic dictis a Dauid, quòd Deus, scilicet, conseruaret istam voluntatem &c. Quæst. XIII.

QVAERITVR vlterius ad quid dixit hic Dauid ad Deum, quòd conseruaret istam voluntatem, quam nunc habebat semper in Israelitis, cum in potestate hominis sit actus voluntatis. Respondendum, quòd istud dixit Dauid, quia habere voluntatem istam semper, non erat in potestate hominis. Nam licet voluntas non possit cogi ad aliquid faciẽdum, & habeat libertatem, vt moueatur in quodcunque, tamen cum propter peccatum H
sit in nobis quædam difficultas ad bonum, non possumus aliquod bonum velle, nisi Deus conuertat nos, ad volendum illud nos mouendo. Et non solum accidit nobis hoc propter peccatum, sed etiam si nunquam peccauissemus nõ posset homo aliquod bonum velle, nisi Deo mouente ipsum, quia cum Deus sit causa prima, necesse est, quòd ad omnem actionem concurrat coagendo causis particularibus. Et sic etiam concurret ad actum voluntatis. Item patet, quia si voluntas moueret se ad actum suum, & non moueretur ab aliquo alio, esset ipsa causa prima, quia nulla causa est, quæ moueat non mota, nisi prima. Voluntas tamen nostra non est causa prima. Ideo ipsa mouetur ab aliquo alio in actu suo, & non I
potest moueri, nisi illo concurrente. Patet etiam istud Ioan. 15. Cum dixit Christus, Sine me nihil potestis facere, idest, nullum opus meritorium potestis agere, nisi ego moueam vos ad illud, & tamen velle bonum est opus meritorium, immo nullum est magis meritorium quàm velle, quia a voluntate dependet omne meritum, cum ibi sit libertas. Ideo non poterit aliquis bonum velle nisi a Deo moueatur, & tamen si esset solum in potestate Dei mouere voluntatem nostram ad bonum, non videretur homo culpabilis, si non vellet bonum, quia non posset, cum Deus non moueret ipsum. Ideo vt non attribuatur aliqua culpa Deo, ipse semper mouet voluntatem nostram. Nam est quædam gratia pulsatiua, scilicet, quidam motus, secundum quem Deus K
semper pulsat cor nostrum inclinando ad bonum, & in potestate nostra est consentire illi motui, vel non. Si enim consentimus, volumus bonum, si autem nõ consentimus, inclinamur in malum. Ideo quando non volumus bonum culpabiles sumus, cum sit in potestate nostra omni tempore velle bonum Deo mouente cor nostrum. Sic enim patet Apocal. 3. Ego sto ad ostium, & pulso: siquis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Et intelligitur hoc de ostio cordis. Ideo homo libertatem habet ad bonum volendum semper. Et tamen est diuersitas in hoc, quia licet Deus pulset cor nostrum, interdum pulsat tam remisse, quòd non mouemur ex illa pulsatione. Interdum autem pulsat violentius, & mouemur ab eo, ideo orandũ est ad Deum, vt ipse moueat cor nostrum ad bonum, immo nulla oratio est tam conueniens homini, sicut ista, scilicet, quòd moueat cor suum ad diligendum ipsum. Sic enim dicitur. Psalmo 118. Scilicet, Inclina cor meum Deus in testimonia tua, idest, inclina illud ad custodiendum legem tuam. Sic etiam Dauid orauit hic Dominum, dicens: Domine custodi in æternum hanc voluntatem eorum, vt semper in veneratione tui nominis mens ista permaneat. Sicut etiam Salomon orauit Dominum, vt inclinaret cor suum, & omnium de populo ad custodiendum legem eius, vt patet 3. Regum 8. Sit Deus noster nobiscum, & inclinet corda nostra ad se, vt ambulemus in vniuersis vijs eius. Ipse quoque Deus interdum optat, vt homines habeant semper talẽ voluntatem, qualem interdum habent ad colendum eum, sicut patet Deuteronom. 5. Cum dixerunt Israelitæ, quòd facerent omnia, quæ Deus iuberet. Et Deus ait: Bene omnia sunt locuti, quis det talem eos habere mentem, vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea? Valde ergo orandum est ad Dominum, vt det nobis voluntatem bonam ad semper diligendum eum, quia si ipse non dat, non poterimus illam habere. Et propter hoc dicitur Deus interdum indurare nos, vel inducere in errorem, scilicet, quia non mouet efficaciter voluntatem nostram ad colendum eum. Sic dicitur Isaiæ 63. Domine pater noster, quare errare nos fecisti de vijs tuis, & induraſti cor nostrum ne sequeremur te? Rectè ergo Dauid orauit Dominum, vt continuaret istam voluntatem in populo, & in Salomone.

De quibusdam verbis dictis a Dauid pro filio suo. Quæst. XIIII.

QVAERITVR vlterius cum Dauid orasset hic Dominum, vt continuaret istam voluntatem in populo, quare postea subdidit: Salomoni quoque filio meo da cor perfectum, quia orando pro toto Israel orabat pro Salomone, cum ipse esset quædam pars Israel.

Aliquis dicet, quòd hoc fecit Dauid propter specialem affectionem. Nam specialiter diligebat Salomonem, quia erat filius suus: ideo orauit pro eo specialiter.

Sed dicendum, quòd non stat, quia Dauid multos alios filios habebat, vt patet infra in litera. Et si ista fuisset causa, etiam pro alijs orasset expresse.

Sed dicendum est, quòd hoc fecit propter multa. Primum fuit propter dignitatem Salomonis, quia ipse erat rex iam semel vnctus, & ipse solus erat tantæ dignitatis, sicut totus populus: ideo debuit pro ipso orare Dauid specialiter, sicut pro toto populo. Secundum fuit, quia Salomon non erat pars Israel, quia erat rex: ideo non erat pars populi, sed super totum populum; sicut rector vniuersi non est pars vniuersitatis, sed super totam vniuersitatem rerum, vt colligitur 12. Metaphysicæ.

Tertium fuit, quia totum, quod orauerat Dauid pro populo, pendebat ex Salomone: nam ipse futurus erat rex post Dauid, & ex voluntate eius regeretur populus, & si ipse vellet inducere populum ad colendum Deum, saltem timore pœnæ coge-ret omnes ad obseruantiam legis. Si autem Salomon non haberet rectam intentionem ad Deum, dato, q populus inclinaret ad colendũ ipsum, nihil proficeret, qa ppter regẽ omnia impedirent, sicut postea fa-

ctum est. Nam Salomon fecit templa multa idolis A
propter amorem vxorum suarum, & ex illis populus accepit occasionem ad colendum idola. 3. Regum 11. Et quia ista templa erant in monte Olineti, vocatus fuit mons ille mons offensionis, scilicet, quia populus offensus est ex templis illis, & incitatus est ad cultum idolorum, vt patet 4. Regum 23. & 3. Regum 11. Et propter hoc post mortem Salomonis tempore Roboam filij eius fuerunt omnes de regno Iuda impliciti idolatria, vt patet 3. Regum 14. & 15. Quarum fuit, quia Dauid volebat hic orare aliquid sponte pro Salomone, scilicet, quòd Deus daret ei voluntatem ædificandi templum, vt patet in litera. Et istud non erat oraturus pro aliquo de populo, ideo specialiter debuit orare pro Salomone. B

Ex cuius expensis fuerunt oblata tot animalia. Quæst. XV.

QVAERITVR vlterius cum hic oblata fuerint tot animalia, scilicet, tria millia, & multa libamenta cum eis, de cuius expensis ista offerrentur.

Aliquis dicet, quòd offerebantur de expensis Sanctuarij, sicut offerebantur quotidie sacrificia de reditibus ipsis Sanctuarij. Sed dicendum, quòd hoc non fuit. Primo quia non fiebant ista sacrificia in Sanctuario: nam Sanctuarium erat in Gabaon tempore Dauid, vt patet supra 16. & 21. Ista autem sacrificia offerebantur in Ierusalem, quia ibi erant nunc omnes illi principes cum Dauid, vt patet præcedenti capitu. ideo non fierent de expensis Sanctuarij. C

Secundo patet, quia dato, quòd ista sacrificia fierent in Gabaon, vbi erat Sanctuarium, non fierent de expensis eius. Quia de expensis Sanctuarij fiebant sacrificia, quæ erant ordinaria. Alia autem, quæ erant accidentalia, fiebant a volentibus aliquid offerre. Sacrificia autem ordinaria erant quotidie duo agni anniculi in holocaustum, vnus in mane, & alius in vespere, & in Sabbathis duplicabantur. In solennitatibus autem, scilicet, Calendis, Phase, Pentecostes, die Clangoris, & Propitiationis, & Tabernaculorum fiebant alia sacrificia, quæ habentur expresse Numeri D
28. & 29. Vltra illa autem nihil erat ordinarium, nec offerendum de expensis templi. Et tamen tot sacrificia, quot hic ponuntur, non pertinebant ordinarie ad solennitatem alicuius diei, vt patet Nu. 28. & 29. Ideo non fuerant ista oblata de expensis templi. Sed dicendum est, quòd oblata sunt de expensis Dauid, vel populi, vel vtrorumque simul, potius tamen credendum est, quòd oblata fuerint de expensis Dauid, quia ipse congregauerat nunc istam multitudinem ad exhortandum illam, ideo ipse faceret etiam sumptus sacrificiorum. Nam sic quando vocauit populum ad arcæ portationẽ ipse obtulit sacrificia omnia, & dedit cibos toti populo, vt patet 2. Regum 6. Et supra 16. Sic etiam Salomon quando congregauit totum popolum ad dedicationem templi ipse obtulit E
sacrificia multa, vt patet 3. Regum 8. Et sequenti libro, capitu. 6. Et istud verisimilius est, quia nunc Dauid daturus erat cibos toti populo congregato, quia ipse congregauerat eum. Ideo offerret sacrificia, vt de carnibus illorum cibaretur populus, & faceret duo bona simul.

Vbi fuerunt facta ista sacrificia. Quæst. XVI.

QVAERITVR vlterius, vbi obtulerunt nunc Israelitæ sacrificia ista. Aliquis dicet, quòd obtulerunt ea in Sanctuario Domini in Gabaon, quia ibi erat illo tempore, & etiam postquàm cœpit Salomon regnare, fuit ibi aliquanto tempore, cum Salomon iuerit illuc ad offerendum Domino holocausta, mortuo Dauid, tertio Regum tertio, & sequenti libro, cap. 1. Et non erat alius locus secundum legem, in quo posset sacrificium fieri, nisi Sanctuarium, vt patet Leuit. 17. & Deuteronom. 12. & Iosue 22. Sed dicendum, quòd non stat, quia Dauid erat nunc in Ierusalem cum tota ista multitudine, vt patet præcedenti cap. Ideo non fierent ista sacrificia in Gabaon. Aliquis dicet, quòd facta sunt ista sacrificia in area Ornam Iebusæi, eo quòd locus ille erat iam determinatus pro sacrificijs, quia quando Dauid obtulit ibi sacrificium pro cessatione pestis, & venit ignis de cœlo super altare, supra vigesimoprimo, sciuit Dauid, quòd ille erat locus ad offerendum sacrificia, vt ait: Hæc est domus Dei, & altare in holocausta pro Israel, supra vigesimosecundo. Et tamen istud fuerat ante hoc aliquanto tempore, cum istud, quod habetur hic fuerit factum in fine vitæ Dauid. Ideo poterat nunc Dauid offerre ibi sacrificia. Dicendum, quòd istud non apparet. Nam locus ille non fuit sanctificatus pro sacrificijs mox, vt venit ignis de cœlo super illum, quia istud fuit solum ad significandum acceptationem illius loci pro vna vice. Postea autem non debebat ibi offerri sacrificium, quousque fieret ibi templum per Salomonem. Et istud significauit Dauid, dicens: Hæc est domus Dei, & altare ad holocaustum Israel, idest, hic fabricabit domum Dei, & altare pro holocaustis ponetur. Nunc ergo non sacrificaret ibi Dauid, & hoc colligitur aliqualiter, quia post mortem Dauid Salomon in principio regni sui laudatur de omnibus, nisi quod offerebat sacrificia in excelsis, idest, in altaribus, quæ erant extra Sanctuarium, vt patet tertio Regum tertio. Area tamen Ornam Iebusæi erat extra Sanctuarium, cum nunc esset Sanctuarium in Gabaon. Ideo non offerret ibi Dauid.

Dicendum igitur, quòd Dauid obtulit ista sacrificia in Ierusalem coram arca fœderis. Nam erat nunc arca in Ierusalem in domo Dauid, postquàm ducta est de domo Obededom, secundo Regum sexto, & supra decimoquinto. Et mansit ibi vsque post ædificationem templi: nam tunc ducta est de domo Dauid, & introducta in templum Salomonis, vt patet 3. Regum octauo, & sequenti libro, cap. 5. Coram ista arca licebat offerre sacrificia. Nam quando portata est de domo Obededom in domum Dauid, oblata fuerunt coram ea multa sacrificia, vt patet secundo Regum 6. & supra decimoquinto. Nam post quoslibet sex passus offerebantur animalia multa, vt patet ibidem, & offerebantur etiam quotidie sacrificia coram arca. Nam Dauid constituerat sacerdotes, & Leuitas, qui ministrarent coram illa, & alios sacerdotes, & Leuitas constituit in Gabaon, vt ministrarent ibi, quia erat ibi tabernaculum Domini, supra decimosexto. Et sic nunc offerrentur ista sacrificia omnia coram arca, quia ibi erat locus licitus, & intra Ierusalem, vbi nunc erat Dauid. Et cum ibi offerrentur, dicebantur offerri coram Domino, eo quòd Deus specialiter erat in arca, vt dicetur sequenti quæstione. Cum autem obijcitur, quòd non licebat offerre sacrificia, nisi in Sanctuario: dicendum, quòd de lege communi verum erat, & tamen specialiter licuit offerre sacrificia coram arca, vt probatum est supra 16. Et oblata sunt, vbicunque illa esset. Nam quando portata est de terra Philisthinorũ, & venit in agros Bethsames, coram ea oblatæ sunt victimæ multæ, 1. Reg. 6. Et cum portaretur de domo Obededom in domum

Dauid offerebantur coram ea sacrificia per viam, se- F
cundo Regum sexto,& supra decimoquinto. Et post-
quàm locata est in domo Dauid sub tentorio, quod
parauerat ei, oblata fuerunt sacrificia coram ipsa, vt
patet supra decimosexto. Ita ergo nunc liceret of-
ferre ibi,& ibi Dauid offerret omnia hæc.

De veritate aliquorum verborum, quæ hic dicuntur, scilicet, quòd populus comedit, &c. Quæst. XVII.

QVAERITVR vlterius quomodo dicitur hic, quòd populus Israel comedit, & bibit nunc coram Domino.

Aliquis dicet, quòd hoc fuit, quia vbicunque homo sit, coram Domino est, cum Deus sit vbique. G
Ideo vbicunque comederent Israelitæ, necessario comedebant coram Domino. Dicendum tamen, quòd non ſtat, quia tunc non esset aliquid speciale, quia non solum nunc comederent Israelitæ coram Domino, sed quandocunque comederent, coram Domino comederent; & omnia alia facerent, & sic scriptura non curaret nunc dicere, quòd comedebant coram Domino, quia accipiendo isto modo manifestum erat. Nam scriptura non curat replicare ea,quæ notissima sunt.

Dicendum ergo,quòd Israelitæ dicebantur comedere nunc coram Domino, quia comedebant in aliquo loco, in quo Deus specialiter erat. Et istud erat in tabernaculo illo, in quo erat arca. Nam ibi fa- H
cta sunt sacrificia ista, quæ habentur in litera, & comedit populus de sacrificijs ibi. Nam ista erat lex sacrificiorum pacificorum, quòd quædam pars eorum cremaretur in altari, scilicet, adipes, & renes, & cauda interdum,& quędam pars sacerdotibus proueniret,scilicet,pectusculum, & armus dexter, & reliquæ carnes prouenirent offerentibus, Leuit.3. & 7. Et illę partes, quæ proueniebant offerentibus comedebantur ab eis in Sanctuario, & ibi coquebantur,vt colligitur primo Regum secundo. Et sic dicebantur tunc offerentes comedere coram Domino, quia comedebant in Sanctuario, vbi specialiter Deus erat. Ita nunc dicebantur comedere coram Domino, id- I
est, coram arca. Nam quia dandum est, quòd plurima istorum sacrificiorum essent pacifica, & multæ carnes ipsorum prouenirent Dauid offerenti, ipse autem daret illas populo, quia quilibet offerens, poterat inuitare quoscunque vellet ad comedendum de carnibus sacrificiorum, quæ ipse obtulerat, dum tamen illi essent mundi, vt colligitur Deuteronom. duodecimo, vbi Deus iubet, quòd quando Israelitæ facerent sacrificia, & comederent coram Domino inuitarent Leuitas, & peregrinos, & alios pauperes ad comedendum. Dicebantur autem comedere omnes coram Domino nunc, quia coram arca comedebant, & tamen ibi repræsentabatur Deus specialiter. Nam in Sanctuario, & qualibet parte Sanctuarij repræsentabatur Deus, Nihil tamen erat, in quo ma- K
nifestius repræsentaretur,quàm in arca: nam ibi repre sentabatur Deus: nam audiebatur Deus loquens, & respondens ad dubia. Quandocunque enim Moyses dubitabat in aliquo, ingrediebatur in Sancta sanctorum, & audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio super arcam, Numeri 7. Et istud non fiebat in alia parte Sanctuarij. Ideo qui erat coram arca erat specialissime coram Deo. Et sic Israelitæ dicebant,q Deus sedebat super arcam inter Cherubim, & nō dicebatur sedere in alio loco Sanctuarij, 2.Regum 8. & Psal.79. Recte ergo populus comedebat nunc coram Domino,cum comederent coram arca,scilicet,in domo illa, in qua erat arca. *Et vnxerunt.* Hic ponitur 3, huius cap.scilicet,Salomonis vnctio, & dicitur. *Et vnxerunt secundo Salomonem filium Dauid.* Scilicet, Iterum vnctus fuerat Salomon in regem, & tamen nunc secundo vnctus est propter causas, quæ ponentur infra in quadam quæstione. *Vnxerunt autem Domino in principem.* Idest,Vnxerunt Salomonem in principem,id- est, in regem Domino, idest, ad seruitium Domini, quia colebatur Deus in hoc, quòd vngeretur Salomon in regem. *Et Sadoc in pontificem.* Iste est Sadoc, de quo dictum est supra 24. q erat princeps sacerdotum de domo Eleazar,& nunc factus est pontifex, id- est,summus sacerdos, de quo infra declarabitur. *Seditque Salomon super solium Domini in regem.* Idest, Post- quam Salomon vnctus est secunda vice in regem, sedit super solium Domini, idest, super thronum regni,qui vocatur solium Domini, eo quòd specialiter pertinebat ad Deum regnum Israel, vt declaratum est præcedenti cap. in quadam quæstione. *Pro Dauid patre suo.* Idest, Factus est rex loco Dauid patris sui. *Et cunctis placuit.* Scilicet,Omnes Israelitæ lætati sunt, quòd Salomon constitueretur in regem. In Hebræo dicitur. *Et profuit.* Scilicet, Profuit, quòd Salomon ista secunda vice vngeretur in regem, scilicet, quia nunc consenserunt, & omnes Israelitæ, quod prius non fecerant. *Et paruit illi omnis Israel.* Scilicet, Obediuerunt ei tanquam regi omnes de populo Israel. *Sed & vniuersi principes, & potentes.* Dixerat de populariibus, quòd subiecti fuerant Salomoni, hic exprimitur specialiter de potentibus, & principibus regni, quòd subiecti fuerunt ipsi Salomoni. *Et cuncti filij regis.* Habebat enim Dauid multos filios, sicut dicitur præcedenti cap. Et plurimi illorum adhuc viuebant, & omnes illi obediuerunt Salomoni. Et sic etiam Adonias, qui prius restiterat Salomoni, consensit nunc eius vnctioni. *Dederunt manum.* Idest,Dederunt adiutorium ad hoc, quòd Salomon vngeretur. Vel dederunt manum, idest, consenserunt,quòd vngeretur. *Et subiecti fuerunt regi Salomoni.* Scilicet, Sponte se subiecerunt, & tanquam regi. Nam licet inquantum fratres essent æquales,tamen inquantum Salomon erat rex, & illi non, fuerunt minores ipso, & subditi ei.

Magnificauit ergo Dominus Salomonem super omnem Israel. Scilicet, Fecit eum maiorem, quàm totum Israel, eo quòd ipse erat rex totius Israel. Vel dicitur magnificatus super Israel, quia Deus confirmauit regnum eius, & fecit eum nimis potentem.

Et dedit illi gloriam regni. Idest, Magnam excellentiam, & honorem in regno. *Qualem nullus habuit ante eum rex Israel.* Scilicet, Nullus de Regibus præcedentibus fuit tam honorabilis,& tam inclytus, & potens, & diues, & sapiens, sicut infra dicetur in quadam quæstione.

De prima vice vnctionis Salomonis. Quæst. XVIII.

QVAERITVR cum hic dicatur, quòd vnctus est Salomon secundo in regem, quando vnctus fuit prima vice.

Dicendum, quòd Salomon fuit vnctus bis, & aliqui putant quod ter. Prima vice vnctus fuit viuente Dauid cum iam ægrotaret. Cuius causa fuit vnctio Adoniæ fratris sui in regem. Nam Dauid inciderat in quandam ægritudinem magnam, scilicet, q totum corpus suum erat infrigidatum. Ita quòd licet operiretur vestibus, non calefiebat. Vnde quæsita est ei adolescentula, quæ calefaceret eum. Et tunc Adonias filius Dauid insurrexit, dicens: Ego regnabo,& fecit se vngi in regem, cōsentientibus sibi multis principibus,& magna parte populi. Habuit autem A
Adonias multa incentiua ad faciendū hoc. Primum erat, quia ipse erat primogenitus inter superstites filios Dauid. Nam Amnon,& Absalon mortui fuerunt 2. Regum 13.& 18. Et tamen post Absalonem in ordine natiuitatis sequebatur Adonias,vt patet 3. Regū 1.Putauit ergo ex iure primogenituræ sibi prouenire. Secundum erat,quia Adonias diligebatur nimis a patre suo Dauid,& credebat,q non daret alteri regnū,& intantum superbiuit præumens de ista dilectione, q non solum putauit, quod regnum sibi proueniebat, sed etiam viuēte Dauid voluit sibi regnum accipere. Vnde fecit sibi currum, & quinquaginta viros, qui præcederent eum,& iste erat habitus regalis, & super hoc dicebat Adonias, ego regnabo, & tamen Dauid cum diligeret eum non increpuit ipsum 3.Regum 1. cap. Tertium motiuum fuit ęgritudo Dauid, quia cū nimis egrotaret nec surgeret de lecto,& putaret eum iam Adonias morti propinquum,credidit, quòd non posset in hoc prouidere, etiam si vellet cōtrarium facere. Ideo ausus est facere istud. Quartum fuit magnus fauor,quem habebat Adonias,quia cum eo erat Ioab princeps militiæ Dauid, & Abiathar summus sacerdos,& multi alij principes,vt patet 3.Regū 1. Ideo fauore eorum fultus putauit, quòd nullus ei posset resistere. Ideo publicè fecit se vngi in regem viuente Dauid 3. Regum 1. Et tunc vnctus est Salomon iubē- C
te Dauid eodem die, & ista fuit prima vnctio. Post hoc transfuit aliquantum tempus,& facta est ordinatio sacerdotum, & Leuitarum secundum officia sua, & postea congregauit Dauid totam multitudinem principum,& hortatus est eos de custodia legis, & de templi ædificatione. Obtulerunt postea munera, quæ habentur hic. Deinde obtulerunt sacrificia. Et ad vltimum vnxerunt Salomonem in regem. Quod autem fuerit iste ordo, patet, quia supra 23. Dicitur, quòd Dauid senex, & plenus dierum constituit Salomonē in regem,& postea sequitur ibi in eodem capitulo,& in omnibus sequentibus vsque ad vicesimum septimū de ordinatione sacerdotum, & Leuitarum. Hinc autem ponitur vnctio secunda Salomonis. Ideo illa, quæ ponitur supra 23. fuit prima. Et inter illam, & istam acciderunt omnia, quæ habentur in medio. D
Dicendum etiam,quòd non fuit magnum tempus inter istam,& illam. Aliqui autem putant,quòd Salomon vnctus fuerat tertia vice post mortem Dauid, sed de illa nō apparet. Non est tamen inconueniens, quòd fuerit tertia vnctio.

Quare bis fuerit vnctus Salomon in regem. Quæst. XIX.

QVAERITVR vlterius quomodo Salomon vnctus est bis, quia sufficiebat eum semel vngi. Nam vnctio erat cōsecrari aliquem in regem, & per hoc videbatur dari sibi titulus regni,sufficiebat tamen semel dari titulum, immo non poterat E
ęque dari, quia quod meum est ex vna causa, ex altera meum esse non potest,nisi desierit esse meum. Et tamen postquam semel Salomon vnctus est, & acquisiuit regnum,illud nunquam perdidit. Ideo non poterat pluries vngi. Aliquis dicet,quòd vnctus est Salomon pluries, quia consuetudo erat,quòd reges ęque vngerentur. Sic patet de Saule, qui saltem bis vnctus est. Nam primo vnctus est per Samuelem 1. Regum 10. Et iterum vnctus est in Galgala a toto populo 1. Regum 11. Sic etiam fuit de Dauid, qui ter vnctus est. Primo per Samuelem in domo patris sui in Bethlehem 1. Regum 16. Secundo per populum Iuda, quando factus est rex super Iudam 2. Regum

2. Tertio per totum Israel, quādo factus est rex super totum Israel 2. Regum 5. Et supra 11. Dicendum, quòd non erat consuetudo, quòd reges pluries vngerentur, sicut nec sacerdotes pluries consecrantur. Et ratio est, quia in sacerdotibus, & alijs ministris per vnicam consecrationem acquiritur character, vel ordo, ita etiam in regibus per vnicam vnctionem acquiritur titulus regni. Ideo non vngitur idem rex pluries. Et sic apparet, quia in toto veteri testamento non reperiretur de aliquo rege,quòd vnctus fuerit pluries nisi de ipsis tribus,scilicet,de Saule,Dauid, & Salomone. Causa autem specialis fuit in istis,vt pluries vngerentur, quæ declarabitur sequenti quæstione. In alijs autem non accidebat eadem causa, ideo B
semel vngebantur. Et sic fuit in Salomone. Nam ad acquirendum titulum regni suffecit ei vnctio prima. Fuit tamen secundo vnctus propter aliquam causam, de qua dicetur sequenti quæstione.

De causa vnctionum Salomonis. Quæst. XX.

QVAERITVR vlterius, quæ fuit causa,vt Salomon sępe vngeretur. Aliquis dicet,quòd fuit eadem causa quæ in Saule, & Dauid qui vncti sunt pluries, vt dictum est præcedenti quæstione.

Dicendum, quòd non fuit, quia illi vncti fuerunt ex alijs causis, quæ nullo modo conuenerunt Salomoni. Patet de Saule: nam fuit vnctus Saul bis. Prima vice per Samuelem 1. Regum 10. Et secunda vice per totum populum eodem libro, cap. 11. Et ratio huius fuit, quia prima vice vnctus fuit Saul in secreto. Nullus enim vidit aut sciuit vnctionem illam. Vnde cum iret puer quidam cū Saule iussit Samuel, quòd ille puer præcederet, ne videret quomodo vngeretur Saul 1. Regum 10. Postea autem factus est rex publicè. Ideo rationabile fuit, quòd iterum vngeretur. Quia aliàs non putaret populus eum esse vnctum in regem. Debuit ergo vngi iterum. Et vnctus est in Galgala 1.Regum 11. In Dauid etiam fuit alia causa. Nam prima vice vnctus est Dauid secrete in domo patris sui per Samuelem. Nec ausus est manifestare Samuel ad quid veniret in Bethlehem, sed potius finxit aliam causam,vt patet 1. Regum 16. Secunda vice vnctus est Dauid publicè super tribum Iuda, & ista secunda vnctio erat necessaria, quia prima fuerat occulta. Tertio vnctus est in regem super totum Israel 2. Regum 5.Et supra 11. Et fuit ista vnctio manifesta, tamen non suffecit secunda, eo quòd illa vice fuit vnctus Dauid rex super solam tribum Iuda. Ista autem tertia vice vnctus est super totum Israel. Et sicut si aliquis rex successiue efficeretur rex diuersorum regnorum, oportebat eum pluries vngi: Ita cum Dauid factus fuerit primo rex super Iuda,deinde super totum Israel, vngi debebat pluries. In Salomone autem non fuit eadem causa,quæ in Saule, scilicet,quòd prima vnctio esset occulta,secunda manifesta, quia vtraque facta est publicè. De prima patet 3. Regum 1. Nam totus populus, vel maior pars duxit eum in Gion super mulam Dauid, & ibi vnctus est in regem. Secunda etiam vnctio publica fuit,quia interfuit ibi totus populus, & filij regis, vt patet in litera. Non fuit etiam ibi causa, quæ in Dauid. Nam Dauid vnctus est super Iudam, & deinde super totum Israel. Et quia ista erant duo regna, conueniens fuit bis vngi Dauid in regem. Salomon autem fuit vnctus vtraque vice super totum Israel: ideo non erat eadem causa,quæ in Dauid. Sed dicendum est,quòd Salomon vnctus fuit bis propter discordiam. Nam prima vice vnctus est in discordia, eo quòd Adonias vnctus fuerat in regem a multis principibus, & a quadam

dam parte populi. Et Salomon vnctus fuit tunc ab F alijs, Quia ergo volebat Dauid relinquere ſtatum Salomoni ſecurum, voluit quòd vngeretur iterum. Nam ſi moreretur Dauid, & non eſſet Salomon vnctus niſi prima vice, cum illa vnctio facta fuiſſet in diſcordia, Adonias poſſet ex ſua vnctione putare, quòd aliquod ius ſibi erat quæſitum, cum vtraque facta fuiſſet in diſcordia. Et cum haberet Adonias magnũ fauorem, quæſito iſto colore, poſſet contra Salomonem procedere poſt mortem Dauid, & fieret bellum inter filios eius. Ideo voluit viuens concordare filiorum ſuorum diſcordantes intentiones. Potiſſime quia cum fuiſſent multi principes in vnctione Adoniæ, vt patet 3. Regum 1. & illi non conſenſerant in vnctione Salomonis, poſſent poſt mortem Dauid re- G bellare contra Salomonem non accipiendo eum in regem. Conueniens ergo fuit fieri aliam vnctionem. Secundum fuit, quia voluit Dauid, quòd Salomon conſtitueretur rex cum magno honore. In prima vice tamen non fuerat vnctus cum tanto honore, ſicut decebat, cum eſſet vnctio in diſcordia. Ideo nunc debuit vngi iterum in concordia, & honoraretur nimis cum omnes conſentirent. Tertium fuit, quia in vnctione prima Salomonis fuerunt multi de principibus contrarij, qui fauebant Adoniæ. Ideo oportebat eos reconciliari Salomoni, vt reciperent eum in regem. Et quia nunquam conuenientius poterat fieri iſtud quam nunc, eo quòd nunc erant congregati omnes principes de regno ad oblationem, quæ H habetur ſupra: ideo nunc debuit ſecundo vngi, & iſta etiam eſt cauſa, quare vnctus fuit viuente Dauid, quia regulariter non debebat vngi aliquis in regem, niſi poſt mortem prædeceſſoris. Et ſic intendebat facere Dauid, ſcilicet, deſignare quis de filijs ſuis ſuccederet ei, vt poſt mortem eius vngeretur, quia tamen vidit iſtam diſcordiam, fecit vngi Salomonem ſe viuente.

An Salomon poterat vngi viuente Dauid.
Quæſt. XXI.

QVAERITVR vlterius, quomodo Salomon poterat vngi viuente Dauid, quia tunc aliquo I tempore eſſent duo reges ſimul ſuper totum Iſrael. Dicendum, quòd vnctus eſt Salomon viuente Dauid ex cauſa ſupra dicta. Et tamen non ſequebatur aliquod inconueniens ex illa vnctione, ſcilicet, quia nec ſequeretur, quòd eſſent duo reges, nec etiam, quòd Dauid renunciaret regno, ita vt viuens deſineret eſſe rex. Dicet ergo aliquis, quòd Salomon vnctus eſt in regem, & tamen ex iſta vnctione non acquirebat titulum regni, ſed ſolum erat quædam deſignatio, vt poſt mortem Dauid certum eſſet, quis deberet ſuccedere in regno: & ſic viuente Dauid ipſe ſolus eſſet rex.

Dicendum, quòd non ſtat, quia ſi iſta eſſet ſolum quædam deſignatio ſucceſſoris, nõ curaret Dauid facere Salomonem vngi in regem, ſed nominaret eum in ſucceſſorem ſibi, & tamen fecit eũ vngi in regem. Ideo videtur, quòd iſta vnctio conferebat maius ius quàm nominatio, ſcilicet, quòd faceret Salomonem eſſe regem. Secundo patet, quia Salomon fecit nunc aliquos actus regis, ſcilicet ſedit ſuper thronum regni. Et iſtud pertinet ad poſſeſſionem, vel quaſi poſſeſſionem iuris regni. Nam nemo ſedere debet in ſolio regni, niſi qui rex eſt. Etiam principes, & totus populus ſubiecti fuerunt nunc Salomoni, & obediuerũt ei, vt patet in litera. Et tamen iſtud non pertinet niſi ad regem. Ideo Salomon habet titulum regni per iſtam vnctionem. Dicendum eſt, quòd Salomon acquiſiuit nunc titulum regni per iſtam vnctionem, & fuit verus rex, ſicut Dauid, & poterat facere omnes actus regis. Cum autem obijcitur, quòd eſſent duo reges ſimul ſuper totum Iſrael, & non poterant duo inſolidum eſſe reges eiuſdem regni.

Dicendum, quòd Dauid erat rex, & fuit quandiu vixit ad miniſtrationem regni. Salomon autem ſactus eſt rex. Ideo poterat adminiſtrare. Et tamen non factus eſt rex, vt adminiſtraret tunc, ſed mortuo Dauid. Ideo non ſequebatur aliquod inconueniens, quia licet duo eſſent reges, vnicus tamen cenſebatur, eo quòd vnus adminiſtrabat ſolum, & alius non fuerat factus ad adminiſtrandum. Et ſic quantum ad ius regni Dauid, & Salomon erant æquales. Et tamẽ quantum ad adminiſtrationem Salomon erat quaſi non eſſet rex. Fuit autem hoc factum, quia ſi Dauid ſolum nominaſſet Salomonem ſucceſſorem ſuum, non propter hoc erat ille rex, ſed habebat ius ad regnandum. Oportebat tamen ad hoc, quòd eſſet rex, quòd poſtea vngeretur, & conſtitueretur in regem. Iſtud autem poterat impediri, ideo poterat fieri, quòd Salomon non eſſet rex. Et quia Dauid volebat, quòd nullum dubium maneret poſt mortẽ eius, fecit quòd Salomon vngeretur in regem, vt poſt mortem eius nihil reſtaret agendum, cum iam Salomon eſſet factus rex, & omnes recepiſſent eum, & incepiſſet poſſidere, vel quaſi poſſidere ius regni. Et ſic non poſſent iam contra eum aliquid obijcere. Et non potuit hoc per aliquem alium modum fieri, niſi conſtitueretur in regem, ideo viuente Dauid conſtitutus eſt.

An Adonias peccauerit ſurgens contra Salomonem.
Quæſt. XXII.

QVAERITVR vlterius cum Salomon fuerit hic receptus in regem per omnes Iſraelitas, an peccauerit Adonias inſurgendo contra Salomonem, vt vſurparet regnum, & Ioab, & Abiathar ſãuendo ei, & an peccauerit Salomon occidendo Adoniam, & Ioab. Pro hoc ſciendum, quòd Adonias, & Ioab, & Abiathar bis fuerunt contra Salomonem. Primo quando fecerunt, quòd vngeretur Adonias in regem, 3. Regum 1. Ius tamen regni pertinebat ad Salomonem. Iterum autem poſtquàm Salomon vnctus eſt in regem, & mortuus eſt Dauid, conabatur Adonias ſubtrahere regnum per fraudem, ſicut dixit ipſe Salomon, 3. Regum 2. Et tunc fauebant ei Ioab, & Abiathar, vt patet ibidem. De prima inſurrectione iſtorum contra Salomonem, quæ habetur 3. Regum 1. Non quæritur hic, eo quòd non erat tunc Salomon vnctus in regem, nec conſtabat, an eſſet ipſe regnaturus. Ideo licet Adonias faceret ſe vngi in regem, non videbatur facere contra Salomonem, ſed potius cõtra alios filios Dauid, qui erant maiores quã Salomon. Et videbatur eis potius competere ius regni, quam Salomoni. Sed quæritur de ſecunda vice, K quòd fuit poſtquàm Salomon vnctus eſt in regem. Et reſpondendum ad hoc, quòd Abiathar inſurgendo contra Salomonem cauſa eſt, quia iſti ſciebant, quòd Salomoni competebat ius regni ex diuina electione. Nam Dauid teſtificatus eſt, quòd Deus elegerat illum, vt patet ſupra in litera. Et tenebantur ſibi credere, cum non haberet ipſe maiorem cauſam diligendi Salomonem, quàm aliquem de alijs filijs, præſertim cum alij eſſent maiores. Etiam quia ipſe Dauid diligebat nimis Adoniam, vt patet 3. Regum 1. Etiam quia dato, quòd negare vellent alij filij Dauid Salomonem eſſe electum a Deo in regem, poterat hoc probare Dauid teſtimonio Prophetæ Nathã, qui nunciauerat iſtam electionem diuinam ipſi Dauid

nid 2. Regum 7. & 12. Et ſupra 17. Et tenebantur credere filij Dauid Prophetæ, quia ſi opus eſſet ille oſtẽderet aliquod ſignum ad probandum ea, quæ dicebat ſicut conſuetudo erat alijs Prophetis Deutero. 13. Secundo probant, quia Dauid elegerat Salomonem, vt eſſet rex de omnibus filijs ſuis. Erat tamen in poteſtate patris aliquid de hoc, ſcilicet, præponere non primogenitum ipſi primogenito quantum ad ius regni, licet non quantum ad alias ſucceſſiones communes. Sic enim patet de Roboam filio Salomonis, qui habuit multos filios. Et licet Abia non eſſet primogenitus eius, conſtituit eum principem omnium filiorum ſuorum, & fecit illum eſſe regem, vt patet ſequenti libro, cap. 12. Dauid tamen elegerat Salomonem, & iuſſerat eum vngi in regem, & bis vnctus eſt. Poſtea autem Salomoni repugnauit ipſe Adonias, & Ioab, & Abiathar. Nam fecerunt contra illum, vt vſurparet ſibi regnum, vt patet 3. Regum 2. Ideo peccabant. Tertio patet, quia iſti ſuſceperant iam Salomonem in regem. Nam in iſta ſecunda vice omnes filij regis, & omnes principes populi receperunt Salomonem, & obediuerunt ei, vt patet in litera. Quòd ergo poſtea repugnarent, peccatum erat, fecerunt tamen hoc, quia viuente Dauid timebat Adonias rebellare contra præceptum eius, quia non ſolum priuaretur iure regni, ſed etiam forte ombus alijs bonis, & forte occideretur. Ioab quoque, & Abiathar non auſi ſunt rebellare cõtra Dauid, quia totus populus ſequebatur ipſum. Ideo cum viderent, C quòd voluntas Dauid eſſet, quòd Salomon conſtitueretur in regem obediuerunt, & receperunt illum in regem, tenentes in corde intentionem rebellandi cõtra eum data ſibi opportunitate poſt mortem Dauid. Et ſic facere moliebantur, niſi Salomon præueniſſet eos occidendo Adoniam, & Ioab 3. Regum 2.

An Salomon peccauit occidendo Adoniam, & alios ſurgentes contra ipſum. Quæſt. XXIII.

QVAERITVR vlterius an peccauit Salomon occidendo iſtos, quia inſurrexerunt contra eum, cum recepiſſent eum in regem.

Reſpondendum, quòd ſecus eſt de Ioab, quàm de D Adonia. Nam licet ambo communicauerint in hoc, quòd inſurrexerint contra Salomonem, tamen Ioab erat reus mortis ex alia cauſa. Nam Dauid iuſſerat Salomoni, quòd occideret Ioab, & poſuit ad hoc multas cauſas 3. Regum 2. Et dato, quòd non ſurrexiſſet contra Salomonem, occideret cum iuſte Salomon. De Adonia autem ſecus eſt, quia ille non erat reus mortis ex alia cauſa, niſi forte ex illa eſſet. Et dicendum eſt, quòd ſi quæratur de prima inſurrectione, ſcilicet, quando Adonias fecit ſe vngi in regem: Dicendum, quòd non peccauit, quia tunc neſciebat Adonias an præiudicabat Salomoni, eo quòd nondũ ille vnctus fuerat in regem. Nam apparebat an ius regni competebat ei, quia erant alij maiores eo, ad E quos prius deuoluereẽ ius regnãdi quàm ad Salomonem dato, quòd Adonias non regnaret, & ſic videbatur, q̃ Salomon erat electus a Deo, & præiudicabat ei Adonias faciendo ſe vngi in regem. Dicetur, quòd forte neſciebat Adonias an Salomon a Deo electus eſſet, & ſic non putabat ſe agere contra ius eius. Si autem quæratur de ſecunda inſurrectione dicendum, quòd peccauit Adonias, quia iam vnctus fuerat Salomon in regem bis, & ipſe Adonias ſuſceperat nũc Salomonem in regem, cum dicitur, q̃ omnes filij regis obediuerunt Salomoni, & dederunt ei manum. Ideo poterat Salomon pro iſta ſecunda inſurrectione iuſte occidere Adoniam, pro prima autem non, quia non peccauit, vt ſupra dictum eſt. Et dato, quòd peccaſſet, Salomon pepercit ei: nã poſtquàm Adonias ſciuit vnctum eſſe Salomonem in regem, fugit ad tabernaculum Domini, & tenuit cornu altaris, & dixit, non egrediar hinc niſi iuret rex Salomon, quòd non occidat me 3. Regum 1. Et tunc Salomon dixit, ſi fuerit vir bonus, non cadet, nec vnus capillus eius in terrã, ſin autem malum inuentum fuerit in eo, morietur. Et iam nunc omnes filij regis receperũt Salomonem in regem, & veriſimile eſt, quòd Dauid concordaret eos, ſcilicet, quòd Salomon remitteret ſi habebat cõtra fratres ſuos, & fratres eius obedirent ſibi. Et poſt iſtam concordiam Salomon non poſſet licite aliquid innouare occidendo Adoniam, niſi aliqua cauſa naB ſceretur. Et ſic Salomon occidit Adoniam non pro prima inſurrectione, ſed pro ſecunda, quia cauilloſe volebat vſurpare regnum petẽdo Abiſag in vxorem, quæ erat in ſinu Dauid, quando viuebat 3. Regum 2.

De vnctione Sadoc in pontificem. Quæſt. XXIIII.

QVAERITVR vlterius quomodo vnctus eſt in pontificem nunc Sadoc. Nam ipſe ante hoc erat pontifex, ſcilicet, quia duo erant pontifices ſimul, Achimelec filius Abiathar, & Sadoc, vt patet ſupra 24. Et ibi declaratum eſt.

Aliquis dicet, quòd ante hoc erant duo pontifices, & tamẽ nunc priuatus eſt Abiathar pontificatu, quia fouerat partes Adoniæ cũ primo vnctus eſt in regem.

Sed dicendum, quòd hoc non ſtat, quia Abiathar non fuit priuatus ſummo ſacerdotio tempore Dauid, ſed tempore Salomonis poſt mortem Dauid. Ipſe enim eiecit eum, ne eſſet ſummus ſacerdos 3. Regũ 2.

Secundo patet, quia Sadoc non fuit nunc vnctus pro electione Abiathar, quia iſtud factum eſt multo poſtea, ſcilicet, poſtquàm Salomõ occidit Adoniam, & Ioab, priuauit Abiathar ſacerdotio, & loco eius fecit, quòd vngeretur in pontificem Sadoc, vt patet 3. Regum 2. Ergo vſque ad tempus illud non vnctus eſt Sadoc loco Abiathar. Et tamen iſta vnctio fuit ante illam, ſcilicet, viuente Dauid. Ergo non fuit pro electione Abiathar, ſed pro aliquo alio.

Aliquis dicet, quòd fuit facta iſta vnctio, eo quòd ante hoc nullus erat pontifex, ſcilicet, Sadoc, non erat pontifex, nec Abiathar, nec Achimelec, ſed ſolum erant duo principes ſummi ſacerdotum in duabus domibus, Achimelec in domo Ithamar, & Sadoc in domo Eleazar: ideo vnctus eſt nunc Sadoc in ſummum ſacerdotem, vt aliqnis haberet dignitatẽ iſtam.

Dicendum, quòd hoc non ſtat, quia iſti duo ſcilicet, Sadoc, & Achimelec erant ſummi ſacerdotes, & principes duarum familiarum, ſicut declaratum eſt ſupra 24. in quadam quæſtione.

Sed dicendum eſt, quòd Sadoc vnctus eſt nunc in pontificem, & iterum mortuo Dauid vnctus eſt in pontificem. Cauſa autem vnctionis iſtius fuit, quia Sadoc fuerat ſummus ſacerdos tẽpore Saulis occiſo Achimelec patre Abiathar. Et poſtea redeunte toto regno Iſrael ad manum Dauid, fuit princeps ſacerdotum ſub Dauid, & tamen forte nunquam fuerunt ſeruatę cæremoniæ vnctionis in ipſo Sadoc. Et nunc Dauid fecit, quòd vngeretur. Iterum autem vnctus eſt Sadoc in pontificem pro Abiathar, quando ille electus eſt, vt patet 3. Regum 2. Et ex hoc etiam patet, quòd Abiathar, & Sadoc erant ſimul ſummi ſacerdotes tempore Dauid. Nam nunc Sadoc vnctus eſt in ſummum ſacerdotẽ, & iterum electo Abiathar vnctus eſt loco illius iſtemet Sadoc. Ideo erat Abiathar ſummus ſacerdos, quia aliàs non vngeretur loco eius Sadoc.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De quibusdam verbis, quæ habentur hic, scilicet, Vnxerunt Salomonem Domino in principem. Quæst. XXV.

QVAERITVR vlterius cur dicitur hic, quòd vnxerũt Salomonem Domino in principem, & Sadoc in pontificem, quia ponitur hic per modum acquisitionis Domino, cum non dicatur absolutæ, quòd vnxerunt Salomonem in principem, & Sadoc in pontificem, sed superadditur ibi Deo siue Domino.

Respondendum, quòd istud ponitur per modum cuiusdam acquisitionis, quasi ex ista vnctione aliquid Deo acquisitum fuerit. Pro quo sciendum, q̃ vnctio Salomonis fuit facta quasi ad vtilitatem Dei, vel propter Deum propter duo. Primo quia fiebat obediendo electioni eius. Nam secundum iura primogenituræ ius regnandi non pertinebat ad Salomonem, cũ esset minimus filiorum Dauid, sed prius ad omnes alios. Et tñ, quia Deus elegerat eum, totus populus voluit, quòd vngeretur. Secundum fuit, quia Salomon, quasi dedicabatur Deo ad fabricandum ei domum, quod non posset facere, nisi esset rex, ideo populus vngens eum in regem, vnxit eum Domino, scilicet, ad cultum Domini, & Sadoc in pontificem, qa vnctus est in summum sacerdotem, & summus sacerdos ministrabat in officijs cultus diuini. Nam ad solum summum sacerdotem pertinebat introire in Sãcta sanctorum, & expiare pro peccato populi in die propitiationis, vt patet Leui. 16. Et ad Hebræ. 9.

De gloria magna, quam habuit Salomon. Quæst. XXVI.

QVAERITVR vlterius, quæ fuit gloria ista magna, quã habuit Salomon, scilicet, in quo fuit, & quomodo fuit gloriosior omnibus regibus Israel, qui fuerunt ante eum. Respondendũ, q̃ gloria Salomonis fuit in multis. Primum fuit in diuitijs, scilicet, quia nullus fuit ditior eo inter reges sicut patet ex auro, & argento, quod ipse habebat quolibet anno varijs modis 3. Reg. 10. Et sequenti lib. cap. 9. ita q̃ in diebus eius argentum nullius valoris reputabatur, sed dedit multitudinem argenti in Ierusalem quasi lapidum, & multitudinem cedrorum, sicut sicomororũ, quæ nascuntur in sylueſtribus, vt patet sequẽti lib. cap. 1. & 9. Secundum fuit in sapientia, quia nullus rex fuit tam sapiens, sicut ipse. Nam excedebat oẽs homines in sapientia, s. Orientales, & Aegyptios vt patet 3. Re. 3. & 4 Tertium fuit in magnitudine pacis. Nã nullus rex fuit in Iuda nec in Ierusalem, cuius tempore tãta pax esset, vnde vocatus est vir quietissimus supra 22. Etiam ab ista pace accepit nomen. Nam vocatus est Salomon, i. pacificus eodem cap. Dicitur ẽt, q̃ excessit oẽs reges Israel, qui ante eum fuerunt. Isti enim fuerunt tres, s. Saul. Isboseth, & Dauid. Nã nulli alij præcesserant Salomonem. Nam primus fuit Saul 1. Reg. 9. & 10. Et successit Isboseth filius eius 2. Reg 2. Et post ipsum fuit Dauid eodem lib. cap. 5. Et post Dauid fuit Salomon, vt patet hic. De istis manifestum est, q̃ Salomon præcesserit eos: Nam in diuitijs præcessit Saulem, quia Saul fuit pauper, nec in tempore eius fuit multitudo diuitiarum, sed rusticane viuebat. De sapientia manifestum est, q̃ Saul non fuit sapiens, licet bis prophetauerit 1. Reg. 10. & 19. De pace manifestum est, quia omnibus diebus Saulis erat bellum potens contra Philisthinos 1. Reg. 14. Et tamen toto tpe Salomonis fuit pax supra 22. & 3. Reg. 4. Etiam apparatu regio, & bellico excessit Salomon Saulem, quia Saul non legitur habuisse currus, & equites, Salomon autẽ habuit quadraginta millia præsepia equorum currilium, & duodecim millia equestrium 3. Reg. 4. Præcessit ẽt Salomon Isboseth, quia Isboseth pauper fuit, & infelix toto tpe, quo regnauit. Nam non habuit nisi vndecim tribus Israel minores: Dauid aũt habebat tribũ Iuda, quæ erat maxima. Et ẽt illas vndecim tribus non plene habebat ipse, quia multi viri de illis tribubus recesserunt ab Isboseth, & adherebãt ipsi Dauid, vt colligitur 2. Reg. 3. Et supra 12. Etiam Isboseth non fuit sapiens, sed vir simplex, & inutilis. Etiam in pace excessit eum, quia tpe Isboseth semper fuerunt bella, quandiu enim regnauit erat concertatio longa inter domũ eius, & domum Dauid 2. Regũ 3. Etiã apparatus bellicus nullus erat apud Isboseth, & etiam erat maximus apud Salomonẽ. De Dauid etiã patet, fuit enim Dauid valde diues, quia ex multis bellis acquisiuit multas diuitias, quas obtulit pro ædificatione templi 2. Reg. 8. Et supra 18. Salomon autem multo plures habuit, ita vt diuitiæ Dauid in comparatione diuitiarum Salomonis, potius essent paupertas, quã diuitiæ, vnde Dauid vocauit se pauperem, dicens, ego autẽ in paupertatícula mea præparaui impensas domus Dñi. Fuit etiam Salomon sapientior quã Dauid, quia Dauid non legitur fuisse sapiens, nisi in canticis faciendis. Salomon aũt fuit sapiens circa omnia naturalia, vt patet 3. Reg. 4. Fuit etiam maior pax in diebus Salomonis quàm Dauid: nam tempore Dauid fuerunt multa bella, vt patet per totum discursum secundi Regum: tempore autem Salomonis fuit quasi semper pax. Vnde Dauid propter hoc prohibitus est ædificare templum, s. quia erat vir sanguinum assuetus semper bellis, & non poterat vacare ædificationi templi supra 22. cap. & præcedenti cap. Fuit etiam maior apparatus regius ipsi Salomoni quàm Dauid in equis, & curribus, quia Dauid non legitur habuisse nisi centum currus, quos seruauit de victoria, quam habuit contra Syros 2. Reg. 8. Et supra 18. Salomon autem habuit quadraginta millia præsepia equorum currilium, & duodecim millia equestrium, 3. Reg. 4. Etiam habuit Salomon arma aurea, s. scuta de auro purissimo ducenta, & trecentas peltas, & ducentas hastas, omnia hæc de auro purissimo, 3. Reg. 10. & sequenti lib. cap. 9. Dauid autem nihil tale habuit. Excessit etiã illum in gloria ædificiorum, quia fecit Salomon domum sibi, & domum filię Pharaonis, & domum saltus Libani, quarum opus erat mirabile, vt patet 3. Reg. 7. Excessit etiam Salomon ipsum Dauid in gloria throni, quia fecit sibi thronum eburneũ, qualis non fuit in omnibus regnis, vt patet 3. Reg. 10. & sequenti lib. cap. 9. Et dicendum, q̃ non solum Salomon excessit reges Israel, qui fuerunt ante eum in gloria, sed etiam omnes reges, qui post eum fuerunt, & etiam omnes homines. Quod patet, quia Christus quando voluit probare, q̃ pulchritudo naturalis erat maior quàm quæcunque pulchritudo artificialis, posuit exemplum de solo Salomone, dicens: Considerate lilia agri, quomodo crescunt non laborant neque nent, dico autem vobis quoniã nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Si tamen aliquis homo fuisset gloriosior Salomone in apparatu vestium, & in similibus, potius debuisset Christus allegare de illo, qa aliàs argumentũ suum nõ teneret. Nam dato, q̃ Salomon in omni gloria sua nõ esset indutus, sicut vnũ de lilijs, tamen forte alius homo, qui esset gloriosior Salomone, esset speciosior, q̃ vnũ de lilijs in apparatu suo. Patet aũt istud magis: nã si sapientiã attendamus Salomon excessit oẽs homines, vt patet 3. Reg. 3. s. Dedi tibi cor sapiẽs, & intelligens intantũ, vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit. idẽ patet 3. Reg. 4. De diuitijs ẽt dicendũ, q̃ Salomon non solũ excessit reges Israel, sed etiã omnes

omnes reges orbis, qui ante ipsum fuerunt 3. Regum 3. Scilicet, dedi tibi diuitias, & gloriam, vt nemo similis tui fuerit in regibus cunctis retro diebus, & vocauit ibi gloriam apparatum regalem, scilicet, multitudinẽ equorum, & armorum, & apparatum domorum, & similia, in quibus Salomon excessit omnes reges præcedentes. *Igitur Dauid.* Hic ponitur quartum huius cap. s. Dauid fęlix consummatio, & dicitur. *Igitur Dauid filius Isai regnauit super vniuersum Israel.* Hic ponitur finis omnium gestorum Dauid: ideo dicitur quanto tępore regnauit, & vocatur filius Isai, quia pater suus aliquando vocatur Isai: aliquando Iesse. De Isai patet sępe in libris Regum, & in istis duobus, de Iesse patet Matth. 1. Et Esa. 11. *Dies, quibus regnauit super Israel, fuerunt quadraginta anni.* Fuerunt quadraginta, & dimidius, & tamen de illo non curatur: nam septem annis, & dimidio regnauit super Iudam in Hebron, 2. Reg. 5. Et supra 3. Et ille medius annus subticetur hic, & 3. Reg. 2. quare autem hoc fuit, declaratum est, 2. Reg. 5. in quadam quæstione. *In Hebron regnauit septem annis.* Scilicet, Septem, & dimidio. Isti fuerunt quibus regnauit super solam tribum Iudæ, 2. Reg. 5. Nã Hebron est ciuitas præcipua in tota sorte Iudæ. Ideo David fecerat eam sedem regni. Ista vocatur alio modo Cariatharbe, & alio modo Mambre, vt patet Iosue 14. et Genes. 23. In ista vrbe sepultus est Adam pater nostrer Iosue 14. Ibi etiam Abraham, Isaac, & Iacob, & tres vxores eorũ, s. Sara, Rebecca, & Lia sepulti sunt. Genes. 49. *In Ierusalem triginta tribus.* Isti fuerunt anni, quibus regnauit super totum Israel. Nam tunc fecit Ierusalem esse metropolim regni, quia illa erat ciuitas præcipua in toto Israel. *Et mortuus est in senectute bona.* Vocatur bona senectus, quia fuit vir laudabilis, & etiã in senectute sua non destitit virtutem sectari. Etiam, quia in senectute sua prospere vixit, sicut in iuuentute. Nam in pace, & omnimoda prosperitate, & gloria regni clausit diem extremum. *Plenus dierum.* Scilicet, Quia multorum annorũ erat, quando mortuus est. Quot autem erant infra in quadã quæstione declarabitur. *Et diuitijs & gloria, quando mortuus est.* Nã erat dies ex spolijs, q̃ acceperat in multis bellis. Erat autem gloriosus propter magnificas victorias, & multas, quas habuerat, & multas gentes, quas sibi subiecerat. Nam omnia regna, quæ erant in circuitu, erant sibi tributaria, vt colligitur, 2. Reg. 8. Et supra 18. *Regnauitque Salomon filius eius pro eo.* Scilicet, Successit in regno. Istud etiam pertinet ad prosperitatẽ Dauid: nam q̃ moritur aliquis, & reliquit sibi filium heredẽ videtur non mortuus, vt patet Eccl. 30. Scilicet, Mortuus est pater eius, & non est mortuus, reliquit enim filium similem sibi. Cum autẽ aliquis est, qui habet filium, & nõ habet hæredem, cui relinquat, videtur infelix. Ideo ad complementum totius gloriæ Dauid dicitur, q̃ regnauit Salomon filius eius pro eo. *Gesta autem Dauid regis priora, & nouissima.* Ista est prima rubrica, quæ habetur in hoc libro. Et postq̃ Esdras posuit ea, quæ pertinebant ad Dauid, cum non posuerit ea plene remittit ad locum in quo plene habentur, s. ad alios libros. In Hebræo dicitur verba Dauid, vbi non dicimus gesta. Et sic fit sępe in Hebræo. Sic enim dicitur, 2. Reg. 1. Quod est verbum, quod factum est in castris, i. quæ est res, quæ accidit. *Priora, & nouissima.* Ideſt, Prima, & vltima, per quæ significantur omnia gesta eius describendo illa specialiter. *Scripta sunt in libro Samuel videntis.* Vocatur Samuel videns, i. Prophetes, & ipse scripsit librum de gestis Dauid, de quo quis infra dicetur in quadam quæstione. *Et in libro Nathan Prophetæ.* Iste Nathan est Propheta contemporaneus Dauid, qui denunciauit ei, q̃ nõ ædificaret templum, & de regno Salomonis post ipsum, & de ædificatione templi, 2. Reg. 7. Et supra 17. Iste ẽt denunciauit pœnam futuram pro adulterio cum Bethsabee. Et imposuit nomen Salomoni nascenti Idida, i. amabilis Domino, 2. Reg. 12. Et ipse vnxit Salomonem in regem prima vice cum Sadoc sacerdote, 3. Regum 1. *Atque in volumine Gad videntis.* Iste Gad fuit videns, i. Propheta, quia Prophetæ vocabantur videntes olim 1. Reg. 9. Iste fuit contemporaneus Dauid, & alij duo Nathan, & Samuel: ideo scripserunt gesta eius. Iste Gad fuit, q̃ venit ad Dauid, dum fugeret a facie Saulis, & esset in præsidio terræ Moab, dixitque: noli manere in præsidio, sed vade in terrã Iuda 1. Reg. 22. Iste etiam Gad denunciauit Dauid pœnam infligendam pro numeratione populi, offerendo ei optionem triũ. Ipse etiã ostendit ei, quid offerre deberet in area Ornam Iebusæi ad hoc, q̃ cessaret plaga, 2. Reg. 24. Et supra 21. *Vniuersique regni eius fortitudines.* Ideſt, in volumine Gad scriptæ fuerunt omnes fortitudines regni Dauid, i. omnia opera fortia, & laudabilia, quæ fecit quandiu regnauit. *Et temporum, quæ transierunt sub eo siue in Israel siue in cunctis regnis terrarum.* Iste Gad scripsit nimis latè laudes Dauid, & propter ipsum non solum scripsit gesta eius, sed etiam omnia, quæ facta sunt in vniuersis regionibus viuẽte Dauid siue in terra Israel, siue in omnibus alijs regnis terrarum.

De multitudine annorum, quando mortuus est Dauid. Quæst. XXVII.

QVAERITVR quomodo dicitur hic, q̃ Dauid mortuus est in senectute bona, & plenus dierum. Et quot annorũ erat quando mortuus est. Aliquis dicet, q̃ Dauid esset annorum centum, vel saltem nonaginta, quia hic significatur maxima senectus eius, cum dicatur, q̃ mortuus est in senectute bona plenus dierum, & q̃ habebat ætatis annos plurimos, vt patet in litera, & supra 23. & 3. Reg. 1. Sed dicendum, q̃ non stat, quia Dauid quãdo mortuus est habebat solum annos septuaginta, quod patet, quia Dauid quando factus est rex super Iudã erat annorum triginta, vt patet, 2. Reg. 5. Regnauit autẽ annis quadraginta, s. septẽ in Hebron, & triginta tribus in Ierusalem, vt patet in litera, ideo annorum septuaginta solum esset quando moreretur. Cum autẽ dicitur, q̃ mortuus est in senectute, istud planum est, quia etiam si Dauid non haberet annos multos, esset senex, eo q̃ iam defecerat in eo tota virtus naturalis, in tantum, q̃ ossa eius infrigidata fuerant, & cum operiretur vestibus non calefiebat quousque quæsierunt ei iuuenculam, quæ calefaceret eum, 3. Regum 1. Et tamen senectus dicit debilitationem naturæ tendentis ad non esse: ideo bene competebat Dauid, q̃ esset senex. Sed cum dicitur, q̃ erat plenus dierum, vel q̃ habebat ætatis annos plurimos est difficultas, cum solum esset septuaginta annorum. Potest responderi dupliciter, vno modo, q̃ Dauid erat multorum, s. q̃ fecerat gesta multa magnifica, quæ ab alijs in multis fieri non possent. Et ille, qui facit opera multorum dierum, dicitur viuere multo tempore, qui autem facit opera paucorum dierum, dato quòd viuat multis diebus, dicitur vixisse pauco tempore. Et sic aliquis vir multorum annorum dicitur paucis annis vixisse, & è conuerso, sic dicitur Sapientiæ 4. Consummatus in breui expleuit tempora multa, ideſt, in paucis diebus dicitur explere, vel viuere multum tempus.

Alio modo potest dici, quòd Dauid erat multorũ annorum, quia licet apud antiquos parua vita erat septuaginta annorum, tamen tempore Dauid satis erat magna, potissime in principibus, quorum vita breuis est. Omnis enim potentatus vita breuis, Eccle. 10.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et non solum vixit Dauid tempore, quo poterant F viuere principes, sed etiã tempore, quo quilibet alius homo viuere poterat in bona dispositione, vt patet Psal: 89. Anni nostri sicut aranea meditabuntur, dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis.

Cur hic dicitur: Gesta priora, & posteriora Dauid.
Quæst. XXVIII.

QVAERITVR vlterius cur dicitur hic gesta Dauid priora, & nouissima scripta sunt in libro Samuel, & Nathan, & Gad. Respondendũ, quòd intẽtio Esdræ fuit in isto libro supplere aliqua, quæ defuerant in libris Regum, & sic fecit. Et tamen cum inceperit enarrare aliquam historiam non enarrat omnia, quæ gesta sunt ab illo, cuius narratur historia, quia non sunt necessaria omnia ad integritatem sacræ scripturæ, & quia cum ipse cessauerit prosequi historiam inceptam, putaret aliquis, ꝙ nihil plus fecisset ille, de quo sermo fit, ideo tollit dubium, remittendo ad alia loca, in quibus plene habetur historia, quam ipse non enarrat. Et cum hic cessauerit iam prosequi historiam Dauid, nequis putaret, ꝙ non fuissent plura gesta Dauid, remittit ad alios libros, in ꝗbus sunt ista, & sunt tres libri, s. liber Samuelis Prophetæ, & liber Gad, & liber Nathan. Isti enim tres scripserunt gesta Dauid, quia fuerunt contemporanei sibi. Sic enim erat de alijs regibus, ꝙ si erat aliquis rex gloriosus omnes scriptores temporis sui scribebant gesta illius, & quia isti tres erant præcipui, & Prophetæ tempore Dauid, isti tres scripserunt tempore eius gesta sua. Istum modum habet Esdras in describendo gesta omnium Regum sequentium: nã cum finierit historiam cuiuslibet, remittit ad aliquem librum pro reliqua parte historiæ, vt patet in discursu sequentis libri enarrando de singulis regibus. Ista autem fuit prima remissio, quæ facta est in toto isto libro. Et causa huius est, quia remissiones nunquam fiunt nisi completis historijs. Et tamen hucusque nõ compleuerat Esdras historiam de aliquo rege, cùm totus iste liber primus pertineat ad gesta Dauid. ideo non fuit facta remissio aliqua ante hoc. In libro autem sequẽti multæ fiunt remissiones, eo ꝙ ibi de multis regibus agitur, & multorum finiuntur historiæ. I

De libro Samuelis, quis fuerit iste liber.
Quæst. XXIX.

QVAERITVR vlterius, quis est iste liber Samuelis Prophetæ, de quo hic dicitur, ꝙ scripta sunt in eo gesta priora, & nouissima Dauid. Quidam putant, ꝙ fuerit iste Samuel Propheta, eo ꝙ fuerit tempore Dauid. Nam ipse vnxit Dauid in regem prima vice, vt patet 1. Reg. 16. Et sic diligebat eum nimis. Ideo verisimile est, ꝙ describeret gesta illius. Sed videtur, ꝙ hoc non stat, quia dicitur hic, ꝙ in libro Samuelis descripta sunt opera priora, & K nouissima ipsius Dauid, & tamen Samuel non potuit scribere opera nouissima Dauid, eo ꝙ Samuel mortuus est multo tempore ante Dauid: immo non potuit Samuel scribere aliqua gesta regni Dauid, sed solum quandam partem persecutionis, quam tolerauit a Saule. Nam Saul persecutus est Dauid tempore Samuelis, & dum fugeret Dauid a facie Saulis mortuus est Samuel, 1. Reg. 25. Et postea adhuc magno tempore fuit profugus Dauid a facie Saulis, & coactus est fugere in terram Philisthinorũ, mansitque ibi vsque ad mortem Saulis, 1. Reg. 27. Et vsque ad finem libri. Postea autem Dauid factus est rex mortuo Saule, & regnauit primo super Iudam, deinde super totũ Israel, & nihil istorum potuit videre Samuel: ideo non potuit scribere gesta priora, & nouissima Dauid.

Aliquis dicet, ꝙ verum est, quòd Samuel non potuit scribere omnia gesta Dauid, quia nõ vidit finem suum, potuit tamen scribere per modum prophetiæ, quæ futura erant sicut Prophetæ scripserunt multa de futuris, & sic Deus potuit reuelare omnia gesta Dauid ipsi Samueli, & scribere ea antequam moreretur.

Sed dicendum, quòd hoc non conuenit, quia in illo libro Samuelis, vt hic innuit Esdras, erant diligenter scripta omnia gesta Dauid priora, & nouissima, Deus tamen non consueuit per modum prophetiæ reuelare alicui gesta omnia alicuius, sed solum reuelat aliqua, quæ sunt necessaria ad aliquem finem, nõ ergo erat conueniens dicere, quòd omnia gesta Dauid reuelarẽtur Samueli Prophetæ, quia de nullo alio tale factum est. Secundo patet, quia dato, ꝙ omnia gesta Dauid reuelata fuissent Samueli, & ipse scripsisset ea, non scriberet ea per modum historiæ, sed per modum prophetiæ. Et sic essent obscura, quia modus propheticus est grauis, & non remitteret Esdras ad librum illum, sed ad librum historiarum, qui intelligi posset plane quid erat quod deerat huic historiæ.

Quidam dicunt, ꝙ iste liber Samuelis sit scriptus ab aliquo alio Propheta, qui vocaretur Samuel, & non fuerit ille Samuel, qui vnxit Dauid in regem, sed postea, & viderit omnia gesta Dauid, & mortem eius. Et ille poterat scribere opera priora, & nouissima. Sed dicendum, ꝙ istud non est satis verisimile, eo ꝙ non fuit alius Propheta Samuel, nisi ille, qui vnxit Dauid H in regem, de quo legimus in scriptura. Et non est ueniens fingere aliquid, in quo scriptura verificetur, quod nõ reperiatur in ea, potissime cum reperiatur in ea aliquid, in quo verificari possit. Ideo dicendũ est, ꝙ iste liber Samuelis, de quo hic dicitur, est liber primus, & secundus Regum, & in illo continentur gesta priora, & nouissima Dauid, quia ibi ponuntur omnia gesta sua antequam esset rex, & postquàm fuit rex. Nam ea, quæ fecit, & passus est antequã esset rex, habentur 1. Reg. a cap. 16. Vsque ad finem libri. Ea autem, quæ fecit postquàm fuit rex, habentur in toto 2. Reg. præter mortem Dauid, quæ habetur in principio 3. Reg. & sic in illis duobus libris Samuelis, s. 1. & 2. Reg. habentur omnia gesta Dauid. Et dixit hic Esdras, ꝙ ibi sunt priora, & nouissima gesta Dauid ad differentiam istius libri, quia hic ponitur historia magna de gestis Dauid, & tamen non ponuntur priora, & nouissima. Nam non ponitur hic aliquid de eis, quæ Dauid fecit, & passus est antequam regnaret sup Iudam. Etiã nihil de eis, quæ fecit postquam regnauit super Iudam, & quæ habentur in 2. Reg. vsque ad quintum cap. Sed incipit hic historia de regno Dauid super totum Israel, vt patet supra 11. Sed aliquis obijciet, ꝙ illi duo libri Reg. non sint liber Samuelis, quia Samuel non potuit scribere illos, eo ꝙ agitur ibi de morte sua, & de multis alijs, quæ acciderunt post mortem suam. Dicendum, ꝙ iste vocatur liber Samuelis sicut omnes Iudæi eum appellant. Sic ait Hiero. in prologo Galeato super libros Regum, qui incipit: Viginti duas literas. Et motiuum Hebræorumad vocandum illum librum Samuelis est ex isto loco, quia dicitur hic, ꝙ in libro Samuelis scripta sunt opera priora, & nouissima Dauid. Et tamen istud cõpetit duobus primis libris Regum. Aliqui ergo putant, quòd licet illi duo libri nõ fuerint scripti per Samuelem, vocantur tamen liber Samuelis, quia ipse incæpit scribere librum illum, & scripsit aliquid, s. vsque ad mortem suam. Et illud continuauit Dauid scribere, & intitulauit librũ a nomine Samuelis. Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia aliqua reperiun-

tur in 1. Reg. scripta ante mortem Samuelis, quę nõ A potuerunt scribi per Samuelem. Quod patet, quia 1. Reg. 9. Dicitur quomodo Saul, & puer eius iuerũt ad Samuelem, vt consulerent eum sup asinas, quas quærebant. Et dĩ, olim in Israel sic loquebatur vnusquisq; vadens consulere Deum, venite eamus ad videntem, qui enim Propheta dicit hodie, vocabatur olim videns. Ecce qualiter quãdo Saul, & puer eius iuerunt ad cõsulendum Samuelem, dicebatur eamus ad videntem, & tempore quo scriptus fuit ille liber, non dicebatur sic, sed potius erat tempus antiquum illud respectu tẽporis, in quo scribebatur liber cum dicitur. Qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim vidẽs. Et sic dicẽdum, ꝙ nullam partem illius scripsit Samuel, nec Dauid, sed per Ieremiam Prophetã scriptus fuerit liber ille, vt declaratum est in prologo 3. Reg. in quadã quæstione. Sed tunc dicetur, quomodo vocatur iste liber Samuelis, quia non est vnus liber sed duo? Respondendum, ꝙ apud nos liber ille diuisus est in duos. Cuius causa posita est in prolo 2. Reg. & tñ apud Hebræos vnicus liber est, vt ait Hieronymus in prologo Galeato, & sic vocauit eum Esdras hic librũ Samuelis.

De libris Nathan, & Gad. Quæst. XXX.

QVAERITVR vlterius qui fuerunt isti libri Nathan, & Gad, de quibus hic fit mentio, & quomodo potuit Gad scribere gesta, quę fuerunt in omnibus regnis terrarum tempore Dauid. C

Respondendũ, ꝙ Nathan, & Gad fuerunt duo Prophetæ contemporanei ipsi Dauid, & valde familiares ei, & denunciauerũt sibi multa ex parte Dei, vt supra in litera declaratum est. Ideo ad laudẽ Dei, qui adiuuabat Dauid in omnibus operibus suis, & ad laudem Dauid, & eruditionem posterorũ scripserunt isti duo gesta Dauid. Libri tamen istorum non reperiuntur, nec sunt in tota sacra scriptura: nam Esdras non reparauit eos, fuerunt enim combusti per Chaldæos, quãdo capta est Ierusalem, & Esdras qui reparauit postea totam legem, non scripsit aliquem illorum, & sic est de multis alijs libris, de quibus fit mentio in seq. lib. s. liber Semeiæ Prophetæ, & liber Addo, & multi alij libri sicut liber Ahiæ Silonitis, vt patet seq. lib. cap. 9. D Sic etiam liber verborum dierum Regum Iuda, & liber verborum dierum Regum Israel, qui sępe allegãtur in seq. lib. & 3. & 4 Reg. Ista est positio communis, & recitat eam Nicolaus, tamen non est vera, quia si libri isti fuissent combusti, & nõ reparati per Esdrã non allegaret ipse eos, allegat tamen illos, vt illa, quæ hic deficiunt requirerentur in illis. Ideo supererant tempore Esdræ incombusti. Sed dicendum, ꝙ isti libri non manent, quia non fuerunt positi in canone sacræ scripturæ. Ideo licet tempore Esdræ multi de his essent, nõ fuerunt postea scripti, & sic perierunt, sicut multa alia scripta virorũ sapientũ perierunt, ꝗa nemo fuit, qui transferret ea, vel non continuata est translatio illorum vsque ad posteros tẽporum nostrorum. E

Quomodo Gad potuit scribere gesta tempore Dauid.
Quæst. XXXI.

QVAERITVR vlterius de Gad, quomodo potuit scribere gesta, quæ fuerunt in vniuersis regnis tempore Dauid. Respondet Nico. ꝙ non intelligitur de omnibus regnis terræ, sed solum de illis, qui erãt in circuitu terræ Israel, quæ erat subiecta Dauid: nam ipse subiecerat sibi Philisthinos, Moabitas, Idumæos, Ammonitas, & Syros, vt patet 2. Reg. 8. & 10. & 12. & supra 18. & 19. Et istę erant gentes, quæ erant in circuitu terræ Israel, & quia ad describẽdum gesta Dauid debebant scribi gesta regni eius tempore suo, & omnia ista regna erant sub potestate Dauid, debuerunt scribi omnia gesta notabilia, quæ acciderunt in istis regnis quandiu vixit Dauid. Istud aliqualiter conuenit, quia tamen dĩ hic, ꝙ scripsit Gad gesta, & fortitudines, quæ transierunt in omnibus regnis terrarũ tempore Dauid, magis videt dicendũ, ꝙ iste Gad vere scripserit gesta omnium regnorũ terræ, vel saltẽ plurimorũ, de quibus habetur notitia. Sed obijcietur, quomodo poterat Gad scribere gesta omniũ regnorum? Nam difficile erat, ꝙ ipse sciret quid fiebat in omnibus regnis terræ. Dicendũ ꝙ poterat hoc Gad scire dupliciter: vno modo per modum historici, sicut multi alij scripserunt historias generales omnium gẽ- B tium. Et sic Gad poterat addiscere ex scriptis aliorũ, quia in singulis regnis erãt aliqui scriptores, ꝗ scribebant gesta ipsorũ regũ, & regnorum. Et per scripta illorũ poterat Gad scire historias, & scribere hebraice. Alio modo poterat hoc scire prophetice. Nam ipse erat Propheta, vt patet hic. Et posset prophetice cognoscere omnia hæc. Et iste secundus modus videtur ꝙbusdã verior ꝓpter duo. Primo quia modo prophetico poterat cognoscere omnia ista faciliter, & vere, sed modo historico difficile erat cognosci gesta omnium regnorum. Causa est, ꝗa si Propheta Gad fuisset multo tempore post Dauid, ita vt in omnibus regnis terrarũ essent iam scriptę historię temporis Dauid, poterat Gad ex illis addiscere gesta tẽporũ, & tñ Gad fuit C cõtemporaneus Dauid, & quasi tantæ ætatis, sicut Dauid, nam anteq̃ regnaret Dauid, s. cum fugeret a facie Saulis, iuit ad eum Gad dicens, ꝙ non maneret in præsidio, sed iret in terram Iuda 1. Reg. 22. Et tũc nõ erat Dauid triginta annorũ, ꝗa anno, quo factus est rex, erat triginta annorum 2. Reg. 5. Ideo esset Gad coætaneus Dauid, vel forte plurium annorum, & sic non viueret multo tempore post mortẽ Dauid. Vnde non poterat in tam breui colligere ex scriptis aliorum historias omnium regnorum, quæ fuerunt tpe Dauid. Cognosceret ergo prophetice. Secundo patet, quia si Gad nõ scripsisset ꝓphetice, sed sicut historicus nõ essent certa ea, quæ scriberet, ꝗa homo põt errare potissime circa narrationem particularium, quæ nimis varie se habent, quorum veritas vix sciri potest. Et sic non essent magnę auctoritatis scripta illa, quia potuerũt esse falsa. Et sic non allegarentur in sacra scriptura, & tñ allegantur hic: ideo scriptura sacra approbat ea tanq̃ vera. Dicendum, ꝙ debet teneri vnum de duobus, s. ꝙ scripta fuerunt ista prophetice, vel ꝙ Gad nõ scripserat gesta omnium regnorũ, sed notabilium, quorũ fama per totam terram extendebatur, & illarum poterat Gad scribere gesta, quia per famam, vel ꝑ enarrationem eorum, qui interfuerunt, vel per scripta aliorum posset scire historias illarum gentium. Sed tunc obijciet, quomodo poterat allegari in scriptura talis liber cuius auctoritas parua esset, nec cõstaret an esset verax in omnibus? Respondeti potest dupliciter, vno modo, ꝙ ad hoc, ꝙ aliqua scriptura allegetur in sacra scriptura, necesse est, ꝙ sit tantæ auctoritatis, sicut scriptura sacra, si inducitur per modum probationis: si autem inducitur per modum remissionis non oportet, ꝙ sit magnæ auctoritatis illa scriptura. Sic enim fuit in præsenti, quia non inducitur hic liber Gad per modum probationis, ita vt aliquod affirmatum in sacra scriptura probari debeat per librum illum, sed solum fit remissio ad eum pro illis, quæ desunt hic. Quod si aliquis voluerit residua gesta, quæ non habentur hic inquirere, in libris illis inueniet. Et ratio est huius, ꝗa quando allegatur per modum probationis, non est magis verum id, quod probatur, quam id, per quod probatur, & tamen in remissione non fit aliqua probatio:

Universidad de Deusto Biblioteca

batio? ideo non est necesse, ꝙ scriptura illa, quæ allegatur, sit alicuius auctoritatis. Aliter potest dici, ꝙ quamquam Gad non scripsit prophetice librum illum, tamen Esdras, qui allegauit eum, & scripsit prophetice libros istos, sciuit prophetice, quòd ea, quę cõtinebantur in libro Gad, erant vera. Et sic de alijs libris, qui allegantur hic, ideo secure poterant allegari.

Quare non fuerunt in canone sacræ scripturæ isti libri.
Quæst. XXXII.

QVAERITVR vlterius, quare isti libri non fuerunt in canone sacræ scripturæ positi, scilicet, libri Nathan, & Gad, & libri Addo Prophetæ, & liber Semeiæ, & liber Ahiæ Silonitæ, de quibus fit mentio in isto libro. Aliquis dicet, quòd istud est, quia sacra scriptura continet veritatem firmissimam, & quòd est maioris auctoritatis, quàm cæteræ scripturæ: & tamen ista scripta non erant tantę auctoritatis, ideo non debebant poni in sacra scriptura. Dicendum, quòd non stat, quia omnia ista erant scripta prophetice, & a Prophetis, quia scriptores fuerunt Prophetæ, vt patet hic de Samuele, & Gad, & Nathã, & de Semeia, & Addo, & Ahia, patet sequenti libro, cap 9. Ideo tam solidę auctoritatis erant libri illi, sicut liber iste scriptus ab Esdra. Sed dicendum, ꝙ non debuerunt scribi, vel poni libri illi in canone sacræ scripturæ propter duo. Primo, quia esset replicare idem iæpe. Nã gesta Dauid continerentur in libris Samuelis, & eadem in libro Nathan, & eadem in volumine Gad, & istud erat superfluum, ideo sufficiebat poni in vno libro plene. Et quia liber Samuelis, s. duo primi libri Regum, qui vocatur liber Samuelis, vt patet per Hieronymum in prologo Galeato, continebat plenè historiam Dauid, nõ fuit positus in canone scripturæ liber Nathan, nec liber Gad. Eadẽ causa fuit de libris Semeiæ, & Addo, & Ahiæ, quia isti scripserunt gesta Salomonis, sequenti lib. cap 9. Et ista sufficienter scripta erant in libris Regum, s. in tertio: ideo nõ fuerunt necessarij illi in canone scripturæ.

Sed tunc dicetur cum ea, quæ habentur in hoc libro, habeãtur etiam in libris Regum, cur iste fuit positus in canone sacræ scripturæ? Dicendum, ꝙ fuit positus iste ad suppletionem eorum, quæ deficiebant in libris Regũ, & in multis alijs libris. Necessitas autem huius libri fuit magna in scriptura, quia ad multa dubia tollenda prodest, vt ait Hieronymus in Epistola ad Paulinum, & in prologo Galeato, & declaratum est magis in quibusdam quæstionibus in prologo huius libri. Secũdum erat, quia isti libri, scilicet, Nathan, & Gad, & aliorum continebant curiosè omnia gesta Dauid, & istud non conueniebat sacræ scripturę, quia non intendit scriptura sacra principaliter laudare aliquem hominem, sicut faciunt historici, sed omnia sunt ad laudem Dei, & ad instructionem nostrã, ideo nihil poni debet in ea, quod non pertineat ad Dei laudem, sicut victoriæ mirabiles, quas dabat Dauid, vel pœnæ horribiles, quas infligebat hostibus, vel aliqua, quæ pertineant ad instructionem nostram, sicut dicit Apostolus, secunda ad Timoth. 3. Scilicet, Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Sed aliqua sunt in historijs, quæ non applicantur ad aliquid istorum. Ideo quando scriptura sacra enarrat aliquid historicum, non scribit omnia gesta particulariter, sed solum illa, quæ fuerunt præcipua, & sic fit in libris Regum, & in isto libro. Et propter hoc fit sæpe remissio ad alios libros tam hic, quàm ibi, scilicet, quia in illis plene ponuntur istæ historiæ. Tertia causa, & præcipua ex parte libri Gad fuit, quia nõ debuit poni liber ille inter libros sacræ scripturæ, eo ꝙ ille erat curiosè scriptus, & continebat multa, quæ nõ pertinebant ad intentionem sacræ scripturæ, s. quia ibi erant scripta gesta omnium regnorum, & regũ tempore Dauid, vt patet in litera.

Longum, & varijs ambagibus implicitum primũ Paralipomenon librum, iuxta concessas nobis deiuper vires explanando transegimus, in quo multa difficilia sæpissime currebant. In ipsis vero, & in toto opere, an recte, vel secus, vt debuit, actum est, arbitrij nostri non est iudicare: lectoribus enim cura ista relicta sit, quos beneuolos scriptorum meorum interpretatores esse desidero, & charitatiuos emendatores, vbi emendationem dignam esse censuerint. Nihil enim me perfectum egisse arbitror, cum hucusque, inuentionibus nihil perfectum esse, eruditissimorum ingenijs comprobatum sit.

Expositionis literalis Alphonsi Tostati in Primum Librum Paralipomenon Finis.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, Aa Bb Cc Dd Ee
Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu.

Omnes sunt Quaterniones, præter Vu, qui sunt Quinterniones.

VENETIIS, Ex Typographia Dominici Nicolini.
M D X C V I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Navarra
Biblioteca